A
1
86

1 Moto 3. 1.

Nº 1
5 – 17

R. 1063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE

## CÆSARE BARONIO
SORANO

E CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRESBYTERO

## CARDINALI

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA

## P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI

*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*

*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

## Tomus Decimusſeptimus.



LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCXLV.

*De Superiorum Licentia.*

# ANNALES
## ECCLESIASTICI.

| JESU CHRISTI ANNUS 1046. | GREGORII VI. PAP. ANNUS 3. | VACAT. IMP. OCCID. 7. CONST. MONOM. IMP. 4. |
| --- | --- | --- |

I. Henricus Rex inconceſſa tentat.

ANNUS ſequitur Redemptoris milleſimus quadrageſimus ſextus. Indictione decimaquarta, quo Henricus Rex periculoſe nimis Eccleſiaſtica judicia ſibi ſumens, primum omnium Ravennatem Archiepiſcopum dignitate privat; inde vero Gregorium Sextum Romanum Pontificem exuit Pontificatu. Hæc omnia Hermannus temporis hujus auctor ſic narrat, per anticipationem eum nominans Imperatorem.

*Sanctam autem Pentecoſten* Imperator *Aquiſgrani faciens, Gotefrido Duce e cuſtodia relaxato, ſibique procedenti terratenus proſtrato Ducatum ſuum miſertus reddidit. Quibus etiam diebus Vvidgerum, qui Ravennæ præſulatum jam biennio inepte & crudeliter nondum conſecratus tenebat, ad ſe vocatum Epiſcopatu privavit.* Et inferius: *Coadunato exercitu Papiæ Synodum celebravit; inde Placentiam veniens Gratianum* CL. nempe Gregorium Sextum, *quem expulſis prioribus Romani Papam ſtatuerant, ad ſe venientem honorifice ſuſcepit; ſicque cunctis proſpere cedentibus, juxta Natalem Domini non longe ab Urbe Roma apud Sutriam Synodo item acta, cauſaque erroneorum Pontificum diligentius ventilata, Gratianum Papam convictum baculo paſtorali privavit. Dein omnium tam Romanorum, quam aliorum conſenſu* * *Suidgerum Epiſcopum, qui poſt Eberhardum primum ſecundus Babenbergenſem ſexto jam anno regebat Eccleſiam, nimium reluctantem ſummum Romanæ Eccleſiæ elegit Pontificem, ſicque circa vigilias Natalis Domini ipſam ingrediuntur Urbem.* Et paulo poſt: *In ipſa Natalis Domini die*

Romam ſe confert.

* al. Sindigerum

Gregorius VI. abdicatur, Clemens eligitur.



---

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. ML-XXXIV. Anno Hegiræ CCCC-XXXVIII inchoato die 8. Jul. fer. 3. A.C. 1046

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6539.

☉ 19. E. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1046.

CLEMENTIS II. PAPÆ 1.

HENRICI III. REG. 8. IMP. 1.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 5.

I. *Tres Antipapæ in Synodo Sutrienſi depoſiti.*

ANum. I. ad VI. Victor Papa III. lib. 3. Dialog. ait: *Interea Joannes, cui Gregorius nomen inditum eſt, cum duobus annis & octo menſibus Sacerdotium adminiſtraſſet, Henricus Rex, qui tunc Germaniæ, Pannoniæ & Italiæ imperabat, ad ſuſcipiendam de manu Romani Pontificis Imperialem coronam, quatenus deinceps Auguſtus appellari poſſet, Italiam ingreſſus Romanam adiit urbem. Sed antequam urbem ingrederetur, plurimorum Epiſcoporum, nec non Abbatum, Clericorum quoque ac religioſorum Monachorum in Sutrina urbe Concilio congregato, Joannem, qui Gregorius dictus eſt, miſſis ad eum Epiſcopis, ut de Eccleſiaſticis negotiis, maximeque de Romana tunc Eccleſia, quæ tres ſimul habere Pontifices videbatur, ipſo præſidente, tractaretur, venire rogavit. Sed hæc de induſtria agebantur, jam enim dudum Regio animo inſederat, ut TRES ILLOS, qui INJUSTE Apoſtolicam ſedem INVASERANT, cum conſilio & auctoritate totius Concilii JUSTE depelleret, & unus qui ſecundum ſtatuta SS. Patrum Dominico gregi ſollicite præeſſet, Clero & populo eligente, ordinaretur. Prædictus itaque Pontifex exoratus a Rege, cæteriſque Pontificibus, Sutrium, ubi Synodus congregata erat, allectus ſpe quod ALIIS DUOBUS DEPOSITIS, ſibi ſoli Pontificatus confirmaretur, gratanter per-*

*die præfatus Suidgerus natione Saxo Apoſtolicæ Sedi papa CLI. ex more conſecratus, & nomine auctus, Clemens Secundus vocatus eſt.*

II. Henricus imp. coronatur. *Qui mox ipſa die Henricum Regem & conjugem ejus Agnetem Imperiali benedictione ſublimavit: peractiſque Miſſarum ſolemniis, ipſe dominus Papa & Imperator cum Imperatrice, ita ut erat coronatus, ad Lateranenſe palatium cum ingenti gloria proficiſcuntur, cunctis civibus Romanis mirantibus, honoremque ſingulis quibuſque pro facultate obiter impendentibus.* Hucuſque Hermannus de rebus Pontificiis, & creatione novi Imperatoris; reliqua autem anno ſequenti, quem auſpicari conſuevimus ab ipſis Kalendis Januariis.

III. At magna ſunt hæc, ſed nimium anguſtata brevitate orationis & narrationis inopia. Atque primum omnium ex iis, quæ tum hic, tum ſuperius ante biennium dicta ſunt, errare liquet eos, qui dixerunt Henricum Regem veniſſe Romam ad deponendum tres Pontifices, qui monſtruoſe nimis in Romana Eccleſia ipſa Sede Petri ſederent. Hæc enim jam facta & abſoluta eſſe ante biennium cum Gregorius eſt electus, ſuperius vidimus, neque poſtea alium, quam Gregorium ſediſſe liquet. Quod ergo judicium in Sutrino Concilio adverſus tres illos jam in ordinem redactos, ac ceſſare juſſos Pontifices fuiſſe ventilatum, Hermannus oſtendit: nullum aliud eſſe potuit, niſi ut redditibus privarentur, quos cum illis tranſigens Gratianus, qui & Gregorius Sextus, ut ceſſarent, percipiendos eiſdem, ut vidimus, reliquiſſet. Quorum gratia idem eſt poſtulatus in eodem Sutrino Concilio, judicio ſimoniæ; ſed quanta ratione, quo ſuo loco dicta ſunt ſuperius, docent. Hos quos potuit prætextus venatus eſt Imperator, ut deponeret eum, quem nullo petito Regis ſuffragio, noſſet a Romanis Pontificem eſſe creatum, ne ejuſmodi licentiam ſibi Romanus populus uſurparet. Quod autem ſanctiſſimus Papa cerneret, ea occaſione dirum ſchiſma fore conflandum, imitatus ipſe Gregorius Gregorium Nazianzenum, qui ob pacem conciliandam Eccleſiæ, ſponte ſe abdicavit, & ipſe eodem animo, eademque virtute Pontificia Sede ſponte ceſſit.

IV. De Sutrino judicio. Etenim non ſic ventilatum eſt judicium in Sutrino Concilio, ut ab eo lata in Pontificem Gregorium ſententia fuerit, ſive reus iudicandus in Synodum ductus, coram omnibus judicium ſubiturus ſteterit; ſed ipſe eidem Concilio congregato præfuit, idemque ſua ſponte Sede ceſſit. Sic tunc viſum opportunum, id poſtulante temporum iniquitate. Vivebat adhuc Benedictus ille, inhians Sedi relictæ ac denuo repetitæ, invadere iterum, ut declaraverunt eventa, paratus: adeo tunc expedire viſum eſt, ut ad comprimendam audaciam. Tuſculanorum Comitum pro arbitrio Sedem Apoſtolicam invadentium, eamdemque proſtituentium, & facinoribus deturpantium, ipſe Henricus Rex quem optimum eligendum cenſeret, acciperet. Inventum eſt plane iſtiuſmodi remedium opportunum, cum metu & reverentia Imperatoris ceſſarint, violentæ illæ intruſiones, crebro, ut vidimus, per eoſdem ſacrilege iteratæ. Porro ex eventu, qui feliciter ceſſit, cum Tuſculanorum Comitum fuit audacia factioſa compreſſa, laudata reperitur a pluribus Henrici Regis deteſtanda præſumptio, qua negotium faceſſere Gregorio legitimo Chriſti Vicario, canonico Petri Apoſtoli ſucceſſori non eſt veritus, ſic malo filio, peſſimoque nepoti relinquens exemplum, ut non, quem elegiſſet Romanus Clerus, & populus poſtulaſſet, Pontifex eſſet accipiendus, & in Eccleſia Orthodoxa colendus, ſed quem Imperator, ſive Germaniæ Rex (ſi ille non eſſet) in ſacroſanctum Petri thronum intruderet. Qui quidem pervicax error tranſiit in hæ-

PAGIUS *perrexit. Sed poſtquam eo ventum eſt, & res agitata ac diſcuti a Synodo cœpta eſt, agnoſcens ſe non poſſe JUSTE honorem tanti Sacerdotii adminiſtrare, ex Pontificali ſella exiliens, ac ſemetipſum Pontificalia indumenta exuens, poſtulata venia, ſummi Sacerdotii dignitatem depoſuit. Poſt hac Rex Urbem ingreſſus, congregato in Eccleſia B. Petri Apoſtoli Romano Clero & populo, una cum Epiſcopis, qui in prædictam convenerant Synodum, communi conſilio Clementem Bambergenſem Epiſcopum elegerunt: quia in Romana Eccleſia non erat tunc talis reperta perſona, quæ digne poſſet ad tanti honorem ſufficere Sacerdotii: eumque in Apoſtolica Sede ad regendum Dominicum gregem inthronizantes conſtituunt.*

II. Idem narrat Hermannus Contractus, cujus verba Baronius num. I. recitat. Addit Hermannus, *Henricum* Regem Suidigerum Epiſcopum Bambergenſem nimium reluctantem elegiſſe Pontificem, eoſque *circa Vigilias Natalis Domini* ingreſſos Urbem: *in ipſa Natalis die Domini* Suidigerum, ſeu Suidgerum ex more conſecratum, *Clementem* II. vocatum eſſe, huncque peractis Miſſarum ſolemniis, Imperatorem cum Imperatrice coronaſſe. *Clemens II Papa creatus Henricum Imp. coronat.* Ex Victore itaque Papa, & Hermanno Contracto patet primo, Joannem Gratianum *Gregorium VI.* in Pontificatu dictum, vere Antipapam extitiſſe, & unum ex tribus, qui per hæc tempora Sedem Romanam invaſere. Secundo, *Ottonem Friſingenſem* nonniſi ex incertis, levibuſque rumoribus ſcripſiſſe *Henricum* Gregorio VI. perſuaſiſſe, ut Pontificatu cederet, & ei depoſitionem minatum eſſe, ideoque Gregorium ceſſione illa laudem non meruiſſe. Tertio, *Henricum* in toto hoc negotio ſe ſe inculpate geſſiſſe. Quarto, verum eſſe quod ſcribit Leo Oſtienſis, cu-



hæreſim dictam Henricianam, communem cum Politicis noſtri temporis, qui volunt Imperatoribus ſive Regibus non temporalia tantum, ſed ſpiritualia eſſe ſubjecta; Potiſſimum vero ſanctam Romanam Eccleſiam, quibuſcum ſucceſſoribus Pontificibus per annos octoginta indefeſſo labore certandum fuit: illis potentia, minis, & quibuſcumque aliis adhibitis malis artibus rem agentibus; iſtis vero, obice ſacrarum legum Eccleſiæ, conſtantiſſime repugnantibus.

V. Ubi igitur Gregorius ſponte ceſſit, ſucceſſoris ſubrogationem Clementis Romæ factam, conſentientibus Romanis omnibus, nempe populo atque Clero, cum Hermannus, tum Otto teſtantur, quod & Leo (a) narrat his verbis: *Hoc facto Imperator exultans Romam cum omnibus ipſius Concilii Epiſcopis venit, & in Eccleſia beati Petri Apoſtoli congregato Clero, populoque Romano, quid Sutri geſtum eſſet exponit. Dehinc de ordinando Pontifice Romanæ Eccleſiæ tractare communiter cœpit. Facta itaque diſcuſſione diligenti, cum nullus (proh dolor) inveniretur dignus, qui tantæ Eccleſiæ præeſſet, electione tamen omnium Bambergenſis Epiſcopus de gente Saxonum Papa Romanus eligitur, eique Clemens nomen imponitur.* Hæc Leo. Velamentum fuit fraudis, & adinventus prætextus, quod eligeretur peregrinus, eo quod Romæ non reperiretur idoneus. Nam quis magis idoneus ipſo Gregorio, quem viri ſanctiſſimi atque doctiſſimi ejus temporis ſummis laudibus prædicarunt? Quod rurſum ſpectat ad electionem Clementis, dicere non prætermittimus, quod (b) Adam, temporis hujus ſcriptor, ait, quod in Pontificem Romanum eligi debuiſſet Adalbertus Hamburgenſis Archiepiſcopus, niſi ipſe pro ſe (ut ait) poſuiſſet Clementem: Adalbertus enim apud Henricum Regem primum locum obtinebat, & abſque ejus conſilio nihil Henricum facere ſolitum, idem auctor affirmat.

(a) *Leo Oſt. l. 2. c. 80.*

(b) *Adam l. 3. c. 8.*

VI. Hoc eodem anno milleſimo quadra- ge-



PAGIUS cujus verba Baronius num. V. refert, ſcilicet Romæ nullum tunc inventum tanta Sede dignum. Quinto, *Henricum* Regem Romam veniſſe, & ad deponendos tres Pontifices ſimoniacos & ad coronam a legitimo Pontifice accipiendam; ac denique hoc ipſo tempore tres illos Pontifices Schiſmaticos, quemadmodum & antea, Eccleſiam Romanam afflixiſſe. Quæ omnia ex dictis anno MXLIV. magis confirmantur. Baronio, aliiſque his contraria ſcribentibus, Otto Friſingenſis, qui de his excepta auditione, nihil comperti habuit, & poſt medium ſæculum duodecimum diem obiit, errorem creavit.

III. *Moritur S. Guido Pompoſiæ Abbas.* Ad num. VI. Hermannus Contractus ad annum MXLVII. de Henrici Imp. ex Italia in Germaniam reditu loquens ait: *Imperator cœpto redeundi itinere, Mantuæ Paſchale feſtum in graviſſima decumbens ægritudine commoratur. Poſtea convaleſcens corpus B. VVidonis Pompoſæ monaſterii Abbatis in magna ſanctitate ante non integrum annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmenſi, ubi ſepultum fuit civitate, ad urbem Spiram transferendum magno ſecum cum honore de Italia rediens devexit.* Quare ejus mors a Baronio cum præſenti anno accurate copulata *Sanctus Guido* in Monaſterio Pompoſiano in Ducatu Ferrarienſi ſito, ſeculo ſuperiori vitam monaſticam auſpicatus eſt, & deinde Abbas creatus per annos XLVIII. Monaſterio præfuit. Ad illud B. Petrus Damiani evocatus, centum monachos, qui ibi aderant, docuit, ut Sanctus Joannes Laudenſis in ejus Vita aſſerit. Bollandus ad diem XXXI. Martii Vitam S. Guidonis a Monacho Pompoſiano coævo, aliamque Auctore Anonymo ſcriptam refert.

IV. *Floret B. Petrus Damiani.* Florebat hoc tempore *Beatus Petrus Damiani* Ordinis Monachorum *Congregationis Sanctæ Crucis Avellanæ*, a Beato Lodulpho fundatæ. Docuit in ea fratres ſuæ eremi, ac dein Monachos Pompoſianos, ut mox diximus. Præfuit magna cum laude eremo Fontis Avellani, aliiſque *per diverſa loca aggregatis diſcipulis*, ac quinque ab eo extructa monaſteria, ſive *Eremitarum habitacula*, ut teſtatur Sanctus Joannes Laudenſis ejus diſcipulus, in ea, quam de eo ſcripſit Vita, quam Bollandus ad diem XXIII. Februarii recitat. Celebritatem præcipuam huic Ordini attulit, Fontis Avellani monaſterium ingreſſus anno MXXX. Multi etiam alii inſigni ſanctimonia Viri in eo floruere, quos ad ſeptuaginta quatuor enumerat Jacobillus Tom. III. *de Sanctis ac Beatis Umbriæ*, poſt Vitam B. Ludolphi Fundatoris. Tandem Fontis Avellani eremus ante centum circiter annos Ordini Camaldulenſi adjuncta, cujus conjunctionis meminere Auguſtinus Florentinus lib. 3. Hiſtoriarum Camalduenſium, aliique.

V. *Henrico Regi ſacramentum præſtare renuit Halinardus, Archiep. Lugdun.* *Abbas Halinardus*, inquit Albericus in Chronico *S. Benigni Divionenenſis*, *factus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis: & quia civitas tunc erat ſub Imperatore. D. Halinardus Curiam Imperatoris adiit pro Regalibus ſuis accipiendis. Imperator jam erat in procinctu Romani itineris, & voluit ut Archiepiſcopus ſecundum morem juraret illi fidelitatem: ille dixit ſe eſſe monachum, nec debere facere juramentum: dictum eſt, ut ad minus ſe offerret ad juramentum; reſpondit non ſe debere ſimulationem facere; tandem mediantibus Epiſcopis Theoderico, antequam moreretur, Metenſi* (mortuus eſt autem ultimo menſis Aprilis die, ut ex Necrologio Eccleſiæ Metenſis oſtendit Meuriſſius,) *Brunone Tullenſi, Richardo Virdunenſi Imperator pro ſua religione juramentum ei quittavit: deinde Romam abiit.* Idem de Halinardo fuſius narrat Chronographus Sancti Benigni pag. 446. & ſeq. Tom I. Spicilegii, qui de Henrico Rege addit: *In ſua præſentia fecit illum ordinari, dans ei quæcumque fuerunt Sacerdotali benedictioni neceſſaria. Et non ſolum ipſi, vel cæteris Epiſcopis; ſed etiam Levitis ac Miniſtris Altaris ita præparabat omnia, ſc. veſtimenta, libros, linteamina, ac quæque neceſſaria, ac ſi non eſſet Princeps, ſed famulus. Erat enim idem religioſus Rex, valde Eccleſiaſticus, & circa divinum cultum devotiſſimus.*

VI. *Moritur Richardus Abbas Virdunenſis.* Hugo Flaviniacenſis Abbas in Chronico Virdunenſi Richardi Abbatis celeberrimi Sancti Vitoni Virdunenſis mortem hoc anno conſignat: *Illuceſcente*, inquit, *die menſis Junii XIV. ho-*

geſimoſexto, quarto Nonas Aprilis S. Guido Abbas Pompoſianus in agro Ferrarienſi ex hac vita migravit ad Dominum, cum annos quadragintaocto eidem cœnobio præfuiſſet, cujus ſicut vita, ita & obitus pluribus miraculis eſt illuſtratus. Res ab eo præclare geſtas ſummatim habes narratas a Rubeo in hiſtoria Ravennate; additque ejus corpus ab Henrico Imp. Roma in Germaniam redeunte, Spiram Germaniæ urbem eſſe delatum.

An.

PAGIUS *hora jam imminente tertia, præſentibus filiis ſuis, quos loci anguſtia capere poterat, ceteris in majori Eccleſia conſiſtentibus & canentibus, ſancta illa anima corporeis nexibus abſoluta ad illud pervenit æternum quod eſt unum & inſeparabile trinum.* Addit, eum obiiſſe *regiminis ſuo anno XLII.* ejus mortem luxiſſe Henricum, Reges, Pontifices, pauperes, virgines & viduas. Is relicto Canonicatu Remenſi totum ſe Deo manciparat, ejuſque vita Sanctitatis ſpeculum fuerat, cognominatus Richardus *Gratia Dei*, ut ſupra oſtendimus.

VII. *Andreas fit Rex Hungariæ.* *Subſecuto autumno Ungarii priſtinæ perfidiæ ſuæ memores Andream quemdam Regem ſibi ſtatuunt. Petrum Regem multis advenarum, qui pro eo pugnaverant occiſis, variis cum conjuge ſua injuriis affectum, poſtremo oculis privant, & in quemdam locum cum eadem conjuge ſua alendum deputant, multis etiam per idem tempus peregrinis inibi expoliatis, exulatis, atque necatis; quo comperto Rex Heinricus, qui jam valido exercitu congregato in Italiam iter cœperat, nimis indoluit, ſed incœptam expeditionem non deſeruit*, inquit Hermannus Contractus in Chronico. A præſenti itaque anno Andreæ Hungariæ Regis initium repetendum. Hac de re Lambertus Schafnaburgenſis hoc anno ſcribit: *Petrus Rex Hungarorum ab Andrea propinquo ſuo dolo circumventus cæcatur.* Tum Hermannus ad annum MXLVIII. *Andreas qui Regnum Petri obtinuit, jam crebro Legatos ſupplices miſerat, regnum ſe ab Ungariis coactum ſuſcepiſſe confirmans, de Petri ſe ſe injuriis excuſans, quique adverſus eum conjuraverunt, partim a ſe trucidatos, partim ipſi Imperatori tradendo denuncians, ſuamque Imperatori ſubjectionem, annuum cenſum, & devotam ſervitutem, ſi regnum ſibi haberi permitteret, mandans.* Porro Sanctus Gerardus Canadienſis Epiſcopus in ſeditione hoc anno excitata occiſus, ut ſequenti oſtendemus.

VIII. *Adelbero patruelis Leonis IX. fit episc. Metenſis.* *Theoderico Metenſium Epiſcopo defuncto ſuccedit Adelbero fratruelis ejus, vir magnæ prudentiæ & ſanctitatis*, inquit Sigebertus in Chronic. Idem habet Hermannus Contractus in Auctiori Chronico. Condiſcipulus hic fuit Brunonis ejus conſanguinei poſtea Leonis IX. in Summo Pontificatu dicti, hujuſque ut ita dicam, pedagogus: *Ejus quidem collega*, inquit Vvibertus in Vita Leonis IX. *quamvis eo majuſculi, extiterunt duo Adelberones contribules ſui, ex quibus prior immaturo eſt hinc raptus exitu, Ducis videlicet Theodorici filius, alter autem Hezilonis* (idest Henrici) *Ducis Germanus, ac Friderici eximii Principis natus ſcholarum magiſtro magiſter nepotuli ſui Brunonis conſtitutus, quia tunc tempore habebatur ſciolus: qui poſtea ad Antiſtitium, Mediomatricæ urbis, voto Cleri, & plebis magis quam ſuo aſſumptus, vir huic noſtro tempori refulſit apprime prædicandus.* Poſtea Vvibertus pluribus Adalberonem laudat, tandemque concludit: *nempe ut primum competit rudibus decurſo artium trivio* (nempe Grammatica, Rethorica, & Dialetica, ut videre eſt apud Ducangium in Gloſſario) *non ſolum claruerunt* (nempe Bruno & Adelbero) *proſa & metro; verum & forenſes controverſias, acuto & vivaci oculo mentis deprehenſas, expediebant ſeu removebant ſedulo: denique quadrivium* (ſc. quatuor Mathematicæ partes, Aſtrologia, Geometria, Aritmetica, & Muſica, ut Ducangius in eodem Gloſſ.) *naturali ingenio veſtigantes deguſtarunt, atque non minimum in ipſo quoque valuerunt.*



I. Concil. Rom. ſub Clemente. ANnus milleſimus quadrageſimusſeptimus decimaquinta incipit Indictione, quo Clemens Papa recens creatus, ad reformandum Eccleſiæ ſtatum, Romæ Concilium habuit, in quo illud potiſſimum conatus eſt cum Epiſcopis, annitente Imperatore, ut ſimoniacos vepres, qui adeo excreviſſent, ut Patrisfamilias ſuffocarent ſementem non modo ſuccideret, ſed penitus eradicaret. De ejuſmodi ſtatu Eccleſiæ habet iſta Petrus Damiani in epiſtola ad Henricum Archiepiſcopum Ravennatem (a): *Quis enim*, inquit, *neſciat, uſque ad hujus Henrici clementiſſimi Regis Imperium, præſulatumque reverendæ memoriæ Clementis Papæ, iſtiuſque beati Leonis; quo nunc videlicet Præſule ſancta ſe gubernari gratulatur Eccleſia, per Occidentalia regna virus ſimoniacæ hæreſeos ebulluiſſe, ita ut quod fiebat, paſſim licenter admiſſum ultimæ animadverſioni nequaquam duceretur obnoxium; & quod erat fere omnibus conſentaneum, pro regula teneretur, tamquam legali ſanctione decretum &c.* Subiicit autem de iis, qui a ſchiſmaticis ordinati fuiſſent, orationem, qua excuſat eorum peccatum, ut facilius veniam mererentur. In quorum favorem ſancitum in eodem Concilio ab eodem Clemente Papa decretum, inferius ſic narrat (b): *Reverendæ memoriæ nuper ejuſdem Sedis Epiſcopum Clementem decreviſſe, ut quicumque a ſimoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans ſimoniacum eſſe, cui ſe obtulerit promovendum, quadraginta nunc dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti ordinis officio miniſtraret.* Hæc de Clementis hujus decreto, poſtea ſub Leone Nono in Concilio recitato atque approbato. Porro arte ſchiſmaticorum & intruſorum Pontificum ejuſmodi ſorde Romanam Eccleſiam inquinatam idem oſtendit, noſque ſuperius diximus, inferiuſque dicturi ſumus.

(a) Petr. Damia. ad Henric. ep. cap. 27.

(b) ead. ep. c. 30.

II. In eodem vero, Romano Concilio altercationem eſſe obortam inter Mediolanenſem, Aquilejenſem, & Ravennatem Antiſtites de loco ſedendi, quinam ipſorum proximus apud Romanum Pontificem ſedere deberet: adjudicatam autem cauſam Ravennati, narrat Hieronymus Rubeus in hiſtoria Ravennate, deque his confectum eſſe diploma, quod ſe vidiſſe teſtatur. Tu ipſum conſule. Verum ubi Guibertus Ravennas Archiepiſcopus Eccleſiam Dei longo valde diroque ſchiſmate perturbaſſet: Ravennati Eccleſiæ multa fuiſſe detracta, ſuo loco dicetur.

His.

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. ML. XXXV. Anno Hegiræ CCCC. XXXIX. inchoato die 27. Jun. fer. 7. A.C. 1047

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6540.

☉ 20. D. ☽ 3. P. 19. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1047.

CLEMENTIS II. PAPÆ 1.

HENRICI III. REG. 9. IMP. 2.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 6.

I. *Concilium Romanum adverſus Simoniacos.* ANnum. I. ad VI. *Clemens* II. annitente potiſſimum Imperatore, Concilium *Romæ* adverſus Simoniacos celebravit, qua in Synodo orta contentio eſt inter Ravennatem & Mediolanenſem Archiepiſcopos, quiſnam eorum proximus apud Romanum Pontificem ſedere deberet, ſtatutumque ut Ravennati Epiſcopo ſecundus a Pontifice Romano locus in Concilio abſente Imperatore tribueretur. Literæ Clementis II. hac de re datæ legi poſſunt Tom. IX. Concil. pag. 1252. in quibus ait Pontifex: *Sedem Ravenn. Archiepiſcopi jubemus ſemper eſſe a dextris noſtris, noſtrorumque ſucceſſorum, ſecundum antiquæ conſtitutionis auctoritatem, niſi forte Imperator affuerit: & tunc etiam ipſum ſiniſtrum locum tenere per hanc noſtræ auctoritatis firmitatem huic noſtræ narrationi ſubjectam.* In iiſdem literis dicit Clemens ſe Concilium iſtud celebrare *circa Nonas Januar.* [1]

II. *Clemens II cum Imperatore in Germaniam venit.* *Imperator* inquit Hermannus Contractus, *Romæ egreſſus nonnulla caſtella ſibi rebellantia cepit. Provincias, prout videbatur, diſpoſuit: Duces Nortmannis, qui in illis partibus commorantur, & aliis eo locorum urbibus conſtituit. Sed ſocro Imperatoris de monte Gargano Beneventum reverſa, orto tumultu, Beneventani cives quibuſdam eam injuriis afficiunt. Unde ſævam ab Imperatore vindictam metuentes,*

ci-

NOTÆ [1] COncilii Romani hoc anno a Pontifice præſente Henrico Imperatore celebrati Acta nulla ſuperſunt; ejus tamen canonem quendam in adnotatione quadam ſcripta in fronte Codicis cujuſdam MS. Bibliothecæ Cathedralis noſtræ Lucanæ mihi olim caſu ſe obtulit, quod hic libens in gratiam Lectorum tranſcribo. Ita ergo vetuſtus, & quantum ex ſcriptura coniicio fere æqualis Author: *Lex Concilii Clementis, quod detinuit Romæ cum Henrico Imperatore: Iſſum* (ſic) *eſt antiquitus, & nos ſub anathemate idipſum interdicimus, de ereſis ſymoniacæ, quæ* . . . . . . . *ſancta Decretum Synodus* (ſic) *nullum aut eccleſiarum conſecrationem, aut clericatus ordinationem, aut archipresbiteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones eccleſiarum, aut abbatias, aut præpoſituras vendere. Quiſquis contradixerit, aut vendiderit anathema ſit.* MANSI.

III. His Romæ confectis Imperator reditum cogitans, voluit primum inviſere Campaniæ atque Samnitum oras, & ea componere, quæ turbata, atque male diſpoſita reperiſſet. De cujus itinere Leo Oſtienſis hæc habet (*a*): *Sumpto poſt hæc Imperator exercitu, ad hoc monaſterium* Caſſinenſe *venit, & omni cum honore ſuſceptus a Fratribus, planetam purpuream optimam auro ac gemmis ornatam ſuper altare cum alio pallio optimo poſuit. In Capitulo vero auri libras aliquot Fratribus obtulit, ſeque illis devotiſſime commendans Capuam adiit. Ibi Guaimario principatui renunciante, quem novem jam annis tenuerat, Pandulpho illum priori Principi, & ejus filio, multo ab illis auro ſuſcepto, reſtituit Drogoni Apuliæ, & Rainulfo Averſæ Comitibus ad ſe convenientibus, & equos illi plurimos, magnamque pecuniæ ſummam offerentibus, omnem, quam tunc tenebant, ditionem Imperiali auctoritate firmavit. Ibi etiam præceptum aurea bulla ſignatum Abbati Richerio juxta Imperialem conſuetudinem fecit. Inde Beneventum contendens, cum cives eum noluiſſent recipere, tam ob ſuam, quam ob patris injuriam, totam civitatem a Romano Pontifice, qui tunc illic aderat, excommunicari fecit, omnemque Beneventanam regionem Northmannis ſua auctoritate confirmans, in patrium rediit ſolum, ſecum Clementem adducens.* Hæc Leo. Quod enim, depoſito Gregorio, & ſubrogato Germano homine in Romanum Pontificem, Romanos non mediocriter offendiſſet; timens ei quem elegiſſet Clementi, ipſum ſecum in Germaniam duxit.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 81.

Res aliæ Henrici Imp. in Italia geſtæ.

IV. Quæ in itinere ex Italia in Germaniam imper. acciderunt.

Hermannus vero hujus temporis ſcriptor alia plura addit de rebus ab Imperatore in Italia geſtis, quas referre haud exiſtimamus incongruum. Sic enim ſe habent: *Imperator vero Roma egreſſus, nonnulla caſtella ſibi rebellantia cepit, provincias illas, prout videbatur, diſpoſuit, Duces Northmannis, qui in illis partibus commorantur, & aliis eo loco urbibus conſtituit. Sed ſocru Imperatoris de monte Gargano Beneventum reverſa, orto tumultu, Beneventani cives quibuſdam eam injuriis afficiunt. Unde ſævam ab Imperatore vindictam metuentes, eique ſe ſubdere non præſumentes, rebellionem ineunt. Sed Imperator, qui magna (ut dictum eſt) ex parte exercitum jam remiſerat, & ad aliam occupato animo patriam tendebat, tantam tunc temporis civitatem expugnatum aggredi diſtulit, interimque eo infecto negotio, ſed alias univerſa Italia parente, pacataque, redire diſpoſuit. Interea Imperatrix Agnes, quæ Romæ ab Imperatore digreſſa fuerat, in Ravennati territorio filiam peperit. Imperator vero cœpto redeundi itinere, Mantuæ Paſchale feſtum in graviſſima decumbens ægritudine commoratur. Poſtea convaleſcens, corpus beati Guidonis, Pompoſæ monaſterii Abbatis in magna ſanctitate ante non integrum annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmenſi, ubi ſepultum fuit, civitate, ad urbem Spiram transferendum, magno ſecum cum honore, de Italia rediens devexit &c.* His addit de ſubrogatione nonnullorum Epiſcoporum in vacantes Eccleſias obitu prædeceſſorum.

V. Greg. VI. ducitur in Germaniam.

Certum eſt etiam, eumdem Imperatorem ab Italia recedentem duxiſſe ſecum in Germaniam Gregorium Papam Sextum, ne præſente ipſo Romæ aliquid innovaretur. Comitatus eſt tunc eum Hildebrandus ejus diſcipulus, Sedis Apoſtolicæ ſubdiaconus, poſtea vero Gregorius Septimus. Teſtatur id enim ipſe Gregorius in Concilio Romano celebrato anno milleſimo octuageſimo, in quo hæc ipſe locutus: *Vos enim ſcitis, quia non libenter ad ſacrum ordinem acceſſi, & invitus ultra montes cum domino Papa Gregorio abii, ſed magis invitus cum domino meo Papa Leone ad veſtram ſpecialem Eccleſiam redii &c.*

VI. Concil. adverſus Simoniacos.

Liquet inſuper Glabri teſtificatione, eumdem Henricum, poſtquam Imperator creatus eſt, ab Urbe reverſum collegiſſe Concilium Epiſcoporum, ad extirpandum quod reliquum erat ſimoniacæ pravitatis, in eoque ad Epiſcopos peroraſſe, gravique invectiva eoſdem exagitaſſe ejuſdem criminis reos. Sed audiamus ipſum iſta ita narrantem (*b*): *Dignoſcens igitur idem Henricus, per univerſam Galliam, atque Germaniam ſimoniacæ philargyriæ graſſari cupiditatem, coadunari fe-*

(b) Glab. l. 5. c. 5.

PAGIUS *eique ſe ſubdere non præſumentes, rebellionem ineunt. Sed Imperator qui magnos exercitus jam remiſerat, & ad alia occupato animo, jam in patriam tendebat, tantam tunc temporis civitatem aggredi diſtulit, interimque eo infecto negotio, ſed alias univerſa Italia parente, pacataque redire diſpoſuit. Interea Imperatrix Agnes, quæ Roma ab Imperatore digreſſa fuerat in Ravennati territorio filiam peperit.* Addit Leo Oſtienſis lib. 2. c. 81. Imperatorem ſecum in Germaniam *Clementem* adduxiſſe. Cum vero Lambertus Schafnaburgenſis annum a Nativitate Domini inchoans ſcribat: *MXLVIII. Imperator Natalem Domini Poletha* (in Saxonia) *celebravit. Ibi Legati aderant Romanorum, Suidgeri Papæ obitum nunciantes, eique ſucceſſorem poſtulantes*, apparet, Clementem II. hoc anno Romam rediiſſe. Hinc Hermannus Contractus citatus hoc anno ſcribit: *Clemens, qui Suidegerus Papa, in Romanis partibus nono menſe promotionis ſuæ diem obiens, ad Epiſcopatum ſuum Babinberg reportatus tumulatur.*

III. A num. VI. ad IX. Recitat Baronius quæ Glaber lib. 5. cap. 5. retulit de numeroſo Conci-



*cit ex omni Imperio ſuo tam Archipræſules, quam cæteros pontifices, & tale eis intulit colloquium: Lugens vobis incipio loqui, qui vice Chriſti in Eccleſia conſtituti eſtis, quam ipſe ſibi deſponſavit, ac pretio ſui ſanguinis redemit. Sicut enim ipſe gratuita bonitate de ſinu Dei Patris per Virginem ad nos natus eſt redimendos; ita ſuis præcepit, mittens eos in orbem univerſum, Apoſtolis (a): Gratis accepiſtis, gratis date. Vos autem avaritia & cupiditate corrupti, qui dum conferre deberetis in hujuſmodi tranſgreſſionis, dando & accipiendo, canonem, maledicti eſtis. Nam & Pater meus, de cujus animæ periculo valde pertimeſco, damnabilem avaritiam in vita nimis exercuit.*

(a) Mat. 10.

VII. *Idcirco quicumque veſtrorum hujuſce ſe norunt contaminatos, oportet, ut a ſacro miniſterio ſecundum diſpoſitionem canonicam arceantur. Patet ergo maniſeſtiſſime, quoniam propter hanc offenſam venerunt ſuper filios hominum diverſæ clades, fames videlicet, atque mortalitas, necnon & gladius. Omnes quippe gradus Eccleſiaſtici a maximo Pontifice uſque ad Oſtiarium opprimuntur per ſuæ damnationis pretium, ac juxta vocem Dominicam, in cunctis graſſatur ſpiritale latrocinium.*

VIII. Simoniaca hæreſis ubique ſparſa.

*His denique ab Imperatore acerrime prolatis ſtupefacti pontifices, quid illi reſponderent, non habebant. Pertimeſcebant enim carere ob hanc culpam propriis Epiſcopatuum ſedibus. Et quoniam non ſolum in Gallicanis Epiſcopis hæc peſſima pullulaverat nequitia; verum etiam multo amplius totam occupaverat Italiam (omnia quippe miniſteria Eccleſiaſtica ita eo tempore habebantur venalia, quaſi in foro ſæcularia mercimonia) cernentes * quoque Epiſcopi gravi ſe invectione irretitos, miſericordiæ opem implorabant. At ipſe Princeps miſericordia motus, tale conſolationis protulit verbum: Ite,* inquiens, *& quod illicite accepiſtis, bene diſponere ſatagite, ac pro anima patris mei, qui hac noxa reus vobiſcum tenetur, attentius intercedere mementote, quatenus ei indulgentiam hujus facinoris a Deo poſſitis acquirere. Tunc propoſuit edictum omni Imperio ſuo, ut nullus gradus clericorum, vel miniſterium Eccleſiaſticum pretio aliquo conquireretur: ac ſi quis dare, aut accipere præſumeret, omni honore deſtitutus anathemate mulctaretur. Spopondit inſuper promiſſum hujuſmodi, dicens: Sicut enim mihi Dominus coronam Imperii ſola miſeratione ſua gratis dedit, ita & ego, quod ad religionem ejus pertinet, gratis impendam. Volo, ſi placet, ut & vos ſimiliter faciatis.* Hæc Imperator, præſente (ut puto) Clemente Pontifice, quem ſecum ex Italia in Germaniam duxerat. Non erat Imp. opus, cum ſimoniacis Epiſcopis diſpenſare, ut retinerent Epiſcopatum, nec inferre anathema in delinquentes.

* quique.

IX. Dignum exemplum manſueti Imp.

Præmittit itidem Glaber de eodem Henrico, poſtquam creatus eſt Imperator, ejuſmodi exemplum de abſtinentia in munere accipiendo, & pœnitentia, cum accepiſſet, his verbis: *Contigit tunc temporis, ut Abbas cujuſdam monaſterii honeſtæ poſſeſſionis equum valde optimum præſentaret, quatenus in loco ſibi commiſſo ipſius amicitiam conciliaret. Fuerat denique idem equus, ignorante Abbate, cuidam militi clam ſublatus, ſibique pretio venumdatus. At Imperator gratanter illum ſuſcipiens, ſuimet evectioni mancipavit. Quodam igitur die eidem equo inſidens iter agebat: obviam fit ei miles, cui præfatus equus furtim ſublatus fuerat, qui imprudenter aggrediens Imperatorem, in hujuſmodi prorupit verba: Tu,* inquiens, *o Rex, qui cenſuram debes tenere totius juſtitiæ, equum modo fraudulenter abſtractum cerneris poſſidere. Cui illico Rex tale protulit reſponſum: Si tuus, inquit, eſt equus, ut ais, accipe illum cum ſeſſore & educ tecum quo melius optas, & habeas utrumque, quouſque perſolutionem furti ſuſcipias. Miles quoque exiſtimans ſibi illudi, hærebat ſtupens. Enimvero Rex compulit eum, ut manu injecta duceret utrumque in ſuum dominium. Aſpicientes vero qui circumſtabant, ingenti admiratione ſtupuerunt.* Ita nempe voluit ſuo exemplo admonere ſibi ſubditos Imperat. magno ſui periculo poſſidere audere aliquem alienum; itemque ſimoniæ crimen in ipſum quoque Principem vindicandum, ob idque ſic queſtus eſt: *Quæ grates,* inquiens Rex, *referendæ ſunt illi viro, qui me tam ſubdole in hanc impulit captionem? Qui dum ab univerſis horribiliter deteſtaretur: ait Rex: Adducite illum, ut ſecundum illuſionem, quam in me geſſit, in eo vindicetur.* Ita quidem fremens Imperator, qui tamen in ſeipſum, qui munus accepiſſet in Abbatiæ inveſtitura, maluit convertere pœnam il-

PAGIUS *Concilium Germanicum adverſus Simoniacos.* cilio in certo loco adverſus *Simoniacos* in Germania ab *Henrico* Imperatore celebrato, & jure merito ſuſpicatur, Concilium illud præſente *Clemente* Pontifice habitum eſſe, licet Glaber ejus mentionem non faciat. Illud a Coſſartio Tom. IX. Concil. neſcio quo caſu, omiſſum. Ultra hunc annum Glaber Rodulphus, Ordinis Benedictini in Cœnobio S. Germani Autiſſiodorenſis Monachus, Hiſtoriam ſuam, Sancto *Odiloni* Abbati Cluniacenſi nuncupatam, non produxit. Eam Ducheſnius Tom. IV. exhibet.

illam, privans ſeipſum ejuſdem Abbatiæ collatione. Pergit enim auctor: *Dumque præfatus Abbas accerſitus fuiſſet, ait: Depone baculum regiminis paſtoralis, quem credis largitione mortalis hominis debere geſtari. Quem cum a ſe projeciſſet, ſuſcipiens illum Rex, impoſuit dexteræ imaginis Salvatoris: Vade*, inquiens, Abbati, *& ſuſcipe illum de manu omnipotentis Regis, nec ultra pro eo debitor ſis alicujus mortalis, ſed libere utere eo, ut decet culmen tanti nominis. At ipſe gaudenter illum ſuſcipiens, * plurimis de tali facto alacritatem contulit, ac dehinc omni cum libertate viguit.* Hucuſque Glaber, qui & ſuperius tanti Principis commendans fortitudinem bellicam, vitium, quod intime illi inhærebat, ita deplorat, dicens: *Tamen, proh pudor, unum in eo erat nimium reprehenſibile, quod incontinentia, & carnis luxuria infamabatur.*

X. Quod inſuper hoc eodem anno, quo Imperator creatus eſt, eidem contigiſſe (a) Willelmus Malmesburienſis & alii poſt eum narrant, hic deſcribamus: ait is enim: *Tempore Conradi Patris a quodam clerico fiſtulam tulerat argenteam, qua pueri ludo aquam jaculantur, pactus Epiſcopatum, cum foret Imperator: Adultus repetenti pollicitum impigre dederat. Nec multo poſt aſpera valetudine correptus decubuit, morbo creſcente triduo ex ſenſus & mutus jacuit, cum in ſolo pectore vitalis halitus palpitaret. Nec aliud vitæ indicium erat, quam quod manu ad nares appoſita quantuluſcumque ſentiebatur anhelitus. Epiſcopi præſentes triduano indicto jejunio, lacrymis & votis pro vita Regis ſuperos pulſabant. Quibus, ut credi fas eſt, remediis convaleſcens, accitum Epiſcopum, quem injuſte fecerat, ſententia Concilii depoſuit, profeſſus ſe toto triduo dæmones infeſtos vidiſſe, flammam in ſe per fiſtulam jaculantes adeo pertinacem, ut noſter ignis in comparatione illius jocus putetur, & nihil calere. Juvenem inter hæc ſemiuſtulatum lætum adventaſſe, ferentem immenſæ magnitudinis calicem aureum aqua plenum, cujus viſione, & laticis aſpergine delinitum, extinctis ardoribus, in ſanitatem evaſiſſe. Ephebum illum beatum fuiſſe Laurentium, cujus Eccleſiæ tectum longa carie diſſolutum compaginavit, & præter alia xenia calice aureo honorificavit.* Hæc Vuillelmus: Matthæus Vueſtmonaſterienſis iſta locupletius. Sed ad Clementem Pontificem redeamus.

(a) *Villel. Malmesb. de geſt. reg. Angl. l. 2. c. 12.*

XI. Quod unicum reperimus litterarum Apoſtolicarum monimentum, brevis temporis Pontificatus ejus, diploma ſcilicet ab eo datum hoc anno menſe Februarii, hic deſcribendum curavimus. Sic ſe habet:

Clementis II. diploma. *Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto fratri Joanni amodo Salernitano Archiepiſcopo, perpetuam in Domino ſalutem.*

*Quotiens ita contigit, ut exigente neceſſitate, & maxima utilitate transmutandus eſt quiſquam Epiſcopus de propria ſede ad aliam: diligentiſſime perquirenda eſt perſona, utrum neceſſario ſit transmutanda, ut ſic major utilitas oriatur, ſicut major ſedes aſſumitur. Te vero, frater chariſſime, quem unanimitas Cleri & populi Salernitanæ Eccleſiæ una cum glorioſiſſimo Principe Guaimario de ſede Peſtana accepit, & in ſuum Pontificem elegit, diligenter diſcuſſimus, ne tuæ ambitionis cauſa, & non majoris utilitatis neceſſitate electus fuiſſes, aut forte per ſimoniacam hæreſim. Quod ita ab omnibus eſt abnegatum, ut nullius audiretur ore prolatum. Siquidem Salerni manentes, & hoc ab omnibus perquirentes; cum te audiremus ab omnibus laudari, & ab omnibus videremus amari; dominum benediximus, qui tantam concordiam in tanta hominum diverſitate ſuper te potuit efficere ut nullus videretur diſcrepare. Etenim circa te idem amor in omnibus, eadem intentio, commune omnibus deſiderium. Quapropter annuentes petitioni, votoque eorum omnium, & maxime prædicti glorioſi Principis Guaimarii, te, frater, ſicut & de ſede propria ad ſuam transtulerunt, poſcentibus tuorum meritis morum, non rapina tuæ avaritiæ id aſſectante, Apoſtolica aſſenſione per hoc noſtræ auctoritatis privilegium incardinamus & inthronizamus eidem Salernitanæ Sedi, in qua fungaris Archiepiſcopi decore & honore. Nam in te nobis complacuit, quidquid de te fama diſpergit, videlicet ſanctitas, caſtitas, benignitas, & omnia quæ Deo placabilia ſunt.*

XII. Quid ſignet pallium. *Unde in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Archiepiſcopali pallio noſtra Apoſtolica manu dilectionem veſtram inſignivimus, quo utaris toties in anno, quoties prædeceſſores tuos eo uſos fuiſſe conſtat. In quo, quia de vellere ovis eſt, intellige te ovium paſtorem. Et quia eo circumcingeris, & etiam circa humeros portas; cognoſcas & undique circumſpicias, ne aliqua erret, & in morſus incidat luporum. Quod ſi aliquando (quod abſit) contigerit; eam habeas in humeros ad caulam reportare, & priſtinæ ſocietati coadunare. Quod vero ante & retro Crux Domini habetur: (b) illud Apoſtolicum ſemper docet ante oculos tuæ mentis habere: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum cum omnibus adjacentibus parochiis ſuis. Et inſuper licentiam damus, & poteſtatem ordinandi, & conſecrandi Epiſcopos in his ſubjectis vobis locis, hoc eſt, Peſtanenſem Epiſcopatum, cum parochiis & adjacentiis ſuis, & Epiſcopatum Conſanum, & Epiſcopatum Nolanum & Epiſcopatum Malvitanum, necnon & Epiſcopatum Acerentinum, ſimulque & Epiſcopatum Biſinianenſem, atque Epiſcopatum Cuſentiæ, cum omnibus Parochiis & adjacentiis eorum. Pro pallio vero, quod ſupradiximus, poſt diſceſſum quidem tuum ſucceſſores tui perveniant ad Apoſtolicam Sedem, & uſum pallii, conſecrationemque decretaliter recipiant, & non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri in cunctis prædictis Epiſcopatibus, quos vobis Apoſtolica auctoritate conceſſimus, deinceps Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt. Si quis autem nefario auſu (quod non optamus) huic noſtræ conceſſioni aliquo modo contraire voluerit, & omnia ſupraſcripta a nobis firmata violare præſumpſerit, perpetuo anathematis vinculo religetur. Et ut hæc noſtra conceſſio firma in perpetuum maneat, bulla noſtra & ſigillo eam ſignari præcepimus. At qui pie intuitu cuſtos & obſervator hujus noſtri privilegii extiterit: benedictionis gratiam & cœleſtem retributionem a juſto judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum. Amen.*

(b) *Gal. 6.*

*Scriptum eſt per manus Joannis Scriniarii & Notarii ſacri Lateranenſis palatii &c. Datum xii. Kalend. Martii per manus Petri diaconi & Bibliothecarii, & Cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ Sedis, anno Domini Clementis Secundi Papæ primo, Indictione decimaquinta.* Hactenus diploma Clementis.



XIII. Ad ipſum vero Clementem Petrus Damiani, eremi incola celebris nominis, tum ſanctitate, tum etiam doctrina ſcripſiſſe reperitur epiſtolam, inſuper & Henrici Imperatoris impulſu ad ipſum iter arripuiſſe. Quod autem magnopere ſatageret Imperator, quem creaſſet Papam communire Clementem: ut Petrus Romam ad Pontificem ſe conferret, exiſtimamus ea occaſione voluiſſe, quo tantum virum latentem in eremo, ad Eccleſiaſtica ſubeunda negotia ſenſim perduceret. Porro ipſam ex Caſſinenſi bibliotheca acceptam epiſtolam hic tibi deſcribendam curavimus. Sic ſe habet:

Petr. Damiani epiſtola ad Clementem pap. *Domno Clementi ſummæ Sedis Antiſtiti Petrus peccator monachus humillimæ devotionis obſequium.*

*Noverit beatitudo veſtra, excellentiſſime Domine, quia domnus invictiſſimus Imperator non ſemel, ſed ſæpe mihi præcepit, & (ſi dicere audeo) rogare dignatus eſt, ut ad vos venirem, & quæ in Eccleſiis noſtratum partium agerentur; quæque mihi neceſſaria a vobis fieri viderentur, veſtris auribus intimarem. Cumque ego & difficultatem itineris perhorreſcerem, & ad vos venire penitus recuſarem; ille a ſua intentione non deſtitit, ſed ut iter arriperem, abſoluta definitione præcepit. Poſtquam autem itinere dierum trium ad eremum regreſſus ſum; ecce iſtæ ejus litteræ, veſtris ſacris manibus offerendæ nobis allatæ ſunt, quas nos uſque ad aſpectum veſtrum non præſumimus temerare. Quas, ſi placet, vos prius inſpicite, & cum his ſimul per veſtras quoque litteras, utrum ad vos venire debeam, nec ne, mihi jubere dignamini. Ego enim inter utrumque poſitus, & dies meos huc & illuc diſcurrendo perdere timeo, & tamen Eccleſiis Dei, quæ in noſtris partibus per malos Epiſcopos & Abbates omnino confuſæ ſunt, compatiendo, mœrore nimio & triſtitia contabeſco.*

XIV. *Et quid prodeſt, Domine mi, quod Apoſtolicam Sedem de tenebris ad lucem remeaſſe dicimus; ſi nos adhuc in iiſdem tenebris remanemus? Quid juvat ſi ſub ſera quis vitalis alimenti copiam claudat; ipſe tamen fame depereat? Quid juvat, cum quis limati mucronis ferro ſuccingitur, ſi circumfuſis hoſtium cuneis non vibratur? Te enim omnipotens Deus vice ſui in populo quodammodo cibum poſuit; ex te contra omnes adverſariorum impetus Eccleſiæ ſuæ latus armavit, quatenus & Deo reſiſtentium pectus ſtudeas cœleſti virtute confodere, & famelicum noſtræ humilitatis ſtomachum ſacri verbi dapibus ſatiare. Sed cum videamus Fanenſem latronem ab his etiam qui non erant, ſed dicebantur Apoſtolici, maledictum & excommunicatum, Auximanum quoque tot & tantis inauditis criminibus involutum, alioſque ſimili ſententia condemnandos, a vobis cum tanta arrogantia & exultatione reverti; cogitur in luctum ſpei noſtræ gaudium commutari: (a) Nos autem ſperabamus, quod tu eſſes redempturus Iſrael. Quaproper, beatiſſime Domine, ſic conculcatam, & abjectam ſtude relevare juſtitiam, ſic Eccleſiaſtici vigoris exhibe diſciplinam, ut & pars iniqua a ſtatu ſuperbiæ corruat, & mens humilium ad ſperanda bona fiducialius convaleſcat.* Hucuſque ad Clementem Pontificem Petrus.

(a) *Luc. 24.*

XV. *Sic igitur urgente Imperatore, vel Pontificibus eum ſæpe vocantibus, ad Eccleſiaſtica onera ſubeunda avocatur a ſolitudine. Quod feciſſe doluit ſemper; & ſuos, ne quovis prætextu ſinerent ſe abduci ab eremo, ſuo periculo monitos voluit, hæc inter alia ſcribens ad eos (b):*

*Imperialis edicti pagina, veredario diſcurrente, defertur: bullatæ nobis apochæ ab auctore Sedis Apoſtolicæ diriguntur, Synodus congregatur, religioſis viris Concilii ſumma committitur: ſolotenus illico ſe monachus flectat, honorem, ſa-*

(b) *Petr. Damian. de contempt. ſæculi c. 30. 31.*

Petrus ſuos monet monachos ſui exemplo.

*ſacris litteris reverenter exhibeat. Hujus tamen expeditionis munus a ſe alienum irretractabiliter ducat, & reputans intra ſe, dicat: Quid mihi cum Regibus terræ? quid mihi cum ſynodali conventu? Sufficiat mihi, peccatis meis flendis inſiſtere: ſatis mihi ſit, me huic mundo mortuum exhibere. Nolite, quæſo, monachi, nolite ſub Eccleſiaſticæ compaſſionis ſpecie Regum aulas irrumpere: nolite aures Principum velut ſalutaria ſuggerendo, faſtidioſa importunitate pulſare. Credite experto, credite in hujus gratiæ ſtudiis non leviter fatigato. Imperatoriæ namque majeſtati ſæpe, quæ ſuggerenda videbantur, expreſſimus: a ſummis Pontificibus invitati ſynodalibus Conciliis interfuimus; ſed qui hoc tempore iſta proſequitur, tamquam ſi ſemina crederet arenoſis littoribus, videtur. Sæpe namque in Conciliis ſynodalibus poſiti, quoſdam clam ſibi feraliter conſcios præſidere in numero ſacerdotum vidimus, non modo de ſuis ſecuros, ſed ultro etiam ad aliorum crimina defendenda impudenter accinctos. Qui nimirum, ut ferebatur, & cum Simone prius emerant, & & cum Giezi poſtmodum chariſmatum dona vendiderant: quorum tanta vis erat ad excuſandas excuſationes in peccatis, ut inter cætera mala etiam ſimoniacæ hæreſeos non modo defenſores, ſed viderentur potius aſſertores. Quis ad iſtorum invidiam monachus mutire præſumeret? quis ad arguenda crimina, vel juſtitiam declarandam vendicare ſibi jus libertatis auderet? illico in nos duræ ſugillationis arma corriperent, & præmiſſo jurgio, ſilentium imperarent; inter ſe ſcilicet hoc modo judices conquerentes: Ad Concilium hoc judicantes convenimus. Sed o nova præſumptio! mortuorum ſententiis ſubiacemus, & Epiſcoporum ſunt judices facti, qui legaliter ſub eorum fuerant legibus conſtituti. Quibus aliquando reſpondetur: Venerabiles patres, & domini, ſicut vobis ſpecialiter prærogatum eſt judicare, ita etiam minoribus Eccleſiæ membris competit quod ſentiunt in commune conferre: nec ulla canonum auctoritas prohibet juniores, quæ Eccleſiæ ducunt profutura, depromere, dum tamen ventilata negotia pontificalis judicii debeat clauſula terminare. Si quando hoc, aut aliquid hujuſmodi cum humilitate ſuggeritur; nequaquam patienter admittitur, ſed ſi quid a nobis in Synodo actum eſt, totum ad invidiam noſtram ſuperbo vocabulo, Judicium nuncupatur. Hæc breviter idcirco perſtrinxerim, ut in me quilibet inexpertus diſcat, ſibimet etiam a talibus declinare quantum expediat.* Hæc ad ſuos Petrus, quem tamen multiplici nomine his temporibus perditiſſimis Eccleſiæ Catholicæ profuiſſe, cum ad Eccleſiaſtica negotia ſubeunda vocatus ſæpe ex eremo fuit, quæ ſingulis ferme annis erunt dicenda, monſtrabunt. Jam ad Clementis citum nimis & improviſum funus lugubre veniamus.

XVI. Clementis Pap. obitus.

Hoc eodem anno ſeptimo Idus Octobris Clemens Papa, nono menſe a promotione ſua ex hac vita migravit, ſepeliturque delatus in ſuum antea Epiſcopatum Bambergam. Hæc Hermannus, ſimulque Leo hoc anno, & alii omnes poſt eum. Subrogationem autem ſucceſſoris non niſi anno ſequenti factam idem docet Hermannus, temporis hujus ſcriptor: nam audito Romæ obitu Clementis Papæ, Benedictus Nonus jam iterum pulſus, adhuc tertio invaſit Romanam Eccleſiam. Ita enim de ipſo Leo Oſtienſis (a): *Clemente vero poſt menſes novem*

(a) *Leo Oſt. l. 2. c. 82.*

PAGIUS IV. *S. VViborada canonizatur.*

Ad num. XVI. *Clemens* II. antequam e Germania in Italiam rediret *Sanctam Vviboradam* Virginem & Martyrem, quæ recluſa apud Sanctum Gallum anno CMXXV. ab Hungaris cæſa eſt, in Sanctorum numerum retulit. Id teſtatur Burchardus San-Gallenſis Monachus, qui ſæculo ſequenti vixit, in lib. de Caſibus Monaſterii ſui cap. VI. ubi de Norperto Abbate ſcribit: *Obtinuit amminiculante Henrico Imperatore & conjuge ejus Agnete hoc apud Dominum Apoſtolicum Clementem ſecundum, recitata Vita beatæ Vvboradæ ejuſque miraculis, de tandiu neglecta re ab ipſo Papa redargutus: quatenus ipſam præſente Theodorico Conſtantienſi Epiſcopo canonizaret, & pro ſancta haberi præciperet, & anniverſarium ipſius diei ſolemnizandum inſtitueret.*

V. *Moritur Clemens II. PP.*

Profectus poſtea in Italiam Clemens II. animam Deo reddidit *in Romanis partibus nono menſe promotionis ſuæ*, inquit Hermannus Contractus. Victor Papa lib. 3. Dialog. ait, eum *non amplius novem menſibus Sacerdotio* functum; Leo vero Oſtienſis lib. 2. cap. 82. eum obiiſſe *poſt menſes novem*. Quare cum anno ſuperiori die Natali Domini conſecratus fuerit, & die nona menſis Octobris divo Dionyſio ſacra vita functus ſit, ſedit menſes novem, & dies XV. die emortuali incluſo, ideoque ejus Sedis duratio in omnibus Catalogis mendoſe deſcripta; cum in pleriſque tribuantur ei menſes IX. & dies VII. in duobus menſes IX. & dies XVII. Clementem vero II. die nona Octobris obiiſſe, oſtendunt verba Brevis Leonis IX. a Gretſero in Sanctis Bambergenſibus recitati, in quo Pallium conceditur Hartwico Bambergenſi Epiſcopo Clementis II. ſucceſſori, quo uteretur ter in anno: *In ſolemnitate*, inquit, *Sancti Dionyſii, eo quod tunc anniverſarius dies celebratur domini Papæ Clementis ſupra memorati: hancque diem Apoſtolica auctoritate ſtatuimus celebrem eſſe per totum Epiſcopatum.* In Vita vero S. Henrici Imp. legitur, eum permiſiſſe Presbyteris & Diaconis *mitras geſtare* in quibuſdam diebus ibi expreſſis, inter quos *& ſancti Dionyſii pro reverentia prælibati prædeceſſoris domni Clementis Papæ, cujus anniverſarius dies tunc ab eiſdem fratribus agitur.*

Por-



Benedict. IX. tertio invaſor.

*vem ultra montes defuncto, præfatus Benedictus in Pontificatum iterum rediens, octo illum menſes tenuit, donec ab Imperatore tranſmiſſus ex Germania Damaſus, Brixinorum Epiſcopus, illi in Papatu ſucceſſit.* Hæc Leo. Agemus autem de ſucceſſione Damaſi anno ſequenti.

XVII. Hungarica eccl. perſecutionem paſſa.

Eodem anno cum Petrus Hungarorum Rex per Henricum Imperatorem armorum potentia reſtitutus eſſet, Hungari concitati a regni proceribus, non ſolum iterum a Rege deficiunt, ſed & Andream exulem revocantes Regem conſtituunt: a quo impetrant etiam iidem diabolico furore perciti, amoti ſenſu rationis, ut a Chriſtiana religione deficiant, dæmonibus ſacrificia immolent, atque thura libent diis Gentilium. Cum iidem in Chriſtianos fideles quoque graſſantes, & in Eccleſias irrumpentes, iiſdem ſpoliatis, &



incenſis, eorum clericos, ſive monachos diris ſuppliciis affecere, atque necarunt, parique impetu irruperunt in quoſque regios miniſtros, magiſtratus, locorumque diverſorum præfectos; atque demum in reliquos omnes, ſive gentiles ſuos, ſive externos apud eos inventos, qui Chriſtiano nomine cenſerentur. Perſecutio talis fuit, ut ſi diutius perduraſſet, omne prorſus Chriſtianitatis nomen in Hungaria aboleviſſet. Recenſent diras clades iſtas complures, & inter alios, qui res Polonorum proſecutus eſt Longinus: qua etiam perſecutione ſublatum eſſe martyrio ſanctum Gerardum Chanodienſem Epiſcopum narrat, quod & alii plerique teſtantur.

XVIII.

Hoc namque anno ipſe Gerardus Epiſcopus Chanodienſis, in Hungaria (ut ipſe prædixerat) cæſus ab hoſtibus titulo mar-



PAGIUS VI. *In Italia & Bamberga ſepultus.*

Porro errat Leo Oſtienſis a Baronio citatus, quando ait, Clementem II. *ultra montes* defunctum eſſe. Leo enim in Italia ſcripſit, ubi Clemens demortuus, uti jam ex Hermanno Contracto, & ex Lamberto Schafnaburgenſi oſtendimus: quibus adde Auctorem Vitæ Sancti Henrici, qui de Leone Papa IX. ait: *Ductus amore & reverentia Clementis piæ memoriæ prædeceſſoris ſui, quem Deus miro diſpenſationis ordine a Prælatione hujus loci* (Bambergenſis ſcilicet civitatis) *ad Sanctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ apicem dignatus eſt avertere; & mirabilius e Romanis finibus defunctum ejus corpus reducere; volens hanc Eccleſiam quaſi novam tanto decoratam eſſe Patrono, & Romanam contentam & ſufficienter præteritis & futuris Patribus, manere ornatam.* Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico refert Clementis II Epitaphium his verbis conceptum:

„ Reverendiſſimus in Chriſto Pater
„ & Dominus D. Suiderus a Mayendorf, Sa-
„ xo 2. Epiſcopus Bamb. poſtea ſummus Pont.
„ Clemens II. dictus, obiit Romæ 10. Octob.

Anno 1047. Exhibet poſtea Papebrocius accuratam Tumuli Clementis lapidiſque impoſiti delineationem, aitque ſe accipiſſe ex uno ex Patribus Collegii Bambergenſis Societatis ſuæ, Tumulum quidem antiquum eſſe, ſed lapidem in quo ſculptum Epitaphium novum, prout ex literarum Romanarum forma, eo ævo non ſolum apud Germanos; ſed & apud Romanos exoleta, nec multo poſt quam ab annis centum reſtitui paulatim cœpta, aliiſque indiciis ex ipſa Inſcriptione deductis cognoſci poteſt. Novus itaque lapis pro veteri ſublato repoſitus. Hæ Viri doctiſſimi conjecturæ mihi omnino probantur, quibus addo diem X. quo in ea Inſcriptione Clemens II. obiiſſe dicitur ejus novitatem etiam manifeſte indicare. Nam quod in ea Clemens II. Romæ mortuus dicitur contra Hermanni Contracti & Auctoris Vitæ Sancti Henrici teſtimonia, qui aſſerunt eum in partibus Romanis demortuum ambiguam explicationem habet; cum verbis illis Roma intelligi poſſit.

VII. *Factus Papa Epiſcopatum Bambergenſem non dimiſit.*

Idem Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hiſtoricum, referens ex Gretzero in libro de Divis Bambergenſibus Epiſtolam a Clemente II. Eccleſiæ Bambergenſi datam, qua ei promotionem ſuam ſignificat, ſibique grave eſſe ab ea divelli teſtatur, ait videri ſibi Clementem II. factum Pontificem non dimiſiſſe Titulum *Epiſcopi Babenbergenſis*, uti neque paulo poſt ſecuti *Victor II.* & *Nicolaus II.* dimiſerunt Titulos *Aiſtettenſis* ac *Florentini*. Hæc conjectura certa; Lambertus enim Schafnaburgenſis ad annum MXLVIII. id manifeſte indicat: *Imperator Natalem Domini Polethæ celebravit* (hoc ſcilicet anno juxta vulgarem noſtram epocham). *Ibi Legati aderant Romanorum, Suidgeri Papæ obitum nunciantes, eique ſucceſſorem poſtulantes: quibus Imperator Bopponem Priſnienſem* (legendum Popponem Brixinenſem) *Epiſcopum aſſignavit, Babenbergenſem vero Epiſcopatum Hezekin Cancellario tradidit;* Epiſcopatus itaque Bambergenſis Clementis II. morte vacabat.

VIII. *Benedictus IX. iterum Pontificatum invadit.*

Glaber lib. 4. cap. 5. de Benedicto IX. inquit: *Intercedente theſaurorum pecunia electus extitit a Romanis. A quibus exinde frequenter ejectus, ac inhoneſte receptus, nulla poteſtate viguit.* Hoc autem anno poſt Clementis II. mortem Pontificatum iterum invaſit. Leo enim Oſtienſis lib. 2. cap. 82. ſcribit: *Benedictus in Pontificatum iterum rediens, octo illum menſes tenuit.* Signantius antiquum MS. cujus hæc verba Papebrocius recitat: *Benedictus tertio reverſus in Pontificatum, tenuit eum menſes VIII. dies X. ideſt, a feſtivitate Sanctorum quatuor Coronatorum* (die ſcilicet VIII. Novemb. quæ hoc anno in Dominicam incidit) *uſque ad feſtum Sancti Alexii*, ad diem XVII. menſis Julii ſequentis Chriſti anni Divo Alexio ſacrum. Illud vero Manuſcriptum antiquiſſimum eſſe refert Papebrocius.

IX. *S. Gerardus Epiſc. Canadienſis primus Hungariæ Martyr.*

Ad num. XVIII. Baronius, qui anno MXLII. num. I. & ſeq. priorem adverſus *Petrum* Hungariæ Regem ſeditionem anno uno ſerius collocavit, coactus fuit poſteriorem, quæ præcedenti anno, ut ibi vidimus, contigit, in præſentem differre, ideoque & mortem *Sancti Gerardi* Epiſcopi Canadienſis primi Hungariæ Martyris. Auctor enim Anonymus Vitæ hujus Sancti apud Surium ad diem XXIV. Septemb. ait: *Prædixerat in illa gente immanem ſeditionem excitatum iri, atque in ea ſe mortem oppetiturum.* Paucis interpoſitis: *Uno inde luſtro evoluto, & altero inchoato, prædicta ſeditio extitit: in qua cum ad Albam Regalem vir Dei proficiſceretur, apud Eccleſiam S. Sabinæ Virginis & martyris hoſpitio uſus eſt, illicque cœnantibus fratribus ait: Fratres & ami-*

martyrii felix occubuit. Seditio etenim illa excitata adverſus Petrum Regem, quem & captum excæcaverunt, ſubſtituto anno ſuperiori ( ut habet Hermannus & alii ) Andrea Rege, cum alios plurimos peregrinos, tum etiam ipſum ſanctum Gerardum involvit, necique tradidit. De eo enim hæc in vita ipſius, ab ejus temporis Scriptore habentur (*a*): *Uno inde luſtro evoluto, & altero inchoato prædicta ſeditio extitit. In qua cum ad Albam regalem vir Dei proficiſceretur, apud Eccleſiam ſanctæ Sabinæ virginis & martyris hoſpitio uſus eſt; illicque cœnantibus fratribus ait: Fratres & amici, cras ad cœnam Agni Dei vocamur. Itaque abſque detrectatione properemus, pro Chriſto moriamur. Altera vero illuceſcente die, pater ſanctus Miſſam celebravit, menſæque Chriſti multitudinem ſibi adhærentem fecit participem, lætuſque ad martyrium perrexit. Ubi autem ad Danubium intendit iter, ecce turba populi eum circumſiſtit, lapideſque in eum in curru ſedentem jactat; a quibus tamen Deo eum protegente, tactus non eſt. Ille vero ex adverſo benedictionem, & ſignum Crucis appoſuit. At impii homines tamdem equorum retortis collis, ſubvertunt currum, Patremque humi abiiciunt, & magno impetu lapidare conantur. Tum, inſtar protomartyris Stephani, primus Pannoniæ martyr, poſitis in terra genibus, clamavit voce magna: Domine JESU Chriſte, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. Et cum hoc dixiſſet, in pectore lancea percuſſus obdormivit in Domino. Eodem autem die maxima Chriſtianorum ſtrages facta eſt. Duo enim Epiſcopi, multique viri religioſi interempti ſunt, quorum nomina ſola Dei ſcientia collegit. Corpus quidem beati viri cum in loco martyrii ſui jaceret, nulla ſorde commaculatum eſt. Porro ſequenti die a Catholicis viris in Eccleſia Dei ſanctæ Genitricis conditum eſt.*

(*a*) *Extat apud Surdie 24. Septem. t. 5.*

S. Gerardi martyrium in Hungaria.

Hæc ibi de martyrio. De quo agens Longinus Cracovienſis, hæc paulo diverſe ait: *Latini omnes, Teutonicique Regis Petri præfecti & officiales ubique locorum quæſiti, vario genere mortis conſumpti ſunt. Deinde B. Gerardus Chanodienſis Epiſcopus bigis impoſitus de monte Kerempheludt præcipitatus, & lancea eſt perfoſſus in pectore. Alii ex laicis ſaxis obruti, aut vulneribus ſauciati, felici cruore pro nomine JESU Chriſti abluti ſunt.* Hæc Longinus, ſed anno ſequenti. Porro defuncto Petro, & Andrea Duce in Regem recepto, coronatoque ſolemnibus ritibus a tribus regni Epiſcopis, ut res compoſuit, eaſdem etiam bene diſpoſuit, agens ſummo ſtudio, ut ablegata penitus idololatria, ejurataque, ſacroſancta Chriſtiana religio poſtliminio reſtituta vireſceret: quod factum poſt annum ſequentem idem auctor affirmat.

Andreas rex Hungariæ chriſtianam religionem reſtituit.

XIX. Godefridi ducis Lotharingiæ pœnitentia.

Contigit hoc anno, Hermanno & Sigeberto teſtibus ( licet anno ſuperiori id factum Lambertus affirmet ) incendium Virdunenſe, opera Godefridi Lotharingiæ Ducis, deſperatione rebellantis ob ſublatum ſibi ab Imperatore Ducatum. Cum autem Dei Genitricis templum, ibidem exuſtum fuerit, ſpontaneæ pœnitentiæ ipſe poſteris dignum reliquit exemplum, de quo Lambertus hæc paucis: *Poſt modicum*, inquit, *facti in tantum*

PAGIUS

*amici, cras ad cœnam agni Dei vocamur.* Subdit poſtea inſtar Protomartyris Stephani primum Pannoniæ Martyrem a Deo petiiſſe, ne Gentilibus ſtatueret hoc peccatum, & cum hoc dixiſſet in pectore lancea percuſſum obdormiviſſe in Domino; eodem die maximam Chriſtianorum ſtragem factam eſſe, & multis inde lapſis diebus Sancti Viri procuratorem ab *Andrea* Hungariæ Rege obtinuiſſe, ut corpus illius ſibi reſtitueretur: denique a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Synodo *Ladiſlai* Regis tempore injunctum fuiſſe, ut corpora eorum, *qui Pannoniam fidei prædicatione irrigaſſent, ſummo honore afficerentur*; ac veniente Sedis Apoſtolicæ Legato, *ſacrum hujus beati Martyris corpus elevatum eſſe*. Anno itaque MXLI. non vero inſequenti *Sanctus Gerardus* ſeditionem prædixerat, quæ ſexto poſt anno contigit, anno nempe Chriſti ſuperiori, in qua Petrus Hungariæ Rex ſolio exturbatus, Andreas in ejus locum ſubrogatus & plures Chriſtiani ab iis, qui ad idololatriam redierant, interfecti. Res tamen poſtea Andreas compoſuit & Eccleſiæ favit.

X. *Emma Regina incontinentia dicitur accuſata.*

*Alfvvinus* vel *Elvvinus* Wintonienſis Epiſcopus hoc anno e vivis exceſſit juxta antiquos Hiſtoriæ Anglicæ Scriptores, qui aiunt eum *Emmæ* Reginæ fuiſſe gratiſſimum. Fabulantur autem recentes quidam ejuſdem nationis Authores, cum familiarius quam oportuit, cum Emma egiſſe, ac illo modeſtiæ & caſtitatis leges tranſgreſſo? rumorem ad Eduardi Regis aures, Roberti Londinenſis Epiſcopi relatione perveniſſe; qui rei indignitate commotus Epiſcopum & *Emmam* matrem, cuſtodiæ mandarit; donec utriuſque innocentia miraculo probata fuiſſet. Crimen, inquiunt, violatæ pudicitiæ *Godvvinus* Comes, qui ſumma apud Regem valebat gratia, intentavit, & in partes traxit *Robertum* Epiſcopum Londinenſem, qui hoc tempore totius Archiepiſcopatus Cantuarienſis, Archiepiſcopo morbo ſontico afflicto, curam gerebat. Suſurris hujuſmodi *Eduardo* Rege commoto effectum ut ea bonis prædiiſque ſpoliaretur, & poſtea in cœnobium retruſa, parciſſime aleretur. Inde Reginæ innocentiam ſuam probari placuit; ſuper candens ferrum ( novem videlicet ignitos vomeres ) nudis pedibus gradiendo. Præſcribitur ergo a Rege certus purgationis dies, & *Emma* vomeres omnes calcans & pertranſiens illæſa inde evaſit, eoque miraculo innocentiam manifeſtavit.

XI. *Calumnia illa refellitur.*

Hoc vere contigiſſe, Alfordus in Annal. hoc anno & Bollandus ad diem V. Januarii, ubi Sancti Eduardi Confeſſoris Vitam a Sancto Aelredo ſcriptam recitat, etiam exiſtimant. Sed cum neque Aelredus, neque Malmesburienſis, neque ullus alius antiquus Angliæ Hiſtoricus fa-



*tum eum pœnituit, ut publice ſe verberari faceret, & capillos ſuos ut tonderentur, multa pecunia redimeret, ſumptus ad reædificandam Eccleſiam daret, & in opere cœmentario per ſeipſum plerumque vilis mancipii miniſterio functus deſerviret.* Ita plane Annalium noſtrorum decurſu Lotharingiæ Duces vel invenimus innocentes, vel ſi noxios, pœnitentes, atque hujuſmodi, qui cæteris Principibus imitanda reliquerint pietatis exempla. At de eodem Godefrido diverſis occaſionibus ſæpe inferius agendum erit.

Qua-

PAGIUS

cti adeo ſingularis meminerit, illud inter fabulas accenſendum; eo magis quod ex Hiſtoricis Anglicanis conſtet Alfwinum Wintonienſem Epiſcopum hoc anno e vivis abiiſſe, & *Robertum* Epiſcopum Cantuarienſem anno tantum milleſimo quinquageſimo primo relegatum eſſe, & nonniſi poſt *Emmæ* Reginæ mortem in Regis gratiam rediiſſe. Quare quomodo verum eſſe poteſt quod fabulatores iſti aſſerunt, *Robertum*, mox divulgato miraculo mare trajeciſſe, Gemeticum monaſterium conceſſiſſe, ibique demortuum. Denique Warthonus Tom. I. Angliæ Sacræ refert Annales Wintonienſes a Thoma Rudborno ab annis circiter ducentis compoſitos, in quibus hæc fabula legitur, de qua cum ne verbum quidem habeat Warthonus, ſe eam aſpernari oſtendit, & T. II. Angliæ Sacræ producit Hiſtoriam Archiepiſcoporum Cantuarienſium a Rodulfo de Diceto ab annis quinquaginta ſupra quadringentos editam, in qua tantum habetur: *Hunc* ( nempe Robertum ) *Anglici moderni vituperant, dicentes eum fuiſſe delatorem Godvvini & filiorum ejus & diſcordiæ ſeminatorem inter Reges & Principes & Archiepiſcopatus emptorem. Unde & ipſe Robertus cum cæteris Normannis expulſus eſt ex Anglia, Romam vero profectus & de cauſa ſua ſedem appellans Apoſtolicam, cum per Gemeticum reverteretur defunctus eſt, ibique ſepultus in Eccleſia B. Virginis, quam ipſe ſumptuoſo opere conſtruxerat. Sedit autem tantum annis duobus.*

Damaſus Secundus Papa creatur & moritur.

I. Quadrageſimusoctavus ſupra milleſimum annus incipit Indictione prima, quo afflictata Romana Eccleſia a Benedicto, tertio ejus Sedis invaſore, ab Imperatore mittitur Romam Poppo Epiſcopus Brixienſis (licet alii Aquilejenſem dicant) Pontifex conſecrandus, qui ſuffragiis omnium electus & comprobatus, conſecratus Pontifex, nominatus eſt Damaſus Secundus. Hæc ex Leone (a) Oſtienſi, Hermanno in Chronicis hoc anno, & aliis, qui & Sedis ejus tempus perbreve fuiſſe, nempe viginti trium dierum, defunctumque Præneſte (ut Leo habet) delatum in Urbem ſepultum fuiſſe in Eccleſia ſancti Laurentii extra muros affirmant. Veneno ſublatum, Benno ait, opera Benedicti Sedis invaſoris. Sed cum hiſtorici hujus plura ſint mendacia, quam verba, quid affirmari poſſit, nihil penitus eſt; ut qui, ne decipiaris ejus auctoritate, dicendus plane prudentium Lectorum ſententia non hiſtoricus, ſed ſatyricus, idemque calumnioſus invector, falſarum rerum contextor, fabularum conſarcinator: nam mentiendi, carpendi, detrahendi, monſtruoſaque de inſignibus pietate viris fingendi; de nequiſſimis vero optima quæque componendi, ſumpſit ſibi licentiam, adeo ut ejus opera ſuffocata penitus veritas interiiſſet, niſi cæterorum omnium ejuſdem ſæculi ſcriptorum integritate culta, & ſuffulta reſpirans exurrexiſſet, magna potentia mendacia quæque diſſolvens: quæ tu ipſe Lector, erit ut manu tangens procaciam nefarii hominis admireris. Sed ad res geſtas: E medio ſubducto Damaſo, vacavit Sedes uſque in annum ſequentem, diſcerpta interim in unguibus invaſoris Benedi-

(a) *Leo Oſt. l. 2. c. 82.*

Qualis Benno ſchiſmaticus.

PAGIUS SÆC. XI.

Anno Eræ Hiſpan. MLXXXVI. Anno Hegiræ CCCCXL. inchoato die 16. Jun. fer. 5. A.C. 1048

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6541.

☉ 21. CB. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1048.

DAMASI II. PAPÆ 1.

HENRICI III. REG. 10. IMP. 3.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 7.

I. *Damaſus II. PP. creatur & moritur.*

Ad num. I. Lambertus Schafnaburgenſis ad annum MXLVIII. quem a die Natalis Chriſti ſuperioris anni exorditur ait: *Imperator Natalem Domini Poletha* (in Saxonia) *celebravit. Ibi Legati aderant Romanorum, Suidgeri Papa* (ſcilicet Clementis II.) *obitum nunciantes, eique ſucceſſorem poſtulantes: quibus Imperator Bopponem Priſnienſem* (legendum, Papponem Brixinenſem) *Epiſcopum aſſignavit*. Quibus ex verbis liquet, Benedictum IX. qui tunc Romanam Cathedram occupabat, tam contra Cleri Romani, quam contra Imperatoris voluntatem in Sedem Romanam a Simoniacis inductum fuiſſe, perperamque Papebrocium in Conatu Chronico-Hiſtorico ſcribere, poſſe alicui videri *Benedictum* hac quoque vice æque ac priori, verum Papam fuiſſe, & pro tali ab Italis habitum; ſeque putare etiam illum magnam morum emendationem promiſiſſe, ſub eaque ſpe receptum a Romanis. Lambertus enim laudatis verbis manifeſte indicat, Clerum Romanum a quo Legati ad Imperatorem miſſi, Pontificem ab eodem petiiſſe. Imperator tunc *Damaſum* Epiſcopum Brixinenſem ſeu Sabionenſem Pontificem deſignavit, qui juxta Onuphrium in Chronico Eccleſiaſt. Romæ conſecratus fuit XVI. Kal. Auguſti, ſeu die XVII. menſis Julii. Licet autem nec Onuphrius, nec alii, qui idem ſcribunt, id unde acceperint, indicent, idem tamen diſerte legitur in Chronico MS. a Papebrocio laudato, ut anno ſuperiori vidimus. Huic Chronico ſuffragatur Hermannus Contractus qui ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Sequente Julio Poppo Brixienſis, Epiſcopus ab Imperatore electus Romam mittitur, & honorifice ſuſceptus Apoſtolicæ Sedi Papa CLII. ordinatus, mutato nomine Damaſus II. vocatur. Sed paucis diebus exactis defunctus, & ad Sanctum Laurentium extra Urbem ſepultus eſt*. Leo vero Oſtienſis lib. 2. cap. 81. *Benedictus iterum in Pontificatum reverſus, per octo circiter menſes illum retinuit, donec ab Imperatore tranſmiſſus ex Germania Damaſus Brixenorum Epiſcopus illi in Papatu ſucceſſit, qui etiam poſt viginti tres dies apud Præneſte vita deceſſit*, nempe VI. Idus Auguſti, ſeu die octava ejuſdem menſis, ut habet idem Onuphrius. [1] Porro Poppo Brixinenſis Epiſcopus erat, non vero *Brixienſis*, ut Librariorum errore legitur in Hermanno Contracto, quem Baronius exſcripſit, qui & ait, a quibuſdam eum Aquileienſem Epiſcopum appellatum, ſed hi toto cœlo errant, ut ex hujus temporis Hiſtoricis colligitur. Baronius nullo teſte dicit, mortuo Damaſo *Benedictum* IX. iterum Sedem Romam invaſiſſe. Denique Damaſus veneno, ut creditur, extinctus, ut Anſelmus in Itinerario Leonis IX. ubi ait, Damaſum in Apoſtolica Sede *triginta ſolummodo* vixiſſe diebus, rotundo numero loquitur.

II. *Leo IX. Papa Cardinalis non fuit.*

Ordericus lib. 1. pag. 372. de Brunone Epiſcopo Tullenſi Damaſi in Pontificatu Romano ſub nomine Leonis IX. ſucceſſore, ait: *Bruno Tullenſis Epiſcopus legatione Lotharingorum fungens, Romam abiit, & in via, dum quadam nocte oraret, Angelos cantantes audivit:* dicit Dominus ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis &c. *Bruno autem ad Papam Damaſum perveniens honorifice ab eo ſepultus* (lege, ſuſceptus) *eſt, & in Senatu Romano Cardinalis Epiſcopus ordinatus eſt*. Verum legatio illa, cujus nulla mentio in Vita Leonis IX. a Wi-

NOTÆ [1] Damaſi ſeu Popponis obitus in veteri Necrologio Caſſinenſi Rer. Ital. tom. 7. col. 944. Conſignatur VI. Idus Auguſti. MANSI





dicti, ejuſdemque fœdata ſpurcitiis.

II. Hoc eodem anno, ipſo ejus exordio, Kalendis Januariis admirandus ille Odilo Cluniacenſis Abbas, ſæculi hujus lucerna ardens & lucens, ex hac vita migravit in cœlum. Res ab eo præclare geſtas ex parte collegit (a) Petrus Damiani, cum Pontificia functus in Gallia legatione, nobile Cluniacenſe cœnobium viſitavit, Hugoniſque ejuſdem ſancti Odilonis ſucceſſoris precibus exoratus, non tam Scriptoris, quam breviatoris multiplicium rerum ab aliis collectarum functus eſt munere, ut ipſe præfando teſtatur. Qui ad poſtremum de ejus ad Deum tranſitu iſta habet. *Porro cum vir Domini jam in extremis ageret, per quinquennium fere compulſus eſt graviſſimi languoris moleſtia cruciari. Mox itaque beatorum Apoſtolorum Limina feſtinat inviſere, ut quaſi ſub eorum pedibus (ſi ſibi daretur, quod ſemper in votis habuerat) poſſet ex hoc mundo tranſire. Verumtamen quia non eſt in homine via ejus, aliter ſibi contigit, quam ſperavit. Per quatuor plane menſes illic ægritudine detentus elanguit: deinceps contra ſpem aliquantulum convaleſcens, ad propria remeavit. Cluniacum itaque deveniens, per annum fere totum in oratione permanſit, ſeſeque, quantum ægritudo permiſit, jejuniis ac vigiliis vehementer afflixit. Decrevit autem, ut antequam debitum conditionis humanæ perſolveret, quæque monaſteria ſua circuiens, ſanctæ admonitionis ſtudio viſitaret.*

(a) *Extat apud Sur. die 1. Jun. tom. 1.*

S. Odilonis Abb. Clun. obitus.

III. *Expeditione igitur ſanctæ hujus ædificationis incœpta, Silviniacum devenit, ibique ſe circa feſtivitatem Dominicæ circumciſionis ex hoc ſæculo migraturum, manifeſte dixit. Porro autem, cum in agonis eſſet anguſtia conſtitutus, diabolum aſtare conſpexit, eumque per nomen tremendi Judicis, ut abſcederet, terribiliter increpavit. Anno itaque Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimooctavo, ætatis autem ſuæ octuageſimoſeptimo, ordinationis etiam quinquageſimoſexto, ea nocte, quæ Dominicæ circumciſionis ſolemnia præcedebat, ſalutaris Euchariſtiæ ſacramenta percepit, ſicque beatum Deo ſpiritum reddidit. Paulo autem poſt, eadem ſcilicet nocte, cum beati viri corpus in Eccleſiam jam fuiſſet delatum, Frater quidam Gregorius nomine * in Veneta natione, naturæ ſimplicis, & innocentis vitæ, exequiarum funebrium laſſitudine prægravatus, in eadem cella, in qua Sanctus obierat, proprium ſtratum petiit, in quo ſe proiciens dormire tentavit. Sed necdum plane reſolutus in ſomnum, beatum Odilonem ſibi videt aſtantem, ad quem mox voce promptiſſima: Quid, inquit, agis domine Pater? & ille, bene Frater, & optime. Dominus enim meus Jeſus ſervo ſuo per ſemetipſum dignatus eſt adeſſe, & ſui præſentiam miſericorditer exhibere. Sed in ipſa meæ diſceſſionis hora, in illo ſcilicet angulo (oſtendebat enim quaſi digito locum) vidi figuram quamdam trucem nimis atque terribilem, quæ mihi teterrimæ ſuæ viſionis hor-*

S. Odilonis in obitu pugna cum diabolo.

* ex Veneta.

PAGIUS

Wiberto ejus Archidiacono ſcripta, valde dubia, & Cardinalatus ille prorſus commentitius. Hoc enim ſeculo Epiſcopi nunquam Cardinales creabantur, [1] hique Epiſcopatu ſatis ſe cohoneſtatos exiſtimabant.

III. *Obitus S. Odilonis Abbatis Cluniacenſis.*

A num. II. ad VII. Petrus Damiani in Vita Sancti Odilonis Cluniacenſis Abbatis, mortem ejus his characteribus conſignat: *Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo octavo, ætatis autem ſuæ octuageſimo ſeptimo, ordinationis etiam quinquageſimo ſexto, ea nocte, quæ, dominicæ Circumciſionis ſolemnia præcedebat, ſalutaris Euchariſtiæ Sacramenta percepit, ſicque beatum Deo ſpiritum reddidit*. Petrum Damiani annum a Paſchate exordiri, ut quidam alii hoc tempore Scriptores, manifeſte oſtendunt Lotſaldus Monachus in ejuſdem Sancti Vita a Bollando una cum altera Vita edita a Petro Damiani, ad diem primum Januarii recitata, & Hermannus Contractus in Chronico, quorum neuter annum mortis Sancti Odilonis ignorare potuit: *Deceſſit vir ſanctus*, inquit Lotſaldus, *nocte Circumciſionis domini noſtri Jeſu Chriſti, in prima vigilia noctis, quæ etiam Dominica habebatur, ætatis ſuæ anno octogeſimo ſeptimo, ordinationis vero quinquageſimo ſexto. Anno etiam dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo nono*. Hermannus vero in Auctiori Chronico ad annum MXLIX. etiam ſcribit: *Exacto tempore Odilo venerabilis Coloniacenſis* (legendum, Cluniacenſis) *cœnobii, & multorum Pater monaſteriorum IV. Non. Januarii migravit ad Dominum*. Ubi Hermannus diem ſepulturæ pro die mortis ſumit, ut paſſim alii Scri-

NOTÆ [1] Quamvis raro ſæculo iſto acciderit, accidiſſe tamen interdum conſtat ut Epiſcopi quidam (non loquor de Hoſtienſi, Albanenſi Silvæ candidæ) ſimul & Cardinales S. R. E. eſſent, nam Landulphus ſenior Hiſtor. Mediol. l. 4. c. 2. Rer. Italic. tom. IV. p. 119. agens de electione Guiberti Ravennatenſis in Pſeudo-Pontificem anno 1083. ſcribit *Guibertum Ravennatenſem Archiepiſcopum ſimulque Cardinalem elegerunt*. Sicut etiam Armanus Cardinalis S. R. E. Epiſcopus Brixienſis anno 1097. literas dedit pro monaſterio Podolironis quas legendas apud Bacchinium in Hiſtor. ejuſdem Monaſterii. De hoc pariter Armano notat Bacchinius in eadem Hiſtoria pag. 117. jam inde ab anno 1087. Cardinalem & epiſcopum Brixienſem exhiberi. Extat pariter in Collect. Vet. Monum. Martenii tom. I. col. 556. Charta quædam pertinens ad annum 1095. circiter, cui ſubſcribunt *Dobertus Piſanus, Johannes Portuenſis, Bruno Signenſis Cardinales*. Hinc patet circa medium ſæculi undecimi ad Cardinalitiam dignitatem admitti Italos Epiſcopos nonnullos cœpiſſe. MANSI

*horrorem atque formidinem tentavit incutere, ſed Chriſti confortante virtute, nulla me potuit infeſtatione nocere.*

IV. *Proxima quoque Quadrageſima ſuccedente, ſanctæ ac venerandæ memoriæ Laurentius * Amalſitanæ Sedis Archiepiſcopus, qui potens in litteris, ac biglosſus,* duarum ſcilicet linguarum, *Græce noverat & Latine, & quod longe præſtantius eſt, laudabilis vitæ claritate pollebat. Hic itaque tunc Romæ conſtitutus obdormivit in Domino. Cumque cadaver ejus fuiſſet in Eccleſiam illatum, honeſtus quidam clericus Albero nomine, in ejuſdem Eccleſiæ angulo laſſabunda dedit membra ſopori. Cumque ſubito adhuc pene vigilanti vir beatus Odilo ſcilicet, apparuit, ei mox clericus intulit: Domine mi, quando huc, & cur adveniſti? Ad chariſſimi, inquit, olim amici mei domini Laurentii pontificis exequias veni. Quibus expletis, antequam te viderem, recedere nolui. Et his dictis ſpecies loquentis evanuit.* Hæc Petrus.

* Amalphitanæ.

Laurentius Archiepiſc. Amalphitanus laudatiſſimus.

V. Quæ non tam in commendationem ſanctiſſimi Odilonis; quam ejus intimi familiaris laudatiſſimi Laurentii Archiepiſcopi Amalphitani, tam ſancti Odilonis, quam Petri Damiani teſtificatione probati voluimus reddidiſſe. Quo magis admireris, ampliuſque deteſteris, Bennonis nebulonis, de quo nuper, impudentem ad mentiendum, atque calumniandum procaciam. Siquidem in ſugillationem Gregorii Papæ Septimi, in quem venenatas ſagittas intendit, hunc ipſum ſanctiſſimum virum Laurentium, quem ejuſdem Gregorii dicit fuiſſe magiſtrum, inſignem magum extitiſſe declamat, eumdemque Benedicti invaſoris omnium malorum complicem, quem etiam doctorem fuiſſe ait & principem maleficiorum, qui & aruſpicinam publice exerceret, magiamque & alia id genus vetita Romæ palam cunctis diſcere cupientibus profiteretur: a quo Gregorius Septimus Romanus Pontifex, ejus diſcipulus, eaſdem improbatas legibus divinis & humanis artes magicas didiciſſet. Ex his, Lector, & aliis, quæ dicta ſunt ſuperius in Silveſtro, diſce Bennonem mendacem, improbum, nundinatoremque pudendarum mercium. Tu vero contrarium accipe ſenſum ex veritate ipſa ſponte manantem, nempe magnam fieri acceſſionem ad Gregorii Septimi laudes, dum Laurentii hujus fuiſſe diſcipulus prædicatur: ſicut & Gregorius Sextus ex eo laudandus exiſtat, quod Laurentium hunc Romæ agentem, domi (ut ipſe ait Benno) ſemper retinuit in ſuo archipresbyterio ſancti Joannis ante portam Latinam, dignum hoſpitem tanto hoſpitio: Defuncto autem (ut audiſti) Laurentio Archiepiſcopo Amalphitano, ſucceſſorem habuit haud imparem doctrina, ac moribus Petrum, cujus celebris eſt, memoria ex legatione una cum collegis perfuncta ſub Leone Papa Nono hujus Damaſi ſucceſſore Conſtantinopoli, ut ſuo loco dicemus.

De Laurentio Archiepiſcopo Amalphitano quanta mentitus ſit Benno.

VI. Quod rurſum ad ſanctum Odilonem ſpectat, non prætermittendum, fuiſſe ſancti patris hujus Odilonis inſtitutionem, ut die ſecunda Novembris omnium in Domino quieſcentium in univerſa Eccleſia memoria ageretur, ſicut pridie agi conſuevit omnium ſanctorum. Id cum ſcribat idem Petrus Damiani in ipſo Odilone, confitetur abſque invidia ipſa Romana Eccleſia in Martyrologio ipſis Kalend. Januarii, dum natalem diem ejuſdem ſancti recolens, Odilonis hæc habet: *Apud Silviniacum ſancti Odilonis Abbatis Cluniacenſis, qui primus commemorationem omnium Fidelium defunctorum prima die poſt feſtum omnium ſanctorum in ſuis monaſteriis fieri præcepit.*

De die anniverſaria omnium defunctorum.



PAGIUS Scriptores Eccleſiaſtici. Hinc in quibuſdam Martyrologiis Odilo ad diem II. menſis Januarii inſcribitur, eodemque die a Cluniacenſibus colitur. Martyrologi enim diem ſepulturæ & depoſitionis Sanctorum non raro diem eorumdem natalem appellant. Quod utrumque hoc in Opere ſubinde inculco, quod videam contra utrumque principium Viros Eruditos non raro peccare.

IV. Cum vero Petrus Damiani & Lotſaldus laudati *Odilonem anno ordinationis quinquageſimo ſexto* e vivis exceſſiſſe affirment, conſtetque *Sanctum Maiolum* jam ætate provectum *Odilonem* ſibi ſubſtituiſſe, manifeſtum eſt, Odilonis electionem, cujus inſtrumentum extat in Tom. VI. Spicilegii, anno nongenteſimo nonageſimo ſecundo, aut potius nonageſimo tertio peractam eſſe, ac Mabillonium Sæc. V. Benedict. in Elogio Hiſtorico S. Maioli §. VIII. & Papebrocium in Addendis ad diem XI. menſis Maii quo Sanctus Maiolus colitur, male eandem cum anno nongenteſimo nonageſimo primo connexuiſſe. Hanc in rem Mabillonius Chartam memorat Humberti Epiſcopi Gratiopolitani, qui Cluniacenſi Cœnobio, *ubi*, inquit Humbertus, *domnus Odilo Abbas præeſt*, medietatem caſtri de Ur lia cum toto burgo atque Eccleſia Sanctæ Mariæ, aliaque largitur, *anno Incarnationis DCCCCXCI. tertio Rodulſi Regis*. Verum error in annum Incarnationis irrepſit; cum Rodulphus Burgundiæ Rex anno tantum nongenteſimo nonageſimo tertio regnare cœperit. Quare loco, *an. DCCCCXCI.* legendum, *anno DCCCCXCV.* Quod vero in Chronico Virdunenſi, & in Chronico Cluniacenſi dicatur Odilo Cluniacenſis, ovilis regimen ſuſcepiſſe anno DCCCCXCIV. intelligendum de anno, quo Odilo Maiolo mortuo ſolus Abbatiam regere cœpit; qui loquendi modus apud Auctores frequentiſſimus. Longum ſanctæ dignitatis tempus ejus Congregationi admodum ſalutare fuit, ſic enim plures religioſæ vitæ præceptis imbuendi; eamque magis promovendi tempus habuit. Scripſit Vitam *Sancti Majoli*, varioſque Sermones in Bibliotheca Cluniacenſi legendos.

*Vivente S. Maiolo Abbas dictus fuerat.*





*Quem ritum poſtea univerſalis Eccleſia recipiens comprobavit.* Hæc ibi. Meminit ejuſdem inſtitutionis ſancti Odilonis poſt Petrum Damiani in vita ipſius, etiam Sigebertus anno Domini nongenteſimo nonageſimo octavo. Attigit eadem & (*a*) Glaber, ejuſdem temporis Scriptor, nimirum ex pluribus diverſiſque revelationibus Dei viris divinitus oſtenſis, complures animas orationibus potiſſimum Cluniacenſium monachorum, in id præ cæteris incumbentium, a pœnis Purgatorii jugiter liberari. Quæ cum eidem ſanctiſſimo viro Odiloni eorum Abbati innotuiſſent, propenſiori ſollicitudine cœptum pietatis opus proſequi curans, præter alia plura quotidiana ſuffragia, quibus animabus defunctorum jugiter conſueverant ſubvenire, anniverſariam ſtatuit diem, qua pro omnibus defunctis Deo ſacrificia per omnia ſibi ſubdita monaſteria offerrentur. Cur autem ſtatuta ad id fuerit dies ſequens a commemoratione Sanctorum omnium, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium, accepta ab his, quæ ſcribit Amalarius, ratione.

(*a*) Glab. l. 5. c. 1.

VII. Coluit magnopere eumdem ſanctum Odilonem vir inſignis Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis, eumque præ egregia virtutum excellentia nominat Archangelum. Extant ejuſdem Fulberti ad eum (*b*) epiſtolæ quatuor, egregium monimentum virorum ſanctorum, ſeipſos charitatis obſequio proſequentium. Coluerunt que inſuper ipſum Reges, Imperatores, atque Romani Pontifices, ut ea, quæ de ipſo ſuperius ſunt dicta, declarant. Hunc habuit præceptorem Hugo vir æque ſanctiſſimus, ut oſtendit idem, qui ſupra Petrus Damiani in præfatione vitæ ipſius Odilonis.

(*b*) Fulb. ep. 51. 52. 53. 54.

Non poſt multos dies ab obitu ſancti Odilonis, nempe vigeſimaquinta Januarii, contigit ex hac vita migrare ſanctum Popponem Abbatem Stabulenſem, virum a Deo donis plurimis illuſtratum: de quo ſuperius etiam contigit meminiſſe. Cujus res ſancte pieque geſtas ſcripſit Everhelmus (*c*) Abbas omni fi-

S. Popponis abbatis Stabulenſis obitus.

(*c*) *Apud Sur. die 25. Jan. t. 1.*



PAGIUS V. *Sanctus Hugo* natione Aeduenſis, quem *Odilo* aliquot ante mortem ſuam annis fratrum Priorem conſtituerat, ut docet Hildebertus Epiſcopus Cenomanenſis cap. I. ejus Vitæ in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. Aprilis relatæ non minori cum fructu poſt eum Abbatiam Cluniacenſem annos amplius ſexaginta gubernavit. [1] E Schola ejus prodiere Epiſcopi, Cardinales, Pontifices, Virique ob vitæ ſanctimoniam ſacro cultu inſignes. Sub eo ante Pontificatum militarunt Urbanus II. & Gregorius VII. Monachi Cluniacenſes. Multæ Gregorii VII. ad ſanctum Hugonem ſuperſunt Epiſtolæ; nam illa tempeſtate, quam perpetuo diſſidio adverſus eumdem & Eccleſiam Henricus III. Imperator concitavit, Gregorio VII. Conſiliarius fuit, & in negotiis tractandis præfectus; in quibus quantopere Pontifex ejus operam neceſſariam haberet; ipſemet Epiſt. LXII. lib. I. ad Hugonem data his verbis exprimit: *Noſcat Religio veſtra quoniam qui denegatam nobis præſentiam veſtram hactenus cum admiratione ſuſtinuimus, deinceps ſine multa anxietate & mentis perturbatione ferre non poſſumus*, &c. Arcta ei cum B. Petro Damiani neceſſitudo interceſſit, cujus aliquot literæ ad eum miſſæ extant in Bibliotheca Cluniacenſi. Uſus eſt etiam familiariter *Hugo* Deſiderio Abbate Caſinenſi, Summo poſtea Pontifice & Victore III. appellato; communionem enim meritorum inter ſuos & Caſinenſes Monachos cum eo inſtituit, ut legere eſt apud Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 50. Eandem pariter ſocietatem iniit cum *Iſembardo* Aurelianenſi Epiſcopo, ejuſque Canonicis, ut liquet ex Epiſtola Tomo VI. Spicilegii Dacheriani recitata. Sed de Sancto Hugone infra ſæpius ſermo erit.

*Ei S Hugo ſuccedit.*

VI. Ad num. VII. *Sanctus Poppo* Abbas monaſterii Stabulenſis in Diœceſi Leodienſi ſiti obiit *octavo Kalendas Februarii anno incarnati Verbi milleſimo quadrageſimo octavo, indictione prima, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo, imperii vero Henrici ſecundi anno decimo*, inquit Everhelmus Monachus primum Altimontis juxta Malbodium in Hannonia, deinde ibidem Abbas currenti anno creatus, in ejus Vita, quæ extat in Actis SS. Bollandianis ad diem XXV. Januarii. Imperii nomine Everhelmus Regnum Burgundicum intelligit, ſicque menſe Januario currentis anni annus X. Imperii ſeu Regni adhuc in curſu erat. *Poppo* relicta in juventute militia, cui ſe ſe addixerat, Monachum induit, & *beatam Adelvivam* matrem poſt patris mortem ad vitam cœnobiticam induxit, fruſtra renitentibus aliis, quæ ſuccedente tempore Virduni recluſa vixit, coliturque die nona Novembris. Cum *Richardus* Gratia Dei cognominatus Monaſterii Sancti Vedaſti Abbas creatus fuiſſet, ſecundum ſibi eo loci præfecit Popponem, qui & poſtea aliis præfuit monaſteriis, tandemque Stabulenſis Abbas renunciatus eſt. Mortuo Sancto *Henrico* Imperatore Principes Imperii inter ſe ſe reconciliavit, & Argentinenſis civitatis Epiſcopatum ſibi a Conrado Salico Imperatore oblatum ingenioſe & humiliter ſubterfugit. Varia reformavit monaſteria, variiſque locis egregios Abbates conſtituit, & pluribus miraculis poſt mortem claruit.

*Moritur S. Poppo Abbas Stabulenſis.*



NOTÆ [1] Hugonis Abbatis ordinationem multo ſerius accidiſſe compertum eſt, ut in Gallia Chriſtiana noviſſ. edit. t. IV. col. 1140. probatur, & perſpicue docet Author Hiſtoriæ de circumvectione corporis S. Taurini epiſcopi Ebroicenſis, qui narrationem ſuam ita exorditur. *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, qui primus erat ordinationis Domini Hugonis.* Porro ex Epocha hac qua utitur vivente eodem Hugone Abbate ſuo ſcripſiſſe Author videtur. Vide Acta SS. ad diem 11. Aug. pag. 650. MANSI

de, quod opus adhuc integrum extat.

VIII. Turcarum progreſſus.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc ipſo anno, Indictione prima, Turcæ, qui ad boreales partes Cavenſis montis ſedes habuere, ſeque patriis finibus continuere, nec inde niſi ad ſtipendia invitati, recedere conſuevere; eadem occaſione a Perſarum Rege Sarraceno vocati, ab eodemque male habiti, in ipſum arma convertentes, felici ſucceſſu Perſide ſunt potiti; ex hiſce eventis audaciores redditi, adverſus Romanum Imperium arma moventes, eo domito tamdem, potiti ſunt. Cœpta iſta quidem hoc anno, eadem Indictione, Curopalata teſtatur, reſque tunc ſub Conſtantino Monomacho geſtas fuſius ſcribit: ex quo Cedrenus & alii deſcripſerunt. Ita quidem (ut declararunt eventa) ex Dei vindicta prodiiſſe noſcuntur iſti, tamquam e vagina gladius, in Orientalium ſchiſmaticorum ultionem, cum iiſdem traditi poſtea omnino fuerint. Qui multis remediis fruſtra tentatis, nec reſipiſcentes, potati calice iræ Dei, ſoporem conciliantis, ac lethargum inducentis, non ſinuntur noſcere damna ſua, & cauſas ipſorum inquirere, ut ſanentur. Nec abſque conſideratione prætereundum eſt, quod eo tempore ſunt Turcæ in damna Imperii Orientalis educti, cum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ male præeſſet ſchiſmaticorum ſignifer Michael Cerularius, Latinorum omnium infenſiſſimus hoſtis, prout, quæ ſuo loco de ipſo dicturi ſumus, aperte docebunt.

An-

PAGIUS VII. *Magnitudo Turcarum ab hoc tempore repetenda.*

Ad n. VIII. Turcarum Rex in Perſide *Abrahamum* Ducem cum centum millibus hominum in Armeniam miſit, qui poſt inſignem de Romanis reportatam victoriam, *menſe Septembri, indictione ſecunda*, ut habet Cedrenus pag. 773. iterum cum Romanis pugnavit, ubi Turcæ quidem vicere; ſed non incruenta victoria. *Illud certe quidem*, inquit Zonaras, *ſi quis vere conſideret, ei* (nempe Conſtantino Monomacho Imp.) *acceptum ferri poteſt, quod Oriens Marte Barbarico eſt ſubactus*, ob magnas nempe ejus profuſiones. *Sunt autem Turci gens Hunnica, populoſiſſima & libera, Caucaſiorum montium ſeptentrionale latus accolens* ait Zonaras, qui addit ſeditione inter Saracenos orta; alios oppugnaſſe, & Turcas hac occaſione bene uſos Saracenis Imperium abſtuliſſe & ſibi parere coegiſſe. Occiſo Saracenorum Duce, exercitus cum Turcis conſpiravit, *qui ſuam fecerunt Perſidem, ac Tangrolipaci nomen Sultani impoſuerunt, qua voce ſummus Imperator ac Rex Regum notatur*, ut ſcribit Cedrenus, qui ſubjungit ſecundum hæc Sultanum Regno præclare conſtituto, bello petere finitimos Regulos inſtituiſſe. Ab hoc itaque tempore Turcarum potentia repetenda.

VIII. *Turcarum Principes Sultani appellati.*

Elmacinus lib. 3. Hiſt. Sarac. cap. 7. Tangrolipecem *Togulbrecum* appellat, & initium Imperii Sultanorum cum an. Hegiræ CCCCXLVII. Chriſti ſc. MLV. alligat, ideoque exiſtimandum, Cedrenum & Curopalatem pluribus annis geſta uno tenore recitare. Porro, ut oſtendit Ducangius in Diſſert. XVI. ad Joinvillam, *Sultanum* vocem eſſe Perſicam, probat vetus Numiſma Choſrois Cabadæ filii Regis Perſarum, ibidem deſcriptum, in quo ASSOLTAN inſcribitur; ideſt, *Rex Regum*; quem titulum ſibi arrogat in Epiſt. ad Juſtinianum Imper. apud Menandrum Protectorem Ecl. 1. ut & alter Choſroes apud Theophylactum Simocattam lib. 4. cap. 8. lib. 5. cap. 13. Plura ibidem Ducangius de Turcarum Sultanis.



I. Leo IX. Papa creatur.

ANnus Redemptoris quadrageſimusnonus poſt milleſimum ſurgit, Indictione ſecunda, quo poſt menſes quinque vacationis Sedis ab obitu Damaſi Papæ Bruno ex Comite Dagſpurgenſi & Epiſcopo Tullenſi in Leucis, maximo bono totius Eccleſiæ Catholicæ creatur Pontifex, dictuſque eſt Leo Nonus. Hæc autem omnia quomodo ſe habuerint, ex ejus ſæculi Scriptoribus in primis ſunt perquirenda. Defuncto (ut dictum eſt) Damaſo & Benedicto Sedem rurſum ſibi vendicare nitente, neceſſitate cogente, ne tale monſtrum iterum ſubire ſancta Eccleſia cogeretur, miſſa eſt a Romanis legatio ad Imperatorem, qua petierunt Pontificem ab eo dari. Convenit ea legatio eumdem Henricum Imper. Friſingæ Natalem diem Domini celebrantem. Ita Lambertus hoc anno. Porro legationem a Cardinalibus fuiſſe miſſam, non ut ipſe Imperator Papam eligeret, ſed quem ſibi utilem fore putaret, Romam mitteret, ut ex more, Romæ conſilio Cardinalium Papa eligeretur, nec Benno quidem adverſarius negat. A Romanis quidem ipſum electum teſtatur (a) Leo Oſtienſ. Quod ergo alii dicant electum ab Imperatore, ab ipſo delectum intelligas, ſed electum a Cardinalibus. Otto autem Friſingenſis rem geſtam ſic narrat:

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 82.

II. Bruno eligendum ſe contulit Romam.

*Mortuo Damaſo, Bruno, qui & Leo, Tullenſium Epiſcopus, Romanam Eccleſiam gubernandam ſuſcepit. Hic ex nobili Francorum proſapia oriundus, auctoritate regalis excellentiæ ad Sedem B. Petri deſtinatus fuerat. Cumque aſſumpta purpura Pontificali per Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum venire, ubi forte tunc præfatus Hildebrandus Prioratus (ut dicitur) obedientiam adminiſtrabat.* Quod contigiſſe oportuit, cum ſancto Odilone defuncto, ejus Abbas ſucceſſor ſanctus Hugo creatus eſt. Erat Hildebrandus natione Tuſcus, patria Saonenſis, qui in Gallias profectus cum Gregorio VI. apud Cluniacenſes, penes quos ſciebat monaſticam vigere obſervantiam, habitavit monachus inter monachos ibi degens, zelo æſtuans Romanæ Eccleſiæ, velut



an-

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MLXXXVII. Anno Hegiræ CCCCXLI. inchoato die 5. Jun. fer. 2. A.C. 1049

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6542.

☉ 22. A. ☽ 5. P. 26. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1049.

LEONIS IX. PAPÆ 1.

HENRICI III. REG. 11. IMP. 4.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 8.

I. *Romani petunt ab Imperatore, ut Halynardus Archiep. Lugdunenſis Papa fiat.*

ANum. I. ad IV. Chronographus Sancti Benigni narrata Halynardi Archiepiſcopi Lugdunenſis ordinatione ait: *Fuerat ei conſuetudo Romam orationis gratia frequenter pergere, ut Sanctorum Apoſtolorum ac martyrum, qui urbem illam protegunt, patrocinia imploraret. Erat namque ejus voluntas, ut ſi fieri poſſet, ibidem animam Deo redderet. Quapropter non eſt fraudatus a deſiderio ſuo, ſed, ut voluit, ita Dominus ei conceſſit. Defuncto memorato Papa Clemente* (hujus nominis II.) *Romani petierunt eum ab Imperatore. Hoc namque a Romanis Imperator data pecunia non parva exegerat, ut ſine ejus permiſſu Papa non eligeretur. Ille cognita voluntate Principis ac populi, diſſimulavit ire ad Curiam, donec tardante eo, alter eligeretur: diligebant enim eum valde Romani propter facundiam oris ſui, & affabilitatem ſermonis. Ita enim proferebat vernaculum ſuum loquelæ uniuſcujuſque gentis, quouſque latina penetrat lingua, ac ſi eadem patria eſſet progenitus. Domno igitur Leucorum Epiſcopo Brunone, qui appellatus, eſt Leo Papa ordinato, evocatus eſt ab ipſo Romæ ad Concilium domnus Archiepiſcopus Halynardus, ſimulque omnes Epiſcopi Galliæ, ad pertractandum inibi de ſtatu & correctione ſanctæ Eccleſiæ.* Ita Auctor iſte Anonymus, qui hoc ipſo tempore vivebat.

II. *Bruno Epiſc. Tullenſis in Conventu VVormatiæ Papa deſignatur.*

Wibertus, Sancti Leonis apud Tullenſes Archidiaconus, oculatus teſtis, ejus Vitam primum a Sirmondo, & poſtea ab Henſchenio ad diem XIX. menſis Aprilis publicatam ſcripſit, alteramque etiam ejus Vitam *Sanctus Bruno* Aſtenſis, Epiſcopus Signienſis, qui ſub hujus ſæculi finem floruit, in lucem emiſit, quæ cum Baronii tempore non extarent, earum opera Pontificatum Leonis IX. non parum illuſtrabimus. Wibertus itaque lib. 2. cap. 1. hæc de ſancti Leonis electione habet: *Apud VVangionum Urbem* (Wormatiam vulgo dictam) *ante præſentiam glorioſi Henrici ſecundi Romanorum Auguſti, fit Pontificum, reliquorumque Procerum non modicus Conventus. Inter quos hic Chriſto dignus Præſul convocatur: quippe ſine ejus conſilio intra Imperialem curiam nihil magni diſponebatur. Et repente, illo nihil tale ſuſpicante, ad onus Apoſtolici honoris ſuſcipiendum eligitur a cunctis. Quod officium humilitate commonente diutiſſime refugiens, dum magis ac magis cogitur, triduanum conſulendi depopoſcit ſpatium: in quo jejuniis vacans & orationibus, omnino ſine cibo potuque permanſit. Cumque denuo repungeretur ad obedientiæ impletionem, ſpontanee coram omnibus ſuam dixit confeſſionem; conatus quaſi quadam ſuorum enormitate ſcelerum, communem permutare electionem*, &c. *Videns ergo nullo modo ſe poſſe effugere Imperiale præceptum, & commune omnium deſiderium, coactus ſuſcepit injunctum officium, præſentibus Legatis Romanorum, ea conditione, ſi audiret totius Cleri ac Romani populi communem eſſe ſine diſſidio conſenſum. Sicque ad proprium Leucorum ſcilicet ſedem, repedans, cum ſumma devotione ibidem Domni celebravit Natalem.* Sanctus Bruno Signienſis Epiſcopus conſenſum Cleri & populi Romani a Sancto Leone petitum, his verbis exprimit: *Se ſub hac conditione facturum eſſe promiſit: Romam vado, ibique ſi Clerus & populus ſua ſponte me ſibi in Pontificem elegerit,*

ancillæ a Principibus ſubjugatæ, atque ſervire coactæ. *Is vero* (pergit auctor) *Leonem adiens, æmulatione Dei plenus, conſtanter eum de incœpto redarguit, illicitum eſſe inquiens, per manum laicam ſummum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire. Verum ſi ſuis ſe credere velit conſiliis, utrumque, & quod majeſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodque libertas Eccleſiæ in electione canonica renovetur, ſe pollicetur effecturum. Inclinatus ille ad monitum ejus, purpuram deponit, peregrinique habitum aſſumens, & ducens ſecum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad Urbem uſque venientes, conſilio Hildebrandi a Clero & populo Bruno in ſummum Pontificem eligitur: ſicque utcumque Romana Eccleſia ad faciendam electionem informatur.* Hæc Otto. Idibus Februariis fuiſſe Romæ conſecratum, habent veteres Indices Vaticani. Quadrageſimali quidem tempore contigiſſe conſecrationem Leonis, Hermannus affirmat. Et quidem ipſo initio Quadrageſimæ id factum oportuit: quod & ex iis, quæ Leo Oſtienſis ſcribit de peregrinatione, mox ab eo ſuſcepta, temporis habita ratione, colligimus. Unde errare omnino convincuntur ii, qui ipſum in Germania ante adventum in Italiam Synodos celebraſſe teſtantur. Quando autem illas Synodos celebrari contigerit, ſuo loco dicturi ſumus.

Hic vero nequaquam prætermittenda putamus, quæ accidiſſe dicuntur ipſi ante ſui electionem. Ex ſcripto enim codice Sublacenſis monaſterii lectionario de primordiis ejuſdem Leonis papæ aliqua auditu digna narrantur, quæ deſcribemus. Tres namque ibi de S. Leone Nono in ejus anniverſaria die natali legi ſolitæ deſcriptæ habentur lectiones: eſt earum primæ exordium: *Toto affectu cordis chariſſimi* inferius vero de eodem iſta leguntur: *Dum eſset Tullenſis urbis Epiſco-* III.

PAGIUS *rit, faciam quod rogatis. Aliter autem electionem nullam ſuſcipit. At illi gaviſi confirmant ſententiam, & laudant conditionem.*

III. *Bruno Romæ Papa creatur, & Leo IX. dicitur.*

Paulo poſt Wibertus ſubdit: *Inde humilitate magiſtra, contra omnium Apoſtolicorum morem ſumto peregrino habitu Romanum arripuit iter* (die ſcilicet XXVII. menſis Decembris anni Chriſti ſuperioris, ut mox videbimus,) *indefeſſe ſacris orationibus ac divina vacans contemplationi, non tum pro rerum commiſſarum ſibi, quam pro cura animarum nimia intentus ſollicitudini.* Tum cap. 2. *Omnipotentis igitur roboratus flamine Romam appropinquat* (currenti ſcilicet anno), *cui tota urbs cum hymnidico concentu obviam ire parat: ſed ipſe pedes longinquo itinere nudis plantis incedit, & magis ad mentis devotionem & fletuum inundationem, quam ad laudum delectationem animum inflectit,* &c. *Poſtquam igitur diutiſſime ſe taliter Chriſto mactavit in cordis altari, hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem, etiam aſtanti Clero, & populo divinam, qua plurimum affluebat, aggreditur proferre exhortationem. Imperialem de ſe electionem in tam laborioſo officio brevi ſermunculo promulgat; eorum voluntatem (qualiſcumque erga ſe ſit) pandere expoſtulat: dicit electionem Cleri & populi Canonicali auctoritate aliorum diſpoſitionem præire: affirmat ſe gratanti animo in patriam rediturum, niſi fiat electio ejus communi omnium laude: oſtendit ſe coactum ad tam grande onus ſuſcipiendum veniſſe. Cumque videret unanimem omnium acclamationem; ad correctionem vitæ cœptam repetit exortationem, ſupplex cunctorum expetit orationem atque abſolutionem. Itaque divina favente gratia, cunctis applaudentibus conſecratur, ac dominica quadrageſimalis initii, pridie Idus Februarii* (ideoque hoc Chriſti anno, quo Paſcha die XXVI. Martii celebratum) *Apoſtolicæ Cathedræ inthronizatur.* Sanctus Bruno Signienſis Epiſcopus his verbis utitur: *Secundum conſuetudinem Romanam cum magnis laudibus a Clero & populo in Pontificem electus eſt, dein vero in B. Petri Apoſtoli cathedram elevatus.*

IV. Anſelmus vero in Itinerario: *Defuncto Papa Damaſo* inquit, *Romani Legatione de ejus obitu ad Imperatorem Henricum directa, petierunt, ut Eccleſiæ Paſtore viduatæ ab eo ſubrogaretur alius, qui ſuper hoc negotio Epiſcoporum & optimatum imperii ſui quærens conſilium, invenit inter ceteros dominum Brunonem Tullenſem ad idem officium ſubeundum eſſe idoneum: utpote qui ætatis maturitate, morumque & ſcientiæ claritudine videbatur conſpicuus, ſibique ſanguinis affinitate proximus. Unde Apoſtolicæ dignitatis ei adjudicata ſunt inſignia: juſſumque ab Auguſto, ut ad hæc ſecundum Eccleſiaſticas ſanctiones ſuſcipienda Romana viſeret mania. Sed quia ſolemnia imminebant Nativitatis Dominicæ, hæc cum Clero, cujus fuerat Paſtor, diſpoſuit celebrare eiſque* celebratis, quo erat præceptum, abire. Aliquibus interpoſitis ſubjungit: *Celebratis ergo in ſede civitatis Leucorum duobus dominicæ Nativitatis diebus, in tertio* (nempe die XXVII menſis Decembris,) *Clero ſuo valefaciens, iter carpere Romam ducens aggreditur. Quo perveniens, cum favore totius populi honorabiliter excipitur: Apoſtolicæque dignitatis infulis inſignitus in Hypapante domini* ideſt in die Purificationis B. Virginis, die ſc. II. menſis Februarii conſecratus) *in cathedra Beati Petri inthronizatur* (die ſcilicet XII. ejuſdem menſis, in quam Dominica prima Quadrageſimæ incidebat, ut ex Wiberto etiam diximus, *& Leo Papa Romano more nuncupatur.*

*Electio Leonis IX magis explicatur.*

V. *S. Leo cum Hildebrando Monacho Romam habitu peregrino perrexit.*

Ex verbis Wiberti laudatis intelligimus, Ottonem Friſingenſem, quem Baronius ſequitur, quemque de tribus Romanæ ſedis uno eodemque tempore invaſoribus male inſtructum fuiſſe ſupra oſtendimus, non minus in ſancti Leonis profectione Romana narranda peccaſſe, quia ſcilicet ſæculo integro poſtquam ea peracta fuit, eam in literas miſit. Ait Otto: S. Leo *ad ſedem B. Petri deſtinatus fuerat. Cumque aſſumta purpura Pontificali per Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum venire, ubi forte tunc præfatus Hildebrandus Prioratus* (*ut dicitur*) *obedientiam adminiſtrabat.* Addit, Hildebrandum conſtanter eum de incæpto redarguiſſe, & Leonem admonitum purpuram depoſuiſſe, ac ſecum Hildebrandum Romam duxiſſe, cujus conſilio *Bruno in ſummum Pontificem eligitur.* Verum ut ex Wiberto teſte oculato Henſchenius in Commentario prævio ad



*ſcopus, priuſquam Romanam Eccleſiam gubernandam ſuſciperet, nocturna viſio (ſicut a Firmano Epiſcopo Erimanno nomine didici) apparuit ipſi. Contemplabatur quod quidam ſenex vultu placidiſſimo, canitie decorus, per aſperrimam & longiſſimam viam ducebat eum ad quoddam vetuſtiſſimum templum: quod ingreſſus fecit eum ſedere juxta ſe in mirifica ſede præfati templi dicens: Hoc nobiliſſimum ſolium, tranſactis quinque annis conceſſit tibi Deus, ut fideliter regas & amplifices illud, ut merearis audire ab eo:* (*a*) *Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.*

(*a*) *Mat.* 25.

Hæc ibi. Subiiciuntur ſequenti lectione alia ipſi oſtenſa de bellorum turbinibus, quibus vexandus eſſet, atque demum de felici rerum exitu. Quæ quidem omnia ſcripta fuiſſe videntur, eodem Leone adhuc vivente. Nam in fine iſta leguntur: *Quod magna ex parte cernimus adimpletum.* Sic igitur (*b*) Apoſtolico more divinitus præcedentibus prophetiis, Leo Nonus electus, Romam verſus dirigit iter.

(*b*) 1. *Tim.* 1.

IV. Leo Papa ſtudioſus cultor Angelorum.

Sed & accipe, quæ Sigebertus ſcribit in itinere contigiſſe, cum ex Galliis Romam ſe contulit: ait enim: *Hic cum ad capeſſendam Sedem Apoſtolicam Romanam tenderet, audivit voces Angelorum cantan-*

PAGIUS ad Vitam Sancti Leonis obſervat, Wibertus aſſerit, Leonem *Tulli, ſumto peregrino habitu, Romanum iter arripuiſſe,* & apud Urbem Auguſtam Angelica modulatione recreatum: neque tempus fuit intermedium, quod itineri Cluniacenſi attribueretur. Secundo, Sanctus Bruno in Sancti Leonis Vita ſcribit, *Hildebrandum* Wormatiæ adfuiſſe in ipſa deſignatione Leonis ad Summum Pontificatum, huncque ex Aula Imperatoris adduxiſſe Hildebrandum; neque dicit Hildebrandi admonitione Leonem depoſita Cluniaci purpura aſſumſiſſe peregrini habitum, quem, ut habet Wibertus, ab initio itineris acceperat. Fuit Hildebrandus primum tergiverſatus invitanti, objecitque, inquit Bruno, *quia non ſecundum canonicam inſtitutionem, ſed per ſecularem & Regiam poteſtatem Romanam Eccleſiam arriperet. Leo vero ut erat natura ſimplex atque mitiſſimus, patienter ei ſatisfecit, reddita de omnibus, ſicut ille voluerat, ratione.* Tertio, S. Bruno ibidem inſinuat, verum non eſſe quod tradit Otto Friſingenſis citatus, Hildebrandum nempe Priorem fuiſſe Monaſterii Cluniacenſis anno ſuperiori, quando Conventus Wormatienſis habitus eſt. Ait enim Bruno: *Erat ibi Monachus quidam Romanus* (ſc. Wormatiæ) *Hildebrandus nomine, nobilis indolis adoleſcens, clari ingenii, ſanctæque religionis. Hunc igitur beatus Epiſcopus vocavit ad ſe, & rogavit eum, ut ſimul Romam rediret,* &c. Quare ſi verum ſit quod ait Otto, Hildebrandum ipſo fine a. MXLVI cum Gregorio VI. tranſiiſſe Alpes, paucos poſt menſes adoleſcens, & peregrinus a Cluniacenſibus Prior conſtitutus non fuit; eo magis, quo Paulus Bernriedenſis in Vita ipſius Hildebrandi dicat: *Inde* (ſc. e Gallia) *poſt aliquot annos Romam rediturus moram fecit aliquantum temporis in aula Henrici III.* Papebrocius quidem ad diem XXV. Maii, quo Gregorius VII. colitur duplicem profectionem Gallicam Hildebrandi diſtinguit, ſed gratis & ſine teſte. Otto itaque Friſingenſis adverſus Auctores antiquiores in his non audiendus.

VI. *Papalis conſecratio explicatur.*

Leo papa poſt Concilium Remenſe, de quo mox, Epiſtolam Catholicis per univerſum Regnum Francorum conſtitutis dedit, quæ Tom. II. Spicilegii pag. 456. extat, in qua ait: *Poſt conſecrationem noſtram, illam videlicet qua benignitas Dei humilitatem noſtram Sancta Romana Eccleſia præeſſe voluit, Germaniam, Galliamque viſitavimus.* Ubi *conſecrationis* nomen pro ea ſumit ceremonia, quam hodie *coronationem* appellamus. Ea vel æquivalens ceremonia in Baſilica Sancti Petri ſemper peracta fuit, eaque diverſa ab inthronizatione, quæ in Baſilica Sancti Joannis Lateranenſis ab omni tempore facta. Wibertus laudatus de utraque loquitur, *cunctis applaudentibus conſecratur* (nempe in Eccleſia Sancti Petri) *ac Dominica Quadrageſimalis jejunii, pridie Idus Februarii, Apoſtolica Cathedra inthronizatur*, nempe in Baſilica Sancti Joannis Lateranenſis. In quo ſita eſſet hæc conſecratio, indicat idem Wibertus lib. 1. cap. 4. ubi ait, Brunonem (*ita* Leo ante Pontificatum appellabatur) a ſuo conſobrino Theodorico Mediomatricum Præſule eſſe *Pontificaliter inthronizatum*; in Eccleſia nempe Tullenſi, quando anno MXXVI. Epiſc. electus fuit. Nondum autem tunc Epiſcopus ordinatus fuerat; quod *Conradus Salicus* Imper. cuperet, ejus ordinationem ſimul cum ſua Romæ a Joanne XIX. fieri, ſed Imperatorem ab eo conſilio Bruno revocavit, ne Trevirenſi Archiepiſcopo Metropolitæ ſuo diſpliceret. Rem Wibertus his verbis exprimit: *quoniam cauſis inſtantibus uſque inſequenti Paſcha diſtulerat* (nempe Conradus Salicus) *ſibi a domno Apoſtolico Romæ dandam Imperialem benedictionem; itidem etiam iſti* (ſcilicet Brunoni) *vinculis perfectæ dilectionis adſtrictus differri juſſerat ejus Epiſcopalem ordinationem, uti ſimul unaque in Baſilica* (nempe Sancti Petri) *ſumerent utrique ab eodem cœli clavigero Vicario prædeſtinati officii conſecrationem.*

VII. *Benedictio tam de Imperatore quam de Epiſcopo dicitur.*

Ibi Wibertus *conſecrationis* nomen tanquam genus uſurpat, cujus ſpecies ſunt Regis inauguratio, ordinatio Epiſcopalis, & ceremonia, qua quis Papa, aut Archiepiſcopus inauguratur. Qui Wiberti locus, cum veram hujus vocis, ſcilicet *conſecratio*, ſignificationem egregie explicet, hic prætermittendus non fuit. Sic *benedictionis* vox, tam pro conſecratione *Epiſcopali* quam, pro *Imperiali* uſurpatur, indeque Wibertus ibidem poſtquam de Imperiali benedictione Conradi Salici locutus eſt, de Brunone ait, *Pontificalem humiliter popoſcit benedictionem a Domno Epiſcopo Trevirorum Poppone.* In Sacramentario divi Gregorii M. pag. 239. legitur, *Epiſcopus ordinatur, uno ſuper eum fundente benedictionem*, extantque innumeræ auctoritates Scriptorum, qui poſt annum DL. vixere, quæ oſtendunt, *benedictionem*, & *benedicere*, fuiſſe voces, quibus conſecratio & ordinatio Epiſcopalis exprimi ſolitæ erant.

VIII. *S. Leo anno ſequenti ad Garganum montem profectus.*

A num. IV. ad VIII. Profectio Sancti Leonis Papæ ad Garganum montem, ad viſitandam Sancti Michaelis Archangeli Eccleſiam in eo ſitam, quam Baronius ex Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 82. hoc anno recitat, anno tantum ſequenti ab eodem Sancto Pontifice ſuſcepta. Leo enim Oſtienſis, qui ait *eodem quo ordina-*

*tantium : Dicit Dominus, Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis.* Vir plane erat meritis inſignis, & homo licet, interius angelicam vitam ducens, conſortio Angelorum dignus eſt habitus, quorum cultum propenſiori ſtudio frequentaret : hincque eſt, ut ſimulac conſecrationem Pontificiam Romæ accepit, nihil ibi moratus, Sipontum in Apulia, ad viſitandam Eccleſiam ſancti Michaelis Archangeli, ſitam in rupe Gargana, celeberrimam ejus temporis peregrinationem, ad promerenda apud Deum ſuffragia ſanctorum Angelorum, accurrerit.

V. De qua inita peregrinatione Leo Oſtienſis hæc habet : (*a*) *Sanctus autem Pontifex eodem, quo ordinatus eſt anno, orationis gratia montem Garganum petiit. Inde rediens, in ipſa feſtivitate palmarum ad hoc monaſterium Caſſinenſe valde devotus acceſſit, & reverentiſſime ſuſceptus a Fratribus, ipſo die Miſſam ſolemniter celebravit, atque in Refectorio cum Fratribus comedens, poſt prandium ad Capitulum venit. Ubi maximas Fratribus pro tam honorifica ſuſceptione ſua gratias agens, ac pro viribus ſemper monaſterium ipſum exaltaturum ſpondens, deſcendit. Poſtridie vero Eccleſiam ſancti Mauritii apud inſulam, quæ Limata dicitur, ab ipſo Abbate conſtructam, & ſancti Salvatoris in territorio Attinenſi ſolemniter dedicans, Romam reverſus eſt. Ad quem profectus Abbas, privilegium ab eo, juxta ſuorum prædeceſſorum morem honorabiliter ſumpſit. In quo idem ſanctus Pontifex ſandaliorum uſum, & dalmaticæ, & chirothecarum in præcipuis feſtivitatibus tam illi, quam omnibus in hoc cænobio regulariter promovendis, ob honorificentiam ſancti hujus loci, Apoſtolica auctoritate conceſſit. Quo etiam tempore idem Apoſtolicus monaſterium, quod Saxonanum appellatur, intra Urbem Romam ſitum, jam dicto Abbati Richerio cum ſuis omnibus juribus tradidit, & illi exinde privilegium faciens, ſolam ſibi Abbatis conſecrationem, quem tamen Caſſinenſis Abbas eligeret, reſervavit.* Hucuſque Leo. Porro Paſcha eundem Pontificem Romæ celebraſſe, ex Hermanno conſtat.

(*a*) Leo Oſt. l. 2. c. 82.

Petit Leo Papa Garganum montem.

VI. Sed antequam ulterius res a Leone geſtas proſequamur, non omittendum, ipſum adeo ſuæ Tullenſis Eccleſiæ amatorem fuiſſe, ut licet Romanus Pontifex creatus eſſet, tamen titulum priorem non reliquerit, volueritque dum vixit, dici etiam Tullenſis Epiſcopus. Inſuper liquet patrimonium ſuum impendi voluiſſe in erectionem monaſterii ſanctæ Crucis; quod & ampliſſimis redditibus locupletavit, reliquitque ſub protectione Romanorum Pontificum. Teſtatur id Gregorius Papa Septimus in (*b*) epiſtola ad Guarnerium Argentinenſem Epiſcopum.

(*b*) l. 2. ep. 14.

VII. Quæ autem fuerint reliquæ anni hujus ejuſdem Leonis Papæ res geſtæ, ab Hermanno ſic accipe: *Proximo Paſcha Udalricum Augienſis cœnobii proviſorem Romam venientem Abbatis benedictione conſecravit, & monaſterii ejuſdem privilegia antiquitus a Sede Apoſtolica tradita ſua auctoritate confirmavit & innovavit. Indictione ſecunda, vii. Kal. Aprilis. Idem Papa in hebdomada poſt Albas, Synodum cum Epiſcopis Italiæ Romæ celebravit. Idem in hebdomada Pentecoſtes aliam Synodum Papiæ congregavit; indeque per montem Jovis cum pluribus Romanorum in Ciſalpinas partes devenit.* Hæc Hermannus de rebus geſtis hoc anno in Italia, quæ ne perfunctorie tranſeamus, de his, quæ alibi reperiuntur in medium adducamus.

VIII. Quod enim primum ad Romanam Synodum pertinet, plane Leoni accidit, quod

PAGIUS *natus eſt anno orationis gratia montem Garganum petiit*, anno uno peccat, nec, ut arbitratur Henſchenius citatus, annum a Paſchate inchoat, ut Chronicon ejus examinanti patebit. Recte itaque Chronographus Sancti Benigni relatis, quæ præſenti anno Sanctus Leo geſſit, ſubdit. *Rurſus ſequenti anno Romam pergens* (ſc. Halynardus Archiep. Lugdunenſis) *cum ipſo domno Apoſtolico properavit Beneventum & Capuam montem Caſſinum, atque montem Garganum ad S. Michaelem Archangelum. Ideo namque prædictus Papa perrexit illas in partes, ut habitatores terræ illius, ſi poſſet, aliquo modo relevaret ab oppreſſione, qua nimium erant gravati a Normannis. At quia domnus Præſul Halynardus præpotens erat in verbis & ſuadendum quodlibet lingua ſufficiebat; propter hoc ut mediator & Legatus pacis inter prædictos Normannos, & ipſum eſſet, domnus Apoſtolicus ſecum duxit eum. Inde regreſſus, quoniam ad colloquium Imperatoris, qui tunc forte erat in finibus Ungariæ, properabat: juſſit eum prædictus Papa Romæ reſidere, donec ipſe rediret.*

IX. Hermannus Contractus ad annum MXLIX. de Leone Papa ſcribit; *qui in proximo Paſcha Udalricum Augienſis cœnobii Proviſorem, Romam venientem Abbatis benedictione conſecravit, & monaſterii ejuſdem Privilegia antiquitus a ſede Apoſtolica tradita, ſua auctoritate confirmavit & innovavit, indictione ſecunda VII. Kal. April.* ideſt die XXVI. Martii, in quem Paſcha hoc anno incidit. Henſchenius citatus memoriæ lapſu pridie Dominicæ Palmarum interpretatur, indeque infert Sanctum Leonem hanc feſtivitatem in monte Caſino hoc anno non celebraſſe, quod tamen ex Leone Oſtienſi aſſumitur, ſed tantum anno ſequenti. At id quidem verum, ſed cum hoc anno VII. Kalend. April. cum die Paſchatis, non vero cum pridie Dominicæ Palmarum concurrat, ex illo Hermanni Contracti loco, habemus tantum, Sanctum Leonem hoc anno Romæ Paſcha celebraſſe, quod & Baronius habet.

S. Leo Romæ Paſcha celebrat.

X. A num. VIII. ad XVI. Hermannus Contractus ad annum MXLIX. ait; *Idem Papa in hebdomada poſt Albas, Synodum cum Epiſcopis*



quod homini agricolæ accidere ſolet, qui cum incultum agrum ſpinis repletum undique ſuſcipit excolendum : ipſo intuitu terreatur immenſitate laboris. Querelæ ibi ſunt propoſitæ de clericis ſimoniacis, adeoque frequentes, ut eos tæderet audire, & deſperarent omnes omnibus poſſe mederi languentibus. Nam audi quæ de ejuſmodi puniendo crimine, eodemque penitus abolendo ſint tunc acta in Romana Synodo ſub Leone; quæ Petrus Damiani recitat in epiſtola ad Henricum Ravennatem Archiepiſcopum: (*a*) *Verumtamen*, inquit, *& hoc otioſum eſſe non credimus, ſi quod ſuper hoc negotio idem venerabilis Leo Papa ſtatuerat, exponamus. Nam cum omnes ſimoniacorum ordinationes ſynodalis vigoris auctoritas caſſaſſet, protinus a Romanorum ſacerdotum multitudine magnæ ſeditionis tumultus exortus eſt, ita ut non ſolum ab ipſis, ſed a pleriſque diceretur Epiſcopis, omnes pene baſilicas ſacerdotalibus officiis deſtitutas, & præcipue Miſſarum ſolemnia, ad ſubverſionem Chriſtianæ religionis & deſperationem omnium circumquaque Fidelium funditus omittenda. Quid plura? poſt longa ſane diſceptationum hinc inde volumina tamdem ſuggeſtum eſt, reverendæ memoriæ nuper ejuſdem Sedis Epiſcopum Clementem decreviſſe, ut quicumque a ſimoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans ſimoniacum eſſe, cui ſe obtulerit promovendum, quadraginta nunc dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti ordinis officio miniſtraret. Quam nimirum ſententiam protinus venerabilis Leo ratam percenſuit, & ſub hujuſmodi pœna hos in acceptis officiis de cætero perſeverare mandavit. Nam & nonnullos hodieque conſpicitis, qui dum a talibus diverſi gradus fuerint ordinati, ab eodem ſummo Pontifice ad Epiſcopatus apicem ſunt provecti, nec id perperam, &c.* Hæc de Papæ Leonis decreto, in hac Synodo conſtituto, ſeu potius confirmato. At non hic finis controverſiarum, ſed occaſione ordinationum quæ per ſimoniacos factæ ſunt, aliæ emerſerunt contentiones, diverſis Synodorum judiciis ventilatæ, uſque ad annum quintum ejuſdem Leonis Papæ Pontificatus, ut idem ipſe Petrus exordio ejus epiſtolæ ad Henricum affirmat. De quibus nos ſuo loco dicturi ſumus.

Concilium Roman. adverſus ſimoniacos.

(*a*) Petr. ep. 16. c. 30. t. 3. bib. ſanct.

Decretum de ſimoniacis.

IX. Aliud idem Petrus ejuſdem Pontificis ſynodale decretum recitat ſuperius eadem epiſtola iſtis verbis (*b*): *Nam & iis qui ſupra magnificus Leo omnes clericos ab hæreticis venientes, in his quidem, quos adepti ſunt, ordinibus præcepit recipi: ad altiores autem gradus probibet promoveri. Cujus decreti nos titulum contenti ſumus hic breviter adhibere: ad textum autem mittemus, quibus vacat diffuſius illic exarata perlegere. Quin omnis, inquit, cujuſlibet ordinis clericus, qui Catholicam deſerens hæreticæ communioni ſe miſcuerit, ſi ad Eccleſiam fuerit reverſus, in eo gradu, in quo erat, ſine promotione permaneat, &c.* (*c*) *Ponamus itaque, ut ſimoniaci in nullo a cœteris hæreticis differant, atque per ſchiſmaticam ſectam ſimiliter cum eis ab Eccleſiaſtica communione procul recedant, in ſacerdotio tamen, vel cœteris gradibus, quicumque jam ab eis promoti ſunt, Leoniano decernuntur permanere judicio.* Hæc Petrus ex decreto Leonis ſancito in hac prima Synodo, in qua prominentiores vepres ſucciſi eſſe noſcuntur.

(*b*) ead. ep. ad Henric. c. 27.

Aliud Leonis decretum.

(*c*) 1. q. 1. c. ſi quis hæret.

X. Cæterum præter ipſos etiam & frutices illi infeliciſſimi, vepres infauſti, ſpinæ, & urticæ agrum patrisfamilias in immenſum oppleverant, qui ex putore carnis corruptionis fimo turpiter excreve-

PAGIUS *ſcopis Italiæ Romæ celebravit*, [1] cui Conc. Epiſcopos Galliarum interfuiſſe prodit Chronographus Sancti Benigni, cujus verba num. I. recitavimus. De hoc Concilio hæc Wibertus lib. 2. Vitæ Sancti Leonis cap. 3. Ibi Sanctus Leo *ſtatuta quatuor Synodorum principalium viva voce corroboravit, decretaque omnium deceſſorum ſuorum Pontificum tenenda confirmavit: ſimoniacam etiam hæreſim damnavit, quæ jam nonnullas mundi partes invaſerat, & in eodem Concilio quoſdam depoſuit Epiſcopos, quos prædicta hæreſis nevo ſuæ nequitiæ maculaverat.* Paulo poſt: *Decimas quoque a cunctis dandas Chriſtianis, quarum nec mentio erat apud Apuliam, & per quoſdam Orbis fines, Eccleſiis reſtituit. Venditiones Altarium ſub anathemate probibuit; ſed conſtituit, ut partes decimarum, ad Epiſcopum pertinentes, aut quiſque Præſul ſibi teneret, aut cuicumque vellet tribueret: partem autem ad altare pertinentem proprio Paſtori Eccleſiæ gratis concederet. Inceſtas conſanguineorum nuptias, in multis Orbis partibus indiſcrete habitas diſcidit; pluresque nobilium hoc turpi devinctos nexu, ſeparavit. Alia quoque perplura canonum capitula ſtuduit renovare, quæ, ne faſtidium gignant, hic ſuperſedimus recitare.* Quid ibi *Altaris* nomine ſignificetur, & de *Altarium* venditione ac redem-

*Primum Concilium Romanum ſub S. Leone.*

NOTÆ [1] IN eodem Romano concilio agitata fuit controverſia inter Epiſcopum Sylvæ Candidæ, & Portuenſem de jure in quandam Eccleſiam, quam ſibi ambo vindicabant. Extat apud Ughellium tom. I. in Portuenſibus Diploma Leonis hac de re datum, inſcribiturque die 10. Kal. Maii Leonis IX. primo Indictione II. & ſubſcripti ſunt quidam Gallicarum Epiſcopi, & Italorum nonnulli. Forte autem epiſcopi illi ex iis ſunt, qui Synodo interfuerunt. Ad illam autem diem Leo nondum Roma diſceſſerat. MANSI

(a) Gen. 6.

verunt (a): *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam*: ut non tantum ad eas abluendas ſordes videretur ſatis eſſe diluvium, ſed nefanda ſcelera ignem e cœlo Gomorrhæum, quo eſt exuſta Pentapolis, poſtularent. Quorum gratia idem Petrus Damiani, tunc eremita montis Avellani in Umbria conſtituti de his omnibus novum Pontificem Leonem monendum putavit, ſcribens ad eum librum, quem Gomorrhæus inſcripſit, eoque quadripartita vitia carnis, quibus obrueretur Eccleſia, ut decuit, quam potuit honeſte, inſinuavit, rogans ut Petri gladio, acutiore quam Phinees, conficiens turpiſſimos homines illos, Eccleſiam Dei non habentem maculam, neque rugam, ſervaret incontaminatam. Quibus auditis ſanctiſſimus Pontifex, cum viri ſancti laudavit zelum, cum etiam pro criminum qualitate & quantitate ultor offenſi numinis, pœnas dignas appoſuit, quas habet ejuſdem Pontificis epiſtola, ad eumdem Petrum reddita, quæ præfixa legitur Gomorrhæo, quæ una cum pluribus aliis ejuſdem auctoris lucubrationibus extat in antiquitus ſcripto codice bibliothecæ ſancti Petri in Vaticano, quo ſumus uſi in his conſcribendis. Ipſa autem Leonis Papæ epiſtola ad Petrum ſic ſe habet:

Nefanda carnis vitia exciſa per Leonem Pontificem.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto filio Petro eremitæ æternæ beatitudinis gaudium.*

XI. Leonis Papæ ad Petrum Damian. epiſt. reddita.

*Ad ſplendidum nitentis pudicitiæ thorum, fili cariſſime, pio certamine, intentionem tuæ mentis perveniſſe, libellus, quem contra quadrimodam carnalis contaginis pollutionem honeſto quidem ſtylo, ſed honeſtiori ratione edidiſti, manifeſtis documentis commendat. Subegiſti quidem carnis barbariem, qui ſic erexiſti brachium ſpiritus adverſus libidinum obſcenitatem. Execrabile quidem vitium, longeque ſegregans ab auctore virtutum, qui cum ſit mundus, nihil admittit immundum. Nec de ſorte ejus eſſe poterit, qui ſordidis illecebris ſubjacebit. Clerici vero, de quorum vita ſpurciſſima flebiliter, pariterque rationabiliter tua prudentia diſputavit; vere, & omnino vere ad funiculum hæreditatis ejus non pertinent, de quo ipſi voluptuoſis ſe oblectationibus ſubmovent. Quod ſi pudice converſarentur, non ſolum templum Dei ſanctum, ſed ipſum etiam Sanctuarium dicerentur, in quo niveo candore conſpicuus ille Dei Agnus immolatur, per quem fœda totius orbis lues lavatur. Tales nimirum clerici etſi non verborum, operum tamen teſtimonio profitentur, quia non exiſtunt, quod cenſentur. Quomodo enim clericus eſſe poſſit vel nominari, qui proprio arbitrio non metuit inclinari?* Et poſt multa ad extremum ubi ejuſmodi canonica cenſura coercuit, hæc ad Petrum: *Sed fili chariſſime, inenarrabiliter gaudeo, quia exemplo converſationis inſtruis, quidquid oratoria facultate docuiſti. Plus eſt enim opere docere, quam voce. Quapropter auctore Deo, palmam obtinebis victoriæ, & cum Dei & Virginis Filio lætaberis in cœleſti manſione, & tot mercedibus eris cumulatus, quot ereptis per te a diaboli laqueis fueris conſtipatus, & quodammodo coronatus.* Hæc ad Petrum Leo.

XII. Leo infenſus in Petrum opera calumniatorum.

Sed o inſtabilis interdum etiam in Eccleſiæ Antiſtitibus, iiſdemque ſanctiſſimis ſtabilitas mentis, dum contrariis ventis impellentibus, animum erga viros virtute præditos bene propenſum in partem diſtorquent adverſam, ut quem antea plurimi faciebant, jam contemnant, & faſtidio reſputant quem colebant. Ecce enim Petrus ille hujus temporis magnum ſidus Eccleſiæ, Leoni Pontifici adeo charus, meritoque dilectus ac cultus, quorumdam calumniis apud ipſum exagitatus, cæpit ab æſtimatione parta cadere, atque vileſcere: quorum gratia idem Petrus has ad eum litteras ſcribere ſit coactus, quas nos e Caſſinenſi bibliotheca acceptas per Conſtantinum Cajetanum monachum, hic tibi deſcribendas curavimus. Sic ſe habent:

*Domno Leoni beatiſſimo Papæ Petrus peccator monachus devotiſſimæ ſervitutis obſequium.*

XIII. Petri Damian. epiſtola Apologetica.

*Hoc ſaltem dicam accuſatoribus meis, quod plebs Iſraelitica dixit prædicatoribus ſuis (b): Videat Dominus, & judicet; quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſervis ejus. Antiquus namque hoſtis timens, ne ego poſſem vobis ſuggerendo deſtruere, quod ille in iſtis partibus non deſinit quotidie novis adinventionibus fabricare: malignantium adverſum me linguas exacuit, complices ſuos ad componenda mendacia, quoddam ſibi velut organum fecit, per vaſcula ſua crepuit, & malitiæ ſuæ virus ſacris auribus inſtillavit. Et quid mirum, ſi domino meo tantis oppreſſo negotiis verſuta calliditas hominum ſubrepere potuit; cum & David (c), qui prophe-*

(b) Exod. 5.

(c) 2. Reg. 19.

PAGIUS demptionibus legendus Marca in Nota ad Canonem VII. Concilii Claromontani. Porro hebdomada poſt Albas hoc anno die ſecunda menſis Aprilis inchoatur, duratque uſque ad diem nonum ejuſdem menſis quo Dominica ſecunda poſt Paſcha die XXVI. Martii celebratum exorditur, indeque Leo IX. in literis, quibus Trevirenſis Eccleſiæ Privilegia confirmat, a Brouvero lib. XI. Annal. Trevir. recitatis de hac Synodo Romana ait: *In Synodo noſtra, quam circa XVII. poſt ipſum Paſchalem diem, Deo præſidente celebravimus*, & Hermannum Contractum hujus Synodi epocham recte conſtituiſſe nos edocet.

A num.



*phetico plenus erat ſpiritu, dum Sibæ inconſultius credidit, innocentem protinus Miphiboſeth ſententiæ proſcriptionis addixit? tantumque apud eum falſæ accuſationis ſermo prævaluit, ut plectibilem ſervum in hærilis conſortium hæreditatis adſciſceret, & infidelitatis reum, libertatis dignum præmio judicaret. Verumtamen ſi Creatoris noſtri facta diligenter attendimus, ad credenda cujuſlibet mala, fidem adhibere facile non debemus. Ipſe enim, cujus oculis nuda & aperta ſunt omnia, non dedignatus eſt dicere: (a) Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis. Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non eſt ita, ut ſciam. Quod profecto ad nihil aliud dictum videtur, niſi ut humana doceatur ignorantia, ſine experimentis audita non crederet, incognita non leviter adjudicare, nec ante ſententiam promere, quam rem dubiam teſtimoniis approbarit. Quam profecto cautelam dum vos prudenter habere in aliis liquido novimus; quia nobis obſervata non eſt, non vobis adſcribimus, ſed noſtris proculdubio meritis imputamus.*

(a) Gen. 18.

XIV.

*Verumtamen in his ad conſcientiam redeo, ad mentis meæ ſecreta recurro, certus quia niſi pro amore Chriſti, cujus ego malus ſervus ſum, nullius mortalis hominis gratiam quæro, nullius iracundiam pertimeſco. Quapropter ipſum conſcientiæ meæ teſtem invoco, & humiliter peto, quem in ſacrario veſtri pectoris habitare pium eſt credere, ut ſi ſaluti meæ congruere judicat, vos mihi miteſcere ſua protinus auctoritate præcipiat, & ſerenitatis veſtræ vultum mihi placabilem reddat, quatenus ipſe me in veſtra reconciliatione confœderet, qui me ad quærendam clementiæ veſtræ gratiam, ne ſtem rigidus, terret.*

*Alioquin ſi adhuc duriſſimo averſionis veſtræ flagello me verberandum eſſe decernit; liventes ſcapulas humiliter ſubdo, ori meo digitum ſuperpono: nil conqueror; ſed ad ipſum ſpei meæ oculos levo, cujus hæc erga me fieri juſta occulti examinis diſpoſitione perpendo. Non ergo vos, ſed ipſum rogo, ſine cujus nutu nec folium arboris credo diffluere, ut cor veſtrum, quod in manu tenet, ſi mihi ſalus eſt, in meam dignetur benevolentiam inclinare.* Hucuſque ad Leonem Pontificem Petrus. Quæ autem hæc ſecuta ſint, ignoramus. Sint iſta ad conſolationem (quod ſæpe contingere ſolet) talia patientium, ad cautelam vero ejuſmodi perpetrantium, ne faciles calumniantibus aures adhibeant, adverſus eos præſertim, quos longior vita ante bene acta commendat. At de his ſatis.

XV. Liber Gomorrhæus ſublatus ab Alexandro Papa.

Verum ut ad Petri librum illum Gomorrhæum inſcriptum redeamus, etſi viſus ſit a Leone Papa laudari: tamen quod abſque verborum obſcenitate obſcenitates illæ tantæ pertractari haud adeo potuerunt, quin legentium aures caſtas offenderent, ut revera offendunt; Alexander Papa Secundus callida arte illum ab eo ſurripuit, ſuoque incluſit ſcrinio. Sed queſtus eſt de his tunc Petrus litteris ſcriptis ad duos Cardinales, nempe Hildebrandum, & Stephanum, quæ habentur in codice baſilicæ ſancti Petri incipiuntque: *Querelam omnipotenti Deo, & vobis qui eſtis membra ejus, depono de domino noſtro Papa, qui cor meum, tam acerbo mœrore conturbat, & grandævi jam ſenis animam ad amaritudinem provocat. Tulit enim librum noſtrum, quem videlicet de paupertatula inopis ingenioli cum magno labore decerpſeram, & velut unicum filium ulnis uterinæ dulcedinis amplectebar. Et hunc qualiter tulerit, operæpretium eſt agnoſcatis. Sciebat enim hoc ſe a me aliter impetrare non poſſe: domno Abbati Sancti Salvatoris me præſente tradidit, præcipiens, ut tranſcriberet. Nocte vero, me neſciente, tulit, ſuiſque ſcriniis infarcivit. Et revera eſt munditiæ ſacerdotalis * ingenium, immo Papalis hoc puritatis eſt argumentum.* Ex quibus ſane verbis, licet quiſnam liber ille fuerit, minime exprimat; Gomorrhæum librum illum ſignificare voluiſſe non dubitamus, cujus turpitudine offenſus Papa, voluerit eum ita ſurripiendo, nec reddendo delere. Pergit autem de eodem Pontifice dicere: *Ex his tamen expoſtulatur, arridet, caputque meum tamquam oleo, jocoſæ urbanitatis ſuavitate demulcet &c.* At de his hactenus. Aſſectemur ipſius Papæ veſtigia.

* indicium.

XVI.

Jam vero rebus per eumdem ſanctiſſimum Pontificem in Italia geſtis, uſque ad Pentecoſten, enarratis, quænam ubi in Germaniam ſe contulit, uſque ad ſequentem diem Natalem Domini (qua periodo temporis Hermannus annos ſingulos in Chronico ſtringit) per eumdem geſtæ ſint, videamus. Quæ ab eodem Hermanno ita narrantur: *Secuta*, inquit, *æſtate, cum Imperator expeditionem contra Godefridum, & Balduinum a domi-*



PAGIUS XI. A num. XVI. ad XXIX. *Idem in hebdomada Pentecoſtes aliam Synodum Papiæ congregavit*, inquit Hermannus Contractus de Sancto Leone. Addit Anſelmus Remenſis Monachus in Itinerario: *Gallicum reviſere ſolum tam B. Remigio facta promiſſio, quam orthodoxæ fidei in illis partibus adeo tepefacta perſuadet intentio. Unde a Romanis expetita licentia,* per

*S. Leo in Franciam venit & varias Synodos celebrat.*

*no Papa excommunicatos pararet: Godefridus tam contra vim Imperatoris, quam contra Papæ excommunicationem Aquiſgranum venit, & opitulante Papa, gratiam Imperatoris, promeruit. Balduinus vero utrumque contemnens, vaſtata ab exercitu magna ex parte provincia ſua, tamdem obſides dedit, & pactum cum Imperatore fecit.*

XVII. Concilium Rhemenſe. *Autumnali tempore dominus Papa Synodum magnam Rhemis cum Galliarum Epiſcopis habuit.* Hic ſiſte gradum, Lector. Contigit enim poſt hæc cuſa, ad nos perferri ex Rhemenſi Eccleſia ipſius Rhemenſis Concilii integra Acta, ab auctore ejus temporis, qui vidit, quam fideliſſime ſcripta, quæ præcedunt Geſta pontificia, ante Synodum in dedicatione ſolemni Rhemenſis illius Eccleſiæ, in quam venerandum S. Remigii Francorum apoſtoli corpus eſt delatum atque reconditum, per eumdem Leonem Papam, ea de cauſa potiſſimum ex Italia in Gallias redeuntem, feliciter habita. Omiſſis igitur quæ præfatur auctor, & pluribus narrat de eadem baſilica ſæpius reſtitura, a creatione Leonis Papæ, quam obiter tangit, reliqua hic reddimus. *Defuncto*, inquit, *Papa Damaſo, qui in civitate Brixenorum, quæ eſt in provincia Hyſtriæ, fuerat Epiſcopus, & in Apoſtolica Sede inthronizatus triginta ſolummodo ibi vixerat diebus, Romani legatione de ejus obitu ad Imperatorem Henricum directa petierunt, ut Eccleſiæ Paſtore viduatæ ab eo ſubrogaretur alius.*

Leonis Papæ IX. Pontificatui primordia. *Qui ſuper hoc negotio Epiſcoporum & optimatum Imperii ſui quærens conſilium, invenit inter cæteros domnum Brunonem Tullenſem Præſulem ad idem officium ſubeundum eſſe idoneum, utpote qui ætatis maturitate, morumque & ſcientiæ claritudine videbatur conſpicuus, ſibique ſanguinis affinitate proximus. Unde Apoſtolicæ dignitatis ei adjudicata ſunt inſignia, juſſumque ab Auguſto, ut ad hæc ſecundum Eccleſiaſticas ſanctiones ſuſcipienda Romana inviſeret mœnia. Sed quia ſolemnia imminebant Nativitatis Dominicæ, hæc cum Clero, cujus fuerat paſtor, diſpoſuit celebrare, eiſque celebratis, quo erat præceptum, abire. Hujus itaque Pontificis notitiam in colloquio, a præfato Imperatore & Francorum Rege de pacis & amicitiæ confirmandæ gratia ante non multum tempus habito, memoratus Abbas Herimarus fuerat conſequutus, a quo etiam promiſſum acceperat, quod in proximo quadrageſimali jejunio beati Remigii ſepulcrum abſque equi ſolatio foret expetiturus, quia cum eorumdem Regum aliquando familiaria ad invicem perferens mandata per contiguam regionem tranſierit, ipſius ſancti locum orationis gratia inviſere neglexerit. Quod idem Abbas ſagaciter recolens animo, ſua dirigens ſcripta illi ſuggerit, ut quoniam pro delegato ſibi Apoſtolici primatus officio Romam ire diſponit, ſi quando ad cognatos fines certo Eccleſiæ revocetur emolumento, non fiat irrita Francorum apoſtolo ab eo facta promiſſio. Mittit vero ei in munere vas ad bibendum idoneum intus & exterius auro decentiſſime decoratum, † inſinuans illi de ipſius ſancti Eccleſia dedicanda ſuum cum petitione deſiderium. Ad hæc idem Epiſcopus benigne refert, quia etſi alia nulla ſe revocet Eccleſiæ utilitas, vel pro ſolo amore ſancti Remigii reverſurum ad Gallias, & ejus baſilicam dedicaturum, ſi divina annuerit benignitas.*

† ſed ligneum fuiſſe aſſeritur a Deſiderio Abbate Caſſinenſ. eodemque Victore Papa III.

In urbem profectio quando. *Celebratis ergo in ſede civitatis Leucorum duobus Dominicæ nativitatis diebus in tertio Clero ſuo valefaciens iter carpere Romam ducens aggreditur. Quo perveniens, cum favore totius populi honorabiliter excipitur, Apoſtolicæque dignitatis infulis inſignitus in Hypapanti Domini in Cathedra beati Petri inthronizatur, & Leo Papa Romano more nuncupatur. Hic digne adminiſtrans quæ ſui ſunt officii, inſtanterque diſponens, quæque videntur accommoda divinæ religioni, quadrageſimalis temporis explet jejunia, ſuccedentiaque Dominicæ reſurrectionis ibi celebrat ſolemnia. Quibus elapſis Synodum convocat Epiſcoporum Italiæ, & ibi quælibet perverſa in eorum Epiſcopiis pullulantia aut corrigit, aut hortatur corrigere.*

*Aliquanti autem temporis interlabente curriculo, Gallicum reviſere ſolum tam B. Remigio facta promiſſio, quam orthodoxæ Fidei in illis partibus adeo tepefactæ perſuadet intentio. Unde a Romanis expetita licentia per quaſdam Latii urbes iter agens, in eis multa diſponit Eccleſiaſticæ honeſtati congrua, tamdemque adit Imperatorem Henricum in regione commorantem Saxonica.*

*Interea memoratus Abbas deſiderii ſui compotem ſe futurum ex ipſius Papæ certus pollicitatione, Regi Francorum Laudunum venienti occurrit in Pentecoſtes ſolemnitate, ejuſque conſilium & favorem expetit de præfato templo Apoſtolica conſecrando benedictione: monens & poſtulans, ut*

PAGIUS *per quaſdam Latii urbes iter agens, &c. tandem adit Imperatorem Henricum, in regione commorantem Saxonica.* Subdit Anſelmus, ambos Coloniam adveniſſe *in Apoſtolorum Petri & Pauli natalitio* &c. *Papa Colonia digreſſus, Tullum in Exaltatione ſanctæ Crucis venit: indeque circumjacentium regionum Epiſcopis & Abbatibus literis ſuæ auctoritatis mandari præ-*



*ut his agendis ſuam præſentiam exhibeat, & Epiſcopos regnique ſui Principes ſecum intereſſe faciat. Cui idem Rex ad præſens mente benigna annuit, ſeque, niſi alicujus impedimenti interceſſerit caſus, tantæ feſtivitati affuturum aſſerit. Ex quo promiſſo Abbas lætificatus revertitur, indeque Papæ Coloniam Agrippinam cum Imperatore advenienti in Apoſtolorum Petri & Pauli natalitio fit obvius, a quo adventus ſui ad Rhemenſe ſolum gerendarumque ibi rerum tempus & ordinem inveſtigat diligentius. Ille vero ſibi notificans pandit, quomodo prius deliberaſſet, ut octava die ab ipſius Sancti feſtivitate, quæ in Kalendis Octobris habetur celeberrima, illo veniret, & ipſius monaſterium dedicans, poſtea ibidem ex Epiſcopis Galliæ congregatam Synodum celebraret. Qua ſententia mutata, ad eumdem locum in ſolemnitate ſancti Michaelis Archangeli ſe venturum, & in Eccleſia beatæ Mariæ Rhemis, Miſſarum ſacra in eadem die memorat celebraturum, feſtum vero glorioſi patris Remigii pretioſi corporis ejus elevationi, & ſubſequentem baſilicæ conſecrationi, cæteros deinde tres Synodi deputat celebrationi. Quibus auditis ad ſuum cœnobium rediit Abbas, ſuaque ſcripta per Franciam, eique contiguas direxit provincias, invitans ſanctæ Eccleſiæ fideles, ut ad tanti gaudii participationem concurrant mente promptiſſima, tam pro amore & veneratione ejuſdem Patroni ſui, quam ut benedictione muniri mererentur Apoſtolica.*

A Leone Papa indicitur Synod. Rhemenſ. *Cæterum Papa Colonia digreſſus, Tullum in Exaltatione Dominicæ Crucis venit, indeque circumiacentium regionum Epiſcopis & abbatibus litteris ſuæ auctoritatis mandari præcepit, ut in præfixa die ſibi occurrerent ad Synodum celebrandam in baſilica præfati Francorum Apoſtoli. Ut per quem orthodoxæ Fidei initiati ſunt rudimentis, in ejus præſentia conſequerentur reparationem tepefactæ in ſe divinæ religionis. Hujuſmodi mandatis gratulatur pia fidelium devotio, præparans ſe ſtudioſe ad implendum, quod ex Apoſtolicæ dignitatis ſibi promulgatur edicto. Venenatus autem ſerpens, qui ab exordio mundi ad humani generis inhiat præcipitium, tam ſalutari propoſito commenti ſui nititur opponere obſtaculum. Ad complendam enim perfidiæ ſuæ voluntatem quoſdam potentes laicos excitat, qui inceſtis conjugiis operam dando, & aliorum criminum nefariis uſibus ſe implicando violatores erant honeſtatis Eccleſiaſticæ; ideoque verebantur reatuum ſuorum latebras in lucem prodere. Sed & nonnullos Epiſcopos, & Abbates illis adjungit, qui in ovile Dominicum aliunde non per oſtium irruperant, & in Eccleſiis ſuis catholicorum Patrum ſanctionibus contraria quædam pullulare permiſerant, quæ condictæ Synodi examinatione reſecanda manifeſtari metuebant. Ut enim ſcriptum eſt: Omnis qui male agit, odit lucem, & idcirco peccatis ſuis magis magiſque occultationis adhibet obnubilationem. Tantæ itaque perverſitatis viri incentoris ſui callida ſuggeſtione inſtructi, Regi Francorum ſuggerunt, regni ſui decus annihilari, ſi in eo Romani Pontificis auctoritatem dominari permitteret, vel ſi eidem, ut decreverat, occurrens præſentiæ ſuæ favorem ad cogendum Concilium exhiberet. Addunt etiam, quod nullos anteceſſorum ejus id reperiatur aliquando conceſſiſſe, ut ob ſimilem cauſam in Franciæ urbes ingreſſus pateret alicui Papæ. His vero agendis pacis & tranquillitatis congrua ſunt tempora; regni autem ejus ſtatus ſit in perturbatione non modica, quibuſdam viris potentibus dominationis ejus jugum detrectantibus, terraſque & caſtella quælibet ab ipſius ditione abalienantibus. Quapropter regiæ dignitati ferunt congruere, utilitati Reipublicæ ſuæ ſapienter conſulere potius, quam Synodis intendere: Principes ſuos, & totius exercitus ſui potentiam in rebelles commovere. Ipſos etiam Epiſcopos & Abbates, penes quos maxima pars facultatum regni eſt, cenſent immunes hujus expeditionis eſſe non debere, ante alios Abbatem ſancti Remigii, quem quaſi de rerum ſuarum abundantia præſumentem pro vanæ gloriæ amore ad monaſterium ſuum conſecrandum calumniabantur Romanæ Urbis Pontificem evocaſſe.*

Rex fruſtra Synodum impedire conatus. *Hac igitur verſipelli perſuaſione Rex emollitus, & ab honeſto propoſito ad ſeductionis devia flexus, Papæ per Silvanectenſem mandat Epiſcopum, ſe ſuoſque Pontifices cum Abbatibus cogi ad comprimendam pervicaciam ſibi reſiſtentium, ideoque non poſſe occurrere illi in præfixo termino ad peragendum Concilium; unde adventum ſuum in Franciam in aliud tempus differat, quo abſolutis hujuſmodi negotiis eum debito cum honore ſuſcipiat. Ad hæc Papa remandat, promiſſionem beato factam Remigio nequire ſe irritam facere, ſed ad baſilicam ejus dedicandam proculdubio venturum, ubi ſi qui divinæ religionis amatores convenerint,*



PAGIUS *cepit, ut in præfixa die* nempe in Kalendis Octob. uti jam dixerat,) *ſibi occurrerent ad Synodum celebrandam in Baſilica præfati Francorum Apoſtoli*, nempe Sancti Remigii. De eo Concilio & de Rebus in Gallia a Sancto Leone geſtis legendum Itinerarium Anſelmi ſub nomine Actorum Concilii Remenſis a Baronio in fine Tomi XII. in Appendice ad annum

*rint, cum eis Synodi rationem ſe fatetur habiturum. Cujus mandati ad Regem relatione perlata, ipſe tamen in rebelles iter aggreditur, coacta in unum ingenti exercitus ſui militia; ſed & Epiſcopis, & pleriſque Abbatibus contra voluntatem ſuam illo euntibus, illis etiam perverſis Eccleſiarum rectoribus ad id negotium ultro ſe ingerentibus, qui ut ſummi Paſtoris Vicarium actus eorum examinare venientem poſſent effugere, eamdem expeditionem exitiali techna elaboraverant ſtruere. Abducitur cum eis & memoratus Abbas ſancti Remigii mœſtus admodum & gemens, quaſi non eſſet viſurus effectum deſiderii ſui. Sed divinæ conſolationis ejus mœrori non defuit potentia. Vix enim unius diei & dimidii itinere confecto indulta eſt illi redeundi licentia. Qui reverſus celerrime, Romanum Antiſtitem adhuc Tulli remorantem expetit, eumque pro regiis mandatis jam diu conceptum propoſitum non permutaſſe cognoſcens, gratulabundus ad monaſterium redit, inſtanter præparare ſatagens, quæ tanti Patris confluentiumque filiorum ſanctæ Eccleſiæ forent neceſſaria conventui. Jam quippe dierum prope erat terminus, qui ſupradictæ diſpoſitionis completioni fuerat attributus.*

Venit Rhemos Leo Pap.

*Denique domnus Papa a Leucorum urbe digreſſus, iter ad Rhemenſem ducens urbem arripuit, & in opportunis locis ſingulis quibuſque noctibus manſione accepta, in vigilia feſtivitatis ſancti Michaelis ad Curmolenſem Villam venit, cui præfatus Abbas ibidem obvius factus, quæcumque neceſſarius expetit uſus, illi omnique comitatui ejus affluenter ſuppeditavit. Die vero ſequenti ad S. pervenit Remigium, Archiepiſcopis tribus comitatus, Trevirenſi videlicet, Lugdunenſi, Veſontionenſi aliiſque viris honorabilibus, inter quos erat Jo: Epiſc. Portuenſis, & Petrus Eccleſiæ Romanæ diaconus, & ipſius Urbis Præfectus. Hic protinus conglobatur in unum tota Fratrum congregatio, & e cunctis Abbatum, monachorum, clericorum, qui jam ex multis confluxerant partibus, numeroſa concio. Ex quibus omnibus in atrio baſilicæ diſponitur decentiſſima proceſſio, Epiſcopis tribus, Silvanectenſi videlicet, Andegavenſi, Nivernenſi longe digeſtos ordines antecedentibus, Textumque Evangelii cum aqua benedicta, & aromatum odore ferentibus. Sic ergo diſpoſiti Papam advenientem ſuſcipiunt, cui Eccleſiam introeunti reſponſorium, lætentur cœli, cum digna modulatione concinunt, & dum ante altare ſanctæ Crucis orat, aliud reſponſorium, Summæ Trinitati videlicet, concinentes finiunt. Progreſſo autem eo uſque ad altare ſancti Chriſtophori, & ante venerandi Francorum Apoſtoli ſepulcrum orationem explente, iterum hymnum, Te Deum laudamus, conſona vocum jubilant vociferatione. Qui tamdem in ſede ſibi decenter apparata paululum reſidens, aſtantes lætificavit benedictione Apoſtolica, & exinde egreſſus ab eiſdem pſallentium choris, cum divinis laudibus deducitur uſque ad civitatis mœnia.*

Quomodo ſuſceptus a Clero Leo Papa.

*Qui Rhemenſis Clerus cum Archiepiſcopo ſuo, aliiſque quibuſdam obviam procedens Epiſcopis, perſpicuæ proceſſionis numeroſos diſponit ordines in atrio ſancti Dionyſii martyris. Ubi ad tanti Pontificis ſuſceptionem competentia concinens cantica, uſque ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ illum comitatur cum maximæ jubilationis gloria. Illic vero ante ſanctæ Crucis & ejuſdem Dei Genitricis altaria completa oratione in Archiepiſcopali aliquantulum reſedit ſede, Archipræſule Rhemenſi ad ejus dexteram, Trevirenſi autem reſidente ad ſiniſtram. Deinde miniſtris altaris præparatis quibuſque pro officiorum congruentia, & ipſe ſacerdotalibus redimitus inſignibus proceſſit ad Miſſarum celebranda ſolemnia. Quibus expletis, & aſtante populo Apoſtolica benedictione munito, prædicto Rhemorum Archiepiſcopo ſibi ſuiſque neceſſarios ſumptus ſuppeditante, refectionem percepit in majori palatio juxta Eccleſiam ſito.*

*Die autem ſubſequenti metuens ne præpediretur frequentia circumfluentium populorum, duobus tantum comitatus capellanis, dum nocturnæ a Fratribus explerentur vigiliæ, ad ſanctum remeavit Remigium, factoque ſibi balneo lotus & tonſus eſt, utpote, qui imminentem tanti Patris ſolemnitatem in craſtino celebraturus transferre diſponebat tam prætioſæ gemmæ venerabile pignus, & præparata ſibi quadam domo contigua Eccleſiæ, illic ſecretum remorandi expetiit, quia metuebat ad publicum procedere. Ad ſepulcrum enim Sancti quaſi ex toto orbe excita tanta hominum confluebat numeroſitas, ut introeuntibus ſpacioſi templi vix ſufficeret capacitas. Advolabant enim tam ex vicinis, quam ex longinquis regionibus promiſqui ſexus innumerabiles, effundebat aſpera Francia ad honorem glorioſi apoſtoli ſui villanos, oppidanos, & cives, ſed & Gallia pene ex omnibus ſuis partibus huc tranſmittebat populorum millia, inter quos accelerabant Epi-*

PAGIUS num MXLIX. publicatum, cui nullum Auctoris nomen præfixum eſt, quia deerat in MS. Codice, quo uſus eſt Baronius, qui hoc anno num. XXIV. ait, ſe ſe fruſtra illud Itinerarium, quod ab illis Actis diverſum putabat, perquiſiiſſe. Marlotus Tom. II. Metropolis Remenſis lib. 2. cap. 28. illud ex Codice MS. correctius publicavit, & Joannes Papien-



*Epiſcoporum Abbatum, monachorum, clericorum generoſa agmina. Ignobilis, nobili, aut inops cedere neſciebat diviti, ſed omnes una conglobati concurrebant intentione devota, buſtoque cœleſtem margaritam continenti dulcia imprimentes oſcula, oblationum ſuarum quiſque pro poſſe offerebant donaria. Qui vero conſtipatorum violentia repulſi propius accedere non valebant, heu quantum gementes ſe deſiderii ſui privari effectu, de longe projectis muneribus, quæ attulerant, quaſi lapidibus Sancti ſepulcrum pia tamen devotione obruebant.*

*Eſt autem ante fores ipſius baſilicæ quoddam ſpatioſum atrium, in quo quoties denſitatem ſui perpeti non poterat frequentia tantorum explicabat cœtuum, eo ducta aviditate cernendi ipſum beati Petri Vicarium. Poſt beati enim Remigii captatum ſuffragium ad hujus ſummopere inhiabat conſpectum. Qui ut magnanimo deſiderantium ſatisfaceret effectui, eminentius ſolarium domus, in qua remorabatur, petens, unde & aſtantes contueri & ab eiſdem conſpici, & loquens poſſet audiri, Apoſtolica eos benedictione lætificavit. Hiſque recedentibus & aliis ſubinde atque aliis illud atrium catervatim replentibus, ter in eadem die ſuæ exhortationis monita impertiens ſalubria, liquido patefacit, quæ vitanda quæque ad ſalutem animarum ſuarum ſibi forent expetibilia. In eadem denique domo ſacra myſteria ſibi fecit celebrari, quia non dabatur uſpiam locus opportunus Eccleſiam introeundi, nec ipſi Fratres præ importunitate plebium ſolitum illic penſum divini valebant perſolvere officii.*

Ad Pervigilium Papa cuncta diſponit.

*Adveniente interea nocte, nec tamen confluentium rareſcente, ſed magis magiſque crebreſcente copia; domnus Papa metuens ne in ſacris vigiliis Deo famulantes importunitate plebis præpedirentur exequi divinæ ſervitutis ſolemnia, tum etiam ne ſibi pretioſi corporis Sancti ipſius transferendi, Eccleſiæque dedicandæ inhiberetur copia, delegatis clericis ſuis ejuſdem loci memorato Abbati, ſpacioſitatem templi præcepit penitus evacuari, obſeratiſque diligenter foribus omnibus, intercludi facultatem introeundi. Præcepit etiam ex ſua parte hoc populis enuntiari, ut ad horam ſecederent, & abſque ulla ſui impetus inquietudine ſolemnes illius noctis excubias cum digna devotione a Deo militantibus celebrari ſinerent, ſe proculdubio die ſubſequenti eorum deſideriis promittit ſatisfacturum, & theſaurum deſiderabilem, quem quærebant, illorum conſpectibus expoſiturum. Si vero mandatis detrectarent annuere, infecto negotio propter quod veniſſet, receſſurum fore. Quod cum tandem maxima difficultate fuiſſet obtentum pleraque tamen numeroſitas populorum, cum copioſis luminaribus deforis excubans, ejuſdem pollicitationis præſtolaretur effectum, cereorum ubertate quaſi multiplici ſiderum ſplendore interius irradiata Eccleſia, Deo ſervientium chori in canticis ſpiritualibus decentiſſime illius noctis exegerunt ſpacia.*

De S. Remigii corporis elevatione.

*Mane autem facto ſuſceptus eſt a domno Papa intra Eccleſiam ſanctus martyr Cornelius, quem cum aliis Sanctorum pignoribus compedientes clerici illo detulerant pro multis violentiis, quas Eccleſia ſua patiebatur a quibuſdam malefactoribus. Circa horam deinde tertiam redimitus idem Apoſtolicus infulis ſacerdotalibus, ad glorioſi patris Remigii ſepulcrum procedit cum thymiamateriis & crucibus, ſociatis ſibi Archiepiſcopis quatuor, Rhemenſi videlicet, Treverenſi, Lugdunenſi, Veſontionenſi, cum quibuſdam aliis, ſed & ipſius loci Abbate, domnoque Hugone venerabili Patre cœnobii Cluniacenſis, & illius ordinis plurimis, cum quibus Litania facta & ſuper ſanctum corpus non modica thymiamatum accenſa fragrantia, cecinit reſponſorium, Dirigatur oratio mea. Quo cum verſu expleto, feretrum Sancti, ut præparatis inſtrumentis, aptatum ad portandum redderetur habile, a ſuo loco paululum removit, & antiphonam, Confeſſor domini Remigius, decantavit. At ubi competenter, prout res exigebat, diſpoſitum fuit, ipſe ante alios cum præfatis Archiepiſcopis, & Abbatibus ſuppoſitis humeris illud devote lacrimans extulit, & reſponſorium, Iſte eſt de ſublimibus, inchoavit. Cujus vocem ſubſequentes chori pſallentium ovantes erumpunt in jubilationis tripudium, præque alacritate cordis: O quantorum ora manantium rigavit redundantia fletuum, quantorumve mentes ad tanti Patris captanda ſuffragia ſunt compunctæ in ſuſpiria, beatorum gemituum. Tradens autem domnus Papa eumdem pretioſum theſaurum ſe ultro ingerentium * vobis ab inquietudine turbarum ſeceſſit in Oratorium ſanctæ Trinitatis, quod ad meridianam plagam infra ambitum ipſius Eccleſiæ decenter conſtructum erat, Harduini cujuſdam illius loci cœnobitæ ſtudio continens Dominicum ſepulcrum eleganter imaginatum iſtiir illius Hieroſolymitani, in quo noſtra requievit ſalvatio. Hoc igi-*

Leo Papa ſupoſuit humeros ad portandum.

* f. votis.

PAGIUS pienſis in Speculo meminit Concilii Remenſis a Leone Papa celebrati, aitque ei interfuiſſe *Hugonem Cluniacenſem*, qui Synodalem exhortationem habuit juſſu ejuſdem Pontificis, & veritatis adverſarios confutavit. Meminit & Concilii Remenſis Chronographus Saxo nuper Oxonii editus, ſed loco non ſuo, anno nempe MXLVI. *Hoc anno*, inquit, *fuit magnæ Sy-*

igitur Treverenſem Archiepiſcopum in ſui præſentia eadem die conſecrare fecit ex conſenſu præfati Rhemorum Archipræſulis, multorum ibi Sanctorum collocatis reliquiis.

Concurſus ad venerationem corporis S. Remigii.

Denique monaſterii foribus patefactis, ubi illa cæleſtis gemma deſiderantium populorum eſt expoſita obtutibus, tum vero cerneres promiſcuum vulgus præ nimia exultatione manibus plaudere, innumeros in divinas laudes gratulabunda vociferatione erumpere, potentes, impotentes, nobiles, ignobiles quemque pro ſuis viribus ſummopere niti, ut tam optata gaudia proprius mereretur contingere. Magna fides magno proculdubio remuneranda præmio, quæ ne tanti reddatur expers emolumenti, nec imminentis mortis revocatur periculo. Quidam enim præ nimia deſiderii ſui feſtinatione præcipites, dum inter conſtipatos cuneos corruunt, non valentes reſurgere, ſuffocati & conculcati intereunt. Rapitur & jactatur potius, quam portatur pretioſi corporis theca, tot millium undique propellente frequentia, velut navis æquoreorum fluctuum hac & illac agitata violentia, nunc illi extorquendo ſibi felicia vendicant dona. Et ut paucis multa concludantur, nec longis ambagibus legentium deficiat intentio, toto interſtitio, quod civitatem & caſtellum ipſius S. interjacet, tam jucunda agitatur contentio. Adeſt Rhemenſis Clerus cum civium multitudine, apoſtolum ſuum ad propriæ urbis mœnia elaborat devehere. Quem vix ab hujuſmodi impetus denſitate avulſum ſanctæ Dei Genitricis infert Eccleſiæ, ut cui vivens in corpore dignis laboribus vitæ præſentis multa comparaverat commoda, Catholicæque religionis competentia addiderat inſignia, huic vel unius noctis morula exultationem ſimul & ſanctificationem ſuorum oſſium exhiberet præſentia. Collocato ergo eo ſuper ſanctæ Crucis altare, Archiepiſcopus Veſontionenſis ad altare B. Mariæ procedens, Miſſarum ſolemnia cum eodem Clero de ipſius glorioſi Patris celebravit feſtivitate.

His autem expletis, dum concurrentium devotio magis & magis agglomeratur, diei interea elapſo curriculo nox ſubſequitur, cujus tamen caligine baſilicæ illius adyta nullo modo fiunt obſcura; tot gratulabundi conventus ſuum quodammodo diem præferentia undique micant luminaria. Monachi autem ibidem circa patronum ſuum lætis invigilant excubiis, & matutinalem explent curſum cum duodecim lectionibus & reſponſoriis ſuis. Poſt quos eaſdem vigilias ſolemniter peragendas canonici ſuſcipiunt, & cum novem Lectionibus Matutinorum officia conſummantes uſque ad lucem protrahunt. Qui facto mane, Primam, Tertiam, Miſſamque cum Sexta hora ante ſolita decantantes tempora venerabile corpus cum divinis laudibus efferunt a beata Dei Genitricis Eccleſia, quod in circuitu civitatis cum jucunditate deportantes, congruas ſtationes per præfixa faciunt ſpacia. Cumque ad eum locum ventum eſſet, ubi quondam fuerat porta antiqua, Patens, nuncupata vocabulo, per quam idem S. hoſtem humani generis in eadem urbe viſibilibus ignium debacchantem exterminiis adhuc in carne vivens orationibus expulit, illic eoſdem pretioſos artus deponunt, & ipſius miraculi memoriam digna devotione & canticis ſpiritualibus agunt. Ad cujus facti memoriale ibidem baſilica moderno eſt conſtructa tempore, quam quidam ſervus Dei, Conſtantius nomine, ſuis impenſis eleganter compoſuit, & Dei famulos ad ejus obſequium quot potuit, dum viveret aggregavit, & in honore ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſanctique Remigii conſecrari fecit.

Diſponitur Eccleſiæ dedicatio.

Dum itaque agitur illa circuitio extra civitatis mœnia, domnus Papa convocatis Epiſcopis intra dedicandi monaſterii abdita ſingulis ſingula ad conſecrandum delegavit altaria: Rhemenſem vero Archiepiſcopum cum Liſojenſi Epiſcopo ternam circuitionem cum crucibus & Sanctorum reliquiis, ſecundum Eccleſiaſticum ordinem, exterius conſtituit agere, ibique conſecrationis officium adimplere: ipſe vero cum ſibi neceſſariis remanens interius divini tabernaculi ſanctificationem ſtrenue diligenterque exequitur. Poſtquam igitur eo ventum eſt, ubi ſecundum orthodoxorum Patrum decreta pignora Sanctorum, & ſacra quæque debent intra dedicatam Eccleſiam recipi, præfati canonici (ut dictum eſt) deportato corpore beati Remigi per gyrum urbis & caſtelli, eique adjacentis municipii, pervenerunt cum eo uſque ad portas monaſterii, ubi tot millium excreverat frequentia, ut præ eorum denſitate eidem glorioſo Patri domum ſibi præparatam introeundi intercluderetur licentia. Ipſe namque Papa eaſdem januas vetuerat reſerari, ne impetus cum eodem Sancto irruentium & ſibi diſcrimini, & impedimento cœptæ dedicationis foret conſummationi. Quocirca aliquod diverticulum, quo valeat intromitti, perquiritur, tamdemque vix a turbarum inquietudine abſtractus per

PAGIUS Synodus apud S. Remei; cui aderant Leo Papa & Archiepiſcopus de Burgundia (nempe Lugdunenſis, ut diſerte in eodem Itinerario legitur) & Archiepiſcopus de Byſincun (nempe Veſontionenſis, ut ibidem habetur) & Archiepiſcopus de Remis, multique adhuc alii viri prudentes, Clerici ac laici. Eo Eadvvardus Rex (Angliæ nempe, Confeſſor appellatus) mitte-



per feneſtram, quæ eſt ſuper ſanctæ Trinitatis Oratorium, demittitur, quem domnus Apoſtolicus cum maxima devotione, & canticis ſpiritualibus receptum non ad præſens in proprio loco repoſuit, ſed ſuper principale altare, quod in bonore Apoſtolorum Petri & Pauli, Clementiſque & Chriſtophori martyrum, & B. Remigii conſecrarat, collocavit. Et cujus rei gratia hoc facere decreverit, dignam memoria rationis ſententiam ſubintulit, videlicet, ut evidens & conſpicuus omnium appareret oculis in celebranda Synodo, in qua ſi quis erroneus aliquid frivolum, vel Eccleſiaſticæ religioni adverſum aſſerere præſumeret, erga hunc vir Dei illius virtutis potentiam per ſui corporis præſentiam exhiberet, quam adhuc in mundo vivens erga Arrianum hereticum exhibuit, cui in conventu Epiſcoporum Catholicæ Fidei lucem nebuloſi dogmatis umbra obnubilare molienti, ad adventum ſuum divina virtute officium vocis extorſit; ſed paulo poſt cum humili ſatisfactione reatum ſuum agnoſcentem animæ corporiſque eumdem ſanitate donatum ad filios adoptionis tranſtulit. Quæ perorantis Papæ intentio ex ſuperno inſtinctu procedens effectu nullo modo caruit, velut hoc opuſculum ſuo loco declarabit.

Hac ergo de cauſa ſic locato beati Remigii corpore, univerſis agminibus Epiſcoporum, Abbatum, monachorum, clericorum per choros decentiſſime diſpoſitis, Miſſarum ſolemnia idem Pontifex ex dedicationis celebravit feſtivitate, lecto Evangelio pulpitum conſcendens exhortationis ſermonem fecit ad circumſtantem populum, qui plurimus monaſterii (ut dictum eſt) foribus obſeratis per feneſtras irrumpendo ſibi fecerat aditum. Ad quem multa ex ipſius templi ſanctificatione concionatus utilia, diem illam celebrem eſſe præcepit per Rhemenſis Epiſcopii confinia, anathematis pœna damnans omnes illos, qui ad eumdem locum hujus ſolemnitatis gratia per ſingulos annos confluentibus, vel inde redeuntibus alicujus impedimenti irrogarent incommoda. Conſtituit etiam, ut ad altare, quod (ut præfatum eſt) in honore Apoſtolorum Petri & Pauli, & Clementis, & Chriſtophori martyrum, glorioſique Confeſſoris Remigii conſecraverat, non indiſcrete a quibuſque, ſicut hactenus ſacroſancta myſteria agerentur, ſed ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ ſeptem tantummodo ſacerdotes, qui in illa Congregatione digniores haberentur, ad hoc officium deputarentur, ſoli Rhemenſi Archiepiſcopo, ipſiuſque cœnobii Abbati ibidem Miſſas agendi poteſtate collata, & cui idem Abbas daret licentiam, certæ interdum rationis exigente gratia, nec non Clero Rhemenſi bis in anno, feria videlicet ſecunda Paſchalis feſti & vigiliæ Aſcenſionis Dominicæ, quando ſolemnes illic ſtationes ex antiqua faciunt traditione. Hæc decreta ne aliquando irrita fierent antiquitate temporis, litteris mandari, eaſque ſignari ſigillo ſuæ præcepit auctoritatis. Deinde memoratum populum ſecundum inſtitutionis ejus verba publicam de peccatis ſuis confeſſionem agentem abſolvit, explicitiſque divinis officiis Apoſtolica benedictione ſanctificans illum dimiſit. Pontifices autem cœnobiorumque rectores & cæteros ſacri ordinis miniſtros, qui ibi aderant, ad eumdem locum in craſtino juſſit reverti, ut cum illis haberet rationem, quam condixerat Synodi.

Diſponitur conſeſſus Synodi ab ipſo Papa.

Die vero altera, quæ eſt quinto Nonas Octobris congregati ſunt in memorata baſilica Epiſcopi videlicet numero viginti, cum quinquaginta fere Abbatibus & aliis Eccleſiaſtici ordinis quampluримis, ubi ſtatim vetus querela inter Rhemenſis, ac Treverenſis Archiepiſcopi clericos eſt renovata, his aſtruentibus, quia Rhemenſis Primas eſſet in Gallia; ideoque illi diſpoſitio competeret ſynodica; e contra vero illi Archiepiſcopo Treverenſi eamdem dignitatem conabantur adſcribere, primamque Sedem poſt Romanæ Eccleſiæ Præſulem in celebrando Concilio acquirere. Domnus autem Papa non arbitrans opportunum tempus, quo his rationibus imponi valeret congruus finis, ſcilicet potius metuens hujuſmodi controverſiam prorumpere ad ſcandalum contentionis, in modum coronæ ſedilia Epiſcoporum diſponi, & in medio eorum ſuæ ſedis ſuggeſtum præcepit locari, cujus ordinationis modum ex arbitrio Rhemenſis Archipræſulis ſanxit adminiſtrari. Qui convocatis Archidiaconis & quibuſque Cleri ſui præcipuis, cum eorum conſilio in modum (ut dictum eſt) coronæ pontificum ſedilia, & in medio ejus Apoſtolicæ Sedis apparari fecit inſignia. His ita diſpoſitis, domnus Papa ſacerdotalibus quaſi ad celebrandam Miſſam infulis redimitus proceſſit ex Oratorio ſanctæ Trinitatis cum Cruce & Evangelii libro, antecedentibus eum ſacri ordinis miniſtris, ſexque alii coram eo procedentes ante ſanctum altare, ex integro cantaverunt antiphonam, Exa-

PAGIUS tebat Dudocum Epiſcopum, (Bathonienſem, de quo plura Wartonus in Anglia Sacra part. I. pag. 558.) & VVulfricum Abbatem Sancti Auguſtini, & Ælfvvinum Abbatem, ut Regem certiorem facerent, quid ibi de Religione Chriſtiana decerneretur. Idem ac Chronographus Saxo fere habet Radulphus de Diceto pag. 475.

Præter Concilium Remenſe celebravit etiam Mo- XII.

*Exaudi nos Domine. Qua expleta cum pſalmo, & gloria, Archiepiſcopus Treverenſis Litaniam fecit, eaque finita conventum diaconus, ut ad Deum preces effunderet, admonuit, & ſic tempori congruentem domno Apoſtolico orationem dicente, lectum eſt Evangelium: Dixit Simoni Petro Jeſus: Si peccaverit in te frater tuus. Poſt hæc conſederunt omnes ordine, quo Rhemenſis Archipræſul diſpoſuit. Domnus quidem Papa in medio (ut dictum eſt) chori verſo vultu ad ſepulcrum beati Remigii, ante oculos autem ejus ad orientalem plagam Rhemenſis in dextera, Treverenſis vero in parte reſedit ſiniſtra. Poſt Remenſem deinde ſecundum, ſobnotatum ordinem reſederunt Beroldus Sueſſionenſis, Trogo Morinenſis, Frollandus Silvanectenſis, Adalbero Metenſis: ad meridianam autem plagam Aylenardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Hugo Lingonenſis, Josfridus Conſtantienſis, Ivo Sagienſis, Herbertus Liſojenſis, Hugo Bajogarenſis, Hugo Auringenſis, Theodericus Virdunenſis: Ad ſeptentrionalem vero plagam Hugo Archiepiſcopus Veſontionenſis, Hugo Nivernenſis, Euſebius Andegavenſis, Pudicus Namnetenſis Epiſcopus Anglorum & Joannes Portuenſis. Poſt quorum terga in modum ſimiliter coronæ reſederunt Abbates hoc ordine: domnus ſcilicet Abbas ſancti Remigii Herimarus, domnus Hugo Cluniacenſis, Sigefridus Gorzienſis, Folco Corbejenſis, Rotbertus Pemnienſis, Rainoldus S. Medardi, Giruinus ſancti Richarii, Gotfridus Verzelliacenſis, Arnoldus Pultarienſis, Rudolphus Moſomenſis, Oylardus Catalaunenſis, Milo Dernenſis, Nozgaudus Altivillarenſis, Albertus S. Theoderici, Stephanus ſancti Urbani, Vuluricus ſancti Auguſtini Cantuarienſis, Aluvinus ſancti Benedicti de terra Anglorum. Deinde cœteri, qui (ut ſuperius relatum eſt) ſimul fuerunt numero fere quinquaginta.*

De his quæ in Synodo tractanda eſſent.

*Quibus ita reſidentibus, imperato ſilentio ex præcepto domni Papæ, ſurrexit Petrus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconus expedito ſermone proponens, de quibus in eadem Synodo ſermo eſſet habendus, de multis videlicet illicitis, quæ contra canonum inſtituta in Gallicis finibus exercebantur, ideſt de ſimoniaca hæreſi, de miniſteriis Eccleſiaſticis, & altaribus, quæ a laicis tenebantur; de pravis conſuetudinibus, quæ ab eis in atriis Eccleſiarum accipiebantur; de inceſtis conjugiis, & eis qui legitimas relinquentes uxores, adulterinis iterum nuptiis implicabantur; de monachis & clericis a ſancto propoſito & habitu recedentibus; item de clericis mundiali militiæ ſtudentibus; de rapinis, pauperumque injuſtis captionibus; de Sodomitico vitio, & quibuſdam hæreſibus, quæ in eiſdem pullulaverant partibus. Quibus propoſitis, admonuit omnes qui aderant, ut inde ſecum prodenti deliberatione tractarent, conſiliumque cum opportuno adjutorio domno Papæ præberent, quomodo hæc zizania divinæ ſegetis ſemen ſuffocantia extirpari valerent. Poſt hæc ad Epiſcopos ſermone converſo, commonuit illos ſub anathemate Apoſtolicæ auctoritatis, ut ſi quis eorum ad ſacros ordines per ſimoniacam hæreſim perveniſſet, vel præmio quemlibet ad eamdem dignitatem promoviſſet, publica confeſſione patefaceret.*

Incipit judicium a domo Dei in prima ſeſſione.

*Primus ergo Treverenſis Archiepiſcopus ad hæc verba ſurrexit, ſeque nec aliquid dediſſe vel promiſiſſe pro adepto Epiſcopatu, neque alicui ſacros ordines vendidiſſe reſpondit. Deinde Lugdunenſis & Veſontionenſis ſurgentes ab hujuſmodi culpa profeſſi ſunt eſſe immunes. Tunc præfatus diaconus ad Rhemenſem Archiepiſcopum ſe convertit, & quid de his, ex quibus a cœteris facta fuerat purgatio, ediceret, requiſivit. At ille ſurgens inducias petiit uſque in craſtinum, dicens ſe velle privatim loqui ad domnum Apoſtolicum. Cumque datæ fuiſſent, cœteri omnes ſurrexerunt in ordine ſecundum verba priorum, purgantes ſe ab hujuſmodi ſuſpicione, quatuor tantummodo exceptis, Lingonenſi videlicet, Nivernenſi, Conſtantienſi, Namnetenſi, quorum cauſa eo die ad diſcutiendum relicta, diaconus ſermonis curſum ad Abbates qui aderant, vertit, eoſque, ne forte & ipſi in ovile Dominicum aliunde non per oſtium introiſſent, confiteri admonuit. Primus ſancti Remigii Abbas Herimarus ſurrexit, ſeque ab hujuſmodi culpa congrua reſponſione purgavit. Deinde domnus Hugo Cluniacenſis ſubſecutus hanc purgationis ſuæ rationem ſubintulit, dicens: Pro adipiſcendo Abbatiæ*

bo-

PAGIUS

*Concilium Moguntinum.*

*Moguntinum*, cujus mentionem facit Hermannus Contractus in Chron. & perperam differt in annum ſequentem, [1] cum in Synodo Remenſi Gozfridus Andegavenſis vocetur ad Synodum futuram Moguntiæ. Wibertus in Vita Sancti Leonis lib. 2. cap. 3. de Moguntino Concilio habet: *Hinc* (poſt conſecratum nempe Martis Altare Sancti Arnulphi) *generale apud Maguntiam*

NOTÆ [1] H*Ermannus Contractus perperam differt in annum ſequentem &c.* Male; nam Hermannus Concilium iſtud collocat anno 1049. ante VI. Kal. Decembris. MANSI



*honore, Deo teſte, nihil dedi vel promiſi, quod quidem caro voluit, ſed mens & ratio repugnavit. Poſt hunc ſe quidam congrue excuſare ſtuduerunt, alii vero nihil reſpondentes reatum ſuum occulere, quam patefacere maluerunt. Tunc Lingonenſis Epiſcopus ſurgens, ſuper Abbate Pultarienſi diœceſaneo ſuo plurimum eſt conqueſtus, quod videlicet, in fœtore luxuriæ vivens pluribus flagitiis inſerviebat, beato quoque Petro, ejuſque Vicario, Romanæ ſcilicet Eccleſiæ Pontifici, cujus Abbatia illa erat, debitum cenſum quotannis perſolvere detrectaverat, & inde excommunicatus, Miſſarum ſacramenta celebrare præſumpſerat, excommunicationique adhuc ſubjacens eidem Synodo intererat. Qui diſcuſſus, nec ab objectis ſe valens purgare criminibus, ab honoris ſui eſt dignitate depoſitus. His ita definitis, edictum eſt ſub anathemate auctoritatis Apoſtolicæ, ut ſi quis aſſidentium quempiam univerſalis Eccleſiæ Primatem, præter Romanæ Sedis Antiſtitem eſſe aſſereret, ibidem publica ſatisfactione patefaceret. Cumque ad hæc univerſi reticerent, lectis ſententiis ſuper hac re olim promulgatis ab orthodoxis Patribus, declaratum eſt, quod ſolus Romanæ Sedis Pontifex univerſalis Eccleſiæ Primas eſſet & Apoſtolicus. Poſt hæc domnus Papa ſub excommunicatione prohibuit, ne quis abſque ſui licentia recederet, antequam tertia lux conſummaretur in celebratione Concilii; ſicque jam nocte propinquante conventum dimiſit.*

Secunda Seſſio.

*Sequenti autem die ad memoratam baſilicam cum Abbatibus & Clero convenientibus Epiſcopis, domnus Papa cum quibuſdam eorum ſeceſſit in Oratorium ſanctæ Trinitatis, ubi dum cum eo confeſſionis ſuæ privatum colloquium Rhemenſis habuiſſet Archiepiſcopus, & de Eccleſiaſticæ religionis profectu tractatum eſſet, diutius eo ordine, quo & tranſacta die, Apoſtolicus inde proceſſit dictaque antiphona, & Litania facta a Treverenſi Archiepræſule, Evangelium, Omnis arbor bona, diaconus legit univerſis. Deinde ſuo loco reſidentibus, Rhemenſem Archiepiſcopum, ut de ſimoniaca hæreſi, de qua heſternas obtinuerat inducias, rationem redderet, præfatus annuit Cancellarius, impetens eum etiam de multis, quæ ſe fama vulgante comperiſſe aſſerebat, criminibus. Ad hæc Archiepiſcopus ſurgens, ut ſibi conſiliandi facultas concederetur, expetiit. Qua impetrata, Veſontionenſem, Sveſſionenſem, Andegavenſem, Nivernenſem, Silvanectenſem, Morinenſem Epiſcopos convocans, cum eis myſterium habuit conſilii ſui, indeque reverſus cauſam ſuam ut Silvanectenſis peroraret, a domno Papa obtinuit. Surgens autem Epiſcopus Silvanectenſis, eumdem Archiepiſcopum reſpondit non eſſe reum ſimoniacæ hæreſis. His auditis Apoſtolicus præcepit, ut hæc ita eſſe ſacramento comprobaret Archiepiſcopus: mandans etiam recitari ſententiam, qua Maximum Salonitanum Epiſcopum ex ſimili culpa notatum pari modo ſe inde purgare beatus Papa ſanxit Gregorius. At ille canonicas inducias inde poſtulavit, ſeque poſt earum expletionem, quod ratio purgationis poſceret, peracturum ſpopondit. Quibus ei conceſſis, ſtatutum eſt, ut medio Aprili menſe Concilio, quod Romæ celebrandum erat intereſſet. Cætera vero quæ ei objecta ſunt, quia legitimi accuſatoris videbantur delatione carere, decretum eſt ad præſens indiſcuſſa remanere.*

*Sic igitur hujuſmodi definito negotio, ſuper Abbatia Dernenſi domnus Papa conqueſtus eſt, quæ a Tullenſi ſubtracta fuerat Epiſcopio, & hanc ad ipſius pertinere Eccleſiæ poſſeſſionem, per privilegiorum, quæ inde habebat, demonſtravit, recitationem. E contra Rhemenſis Archie-*



pi-

PAGIUS *tiam Concilium habuit, in quo Spirenſis Præſul Sibicho criminali reatu accuſatus, voluit ſe expurgare terrifico ſacramento Dominici Corporis: ſed, ut fertur, maxilla ejus manſit contorta paralyſi, quandiu præſentis vitæ ſpatium duxit.* Præterea actum in Concilio Moguntino de Sancto Servatio Epiſcopo Tungrenſi ſeu Leodienſi, & quid definitum fuerit, narravimus anno CCCC.

XIII. Porro Wibertus lib. 2. cap. 3. ait, Sanctum Leonem apud Coloniam ab Herimanno Archiepiſcopo ſuſceptum eſſe, [1] additque: *Dedit ei officium Cancellarii ſanctæ Romanæ ſedis ejuſque ſucceſſoribus, tribuens illi Eccleſiam Sancti Joannis ante portam Latinam.* Raſponus Cardinalis in Baſilica Lateranenſi, ad annum MLI. notat, Leone IX. & Victore II. ſedentibus primum omnium, qui ſanctæ Apoſtolicæ Sedis *Archicancellarium* ſe ſubſcripſerit, fuiſſe *Hermannum* Colonienſem Archiepiſcopum; quod antea animadvertiſſe Bernardum a Mallinckrot in Tract. de Archicancellariis Sacr. Imperii

*Colonienſes Archiepiſcopi a S. Leone Archicancellarii S. R. E. dicti.*

cap.

NOTÆ [1] IN peregrinatione quam hoc anno per Galliam & Germaniam S. Leo obivit, Coloniam pariter venit, quod etiam a Pagio ex Wippone adnotatum eſt. Tempus quod a nemine indicetur, hic a nobis ſupplendum eſt, exhibeturque in Diplomate pro monaſterio Murbacenſi dato ab Henrico Imperatore hoc anno *Indict.* II. Imperii *III. die III. Non. Julii.* Illud enim dediſſe ſe profitetur rogante *Apoſtolico Domino Papa Leone qui tunc temporis ubi iſtud factum eſt nobiſcum fuerat Colonia.* Colloquium iſtud Henrici cum Leone ex uno hoc diplomate noſcitur. Extat diploma hoc in Continuatione Spicilegii Ludevigiani pag. 967. MANSI

piſcopus Abbatiam illam reſpondit ſui juris potius eſſe, & hoc antiquioribus privilegiis Eccleſiæ ſuæ ſe teſtificari valere. Papa vero, quia in præſenti non erant eadem ſcripta, ex quorum lectione valeret hæc controverſia finiri, juſſit ea interim in archivis Rhemenſis Eccleſiæ perquiſita in craſtino in medium afferri. Tunc Turonenſes clerici per Lugdunenſem Archiep. querelam intulerunt ſuper Dolenſi Epiſcopo Britanniæ, qui ſe cum ſeptem ſuffraganeis a Turonenſi Archiepiſcopo ſubtraxerat, ſibique Archipræſulis nomen contra fas vendicaverat. Qui ſtatim ex auctoritate Apoſtolica vocatus eſt ad Concilium, quod (ut præfatum eſt) medio menſe Aprili Romæ erat celebrandum, ut ibi rationis hujus agitaretur judicium.

Lingonenſis Epiſc. accuſatur.

Poſt hæc memoratus diaconus in Epiſcopum Lingonenſem invehitur, eumque Epiſcopalem dignitatem per ſimoniacam hæreſim obtinuiſſe, ſacros ordines vendidiſſe, bellica arma contra fas ferendo homicidia perpetraſſe, alieni matrimonii jura violaſſe, in clericos ſuos tyrannidem exercuiſſe, Sodomitico flagitio pollutum eſſe criminatur. Quibus verbis fidem præbebant plurimi delatores qui aderant, inter quos quidam clericus aſſeruit, quod ſibi adhuc laico conjugem ſuam violenter abſtulerat, & poſt perpetratum cum ea adulterium monacham fecerat. Affuit & presbyter quidam, ſe ab eodem Epiſcopo conquerens captum, & ſatellitum ejus fuiſſe poteſtati traditum, qui eum multis ſuppliciis excruciantes, quod ſceleſtius eſt, clavis acutiſſimis genitalia ejus confixerant, talique violentia ab eo decem libras denariorum extorſerant. His auditis, Epiſcopus conſiliandi licentiam petit: qua impetrata, Archiepiſcopos Veſontionenſem, & Lugdunenſem accerſit, eiſque credens arcanum conſilii ſui petit, ut ſibi ſint cauſidici. Sed qui cum tantis flagitiis foret implicitus, in oculis alterius magis, quam in ſuis trabem videns, fratrem quamvis culpabilem in heſterna Synodo criminatus fuerat, ejuſque ad damnationem & ipſe merito damnandus aſpiraverat, non ſolum ſe ab objectis nequit excuſare criminibus, ſed etiam ejus cauſidico, ne ad ſui defenſionem quidquam proferre valeat, linguæ motus adimitur divinitus. Veſontionenſis quippe Epiſcopus, dum ſuſceptum ejus negotium perorare, & ad excuſationem criminoſi incongrua quædam decerneret proponere, inſperato ſibi ſuffragium vocis divino ſenſit denegari numine. Proculdubio magnus pater Remigius ob hoc ipſum (ut prædictum eſt) ante conſpectum Synodi expoſitus a beatæ Fidei Papa, etiam hic ejuſdem virtutis enituit potentia, qua olim, dum adhuc peregrinaretur in terris, Arriani illius exinanivit molimina. Tunc enim hæreticum adverſus Catholicam Fidem bſalphemias deliberantem garrire, ne conata perageret, ſed potius reſpiciendo fidelis fieret, ſilentio condemnavit: nunc autem virum licet fidelem, ne ſceleratum defendendo delinqueret, uſu loquendi privavit. Et revera divinæ ſublimitatis incomprehenſibilis virtus in utroque facto mirabiliter enituit, quæ & ibi glorioſæ animæ licet adhuc involucris ſeptæ tantum poteſtatis contulit, & quanta eam jam beatificaverit gloria, nunc, circa ejus exanime corpus patienter oſtendit. Poſtquam ergo præfatus Veſontionenſis Epiſcopus a ſuo conatu tali miraculo ſe prohiberi cognovit, Lugdunenſi, ut ſui vice fratris cauſam peroraret, innuit. Qui ſurgens ait, eumdem Lingonenſem Epiſcopum confiteri, quod ſacros ordines vendiderit, & memoratam pecuniam ab illo presbytero extorſerit, ſed ſuppliciis, quibus aſſerebat eum excruciari, non fecerit: cætera vero, quæ ſibi fuerant objecta hunc penitus denegare aſſeruit. His dictis, domnus Papa videns eadem die non poſſe ad plenum hujuſmodi negotium ventilari, jam enim nox inſtabat, quid in canonibus de ſacrorum ordinum venditoribus ſit decretum, juſſit tantummodo recitari, lectaque ſententia ad præceptum ejus ex Concilio Chalcedonenſi, capitulo videlicet ſecundo, ſoluta eſt Synodus, dilato uſque in craſtinum hujus rationis judicio.

Tertia ſeſſio.

Mane autem facto iterum ad eumdem locum Epiſcopi convenere cum Abbatibus & cæteris Eccleſiæ ordinibus: ad quos domno Papa procedente non eſt cantata antiphona, Exaudi nos Domine, ſicut heri, & nudiuſtertius; ſed ad ejus adven-

PAGIUS cap. 5. obſervat Ciampinus in Catalogo *S. Romanæ Eccleſiæ Bibliothecariorum* pag. 40. & ſeq. ubi exhibet ſubſcriptiones variorum Diplomatum Leonis IX. anno MLI. & duobus ſequentibus datorum, in quibus *Herimannus* ſemper dicitur *S. A. S. Archicancellarius & Colonienſis Archiep.* quod quidem certum; ſed hoc Leonis IX. Privilegium Archiepiſcopis Colonienſibus primum hoc anno conceſſum, ut ex mox dictis liquet. Rediit hoc anno S. Leo in Italiam: Nam, ut Hermannus Contractus habet: *Natalem Domini Veronæ coluit*, quæ verba de Natali Domini præſentis anni intelligenda; cum hic Chronographus anno ML. indicet ſe narrare quæ magna ex parte ad hunc annum pertinent, uti Baronius num. XVI. & ſeq. optime explicat.

XIV. *Humbertum poſtea Cardinalem S. Leo nondum Papa Tullo Romam ducit.*

Quoad *Humbertum* Virum hac ætate celeberrimum a Sancto Leone poſtea Cardinalem creatum, quem idem Leo ex Galliis in Italiam ſecum duxit, & *ad prædicandum Siculis verbum Dei Archiepiſcopum ordinavit* ut inquit Lanfrancus in Comment. adverſus Berengarium, Humbertus, inquam, hoc anno a S. Leone Ro-



ventum Clerus decentiſſime cecinit hymnum: Veni Creator Spiritus. Quo completo cum antiphona de ſancto Remigio, Litania facta eſt a Veſontionenſi Archiepiſcopo, poſtquam de Spiritu ſancto collectam dixit domnus Apoſtolicus. Sicque lectum eſt Evangelium: Ego ſum paſtor bonus. Cumque univerſi conſueto reſediſſent ordine, ſupradictus Eccleſiæ Romanæ diaconus ait conſequens eſſe, ut ubi heſterna Synodus fuerat terminata, ibi rationis ſuæ iteraret initia, a Lingonenſis videlicet cauſa. Qui requiſitus, & a ſynodica examinatione ſe ſubduxiſſe repertus, ex parte Dei & beati Petri Apoſtolorum principis, ejuſque Vicarii, qui præſens aderat, ab eodem diacono tertio eſt vocatus. Directi ſunt etiam Epiſcopi Silvanectenſis & Andegavenſis ad illius hoſpitium, ut ſi forte eum ibi reperirent, revocarent ad Concilium. Qui dum impetrata accelerant peragere, ipſius Referendarii allocutio fit ad illos, qui nondum ſe a ſimoniaca hæreſi debita purgaverant reſponſione.

Nivernenſis Epiſcopus abdicat ſe ſponte.

At Nivernenſis Epiſcopus ſurgens, pro ſuo Epiſcopio plurimum pecuniæ confeſſus eſt a parentibus datum fuiſſe, ſe tamen ignorante, eoque adepto nonnulla Eccleſiaſticæ religioni contraria commiſiſſe, unde ſe aſſerebat divinæ ultionis vindictam pertimeſcere. Ideoque ſi domno Papæ & præſenti conventui dignum videretur, idem officium velle dimittere potius, quam in ejus retentione animam ſuam perſumdare. Quæ ubi dixit, paſtorale pedum ante pedes ipſius Apoſtolici poſuit. Ille vero tanti viri flexus devotione, favente Synodo, eumdem, quod abſque ſuo conſenſu eadem pecunia data fuerit, ſacramento comprobare fecit, ſicque illi per aliud pedum miniſterium Epiſcopale reddidit.

Interea allatum eſt coram privilegium Rhemenſis Eccleſiæ de Abbatia Ruenſi, ex cujus lectione comprobatum eſt, eam pertinere ad jus Rhemenſis Archiepiſcopi. Redeuntes denique qui miſſi fuerant ad revocandum Lingonenſem Epiſcopum, nuntiaverunt eum facinorum ſuorum metuentem diſcuſſionem, fugæ arripuiſſe præſidium. Tunc ex præcepto ipſius Papæ lectæ ſunt ſententiæ ſuper hujuſcemodi re promulgatæ ab orthodoxis Patribus, ſicque univerſi Concilii judicio excommunicationis eſt pœna damnatus. Quod audiens Archiepiſcopus Veſontionenſis, ſurrexit, & quomodo eumdem reum excuſare nitens, ex divinæ virtute per B. Remigii merita ſilentio condemnatus ſit patefecit, coram eodem conventu ſatis devote veniam petens, quod ejuſdem miraculi novitatem eo uſque negligenter celarit. Hic ex pia devotione & alacritate cordis domnus Papa in lacrymas compunctus ſic ait: adhuc vivit B. Remigius. Tunc ex præcepto ejus omnes ſurrexerunt, & cum eo ante ejuſdem Sancti ſepulcrum proſtrati antiphonam ſancti Remigii ex integro devotiſſime cecinerunt.

Lingonienſis Epiſcopus condemnatus.

Poſt hæc ſurgens Conſtantinienſis Epiſcopus, confeſſus eſt ſe ignorante a quodam fratre ſuo emptum ſibi Epiſcopium fuiſſe: quod cum reſciſſet, ne contra fas ordinationem illam ſuſciperet, voluiſſe aufugere, ſed ab eodem violenter captum Epiſcopali contra voluntatem ſuam eſſe dignitate donatum. Quod ſacramento comprobare juſſus, nec renuens, ſic judicatus eſt ſimoniacæ hæreſis non incurriſſe facinus. Accedens denique Namnetenſis confeſſus eſt, genitorem ſuum Epiſcopum fuiſſe ſuæ civitatis; & in ejus vita donum Epiſcopii ſe percepiſſe, mortuoque illi ſubrogatum per largitionem pecuniæ. Quapropter judicio Synodi ſublato anulo & paſtorali pedo, privatus eſt pontificali miniſterio, condonato ei intervenientibus Epiſcopis tantummodo presbyteratus officio.

De plurium Epiſcoporum damnatione.

Horum igitur cauſa tali modo terminata, commonuit domnus Papa Archiepiſcopos qui erant in præſentia, ut ſi quem Suffraganeorum ſuorum ſimoniacæ peſtis eſſe reum ſcirent, coram omnibus notificare non renuerent. Quibus id omnino ſe ſcire denegantibus, habitus eſt ſermo de Epiſcopis, qui invitati ad eamdem Synodum venire noluerant, nec aliquod inde ſuæ excuſationis ſcriptum tranſmiſerant illo. Unde competentibus ad hæc Patrum recitatis ſententiis, pœna damnati ſunt excommunicationis cum omnibus illis, qui ipſius Papæ formidantes adventum, hac de



PAGIUS mam ductus. Mabillonius enim Sæc. V. Benedict. pag. 894. & ſeq. refert literas Canonizationis *Sancti Gerardi* Epiſcopi Tullenſis anno ſequenti Romæ peractæ, menſe Maio illius anni datas, in quibus inter Epiſcopos & Abbates, qui illi Canonizationi interfuere, ſubſcriptus reperitur *Humbertus Sicilienſis Archiepiſcopus*. Quare hoc anno Sanctus Leo eumdem Humbertum e Galliis Romam ſecum duxerat, falliturque Henſchenius ad diem XIX. April. in Commentario ad Vitam Sancti Leonis IX. num. XVI. ubi ſcribit, *ſanctum Leonem*, qui poſt menſem Septembrem anni ML. Tullum rediit, in ſecundo illo Romam reditu ſecum *Humbertum* in Italiam duxiſſe; cum menſe Maio ejuſdem anni hunc jam Romæ fuiſſe laudatæ literæ demonſtrent. Præterea perperam ait, Sanctum Leonem ſecum illum duxiſſe ex Monaſterio Sancti Manſueti extra Urbis Tullenſis mænia ſito: *Humbertus* enim Abbas tunc erat Monaſterii Mediani in Diœceſi Tullenſi, ac intra montium Voſegi clauſtra poſiti, & a Sancto Hildulpho Archiep. Trevirenſi ædificati, ut docet Auctor Chronici Senonienſis lib. 2. cap. 18. qui ait, *Humbertum* Abbatem Mediani monaſterii anno MXLIV. *varias Laudes, quæ Reſponſoria dicuntur*, rithmice a ſe compoſitas Brunoni Epiſcopo Tullenſi

*de re profecti erant in expeditionem Regis. Nominatim vero Senonenſis Archiepiſcopus, Bellovacenſis, & Ambianenſis Epiſcopus, ſed & Abbas ſancti Medardi, quia abſque licentia receſſerat a conventu Concilii. Excommunicatus eſt etiam ſancti Jacobi Archiepiſcopus Gallicienſis, quia contra fas ſibi vendicaret culmen Apoſtolici nominis. Poſt hæc petentibus eis, qui ſanctæ religionis amatores ibi aderant, plurima ſanctorum Patrum decreta, quæ jam per incuriam pro nihilo habebantur, præcepto ſuæ auctoritatis renovavit, & multa quæ in Gallicana Eccleſia exercebantur illicita, ne fierent ulterius, ſub anathemate prohibuit, videlicet:*

Canones renovati.

*Ne quis ſine electione Cleri & populi ad regimen Eccleſiaſticum proveheretur.*

*Ne quis ſacros ordines, aut miniſteria Eccleſiaſtica, vel altaria emeret, aut venderet: & ſi quis clericorum quidlibet eorum emiſſet, ut cum digna ſatisfactione ſuo Epiſcopo redderet.*

*Ne quis laicorum Eccleſiaſticum miniſterium vel altaria teneret, nec Epiſcoporum quis iis conſentiret.*

*Ne quis in atriis Eccleſiarum præter Epiſcopum & ejus miniſtrum quaſlibet conſuetudines exigere præſumeret.*

*Ne quis pro ſepultura, vel baptiſmo, ſive pro Euchariſtia, aut infirmorum viſitatione quidquam exigeret.*

*Ne quis clericorum arma militaria geſtaret, aut mundanæ militiæ deſerviret.*

*Ne quis clericus vel laicus uſuras exerceret.*

*Ne quis monachus, vel clericus a ſuo gradu apoſtataret.*

*Ne quis cum aliquibus ſacri ordinis iter agentibus violentiam ullam inferre auderet.*

*Ne quis pauperes homines rapinis vel captionibus vexaret.*

*Ne quis inceſtuoſæ conjunctioni ſe copularet.*

*Ne quis legitima uxore derelicta aliam duceret.*

*Et quia novi hæretici in Gallicanis partibus emerſerant eos excommunicavit, illis additis qui ab eis aliquod munus vel ſervitium acciperent, aut quodlibet defenſionis patrocinium illis impenderent.*

*Pari modo damnavit & Sodomitas.*

*Excommunicavit etiam Comites Engelrai & Euſtacium propter inceſtum, & Hugonem de Braina, quia legitimam uxorem dimiſerat, & aliam ſibi in matrimonio ſociaverat. Interdixit & Balduino comiti Flandrenſi, ne filiam ſuam Vuillelmo Northmanno nuptui daret, & illi, ne eam acciperet. Vocavit etiam Comitem Tetbaldum, quoniam ſuam dimiſerat uxorem.*

Excommunicati Principes.

*Vocavit & Gozfridum Andegavenſem uſque ad Synodum futuram Moguntiæ, ibi excommunicandum, niſi relaxaret quem captum tenebat domnum Gervaſium, qui tunc erat Præſul ſedis Cenomanicæ: poſtea vero ab ejuſdem tyranni poteſtate exemptus, Vuidone Archiepiſcopo defuncto, a Rege Francorum Henrico ſubrogatus eſt ad regimen Rhemenſis Eccleſiæ.*

*Excommunicavit denique illos, de quibus proclamationem fecerant Compendienſes clerici, propter quorum injuſtitiam illuc detulerant corpus ſancti martyris Cornelii. Eos quoque, qui ab eadem Synodo redeuntibus aliquid inferrent impedimenti.*

*Privilegium autem quod fecerat ſancto Remigio, ibidem in conſpectu omnium recitatum confirmavit, & conſtituit omni tempore, ſicut ſcriptum continebatur, inviolabiliter conſervari, ſicque benedictione data Concilium ſolvit.*

*Hujuſmodi ergo ordine beati patris Remigii devotus Romanæ Sedis Pontifex quartam celebravit tranſlationem, & feliciter ſexto Nonas Octobris conſummavit divinæ domus ſanctificationem; quam etiam (ut declaratum eſt) trium dierum continuatione, inſignivit, celebratione Synodi, milleſimo & quadrigeſimonono anno feliciſſimæ Incarn. Domini noſtri JESU Chriſti. Quapropter, ut deliberaverat, ex divina diſpoſitione compos effectus deſiderii ſui, die ſubſequenti poſt expletionem ſynodicam, venit in capitulum Fratrum, ſeque eis innotuit ſuum velle accelerare reditum. Unde ſpiritualibus illos demulcens colloquiis, ſocietatem eorum & devote petiit & accepit ſuamque eis humiliter petentibus ipſe largitus eſt & proſtratos ad publicam confeſſionem abſolvit, & ex ordine omnes deoſculatos Apoſtolica benedictione ſanctificavit.*

Societatem Monach. petit Papa & accepit.

*Poſt hæc egreſſus, Epiſcopos, & Abbates, cœteroſque eccleſiaſtici ordinis, qui nondum receſſerant, convocavit, & cum eis Eccleſiam ingreſſus, Miſſarum ſolemnia*

PAGIUS lenſi in ejus Eccleſia decantandas tradidiſſe, indeque *quinque annis elapſis*, Brunonem communi conſilio Papam electum, ac Romam proficiſcentem *per partes illas* tranſeundo, *Oratorium Sancti Joannis Baptiſtæ ad portam Mediani-Monaſterii* conſecraſſe X. Non. April. ſubditque: *Humbertum quoque Mediani-Monaſterii Abbatem ſecum ducens, Archiepiſcopum Sicilia ordinavit, deinde Romæ Cardinalem ad vices ſuas ſupplendas ſecum morari præcepit*, ubi quidem Chronographus iſte in die & menſe conſecrationis Oratorii Sancti Joannis Baptiſtæ manifeſte hallucinatur; cum Leo IX. antea Bruno appellatus, menſe Decembri ſuperioris anni Romam profectus ſit, illucque circa initium menſis Februarii pervenerit, ut mox



*mnia celebrari fecit. Quibus expletis, ad Sancti ſepulcrum, quod (ut dictum eſt) ſuper altare B. Chriſtophori poſt baſilicæ dedicationem collocaverat, cum humili devotione acceſſit: ibique oratione completa, illud devote ſuppoſitis humeris inde extulit, & in ſtatione ſibi decenter apparata, cum divinis laudibus repoſuit. Ubi iterum atque iterum cum lacrymis ſe proſternens, tamdem in viam ſuam exiit, & uſque ad caſtelli aditum comitatus cum canticis ſpiritualibus a Fratribus & numeroſo conventu populi, omnibus valedicens receſſit.*

Iterum Papa ſupponit humeros ſacræ ſarcinæ.

*Accedens autem, inde ad ſui laboris recompenſationem retulit fructum magnæ mercedis, in arcano ſcilicet devoti pectoris ignem præcipuæ dilectionis, quo ab illo tempore erga eumdem glorioſum patrem Remigium magnopere dignoſcitur flagraſſe, ut idem ipſe fatetur in quadam epiſtola directa poſtmodum Epiſcopis Franciæ, quam ſuo loco in ſubſequentibus curabimus ponere.*

Divina ſecuta eſt ultio hoſtes S. Leonis Pap.

*Ex qua gratia etiam alterius gratiæ adeptus eſt emolumentum, cum ei divina virtus de quibuſdam, qui ei impedimentum advenienti in Gallias conati erant inferre, ultionem præſtitit per ipſius Sancti, cui fuerat famulatus, meritum. Nam ut multos prætermittamus, qui illi fuere contrarii, Gebuinus Laudunenſis Epiſcopus, & Hugo de Braina caſtello, qui inter ejus derogatores quaſi ſigniferi extiterunt, eodem anno igniominioſa morte vitam finierunt. Ille enim, quia exitialem technam, ut Apoſtolicam devitaret præſentiam, Regi ſuggeſſit, & hanc maxima parte Cleri ſui devote expetente, ipſe a ſua ſede longe aufugit, nec Dominici corporis viatico a malitia ſua ſanctificatus, nec ab eodem Clero ſuo conſolatione viſitationis in extremis refocillatus, divino judicio extra fines Epiſcopii ſui ſolus obiit quaſi peregrinus. Alter vero, quia caput Miniſtri Chriſti ſe abſciſſurum fuerat minitatus, ore ſacrilego, quo impia verba protulerat, hoſtilis gladii abſciſſione eſt mutilatus.*

* al. poſterorum. † narratur idipſum brevius inferius ex Deſiderio Abb. Caſſin. qui & Victor Papæ III.

*Dignum eſt ad * poſterum memoriam aliud miraculum ſupradictis addere, quod divina potentia in manibus hujus Pontificis operata eſt, ex ea qua erga patronum noſtrum flagrabat devotione. † Anno enim ſecundo poſt expletionem eorum, quæ præmiſſa ſunt, cum Romæ moraretur, caſu accidente per pincernæ incuriam vas illud fractum eſt, quod ſibi datum eſſe a præfato Abbate Herimaro in primordiis hujus opuſculi memoratum eſt. Quod ubi pro certo agnovit, aliquantum graviter tulit. Licet enim multa haberet pluris pretii, præ cæteris tamen illud diligebat, quia in initio Apoſtolatus ſui ex parte ſancti Remigii ſibi miſſum aſſerebat, ideoque ad bibendum ſupra cætera quæ erant in obſequio ejus, illi delectabilius eſſe ſolebat. Dum ergo cum ſpiritualibus quibuſdam viris, qui ei præſentes erant, placido (ut ſemper erat) vultu de eodem damno conquereretur, & aurifex peritus reficiendi hujuſmodi fracturam ab eo perquiri præciperetur: quidam eorum alludentes ſeria & alacri reſponſione dixerunt, quod Sanctus hic, in cujus illud tantopere amplectebatur devotione, tanti eſſet apud Dominum meriti, ut ei idem vas integrum ſua reformaret interceſſione. At ille nihil inde ſe diffidere cum ſpirituali jucunditate reſpondens, ejuſque virtutes multiplici ſermone exaggerans; vas fractum ſibi deferri præcepit. Quo delato, avulſam inde particulam ſuo loco repoſuit, & quaſi aurifici ad reficiendum reſervaretur, ſignum tamen Crucis (ut fertur) ei caute imprimens, recondi juſſit. Quod in craſtino velut cauſa reficiendi coram delatum, ita operatione divina integrum eſt inventum, ut nullum in eo fracturæ poſſet reperiri veſtigium. Hoc itaque videns venerabilis Papa, Dei omnipotentiam collaudavit, & hujus miraculi novitatem meritis beati Remigii adſcripſit, per cujus interventum, fidei ejus efficacia id obtinere meruit. Ne autem ex hac relatione arguamur mendacii, ideoque frivolum habeatur hujus ſcripti memoriale, proferimus tres idoneos teſtes, quorum indicio id nobis poſtmodum contigit agnoſcere, Hugonem videlicet Nivernenſem Epiſcopum, & Hugonem Rhemenſis Eccleſiæ diaconum, & quemdam clericum Aylenardi quondam Lugdunenſis Archiepiſcopi capellanum, nomine Benedictum. Quorum duo primi Concilio, ab eodem Papa, ut moris illi erat, quintodecimo die poſt Dominicam Reſurrectionem Romæ habito interfuerunt, & quod retulimus, ab his qui præſentes viderunt, id vere factum eſſe didicerunt. Tertius vero cum domino ſuo præſens interfuit, & quod*

PAGIUS mox diximus; ſed quoad *Humbertum*, non dubium, quin Abbas Mediani-Monaſterii fuerit. Baronius itaque, qui recte hoc anno n. XXVIII. aſſerit, Sanctum Leonem ſecum Romam duxiſſe *Humbertum*, in eo labitur, quod aſſerat, id accidiſſe, poſtquam *Sanctus Leo* Pontifex Romæ creatus in Gallias veniſſet, & Romam ſub hujus anni finem reverteretur: nam nondum Pontifex Romanus erat, quando tantum Virum Romam ſecum ire voluit. Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. aliique paſſim *Humbertum* Monaſterii Sancti Manſueti Monachum etiam faciunt, ſed nullo teſte. XV.

*Leo IX. Metis Eccleſiam S. Arnulphi conſecrat.*

Prætermiſeram notare Sanctum *Leonem* Remis Metas eſſe profectum, conſecraſſe Baſilicam Sancti Arnulphi, & Reſponſoria compoſuiſſe *de Sancto Gorgonio Martyre*, antequam Moguntiæ Concilium celebraret. Id enim docet

*quod videndo comperit, nobis poſt aliquot annos ſciſcitantibus indicavit.*

*Vir denique venerabilis ſæpedictum Apoſtolum noſtrum eo magis ferventi excolens dilectione, eumque ſummopere deſiderans honorare, & illius monaſterium ſua auctoritate nobilitare: epiſtolam ejus laude refertam direxit ſanctæ Eccleſiæ filiis in Francia conſtitutis, qua decrevit apud eos haberi celebrem ipſius Sancti feſtivitatem, quæ recolitur Kalendis Octobris. Plurima etiam ad Eccleſiaſticam utilitatem pertinentia, quæ in præfata Synodo in ejus baſilica habita tractaverat, juſſit apud eos capitulatim digeri, & inter orthodoxos canones numerari. Cujus epiſtolæ textum, quia ordo narrationis videtur exigere, huic operi dignum judicavimus inſerere. Ejus vero exemplar hujuſmodi eſt:*

S. Leonis Papæ IX. Epiſtola ad Francos.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei fratribus & filiis Catholicis per univerſum regnum Francorum conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Compertum charitati veſtræ credimus, quod poſt conſecrationem noſtram, illam videlicet, qua benignitas Dei humilitatem noſtram ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præeſſe voluit Germaniam, Galliamque viſitavimus, ac Rhemorum urbem adeuntes, maximo voto, & ſumma devotione Eccleſiam beati Remigii (ut longe ante deſideravimus) Deo annuente, & ejuſdem ſanctiſſimi viri patrocinantibus meritis, cum magna gloria dedicavimus, atque poſt conſecrationem Eccleſiæ in eadem Synodum celebrantes, plurima ad utilitatem Chriſtianæ religionis neceſſaria conſilio Coepiſcoporum * ſuorum, aſſenſu etiam & laude Cleri & populi, quorum innumera multitudo ad tantæ devotionis celebritatem confluxerat, ſtatuendo confirmavimus. Quæ omnia capitulis digeſta inter canones haberi præcipimus, & poſtea in omnibus Synodis quas habuimus, idipſum confirmare curavimus. Et quoniam beatiſſimum Remigium gentis Francorum prædicatorem & apoſtolum ſcimus, venerari & honorare illum, quem Dominus in terris & in cælo mirificavit, prout poſſumus, debemus, præſertim cum ſemper in noſtro pectore inde ipſius amor ferventius ardeat, quod pretioſiſſimum corpus ipſius ſanctiſſimi viri propriis manibus transferentes in locum ſibi præparatum, miraque pulchritudine exquiſiti operis decoratum repoſuimus. Unde veſtram admonere volumus dilectionem, ut ſicut nos in ejus obſequiis perpenditis gratulari, ita & vos cauſa noſtri amoris, maximeque ex debito paterni honoris ſolemnitatem ejus, quæ eſt Kalendis Octobris, celebrem habeatis. Quia etſi aliis non eſt Apoſtolus, tamen vobis eſt: nam primitiæ Apoſtolatus ejus vos eſtis in Domino. Hunc itaque honorem Patri & Apoſtolo veſtro exhibete, ut juxta promiſſum Domini longævi ſuper terram vivere, & ejuſdem Patris precibus æternæ beatitudinis felicitatem mereamini poſſidere, Valete.* Hucuſque epiſtola, finiſque libelli. Sequitur fides deſcribentis ex autographo Rhemenſis Eccleſiæ.

* ſ. noſtrorum.

*Hoc deſcribi curavit D. Joannes Gaultier Eccleſiaſtes, metropolis Eccleſiæ Rhemenſis juxta exemplar originalis, quod habetur in bibliotheca ejuſdem Eccleſiæ.* Pergit vero Hermannus commemorare quæ ſunt reliqua peregrinationis & rerum geſtarum anni hujus ipſius ſanctiſſimi Papæ Leonis poſt abſolutum ab eo Rhemenſe Concilium. ☞ *Indeque Moguntiacum veniens, aliam Synodum quadraginta prope Epiſcoporum coram Imperatore, & regni noſtri Principibus celebravit: & poſtea Alemanniam adiens, Augiæ feſtum ſancti Clementis, & Dominicam ante Adventum Domini vi. Kal. Decemb. egit. Et per Auguſtam, Bajoariamque tranſiens, Natalem Domini Veronæ coluit. Imp. vero ad idem feſtum in Saxonia manſit.* Hucuſque Hermannus Leonis primum annum perducit, a natali uſque ad Natalem ex more annos ſingulos claudens. Utinam ſicut licet tanti Pontificis aſſectari veſtigia, Apoſtolica vigilantia, avis inſtar, Italiam, Gallias, Germaniaſque luſtrantis; ita daretur res ab eo præclare geſtas, præſertim vero Actiones Conciliorum, quibus præfuit, poſſe legere. Scimus aliquos peregrinationem iſtam trans Alpes, atque Synodos celebratas in annum ſequentem reiicere; ſed magis placet Hermannum ſequi, hæc tunc ante oculos habentem, atque ſcribentem: quem etiam tutius ſequitur Sigebertus, atque poſt eum alii. Quod expreſſe, qui tunc temporis & ſcripſit Adam, profitetur,

Concilium Moguntin.

PAGIUS cet Wibertus laudatus, qui inquit: *Inde per Urbem Mediomatricorum remeans, petitu venerandi Abbatis VVarini conſecravit ibidem Sancti Pontificis Arnulſi Baſilicam; exoratuſque a Domno Sigifrido Gorzienſi Abbate* (a San-Marthanis omiſſo) *compoſuit in veneratione glorioſi Martyris Gorgonii* (cujus corpus Sanctus Chrodegangus Epiſc. Metenſis & Monaſterii Gorzienſis fundator Roma Metas attulit) *nocturnalium Reſponſoriorum dulciſſimam melodiam.* Meuriſſius lib. 3. de Epiſc. Metenſibus pag. 354. Sancti Leonis litteras tunc ab eo datas recitat, in quibus Leo ait, ſe *quinto Idus Octobris* Sancti Arnulphi Eccleſiam conſecraſſe, qui dies hoc anno in feriam quartam incidit; ſed hoc ſæculo Eccleſiarum Dedicationes indiſcriminatim omnibus diebus ſæpe factæ comperiuntur. Hujus Epiſtolæ ſubſcriptio eſt: *Data quinto Idus Octobris per manus Udonis ſanctæ Apoſtolicæ Sedis Cancellarii & Bibliothecarii & Tullenſis Primicerii. Anno domini Leonis Noni Papæ primo, indictione ſecunda: anno*



tur, hoc ſcilicet anno eamdem Synodum Moguntinam celebratam eſſe. Ait enim: (a) *Præſertim eo fultus adminiculo* Archiepiſcopus ſcilicet Hamburgenſis, *quod potentiſſimus Papa Leo pro corrigendis Eccleſiæ neceſſitatibus venit in Germaniam, quem ſciret pro veteri ſibi amicitia nihil abnegaturum, quod juri cuipiam deberet præſtari. Tunc habita eſt Synodus generalis apud Maguntiam, præſidente domno Apoſtolico, & Imperatore Henrico cum Epiſcopis, Bardone Maguntinenſi, Eberhardo Trevirenſi, Hermanno Colonienſi, Adalberto Hamburgenſi, Engilhardo Magdeburgenſi, cæteriſque provinciarum ſacerdotibus. In eo Concilio quidam Spirenſis Epiſcopus Sibico, cui crimen adulterii intendebatur, examinatione ſacrificii purgatus eſt. Præterea multa ibidem ſancita ſunt ad utilitatem Eccleſiæ, præ quibus ſimoniaca hæreſis & nefanda ſacerdotum conjugia, holographa Synodi manu perpetuo damnata * eſt. Quod veniens domum noſter Archiepiſcopus non tacuiſſe probatur. De mulieribus ſtatuit eamdem ſententiam, quam deceſſor ejus memorabilis Alebrandus, & antea Libentius inchoaverant, ut ſcilicet fierent extra ſynagogam, & civitatem, ne maleſuada pellicum vicinia caſtos violaret obtutus. Hæc Synodus facta eſt anno Domini milleſimo quadrageſimonono. Ipſe eſt Archiepiſcopi ſeptimus. Et tunc majus altare Tribunalis dedicatum eſt in honorem Genitricis Dei. De qua Synodo mentionem ideo fecerim, quod dominus Adalbertus eo tempore, quo tam clari homines in Eccleſia fuerunt, ſapientiæ, ac virtutum merito fere omnes præcelluit. Tantus apud Papam, talis apud Cæſarem habebatur, ut de publicis rebus abſque ejus conſilio nil ageretur.* Hæc Adam.

(a) Adam l. 3. c. 31.

* ſunt.

XVIII. Ex quibus omnibus ejuſdem temporis auctoribus eſt arguendus erroris Trithemius, cum in Chronico Hirſaugienſis monaſterii, non hoc anno, ſed ſequenti potius ponit ejuſdem Pontificis adventum in Germaniam, & celebratum ab eo Concilium Moguntinum. Qui etiam, quæ tunc de ejudem monaſterii reſtitutione interceſſerunt inter ipſum Leonem Pontificem & ejus ſororis filium Adelbertum Comitem, ſic deſcribit hiſtoriam:

* MXLIX. *Anno Dominicæ Nativitatis * ML. Indictione * tertia, Sanctus Leo Papa Nonus ad componendas res & ſtatum Eccleſiarum, pacemque Galliis reddendam, Roma egreſſus cum Cardinalibus multis venit in Germaniam. Erat eo tempore Comes Adelbertus de Caluve monaſterii Hirſaugienſis advocatus, ſed deſolationis patronus, qui non ſolum reſtituere contempſit, per proavos S. Aurelio impie ablata, verum ſe juſto omnia poſſidere titulo arbitratus, nihil minus, quam de reparatione monaſterii cogitabat. Contigit igitur anno prænotato, qui fuit deſolationis monaſterii octavus & quadrageſimus, ſupra milleſimum vero Domini (ſicut diximus) quinquageſimus, quod idem Leo ſanctiſſimus Papa, Comiti præfato ſanguine junctus, Roma egreſſus, Italiaque tranſmiſſa per fines Suevorum iter ſuum verſus Maguntiam dirigeret. Quod cum Adelbertus Comes præfatus reſciſſet, avunculum videlicet ſuum Sanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Pontificem ſuas tranſiturum per terras, obviam illi properans humillimis eum precibus devicit, quatenus in hoſpitium nepotis humilis intrare non deſpiceret. Papa tum devotione invitantis, tum ſanguinis ratione permotus petenti aſſenſit, caſtellum Comitis intravit, qui perhumaniter exceptus, doctrinæ ſalutaris verbum, ut ſui moris erat, ſeminans, mentes hoſpitum ſuorum ad amorem cœleſtis patriæ erigere ſummopere ſtudebat. Quadam die Pontifex recreationis animi cauſa Comitem dextra complexus, de caſtello non procul ad vicini montis verticem exivit, ad quem inter loquendum: Quam aptus, inquit (o fili) locus mihi hic videretur montibus circumſeptus undique, quem & aquarum copia utilem, & ſolitudo reddit quietum, in quo ſervorum Dei monaſterium conſtrui debeat, qui Creatori noſtro laudes continuas perſolventes pro ſalute multorum devotius exorarent. Cui Comes: Eſt, inquit, beatiſſime Pater, in vicino Eccleſia ab anteceſſoribus meis in honorem cujuſdam ſancti Aurelii, cujus & corpus in ea fertur ſepultum, olim, ad monachorum habitaculum cum reliquis manſionibus neceſſariis conſtructa, in qua cum dudum monachi per annos non paucos omnipotenti Deo religioſe ſerviviſſent poſtremoque a regulari diſciplina miſere torpentes, cum nullis admonitio-*

* ſecunda.

Leo Papa nepote excipitur.

PAGIUS *no vero dominicæ Incarnat. milleſimo quadrageſimo nono.* Mabillonius lib. de Re Diplom. cap. XXV. num. VII. ait, ſe illius Chartæ autographum inſpexiſſe, & cum indictio III. menſe Septemb. præſentis anni exordiatur, & idem Sanctus Leo in alia Charta anno ſequenti data eamdem a Septembri auſpicetur, inde deducit, Romanos Pontifices in hac indictionis methodo non fuiſſe conſtantes. Verum a *Pelagio II.* quem primum in ſuis literis indictiones uſurpaſſe ſuo loco obſervavi, nullum mihi Pontificium Diploma occurrit, in quo indictio a Septembri non deducatur; ſaltem uſque ad Sæculum XIII.

XVI. Charta autem, cui Vir doctiſſimus innititur, falſitatis certa indicia præfert. Primo enim Humbertus hoc modo in ea ſubſcriptus, *Humbertus Cardinalis & Epiſcopus Sylvæ Candidæ*; cum tamen in literis Canonizationis Sancti Gerardi Tullenſis Epiſcopi menſe Maio anni ſequen-

*Indictionem a Septembri ſicut cæteri Pontifices exorſus eſt.*

*tionibus majorum acquieſcerent, a progenitoribus meis tamquam ſcandalum pebis inde projecti ſunt.*

XIX. *His ſacratiſſimus Pontifex auditis ad locum perſonaliter acceſſit, libros qui remanſerunt, revolvit, cupiens hiſtoriæ cognoſcere veritatem. Erat ibi clericus inter cœteros ſenex, nomine Bertholdus, qui olim in loco viderat monachos Deo famulantes. Is Pontifici rem omnem, ſicut geſta fuerat apuerit, & quomodo avus Comitis Adelberti cœnobium bonis ſpoliaßet omnibus, expulſiſque monachis paucos in locum clericos poſuiſſet.*

*Quibus cognitis ſanctus Præſul ingemuit, ſed cordis ſui dolorem prudenter diſſimulans, ubinam corpus divi haberetur Aurelii, ab eodem clerico quæſivit. Qui cum diceret ſe a majoribus ſuis audiviſſe, ſacras S. Aurelii reliquias, tempore, quo Northmanni vaſtaverunt Galliam, per quemdam Abbatem hujus loci ſub terram fuiſſe abſconditas, & uſque in eam diem incognitas omnibus permanſiſſe. Sanctus Papa accitis operariis terram in diverſis Eccleſiæ locis fodere cœpit, & theſaurum abſconditum diligenter inquirere, ſed poſteaquam caſſo labore diu laboraſſent artifices, & nihil penitus reperiſſent, cœperunt omnes, qui aderant, de inveniendo corpore ſancti deſperare.*

XX. *Tunc ſancto in orationibus Pontifice proſtrato, ipſoqae cohortante artifices ne deſperent, unus ex his cœteris in arte ſua magis peritus, qui nuper ex dominio Venetorum cum filiis adveniens, multa huic loco ſuis laboribus impendit bona, induſtrioſe perquirens ſingula loca, tamdem ex repercuſſione malleorum deprehendit terram ſubtus eſſe cavatam: ad cujus conſilium, in eodem loco fodere artifices cœperunt: qui tamdem non ſine magna difficultate humo remota, cameram ſubterraneam invenerunt pulchre ſatis formatam, in qua ſarcophagus apparuit extrinſecus admodum ornate diſpoſitus. Quem cum ſanctiſſimus Papa vidiſſet, magno repletus gaudio præcepit, ut omnes ad orationem genua flecterent, & Deum pro Confeſſoris ſui deſiderata inventione collaudarent. Oratione completa ſanctus Leo propius accedens, juſſit aperiri ſepulcrum, quo recluſo ſuaviſſimus odor exhalavit, qui omnes, qui aderant, mira ſuavitate ſui reficeret. Invenerunt itaque ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Aurelii ſacratiſſima oſſa ſericiis involuta pannis, pulchre in formam corporis debito collocata ordine, & ad caput ejus tabulam ex plumbo iſta continentem:*

Invenitur corpus S. Aurelii.

*CORPUS S. AURELII EPISCOPI TEMPORE ARNULPHI REGIS REPOSITUM, HERDERADO ABBATE, OCTAVO KALENDAS SEPTEMBRIS. Cum ſanctus Papa hunc titulum coram omnibus legiſſet, ingemuit, dicens: Væ illis, qui locum hunc tanti Præſulis ſanctificatum meritis, & præſentia, deſolarunt, & clauſo ſarcophago, ne reliquiæ Sancti quovis modo ſubtraherentur, cum ſuis ad caſtellum comitis eſt reverſus.*

XXI. *Poſtera die, cum ſanctus Papa Leo tempus vidiſſet intentioni ſuæ complendæ opportunum, vocatis comite ſæpedicto Adelberto, & Viltrude uxore ejus devotiſſima fœmina, in præſentia ſuorum Cardinalium, cæteris excluſis, dixit ad nepotem: Heſterno vidimus die, chare nepos, ſacras Confeſſoris Chriſti reliquias honore debito ſpoliatas, ipſumque locum pro amore cæleſtis patriæ omnipotenti Deo, & ſacræ monaſticæ religioni olim a progenitoribus tuis rite dicatum, multis quoque annis a Petro Dei famulo inhabitatum, quem tui majores avus genitorque peſſima & crudeli avaritia ducti Abbatis poſſeſſionibus, & bonis deſolatum fecerunt; & quod omni ſcelere ſceleratius eſt, monachis expulſis officinam ſanctarum virtutum, introductis diſſolutiſſimæ vitæ ſæcularibus clericis, in omnium ſpeluncam vitiorum commutarunt. Tu quoque pravis majorum inhærens veſtigiis, ſicuti probato ſumus edocti teſtimonio non ſolum ea, quæ illi ſacrilegio polluti a ſervorum Dei cœnobio iniuſtiſſime abſtulerunt, ſine Dei timore poſſides, ſed tuæ ſalutis penitus immemor, totum quod illi parcendo reliquißent intactum, rapuiſti: Deumque & S. Aurelium, immo cives ſupernæ patriæ univerſos irritando tibi adverſarios feciſti. Neque enim parvum peccatum æſtimandum eſt, quod in Deum & Sanctos ejus committitur, cum apud ipſos etiam homines injuſta rerum alieni juris uſurpatio ſcelus graviſſimum judicetur. Ecce tu una cum progenitoribus tuis pactum violaſti, primumque tuorum corrupiſti: immo annihilaſti ſanctum teſtamentum, & quæ illi omnipotenti Deo ſimplici ac ſancta devotione pro animarum remedio ſuarum obtulerunt, tu Deum & ſanctos ejus, impia crudelitate, & crudeli avaritia ſuccenſus ſpoliare non timuiſti, factus inimicus & adverſarius, non modo Dei & Sanctorum ejus, ſed & tibimet ipſi generique tuo hoſtis declaratus, & crudelis antiſtes ipſam propaginem ex tuo ſemine generandam graviſſimo ſcelere in-* no-

PAGIUS quentis ſcriptis, inter Epiſcopos ſubſcriptos legantur *Humbertus Sicilienſis Archiepiſcopus*, & paulo poſt, *Creſcentius Sylvæ Candidæ Epiſcopus*, ac aliunde certum, Humbertum anno ſequenti nondum Epiſcopatum illum geſſiſſe, aut ad Cardinalatum promotum eſſe. Ut enim Baronius anno MLVII. num. XIX. ex MS. Codice Vaticano oſtendit, Eccleſia Lateranenſis



*nodaſti; quæ quamdiu ſacrilega hæreditate etiam neſciens polluitur, aut in paucis generationibus deficiens exterminabitur, aut in hac vita miſerabilis evadet æternis poſt mortem ſuppliciis pro demeritis crucianda. Tibi autem quæ ſpes æternæ felicitatis conſequendæ poterit eſſe (o fili mi) cum per tam manifeſtum ſcelus & ſacrilegium Deum omnipotentem cum omnibus ſanctis ſuis inimicum tibi feceris hoſtemque & adverſarium? periculoſum eſt tibi penituſque damnabile, crede nobis, Deum habere contrarium, qui etſi patienter iniurias videatur ferre ſuas in hoc tempore, vindex cum ſit, juſtuſque Judex, æternis hanc patientiam poſt mortem ſuppliciis non dubites vindicabit.*

XXII. *Nos vero, quibus cura ſalutis tuæ tuorumque eſt, non modo ratione paſtoralis culminis, qua licet immeriti ſaluti omnium ſumus debitores ex officio, verum etiam ex ſanguinis cognatione, qua nobis ſorore natus intime conjunctus, te tuoſque perire non patiemur in æternum, quantum in nobis eſt. Unde auctoritate omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli, quorum gerimus vices in terris, te monemus & requirimus, atque ſub æternæ damnationis interminatione, perque diſtrictum Dei judicium te conteſtamur, ac ſub anathemate diſtricte præcipientes tibi mandamus, quatenus prædictum locum, clericis expulſis quos auctoritate Apoſtolica omni beneficio & reſidentia in eadem hac hora decernimus privatos, in priſtinum ſtatum reducere cures, monachoſque, & Abbatem ſecundum Regulam divi patris Benedicti, quemadmodum a principio ibi fuiſſe memorantur, inſtituas, eiſque omnia & ſingula, per tuos progenitores, teque vel alios quoſcumque ablata ſine mora reſtituas: Et ſi quid amplius ad hæc perficienda requiritur neceßarium, de tua ſubſtantia fideliter, & ſine ulla contradictione pro æternæ vitæ amore legaliter impendas. Hæc tibi quanto citius perficienda una cum conjuge tua nobis dilecta conſummandaque auctoritate omnipotentis Dei, in remiſſionem tuorum peccatorum ſerio injungimus. Quæ ſi (quod abſit) neglexeris, noſtrorumque mandatorum contemptor inventus fueris, indignationem omnipotentis Dei, ſanctorumque Petri & Pauli Apoſtolorum, & omnium electorum Chriſti noveris incurſuru, teque ſub anathematis vinculo auctoritate Apoſtolica conſtrictum, divini examinis judicio fore obnoxium, graviſſimis gehennæ tormentis cum impiis ſine fine puniendum. Hac Pontificis oratione compunctus, ad genua ejus Comes procidit, ſeque peccaße graviter cum lacrymis publice confeſſus, omnia quæ juberetur, facturum pro viribus promittit, veniam commiſſorum abſolutionemque poſtulans a Pontifice audivit: Si perfeceris ea, quæ præcipientibus nobis te facturum promittis, veniam tibi non ſolum commiſſorum cum abſolutionem impendemus, ſed etiam præmia felicitatis æternæ multimoda in cælo tibi repoſita repromittimus.*

Præceptum ſub anathemate.

XXIII. *His rite peractis beatiſſimus Papa Leo cœptum continuans iter, ad Moguntiam cum ſuis tamdem pervenit, ubi Synodum præſente Imperatore cum quadragintaduobus Epiſcopis, & multis Abbatibus & clericis celebravit, & multa pro utilitate eccleſiaſtica conſtituit. In hac Synodo Sibico Spirenſis Epiſcopus de criminibus, quibus accuſabatur, ſacra ſe communione purgavit. Hinc ſanctiſſimus Papa peracta Synodo Aquiſgranum deſcendit, ibi Imperatorem expeditionem agentem contra Balduinum Comitem Flandriæ, quouſque verteretur, expectavit. Iſte ſacratiſſimus Papa Leo Nonus multa in Germania bona fecit, Eccleſias, capellas & altaria in diverſis locis abſque numero propria in perſona conſecravit, & quod pontificali plures hodie facere erubeſcunt, ad quod tamen obligati ſunt ratione officii, ſummus Pontifex non obligatus facere non deſpexit.* Hucuſque Trithemius.

XXIV. At utinam extaret Anſelmi monachi opus de rebus geſtis ejuſdem Leonis Pontificis, diu enim multumque perquiſitum invenire non licuit. Nam Sigebertus in libro de illuſtribus Scriptoribus eccleſiaſticis iſta de ipſo habet: (a) *Anſelmus Rhemenſis monachus ſcripſit Itinerarium Noni Leonis Papæ a Roma in Gallias: ob hoc maxime, ut notificaret, quanta auctoritate Rhemis, vel in aliis urbibus Synodum celebrarit: qua ſubtilitate & juſtitia examinaverit cauſas eccleſiaſticas; qua diſcretione peccantes correxerit; quomodo ei virtus Dei cooperata ſit. Quod* ſa-

(a) Sigeb. de illuſt. Script. eccleſ. c. 153.



PAGIUS ſis hoc tempore ſeptem Cardinales Epiſcopos habebat, ex quibus unus erat *Epiſcopus Sanctæ Rufinæ ſive, Sylvæ Candidæ*. Nec eſt quod quis dicat, *Humbertum* tunc Metis abſentem poſt aliquot annos eiſdem literis ſuſcripſiſſe, ut mos ferebat, quia nullibi legitur: eum Roma in Gallias rediiſſe. Secundo, Epiſtolæ Epigraphe his verbis concepta, ejus ſuppoſitionem prodit: *Ego Leo ſervus ſervorum Dei omnibus inſpicientibus hanc cartam* (quis unquam Pontifex in reſcriptis ſuis ita locutus). *Vobis notum facere volumus, quod ego pro honore meo & parentum meorum*, (quæ abſurda ſunt), *ſcilicet viri venerabilis* (inſulſum Epitheton) *Pippini Ducis Aquitanenſis* (eſt hic Pippinus Major Domus Palatii & Caroli Martelli pater, qui nunquam Aquitaniæ Dux fuit) *& Drogonis filii ejus, nec non & trium filiorum, ſuorum &c. & caterorum, qui proceſſerunt ex ejus ſtegmate* (legendum, ſtemmate), *dedi Eccleſiæ ſancti Arnulfi quidquid ipſi dederunt, omnia dubitabilia confirmavi* (hæc cauſa cur Charta ſuppoſita fuerit.) Hoc Reſcri- pti

*ſatis patuit in una cauſa Rhemenſis Synodi, ubi dum Epiſcopus Frſingenſis contumaciter ageret contra Apoſtolicam auctoritatem; repente in oculis omnium obmutuit.* Hæc Sigebertus.

XXV. Sane quidem magno Dei beneficio poſt tot tenebras factum eſt, ut tanti viri fulgore ſancta Romana Eccleſia illuſtraretur, ut ſecundum Job: (a) *In manibus abſcondit lucem, & præcepit ei, ut rurſum adveniat.* Nunquam in Eccleſia ſua extinxerit lumen ſuum, ut ſinat ei dominari penitus tenebras, quam illuminat ſplendore vultus ſui; ſed ad tempus abſconderit, iterum proditurus. Quanto autem illuxerit fulgore virtutum Leo, narrando quæ ſunt ſecuta poſt Rhemenſe Concilium, hic deſcribamus ex Deſiderio Abbate Caſſinenſi & Cardinali ſanctæ Cæciliæ, qui creatus poſtea Romanus Pontifex, Victor Tertius dictus eſt. Scripſit enim exemplo ſancti Gregorii Papæ quatuor libros dialogorum, quos habet Vaticana (b) bibliotheca. In quorum tertio libro hæc habentur: *Huic* nempe Damaſo, *ſucceſſit Leo, de quo eſt nobis ſermo præ manibus, vir per omnia Apoſtolicus regali genere ortus, ſapientia præditus, religione conſpicuus, omnique eccleſiaſtica doctrina apprime eruditus, ac qui (quemadmodum ſcriptum eſt c) cœpit invocare nomen Domini. Quem ipſe etiam vidi, ejuſque familiaritatem habere merui: ſæpe etiam eo in Eccleſia Miſſas celebrante, cum illo ad divinum altare ſacris indutus veſtibus ſteti, eique Evangelium legi. A quo omnia Eccleſiaſtica ſtudia renovata ac reſtaurata, novaque lux mundo viſa eſt exoriri. Hic ſæpe ſacerdotale Concilium advocans, ſacerdotes, diaconos, & reliquos clericos non regulariter ordinatos removit, & in eorum locis ad veri & ſummi Dei cultum, qui digne miniſtrare poſſent, conſtituit. Quotidie quoque per ſe, ſuoſque diſcipulos ubique miſſos populis viam Domini litteris, & verbis prædicans oſtendebat. Qui per Apoſtolicam viam ſemper gradiens, Apoſtolicos etiam viros in miraculis eſt imitatus. De quo quidem plura audire me contigit, ſed multis occupatus negotiis, ſingula quæque diſcurrere non valens, pauca referre de pluribus ſatagam, ut per hæc, quanti vir iſte meriti fuerit, quicumque in poſterum legerit, agnoſcat.*

(a) Job. 36.

(b) Plut. 3. n. 187. ſub nom. Dial. Greg. Pap.

(c) Gen. 4.

De S. Leone Papa ex Deſiderio Ab. Caſſin.

XXVI. *Gregorii itaque Pontificis, qui ab eo educatus, ac ſubdiaconus ordinatus, nunc autem in Romana Urbe culmen Apoſtolicum tenens, Chriſti Eccleſiam verbis ſimul & exemplis illuſtrat, didici relatione, quæ narro: cujus utique verbis ita me credere oportet, ac ſi ego in præſentiarum affuiſſem, oculiſque vidiſſem.*

*Dum quodam tempore prædictus Leo venerabilis Pontifex eccleſiaſticis intentus negotiis in Gallia moraretur, a quodam Abbate monaſterii ſancti Confeſſoris Chriſti Remigii ligneum poculum, benedictionis cauſa oblatum, ſuſcepit. Quod videlicet pro amore tanti Pontificis valde diligebat, ac in eo refectionis hora, in menſa ſedens, aureis & argenteis poſthabitis, bibere conſueverat. Igitur dum quadam die ad menſam ſedenti pincerna ex more poculum vellet porrigere; qua neſcio negligentia, tenentis de manu cecidit, moxque confractum in partes eſt. Cum denique beatiſſimus Papa bis, terque vinum requireret, & pincerna hac de cauſa venire differret, nuntiatum eſt ei, quod poculum, in quo bibere conſueverat, de manu ferentis decidiſſet, fractumque fuiſſet. Quod ille audiens, valde triſtatus eſt, non tantum damno ſcyphi, quantum quod vaſe de monaſterio S. Remigii benedictionis cauſa accepto ſe fruſtratum cernebat; ſibique aſtantibus, Fractum, inquit, mihi ſcyphum afferte. Cumque ſibi allatus fuiſſet, cernens utramque fracturam, omnipotentem Dominum deprecatus eſt, ut meritis beati Remigii fractum ſibi ſcyphum, quem pro amore ejus tantopere diligebat, reſtitueret: moxque alteram partem alteri adjunxit. Sicque eodem momento ſolidatus eſt, ut nullum in eo, quod fractus fuiſſet, indicium remaneret, cunctis, qui aderant, admirantibus, ac in ejus veneratione acclamantibus. Ille non ſuis hoc, ſed beati Remigii meritis imputare cœpit, cujus de monaſterio charitatis gratia id munus acceperat.* Et inferius de eodem:

S. Leonis Papæ de Calice fracto miraculum.

XXVII. *Alio tempore (ſicut mihi præfatus Papa Gregorius retulit) quidam Galliarum Epiſcopus ab eodem Papa Leone fuerat Epiſcopi honore ſuſpenſus, cujus quidam presbyter Gibertus nomine, facundus ſermone, & litteris haud mediocriter eruditus eidem promiſerat Epiſcopo, ſe Romam venire, atque callidis ſuis aſſertionibus eumdem beatum Pontificem decipere, ei-*

PAGIUS pti initium: *Leo Epiſc. ſervus ſervorum Dei, Eccleſiæ in honorem B. Joannis Evangeliſtæ ſanctique Arnulfi Confeſſoris Chriſti, a nobis ſpecialiter dedicatæ, & per eam venerabili VVarino Abbati, &c. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* In formulis Reſcriptorum Pontificiorum nihil ſimile legitur.

XVII. In ea Charta inſignis ſuppoſitio animadvertenda, quia ea multas alias cumplectitur. Falſarius enim, ut juriſdictionem Abbatiæ Sancti Clementis ſibi attribuat, ſcribit: *Præterea vero Eccleſiam Abbatiolam ſancti Felicis ipſi loco adjacentem, ubi primus ejuſdem Metenſis Eccleſiæ Paſtor Clemens corpore quieſcit, quam præfatus venerabilis Epiſcopus Adelbero* (junior ſcilicet) *a prædeceſſore ſuo quodam æque Adelberone vocato, pro prædicta curia Rumeliacum nuncupata, S. Arnulfo in concambium datam eſſe nar-*

*Charta ex qua contrarium deducitur ſuppoſititia.*



*eique ſublatum officium reſtitui impetrare; ſicque ab eo accepta pecunia Romam venit. Cumque ſe beato Pontifici præſentaſſet, cœpit ſe huc illucque, ut callidus ſerpens, vertere, Epiſcopum ſuum verbis rethoricis excuſare, blandis, & humillimis precibus, ut interdictum officium injuſte, ut aſſerebat, ablatum deberet, reſtitui, flagitare. Sed cum id quod petebatur, ſibi denegatum fuiſſet, nec eum, ut ſperaverat, decipere potuiſſet, ne ad Epiſcopum ſuum, a quo non parvam acceperat pecuniam, ſine effectu reverti videretur, aliud exquiſivit ingenium. Adiitque Apoſtolicæ Sedis Cancellarium, eique oblato pretio perſuaſit, ut ſibi furtivas litteras, & Apoſtolico ſigillo ſignatas ad ſuum Epiſcopum deferendas tribueret, quæ & Epiſcopale officium & gratiam Apoſtolicæ Sedis ſibi redditam ſignificarent. Quæ res beatum Leonem minime latuit: moxque prædictum presbyterum advocans, accepta, quam obtulerat, pecunia, eique, in ſinum mittens. Dixit: (a) Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia donum Dei furtim tentaſti pecuniis poſſidere. Cujus ſermonem divina ultio mox ſecuta eſt, ita ut amiſſa mente ab illa die uſque nunc ubique vagabundus incedat, nec ulla domus, vel clauſtra ultra duos vel tres dies eum valeant retinere. Qua de re aperte datur intelligi, quod, quod quiſquis temerario auſu vel decipere, vel ad iracundiam provocare tentaverit eum, qui in juſtis habitat, procul dubio Dominum offendit, cujus & vindicem iram in ſe ſentiat, quam non expertam temere devitare neglexerat.* Hucuſque de rebus geſtis ſanctiſſimi Papæ Leonis Deſiderius: reliqua vero quæ ſubiicit, dicentur inferius ſuo loco.

Presbyter fraudulentus dat pœnas.

(a) Act. 8.

XXVIII. Cum autem idem Pontifex (quod non prætermittendum) ex Galliis in Italiam ſe conferret, ſecum duxit Humbertum, virum ſicut virtutibus inſignem, ita doctrina conſpicuum: quem poſtea ſancta Romana Eccleſia habuit Cardinalem. De his enim hæc Lanfrancus in commentario, quem ſcripſit adverſus Berengarium: *Humbertum virum fuiſſe religioſum, Fide Chriſtiana, & ſanctiſſimis operibus perſeverantiſſime decoratum, ſcientia divinarum ac ſæcularium litterarum apprime eruditum, teſtantur omnes, qui vel propria experientia eum noverunt, vel ab aliis, qui ipſum experti ſunt, ejus cognitionem acceperunt. Hunc non de Burgundia, ſed de Lotharingia ſanctus Leo Romam traduxit, & ad prædicandum Siculis verbum Dei Archiepiſcopum ordinavit, poſtea vero ſancta Romana Eccleſia præſulem ſibi Cardinalem conſtituit. Quo in loco poſitus taliter vixit, taliter docuit, ut de fide, vel doctrina ejus nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis fama aliquando exorta ſit. Hujus rei teſtis eſt tota fere Latinitas, quæ pro excellentia Apoſtolicæ Sedis, cujus Conciliis, & conſiliis ſemper aderat, & præerat, eum ignorare non potuit.* Hæc Lanfrancus. Debuit plurimum Eccleſia Romana Leoni, qui tantum virum otioſum fortaſſe in Lotharingia commorantem, his opportune temporibus in orbis theatrum pro univerſa Eccleſia Catholica conſtituit laborantem. De quo ſæpe dicendum inferius: Hæc modo tantum de ipſius Romam adventu opera Leonis Papæ ſatis ex Lanfranco narraſſe. Sed non omittemus dicere, quod (b) Sigebertus, dum ejus recenſet lucubrationes, appellat eum monachum Tullenſem.

De Humberto S. R. E. Cardinali.

(b) Sigeb. de illuſt. Script. eccleſ. c. 151.

XXIX. Porro ſanctus Leo Romam reverſus ita ad omnes Chriſtianæ perfectionis & pontificii culminis numeros vitam inſtituit, ut admirationi omnibus eſſet. Nam inter alia Romæ dum eſſet, iſta ſibi ſervanda præſcripſiſſe, opereque impleſſe, Leo Oſtienſis affirmat, cum ait: (c) *Hic ſanctus Pontifex inter innumera ſuæ bonitatis inſignia, quamdiu Romæ remoratus eſt, omni tempore tribus per hebdomadam diebus a Lateranenſi Eccleſia uſque ad ſanctum Petrum privato habitu, nudiſque pedibus, cum duobus, aut tribus clericis noctu pſallendo & orando pergebat.* Hæc Leo. Qui & in ejuſdem Eccleſiæ emolumentum conceſſit, ut decima pars oblationum cederet ejuſdem Principis Apoſtolorum baſilicæ utilitati: cum illas in ſuum uſum prædeceſſores a multo tempore convertere conſueviſſent. Deprædari præterea eas atque capi conſuetas violenter ab aliis, ſuperius in Gregorio Sexto eſt demonſtratum. Leo igitur bene mereri de baſilica S. Petri ſatagens, decimam eidem ex dictis oblationibus perpetuo retinendam conceſſit, quod ejuſmodi Conſtituto (uti appellabant) ſive Decreto omnibus voluit fieri manifeſtum. Accepimus id ex Archivo ejuſdem baſilicæ Vaticanæ his verbis conſcriptum:

(c) Leo Oſt. l. 2. c. 88.

Viſitat Leo ſæpe Baſilicam S. Petri.

XXX. *Beate Petre Apoſtole, ego Leo Epiſcopus ſervus tuus, & omnium ſervorum Dei, de tuis donis aliquam tibi offero particulam, quam mihi fuit viſum dignum & juſtum curis quibus circumdor, auferre, & ti-*

S. Leonis diploma de conceſſa Baſilicæ S. Petri decima oblationum.



PAGIUS *narravit, & cartis teſtando monſtravit.* Verum tantum abeſt, ut Adalbero hujus nominis I. Epiſcopus Metenſis hanc Abbatiam Sancti Arnulphi Monachis pro Rumeliaco in concambium dederit, ut contra certis documentis adhuc Metis conſervatis conſtet, Sancti Clementis Abbatiam alias ad Canonicos pertinuiſſe, indeque anno CMXXXVIII. ab Adalbe-

*& tibi offerre quaſi meam, cum ſit tua. Quidquid enim eſt, quod in noſtris juribus ſit, licet ſit parum ad conferentiam præteritorum, quæ noſtri anteceſſores habuerunt: id tamen quantumcumque ſit dignum tecum judicavi ſortiendum. Ecce enim de oblationibus Fidelium, quæ tibi offeruntur in altari tuo, ſub quo ſacrum & venerabile corpus tuum requieſcit; & etiam in Confeſſione ipſius altaris, decimam partem tibi, quamvis tuum totum ſit, humili devotione, & tota cordis proſternatione offerimus, donamus, concedimus, & etiam corroboramus, atque confirmamus ad conſtructionem, & reſarcitionem ipſius tui ſacri templi, in ædificandis parietibus, picturis, tignis, tectis, imbricibus, & propterea luminariorum concinnationibus aſſiduis olei & ceræ; necnon lampadibus vitreis & acinduli,, atque thymiamate, cæteriſque omnibus utenſilibus, quæ ad uſum & neceſſitatem atque decorem totius ipſius Eccleſiæ pertinent. Decimam vero ipſam ſemper volumus eſſe decimam diem, ut oblatio, quæ tibi debetur, ſeparata ſit a cœteris oblationibus, & nullum aliqua confuſione patiatur errorem.*

*Super hoc etiam, ſi qua vaſa, ſi qua ornamenta, vel indumenta eccleſiaſtica ſuper ipſum ſacrum & venerabile altare tuum oblata fuerint ad cultum Dei, divinis officiis, & myſteriis neceſſaria; conferimus ea omnia ipſi tuæ Eccleſiæ ibi perpetim permanſura in uſum & ſalarium Deo, & tibi illic ſervientium, & ſerviturorum.*

XXXI. *Addendum quoque credimus illud oblationis munus, ut quidquid ſcilicet per Fideles ad ipſum tuum altare, & ad ipſam Confeſſionem offertur in vigiliis natalis tui, & in ipſa tui natalis die, B. Petre Apoſtole, totum ſit ſpeciale tuum pro luminaribus, & cæteris diverſis neceſſitatibus, ad ipſa tua ſolemnia agenda pertinentibus. Nec illud prætermittendum cenſuimus, ut quotieſcumque de quibuſcumque regnis, vel oris tributa ſive ad altare tuum offeruntur, ſive ad Apoſtolici pedes ponuntur, ſive quovis modo Apoſtolicæ Sedi, cui Deo auctore, præſidemus, perſolvuntur, decima pars eorum ſemper tibi, B. Petre Apoſtole, debeatur ad reformationem Eccleſiæ tuæ, & cœtera, quæ ſuperius diximus. Ut vero hæc omnia obſerventur illibata tam a ſucceſſoribus noſtris in Sede tua, o beate Petre Apoſtole, uſque in finem ſæculi ſeſſuris, quam etiam cunctis hominibus, tam magnis, quam parvis, tam divitibus, quam pauperibus, mediocribus, diverſi ſexus, & ætatis, ſtatuimus Apoſtolica cenſura, qua licet indigni fungimur, ſub divini Judicii obteſtatione & terribilis anathematis interpoſitione, ut ſcilicet quicumque contra hoc noſtræ humilitatis donum tibi de tuo, beate Petre Apoſtole, fideliter, ac pure collatum venire tentaverit, & intemeratum non juſtificaverit, non ſolum ſegregatus ſit a communione Fidelium in hac temporali vita; ſed in illa quoque æterna damnatus ſit perpetuis pœnis, & gehennalibus tormentis. A contrario etiam, quicumque devotus cuſtos, & cautus obſervator noſtræ oblationis extiterit, divinis benedictionibus augeatur, & hic per te, beate Petre Apoſtole, a peccatorum vinculis abſolvatur; & illic quoque per te intra januam regni cœleſtis admittatur. Hoc itaque noſtræ devotionis privilegium ut verius credatur, & certius habeatur, ſubſcriptione noſtra roboravimus, & roboratum noſtro ſigillari ſigillo juſſimus, ad laudem & gloriam Domini noſtri JESU Chriſti, apud quem, beate Petre Apoſtole, ſemper eſto memor noſtri & omnium ovium, quas ſuas ipſe paſcendas tibi commiſit, & per nos miſeratus paſcit, & paſcet adhuc per alios in ſæcula ſæculorum.*

*✠ Ego Leo Epiſcopus ſervus tuus, beate Petre Apoſtole, donum, quod tibi de tuo feci, manu propria roboravi.*

Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno Indictione ſecunda, Conſtantini Imperatoris octavo Imperii inchoato, Cegenes Dux Pazzinacarum (eo namque nomine tredecim gentes a Græcis nominantur, quæ loca trans Iſtrum incolunt a Boriſthene fluvio uſque ad Pannoniæ campos, in tentoriis jugiter habitantes, ut Curopalata teſtatur) qui tribus exillis gentibus præerat, perſecutionem paſſus a primario illarum gentium Principe, confugit ad Conſtantinum Imperatorem, pollicitus ſacrum ſuſcepturum ſe baptiſma, quod & præſtitit una cum omnibus, qui cum ipſo erant, miſſo ad eos Euthymio monacho. Cujus poſtea exemplum ſecutus Tyrach eorum primarius Princeps una cum centum quadraginta vi- XXXII.

Pazzinacæ ad fidem converſi.

PAGIUS berone hujus nominis primo expulſos, qui *Sanctum Cadroam* ex Scotia, ſeu verius Hibernia, cum Monachis e monaſterio Luxovienſi in Burgundia ſito evocavit, quorum ſucceſſores continua ſerie Abbatiam illam uſque ad noſtra tempora abſque ulla ab Abbatibus Sancti Arnulphi dependentia rexere. Præterea Sancti Arnulphi Monachi Abbatiam illam loco Rumiliaci a ſe dati accipere non potuere; cum ſemper *Rumiliaco* potiti ſint, numquam vero Epiſcopi. Imo ipſemet falſarius id fatetur; cum inter alia bona quæ præſenti anno ab Eccleſia Sancti Arnulphi poſſeſſa ſupponit, Rumiliacum numeret. Hæc ejus verba: *Triginta etiam manſi cum Eccleſia & decimatione in villa, ſive curia qua vocatur Rumeliacum.* Meuriſſius, qui hujus Reſcripti ſuppoſitionem non animadvertit, pag. 269. teſtatur Eccleſiam San-



viris, qui ad Imperatorem cum ipſo perducti ſunt, effectique Chriſtiani omnes. Hæc pluribus Curopalata: qui & quomodo hi defecerint ab Imperatore, novis ex cauſis, longiorem texit hiſtoriam.

Quin-

PAGIUS *Sancti Arnulphi* etiamnum *Rumiliacum* poſſidere virtute donationis Caroli Calvi, cujus Chartam ibidem recitat. Ex documento itaque adeo vitioſo deduci non poteſt Pontifices Romanos hoc ſæculo indictionem a Kalendis Januariis aliquando exorſos eſſe; certumque eſſe debet nullam hac in re Leone IX. ſedente immutationem factam.

I. Duæ Synodi a Leone Pap. celebratæ.

QUinquageſimus poſt milleſimum ſequitur annus, Indictione tertia inchoatus, quo a ſanctiſſimo Leone Papa duæ celebratæ ſunt Synodi, altera Romæ poſt Paſcha, altera autumni tempore Vercellis. De ambabus Hermannus ita hoc anno: *Dominus Papa poſt Paſcha Synodum item Romæ collegit, & ſubſecuto tempore ultra Romam progrediens, nonnullos eo locorum Principes & civitates, tam ſibi, quam Imperatori jurejurando ſubjecit, Beneventanoſque adhuc rebellantes excommunicavit. Nonnulli etiam exterarum Principes gentium miſſis ad eum, utpote Apoſtolicum virum, Legatis, ſubjectionem ipſi promittunt.* Hæc ipſe. Sed de excommunicatis Beneventanis his omnino contraria habet Leo Oſtienſis, cum ait (a): *Sequenti anno prædictus Pontifex rurſus ad monaſterium venit, & in craſtinum, ac die altero Apoſtolorum Petri & Pauli Miſſas ſolemniter celebravit: & cum die illo ſabbatum eſſet, ingreſſus ad mandatum Fratrum, pedes duodecim monachis lavit, & ipſe viciſſim ab illis lotus, in Refectorium quoque, cum eis una bibiturus, ingreſſus eſt: inde perrexit Beneventum, urbemque ab excommmunicatione prædeceſſoris ſui benignus abſolvit.* Hæc Leo.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 85.

II. De altera autem Synodo hoc anno ab eodem Pontifice celebrata hæc habet idem qui ſupra Hermannus: *Ipſo autumno dominus Papa Synodum Vercellis collegit, & Hunfridum Archiepiſcopum pro quadam inter Ravennatem & Romanam Eccleſiam contentione ab officio ſuſpendit; indeque Gallias & Epiſcopatum ſuum Leucorum civitatem reviſit.* Hæc Hermannus de rebus Leonis Pontificis hoc anno, verum de rebus geſtis in duobus hiſce Conciliis admodum jejune.

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MLXXXVIII. Anno Hegiræ CCCCXLII. inchoato die 26. Maii fer. 7. A.C. 1050

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6543.

☉ 23. G. ☽ 6. P. 15. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1050.

LEONIS IX. PAPÆ 2.

HENRICI III. REG. 12. IMP. 5.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 9.

I. *S. Leo in Apuliam proficiſcitur.*

ANum I. ad XIII. Wibertus in Vita Sancti Leonis lib. 2. cap. 4. loquens de rebus ab eo poſt ſuum e Gallia Romam reditum geſtis, ait: *Semper memor officii ſibi a Deo commiſſi*, &c. *Iter ſumſit peragraturus fines Apuliæ, ut Chriſtianam repararet religionem, quæ ibidem videbatur pene deperiiſſe: maximeque inter accolas regionis & Nortmannos concordiam componere ſatagens, quos dudum adjutores contra exteras gentes ſuſceperant Principes regni, ſed tunc ſæviſſimos tyrannos patriæ vaſtatores, non ſponte ſuſtinebant. In hoc ergo ſancto opere ſolicite intentus venit Beneventum, ubi aliquandiu commoratus cuidam clinicæ, divina præeunte gratia, vitale præbuit auxilium*, &c. *Itaque zelo ſanctæ religionis fervens Præſul venerandus, apud Sipontum* (oppidum alias ad montis Gargani radices poſitum, nunc everſum) *habito Concilio, duos depoſuit ab officio Archiepiſcopatus, qui cum mercede ſanctum aſſumſerant miniſterium, vitio elationis unus ambiens præcellere alterum.* Huc referendum quod Baronius anno ſuperiori num. IV. & ſeq. ex Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 82. narrat, Leonem ſcilicet IX. Sipontum ad viſitandam Eccleſiam Sancti Michaelis Archangeli profectum, *& in ipſa feſtivitate Palmarum* ad Monaſterium Caſinenſe acceſſiſſe, die nempe octavo menſis Aprilis.

II. *Inde repetito greſſu*, inquit Wibertus, *Romam rediit, ubi ſuperna admonitus revelatione B. Gerardum ſuæ ſedis, Leucorum videlicet olim Præſulem, in numero ſanctorum computandum ſtatuit.* De Synodo ibi coacta hæc Hermannus Contractus ad annum ML. *Domnus Papa Leo poſt Paſcha Synodum item Romæ collegit.* In ea Sanctum Gerardum Tullenſem Epiſcopum, de quo ſuo loco egimus, in Sanctorum numerum retulit, ut ex literis hujus Canonizationis a Mabillonio Sæc. V. Benedict. pag. 894. e tenebris erutis intelligimus, ex quibus etiam hujus Concilii Epocha nobis innoteſcit: *Reſidentibus nobis Romæ*, inquit in iis literis Sanctus Leo, in *Synodo in Eccleſia Salvatoris, cum multis Coepiſcopis noſtris circa ſexto nonas Majas, relatum eſt auribus noſtris ab Udone Tullenſi Præpoſito eadem nocte ipſum domnum Gerardum in viſione apparuiſſe cuidam venerabili Monacho*, &c. *Decrevimus igitur, ſic ſancta annuente ac laudante Synodo, ut ex hoc ſanctus habeatur, & colatur nono Kalendas Majas*, &c. *Cujus Sancti venerabile corpus per nos ipſos cupimus transferre*, quod & reapſe ſub hujus anni finem ſanctiſſimus Pontifex præſtitit. Mabillonius laudatus hanc Romanam Synodum ad annum ſuperiorem, quo in hebdomada poſt Albas Romæ Synodus habita, revocat, quia ea in qua Sanctus Gerardus canonizatus, ejus corporis elevationem præcedit. Verum vir doctiſſimus non animadverterat, non ſolum præcedenti anno; ſed etiam currenti Sanctum Leonem Romæ Synodum celebraſſe, & Wibertum in ejus Vita diſerte teſtari Gerardum in poſteriori Synodo honoribus Sanctorum donatum. *Synodus Romana II. ſub S. Leone.*

III. *Secunda profectio S. Leonis in Apuliam.* Baronius num. I. refert ex Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 85. Sanctum Leonem ad monaſterium Caſinenſe veniſſe, indeque Beneventum, urbemque *ab excommunicatione prædeceſſoris ſui* abſolviſſe. Verum hæc profectio ad annum Chriſti inſequentem pertinet. Ait enim Leo Oſtienſis: *Sequenti anno prædictus Pontifex rurſus ad monaſterium venit, & in craſtinum ac die altero Apoſtolorum Petri & Pauli Miſſas ſolemniter celebravit. Et cum die illo ſabbatum eſſet*, &c. Anno autem ſequenti Feſtum SS. Petri & Pauli, dies nempe XXIX. menſis Junii in diem Sabbati incidit, indeque Henſchenius ad diem XIX. April. in Commentario prævio ad Vitam Sancti Leonis IX. num. XIX. recte deducit hanc divi Leonis profectionem, non hoc anno, cum quo eam copulavit Baronius, ſed anno MLI. ſuſceptam eſſe. Subdit Leo Oſtienſis: *Inde perrexit Beneventum, urbemque ab excommunicatione prædeceſſoris ſui benignus abſolvit.* Sed hac in re Leo Oſtienſis fallitur. Hermannus enim Contractus paulo poſt hunc annum demortuus ad annum ML. ſcribit de Leone: *Nonnullos locorum Principes & civitates tam ſibi, quam Imperatori jurejurando ſubjecit, Beneventanoſque adhuc rebellantes excommunicavit.* Quæ poſt Paſcha geſta, Hermannus affirmat. Numero autem I. oſtendimus, Sanctum *Leonem* hoc anno in monaſterio Caſinenſi & Beneventi ante Paſcha fuiſſe, & in ea urbe aliquandiu moratum eſſe. Quare tunc Beneventani a Leonis Prædeceſſore excommunicati non fuerant, ut perperam ait Leo Oſtienſis. Hoc enim Auctor Vitæ Sancti Leonis a nobis ita citatus non tacuiſſet, imo ſanctus Leo ad illos tunc non acceſſiſſet. Eo itaque in capite errat Leo Oſtienſis, & Sanctus Leo, qui hoc anno poſt Paſcha Beneventanos rebelles excommunicavit, eos inſequenti, quo iterum in Apuliam venit, ab excommunicatione abſolvit. Neque dubitandum, quin *Sanctus Leo* tunc Beneventanos Eccleſiæ reſtituerit; cum, teſte Hermanno, anno currenti eos anathematizarit.

IV. *Lis inter Gradenſem & Forojulienſem Epiſcopos in Concilio Rom. IV. deciſa.* Baronius num. III. ſecutus Andream Dandulum in Chronico ait, in hoc Concilio Romano ſanctum Leonem *Dominico Patriarchæ Veneto* Pallium conceſſiſſe, & Epiſcopis Venetiæ provinciæ & Iſtriæ ſcripſiſſe, ut huic tanquam Primati ſuo obedirent. Verum facta hæc in alia Synodo Romana anno MLIII. congregata, ut manifeſte liquet ex Epiſtola ad Epiſcopos Venetiæ & Iſtriæ, inter Leoninas ordine II. ab hoc Sancto Pontifice data: *Noverit*, inquit, *veſtra chariſſima nobis in Chriſto fraternitas hac in præſenti indictione ſexta* (quæ eo Chriſti anno uſque ad Septembrem in curſu fuit) *chariſſimum confratrem noſtrum Dominicum Gradenſem, imo novæ Aquileiæ Patriarcham ad Synodum noſtram Romæ habitam veniſſe.* Addit, judicio Synodi definitum fuiſſe: *Ut nova Aquileia totius Venetiæ & Iſtriæ caput & Metropolis perpetuo haberetur*, &c *Forojulienſis vero Antiſtes, tantummodo finibus Longobardorum eſſet contentus*, &c. *Unde monendo mandamus, & præcipimus vobis ex parte Dei, & Sancti Petri, & noſtra, ut præfato Gradenſi Patriarchæ, ſucceſſoribuſque ejus in omnibus, ſecundum jura Canonica obedientes ſitis, ſicut Primati veſtro & Patriarchæ eſſe debetis, & ſicut anteceſſoribus ejus noſtri perpetuo confirmarunt.*

V. *Patriarchatus Gradenſis ſæculo XV. Venetias tranſlatus.* *Sic plene*, inquit Baronius citatus, *tranſlatus fuit Patriarchatus Gradenſis in Venetum, qui hactenus titulo Gradenſis Sedis potitus erat.* Verum nonniſi *Nicolaus* V. defuncto Dominico Michaele Gradenſi Patriarcha, tranſlata Gradenſis Eccleſiæ dignitate in Venetiarum urbem, *Sanctum Laurentium Juſtinianum* Epiſcopum Caſtellanum ſeu Olivolenſem Patriarchali titulo auxit; ſuppreſſoque utroque titulo & Gradenſi & Caſtellano primum Venetiarum Patriarcham creavit *anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo VIII. Id. Octob.* Pelagio II. Eccleſiam Romanam adminiſtrante Metropolitana Sedes ex urbe Aquileienſi Gradum tranſlata fuit, & hæc urbs totius Venetiæ Iſtriæque Metropolis ab eodem Pelagio II. dicta, ut ſuo loco oſtendimus. Deinde Sancti Gregorii Magni tempore, defuncto *Severo* Patriarcha Aquileienſi Schiſmatico, Aquileienſis Diœceſis in duos Patriarchas diſtracta fuit, in Aquileienſem nempe & Gradenſem; & Metropolita Aquileienſis antiqua juriſdictione mulctatus. Dicta dein *Gradus*, *nova Aquileia*, ut Leander in Epiſcopis Forojulienſibus variis teſtimoniis oſtendit. Cum autem inter utrumque Patriarcham, Leone IX. ſedente, quædam exorta fuiſſent diſſidia, diviſionem illam S. Pon-



Nos autem, quæ ex Lanfranco in commentario contra Berengarium de hac eadem Synodo Romana, cui ipſe interfuit, didicimus, in medium ſic afferimus. Ait enim: *Tempore ſancti Leonis Papæ delata eſt hæreſis tua* (alloquitur Berengarium ipſum) *ad Apoſtolicam Sedem. Qui cum Synodo præſideret, ac reſideret ſecum non parva multitudo Epiſcoporum, Abbatum, diverſique ordinis e diverſis regionibus religioſarum perſonarum; juſſum eſt in omni audientia recitari, quas mihi de corpore & ſanguine Domini litteras tranſmiſiſti. Portitor quippe earum Legatus tuus me in Northmannia non reperto, tradidit eas quibuſdam clericis. Quas cum legiſſent, & contra uſitatiſſimam Eccleſiæ Fidem ſcriptas animadvertiſſent: zelo Dei accenſi, quibuſdam ad legendas eas porrexerunt. Itaque factum eſt, ut non deterior de te, quam de me fuerit exorta ſuſpicio, ad quem videlicet tales litteras deſtinaveris, putantibus multis, me fovere, ac favere quæ a te dicerentur, vel gratia, qua te diligerem; vel fide, qua revera ita eſſe, indubitanter tenerem. Igitur cum a quodam Rhemenſi clerico Romam perlatas recitator legerat, intellecto quod Joannem Scotum extolleres, Paſchaſium damnares; communi de Euchariſtia fidei adverſa ſentires: promulgata eſt in te damnationis ſententia; privans te communione ſanctæ Eccleſiæ, quam tu privare ſancta ejus communione ſatagebas. Poſt hæc præcepit Papa, ut ſurgerem, pravi rumoris a me maculam abſtergerem, fidem meam exponerem, expoſitam plus ſacris auctoritatibus, quam argumentis probarem. Itaque ſurrexi, quod ſenſi dixi, quod dixi probavi, quod probavi, omnibus placuit, nulli diſplicuit.* Hactenus de Synodo Romana Lanfrancus, in qua damnato, ut vidiſti Berengario, ipſe Lanfrancus abſolutionis ſententiam retulit.

Concilium Rom. contra Berengarium.

Berengarius condemnatus; Lanfrancus abſolutus.

III. In hoc eodem Concilio contra Berengarium a Leone Pontifice celebrato, idem Pontifex decrevit pallium Dominico Patriarchæ Veneto, eidemque privilegium conceſſit, ut Crucem ante ſe deferret, Patriarchalemque ſedem approbavit, & Epiſcopis Venetiæ provinciæ & Iſtriæ ſcripſit, ut huic tamquam primati ſuo obedirent, eumque revererentur. Hæc ex

ex ſcripto Chronico Andreæ Danduli. Quæ omnia renovata & confirmata ab Alexandro ſecundo in Concilio Mantuano, idem auctor affirmat. Sicque plene tranſlatus fuit Patriarchatus Gradenſis in Venetum, qui hactenus titulo Gradenſis ſedis potitus erat.

IV. *Concilium Vercellenſe.* Quæ autem contra eumdem Berengarium poſt hæc actitata ſint eodem anno Concilio Vercellenſi, a Lanfranco ſic accipe: *Dehinc declarata eſt Synodus Vercellenſis, quæ tunc proximo Septembri eodem præſidente Pontifice, eſt celebrata Vercellis, ad quam vocatus non veniſti. Ego vero præcepto & precibus præfati Pontificis uſque ad ipſam Synodum ſecum remanſi. In qua in audientia omnium, qui de diverſis hujus mundi partibus illuc convenerant, Joannis Scoti liber de Euchariſtia lectus eſt ac damnatus: ſententia tua expoſita ac damnata, Fides ſanctæ Eccleſiæ, quam ego teneo, & tenendam aſtruo, audita, & concordi omnium ſenſu confirmata. Duo clerici, qui Legatos tuos ſe eſſe dixerunt, volentes te defendere, in primo ſtatim auditu defecerunt, & capti ſunt. Ab hac ſententia numquam diſceſſit ſanctus Leo in omnibus ſuis Conciliis, ſeu quibus ipſe præſentiam ſuam exibuit, ſeu quæ per Legatos ſuos in diverſis provinciis congregari inſtituit. Quæ ſententia non effugit ſucceſſorem quoque ſuum felicis memoriæ Papam Victorem.* Hucuſque Lanfrancus de Synodo Vercellenſi. Cujus meminit etiam (a) Guitmundus in commentario, quem ſcripſit de corpore & ſanguine Chriſti, eidemque præfuiſſe Leonem Pontificem tradit. Ipſe vero Pontifex (ut ex Hermanno patet) ubi Synodus Vercellenſis abſoluta fuit, trans Alpes iter dirigens, convenit Imperatorem, in Saxonia tunc agentem. Reliqua itineris ejus dicentur anno ſequenti.

(a) Guit. l. 1.

V. Hoc eodem anno Ferdinandus Magnus, cum ob tumultus bellicos Eccleſias in ſuo regno Hiſpaniæ collocatas, excreſcentibus vepribus, ſilveſcentes cerneret, convocatis Epiſcopis, Dominici agri cultoribus, eum ad optimam frugem revocare laborans, Concilium colligendum curavit, cujus decreta reperta in Eccleſia Cordubenſi Antonius Auguſtinus exſcripſit, noſque ejus codicem nacti, ea hic

PAGIUS 8. Pontifex confirmavit, & *Gradum*, *Novam Aquileiam*, & *Gradenſem Antiſtitem Novæ Aquileiæ Patriarcham* appellavit. Cæterum hoc tempore Venetis proprius nondum erat Epiſcopus, ſed circa annum DCCLXXVII. ut docet Juſtinianus lib. 12. Hiſtoriæ Venetæ, conſtituta fuerat *Epiſcopalis ſedes in inſula Caſtellana, quæ Olivolus appellabatur, unde & Epiſcopo Caſtellani ſemper nomen manſit*: tandemque Sanctus Laurentius, ut mox diximus, ſæculo XV. ex Epiſcopo Caſtellano ſeu Olivolenſi primus Patriarcha Venetus renunciatus fuit. Quæ omnia ex Hiſtoricis Venetis, aliiſque eruta.

VI. *Berengarius in Synodo Romana II. damnatus.* Sed redeo ad Concilium Romanum, in quo ex verbis Lanfranci in Commentario contra Berengarium, a Baronio recitatis conſtat, hunc damnatum, illum vero abſolutionis ſententiam retuliſſe. Indicta eſt poſtea frequentior Synodus ad proximum Septembrem *Vercellis*, ad quam vocatus eſt *Berengarius*, qui Romæ non erat, cum *Lanfrancus* a pravi rumoris macula expurgatus eſt. Aliquot ante annos *Lanfrancus* e Lombardia in Galliam venerat, & *Berengarium* inter Magiſtros docentem invenerat, ac cum eo, ejuſque diſcipulis multas diſputationes tanto ſucceſſu habuerat, ut illum Turonas redire coegerit. Hinc nata inter utrumque contentio, quæ, poſtquam Lanfrancus in Normannia apud Beccenſe monaſterium ſcholas publicas aperuit, plurimum aucta: *Is cum juveniles adhuc*, inquit de Berengario Guitmundus lib. I. de Veritate Euchariſtiæ, *in ſcholis ageret annos, ut ajunt, qui eum tunc noverant, elatus ingenii levitate, ipſius Magiſtri ſenſum non adeo curabat, libros inſuper Artium contemnebat, ſed cum per ſe attingere Philoſophiæ altioris ſecreta non poſſet: neque enim homo ita acutus erat, ſed ut tunc temporis* LIBERALES ARTES *intra Gallias pene obſoleverant, novis ſaltem verborum interpretationibus, quibus etiam nunc nimium gaudet, ſingularis ſcientiæ ſibi laudem arrogare, & cujuſdam excellentiæ gloriam venari, qualitercumque poterat, affectabat. Factumque eſt, ut pompatico inceſſu, ſublimi præ cæteris ſuggeſtu dignitatem Magiſtri potius ſimulans, quam rebus oſtendens, profunda quoque incluſione intra cucullum ac ſimulatione longæ meditationis, & vix tandem ſatis deſiderata diu vocis lentiſſimo quodam quaſi plangore incautos decipiens,* DOCTOREM SE ARTIUM *pene inſcius profiteretur. Sed poſtquam a D. Lanfranco in Dialectica de re ſatis parva turpiter eſt confuſus, cumque per ipſum D. Lanfrancum virum æque doctiſſimum* LIBERALES ARTES *Deus recaleſcere atque optime reviviſcere feciſſet, deſertum ſe a diſcipulis iſte dolens, ad eructanda impudenter divinarum Scripturarum ſacramenta, ubi ille adhuc adoleſcens, & aliis eatenus detentus ſtudiis nondum adeo intenderat, ſe ſe convertit. Sed & ibi inſipiens; quippe in malevolam animam non introibit ſapientia, ut ea quorum novitate omnium corda permoveret, atque ad ſe omnium oculos traheret, ſtudioſe perquirens maluit eſſe ſub aliqua admiratione hominum hæreticus, quam ſub oculis Dei private vivere Catholicus..... Aucupatis ergo nonnullis ratiunculis (neque enim ulla unquam hæreſis ſine aliqua veriſimilitudine rationis invaleſcere potuit) adhibitis quoque paucis male a ſe Capitulis Scripturæ ſacræ, quæ multis errantibus laqueus eſt mortis, per egenos Scholaſticos jam per alimoniam, qua ſuſtentabat eos, & per ſuos dulces ſermones corruptos, quaquaverſum potuit, clanculo hujus tanti mali nefandiſſimum virus effudit.*

VII. *In eo Concilio Lanfrancus abſolutus.* Ita loquitur Guitmundus, quia *Berengarius* novitatis amator, novas ſubtilitates & voces in rebus dialecticis & Theologicis excogitavit, quarum ope omnes difficultates eludebat; & hoc eſt quod ait Guitmundus eum *novis verborum interpretationibus ſingularis ſcientiæ ſibi laudem arrogaſſe*, ut hæc verba interpretatur Bulæus in Hiſt. Univerſit. Pariſienſis pag. 406. Berengarium enim virum fuiſſe facundum ac elo-



hic tibi (quod cuſa adhuc neſciamus) reddenda curavimus, ejuſmodi præfixa inſcriptione [1]:

*Concilium Coyacenſe in diœceſi Ovetenſi, Æra milleſima octogeſimaoctava, ideſt anno Chriſti milleſimo quinquageſimo, ſub Ferdinando Rege Primo Caſtellæ, qui cognominatus eſt Magnus.* Ex eodem codice vetuſto Eccleſiæ Cordubenſis:

*Decreta Ferdinandi Regis, & Sanciæ Reginæ, & omnium Epiſcoporum, in diebus eorum in Hiſpania degentium, & omnium ejuſdem regni optimatum, Æra milleſima octogeſimaoctava.*

VI. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ego Ferdinandus Rex, & Sancia Regina ad reſtaurationem noſtræ Chriſtianitatis fecimus Concilium in caſtro Coyica, in diœceſi ſcilicet Ovetenſi, cum Epiſcopis, & Abbatibus, & totius regni noſtri optimatibus. In quo Concilio præſentes extitere Froilanus Epiſcopus Ovetenſis, Cyprianus Legionenſis, Didacus Aſturicenſis, Syrus Palentiæ ſedis, comes Viſocenſis, Gomezius Calagurîtanenſis, Joannes Pampilonenſis, Petrus Lucenſis, Creſconius Zrienſis.*



*In primo igitur titulo ſtatuimus, ut unuſquiſque epiſcopus Eccleſiarum miniſterium cum ſuis clericis ordinate teneat in ſuis ſedibus.*

*In ſecundo titulo, ut omnes Abbates ſe & Fratres ſuos, & monaſteria, & Abbatiſſæ ſe & moniales ſuas, & monaſteria ſecundum B. Benedicti regant ſtatuta, & ipſi Abbates & Abbatiſſæ cum ſuis congregationibus, & cœnobiis ſint obedientes, & per omnia ſubditi ſuis Epiſcopis. Nullus eorum recipiat monachum alienum, aut ſanctimonialem, niſi per Abbatis ſui & Abbatiſſæ juſſionem. Si quis hoc decretum violare præſumpſerit, anathema ſit.*

VII. *Tertio autem titulo ſtatuimus, ut omnes Eccleſiæ, & clerici ſint ſub jure ſui Epiſcopi; nec poteſtatem aliquam habeant ſuper Eccleſias, aut clericos laici. Eccleſiæ autem ſint integræ, & non diviſæ, cum presbyteris, & diaconis, & cum totius anni circuli libris, cum ornamentis Eccleſiaſticis; ita ut non ſacrificent cum calice ligneo, vel fictili. Veſtes autem presbyteri ſint in ſacrificio Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Caſula, Manipulus. Veſtes diaconi, Amictus, Al-*



*ba*

PAGIUS eloquentem, multipliciſque doctrinæ hujus temporis Scriptores fatentur. Poſtquam per aliquot annos intra Philoſophicarum quæſtionum cancellos ſtetere diſputationes, exorta tandem inter utrumque de quæſtionibus Theologicis, præſertimque de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento controverſia. *Lanfrancus* enim intelligens, *Berengarium* in Schola ſua opinionem *Joannis Scoti Erigenæ*, qui Caroli Calvi tempore vixit, ſuſcepiſſe propugnandam, *Paſchaſiumque Rathbertum* inſcitiæ & erroris arguere, contra ipſe *Paſchaſium* veritatis Euchariſtiæ acerrimum defenſorem tueri aggreſſus, palam, publiceque aſſeruit, *Joannem Scotum* fuiſſe hæreticum, ejuſque opinionem de Sacramento Altaris doctrinæ orthodoxæ repugnare. Hinc, ut fit, inter utriuſque fautores varii rumores ſparſi, & Lanfrancus a *Berengario*, quaſi ille male ſentiret, accuſatus, & in Concilio Romano hoc anno habito abſolutus, ac *Berengarius* damnatus.

VIII. *Epochæ Concilii Romani II.* Hujus Concilii Romani Epocha ex Hermanno Contracto hujus temporis Scriptore nobis innoteſcit, cum enim diſerte prodat, *Vercellenſe* hoc anno habitum, certumque ſit, paulo ante Romanum celebratum fuiſſe, ea in dubium revocari non poſſet, niſi Durandus Abbas Troarnenſis, cujus libellus *de Corpore & Sanguine Chriſti*, poſt Baronii mortem editus, & in Biblioth. Patrum edit. Lugdunenſis Tom. XVIII. recitatus, illud anno MLIII. coactum inſinuaret. Durandus autem hoc tempore floruit, & de eo Ordericus lib. 7. Hiſt. Eccleſiaſt. ad annum MLXXXVII. ait: *Durandus Troarnenſis Abbas grandævus, ab infantia Monachus, religione & ſapientia præcipuus, Eccleſiaſtici cantus & divini dogmatis Doctor peritiſſimus, ſibi durus carnifex, aliiſque mitis opifex* fuit. Is Conventum *Brionenſem* ante Vercellenſem coactum refert ad annum MLIII. quod viris Eruditis crucem fixit. Coſſartius Tom. IX. Concil. in Notis ad Conventum Brionenſem, ſuſpicatur, Durandum ſcripſiſſe *anno ML. in Normanniæ finibus*, & amanuenſem pro *in* legiſſe III. detrita primæ litteræ media lineola. At Mabillonius Tom. II. Analect. in Obſervationibus *de multiplici Berengarii damnatione* hanc conjecturam reiicit, quod in Codice Bigotiano MS. ex quo libellus Durandi erutus, quique vetuſtiſſimus eſt, vox *tertio* non cifris expreſſa ſit, ſed integris ferme litteris. Cumque *Durandi* calculo adverſetur Vita Leonis IX. qui anno MLIII. Beneventi a Junio ad exeuntem annum, imo & ad ſubſequentem Martium commoratus eſt, recte concludit Mabillonius *Leonem* menſe Septembri anni MLIII. intereſſe nequiviſſe Vercellenſi Concilio, proindeque illud ad præſentem annum, uti & Romanum, referendum eſſe, ut aliqui Viri docti ante eum præſtiterant. Ad hæc cum *Durandus* juxta Ordericum citatum anno MLXXXVIII. e vivis abierit, in Opere ſuo memoria labi facile potuit. Multis exemplis liquet, Auctores etiam coævos in narrandis, quæ ſuis contigere temporibus, non raro hallucinari, præſertimque in temporibus exprimendis. Quare neque hoc Concilium Romanum, neque tria, de quibus mox, ab hoc

NOTÆ [1] Concilium iſtud Coyacenſe multo integrius quam apud Baronium hic, & apud Aguirre tom. III. Conciliorum Hiſpaniæ legitur, e Conimbricenſi codice acceptum *nobis* opera Viri clariſſimi tranſmiſſum eſt e Luſitania; quod cum prolixius ſit quam *adnotationis* anguſtia poſtulat, ad calcem voluminis hujus rejiciendum duximus. MANSI

ba Cingulum, Stola, Dalmatica, Manipulus. Altaris vero ara tota ſit lapidea, & ab Epiſcopis conſecrata. Hoſtia ſit ex frumento ſana & integra. Vinum ſit mundum, & aqua munda, ita ut inter vinum, Hoſtiam, & aquam Trinitas ſit ſignificata. Altare ſit honeſte indutum, & deſuper lineum indumentum mundum. Subtus calicem, & deſuper Corporale lineum mundum & integrum. Presbyteri vero & diacones, qui miniſterio funguntur Eccleſiæ, arma belli non deferant, ſemper coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres ſecum in domo non habeant, niſi matrem & ſororem, aut amitam, aut novercam. Veſtimentum unius coloris & competens habeant. Intra etiam dextros Eccleſiæ laici uxorati non habitent, nec jura poſſideant. Doceant autem clerici filios Eccleſiæ, & infantes, ut Symbolum & Orationem Dominicam memoriter teneant. Si quis autem laicus hujus noſtræ inſtitutionis violator extiterit, anathema ſit. Presbyter vero & diaconus, ſi hujus juſſionis deſtructor extiterit, ſexaginta ſolidos Epiſcopo perſolvat, & gradu Eccleſiaſtico careat.

VIII. Quarto vero titulo ſtatuimus, ut omnes Archidiaconi & presbyteri, ſicut ſacri canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, inceſtuoſos, ſanguine mixtos, fures, homicidas, maleficos, & qui cum animalibus ſe inquinant; & ſi pœnitere noluerint, ſeparentur ab Eccleſia & a communione.

Quinto autem titulo decrevimus, ut Archidiaconi tales clericos, conſtitutis Quatuor temporibus, ad ordines ducant, qui perfecte totum pſalterium, hymnos, & cantica, Epiſtolas, Evangelia, & Ora-

PAGIUS hoc anno removenda. Denique novus Chronographus Saxo, qui Concilium Remenſe anno MXLVI. collocavit, anno MXLVII. Vercellenſis mentionem fecit, quia eum non latebat Remenſe anno tantum uno præceſſiſſe Vercellenſe.

IX. *Epiſtola Berengarii ad Lanfrancum in Concilio Romano lecta.*

Franciſcus Roius Anteceſſor Andegavenſis, qui primus hanc difficultatem vidit, diſſolvitque, in Diſſertatione *de Berengario*, Epiſtolam ad Lanfrancum a Berengario datam, & a Dacherio primum publicatam, eam eſſe exiſtimat, quæ in hoc Concilio Romano prolata fuit. Hanc integram exhibeo, quia valde brevem: *Fratri Lanfranco Beringarius. Pervenit ad me, frater Lanfrance, quiddam auditum ab Ingelramno Carnotenſi, in quo diſſimulare non debui ammonere dilectionem tuam. Id autem eſt, diſplicere tibi, imo hæreticas habuiſſe ſententias Joannis Scoti de Sacramento Altaris, in quibus diſſentit a ſuſcepto tuo Paſchaſio. Hac ergo in re, ſi ita eſt frater, indignum feciſti ingenio, quod tibi Deus non aſpernabile contulit, præproperam ferendo ſententiam. Nondum enim adeo ſategiſti in Scriptura divina cum tuis diligentioribus. Et nunc ergo, frater, quantumlibet rudis in illa Scriptura vellem tantum audire de eo, ſi opportunum mihi fieret, adhibitis quibus velles, vel judicibus congruis, vel auditoribus. Quod quandiu non fit, non aſpernanter aſpicias quod dico. Si hæreticum habes Joannem, cujus ſententias de Euchariſtia probamus: habendus tibi eſt hæreticus Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, ut de cæteris taceam.* Hanc autem Epiſtolam eam eſſe, quæ in hoc Concilio lecta fuit, ex eo probat Roius, quod intellexit Concilium Romanum ex his litteris, *quod Berengarius Joannem Scotum extolleret, Paſchaſium damnaret, communi de Euchariſtia fidei adverſa ſentiret.* Quæ tria Berengarius in hac Epiſtola præſtat. Aliud argumentum profert Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 1054. apud illum legendum.

X. *Berengarius hæreſim ſuam in Normannia ſpargit.*

Quo in Normannia ſucceſſu *Berengarius*, poſtquam Romæ damnatus fuit, hæreſim ſuam ſparſerit, docet his verbis Durandus Troarnenſis Abbas part. IX. Libelli ſui de Corpore & Sanguine Chriſti: *Is autem* (nempe Berengarius) *Dominicæ Incarnat. anno milleſimo quinquageſimo tertio* (de quo ultimo numero mox egi) *Normannorum finibus irrepſit; & ad cœnobium, quod Pratellis nuncupatur, appulit, Catholicoque viro, qui idem ſtrenue regebat cœnobium, a quo & honeſte ſatis exceptus fuerat, multa blaſphemus impie delatravit: quod ipſe quoque, eodem Abbate Ansfredo nomine referente, dum apud me ſuper tanta impietate valde quereretur, non multo poſt agnovi. In multis itaque ſubtiliter ab eodem Abbate pertentatus, in multis perinde reprehenſibilis, & perfidus eſt repertus. Qui inde digreſſus, Normannorum Principem* (nempe Guillelmum) *feſtinus adiit quem ſua quoque irretire perfidia ſubtiliter attentavit. Verum ille licet ætate adoleſcentiæ nondum excederet annos, tamen illum, quia Catholicæ fidei merito præditus erat, & gratia, callide ſuſpendit, ſecumque quoad regni ſui mediterraneam deveniret ſedem Briotnam* (vel Brionam, recentioris Neuſtriæ mediterraneum oppidum) *vocabulo detinuit, ubi undique coactis Catholicis, ac ſapientibus viris, ſuper eadem re diſponebat conflictum haberi.*

XI. *Conventus Brionenſis adverſus Berengarium coactus.*

*Eo ergo ventum eſt, & res ſequenti die ventilanda propoſita. Cumque multi ex tota Normannia Sapientes, qui plurimi & clari habebantur, conveniſſent, præfatum hæreſiarcham Berengarium, cum alio quodam, quem ſecum adduxerat, clerico, in cujus eloquentia victoria ſibi ſpem poſuerat, ita coram omnibus confutaverunt, atque evidenti ratione ſuperaverunt; Quatinus eis ſilentium imponerent, verborumque, quibus fidem Catholicam tuebantur, aſſenſum ab eis extorquerent. Berengarius autem tandem non ſine pudore evadens Carnotum petiit, ubi poſitus de eadem quæſtione ſe conſulentibus (audita quippe jam longe lateque acta res fuerat) Clericis ejuſdem urbis nulla reſpondit, cum vero ſibi opportunitas daretur, ſe reſponſurum promiſit. Unde non multo poſt literas, quas & ipſe legi, dictavit, in quibus multa abſurda, fideique Catholicæ aliena anhelus declamavit: inter quæ Romanam Eccleſiam, Caput videlicet totius Chriſtianitatis, multa temeritate hæretico vocabulo denotavit; cum qua Rectorem ejus, dominum ſcilicet Papam Leonem, cujus fides catholica, ſpectabilis ſapientia, laudabilis habebatur induſtria, quem non excepit, pariter infamavit, ſeque ad utrumque convincendum, dum reſpondere differret, interrogantibus intendiſſe retulit: tunc quippe inſtabat conſtituta dies Concilii poſtmodum Vercellis habiti. Has itaque literas puri-*



rationes ſciant. Presbyteri ad nuptias cauſa edendi non eant, niſi ad benedicendum. Clerici & laici, qui ad convivia defunctorum venerint, ſic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro ejus anima faciant: ad quæ tamen convivia vocentur pauperes & debiles pro anima defuncti.

IX. Sexto vero titulo admonemus, ut omnes Chriſtiami die ſabbati adveſperaſcente, ad Eccleſiam concurrant, & Dominica Matutina, Miſſas, omnes Horas audiant, opus ſervile non exerceant, nec ſectentur itinera, niſi orationis cauſa, aut ſepeliendi mortuos, aut viſitandi infirmos, aut pro Regis ſecreto, aut pro Sarracenorum impetu.

Nullus etiam Chriſtianus cum Judæis in una domo maneat, nec cum eis cibum ſumat. Si quis autem hanc noſtram Con-



ſtitutionem fregerit, per ſeptem dies pœnitentiam agat. Quod ſi pœnitere noluerit: ſi major perſona fuerit, per annum integrum communione careat: ſi inferior perſona fuerit, centum flagella accipiat.

Septimo quoque titulo admonemus, ut omnes Comites, ſeu Majorini regales populum ſibi ſubditum per juſtitiam regant, pauperes injuſte non opprimant, in judicio teſtimonium, niſi illorum præſentium, qui viderunt aut audierunt, non accipiant. Quod ſi teſtes falſi convicti fuerint, illud ſupplicium accipiant, quod in libro Judicum de falſis teſtibus eſt conſtitutum.

Octavo autem titulo mandamus, ut in Legione & in ſuis terminis, & in Gallæcia, & in Aſturiis, & in Portugale tale ſit judicium ſemper, quale eſt conſtitutum in decretis Adefonſi Regis pro X.



bo-

PAGIUS *ritatis, ut ſibi videbatur, plenas, ſed revera multa vanitate refertas, Carnotenſibus, qui ſibi quæſtionem intentaverant, deſtinavit.*

XII. *Synodus Vercellenſis adverſus Berengarium habita.*

*Ipſo autumno Domnus Papa Synodum Vercellis collegit*, inquit Hermannus Contractus. Ipſe Sanctus Leo in Epiſtola ordine XII. ad Principes Britanniæ data, qua Armoricæ Epiſcopos excommunicat, tum quod Turonenſi Archiep. ſubiici recuſarent, tum quod Simoniacas ordinationes facerent, in ejuſdem fine ait: *Quod ſi veſter Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis de hoc quod Turonicus Pontifex clamat, deque Simoniaca hæreſi excuſare ſe rationabiliter valuerint, Vercellenſi Concilio* KALENDIS SEPTEMBRIS *futuro præſentes ſint, noſque ibi, ſi Deus permiſerit, erimus cauſas eorum audituri.* Ad eam Synodum, ut Lanfrancus in Commentario contra Berengarium refert, & ex eo Baronius num. IV. Berengarius vocatus non venit: *Joannis Scoti liber de Euchariſtia lectus eſt ac damnatus*: Berengarii ſententia etiam damnata: *duo Clerici*, qui ſe Legatos Berengarii dixerunt, volentes eum defendere, *in primo ſtatim auditu defecerunt, & capti ſunt.* Poſt Vercellenſe Concilium *Berengarius* literas ad *Aſcelinum*, a Dacherio primum publicatas dedit, & ex reſponſione *Aſcelini* ad Berengarium liquet, eas poſt Vercellenſe Concilium, & ante Pariſienſe ſcriptas eſſe. Convictus enim *Berengarius* in Brionenſi Conventu ac in Vercellenſi, ægre ferebat, aſſeri ab illis, qui colloquiis iſtis interfuerant, damnatum a ſe *Joannem Scotum*. Quare in ſua ad *Aſcelinum* epiſtola conatus eſt, maculam illam eluere. In illis itaque literis agitur de Colloquio ſeu publica Diſputatione, Berengarium inter & *Aſcelinum* atque *VVillelmum* inita, ac de Berengarii damnatione in Synodo Vercellenſi. Ex utraque Epiſtola præcipua ſeligo.

XIII. *Epiſtola Berengarii ad Aſcelinum.*

*Audivi nunc jactitare VVillelmum*, inquit Berengarius in Epiſt. ad Aſcelinum, *quod negare nequiverim hæreticum eſſe Joannem Scotum; quod falſum eſſe, teſtis mihi es, ſi ſatis meminiſti verborum meorum: quamvis hæreticum habeas tu quoque Joannem Scotum: quam inconſiderate quam impie, quam indigne Sacerdotio tuo non diutius te neſcire permittat, ille, de quo Apoſtolus fidelibus promittit*, ſed & ſi quid aliter ſapitis, & hoc Deus vobis revelabit. *Sapis enim contra omnes naturæ rationes, contra Evangelicam & Apoſtolicam ſententiam: ſi cum Paſchaſio ſapis, in eo quod ſolus ſibi confingit, ſacramento Domini Corporis decedere panis omnino ſubſtantiam. Verba autem mea de Joanne hæc fuerunt: non pervidiſſe omnia illius, ſicut etiam nunc verum eſt: quæ autem vidiſſem ad eam rem pertinentia, recitare me poſſe ex ſcriptis illorum, quos præfixeram habendos eſſe hæreticos in Epiſtola ad Lanfrancum, ſi Joannes ille hæreticus haberetur: ceterum ſi quid in illo viderem non ſatis delimatum, facile me improbaturum eſſe. Hæc & vere dicebam, & in nullam excuſſionem in tranſitu venire contendebam, propter cauſam ſuperius dictam. Duo tantum protulit ille, ſicut noſti, vir optimus, quæ a me audita ad eum pervenerant. Convincere ipſæ verba in conſecrationem panis inſtituta, non decedere ſacramento panis materiam: & non eſſe virgam Epiſcopalem, animarum curam. Horum prius ego, ſicut meminiſſe potes, confirmavi: & ita planum eſt, ut ſufficiat hæc ſentire & convincere etiam puerulus in ſchola conſtitutus, qui vim juncturæ verborum non inſtrenue callet. De ſecundo, immo dixi, & confirmavi, & confirmo, virgam illam eſſe animarum curam: ut facile advertere poſſet, quî vellet, quid ſentirem. Et nunc quod apud Epiſcopos agere ſuſceperam, vellem, ſi mihi tutum fieret, ſaltem apud vos agere in audientia quorumcumque, &c. Quamquam totus in eo ſim, ne quis transgrediatur terminos Patrum, Evangeliſtæ, Apoſtoli, Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi.*

XIV. *Reſponſio Aſcelini ad Berengarium.*

Reſpondet Aſcelinus ad Berengarium: *Literas tuas nuper lætus ſuſcepi, ſperans* feſtinum nobis tuæ correctionis *ſignificari gaudium: quibus perlectis lætitia mea verſa eſt in mœrorem, eum priſtinum adhuc affirmare non deſtiteris errorem. O Deus! ubi eſt illa vivacitas, illa ſubtilitas, illa prudentia, quibus affatim pollere ſolebas, &c. Tunc enim dictum fuit, quod & nunc teſtificamur, omnem Chriſtianum debere in Paſcha de menſa Dominica communicare, niſi pro aliquo crimine a ſe perpetrato, a tam ſalubri ſequeſtretur convivio: hoc autem nullo modo fiat, niſi ſolo præcepto confeſſoris ſui; alioquin claves Eccleſiæ annullantur. Sed, ut ad me redeam, omni re conſiderata, non indigne me ad prædictum colloquium conveniſſe credo. Attuli enim mecum, quod quandiu vixero, adjuvante divina virtute, per Sacerdotis mi-*

homicidio, pro rauſo, pro ſajone, aut pro omnibus calumniis ſuis. Tale vero judicium ſit in Caſtella, quale fuit in diebus avi noſtri Sancii Ducis.

Nono quoque titulo præcipimus, ut triennium non includat Eccleſiaſticas veritates, ſed unaquæque Eccleſia (ſicut canones præcipiunt, & ſicut lex Gothica mandat) omni tempore ſuas veritates recuperet & poſſideat.

Decimo vero titulo decrevimus, ut ille, qui laboravit, vineas, aut terras in contentione poſitas, colligat fruges, & poſtea habeant, judicium ſuper radicem, & ſi victus fuerit laborator, reddat fruges domino hæreditatis.

XI. Undecimo autem titulo mandamus, ut Chriſtiani per omnes ſextas ferias jejunent, & hora congrua cibo reficiantur, & faciant labores ſuos.

Duodecimo quoque titulo præcipimus, ut ſi quilibet homo pro qualicumque culpa ad Eccleſiam confugerit: non ſit auſus aliquis eum inde violenter abſtrahere, nec perſequi infra dextros Eccleſiæ, qui ſunt triginta paſſus; ſed ſublato mortis periculo, & corporis deturpatione, faciat, quod lex Gothica jubet. Qui aliter fecerit, anathema ſit, & ſolvat Epiſcopo mille ſolidos puriſſimi argenti.

XII. Tertiodecimo titulo mandamus, ut omnes majores, & minores veritatem, & ju-

PAGIUS *miniſterium, verum Corpus, verumque Sanguinem Chriſti effici. Quod Scriptura atteſtante, ſatis evidenter probatur, ſi non ſiniſtra interpretatione temeretur. Joannem vero Scotum, nec inconſiderate, nec impie, nec indigne Sacerdotio meo habeo: quem toto niſu, totaque intentione ad hoc ſolum tendere video, ut mihi perſuadeat, hoc videlicet quod in Altari conſecratur, neque vere Corpus, neque vere Chriſti Sanguinem eſſe. Hoc autem aſtruere nititur ex Sanctorum Patrum opuſculis, quæ prave exponit.* Poſt errorem illum pluribus confutatum concludit Aſcelinus: *Pudeat te patrocinari librum, quem Vercellis in plenaria Synodo damnatum, te quoque propter eum hæreſis macula notatum audivimus. Redi ergo, precor, ad Catholicam & Apoſtolicam traditionem, ut & in te compleatur illud Apoſtolicum quod mihi direxiſti*: Sed & ſi quid aliter ſapitis, & hoc Deus vobis revelabit (Philipp. 3) Vides Vercellenſem Synodum ab Aſcelino *plenariam* vocari.

XV. *Concilium Pariſienſe adverſus Berengarium.* Poſt Vercellenſe Concilium, *Pariſienſe* habitum, in quo coram Henrico I. Francorum Rege, XVII. Kal. Novembris damnatus eſt Berengarius. Hujus Concilii unus meminit Durandus Troarnenſis Abbas, qui part. IX. poſt ea quæ ex eo de conventu Brionenſi diximus, de Concilio Pariſienſi ſtatim ſubiungit; *Cum autem tanti mali fama crebreſceret, & omnium corda fidelium vehementius perculleret, perque multos hujuſmodi virus latenter, & aperte jam ſerperet, contigit, ut ad aures etiam Regis Francorum perveniret, qui conſultu ſui regni Pontificum, procerumque Concilium* PARISIIS *cogi decimo ſeptimo Kalendas Novembris præcepit* [1]: *ac præfatum Berengarium, aut ut ſua dicta Patrum auctoritate firmaret multis ſibi obnitentibus, aut ſi ea deffendere nequiret, in Catholicam, cui obviare non poſſet, fidem prudenter tranſiret, intereſſe tantorum cætui Patrum imperavit. Interea condicta venerat dies, frequenſque Conventus Præſulum ac reliquorum ſancti ordinis Clericorum, nec non nobilium laicorum Pariſiis factus eſt, ſed jam dictus Berengarius malæ conſcientiæ perculſus terrore, ut juſſus erat, eo venire diſtulit, ſeque cum Brunone, ſuo videlicet Epiſcopo Andegavenſi, ſub quo Archidiaconi fungebatur honore, pro eo maxime continuit, quia eodem errore, utpote tanti viri credulus & ipſe noſcebatur involvi.*

XVI. *Lecta in eo Berengarii Epiſtola.* *Interea præſul Aurelianenſis* (qui ut videre eſt apud San-Marthanos, Iſambardus erat) *quoſdam apices in ſcheda haud parva digeſtos in conſpectu omnium & Regis (intererat enim) protulit: Et* præcipiat, *inquit*, Veſtra ſanctitas has literas a Berengario editas, ſi libet recitari, quas ego quidem ab ipſo nequaquam accepi, ſed cum eas cuidam ſuo familiari nomine Paulo per veredarium dirigeret, violenter rapui, *quibus ſuſceptis, & ad recitandum traditis, omnium aures eriguntur, ora in ſilentium componuntur, corda ad intelligendum, quæ continebantur in eis præparantur, ſed inter legendum multum repente fit murmur, & per ſingula abſurdi ſenſus verba gravis inſtrepit fremitus. Itaque omnibus talis lectio, quoniam nequiſſima ſordebat hæreſi, vehementer diſplicuit, damnato proinde communi ſententia talium auctore, damnatis ejus complicibus cum codice Joannis Scoti, ex quo quæ damnabantur, ſumpta videbantur; Concilio ſoluto diſceſſum eſt ea conditione, ut niſi reſipiſceret ejuſmodi perverſitatis auctor, cum ſequacibus ſuis ab omni exercitu Francorum præeuntibus clericis cum Eccleſiaſtico apparatu inſtanter quæſiti ubicumque conveniſſent, eo uſque obſiderentur, donec aut conſentirent catholicæ fidei, aut mortis pœnas luituri caperentur. Quam ob rem territi, non multo poſt in Concilio ſuper fidei ſuæ ſtatu conventi* (nempe in Concilio Turonenſi, de quo ſuo loco), *ita ſe ſicut Eccleſia tenet Catholica credere fideliter, & ſapere publice profeſſi ſunt, delatiſque Sanctorum pignoribus, ut omnibus ſatisfacerent, atque de veritate fidei quam profeſſi fuerant, eos, qui aderant certos facerent ſa-*

NOTÆ [1] NOn Durandus tantummodo, ſed & Author Brevis Chronici Elonenſis, vulgati Anedot. Martenii Tom. III. col. 1396. Synodi hujus Pariſienſis meminit, ſed illam cum anno 1051. componit; ſcribit enim ad annum illum. *Quidam Berengarius Andegavenſium Archidiaconus de Corpore & Sanguine Domini abſurdam, & reprobam quæſtionem concitavit; unde Pariſius invitatus, congregata Synodo non venit; ſed detecta ejus fallacia reus condemnatus eſt.* Ex his certum *annum hujus Concilii, quem Durandus* a Pagio laudatus ſilet intelligimus; (quantum tamen Author ineuntis ſæculi decimi tertii fidem meretur) & Pagius in eo aſſignando nonnihil exorbitaſſe deprehenditur. MANSI



juſtitiam Regis non contemnant, ſed ſicut in diebus domini Adefonſi Regis fideles & recti perſiſtant, & talem veritatem faciant Regi, qualem illi fecerunt in diebus ſuis, Caſtellani autem in Caſtella talem veritatem faciant Regi, qualem fecerunt Sancio Duci. Rex vero talem veritatem faciat, eis, qualem fecit præfatus Comes Sancius. Et confirmo totos illos foros cunctis habitantibus Legione, quos dedit illis Rex dominus Adefonſus, pater Sanciæ Reginæ uxoris meæ. Qui igitur hanc noſtram Conſtitutionem fregerit, Rex, Comes, Vicecomes, Majorinus, Sago, tam Eccleſiaſticus, quam ſæcularis ordo, ſit excommunicatus, & a con-

PAGIUS *ſacramentum dederunt. Sed omiſſa de talibus relatione, quos poſt hæc ad apoſtaſiam & priorem vomitum audivimus rediſſe libelli hujus tenorem, in quo fidei noſtræ ſinceritatem juxta antiquorum Patrum auctoritatem multis eorum exemplis adhibitis, ut potuimus fideliter oſtendimus.* Et hic finis egregii Durandi libelli *de Corpore & Sanguine domini*. Porro Paulus ille Berengarii familiaris eſt *Paulinus* Metenſis Primicerius, ut diſerte legitur in Epiſtola Adelmani ad Berengarium. Sigebertus cap. 153. de Script. Eccleſiaſt. docet Adelmannum Epiſtolam ſcripſiſſe *ad Paulum Metenſem Primicerium*, qua monebat, uti & ipſe Berengarium communem amicum ſuum ab errore revocaret; ſed ea ad nos non pervenit.

XVII. *Synodus Pariſienſis poſt Vercellenſem celebrata.* Baronius anno MXXXV. ut ibidem vidimus, hoc *Pariſienſe Concilium* convocatum ex *Theoduini Leodienſis* Epiſcopi ad Henricum Francorum Regem Epiſtola intellexerat; ſed habitum non eſſe eadem ipſi Epiſtola perſuaſerat, quia ejus tempore laudatus Durandi libellus non extabat. Franciſcus Roius in Diſſert. *de Berengario* Synodum Pariſienſem ante Vercellenſem collocat, quod Durandus dicat, *cum inſtaret conſtituta dies Concilii poſtmodum Vercellis habiti*. At, ut Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 1060. jam animadvertit. *Durandus* id non ad Pariſienſe Concilium refert, ſed ad Berengarium reſpondere interrogantibus tunc temporis cunctantem. Immo *Pariſienſe* Concilium non commemorat, niſi poſt factam de Vercellenſi mentionem exiguam illam quidem, ſed quæ ad conſilium ſuum ſatis eſſet, nempe ut cauſam indicaret Berengariani ſilentii. Hoc enim loco *Durandus* ea duntaxat enarrat, quæ adverſus *Berengarium* in Gallia geſta ſunt, in Brionenſi Conventu, in Pariſienſi Concilio, ac denique Turonenſi: Romanas Synodos quatuor ne appellat quidem, Vercellenſis mentionem facit, nomine uno tenus ob cauſam jam dictam. Coacta autem *Pariſienſis* Synodus licet in Vercellenſi confecta res eſſet quia forte cauſabatur *Berengarius* Vercellis neque ſe auditum eſſe, cum abeſſet; neque Legatos ſuos, cum primo ſtatim aditu teſte Lanfranco, defecerint. Contumax itaque *Berengarius* hæreſiarcha erat, qui Vercellenſi judicio cum non pareret, ad id per Gallicanam Synodum cogendus videbatur. Quod autem opponitur, cauſari *Theoduinum* Leodienſem Antiſtitem in ſua ad Henricum Regem Epiſtola, *Berengarium* a Romano Pontifice nondum eſſe damnatum, reſpondet idem Coſſartius, id neque ſcripſiſſe Theoduinum, ut legenti ejus Epiſtolam conſtabit, neque ſcribere potuiſſe cum Romanæ Synodi judicium ignorare non poſſet. Denique non eſt diſceptata in Synodo Pariſienſi *Brunonis* cauſa, quantum ex Durando intelligi poteſt, & Theoduini conſilia *Henricus Rex* eatenus ſecutus eſt. Hoc unum autem præcipuum (nam appendicis loco cætera) *Theoduinus* ſuadebat, ut ſuperſederet judicio, donec *acciperetur Romanæ ſedis audientia*, hoc eſt audiendi & cognoſcendi poteſtas, cum Epiſcopum non oporteat damnationis ſubire ſententiam, *præter Apoſtolicam auctoritatem*, ut inquit Theoduinus.

XVIII. *Berengarii Epiſtola ad Richardum.* Dacherius Tom. II. Spicilegii refert Berengarii Epiſtolam *ad Richardum* datam, qua eum obteſtatur, quatenus apud *Henricum Galliæ Regem* pro ſe intercedat, ut damnum poſt Synodum Pariſienſem ſibi illatum a ſe removeret, exponeretque; *iniuſtiſſime* damnatum Joannem Scotum, *injuſtiſſime* item aſſertum fuiſſe Paſchaſium in Concilio Vercellenſi, ac Clericos Carnotenſes indigniſſima in Regias aures effutiiſſe: ſe præſto eſſe, ut illius Majeſtati & quibus vellet ex Scripturis illud probaret: ac Clericos Carnotenſes perverſe Regi expoſuiſſe ſententiam Fulberti *glorioſæ memoriæ* Epiſcopi de Euchariſtia, quæ revera S. Auguſtini ſit. Denique Regem noſſe oportere, *quæ ſcripſit Joannes Scotus monitu illum ſcripſiſſe, precarioque Caroli Magni anteceſſoris ſui* (ita Carolus Calvus vocatus, ut ſuo loco demonſtravimus): *qui quantum circa res gerendas perſtrenuus tantum circa religionem devotus, ne in eruditorum, carnalium que illius temporis prævaleret ineptia. Erudito vero Joanni illi impoſuit colligere de Scripturis, quæ ineptiam illam converterent. Unde ferat oportet defuncto patrocinium contra calumnias nunc viventium ni ſe malit exhibere indignum ſucceſſione, & ſede illius magnifici anteceſſoris ſui, qui etiam circa negotium intelligendarum Scripturarum ſollicitus, ab erudito vivo viro, non ad tenebrandum veritatis lumen tale exegit obſequium*, & cetera Tom. IX. Concil. legenda.

XIX. *Epiſtola Theoduini Epiſc. Leodienſis ad Henricum Regem adverſus Berengarium.* *Theoduinus* Leodienſis Epiſcopus, cum Pariſienſem Synodum indictam eſſe, fama accepiſſet, ad Henricum Galliarum Regem Epiſtolam illam ſcripſit, quam Baronius anno MXXXV. recitat, & Durando Leodienſi Epiſcopo perperam tribuit. In ea ait Theoduinus: *Fama ſupremos Galliæ fines prætergreſſa, totam Germaniam pervaſit, jamque omnium noſtrum replevit aures, qualiter Bruno Andegavenſis Epiſcopus, antiquas hæreſes modernis temporibus introducendo, aſtruant Corpus domini, non tam Corpus eſſe, quam umbram & figuram Corporis domini*, &c. *Quos ad revincendum, & publice confutandum, eo zelo, eoque fervore, quo erga ſanctam Eccleſiam divina inſpiratione plurimum ſemper ardetis, ajunt vos Concilium advocaſſe, ubi tandem illud totius nobiliſſimi regni veſtri, heu nimis turpe opprobrium, de medio auferatis*, &c. *Sed deſperamus id fieri poſſe, cum Bruno exiſtat Epiſcopus: Epiſcopum autem non oportet damnationis ſubire ſententiam, præter Apoſtolicam auctoritatem*, &c. *Ergo Majeſtatem tuam omnes exoratam vellemus, ut interim illorum impiam, ſacrilegam, & nefariam aſſertionem audire contemneretis; donec accepta Romanæ ſedis audientia, damnandi poteſtatem haberetis. Quamquam hujuſmodi homines nequaquam oporteat audiri: neque tam eſt pro illis Concilium advocandum quam de illorum ſupplicio exquirendum.* Epiſtolam ſuam his verbis claudit Theoduinus: *quam*

*conſortio Sanctorum ſegregatus, & perpetua damnatione cum diabolo, & angelis ejus damnatus, & dignitate ſua temporali ſit privatus. Finis.* Hæc ex codice Cordubenſi.

XIII. Ad hæc tempora Leonis Pontificis ſpectat, quod Sueno Rex Danorum cognomento Magnus, trium regnorum dominus, conſobrinam ducens uxorem, cogitur a Romano Pontifice eam dimittere, cum diu fruſtra in hoc laboraſſet Adalbertus Archiepiſcopus Hamburgenſis. Rem geſtam ab Adamo ejus temporis auctore deſcriptam petamus: (*Suen duo regna poſſedit, claſſemque paraſſe dicitur, ut Angliam ſuo juri ſubiiceret: verum ſanctiſſimus Eduardus, cum juſtitia regnum gubernaret, tunc quoque pacem eligens, victori obtulit tributum, ſtatuens eum, ut ſupra dictum eſt, poſt ſe regni hæredem.* Quod factum ante biennium anno Domini milleſimo quadrageſimo octavo Rogerius habet. Pergit Adam: *Cum Rex juvenis Suen tria pro libitu ſuo regna tenuerit, mox ſuccedentibus proſperis, oblitus eſt cœleſtis Regis, & conſanguineam a Suedia duxit uxorem. Quod domino Archiepiſcopo Adalberto valde diſplicuit, furentemque Regem, miſſis ad eum Legatis, de ſcelere*

(a) Adam l. 3. c. 12.

PAGIUS *quam ob rem Brunonem & Berengarium jam anathematizatos arbitramur. Quod ſi ita eſt, vere illis audientia Concilii deneganda eſt; & cum veſtris cumque noſtris Epiſcopis, & (ſi vobis ita videtur) cum amico veſtro Imperatore, cum ipſo Papa, quæ vindicta in illos ſtatuatur, deliberandum. Eſt enim juſtum, ut quorum manus ſunt contra omnes, omnium manus contra ipſos excitentur.* Mutila eſt hæc Epiſtola tam apud Baronium anno MXXXV. quam Tom. IX. Concil. quam cum integram Mabillonius Tom. IV. Analect. ex veteri MS. exhibeat, ea in alia Conciliorum editione prætermittenda non erit.

XX. Hermannus Contractus ad annum ML. narrata Vercellenſi Synodo Kalendis Septemb. congregata, ſubdit: *Inde Gallias & Epiſcopatum ſuum Leucerum* (legendum, Leucorum) *civitatem reviſit. Quoque tempore Agnes Imperatrix tandem Imperatori filium peperit.* De hac profectione Gallica mentionem facit Wibertus lib. 2. Vitæ Sancti Leonis Papæ cap. 4. ubi de geſtis ab eo hoc anno ſcribit: *Repetito greſſu Romam rediit, ubi ſuperna admonitus revelatione B. Gerardum ſuæ ſedis, Leucorum videlicet, olim Præſulem, in numero Sanctorum computandum ſtatuit* (initio nempe menſis Maii præſentis anni, ut ſupra diximus). *Eodemque anno in patriam regreſſus ipſius ſanctos artus cum ſumma gloria tranſtulit. Quæ omnia dilucide ſunt exarata in ejuſdem Vita & miraculis.* Quare cum in Vita ſancti Gerardi Epiſcopi Tullenſis, a Vindrico Abbate ſancti Apri ab Henſchenio ad diem XXIII. Aprilis primum publicata, nulla ſit mentio, nec Canonizationis, neque Tranſlationis Sancti hujus Antiſtitis a Sancto Leone peractarum, perſpicuum eſt, Vitam, de qua Wibertus loquitur, adhuc deſiderari, aut ſcriptam a Vindrico ibidem mutilam eſſe; præſertim cum miracula a ſancto Gerardo poſt mortem patrata in ea non legantur.

*S. Leo PP. venit in Franciam.*

XXI. Mabillonius Sæc. V. Benedict. pag. 895. ait, Leonem, quando corpus Sancti Gerardi hoc anno elevavit, Privilegium conceſſiſſe *Dodoni* ſancti Manſueti Abbati *anno Inc. Domini ML. indict. IV. datum Tulli in majori Eccleſia, II. Kalend. Novemb. per manus Udonis Tullenſis Eccleſiæ Primicerii Cancellarii & Bibliothecarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, anno Apoſtolatus domni Leonis noni Papæ II. Epiſcopatus Tullenſis XXVI.* Eandem ſubſcriptionem Mabillonius refert lib. 11. de Re Diplom. cap. XXV. num. VII. aitque maxime obſervandam eſſe Epocham duplicem, nempe ejus *Apoſtolatus* ſeu Pontificatus; & *Epiſcopatus Tullenſis*, idque propter honorem loci, in quo hoc inſtrumentum conceſſit, memorare Pontifici his in literis viſum eſſe. Verum Vir doctiſſimus animum non advertit ad errorem, qui cubat in anno Epiſcopatus; cum enim ex Wiberto in Vita S. Leonis lib. 1. cap. 3. conſtet, eum anno milleſimo viceſimo ſexto Epiſcopum Tullenſem electum eſſe, hoc anno XXV. Pontificatus annum exorſus eſt, ideoque vel amanuenſis vel typographus loco anni XXV. poſuit, XXVI. Cæterum Sanctus *Leo* creatus Pontifex Romanus Tullenſem Epiſcopatum non depoſuit, ut notat Baronius anno MXLIX. num. VI. ideoque in laudato diplomate Præſulatus ſui annum notavit, quod in aliis ejus Diplomatis non memini me legiſſe.

*Transfert corpus S. Gerardi Epiſc. Tullenſis.*

XXII. Ad num. XIII. Decretum, quo *Dani* a corona Angliæ arcebantur, inquit Alfordus ad annum MXLV. num. I. externis Principibus, qui a *Canuto* Angliæ Rege & Majoribus ejus deſcenderant, præjudicium cenſebatur. *Magnus* Norwegiæ Rex id tulit ceteris impatientius. Is ſancti *Olavi* filius, qui in *Canutum* ſæpe pugnaverat; *Canuti* jura, ſui juris eſſe, ac proinde Angliam, prætendebat: ſed cernens ſe omni ſpe dejectum, ea alia via quam armis potiundi; expeditionem eo paravit; ratus tam facilem ſibi, quam *Svvano*, Canutoque alias fuerat, victoriam. Senſit hoc *Sanctus Edoardus* Angliæ Rex, & contra paravit occurrere; certus ſe tempore, loco, natalibus, & omni juris apice potiorem. Dum hæc utrimque expediuntur, & miles in procinctu eſt, *Svvanus* Danorum Rex, Norwegiam incurrere, eam depopulari, ſibique ſubiicere, avito inter utroſque odio, contendit. Quod *Magni* Norwegiæ Regis conſilium evertit, avertitque ab Anglia hoſtilem impetum. Wigornienſis paucis hæc complexus ait: *Quo anno* (ſcilicet MXLV.) *Rex Anglorum Eadvvardus ad Sandicum portum congregavit claſſem validam contra Magnum Norreganorum Regem Angliam adire diſponentem, ſed bellum a Svvano Rege Danorum illi illatum, iter impedivit.* Idem habent Florilegus, Rogerius Hovedenus, Simeon Dunelmenſis de Geſt. Reg. Angl. & alii ad annum MXLV.

*Magnus Norvegiæ Rex ab Angliæ invadenda impeditur.*

XXIII. Quare corrigendus eſt Adamus Bremenſis, quem Baronius ſequitur. Ille enim aliter rem geſtam narrat, ſcilicet non *Magnum* Norwegiæ Regem, ſed *Svvanum* Danorum Regem, moviſſe: *Edoardum* Regem, non vim vi, ſed preces & ſupplicia, ſubjectionem denique oppoſuiſſe: quæ omnia cum fide Hiſtoriarum Anglicarum e diametro pugnant. Hæc Adami lib. 3. cap. 12. verba: *Sven duo regna poſſedit, claſ-*

*S. Eduardus Angliam Daniæ Regi vectigalem non reddidit.*



*lere terribiliter increpavit. Poſtremo niſi reſipuerit, excommunicationis gladio feriendum eſſe. Tunc ille converſus in furorem, minabatur omnem parochiam Hamburgenſem vaſtare & excindere. Ad quas minas imperterritus noſter Archiepiſcopus, arguens & obſecrans, perſtitit immobilis: donec tamdem flexus tyrannus Danorum per litteras Papæ, libellum repudii dedit conſobrinæ. Nec tamen Rex ſacerdotum admonitionibus aurem præbuit, ſed mox ut conſobrinam a ſe dimiſit, alias, itemque alias uxores, & concubinas aſſumpſit. Et ſuſcitavit ei Dominus inimicos, in circuitu multos, ſicut Salomoni fecit proprios ſervos.* Hæc Adam. Qui de eodem Rege (*a*) inferius agens, plane fuiſſe doctum ſatis prædicat, atque, de Chriſtiana religione optime quidem meritum; hoc tamen malo non caruiſſe, quod morbo luxuriæ laboraret. Idemque his ſubiicit ſtatum Eccleſiæ Sveonum, ſive Sveorum his temporibus nonnihil perturbatum a pſeudo-Epiſcopo peſſimo, Regi conjuncto, ac tamdem Dei beneficio liberatum. (*b*) Ait enim:

Sveno Rex Danorum dimittere cogitur conſobrinam.

(a) Idem l. 4. c. 16.

(b) Idem l. 3. c. 15.

XIV. *Cum hæc ibi geſta eſſent, Chriſtianiſſimus Rex Sueonum Jacobus migravit a ſæculo, & ſucceſſit ei frater ejus Emund peſſimus. Nam iſte a concubina Olaph natus erat, & cum baptizatus eſſet, non multum de noſtra religione curavit, habuitque ſecum quemdam Epiſcopum nomine Oſmund Acephalum, quem dudum Sigefridus Northmannorum Epiſcopus Bremæ ſcholis docendum commendavit. Verum is poſtea beneficiorum oblitus, pro ordinatione Romam acceſſit: indeque repulſus, per multa loca circumivit erroneus, & ſic demum meruit ordinari a quodam Poloniæ Archiepiſcopo. Tunc veniens in Suediam, jactavit ſe a Papa conſecratum ad illas partes Archiepiſcopum. Sed cum noſter Archiepiſcopus Legatos ſuos ad Gamalam Regem dirigeret, invenerunt ibi eumdem gyrovagum Oſmund, Archiepiſcopali more crucem præſeferentem. Audierunt etiam, quod barbaros adhuc neophytos non ſana Fidei noſtræ doctrina corruperat. Quorum ille præſentia territus, ſolitis populum, Regemque dolis impulit, ut Legati repellerentur, quaſi non habentes ſigillum Apoſtolici. Illi quidem ibant gaudentes a conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. Erant autem Legati Fratres Bremenſis Eccleſiæ, quorum potiſſimus fuit Adalvardus ſenior, olim noſtri clauſtri Decanus, verum tunc Sueonum genti ordinatus Epiſcopus. De cujus viri virtutibus multa poſſent dici, niſi properaremus ad alia.* Subiicit vero his idem auctor de cladibus, quibus affectus eſt Rex cum populo: qui Legatum miſerunt, ut Epiſcopum legitimum accipere mererentur. Qui datus adeo, munus Apoſtolicum, quod acceperat, digne exercuit, ut, quod idem ſubdit auctor, gentem Virnilanorum integram Chriſto lucratus, etiam miracula virtutum in populo feciſſe dicatur. Qui

PAGIUS *claſſemque paraſſe dicitur*, (ideoque id auditione tantum acceperat Adamus) *ut Angliam ſuo jure ſubjiceret. Verum ſanctiſſimus Eduardus, cum juſtitia regnum gubernaret, tunc quoque pacem eligens, victori obtulit tributum: ſtatuens eum, ut ſupradictum eſt, poſt ſe regni hæredem.* [1] Quæ verba poſtquam Baronius currenti anno recitavit, mox de ſuo addit: *quod factum ante biennium, anno domini MXLVIII. Rogerius habet.* Verum Rogerius Hovedenus ad eum annum non contradicit iis, quæ ad annum MXLV. ſcripſerat, quæque modo recenſuimus. Non dicit, *Svvanum* bellum in Angliam, ſed pacem meditatum eſſe: non dicit, *Edoardum* regnum illi promiſiſſe, ſed tantum pacem a Swano oblatam admiſiſſe. Hæc ejus verba: *Anno MXLVIII. Svanus Danemerciam recepit, & Haroldus Herfager, Sivvardi Regis Norreganorum filius, & ex parte matris frater Sancti Olavi, patruus ſcilicet Magni Regis, Norregam repetiit: brevique poſt tempore ſuos nuncios ad Regem Anglorum Eadvvardum miſit: & pacem, amicitiamque ei obtulit, cum, Svvano mortuo, in Norvvegia regnum ſucceſſiſſet.* Quibus Wigornienſis ad annum MXLVIII. addit; *ad quem etiam* (Eduardum ſc. Regem) *Rex Danorum Svvanus Legatos mittens, rogavit, ut ei navale mitteret adjutorium.* Non ergo *Svvanus*, aut *Haroldus* Edoardum coegit ad indigna; nec *Edoardus* adhuc externo Principi obligavit Angliam; nec obligationis umbra in Annalibus Anglicis apparet, ut recte Alfordus explicat, ideoque Adamus hac in re levibus rumoribus deceptus eſt.

Ad

NOTÆ [1] VErba quæ ex Adamo recitat Pagius, eadem repetit Author prioris Chronici Danici ab Ludewig. Reliquiarum tom. IX. eademque pariter tranſcripta leguntur apud Albertum Stadenſem ad An. 1050. Quin & Author chronici Danici in fine ejus paragraphi tradit, ea quæ in eo ſcripſerat ab ipſo ſe Suenone Rege didiciſſe (incertum eſt tamen an omnia quæ in eodem §. adnotaverat, vel potius quæ de ejus lapſu, & reſipiſcentia narrat ex Rege audierit). Igitur ex his valde confirmatur veritas hiſtoriæ de tributo ab Anglis ſoluto Danis, quod tributi genus *Danigold* dictum fuiſſe Ingulphus Hiſtor. pag. 897. teſtatur. Nec officit ſilentium Anglicorum ſcriptorum cum in gratiam patriæ ſuæ id forte ſervarint. Vide Ludewig. *in annot.* ad Cap. 5. Anonymi de rebus Danicis Reliquiar. tom. IX. pag. 626. 627. MANSI

Qui autem in locum Emund veneno defuncti ſucceſſit, fuiſſe pium, idem auctor affirmat. Sed de his hic ſatis.

XV. Hoc item anno Marianus Scotus de Rege Scotiæ narrat, ipſum Romam veniſſe ad Limina Apoſtolorum, quem & effuſa liberalitate argentum diſſeminaſſe in pauperes tradit, eumque Machetad nominatum.

Convenit hoc tempore ſanctus Robertus Arvernenſis, erecto monaſterio, cui Caſa Dei nomen inditum, Leonem Papam, ut illud Apoſtolicis muniret privilegiis: qui hoc fecit, ſed & eidem præfecit ipſum, coluitque virum ſanctum quibus opus fuit beneficiis. Hæc habent (a) Acta vitæ ipſius.

Hoc eodem anno pridie Idus Aprilis S. Alferius Salernitanus monachus Cluniacenſis, primus Abbas monaſterii Cavenſis, quievit in pace, cujus ſanctitate idem monaſterium magnopere illuſtratum eſt. Succeſſit in locum ipſius Leo ejus diſcipulus & ſanctitate proximus, poſt quem ad multos annos non defecit propago ſanctorum eidem monaſterio præfectorum. Eſt autem Cavenſe monaſterium ita dictum a loco, nempe a Cava Metelliana, quæ quinto lapide a Salernitana diſtat civitate verſus Amalphitanos.

Hoc eodem anno ſanctus Davinus Confeſ-

(a) *Apud Sur. die 24. April. t. 2.*

PAGIUS

XXIV. *Pia peregrinatio Machetadi Scotiæ Regis, ejuſque leges.* Ad num. XV. *Rex Scotorum Machetad, Romæ argentum ſpargendo diſtribuit*, ait Vigornienſis ad hunc Chriſti annum. Ad hunc Regem referendæ leges Eccleſiaſticæ, quas Spelmannus pag. 571. inſcribit ad annum ML. *Leges Eccleſiaſticæ Maccabæi* (qui & Mabbetha, a Malmesburienſi lib. 2. de Reg. cap. 13. appellatus, a Florilego Macbotus, ab aliis communiter Macbetka vocatur) *Regis Scotorum e ſecularibus ſuis deprompta, Chriſto initiatum ad profanum judicem non vocato: vocatum comparentemve non judicato: ſed ad ſacros Antiſtites remittito. Decimam partem terræ naſcentium, Paſtoribus Eccleſiarum libere conferto. Deumque ſemper votis & oblationibus conſuetis adorato, qui Pontificis auctoritatem annum totum execratus contempſerit, neque ſe interim reconciliaverit, hoſtis Reip. habetor: qui vero duos annos in ea contumacia perſeveravit, fortunis omnibus mulctator.*

XXV. *Floret S. Robertus Abbas Caſa-Dei.* Henſchenius ad diem XXIV. Aprilis quo *Sanctus Robertus* Abbas Caſæ-Dei celeberrimi apud Arvernos in Diœceſi Claromontana monaſterii Benedictini colitur, ejus Vitam ante annum MXCVI. a Marbodo Archidiacono Andegavenſi poſtea Epiſcopo Redonenſi in Britannia Armorica editam, & librum Tripartitum *de Miraculis Sancti Roberti*, a Bertrando Monacho Caſæ-Dei compoſitum exhibet, ex quibus diſcimus, eum Arvernis natum a patre, qui originem ducebat a Giraldo ſeu Geraldo Comite Aureliacenſi in ſuperiori Arvernia, cujus Vitam ſcripſit Sanctus Odo Abbas Cluniacenſis. Cum Canonicus eſſet, virtutum incrementis proficiens ad montem, qui nunc *Caſa-Dei* dicitur, ſe tranſtulit, ubi monaſterium conſtruxit, idque, ut legitur in Chronico Malleacenſi, anno MXLIII. Robertus non ſolum ſocios inſtruebat, ſed & incolarum mitigabat priſtinam feritatem, paulatimque eos brutis moribus exuens, tanquam de feris homines faciebat. Leo Nonus, cum ejus ſanctitatis famam audivit, non ſolum ejus conſilium Decretis Apoſtolicis roboravit, ſed etiam illum invitum ac renitentem Caſæ-Dei Abbatem conſtituit. *Præter ſecularium non modicam multitudinem, quorum animas verbo prædicationis ſuæ vitaque exemplo, orationum etiam ſuffragiis eſt lucratus, ex quibus ad trecentos ferme Monachos acquiſivit (præter Eccleſias circiter quinquaginta poſt diuturnam deſolationem ad Dei ſervitium reparatas) illud conſtat eſſe præcipuum, quod unicæ ſimplicitatis ac charitatis ſuæ formam transfudit in diſcipulos*, inquit Marbodus citatus, qui annum ejus mortis non memorat, ſed quem nos edocet Bertrandus laudatus, a quo Diſtinctione 1. cap. 18. Robertus mortuus dicitur *in Reſurrectione poſt Octavas tertio die ſublimia aſcendens, die XV Kalendas Maii, ac ſepulturæ traditus die VIII.* ſcilicet Kalendarum Maii, qui characteres annum MLXVII. deſignant, quo Roberti mortem collocat Chronographus Virdunenſis pag. 197. qui addit, eum monaſterio *annis novem* præfuiſſe antequam fieret Abbas. Quare perperam reprehendit Henſchenius Auctorem Chronici Malleacenſis, qui ait Robertum monaſterium Caſæ-Dei *quindecim annis* rexiſſe. Nam hic Chronographus annos illos ab eo tempore repetit, quo *Robertus* a Sancto Leone juſſus eſt Monaſterio tanquam Abbas præeſſe, ideoque ab anno MLII. & Chronographus Virdunenſis utrumque tempus notavit, ſed anni quibus Abbas fuit, injuria temporis in exemplari deleti ſunt, tantumque in eo legitur, *& factus Abbas. .. præfuit annis ....*

XXVI. *Moritur S. Alferius primus Abbas Cavenſis.* Ughellus Tom. VII. Italiæ Sacræ de Epiſcopis & Archiepiſcopis Eccleſiæ Salernitanæ verba faciens, ex autographis Monumentis monaſterii *Cavenſis* ab urbe Salernitana non longe diſſiti, Catalogum abbatum profert, aitque Sanctum *Alferium* ſeu *Adelferium* celeberrimi illius monaſterii fundatorem illud anno nongenteſimo octogeſimo conſtruxiſſe, & *uſque ad milleſimum quinquageſimum ſalutis annum, quo pridie Idus Aprilis, quo Dominica Cœna recolebatur, ſpiritum emiſit*, rexiſſe. Ejus Vitam ab Anonymo Venuſini Cœnobii Abbate ſeculo ſequenti compoſitam recitat Henſchenius ad diem XII. menſis Aprilis. Monachum induit in monaſterio Cluniacenſi, ſed *Giſulpho* huius nominis primo Salerni Principe petente, Salernum remiſſus eſt, ubi *ejuſdem civitatis fere omnia monaſteria eidem committenda remittuntur.* At vir ſanctus internæ quietis ſplendoribus aſſuetus *Cavam* ſeceſſit, ſoli Deo placere deſiderans. Ejus ſanctitatis fama longe lateque ſeſe diffundente: *Cœperunt nonnulli ſeculum relinquere, & ejuſdem ſe magiſterio ſubjugare. Inter quos & vir venerabilis Leo Lucenſis, & Deſiderius Beneventi nobilis, ad æmulandum piæ virtutis ejuſdem ſtudium ſe ejus magiſterio ſubdiderunt. Quorum nimirum alter poſt eum Cavenſi monaſterio præfuit, alter Sancti Benedicti Montis Caſini Abbas conſtitutus, dehinc in totius Orbis culmine, videlicet Romanæ Eccleſiæ Pontificatum ſublimatus eſt*, dictus in Pontificatu Victor III. qui lib. 3. Dialog.



feſſor Lucæ in Hetruria moritur inſignis meritis, clarus miraculis, quem Lucenſes propenſiori ſtudio colunt plura ab eo beneficia conſecuti.



PAGIUS

log. teſtatur, ſe religioſam ac Deo amabilem *Alferii* vitam admiratum eſſe. Idem Venuſinus Abbas ſcripſit Acta quatuor primorum Sanctorum Abbatum monaſterii *Cavenſis*, nempe Alferii, B. Leonis Lucenſis, Petri Salernitani & Simeonis.

I. Annus milleſimus quinquageſimusprimus Indictione quarta incipit, quo Leo Papa ex Germania rediit in Italiam. Accidit autem, ſive hoc itinere, vel alio (ſæpe enim contigit ex Italia in Germaniam proficiſci & ex Germania redire Romam) ipſum Pontificem tranſeuntem per Hetruriam hoſpitari in monaſterio Paſſiniano apud ſanctum Joannem Gualbertum. Quid tunc mirandum acciderit, accipe ex Actis ejus (a): *Manente viro Dei in Monaſterio Paſſiniano, Leo Papa illuc tranſiens cum Curia ſua, volebat illic cibum capere. Quæſivit ergo vir ſanctus ex œconomo ſuo, num piſces haberet beatiſſimo Pontifici offerendos; cumque didiciſſet nullos eum habere, converſos quoſdam juſſit ire piſcatum in fluvio, ſive lacu vicino. Cunctis affirmantibus illic piſces non inveniri, perſtitit in ſententia, dicens ut irent, & Domini auxilium ſibi affuturum minime dubitarent. Itum eſt ergo, & duo magni lucii capti ſunt. Eos cum omni admiratione apportatos ipſe beatus vir Pontifici obtulit, gratiſſimo animo illos accipienti.* Ante decennium (ut ejus habent Acta) innoteſcere orbi cœpit egregia ſanctitate ipſe Joannes, dum parcens inimico, veniam in nomine Chriſti crucifixi petenti, ſibi oranti Crucifixi imaginem inclinare caput in ſignum gratæ ſibi admodum actionis aſpexit: Cum tanta victus divina clementia, monaſticæ vitæ arripuit inſtitutum. Sed poſtea Abbatem deſerens ſimoniacum, novi ordinis monachorum, dictorum Vallis umbroſæ, factus eſt inſtitutor & auctor, virtutibus, atque miraculis clarus.

*(a) Vita Joan. Gualb. c. 11. extat apud Sur. die 12. Jul. t. 4.*

S. Joannes Gualbertus auctor novi ordinis monachorum.

II. Sed redeamus ad Leonem Papam redeuntem in Urbem. Ubi autem pervenit Romam, Synodum celebravit, de qua Hermannus paulo fuſius verbis iſtis: *Nec multo poſt* a celebratione Natalis Domini *ipſe* Imperator, *& dominus Papa cum multis Epiſcopis, & Principibus apud Auguſtam Vindelicam convenientes, Purificationem Dei Genitricis celebraverunt, Ravennateque Archiepiſcopo apud Papam inibi reconciliato, charitative a ſe invicem diſcedentes, Papa Romam revertitur.* Et paulo poſt: *Poſt Paſcha item dominus Papa Leo Synodum Romæ collegit, ubi inter alia Gregorium Vercellenſem Epiſcopum propter adulterium, cum vidua quadam avunculi ſui ſponſa admiſſum, & perjuria perpetrata, abſentem, & neſcientem excommunicavit. Quem tamen non multo poſt Romam venientem, ſatisfactionem promittentem officio priori reſtituit.* In hac eadem Synodo ventilatam fuiſſe quæſtionem de ordinatis ab Epiſcopis ſimoniacis, ex Petri Damiani epiſtola ad Henricum Ravennatem Epiſcopum intelligimus, de qua agemus anno ſequenti, quo ſcripta fuit. Inſuper Leonem Papam ſanxiſſe decretum, quod Conſtitutum vocabant, de continentia clericorum, teſtatur Petrus Damiani in epiſtola ad Cunibertum Epiſcopum Taurinenſem, ubi & de fœminis, clericis malo uſu inſervientibus hæc ſtatuiſſe eumdem Leonem Pontificem tradit: *In plenaria plane Synodo ſanctæ memoriæ Leo Papa conſtituit, ut quæcumque damnabiles fœminæ intra Romana mœnia reperirentur presbyteris proſtitutæ, ex tunc & deinceps Lateranenſi palatio adjudicarentur ancillæ. Quod videlicet ſalutare ſtatutum æquitatis, juſtitiæque pleniſſimum, nos etiam per omnes Eccleſias propagandum eſſe decernimus, quatenus percepto prius Apoſtolicæ Sedis edicto, unuſquiſque Epiſcopus Eccleſiæ vendicet famulas, quas in ſua parochia deprehenderit ſacrilega presbyteris admixtione proſtratas, æquitatis ſcilicet jure, ut quæ ſacris altaribus rapuiſſe ſervorum Dei convincuntur obſequium, ipſæ hoc ſaltem Epiſcopo per diminuti capitis ſui ſuppleant famulatum.* Hæc Petrus. Cæterum ex ſucciſis vepribus infauſta vitulamina rurſus exorta, falce Apoſtolica poſt ſanctum Leonem Papam amputanda fuerunt per ſucceſſores Pontifices, rurſumque radicitus excidenda, ut ſuo loco dicturi ſumus.

Synodus Romæ ſub Leone Papa.

Leonis Decretum adverſus ſubintroductas mulieres.

III. Inſuper ſanctus Leo Papa adverſus quoque expilatores domorum Epiſcopalium poſt obitum Epiſcopi ſcripſiſſe ad Auximanos epiſtolam reperitur, quæ in codice Caſſinate inter epiſtolas Petri Damiani reperta, ab ipſo Petro ſcripta legitur. Sic enim ſe habet:

Leonis Pap. epiſt. ad Auximanos.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiis omnibus Auximanis Clero & populo ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

*Quia auctore Deo ſic nobis unius Eccleſiæ cura ſpecialiter eſt commiſſa, ut per dignitatem Apoſtolicæ Sedis etiam cæterarum Eccleſiarum generalis ſit proviſio delegata, noſtro competere videretur officio, non ſolum quæ hactenus adverſus eaſdem Eccleſias temerariis auſibus ſunt uſurpata, corrigere; ſed etiam, ne rurſus eadem præſumantur, in poſterum providere. Perverſam autem & prorſus execrabilem quarumdam plebium conſuetudinem, fama vulgante, cognovimus: ut videlicet ſuo defuncto Epiſcopo, domum Epiſcopi hoſtiliter irrumpentes, invadant, facultates ejus prædonum more diripiant, prædiorum domos incendant, vites inſuper & arbuſta, beſtiali immaniores feritate ſuccidant.*

IV. *Quod nimirum niſi Eccleſiaſtici vigoris fuerit cenſura correctum, haud dubium quia regionibus illis repentini furoris immineat gladius. Si enim honorare parentes, primum dicitur in repromiſſione mandatum: ſi maledicens patri vel matri mulctari morte præcipitur: cujus animadverſionis ſententia digni ſunt qui non carnales genitores perſequi geſtiunt, ſed ipſam matrem ſuam Eccleſiam, in qua ex aqua & Spiritu Sancto regenerati ſunt, ut viperinum genus diſſipare contendunt? Et ſi enim ſacerdos quilibet ex debito humanæ conditionis obiit, ſed Chriſtus, qui animarum noſtrarum Epiſcopus eſt, ex virtute divinitatis in æternum vivit. Sicut enim Paulus dicit: Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundum legem, eo quod morte prohiberentur permanere; Jeſus autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Deum ergo inhonorare convincitur, qui mortali Epiſcopo vivente, terrena preſſus formidine, ab Eccleſiæ ſe læſione cohibuit: defuncto autem eo, ad injuriam Chriſti, qui immortalis Eccleſiæ ſponſus eſt, fel odii, & virus malitiæ, quod eatenus occultabat, effundit. Et fortaſſe Epiſcopus in vita ſua aliquem læſit; ſed Chriſtus, qui Eccleſiæ cuſtos relictus eſt, quid peccavit? Si ergo, illi, qui nocuit, malum pro malo non redditur, cur æterno Pontifici, qui nobis bona pro malis reddidit, reverentia non habetur? Verumtamen ſi Eccleſiæ prædo Dei Filium, immortalem proculdubio Pontificem videret, ſi eum ubique præſentem omnia noſſe ac poſſe conſideraret: coram ejus oculis admittere tam impium, tam ſacrilegum facinus non auderet. Sed vere in illo completur, quod per Pſalmiſtam dicitur (a): Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Porro ſi illi, qui bona ſua Eccleſiæ conferunt, proprii reatus abſolutionem felicē commercio promerentur; ſubſequenter autem illi, qui Eccleſiaſticas facultates barbarica feritate diripiunt, in æternæ ſuæ damnationis voraginem cadunt; qui nimirum novo & incomparabili criminis genere ſic Judaicam perfidiam ſuperant, ut non modo Gentilium errorem, ſed & hæreticorum pravitatem deteſtabiliores excedant, a quibus videlicet Chriſtus iterum crucifigitur, & corpus ejus, quod eſt Eccleſia, crudeliter laceratur.*

Contra expilatores domus Epiſc.

*(a) Pſal. 13.*

V. *Deprimatur ergo auſus illicitus & nefarius diabolicæ inſtigationis, cohibeatur exceſſus; abſtineat manus audax ab Eccleſiaſtico patrimonio, ne victus pauperum pereat, ne quod ex oblatione Fi-*

---

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MLXXXIX. Anno Hegiræ CCCCXLIII. inchoato die 15. Maii fer. 4. A.C. 1051

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6544.

☉ 24. F. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1051.

LEONIS IX. PAPÆ 3.

HENRICI III. REG. 13. IMP. 6.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 10.

I. Ad num. I. *Sanctus Joannes Gualbertus* fundator Congregationis Vallis Umbroſanæ, in qua Regula Sancti Benedicti ſervatur, patria Florentinus fuit, & Monachum induit in Monaſterio S. Miniatis in Monte prope Florentiam, & temporis progreſſu ad *Vallem-Umbroſam* veniens, illic ſedem fixit. Fama ſanctitatis ejus per vicina loca ſeſe diffundente, multi Clerici & laici converſionis ſtudio ad eum venere, inter quos fuere *Petrus Igneus*, poſtea cognominatus, tandemque Albanenſis Epiſcopus Cardinalis. Novem monaſteria vel ædificavit, vel Congregationi ſuæ uniit, quibus poſtea alii Abbates, qui ei ſucceſſere, alia adjunxerunt. Præter Vitam Sancti Johannis Gualberti, quæ extat apud Surium ad diem XII. menſis Julii, *beatus Andreas* Abbas ejuſdem Congregationis, ſub hujus ſeculi finem demortuus, aliam ſcripſerat, ſicuti & poſtea beatus *Atto* Epiſcopus Piſtorienſis ex eadem Congregatione aſſumtus, ſed utraque perit, [1] ut inquit Bollandus ad diem X. Martii, quo beatus *Andreas* colitur. Didacus de Franchis Ripolenſis Abbas noſtra ætate publicavit Hiſtoriam hujus Sancti Fundatoris, libris duodecim Italice vulgatam.

*Floret S. Joannes Gualbertus fundator Congregationis Vallis Umbroſæ.*

II. Ad num. II. Leo Papa, qui in Germania fuit uſque ad menſem Februarium præſentis anni, & Imperator cum multis Epiſcopis & Principibus apud Auguſtiam Vindelicam convenientes, Purificationem Domini Genitricis celebraverunt, & poſtea *Papa Romam revertitur*, inquit Hermannus Contractus in Auctiori Chronico, qui paulo poſt ſubdit: *poſt Paſcha item domnus Leo Papa Synodum Romæ collegit, ubi inter alia Gregorium Vercellenſem Epiſcopum propter adulterium cum vidua quadam avunculi ſui ſponſæ admiſſum, & perjuriæ perpetrata, abſentem & neſcientem excommunicavit*, ut ex eodem Hermanno Baronius narrat. Ad hunc annum ſpectant, quæ Baronius ex Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 85. refert anno ML. num. I. ut ibidem diximus. Ipſemet Baronius hoc anno num. VI. oſtendit, S. Leonem ad monaſterium Sancti Benedicti Sublacenſe appellatum veniſſe; quæ profectio diverſa non eſt ab ea, quam Leo Oſtienſis citatus enarrat, & quam Baronius anno præcedenti male conſignat. Porro S. Leonem hoc anno Romæ Paſcha celebraſſe, docet Wibertus in ejus Vita lib. 2. cap. 4.

*Geſta hoc anno a Leone PP.*

NOTÆ [1] Utraque S. Joannis Gualberti vita, tum ea quam B. Andreas, cum altera quam B. Atto ſcripſerunt e latebris prodiit in Acta SS. Bollandiana ad diem 12. Julii legenda. MANSI

*delium jam Deo factum eſt ſacrificium, præda raptorum fiat. Quiſquis autem hujus noſtri decreti improbus temerator extiterit; ex parte Dei omnipotentis, & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli anathematizandum eſſe decernimus, & ut revera putridum membrum excommunicationis ferro a ſanctæ Eccleſiæ corpore detruncamus. Sit igitur, niſi reſipiſcat, Anathema, Maranatha, omneſque maledictiones (a) Hebal ſuper caput ſuum deſcendiſſe cognoſcat. Obſervatoribus autem gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam. Amen.* Cur autem ad Auximanos ejuſmodi decretum Leo Pontifex ſcripſerit, eoſque præ cæteris redarguerit; ex epiſtola Petri Damiani ad Clementem Papam poſſumus exiſtimare. Quod enim facinoroſus ille eſſet Epiſcopus, Eccleſiæque ut tyrannus, non ut paſtor præeſſet, civium animi exaſperati ejus tyrannide, in bona ab eo relicta furorem in illum conceptum male converterunt.

(a) Deut. 27.

VI. Eodem tempore idem Pontifex Leo ex Urbe digreſſus ad Sublacenſe cœnobium profectus eſt. Quæ tunc ibi egerit, ejus monaſterii vetera monimenta declarant: extat ſiquidem ibidem ejuſdem monaſterii antiquum Chronicon, in quo iſta leguntur:

*Otto Abbas trigeſimus tempore ſancti Leonis Papæ Noni. Hic ſanctiſſimus Pontifex Leo curam omnium gerens Eccleſiarum, cunctaque perluſtrans, venit ad monaſterium ſancti Benedicti Abbatis. Itaque Otto cognito Apoſtolici adventu, fugam petiit, & latuit Trevæ. Venerabilis autem Pontifex, cum veniſſet & monaſterium ſine Rectore inveniſſet, contriſtatus eſt valde, deſtinatiſque Legatis fecit inquiri Abbatem: qui venire renuit, quippe dimiſſus a Trevenſibus, ivit in Campaniam, videlicet ad ſanctæ Cæciliæ Eccleſiam, quæ eſt juxta Plumbinariam, & ibi uſque ad obitum vitæ ſuæ manſit, mortuuſque ibi jacet ſepultus. Quapropter magnificentiſſimus Pontifex habito Concilio, ordinavit in eodem cœnobio Humbertum ductum ex Francia. Sublacianos ad ſe vocavit in monaſterio, quorum requirens monimenta chartarum, notavit falſiſſima, & ex magna parte ante ſe igni cremari fecit. Pontificali itaque præcepto confirmavit monaſterio Sublacum & totam Abbatiam, &c.* Plura de rebus præclare geſtis ab eodem Humberto Abbate habentur ibi, qui dira paſſus a tyrannis pervenit uſque ad Alexandrum Secundum Romanum Pontificem, cum miſſionem petiit ab Hildebrando ejus Archidiacono, ab eodem Pontifice illuc delegato.

VII. Hoc eodem anno idem Leo Pontifex Salernitanæ Eccleſiæ Metropolitanatus jura confirmavit, cum Joanni ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo has Apoſtolicas litteras dedit, quas inter alias reperimus in Vaticana bibliotheca:

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ſanctæ ac venerabili Salernitanæ Eccleſiæ, quæ eſt beatæ & ſemper Virginis Dei genitricis Mariæ, ubi etiam glorioſum Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ corpus cum beato martyre Fortunato requieſcit, & per eum confratri noſtro Joanni ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo in perpetuum.*

*Officium ſacerdotale aſſumere, ſi interiori vigilantia perpendamus, oneris eſt magis, quam honoris; quippe cui propria curare non ſufficiat, niſi & ſalubriter geſſerit aliena. Nam ad hanc paſtoralis regiminis curam aggreditur, ut aliorum in ſe ſollicitudinem pia proviſione ſuſcipiat, ut in eorum ſe cuſtodia vigilanter diſponat, ne noſtra forte deſidia invidus hoſtis rabida (quod abſit) quemquam fauce deglutiat, & eorum ad noſtram non immerito applicetur pœnam perditio, qui commiſſos ſolicita cuſtodire cautela negligimus. Exhibeamus ergo quod dicimus, & quibus divini diſpenſatione conſilii præeſſe nos contigit, prodeſſe quantum poſſumus, feſtinemus, ut dum creditor rationem nobiſcum poſiturus advenerit, lucrum nos feciſſe reperiat, & ſua (ſicut promiſit) remuneratione lætificet. Et quoniam ad præſens Eccleſiam iſtam nullis bonis noſtris honorare, ditare, vel ut oportet, adaugere poſſumus, ſua ſibi confirmare, & indiſciſſa, vel imminuta pia devotione cenſemus conſervare. Unde fratris Joannis Archiepiſcopi petitioni libentiſſime annuentes, hoc Apoſtolatus noſtri privilegium fieri decrevimus, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ut quæcumque Imperatores, Reges, Principes, aut qui nunc clare principatur Guaimarius, ad hanc domum Domini contulit bona, vel omnia a quibuſcumque Chriſti Fidelibus conceſſa, vel in perpetuum ſunt concedenda, rata ſemper & inviolata permaneant.*

VIII. *Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum cum ſibi adjacentibus parochiis ſuis. Et inſuper licentiam & poteſtatem damus ordinandi & conſecrandi in his ſubjectis nobis locis, hoc eſt, Peſtanenſem Epiſcopatum cum parochiis, & adjacentiis ſuis, & Nolanum, & Conſanum cum parochiis & adiacentiis ſuis, necnon Malvitanum, & Cuſentinum, ſimulque Epiſcopatum Biſunianenſem, atque Epiſcopatum Acerentinum cum omnibus parochiis, & adjacentiis eorum. Nec non liceat tibi ordinare Epiſcopos ſuper congruentia loca, ſecundum regulam ſanctorum Patrum, in ipſa integritate Salernitani Archiepiſcopatus. Et non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri in cunctis prædictis Epiſcopatibus, quos vo-*



*vobis Apoſtolica auctoritate conceſſimus, deinceps in perpetuum Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt.*

IX. *Si quis autem contra hujus noſtræ præceptionis privilegium agere præſumpſerit, aut præſumentibus conſenſerit, aut fautor extiterit, & non potius obſervare eum in integrum ſtuduerit, ſed noſtram Apoſtolicam hanc præceptionis interdictionem tranſgredi præſumpſerit: ſciat ſe auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis cœlorum regni clavigeri noſtroque anathematis vinculo & innodatum, & a regno Dei alienatum, atque cum diabolo & ejus atrociſſimis * pompis, tranſgreſſorem ſanctorum Patrum canonica traditione deputatum: Quoniam ſcriptum eſt: (a) Terminos Patrum noſtrorum nulla auctoritate illicitæ temeritatis tranſgredi præſumi. Et quia opportunitatis exigit ratio, protervos ac tranſgreſſores ex canonicæ correctionis fræno debere conſtringi; illius inſuper * ſpeciali jaculo perdat animam, cujus temporali gladio Malchus amiſit auriculam. Qui vero hujus noſtri privilegii conſtitutionem & confirmationem obſervaverit: a Domino Deo benedicatur, & æterni regni, beato interveniente Matthæo Evangeliſta, particeps effici mereatur. Dat. xi. Kal. Aug. per manus Friderici diaconi ſanctæ Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii & Cancellarii, & domini Herimanni Colonienſis Archiepiſcopi & Archicancellarii. Anno domini Leonis IX. Papæ III. Indict. quarta.*

(a) Prov. 22.

* ſpirituali.

X. Hoc eodem anno, quarto Idus Junii ex hac vita migraſſe ſanctum Bardonem Moguntinum Archiepiſcopum, virtutibus clarum, cum ſediſſet annos undeviginti, Scriptores rerum Germanarum hujus temporis teſtantur, Marianus Scotus, Hermannus, atque Lambertus, qui ait, ipſum, habito ex more in Miſſa ſermone, prædixiſſe ſuum inſtare obitum, ſeque ipſorum precibus commendaſſe: ſic eodem menſe ex hac vita migraſſe.

Obitus S. Bardonis Archiepiſcopi Moguntini.

XI. Quo pariter anno (ut auctor eſt Lambertus) quarto Idus Novembr. Henricus Imperator auctus eſt filio, eidemque Henrici nomen imponi voluit. Sed plane magno Eccleſiæ damno hunc genitum, prævidit per viſum, quæ ipſum geſtabat in utero Agnes Auguſta, nimirum ſe draconem parere virulentum: quod ipſum eadem ſæpe teſtata ſcribitur ab auctore vitæ Mathildis, ejuſdem temporis Scriptore, his verſibus (b):

Henricus III. naſcitur.

*Cujus erat mater Regina videlicet Agnes,*
*Hunc in ventre gerens vidit, quod ſit draco vere*
*In ſomnis infans. Hoc multis rettulit ipſa.*

(b) Vitæ Mathild. l. 1. c. 18.

At quam vera iſta fuerint, ipſa declararunt eventa. Cum autem baptizatus eſt Henricus, ſanctus Hugo Abbas Cluniacenſis ſuſcepit eum de fonte, factus ei pater ſecundum ſpiritum, ut idem auctor affirmat his verſibus (c).

(c) Lib. 2. c. 1.

*In-*

PAGIUS

III. Ad num. XI. Lambertus Schafnaburgenſis nativitatem filii Henrici Imp. cum hoc anno illigat, ſed major fides hac in re habenda Hermanno Contracto, qui in Chronico Auctiore eandem in præcedentem confert, ut ibidem vidimus. Retinendus tamen dies natalis, nempe *IV. Idus Novemb.* a Lamberto notatus, & ab Hermanno prætermiſſus. Hildebertus Epiſcopus Cenomanenſis in Vita S. Hugonis cap. 2. de baptiſmate filii Imperatoris hoc anno peracto hæc habet: *Paucis ibi diebus peractis, ex petitione Regis filium ejus ſacro de fonte levavit* (nempe Sanctus Hugo) *puero nomen patris imponens. Celebravit autem Paſcha cum Imperatore in Agrippina Colonia, Teutonibus mirantibus in juvenili adhuc ætate canitiem morum, converſationis manſuetudinem, vultus gratiam, verborum lenitatem.*

*Henrici Imp. filius baptizatur.*

IV. Ubi *Berengarii* hæreſis ad aures omnium pervenit, primus contra eum ſcribere aggreſſus *Hugo* Lingonienſis Epiſcopus, qui ſub Fulberto Epiſcopo Carnotenſi alias cum eodem Berengario & Adelmanno Theologicis rebus operam dederat, & poſtea a Roberto Francorum Rege ad Sedem Lingonenſem evectus fuerat. Brevem quidem tractatum *de Corpore & ſanguine Chriſti*, qui Tom. XVIII. Biblioth. Patrum edit. Lugdun. extat, ſcripſit, ſed luculentum; in quo Berengarium hortatur, ut contra divinam omnipotentiam argumentari deſinat: *Deſiſte ergo*, inquit, *fore erroris miles, deſiſte impugnare cœleſte myſterium, perpende quod Dei voluntas & verbum omni naturæ ſupereminet: & qui in facturis potens eſt, potentem transformare credas, ſicut ſcriptum eſt:* Mutabis, ea & mutabuntur. *Dei enim velle pro facto eſt,* &c. Annus tamen quo Tractatus iſte elucubratus, in obſcuro eſt.

*Hugo Epiſc. Lingonienſis ſcribit contra Berengarium.*

V. *Sanctus Eduardus* Angliæ Rex in donatione a ſe Eccleſiæ Sancti Petri Weſtmonaſterienſi facta, & Tom. IX. Concil. pag. 1186. relata ait, ſe ſe deliberaſſe ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli proficiſci ad gratias Deo reddendas pro tot ſibi collatis beneficiis; ſed Optimates ſuos timentes, nec Regnum noviter ſedatum aliqua turbaretur hoſtilitate, communi habito conſilio rogaſſe, ſe ut ab ea intentione deſiſteret, tandemque omnibus placuiſſe, ut Romam Legati mitterentur, qui Apoſtolico ſuam voluntatem & votum, & illorum petitionem indicarent, *factum eſt ergo*, ſubdit Eduardus, *quod voluimus. Et venientes Romam Legati noſtri ex voluntate Dei invenerunt collectam Synodum in eadem urbe, cumque expoſuiſſent meam voluntatem, & ſuam petitionem coram ducentis & quinquaginta Epiſcopis, & alia multitudine Sanctorum Patrum. Tunc Apoſtolicus ex conſilio ſanctæ Synodi hanc Epiſtolam ſcripſit.* Data ea ad Eduardum Regem; & in laudatam donationem inſerta, in qua ait Pontifex: *Præcipimus tibi ſub nomine ſanctæ obedientiæ & pœnitentiæ, ut expenſas, quas ad iſtud iter paraveras, pauperibus eroges, & Cœnobium monachicum in honorem S. Petri*

*S. Leo Eduardum Angliæ Regem voto eundē Romam diſpenſat.*

*Apo-*

*Inter quos Abbas Hugo Cluniacenſis bic aſtat,*
*Qui pater in lavacro Regis fuerat ſacroſancto.*

Mil-

PAGIUS *Apoſtolorum Principis aut novum conſtruas, aut vetuſtum emendes, & augeas.* Hac accepta Epiſtola Eduardus monaſterium Weſtmonaſterienſe propter vetuſtatem & bella fere deſtructum in integrum reſtituit, & decimam partem omnium, quæ habebat, eam in rem contulit. Dedicata Baſilica *V. Kalend. Januarii*, ut ipſemet aſſerit.



I. Leo Papa ſequeſter pacis inter Regem Hungariæ & Imp. Milleſimus quinquageſimus ſecundus Indictione quinta ſurgit annus, quo Leo Papa ad componendas diſſenſiones inter Imperatorem, & Andream Hungariæ Regem, ab eodem Rege in Germaniam venire rogatur. Non renuit ſanctiſſimus Pontifex, laborum patientiſſimus & charitatis cultor ſtudioſiſſimus, atque vigilantiſſimus cuſtos, ut inter Chriſtianos Principes pax perpetua ſervaretur. At quomodo a Rege fœdifrago eluſa fuerit tunc demum Pontificia majeſtas, ab Hermanno, qui iſta videbat, ſic accipe:

II. *Interim dominus Leo Papa ab Andrea accitus, cum pro pace componenda interveniſſet, Imperatorem ab obſidione avocavit, eumque ſibi per omnia conſentaneum inveniens, ſed e contra Andream conſiliis ſuis minus parentem experiens, eique excommunicationem, utpote deluſa Sede Apoſtolica, minitans, cum Imperatore diſceſſit, & aliquantum cum eo temporis manſit.* Et paulo poſt: *Imperator cum domino Papa, multiſque Epiſcopis, & Principibus Natalem Domini Vuormatiæ egit.* Reliqua ad ſequentem cumſpectent annum, ſuo loco dicturi ſumus.

Leo

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MXC. Anno Hegiræ CCCCXLIV. inchoato die 3. Maii fer. 1 A.C. 1052

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6545.

☉ 25. ED. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1052.

LEONIS IX. PAPÆ 4.

HENRICI III. REG. 14. IMP. 7.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 11.

I. *Pax Imperatorem inter & Andream Hungariæ Regem ſancita.* Ad num. I. Imperator, inquit Hermannus Contractus, *cum Turegi Pentecoſten peregiſſet, in Pannonicam itidem expeditionem proficiſcitur, Andreaque Rege Hungarorum minus minuſque pro pacto pacis poſtulando allegante & promittente, Berziſburg caſtrum obſedit, & variis belli machinis diu oppugnatum, Deo obſeſſis ſe anxie invocantibus opitulante, fruſtratis ſemper nixibus nullo modo capere potuit. Interim dominus Leo Papa ab Andrea accitus, cum pro pace componenda interveniſſet, Imperatorem ab obſidione evocavit, eumque ſibi per omnia conſentaneum inveniens, ſed & contra Andream conſiliis ſuis minus parentem experiens; offenſus, eique excommunicationem, utpote deluſa Sede Apoſtolica minitans, cum Imperatore diſceſſit, & aliquantum cum eo temporis manſit.* Ad hanc pacem ſanciendam uſus eſt Sanctus Leo Sancto Hugone Abbate Cluniacenſi, de quo Hildebertus Epiſc. Cenomanenſis in ejus Vita, cap. 2. narrato pueri Henrici Imp. baptiſmate, ſcribit: *Idem poſtmodum Romani juſſu Pontificis in Hungariam profectus. de reformatione pacis curam gerit, ſuſcepta prudenter inſiſtit & explet negotia, ad laudem Dei & gloriam, quæ ſibi commiſſa fuerant, executus.*

II. *S. Leo tertio in Germaniam venit.* Hæc ex Wiberto in Vita Sancti Leonis lib. 2. cap. 4. magis explicanda, & geſta ab hoc Sancto Pontifice in tertia ſua profectione Germanica ſignantius declaranda. *Non modicus*, inquit Wibertus de Sancto Leone, *ei inerat fervor in augenda Republica. Idcirco Hungariæ Principes a Romano nuper imperio diffidentes, multiplicibus Legatis adierat, ne detrectarent ſolita ſubjectione Imperatori priſca perſolvere tributa: quod & conſenſerant, ſi præteritorum commiſſorum eis concederetur indulgentia. Quapropter ſancta commonente pietate coactus eſt* TERTIO *antiquam patriam repetere, & pro eorum miſeratione, qui contra imperium moverant bellum, perſuaſoriis precibus Imperiales aures expetere. Sed quia factione quorundam Curialium, qui felicibus Sancti viri invidebant actibus, ſunt Auguſti aures obturatæ precibus domni Apoſtolici; ideo Romana Reſpublica ſubjectionem regni Hungarici perdidit, & adhuc dolet finitima patria prædis & incendiis devaſtari.*

III. *Canonizatio SS. Vvolfangi & Erhardi.* Leo IX. dum in Germania erat, Ratiſponam profectus *Sanctum VVolfangum ejuſdem urbis Epiſcopum de tumulo levavit*, ut in Annalibus Saxonicis MSS. legit Mabillonius Sec. V. Benedict. in Obſervat. præviis ad Vitam Sancti Wolfangi, quod Canonizationis loco tunc temporis erat. Hinc Hundius lib. 1. Metrop. Saliſburg. in Gebhardo III. Epiſcopo Ratiſponenſi: *Sub eo*, inquit, *Leo IX. Pontifex Max. ab Andrea Rege Ungariæ pro pace cum Imp. Henrico III. conſtruenda accitus, Ratiſponam venit, & S. VVolfgangum in numerum divorum retulit, ſimiliter & Sanctum Erhardum.* Conradus de Monte-puellarum in Vita Sancti Erhardi, a Bollando ad diem VIII. menſis Januarii recitata, cap. 2. confirmat *Leonem IX. tranſtuliſſe corpus B. Erhardi, temporibus Imperatoris Henrici III. ſub annum domini MLII.*

IV. *Beneventum per concambium a Sede Apoſtolicæ acquiſitum.* *Tunc inter ipſum Apoſtolicum & Imperatorem facta eſt commutatio de Benevento & Bambergenſe Epiſcopio, ſicut jam ſupra retulimus*, inquit Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 85. de Rebus hoc anno geſtis verba faciens. Idem narrat Hermannus Contractus, qui de Natali Chriſti currentis anni, a quo ſequentem inchoat, ſcribit: *Imperator cum Domino Papa, multiſque Epiſcopis & Principibus, Natalem Domini VVormaciæ egit, ubi cum Papa, ſicut dudum cœperat, Fuldenſem Abbatiam, aliaque nonnulla loca & cœnobia, quæ Sancto Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore repoſcens exegiſſet, demum Imperator pleraque in Ultraromanis partibus ad ſuum jus pertinentia, pro Ciſalpinis illi quaſi per concambium tradidit.* Tunc itaque Leo IX. pro *Bamberga Fulda*, & aliis in Germania locis, *Beneventum* in Apulia accepit, quod etiamnum Romani Pontifices in Regno Neapolitano obtinent. Ex quo liquet, quam imperite *Eutropius* Presbyter, alibi a nobis confutatus, ſcripſerit, Carolum Calvum *Beneventum* a Romano Imperio diſtraxiſſe, & Romanis Pontificibus conceſſiſſe. Liquet ſecundo, hunc nugivendulum, quem aliqui antiquum faciunt, ante ſequens ſeculum non ſcripſiſſe, alioquin ſimilem fabulam in medium non attuliſſet.

A num.

(a) Leo Oſt. l.2. c. 85.

(a) Leo autem Oſtienſis aliam aſſerit cauſam profectionis Pontificis, nempe ut ab Imperatore adverſus Northmannos auxilium peteret. Ait enim: *Sequenti itidem anno Capuam veniens, rurſus Beneventum perrexit, inde Salernum, inde, ut Northmannos expelleret, Imperatorem adiit, militum petiturus auxilia.* Hæc Leo.

**III. De ordinatis ſimoniacis.**

Habet idem Hermannus, hoc anno ab eodem Imperatore promotum Henricum eſſe ad Ravennatem Eccleſiam Archiepiſcopum tempore Quadrageſimæ: ad quem eodem anno epiſtolam, ſeu librum potius, inſcriptum, Gratiſſimus, Petrus Damiani miſit, quo agitatam quadriennio controverſiam de ordinatis ab Epiſcopis ſimoniacis, contendentibus aliquibus eoſdem iterum ordinandos, diffuſius diſputavit, atque argumentis pluribus demonſtravit, ejuſmodi nequaquam iterum ordinari debere. Quæ quidem ſententia optatiſſima cum eſſet ordinatis ab illis, & eos obſcuris ambagibus, & moleſtiſſimis ſcrupulis liberaret, effecit, ut idem Petrus eidem ſuo commentario titulum illum inſcripſerit. Gratiſſimus: ſive (ut notavit Scholiaſtes) ea de cauſa quod de illis ageret, qui gratis fuiſſent a ſimoniacis ordinati, quibus gratiſſimus liber exiſteret. Cujus exordium, quod contineat ipſam rerum geſtarum ſeriem, hic deſcribendum putavimus. Sic ſe habet:

**IV. Petri Damiani liber gratiſſimus.**

*Domino Henrico, venerabili Ravennaticæ Sedis Antiſtiti Petrus, vivificæ Crucis Chriſti humillimus ſervus ſalutem in idipſum. Ut ſacerdotium, auctore Deo, noviter ſuſcepiſti, nonnullum tibi in primis offerendum munus credidi. De his itaque, qui gratis ſunt a ſimoniacis conſecrati, quanta jam per quadriennium in tribus Romanis Conciliis fuit diſputatio, quamque perplexa atque confuſa dubietas & iis in partibus quotidie ventilatur, ſanctitatem veſtram latuiſſe non arbitror, præſertim cum creſcente fluctuationis ambiguo, eatenus ſit proceſſum, ut conſtet nonnullos Epiſcopos ab illis ordinatos, Catholicos denuo conſecraſſe. Unde a me plerique Fratres quadam præſumptivæ charitatis inſtantia familiariter exigunt, & violenta (ut ita fatear) ſupplicatione compellunt, ut in tantæ neceſſitatis articulo ſubvenire (vel compendioſum quid ſcribendo) non pigeat, atque, quod mihi ſuper hac ſententia videatur, exponam. Quod quidem diutius detrectavi, ſperans me videlicet ab amabiliſſimo prius Apoſtolicæ Sedis Antiſtite licentiam accepturum (hac quidem tranſiturus in proximo ferebatur) ſic namque integrum decernebam, Eccleſiaſticam quamlibet tractare materiam, ſi ab ipſo Eccleſiæ principe tractandi mihi auctoritas aſpiraret. Sed cum tamen recurreret ad memoriam, quod jam venerabilis Papa in poſtrema Synodo omnes Epiſcopos ex divina obteſtatione rogaverit, quatenus dicendi materiam in communi deponerent, ut quid ſcilicet in hoc ſcrupulo & negotio decernendum eſſet, nutantibus revelarent: ejus me arbitratus ſum obſecundare prorſus imperio, ſi vel rogatus tam difficile nodum de Eccleſia ſolvere, ſuperna illuceſcente gratia, potuiſſem. Quapropter in illum fideliter ſperans, qui aperit librum, & ſolvit ſignacula ejus, ſolvendæ hujus quæſtionis iter aggrediar; & quia copia dicendi non ſuppetit, & quia loqui neſcio delegatæ obedientiæ ſtudio, nutibus ſaltem geſtire tentabo.*

Iſta

**PAGIUS V. *Epiſcopi duo S. Leonis inimici divinitus puniti.***

A num. III. ad X. Wibertus in Vita Leonis IX. lib.2. cap.4. narrans geſta ab eo in Germania anno ſuperiori ante Paſcha, quod Romæ celebravit, ait: *Erat huic viro Dei non modica concertatio contra pervaſores rerum ſanctæ Romanæ Sedis, maximeque contra Ravennatem Epiſcopum ſpiritu repletum contumaciæ & rebellionis* (erat is Hunfridus, ut tradit Rubeus lib.5. Hiſt. Raven. qui ait, eum ſubito interiiſſe nono Kal. Septemb. anni milleſimi quinquageſimi primi): *cui nonnulli favebant Palatini gloriæ invidentes domini Apoſtolici. Quorum caput in fomento diſcordiæ erat Nizo Epiſcopus Friſingiæ ſuper quem divina virtus hujuſmodi horrendam ultionem dignata eſt oſtendere. Nam pro reſponſis Imperialibus in Italiam directus Ravennam devenit, & in favorem Ravennatis detrectatoria verba contra hunc Beatum proferre cœpit. Inter quæ ducto ſub guttura digito ad hæc blaſphema prorupit: Hoc guttur gladio abſcindatur, niſi eum deponi fecero ab honore Apoſtolatus. Quo dicto, eodem momento intolerabilis dolor gutturis invaſit, & impœnitens die tertio vitam obiit. Archiepiſcopus autem Ravennatium ob incorrigibilem præſumptionem eſt a Sancto Papa anathematizatus. Ideoque Imperiali juſſu Ausburgiam vocatus, eum juſtitia redditis quæ perverſe invaſerat, abſolutionem eſt petere coactus. Qui cum licet corde contumaci ante pedes Sancti ſtratus jaceret, cunctuſque cœtus præſentium Pontificum ei abſolutionem peterent, ait vir beatus: Secundum ejus devotionem tribuat illi Omnipotens cunctorum ſcelerum abſolutionem. Ille vero ſurgens cum ſubſannatorie ſubridens adhuc ſuperbia tumidus; venerandus Paſtor in lachrymas reſolutus, inquit ſecreto circumſtantibus. Heu! mortuus eſt miſer iſte. Nec mora: ille langore corripitur, & vix in patriam revectus, vita & honore, quo tumebat, celeriter privatur,* anno ſc. ſuperiori, ut mox dixi, ad quem ideo hæc retrahenda.

**VI. *Litera Petri Damiani ad Henricum Archiep. Ravennæ.***

Hæc Hermannus Contractus ad annum MLII. his verbis confirmat: *Tempore Quadrageſimali Imperator Ravennatem Archiepiſcopum Henricum promovit* (in locum ſcilicet Hunfridi demortui). *Et Nizo Friſingenſis Epiſcopus prius ex ſuperbiſſimo vitæ habitu ad humilitatis & religionis ſpeciem converſus, ac denuo ad priſtinæ converſationis inſolentiam reverſus, cum eum juſſu Imperatoris Ravennam perduxiſſet, ſubita inibi morte periit.* Ad hunc Henricum Archiep.



**V. Commendatur modeſtia Petri Dam.**

Iſta ad opus ſuum Petrus præfatus eſt, cujus plurimum commendanda modeſtia, quæ Catholicum tractatorem in primis decet, dum ſibi non licere putavit, abſque Romani Pontificis juſſione expreſſa, vel ſaltem tacita per alios ſibi inſinuata, de quæſtione in eccleſia controverſa aliquid ſcribere, pulſatus licet precibus plurimorum, & neceſſitate ipſa præſentanea exigente, ac propemodum extorquente. Quibus plane redarguitur temeritas nonnullorum, id ſibi interdum præſumptione nimia arrogantium. Quomodo enim prædicabunt (*a* Apoſtolus inquit) niſi mittantur? At ſi non licet illud, quomodo uſurpatur iſtud? Siquidem majoris momenti, ſicut & firmitatis videntur eſſe commentarii conſcripti, quam prædicatio; fluit enim ipſa, & emiſſa ſemel cito in memoriæ alveo torrentis inſtar præterlabentis areſcit: ſcripta autem ipſa permanent, atque ex autographo propagantur fœcunda prole multiplicia exemplaria, numquam in poſterum deſitura.

(a) Rom. 10.

**VI.**

Sed quid eſt, quod quadriennio laboratum ait diſputatione, in quæſtione haud adeo difficili, & jam antea decretis Pontificum & Conciliorum canonibus definita, ut idem ipſe Petrus eadem tractatione perdocuit? Non id quidem factum inſcitia tanti Pontificis, qui ipſo ſui Pontificatus exordio (ut idem Petrus ibidem teſtatur, & nos ſuo loco ſuperius diximus) firmiter decreto Apoſtolico in Synodo ſtatuit, ut ordinati a ſchiſmaticis abſque alia iterata ordinatione in acceptis ordinibus miniſtrarent, poſt expletam pœnitentiam quadraginta dierum. At quoniam complures inventi ſunt ex Eccleſiæ filiis, qui zelum habentes, ſed revera non ſecundum ſcientiam, odio ſimoniacorum Epiſcoporum, ordinatos ab iis non recipiendos, ſed iterum ordinandos eſſe dixerunt, (ſicut olim a graviſſimis Eccleſiæ doctoribus odio hæreticorum, non recipiendum eſſe ipſorum baptiſmum aſſertum fuerat:) ſanctiſſimus Pontifex conſultius eſſe duxit pacifice rem agere, tractu temporis, lento gradu morbo mederi, quam non abſque periculo ferro præcidere, quod erat infirmum: ſicque diſputationibus decoquere illam animorum acerbitatem exuberantem. De his enim hæc Petrus: (*b*) dicunt enim: *Quæ tunc videbatur Eccleſia, ab his ſcilicet conſecrata, domus ſimplex erat: quod videbatur altare, purus lapis erat: ſacerdotes, & qui reliquis cernebantur ordinibus conſtituti, prorſus laici erant, cunctiſque ſpiritualis ſacramenti viribus alieni: quod corpus & ſanguis Domini credebatur, ſimpliciter panis erat & vinum, terrena ſubſtantia, nulla ſancti Spiritus benedictione perfuſa. Cuncta ergo falſa ferebantur & frivola, & a Chriſtianæ redemptione veritatis penitus remota.* Hæc & alia de his Petrus. Qui adverſus hos cum triginta capitibus diſputaſſet, ut jam matura zizania ad meſſem parata, & a tritico ſeparata tradant ad comburendum, ſic in fine compellat Epiſcopos: (*c*)

**Nova hæreſis emergit de reordinandis ordinatis a ſimoniacis.**

(b) Ead. ep. c.29.

(c) Ead. ep. c.30.

**VII. Exhortatio ad Epiſcopos.**

*Unde*, inquit, *quæſo vos, pii pontifices, adverſus impium dogma divino ſancti zeli fervore concurrite, & emergenti nunc primum novæ hæreſi unanimiter obviate, obſtruatur hos iniqua loquentium, & peccatorum manus Apoſtolicæ Fidei non quatiat fundamentum. Servetur Eccleſiaſtica in ſua puritate doctrina, nec eam vexare permittatur terrena ſapientum turbulenta verſutia. Surgit inimicus noctu per agrum Chriſti zizania aſpergere; vos in die quo ambulatis, ſanæ doctrinæ ſarculo maleſata radicitus extirpate. Noctu* (*d*) *Allophyli puteos ruderibus implent? in die Iſaac evacuare feſtinet. Sacrarium Chriſti nocturnus fur tentat irrumpere? excitetur lingua canum ejus ſalubriter allatrare. Quid ſi e veſtro fortaſſis ordine quiſquam prodeat, qui dogmatizare tam nefanda præſumat? tanto illum durius debetis arguere, quanto is, qui Eccleſiæ adjutor eſſe debuerat, eam nititur oppugnare.*

(d) Gen. 26.

**VIII. Pet. Dam. occurrit emergenti hæreſi.**

*Suggerite igitur domino noſtro Papæ beatiſſimo, quatenus ſic in reos vigorem Eccleſiaſticæ ſeveritatis extendat, ut juxta diſertorum hominum vota, innocentes quoſque eadem ſententia non involvat. Videtur enim luxuriare judicium, quod in filiorum necem pro paterno fuerat crimine promulgatum: & ſimoniacos quidem, ut jam cœperat, divinis animatus viribus deſtruat, ſed non eotenus, ut eorum ordinationem immoderato quorumdam judicio ſubjacere permittat. Immo qui vice Petri claves tenet Eccleſiæ, ipſe potiſſimum adverſus novum dogma conſurgat, & introductores pravitatis divinæ ſententiæ jaculatione confodiat, & qui clavum regit, e ſagena, quæ piſcatoribus eſt commiſſa, malos piſces a bonis ſtudeat*



ſub

**PAGIUS**

chiep. Ravennatenſem Petrus Damiani ſcripſit Epiſtolam, ordine XXXII. cujus partem recitat Baronius, in qua Petrus ait: *Uſque ad hujus Henrici clementiſſimi Regis imperium, Præſulatumque reverendæ memoriæ Clementis Papæ, iſtiuſque beati Leonis, quo nunc videlicet Præſule ſancta ſe gubernari gratulatur Eccleſia, per Occidentalia Regna virus Simoniacæ hæreſeos ebullivit, ita ut quod fiebat, paſſim licenter admiſſum, ultimæ animadverſioni nequaquam duceretur obnoxium, & quod erat fere omnibus conſentaneum, pro regula teneretur, tanquam legali ſanctione decretum.*

A num.

*ſub hac diſpenſatione ſecernere, ut cum eis ſimul etiam bonos non adiici, ſed reprobare &c.* Hæc & alia in reprobationem ac deteſtationem novæ hæreſis Petrus; cujus ſcriptionis tanta fuit auctoritas, ut nullus amplius ſit repertus, qui eidem fuerit patrocinatus errori: *ſicque*
(a) Pſ. 128
ut eſt in (*a Pſalm.*) *fiat ſicut fœnum tectorum quod priuſquam evellatur, exaruit.* Sata ſemel ab inimico homine hæreſis in ipſa ſui ſegete abſque maturitate exſiccata defecit. Non prætereat, quod idem Petrus eadem epiſtola, ſive commentario ad Henricum, ad confutandum errorem, in exemplum adducit pleroſque ſanctos viros hujus ſæculi, qui licet ordinati fuiſſent a ſimoniacis, tamen egregia claruerunt ſanctitate, ab Eccleſia inter Sanctos relati, cultuque publico frequentati. Ait enim: (*b*)
(b) Ead. ep. c. 29.

IX.
Viri Sancti in Italia hujus temporis.
*Illud quoque, quod crebrius iterari, multis ferentibus, audio, tacite prætereundum non duco. Quid enim, quod nonnullos venerabiles viros, quos conſtat proculdubio a ſimoniacis ad ſacerdotium provectos, & uſque ad obitum novimus offerendis indeſinenter ſacrificiis inſtitiſſe, & nunc perſpicue videmus inſignibus miraculorum virtutibus coruſcare? Noſtra quippe ætate beati viri, videlicet Ronaldus Camerinenſis, Amicus Ramibonenſis, Guido Pomposianus, Firmanus Firmenſis, & complures alii ſanctæ converſationis ſtudio floruerunt: ſuper quorum videlicet veneranda cadavera ex ſacerdotalis Concilii auctoritate ſacra altaria ſunt erecta, ubi nimirum divina myſteria, miraculis exigentibus, offeruntur. Evidens ergo clareſcit indicium, ex eorum manibus ſacrificium divino conſpectui quam ſuaviter ſit acceptum. Atque per eos divina diſpenſatio luce clarius innoteſcit, quia neminem caligo alienæ perverſitatis obnubilat, quem fulgor propriæ religionis & honeſtatis illuſtrat; nec reatus obruit promoventium, ubi ſtat puritas & innocentia promotorum. Sed dum hæc aliquando cum religioſis quibuſdam Epiſcopis agerem, ecce nunc in memoriam redit, quod Hubertus Ariminenſis, reverendiſſimus videlicet & honeſtiſſimus præſul attulit: Æquivocus, inquit, prædeceſſor meus Hubertus Epiſcopus, in ſacræ ſedis acquirendæ commercio, teſte provincia, nongentas Papienſis monetæ libras appendit. Qui tamen poſtmodum beatum Arduinum, per quem omnipotens Deus tot exhibet ſtupenda miracula, in presbyterum conſecravit. Quem cum perquiſiſſem e veſtigio, utrum beatæ memoriæ vir ab offerendo in ſua incolumitate perſtiterit uſque ad ultimæ decubationis articulum: Offerendo, ſalutaribus hoſtiis ſedulo inſudaſſe, reſpondit &c.* Quod autem ad ipſum Leonem Pontificem pertinet, non ceſſavit, ſed totus fuit, ut ſimoniæ ſcelus ab Eccleſia penitus eradicaret, ut de ipſo teſtatur Gregorius ſeptimus (*a*)
Arduinus presbyter Sanctus.
(a) Greg. 7. ep. 45.

X.
Diploma Leonis Pap. IX. de corpore S. Dionyſii.
Hoc eodem anno, cum idem Leo in Germaniam (ut vidimus) profectus eſſet, atque Ratiſponæ in Bavaria conſtitiſſet, ejuſmodi Conſtitutionem, ſive declarationem corporis ſancti Dionyſii ibidem conſiſtentis ſcripſiſſe aſſeritur, quam in veteribus Pontificum Romanorum ſcriptis Antonii Auguſtini repertam licet mendoſam aliquantum, hic reddimus. Sic enim ſe habet: *In*

PAGIUS
VII.
*Manus S. Dionyſii Henrico Aucupi conceſſa.*
A num. X. ad XVI. Hoc anno Germanos inter & Gallos exorta controverſia de corpore Sancti Dionyſii Martyris primi Pariſienſis Epiſcopi, errore vulgari cum Dionyſio Areopagita confuſi. Regnante in Galliis Carolo Simplice de fœdere inter eum & Henricum Aucupem Germaniæ Regem actum. *Quando vero Rex* (nempe Henricus) *Rhenum tranſierat, ad dilatandum ſuper Lotharios imperium ſuum, occurrit ei Legatus Caroli, & ſalutato eo verbis humillimis: Dominus meus, inquit, Carolus, Regia quondam poteſtate præditus, modo privatus, miſit me ad te, demandans, quia nihil ei ab inimicis circum vento jucundius, nihil dulcius eſſe poteſt; quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, fama virtutum tuarum conſolari. Et hoc tibi ſignum fidei & veritatis tranſmiſit, protulitque de ſinu manum pretioſi Martyris Dionyſii, auro gemmiſque incluſam; Hoc, inquit, habeto ſignum fœderis perpetui, & amoris vicarii,* &c. *Rex autem munus divinum cum omni gratiarum actione ſuſcipiens, proſternitus Reliquiis ſanctis, & deoſculans eas, ſumma veneratione veneratus eſt,* inquit Witichindus lib. 1. circa finem. Idem habent Ditmarus, Abbas Urſpergenſis & Sigebertus ad annum CMXXII. Ditmarus autem anno hujus ſeculi XVIII. mortuus eſt; Witichindus ſub finem præcedentis.

VIII.
*Monachi Ratiſponenſes ſe totum corpus ejus inveniſſe fingunt.*
Sumta inde occaſio a Monachis Ratiſponenſibus, fingendi corpus *Sancti Dionyſii* integrum apud ſe repertum fuiſſe, dum hoc anno Sanctus Leo in Germania ageret. Rem narrat Scriptor Anonymus in Relatione *de Detectione corporum Sanctorum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii* a Ducheſnio Tom. IV. pag. 157. & ſeqq. recitata. Ex ea Relatione ea tantum excerpam, quæ ad rem noſtram faciunt: *præfato loco* (nempe Monaſterio Sancti Emmerammi) *ſuccedentibus proſperis, rebuſque ejus Deo fideliter adhærentium devota munificentia ampliatis, probabile viſum eſt Abbati, ut diruta ſtructura operis vetuſti, quoniam vilis erat pretii, in melius ſtuderet honeſtando conſtruere monaſterium prædicti Sancti Ermentramni* (legendum, Emmerammi) *cui operi dum ſtudioſius inſudaret, priſcorumque fundamentorum loca diligentius inquireret, juxta vanam aſſertionem eorum, unius mortui hominis corpus inventum eſt integrum, quem ſub teſtimonio fallacium & adinventitiarum litterarum non veriti ſunt appellare Areopagitam Dionyſium. Extimplo* (ideſt extemplo) *incolas diverſarum nationum velox fama cœpit peragrare, adeoque increbeſcere, ut multos juvaret hujuſmodi næniis fidem accomodare. Quin etiam memoratæ ur-*



*In Salvatoris noſtri JESU Chriſti nomine Amen. Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimo filio inclyto Regi Francorum, ac venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & dilectis in Chriſto filiis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis & Decanis, univerſiſque tam ſubditis, quam Prælatis ejuſdem regni ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Deus omnipotens, qui non immerito per Prophetam in Sanctis ſuis eſſe mirabilis prædicatur, mira quædam inſcrutabilis conſilii ſui profunditate diſponit, quæ dum conſiderare non ſufficit mens humana, ipſa ſuimet infirmitate deficiens, in quemdam ſui exceſſum rapi cogitur & ſtuporem. Quod ipſi nos nuper experti, & vobis in Chriſto chariſſimis, & univerſitati Fidelium promulgare compellimur, ut & Dei opera pariter admiremur. Nam cum per inſtantiam ſereniſſimi Imperatoris Henrici ad partes Germaniæ viſitandas, ac præcipue ad urbem, quæ dicitur Ratiſpona, vel Regenſpurg, evocati eſſemus ad venerabile corpus beati Vuolfgangi ejuſdem urbis Epiſcopi transferendum, hoc ea qua decuit reverentia & devotione peracto, tui, Francorum Rex in Chriſto fili cariſſime, nos Legati, tuorumque omnium vice ſolciti rogarunt, quatenus litem, quæ inter vos & urbem prædictam ſuper ſacroſanctis oſſibus beatiſſimi Dionyſii Areopagitæ diutiſſime ventilata, veritate diſcuſſa, dirimere curaremus, vobis quidem eadem apud vos eſſe dicentibus, civibus autem atque incolis urbis præfatæ aſtruentibus e converſo, ea per invictiſſimum Arnulphum quondam Imperatorem ad Eccleſiam beati martyris Emueranni eſſe tranſlata, ibidemque deinceps contineri. Quæ quidem Eccleſia inibi ſita eſt, atque ab omni aliorum ſubjectione ac juriſdictione libera & excepta, ad jus, & proprietatem beati Petri Apoſtolicæ Sedis immediate pertinere dignoſcitur, oblatione videlicet excellentiſſimi Romanorum Imperatoris Caroli Magni, ac poſterorum ipſius, qui eidem hactenus ſucceſſerunt ſeu in Imperio, ſeu in regno. Idipſum nihilominus venerabiles Abbas Reginvardus ac Fratres ejuſdem Eccleſiæ cum univerſitate Ratiſponæ inſtantiſſime petiverunt fieri.*

XI.
*Nos ergo utriuſque partis precibus inclinati, nec volentes ulterius corda Fi-de-*



PAGIUS
*urbis Epiſcopus* (ſc. Gebhardus hujus nominis III. ut habet Hundius lib. 1. Metropol.) *vicinis accitis Pontificibus, ab eis ſtuduit, efflagitare, quid inde eis conſilii placeret dare: indicans ſibi eſſe animum ponendi inter Sanctos hoc corpus elevatum. Quorum Conventu favente id taliter actu dignum eſſe: deſignata elevationis die, rogatiſque iiſdem tunc illic iterum adeſſe, in ſua quique eorum rediere. Interea Epiſcopo plures diverſorum ordinem circumquaque directis litteris invitare ſollicito, gratum viſum eſt ſupplicare Henrico Imp. quatinus tanti copiam gaudii cumulare, atque venuſtare dignaretur ſerena præſentia ſui. Qui libet non ſatis auditis verbis credulus, tamen multimoda prece devictus, ſe in hoc aſſenſum præbiturum eſſe non diſtulit ejus voluntati ſpondere. Quo ita juxta voti effectum peracto, conſtituto præſignatæ diei imminente termino, convenit non modica utriuſque ordinis atque ſexus multitudo. Quin etiam juxta promiſſum, Imperatorem non piguit venire, cum Primatum, nobiliumque Curia, domni etiam Papæ Leonis IX. non abſente præſentia, quorum teſtimonio certius roboraretur inchoata rei ſumma.*

IX.
*Francorum Legati ficta huic inventioni ex occaſione adſunt.*
*Sub ejuſdem igitur temporis articulo, tanto ad id ſupplendum conglobato populo, duo repente Dei nutu ſupervenere nuncii Francorum Regis eximii nomine Henrici, ab eo ad Imperatorem ſecundum Regum morem pro aliquibus reſponſis forte directi, quoniam ipſi duo tunc erant amiciſſimi. Qui conſpecta tanta numeroſitate populi, nec mora cœperunt cujus rei gratia conveniſſent ſollicite perſcrutari. Cognita ergo totius rei ſerie, alacritateque vultuum ſimulata, ſpe præſenti Imperialis obtutibus præſentiæ, pro quo venerant rationabiliter ſtuduerunt indicare,* &c. *Cumque eos putaret velle diſcedere, libera eis abeundi conceſſa facultate, illi nihilominus dudum tecti rancoris memores hujuſmodi inpræſentiarum ducuntur protuliſſe rationes* &c. *At præſens te nobis injunctis verbis germanam amicitiam erga noſtrum Regem in omnibus te ſervaturum eſſe polliceris: ſed operum affectui abrenunciando, obſiſtere aliquantulum, ut putamus videris. Nam hunc populum, qui congregatur hic ſub Edicto per diverſa loca invitatus, hujus rei gratia conveniſſe cepimus, ut pro beato Dionyſio Areopagita, neſcimus cujus defuncti hominis defoſſa eleventur oſſa, cum aliorum pignoribus Sanctorum ſub veneratione amodo colenda. Quod quam abſurdum ſit credere, aut agere, facile valet perpendi: cui probabilis ingenii, perſpicaciſque ſenſus alto acumine, ſi competenter rei ſeriem voluerit indagando conjectare,* &c.

X.
*Petunt ab Imperatore ne hoc negotium præcipitet.*
*Quapropter omnino videtur nobis indignum, tibique Regno Francorum inhoneſtam moleſtiam inferendi prorſus eſſe animum, ſi ad effectum hoc perducere tentaveris; niſi prius amico tuo, videlicet Principi noſtro, ſuaſeris, quatenus non omittat perſcrutari diligentiſſime, utrum præfatus ſanctus habeatur proculdubio erga ſe. Tumque demum ſi illic eſſe non audieris, probabilius erit effectum adhibere tuis initiis: quoniam magnum hoc pacto diſſidium futurum eſſe ſperamus, ſi aliter egeris. His igitur decentiſſime prolatis, reſpondit Imperator, ſe inde habiturum conſilium cum domino Papa, & caterva ducum & optimatum ſuorum. Quorum reſponſo ſententia Legatorum probata juſta alacriter ab Imperatore remiſſi ſunt ad ſua.*

XI.
*S. Dionyſii Reliquiæ in monaſterio Sandionyſiano repertæ.*
*Ingreſſis denique Galliarum finibus, Regiis præſentati obtutibus, omnem rem ſeriatim notificaverunt: redditis prius quas detulerant, legationibus: quo in ejus præſentia taliter intimato, clericalis laicaliſque ordinis perſonas non piguit invitando convocare ſub termino diei aſſignatæ. Eis ergo ex Regalis juſſionis decreto pariter congregatis Rex juxta quod eis enarratum fuerat a ſuis Legatis, non modici mœroris anxietate obfuſus replicavit, & quid eis actu dignum inde videbatur, inquiſivit. Inter quos etiam Abbas, qui tunc ipſius ſancti loco præerat, Hugo ne-*

delium hujus dubii ambiguo caligare, in fratrum noſtrorum ac plurium Epiſcoporum ac Prælatorum præſentia & conſpectu ſcripta Arnulphi Auguſti, ordinemque rei diligentiſſime perlegentes, nec eo contenti, capſas, thecas & ſcrinia, in quibus ſacræ reliquiæ conditæ dicebantur, ac titulos, ac epigrammata eorumdem oculo tenus ſolerti examine diſcutiendo, nihilque omittendo, quod ad indagationem certitudinis pertinet, tam Imperialibus, quam Papalibus anteceſſorum noſtrorum litteris ſufficienter inſtructi, picturis quoque parietum multiplicibus, & ſculpturis vetuſtiſſimis, exprimentibus indicia veritatis & notas: indubitata fide comperimus, dicti doctoris & Martyris oſſa venerabilia, excepta particula unica ſimul & minima manus dexteræ apud memoratum beati Emmeranni cœnobium integraliter contineri. Etenim ne teſtimonia hominum, quæ jam diximus, non ſufficerent, divina quoque non defuere prodigia & portenta, quæ dubium omne penitus abegerunt: quæ nos quoque conſcribi juſſimus diligenter, vobiſque tranſmitti per veſtros Nuntios ac Legatos, necnon apud Eccleſiam prædictam perpetuo conſervari: ut & ad poſteros geſtæ rei notitia deducatur, & ulterius litigandi materia penitus conquieſcat. Inſuper & diſtricte præcipimus, ſtatuentes, ut tranſlationis ipſius veneranda ſolemnitas, tam a Fratribus ejuſdem Eccleſiæ, quam ab univerſis urbis jam dictæ annis ſingulis cum omni jucunditate & gaudio celebretur, totaque tripudiet regio Germanorum tanti Patris atque patroni adventui non ingrata.

XII. Vos autem in Chriſto dilectiſſimi filii, Rex Francorum, tuique fideles, quamvis invidendi Teutonicæ genti videamini juſtam quidem habere materiam, ita ut putatis, merito de Alemannorum vobis lætitia ſit dolendum; conſiderantes tamen & Dei omnipotentis, & invicti Martyris ſui voluntatem, quem ablatum plangitis, conſolationis tandem admittite placamentum, penſantes attentius, quod nec vobis ablatus eſt, quippe qui chariſſimos prædicationis ſuæ, & paſſionis conſortes, Ruſticum & Eleutherium in dilectionis adhuc & tutelæ pignus, & certitudinem dereliquit: nec dolete, ſi Germanos jam viſitare dignatus eſt vel defunctus, qui vobis adhuc vivens prædicavit, & apud vos bonum certamen certando, curſum conſummando, fidem ſervando, triumphum peregit victorioſiſſimæ paſſionis, Apoſtolatus ſui ſuper vos ſigna tam in vita perficiens, quam in morte. Qui igitur Alemanniam ipſius oſſa fovere non permittatis in ſolatium & tutelam, quem vobis Athenæ, ut Chriſto lucrifaceret vos, vivum recipere, audire, & cœlo tranſmittere permiſerunt? accedet nihilominus conſolationis & alia ratio, & auctoritas ſcilicet & excellentia ſubtractoris. Pre-

tio-

PAGIUS *nomine, adfuit. Quorum ſolertis induſtriæ conſilio eſt repertum, nullatenus poſſe tanti erroris avelli morbum, niſi oſtenſione corporis ſacri manifeſti fides daretur indicii,* &c. *Ergo ubi peracta ſunt a fratribus jejunia, ceteraque exercitiorum genera,* &c. *undique convenit multitudo non modica: in qua contigit fuiſſe Epiſcopos, Abbates, Monachos, Clericos, nobiles atque ignobiles, & utriuſque ſexus quamplures. Quorum conſortio non defuit victorioſiſſimi Regis Henrici frater nomine Odo, ab eo directus cum Curialium pluribus, ad diligenter percipiendum,* &c. *Reverenter in medio delatum eſt argenteum ſcrinium, priſca adhuc ſubtilitate artificioſiſſime munitum. Quo cum magna difficultate reſerato in adſtantium præſentia, repente pretioſiſſimi Martyris Dionyſii reperiuntur oſſa, pallio tantæ vetuſtatis nimietate conſumpto obvoluta, ut inter manus tenentium evaneſceret in ſimilitudinem telæ aranearum.* Referuntur poſtea nomina perſonarum, quæ præſentes fuere, ſeptem nempe Epiſcoporum, Abbatum ſeptem, Odonis Regis fratris, & quatuor Comitum, diciturque tam Epiſcopos & Abbates, quam Proceres multos ſecum adduxiſſe.

XII. *Litera Leonis IX. a Monachis Ratiſponenſibus conficta.* Is quidem Anonymus in fronte ſui Operis de hac detectione ſcribit: *Qua juſſu Henrici I. Regis facta eſt anno ML.* verum is eam Relationem ad confutandam Germanorum vanam de Sancti Dionyſii corpore aſſertionem non ſcripſit, niſi poſtquam Ratiſponenſes literas Leonis IX. a Baronio recitatas, quibus corpus Sancti Dionyſii eis attribuit, confinxerant. Hinc eæ literæ datæ dicuntur Ratiſponæ *anno Domini MLII. anno Pontificatus domini Leonis Papæ IV. indict. V. Non. Octob.* quia quo tempore eæ confictæ Pontifices Romani Indictiones a Kalendis Januariis exordiebantur. Eas vero commentitias eſſe, plura ſunt quæ demonſtrant, ut eas examinantibus liquebit. Quis enim ſibi perſuaſerit, *Leonem* IX. cauſam tanti momenti Gallis inauditis judicaſſe, & ex ſolis Ratiſponenſium Monachorum reſponſionibus judicium tuliſſe. Secundo ait Leo, ſe ſe ad preces Legatorum *Henrici* Francorum Regis controverſiam dirimere; cum tamen id poſtularint, ne Ratiſponæ conficeretur, quod in Dionyſiano monaſterio peractum eſſe oporteret. Dicit tertio, cauſam illam diutiſſime ventilatam, licet mirum ſit apud omnes illorum temporum Scriptores de illa fabula ſilentium. Scribit quarto, per *Arnulphum* Imperatorem oſſa Sancti *Dionyſii* in Sancti Emmerammi monaſterium eſſe tranſlata; cum antiqui Germaniæ Scriptores dicant tantum manum Sancti Dionyſii Henrico Aucupi datam, ideoque poſt Arnulphi tempora. Quinto ait Leo, ſe tam Imperialibus, quam Papalibus literis inſtructum, licet illæ numquam viſæ fuerint. Sexto aſſerit, dextram deſideratam eſſe, quod manifeſte affectatum; nec ait totum brachium deeſſe, quod tamen a *Clodoveo* juniore olim ablatum eſt, tacetque de Reliquiis Sancti Dionyſii, quæ *Pippini* Regis tempore *Stephano* ſummo Pontifici conceſſæ fuere. Plura ſuppoſitionis indicia exhibent Carolus Du Bois lib. X. Hiſt. Eccleſ. Pariſienſis cap. V. Natalis Alexander Sec. XI. in Vita Leonis IX. præſertimque Dubletius in Hiſtoria Monaſterii San-Dionyſiani.

Ad



tioſum quidem theſaurum vos perdidiſſe fatemur, ſed ablatoris attendite dignitatem, ſimulque patris & Apoſtoli veſtri gloriæ congaudete, qui cum vos meritorum, atque doctrinæ ſuæ gaza ditaverit, & reliquiarum ſaltem ſuarum * ac apothecas tam devotum furem ſui corporis habuit, quam inſignem, auro utique & topazio meliorem, qui ſui valore ad oſſa ſua ſanctiſſima ſubtrahenda, Cæſareum etiam verticem inclinavit; nec majeſtas Imperialis, nec regia celſitudo pii furis hic notam, aut nomen erubuit in Arnulpho, dummodo beati corporis opibus, vel doli, vel furti, vel ſacrilegii modo ſacrari, atque diteſcere mereretur: qui fures, atque ſacrilegos erat ſolitus condemnare, dummodo macarii Dionyſii pretioſo corpore frueretur, fur ipſe tunc fieri & ſacrilegus non contemſit. Cum inſuper fides atque devotio dubium etiam omne per hoc penitus amputavit, quod non in ipſa Roma, non in quacumque metropoli, non in urbe qualibet regni, vel arce ſibi ſtudebat eligere ſepulturam, ſed ubi ſuum ſe Dionyſium condidiſſe & ſciunt, & lætantur, ſuo ſperans patrocinio defendendum, & conreſuſcitandum in die noviſſimo cum Beatis. Præſentibus igitur dilectionem veſtram monemus attentius & hortamur in Domino, diſtricte præcipientes, quatenus Ruſtico & Eleutherio pie contenti, non fallentes voſmetipſos & alios, beatiſſimi Dionyſii oſſa in urbe Ratiſponenſium apud Eccleſiam beati Emmeranni martyris & noſcatis, & fateamini coruſcare. Datum & actum Raniſponæ per manus Friderici diaconi Bibliothecarii & Cancellarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ, anno Domini MLII. anno Pontificatus domini Leonis Noni Papæ IV. Indict.* v. Non. Octobr.

* vi.

XIII. At iſta eſſe commenticia, exclamant Franci: Rigordus enim, qui ſub Ludovico Philippi filio claruit, habet iſta de his temporibus: *Iſte Henricus Rex*, Roberti ſcilicet filius, *auditis rumoribus, quod in Alemannia in civitate Ratiſponam in Abbatia ſancti Emmeranni martyris inventum fuit quoddam corpus, quod dicebant eſſe Dionyſii Areopagitæ: miſit Nuntios ſuos ad Henricum imperatorem cum litteris ſuis, ut diem elevationis illius corporis protelarent, quouſque per certos Nuntios, utrum corpus hieromartyris Dionyſii Areopagitæ Athenarum Archiepiſcopi, diſcipuli Apoſtoli Pauli, in Francia in Eccleſia, quam Dagobertus fundaverat; eſſet vel non, pleniſſime certificarentur. Quo audito, Imperator miſit magnos viros & ſapientes in Franciam, ut plene rei veritatem agnoſcerent. Viſis Nuntiis Imperatoris, Henricus Rex convocavit Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Barones totius regni, & cum Odone chariſſimo fratre ſuo ad Eccleſiam beatiſſimi martyris Dyoniſii miſit. Facta autem oratione, allata ſunt tria vaſa argentea, Dionyſii, Ruſtici, & Elutherii coram omni populo, diligentiſſime ſigillata. Et aperto vaſe beati martyris Dionyſii, totum corpus ipſius cum capite inventum eſt, exceptis duobus oſſibus de collo, quæ ſunt in Eccleſia Vergiacenſi, & os quoddam de brachio, quod Stephanus Papa Tertius ſecum ad Romanam portavit Eccleſiam; & poſuit in Eccleſia, quæ hodie, Scola Græcorum, vocatur. Hoc videntes univerſi populi, cum lacrymis & ſuſpiriis puras manus levantes ad Dominum, Deo & beatæ Mariæ Virgini, & ſanctis Martyribus ſe commendantes, cum gaudio receſſerunt.*

Franci contra Bavaros ſibi vendicant Dionyſium.

XIV. *Tunc Nuntii, qui miſſi fuerant, ad Imperatorem citiſſime revertentes, ſuper his, quæ viderant, & audierant, Imperatorem pleniſſime certificaverunt. Hoc fuit factum tempore Leonis Papæ Noni, anno Domini milleſimo quinquageſimo.* Hæc ipſe. Qui & inferius anno milleſimo centeſimo nonageſimoprimo hæc habet: *Eodem anno, octavo Kalend. Septemb. conſilio domini G. Rhemenſis Archiepiſcopi, & Adelæ Reginæ, & omnium Epiſcoporum, corpora beatiſſimorum martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii cum puriſſimis vaſis argenteis, in quibus diligentiſſime ſigillata continebantur, ſunt extracta, & ſuper altare poſita, adjunctis ibi aliis corporibus Sanctorum, in eadem Eccleſia quieſcentium, ut ibi omnes Fideles ad tam ſanctum ſpectaculum convenientes, cum gemitu & ſuſpiriis pro ſancta Terra liberanda, & pro Rege Francorum, & univerſo comitatu ſuo puras manus cum Moyſe levantes, ad Dominum preces funderent: quia non in armorum potentia, ſed in Chriſti virtute & miſeratione Chriſtiani confidunt, nec in ſe, ſed in Deo virtutem faciunt, ſuperantes populos infideles, & ad nihilum redigentes inimicos crucis Chriſti.*

XV. Dionyſii corpus iterum videndum expoſitum.

*Sequenti vero feſto beati Dionyſii aperto vaſe argenteo, in quo corpus ſacratiſſimi martyris Dionyſii continebatur, aſſiſtentibus venerabilibus Epiſc. Silvanectenſi, & Meldenſi, & Adela Francorum Regina, & multis Abbatibus, & viris religioſis, & totum corpus ipſius cum capite (ut prædiximus) eſt inventum, & univerſis Dei Fidelibus, qui de longinquis partibus orandi cauſa convenerant, devotiſſime demonſtratum. Et ad removendum errorem Pariſienſium, retento capite hieromartyris Dionyſii, & in vaſe argenteo decenter collocato, corpora Sanctorum in vaſis ſuis ſub altare in crypta marmorea, unde extracta fuerant, ſunt devotiſſime repoſita. Caput vero pro excitanda devo-*

tio-

*tione Fidelium, per totum annum omnibus peregrinis eſt oſtenſum, & in ſequenti feſto beati Dionyſii cum corpore in vaſe ſuo repoſitum.* Hucuſque Rigordus. Ut plane appareat, eamdem controverſiam viguiſſe inter Pariſienſes, & Ratiſponenſes, Francos & Bavaros, quæ inter Caſſinenſes & Floriacenſes de ſancti Benedicti corpore per plurima ſæcula eſt agitata. Commendanda alioqui eorumdem populorum in cultu Sanctorum ſicut religioſiſſima, ita & tenaciſſima pietas & Catholica Fides, Deo iſta permittente omnia, ad majorem gloriam Sanctorum ſuorum.

XVI. Leo Papa Wormatiæ celebrat Natalem diem Domini.

Jam ad finem hoc declinante anno, ipſam diem Natalem Redemptoris Leo Papa una cum Imperatore Wormatiæ (ut habent Hermannus & Urſpergenſis) celebravit. Qui autem incipiunt annum ab ipſo Natali die, id quidem in anni ſequentis ponunt exordio. Nos vero, qui ex inſtituto ab ipſis Januarii Kalendis conſuevimus numerare, ponimus in fine præſentis anni. Quid autem ſequenti die turbarum acciderit, Miſſam celebrante Archiepiſcopo Moguntino, ab Urſpergenſi Abbate ſic accipe: *Apoſtolico, & Imperatore Natalem Dominicum divino & regio cultu VVormatiæ agentibus, Miſſarum celebratione in ſancta die peracta (ut oportuit) ab Apoſtolico, in ſequenti die Luitpoldum Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum, utpote in ſua diœceſi præcipuum, huic ſubrogavit officio. Qui*

Quæ inter Moguntinum & Papam.

*peracta proceſſione, & ubi ad hoc ventum eſt, dicta oratione, poſtquam ſe in ſua ſede locavit, quidam ex diaconis ſuis, Hunibertus nomine (ſicut multi ob illius feſti venerationem ſolent) Lectionem decantavit.*

XVII.

*Quod quidam ex Romanis Papæ aſſiſtentibus vituperantes, & contra Papam, quia Romano more non ageretur, objurgantes, perſuaſerunt ei, ut ad eumdem diaconum mitteret, & decantationem interdiceret. Quod cum ille juvenum more contemneret, iterum mittendo Papa interdixit. Qui mox eadem vocis ſonoritate, qua prius, cantavit, legendo decenter, Lectionem uſque ad finem perduxit. Qua finita, Papa illum ad ſe vocavit, & quaſi pro inobedientiæ contumacia degradavit. Archiepiſcopus vero miſit ad illum, ut ſuum ſibi redderet miniſtrum. Quod ubi Papa abnuit, pontifex, ut erat antiquæ diſciplinæ, licet ægre, patienter tamen interim tacendo ſuſtinuit. Perlecto autem Evangelio, & decantato Offertorio, ubi ſancti ſacrificii tempus advenit, pontifex,* Moguntinus ſcilicet Archiepiſcopus, *in ſede ſua reſedit, vere conteſtans nec ſe, nec alium quempiam completurum illud officium, niſi reciperet proceſſionis ſuæ miniſtrum. Quod ubi Apoſtolicus intellexit, pontifici ceſſit, reindutumque miniſtrum continuo remiſit. Quo recepto, debito ſe Præſul injunxit officio. Qua in re & pontificis auctoritas, & Apoſtolici conſideranda eſt humilitas: dum & ille officii ſui dignitatem defendere contendebat & iſte licet majoris dignitatis, Metropolitano tamdem in ſua diœceſi cedendum perpendebat.* Hucuſque Urſpergenſis, ſed male ſentiens.

Non enim, quod cedendum ſit a Romano Pontifice cuiquam Archiepiſcopo in ſua diæceſi, Leo id præſtitit, ſed ne ejuſmodi intercedentibus turbis, paratum ſacrificium impediretur, magno ſcandalo totius populi, qui conveniſſet. Quicumque enim, & ubicumque coram Romano Pontifice Miſſas canat, non niſi eo inchoante Miſſas, facere id præſumit, cui ipſe celebraturus reſpondens ipſi Papæ, ſe intelligat imparem, & vice miniſtri eidem deſervire, ne intumeſcat, vel quidquam amplius ſibi ſumat, licet ipſe ſit, qui Deo tunc offerat ſacrificium. Cui Romanus Pontifex ſic aſſiſtat, ut non deſiſtat eſſe ſemper, quod eſt, Chriſti Vicarius, ſucceſſor Petri, omnibus quibuſcumque Epiſcopis major & eminentior. Præſtitiſſet autem, ut Aſſiſtens ille nullas tunc de canente diacono Leoni Pontifici querelas ingereret, ne tumultus (quod contigit) oboriretur; ſed alio loco & tempore illi eidem corrigenda proponeret. Erat tunc Archiepiſcopus Moguntinus Luitpoldus, qui anno ſuperiori, Bardone defuncto, in locum ejus ſubrogatus fuerat ex Præpoſito Eccleſiæ Bambergenſis, tenuitque annos octo, ut ex Hermanno apparet. Hic tu primum Urſpergenſis ſchiſmatici flatus graveolentes ex bile in ſtomacho putreſcente ſpirantes odium in Romanos Pontifices experire: cujus inferius erunt confutanda mendacia, & arguenda jactantia. XVIII.

XIX. Manichæi inventi patibulo damnati.

Eodem anno Imperator cum Goſlariæ Natalem diem Domini celebraret, audivit ibi eſſe hæreticos Manichæos, non ſine

PAGIUS XIII. *Manichæi quidam anno ſuperiori in Germania detecti.*

Ad num. XIX. Imperator hoc anno non *Goſlaræ*, ut Baronius habet, ſed *VVormaciæ* Natalem Domini celebravit, ut ſupra oſtendimus. Hermannus quidem a Baronio laudatus annum MLII. his verbis auſpicatur: *Imperator Natalem domini Goſlaræ egit*; ſed cum annum a Chriſti Natali exordiatur, ut ſæpius monuimus, illud Natale ſecundum noſtrum calculum ad ſuperiorem annum pertinet, ideoque & eodem quidam *Manichæi*, de quibus Hermannus verba facit, a Sancto Leone puniti.

XIV.

Hoc anno *XV. Kal. Junii anno XXI. regnante Henrico Rege* Guillelmus Epiſcopus Auſonenſis cum conſenſu omnis ordinis Clericalis Eccleſiæ ſuæ



ſine admiratione, ut adeo execrandæ hæreſis adhuc reperiri reliquiæ poſſent. Quamobrem zelo, quo æſtuabat Fidei Orthodoxæ, eos omnes repertos patibuli ſuſpendio necari juſſit, ne videlicet, ſi parceret eis, Chriſtianos Catholicos hæreſis ejuſdem venenum inficeret.

Hermannus hoc anno, quo & iſta contigiſſe memorat: *Reliquiæ, inquit, beati Zenonis Confeſſoris a VValtario Veronenſi Epiſcopo in Alemanniam ad villam Ulmam allatæ, plurimis per hæc tempora claruere miraculis.*

Se-

PAGIUS *Incōtinentia Presbyterorum hoc tempore maxima.*

ſuæ dedit *Ermengaudo* Ermemiri Canonico ejuſdem Eccleſiæ, uxorique ejus ac filiis eorum caſtrum, quod dicitur *Medalia*, ea conditione, ut ipſe & uxor ac filii ſub patrocinio ejuſdem Epiſcopi & ſucceſſorum, ideſt in feudum, illud tenerent; ac præterea, ut idem caſtrum reverteretur ad Eccleſiam Auſonenſem poſt mortem Ermengaudi, uxoriſque & filiorum ejus. Baluzius, qui lib. 4. Marcæ Hiſp. ad hunc Chriſti annum hanc Donationem memorat, ait tum Canonicos Auſonenſes vitæ canonicæ addictos fuiſſe, nec id ea tempeſtate in regionibus illis hoc inſuetum extitiſſe ut Canonici uxores ducerent. Narrat enim Franciſcus Didacus lib. 2. Hiſt. Comit. Barcinon. cap. 36. *Guislabertum* Canonicum Barcinonenſem, qui poſtea Epiſcopus fuit, uxorem habuiſſe & liberos, eamque vixiſſe eo tempore, quo maritus tenebat Sedem Barcinonenſem; additque Didacus, tum vulgo licuiſſe Canonicis habere uxores. Imo Victor III in initio lib. 3. Dialogorum ſuorum teſtatur, eum morbum generalem fuiſſe: *Cœperunt*, inquit, *ipſi Presbyteri ac Diacones laicorum more uxores ducere, ſuſceptoſque filios hæredes teſtamento relinquere.* Adhæc multa extant Epiſtolæ Ivonis Carnotenſis, qui ſub finem hujus ſæculi floruit, in quibus idem legitur. In Epiſt. CXLIX. congratulatur Willelmo Rotomagenſi Archiepiſcopo, quod matrimonia hujuſmodi prohiberet: *Quorum conſilio & auxilio*, inquit, *eliminata eſt de prædicta Eccleſia* (ſc. Luxovienſi) *ſpurcitia puerorum, nova & inaudita Neophytorum hæreſi cathedram Epiſcopalem in eadem Eccleſia uſurpantium. Quod quamvis ad tempus aliqua rationabili conſideratione vel aliqua puſillanimitate ſit a vobis toleratum; nunc tamen eſt inquantum nobis videtur, in melius commutatum. Cum & ipſos flammigeros pueros de prædicta Eccleſia eiici feceritis, & virum ſtrenuum & honeſtum D. videlicet VVillelmum Ebroïcenſem Archidiaconum, in Paſtorem prædictæ Eccleſiæ elegeritis.* Idem Auctor queritur apud Daimbertum Archiep. Senonenſem in Epiſt. CC. quod Cantor illius Metropoleos ſedem ſibi indebitam temeraria ambitione occupaſſet, maxime vero quod quidam de Prælatis Eccleſiæ *publice ſibi duo ſcorta copulaſſet, & tertiam pellicem, cui matrimoniales tabulas faciat, jam ſibi præparaſſet.*

XV. *Eorum conjugia in diverſis regionibus diu tolerata.*

Centum & amplius ante præſentem annis, cœlibatus neque in pluribus Franciæ & Italiæ partibus, neque in Anglia ac Germania a Sacerdotibus & Epiſcopis paſſim obſervabatur, & in Normannia coniugia Sacerdotum ruri viventium tolerabantur. Imo Robertus Richardi hujus nominis II. Normanniæ Comitis frater, Archiepiſcopus Rotomagenſis, *a carnalibus illecebris non (ut Pontificem decuiſſet) abſtinuit. Nam conjugem nomine Herlevam ut Comes habuit, ex qua tres filios Richardum, Radulfum, & Guillelmum genuit: quibus Ebroicenſem Comitatum & alios honores ampliſſimos ſecundum jus ſeculi diſtribuit. In ſenectute tandem errorum memor ſuorum pœnituit, & pro reatibus multis magniſque multum timuit*, inquit Ordericus lib. 5. pag. 566. qua de re videndus etiam Gemmeticenſis lib. 8. cap. 17. Neque legitur, Pontificem Romanum, nec ullum alium eum ob conjugium illud, quod diu duravit, in jus vocaſſe, vel *Fulbertum Carnotenſem* Præſulem integerrimum Roberto magna neceſſitudine conjunctum in literis ad eum datis hac de re queſtum eſſe. Imo poſtquam Gregorius VII. adverſus Sacerdotes & Epiſcopos conjugatos varia Decreta emiſit: aliqui Prælati ſanctitate inclyti Sacerdotum conjugia tolerarunt, ut conſtat de Lanfranco Cantuariæ Archiepiſcopo, qui Canonicos omnes Eccleſiarum Cathedralium Angliæ ab uxoribus ſeparavit, ſed qui eas Presbyteris in vicis habitantibus reliquit: *Nullus Canonicus uxorem habeat. Sacerdotum vero in caſtellis, & in vicis habitantium habentes uxores, non cogantur ut dimittant, nec habentes interdicantur ut habeant*, inquit Lanfrancus in ſuo Decreto. Denique in Germania Sacerdotes uſque ad Lotharium II. cum uxoribus cohabitaſſe, ſuo loco videbimus.

XIV. *Eorum origo a Normannis.*

Porro anno DCCCCXII. quo Neuſtria a Francis conceſſa Normannis hanc Sacerdotum & Præſulum depravationem cœpiſſe indicat Ordericus lib. 5. ubi ejus originem in Neuſtria, quæ peculiari Principi parebat, his verbis deſcribit: *In Neuſtria poſt adventum Normannorum intantum diſſoluta erat caſtitas clericorum, ut non ſolum Presbyteri, ſed etiam Præſules libere uterentur toris concubinarum, & palam ſuperbirent multiplici propagine filiorum ac filiarum. Hujuſmodi mos inolevit tempore Neophytorum, qui cum Rollone batizati ſunt* (anno nempe CMXII.) *& deſolatam regionem non literis, ſed armis inſtructi violenter invaſerunt. Deinde Presbyteri de ſtirpe Dacorum* (ideſt Danorum) *literis tenuiter edocti parochias tenebant, & arma ferentes laicalem feudum militari facultate defendebant.* Contra Sacerdotes & Presbyteros conjugatos ante Gregorium VII. Leo IX. Victor. II. Stephanus IX. Nicolaus II. & Alexander II. plurimum laborarunt, uſi præſertim opera Petri Damiani Viri hac ætate celeberrimi, ſed plus omnibus laboravit *Gregorius* VII. ut ex dicendis liquebit.

XVII. *Mors Emmæ Reginæ.*

*Anno MLII. Alfgivæ, ideſt, Emma Regina quondam & conjux Regum Egelredi & Canuti, ſecundo nonas Martii VVintoniæ obiit*, inquit Hovedenus, quod & in Wigornienſi & in Ingulpho hujus temporis Scriptore legitur.

XVIII. *Nativitas Conradi filii Imp.*

*Imperatrix iterum filium, quem Conradum poſtea vocaverunt, Imperatori peperit*, ait Hermannus ad hunc Chriſti annum.

I. SEquitur annus Redemptoris milleſimus quinquageſimustertius, Indictione ſexta, quo Leo Romanus Pontifex, dum in Germania moraretur, de locis, aliiſque juribus ſancti Petri in Germania exiſtentibus male poſſeſſis, modo recuperandis, cum Henrico Imperatore egit. Tunc enim æquiſſimo cum Imperatore tranſactum eſt; ut ea Pontifex cederet Imperatori, acciperet vero ab eo in Italia ejuſdem æſtimationis loca. Ita de his Hermannus hoc anno: *Imperator cum domino Papa, multiſque Epiſcopis, & Principibus Natalem Domini Vuormatiæ egit. Ubi cum Papa (ſicut dudum cœperat) Fuldenſem Abbatiam, aliaque nonnulla loca, & cœnobia, quæ ſancto Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore repoſcens exegiſſet, demum Imperator pleraque in Ultramontanis partibus ad ſuum jus pertinentia pro Ciſalpinis illi quaſi per concambium tradidit.* Hæc Hermannus. Leo Oſtienſis hac ratione aſſerit perveniſſe ad Sedem Apoſtolicam Beneventum. Nam ait (a): *Tunc inter ipſum Apoſtolicum & Imperatorem facta eſt commutatio de Benevento, & Bambergenſi Epiſcopio, ſicut jam ſupra retulimus.* Addidit etiam, ut exercitum idem Imperator in Italiam mitteret ad profligandos Northmannos, qui res ad Eccleſiam Romanam ſpectantes invaſerant, impieque ac ſi non Chriſtiani, ſed Gentiles perſecutores, crudeliter abuſi erant. Quænam autem iſtæ fuerint, idem Pontifex in epiſtola, quam ſcripſit anno ſequenti ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem, fuſius narrat, noſque ſuo loco ponemus.

Permutatio facta inter Pontificem & Imp.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 85.

Expeditio adverſus Northmannos.

II. Quænam autem in primis de expeditione iſta Hermannus habeat, videamus. Sunt hæc verba ipſius, ſcriptis ſuis veſti-

PAGIUS SÆC.XI. AnnoEræ Hiſpan. MXCI. Anno Hegiræ CCCC-XLV. inchoato die 23. April. fer. 6. A.C.1053

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6546.

☉ 26. C. ☽ 9. P. 11. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1053.

LEONIS IX. PAPÆ 5.

HENRICI III. REG. 15. IMP. 8.

CONSTANTINI MONOMACHI IMP. 12.

I. AD num. I. Hermannus quidem Contractus aſſerit, *Henricum* Imp. cum Sancto Leone Natalem Domini Wormaciæ egiſſe, ac per concambium Imperatorem Bambergam & alia nonnulla loca, Pontificem vero Beneventum accepiſſe, ſed cum Hermannus annum a Natali Domini exordiatur, geſta hæc anno ſuperiori, ut ibidem num. IV. expoſuimus.

*Geſta anno ſuperiori a S. Leone.*

II. A num. II. ad IV. Hoc anno Sanctus Leo Germaniam reliquit, poſtquam obtinuit ab Imperatore auxilia adverſus Normannos jura omnia confundentes, nec ſibi, nec ipſi Imperatori niſi tantum verbotenus cedentes, ut narrat Baronius ex Hermanno Contracto ad hunc Chriſti annum. Subjungit Hermannus: *Tranſiens per Alemanniam Purificationem beatæ Mariæ Auguſtæ egit, Mantuæque Quinquageſima acta & nonnullis ſuorum orto inibi tumultu occiſis, infra dies Quadrageſimæ Romam pervenit.* Tumultum illum magis explicat Wibertus in Vita Sancti Leonis lib. 2. cap. 4. *Repedans in Italiam*, inquit, *Concilium apud Mantuam habendum conſtituit. Quod factio quorundam Pontificum ſeveritatem ejus juſti judicii timentium, perturbavit. Nam familiæ eorum fautrices ſcelerum, ſubitaneum contra domni Apoſtolici familiam moverunt tumultum, ſecure adſtantem ante Baſilicam, in qua publicum habebatur Concilium; ita ut vir ſanctus cogeretur a medio conſeſſu ſurgere, & ante portam ad ſedandum ſtrepitum procedere. Cujus præſentiam non reveriti Deo odibiles, eo magis magiſque in nequitia pertinaces, nitebantur ad eum exarmatos confugientes ante oculos ipſius confodere, & a valvis Eccleſiæ, ut ibi tutarentur, repellere: ita ut impetus ſagittarum & ſaxorum circa ejuſdem ſancti aures & ora volitaret, atque quoſdam ejus veſte defendi cupientes vulneraret. Qui tumultus admodum difficulter ſedatus, cœptum rigorem Concilii imperfectum coegit relinqui. Sed in craſtinum cuncti hujus ſeditionis incentores ſevera examinatione damnandi, a piiſſimo Patre ſunt miſericordi indulgentia abſoluti, ne videretur cauſa ultionis aſperitatem in eos exercere judicii.* Coſſartius Tom. IX. Concil. hanc Mantuanam Synodum ex Wiberto citato cum ſuperiori Chriſti anno perperam copulat. Certum enim Wibertum ibi de acceſſu Leonis IX. ad urbem Mantuanam ab Hermanno memorato verba facere. [1] Quare in alia Conciliorum editione Concilium iſtud ſuo anno reddendum erit.

*Reditus S. Leonis in Italiam.*

Hen-

NOTÆ [1] SI Leo pontifex *repedans in Italiam*, ut Wibertus ait, Concilium Mantuæ celebravit, non abſque fundamento Coſſartius ejus celebrationem ad annum præcedentem 1052. revocavit, nam eo anno S. Leonem in Italiam repedaſſe perſpicue probare videtur ejus Diploma in gratiam Bernardi II. Aſculani epiſcopi, quod recitatum ab Andrea-Antonello in Hiſtoria Aſculana pag. 247. ſignat Calendas Julii, *Leonis IX. anno IV. Indict. V. Datum Beneventi* quæ chronicæ notæ annum 1052. ſignant. Pontificem autem Beneventum tunc veniſſe indicari etiam cenſeo a Wiberto in vita ejuſdem, dum de expeditione Normannica ab eodem anno ſequenti 1053. ſuſcepta agens ait; *Rurſum movit iter verſus Beneventum.* Ergo altera jam vice eo venerat. MANSI





ſtigia Pontificis affectantis: *Cumque idem Papa de Northmannorum violentiis, & injuriis, qui res ſancti Petri, ſe invito vi tenebant, multa conqueſtus eſſet, ad hos etiam inde propulſandos Imperator ei auxilia delegavit. Ea ſiquidem gens a temporibus prioris Henrici Imperatoris, in Calabriæ, Samniæ, Campaniæque partes paulatim ex Gallici oris oceani adventitia confluebat; & quia bellicoſior Italicis gentibus videbatur, primo gratanter accepta, crebro indigenis contra Græcorum, & Sarracenorum incurſiones audacter præliando auxiliabatur; poſtea vero pluribus eorum ad uberem terram accurrentibus, viribus adaucti, ipſos indigetes bello premere, injuſtum dominatum invadere, hæredibus legitimis caſtella, prædia, villas, domos, uxores etiam, quibus libuit, vi auferre, res eccleſiarum diripere: poſtremo divina & humana omnia, prout viribus plus poterant, jura confundere, nec jam Apoſtolico Pontifici, nec ipſi Imperatori, niſi tantum verbo tenus cedere. Ad horum igitur nefaria & inextricabilia ſcelera illis e partibus eliminanda, indigenaſque ab eis liberandos dominus Papa animum intendens, ſumma cum charitate, ab Imperatore Romam reverſurus digreditur.*

Northmannorum dira tyrannis.

III. *Secuti ſunt autem eum plurimi Teutonicorum, partim juſſu dominorum, partim quæſtu adducti; multi etiam ſcelerati, & protervi, diverſaſque ob noxas patria pulſi. Quos ille omnes tum conſuetæ miſericordiæ nimia compaſſione, tum etiam, quia opera eorum ad imminens videbatur bellum indigere, clementer & gratanter ſuſcipiebat. Tranſiens ergo per Alemanniam, Purificationem ſanctæ Mariæ Auguſtæ egit, Mantuæque Quinquageſima acta, & nonnullis ſuorum, orto inibi tumultu, occiſis, infra dies Quadrageſimæ Romam pervenit.* Addit his hæc Lambertus: *Romam reverſus eſt, adducens ſecum Godefridum Ducem, & fratrem ejus Fridericum, qui Gebehardo poſtmodum in Sede Apoſtolica ſucceſſit,* Victori ſcilicet. *Item alios quamplures tam clericos, quam laicos in re militari probatiſſimos, quorum virtute Northmannis, qui Apuliam occupaverant, obviam ire parabat.* Hæc ipſe. Sed & Leo Oſtienſis de his agens, Gebehardi Epiſcopi ſugillat proditionem, cum deſertor improbe factus eſt eo tempore. Nam de ipſo hæc ait: (a) *Gebehardus tunc Epiſcopus Aiſtretenſis, gente Noricus, vir ſingulari prudentia, gerendarumque rerum peritiſſimus, Regis Conſiliarius erat. Is, cum ex juſſione Imperatoris magnus valde Apoſtolico traditus eſſet exercitus, jamque itineris multum confeciſſet, Imperatorem adiit, eumque hac de re valde corripiens, ut ejus exercitus totus rediret, doloſus effecit, quingentis tantum ex amicis & propinquis Apoſtolici illum comitantibus.* Quod quidem ut grave peccatum idem Gebehardus diutius deploravit, cum factus Pontifex eſt divinam ultionem expertus. Nam de ipſo idem Leo inferius hæc habet: (b) *Qui quoniam prædeceſſori ſuo (ut ſupra retulimus) impedimento maximo fuerat, quoties poſtmodum a circumpoſitis moleſtiæ aliquid patiebatur, dicere ſolebat: Merito hæc patior, quia peccavi in dominum meum. Et item: Dignum eſt, ut quod fecit Saulus, patiatur Paulus: quod egit lupus, ſuſtineat agnus.*

Reditus Leonis Pap. in Italiam.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 85.

Gebehardus deſertor.

(b) Idem l. 2. c. 90.

IV. Antequam autem adverſus Northmannos Leo Pontifex proficiſceretur (ut Hermannus ait) poſt Paſcha Romæ Synodum habuit: in qua ultima Synodo Gerardum Leucorum ſupra ſe quintum Epiſcopum in Sanctorum numerum retuliſſe Sigebertus affirmat. In hac item Syno-

Synodus Romæ habita.



PAGIUS III. Henſchenius in Comment. prævio ad Vitam Sancti Leonis num. XXIII. ubi hoc Concilium cum præſenti anno recte connectit, notat ex Hyppolito Doneſmundi, qui hujus ſeculi initio Hiſtoriam Mantuanam ſcripſit, lib. 3. pag. 203. Sanctum Leonem anno MLIII. ſacrum Chriſti cruorem, qui ibidem aſſervari dicitur, coram adoraturum adveniſſe, fruſtraque conatum impetrare Romam auferendum, populi pro eo retinendo in ſeditionem verſi collaudaſſe zelum, & novam ſancti Andreæ Eccleſiam, in qua dicit Hippolytus Doneſmundi anno MXLIX. ſacrum illum ſanguinem inventum eſſe, licet non plene abſolutam dedicaſſe, ac modica pretioſi theſauri particula reverenter excepta (quæ nunc in Sancti Joannis Lateranenſis Eccleſia ſervatur) reliquum cum *Sancti Longini* corpore in præparatum ad id locum repoſuiſſe: quod deinde ne aliqua Barbarorum incurſione auferri contingeret, Epiſcopus *Conon* anno MLV. rurſum ſub terra abdi juſſerit, intra fornices, marmoreumque altare hunc in finem præparatum. Ait autem Hippolytus Doneſmundi ſe hæc hauſiſſe ex Hiſtoria MS. oculati teſtis, & rebus omnibus cum gererentur præſentis. Duplex itaque Mantuæ, dum ibi Sanctus Leo eſſet, ſeditio excitata.

*Dum Mantuæ eſſet, tumultuatum.*

IV. Ad num. IV. Hermannus Contractus narrato Sancti Leonis Romam acceſſu, ait: *Dominus Papa habita poſt Paſcha Synodo, contra Nortmannos, ut propoſuerat, exercitum movit.* Baronius cum Sigeberto in Chronico ad hanc Synodum Canonizationem Sancti Gerardi Epiſc. Tullenſis refert. Verum Sigebertum hac in re falli, eamque Canonizationem anno ML. in alia Synodo Romana peractam, eo anno oſtendimus. Secundo, Baronius ait, in hac Synodo Romana definitam eſſe controverſiam inter Foroiulienſem & Aquileienſem Antiſtites, ſed ea de re ipſemet jam egerat anno ML. ut ibidem vidimus. Quare quæ ibi de ea diximus, ad hunc annum revocanda. Ad hanc etiam Synodum referenda quæ mox dicemus de hæreſi *Fermentaceorum* hoc tempore exorta

*Synodus Romana IV ſub Leone IX.*

do definita eſt vetus controverſia inter Forojulienſem & Aquilejenſem Antiſtites, de limitibus diœceſeos, ſtatutumque, ut Aquileja totius Venetiæ, & Iſtriæ metropolis eſſet, Forojulienſis Eccleſia finibus Longobardorum contenta eſſet. Extat de his epiſtola (a) Leonis Pontificis, hac Indictione ſexta conſcripta. His peractis in Synodo, Leo Papa Caſſinum petiit, expetiturus a ſanctis monachis preces: de cujus adventu hæc Leo Oſtienſis: (b) *Rediens itaque Romanus Pontifex ex Alemannia, rurſus aſcendit in monaſterium noſtrum, Fratribuſque ſe commendavit devotiſſime. Cumque apud ſanctum Germanum honorifice fuiſſet acceptus, rogatus a Fratribus, ut monaſterium ſancti Stephani, quod ſupra Tarracinam eſt, illis reſtitueret: interrogat, an ad illos umquam pertinuiſſet. Aſſerentibus, oſtendi ſibi id poſtulat. Mox dialogo ſancti Gregorii exhibito, utque ſanctus Benedictus illud monaſterium conſtruxerat, ex ejuſdem Patris vita oſtenſo (aut enim ignorabant, aut promptum non habebant Agapiti Papæ privilegium, Balduino Abbati inde confectum) vere, ait ſanctus Pontifex, æquiſſimum eſt quod quæritis: moxque Friderico Cancellario mandat privilegium inde conſcribere, ipſumque monaſterium aſſignari noſtro cœnobio cum ſuis omnibus juſſit. Fecit & eodem tempore huic monaſterio privilegium aliud, per quod navem hujus monaſterii in Romano portu omni tempore cum nauclero & omnibus nauticis ſuis liberam ab omni conditione, penſioniſque debito eſſe conſtituit. Poſt hæc adjunctis ſibi cunctis fere militibus, Apuliam, cum Northmannis dimicaturus, ingreditur.* Hæc Leo.

(a) Leo epiſt. 2. t. 3. ep. Rom Pon.

(b) Leo Oſt. l. 2. c. 88.

Leo Pap. Caſſinum venit.

V. Audit cauſas Leo Monachorum in ipſo procinctu.

At vero, antequam veniret in Apuliam, litigium compulſus eſt definire inter Abbatem monaſterii ſancti Vincentii, poſiti ad fontes Vulturni (de quo Tomo ſuperiori ſæpe contigit meminiſſe,) & Albertum intruſum; de quo in libro privilegiorum ejuſdem (c) monaſterii hæc leguntur: *Anno Domini Leonis Noni ſummi Pontificis & univerſalis Papæ quinto, Indictione ſexta, menſe Junio, die decima, cum idem Leo contra Apuliæ fines pergens &c. occurrit ei Luitfridus Abbas monaſterii ſancti Vincentii ad fontes Vulturni conqueſtus contra Albertum preſbyterum & monachum, uſurpantem ſibi nomen Abbatis in monaſterio ſanctæ Mariæ in Caſtanleto. Tunc aſſiſtentibus pluribus Præſulibus, ab eodem Leone cauſa eſt judicata Abbati ſancti Vincentii. Qui interfuerunt, hi ſunt.*

(c) Pag. 332.

*Humbertus Epiſcopus Silvæcandidæ.*
*Petrus Amalphitanus Archiepiſcopus.*
*Amalguiſius Cevetenſis Epiſcopus.*
*Udalricus Beneventanus electus Archiepiſcopus.*
*Fridericus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarius & Bibliothecarius.*
*Adenolphus Dux Cajetanus.*
*Landus Comes Aquinas.*
*Landulphus Comes de Tiano, & alii.*

VI. Leonis benignitas ad omnes & omni tempore.

Hæc ibi. Indicia plane ſummi Pontificis ſummæ benignitatis, quod cum in tanti momenti expeditione eſſet, monachorum ſineret ſe detineri litigiis, & fatigari querelis, cum jam proxime tempus inſtaret, quo Romanus exercitus collatis ſignis cum Northmannis conflicturus eſſet, per factum eſt paucos poſt dies eodem menſe. Sed audiamus ipſum Hermannum tum viventem, hæcque ſcribentem. Ait enim: *Dominus Papa habita*

PAGIUS

ta, propter quam Concilium illud collectum Henſchenius citatus veroſimiliter arbitratur.

V. *Bellum Normannicum S. Leoni infauſtum*

A. num. V. ad X. Marianus Scotus ad annum MLIII. ſcribit: *Leo Papa exercitum ducens per Apuliam contra Normannos infinita utrobique cæde peracta, ſine victoria redit*, anno ſcilicet ſequenti. Id autem hoc anno contigiſſe teſtantur etiam Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgenſis & Chronographus Hildesheimenſis. Quare errat Leo Oſtienſis a Baronio num. VIII. citatus & emendatus, qui lib. 2. cap. 88. prælium hoc anno XIV. *Kalend. Julii*, ſeu die XVIII. menſis Junii Pontificios inter & Normannos habitum in annum ſequentem differt, qui error Librariis non attribuendus, ut conſtabit ex dicendis anno ſequenti num. I. Wibertus laudatus cap. 6. hæc tantum de illa expeditione habet: *Piiſſimus Paſtor ſollicitus pro ovibus ſibi a Deo creditis, ac clementi condolens affectu inauditæ afflictioni Apuliæ gentis; collecto aliquanto comitatu, rurſum movit iter verſus Beneventum, niſus omnimodis Nortmannorum ſæviſſimum mitigare impetum. Non eſt noſtrum lacrymoſis expendere verbis quid ſibi in hoc itinere contigerit: dum ipſe brevi ſcripto Imperatori Conſtantinopolitano cuncta intimaverit. Ait enim inter alia.*

VI. *Crimina Normannorum Apuliæ.*

*Illa ſollicitudine, qua omnibus Eccleſiis debeo invigilare videns indiſciplinatam & alienam gentem Normannorum, crudeli & inaudita rabie, & pluſquam pagana impietate adverſus Eccleſias Dei inſurgere, paſſim Chriſtianos trucidare, & nonnullos novis atque horribilibus tormentis uſque ad defectionem animæ affligere: nec infanti nec femineæ fragilitati aliquo humanitatis reſpectu parcere, nec inter ſanctum & profanum aliquam diſtantiam habere; Sanctorum Baſilicas ſpoliare, incendere, & ad ſolum uſque diruere; ſæpiſſime perverſitatem ejus redargui, commonui, obſecravi, prædicavi, opportune importuneque inſtiti, terrorem divinæ & humanæ vindictæ denunciavi. Sed quia ſicut quidam Sapiens ait; Nemo poteſt corrigere, quem Deus deſpexerit, &, Stultus verbis non corrigitur; adeo obſtinata & obdurata ejus malitia permanſit, ut de die in diem adderet pejora peſſimis. Unde non tantum exteriora bona pro liberatione ovium Chriſti cupiens impendere, ſed ſuper impendi ipſeque optans, viſum eſt mihi ad teſtimonium nequitiæ ipſorum nihil ſic expedire ad repreſſionem contumaciæ, quam humanam defenſionem undecumque*



*bita poſt Paſcha Synodo, contra Northmannos, ut propoſuerat, exercitum movit. Cumque illi pacem petentes, ſubjectionem, ſervitiumque ipſi promitterent, & quæ prius injuſte ſibi uſurpantes invaſerant, ejus beneficio, gratiaque retinere velle ſe dicerent: idque Papa abnegans, vi & injuria raptas res ſancti Petri repoſceret, eoſque perperam pervaſo cedere loco juberet; illi quia numero longe præſtabant, quaſi rem impoſſibilem ſibi propoſitam refutantes, ſe potius bello obviam ituros, armiſque acquiſitam patriam armis defenſuros, vel morte occubituros denuntiant.*

VII.

*Sicque decimoquarto Kal. Jul. validæ pugna confligentes, prima acie Northmanni a Teutonicis pene victi ſunt; ſed ſuccenturiatis copiis ex inſidiis noſtros circumvenientes, Italis citius terga vertentibus, Teutonicis maxima ex parte, ſed non inulte occumbentibus, occulto Dei judicio, ſive quia tantum ſacerdotem ſpiritalis potius, quam pro caducis rebus carnalis pugna decebat; ſive quod nefarios homines quam multos ad ſe ob impunitatem ſcelerum, vel quæſtum avarum confluentes, contra itidem ſceleſtos expugnandos ſecum ducebat; ſive divina juſtitia, alias, quas ipſe novit, ob cauſas, noſtros plectente, quamvis nimis cruentam, hoſtes adepti ſunt victoriam. Ipſeque dominus Papa in quodam ab eis caſtello obſeſſus, cum expugnata jam jamque munitione neceſſitate coactus, communionem eis prius interdictam reddidiſſet, acceptus ab eis, Beneventum cum honore tamen reductus eſt, ibique tempore aliquanto detentus, nec redire permiſſus.* Intentus ibi (ut ſubdit) divino ſervitio. Hæc Hermannus.

Acerrimum bellum inter Romanos atque Northmannos.

VIII. (a) Leo Oſt. l. 2. c. 88.

Sed quæ Leo Oſtienſis de his habeat, accipe: (a) *Apuliam, cum Northmannis Leo Papa, dimicaturus ingreditur anno Domini milleſimo quinquageſimo * quarto. Atque ex parte ipſius quidem Apoſtolici Rudolphus in Beneventanum Principem jam electus, & Guarnerius Suevus ſigna ſuſtollunt. Northmanni vero tres de ſuis ſtatuunt turmas, quarum unam Comes Hunfridus, aliam Richardus item Comes, tertiam Robertus agebat Guiſcardus. Inito autem certamine in planitie maxima, quæ civitati adjacet, paulatim ſe ſubducentibus fugientibuſque noſtratibus, & ſolis, qui cum Papa venerant, amicis, propinquiſque remanentibus, cum diu ab his acriter pugnatum eſſet, omnibus tamdem in ipſa pugna trucidatis, Northmanni Dei judicio evaſere victores. Dehinc Hunfridus Pontificem adiit, & in ſua illum fide ſuſcipiens, cum ſuis omnibus Beneventum perduxit, ſpondens, quandocumque Romam ire diſponeret, ipſe illum Capuam uſque deduceret. Intravit autem idem Papa Beneventum menſe Junio, vigilia S. Joannis Baptiſtæ, manſitque ibi uſque ad menſis Martii duodecimam diem.* Hæc Leo.

* tertio

IX. Northmanni victores victum colunt Pontificem.

Vidiſti in Northmannis quamvis hoſtibus implacabilibus, tam in Galliis, quam in Anglia, atque demum in Italia ubique victoribus, a ſe victo Pontifice victos ipſos eſſe reverentia culminis Apoſtolici: adeo ut (ſicut ipſe Pontifex ſuis litteris teſtatus eſt, ſcribens ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem), viciſſe Pontificem, ipſos pœnituiſſet? Addit his Sigebertus, Pontificem captum a Northmannis relaxari noluiſſe, niſi ſuis omnibus pariter relaxatis. Quod eidem obſequentes præſtitere Northmanni, Ponti-



PAGIUS

*que attrahendam fore: audiens ab Apoſtolo, Principes non ſine cauſa gladium portare, ſed miniſtros Dei eſſe, vindices in ira omni operanti malum; & quia Principes non ſunt timore boni operis, ſed mali, & Reges atque Principes miſſos a Deo ad vindictam malefactorum.*

VII. *Ab illis comitatus S. Leonis male habitus.*

*Suffultus ergo comitatu, qualem temporis brevitas, & imminens neceſſitas permiſit, glorioſi Ducis & Magiſtri Argyrei, fideliſſimi tui, colloquium & conſilium expetendum cenſui; non ut cujuſque Normannorum ſeu aliquorum hominum interitum optarem aut mortem tractarem, ſed ut ſaltem humano terrore reſipiſcerent, qui divina judicia minime formidant. Interea nobis eorum pertinaciam ſalutari admonitione frangere tentantibus, & illis ex adverſo, omnem ſubjectionem ficte pollicentibus, repentino impetu comitatum noſtrum aggrediuntur, ſed & adhuc de victoria ſua potius triſtantur quam lætantur. Sicut enim tua Pietas ſcribere curavit ad noſtram conſolationem; pro iſta ſua præſumptione majorem in proximo expectant ſibi ſuperventuram indignationem, & poſt illam, quam experti ſunt, ſuæ catervæ diminutionem. Nos quoque divinum nobis adjutorium affore, & humanum non defore confidentes, ab hac noſtra intentione liberandæ Chriſtianitatis non deficiemus; nec dabimus requiem temporibus noſtris, niſi cum requie Sanctæ Eccleſiæ periclitantis. Et hæc quidem Domnus Apoſtolicus.* Integram Epiſtolam Baronius anno ſequenti num. II. & ſeqq. refert. Pergit Wibertus.

VIII. *S. Leo Beneventum a Normannis deductus.*

*Itaque peſſima gens Normannorum, peracta cæde familiæ mitiſſimi Papæ, non ſine magno detrimento ſuorum aggreditur oppidum Civitatulam cognominatum, ubi idem Beatus, ignarus eorum quæ acta erant, tardantem ſuum expectabat comitatum. Qui cum imminentes hoſtes cerneret, & quid ſuis contigiſſet, intelligeret, cum ea qua ſibi remanſerat Clericorum frequentia, cœptum iter verſus Beneventum arripuit, & cunctis hoſtibus attonitis, quaſi Leo confidens abſque terrore, per medium illorum tranſiit. Ergo tam admirandam perpendentes confidentiam, mutatis animis in ejus ſunt converſi obſequelam: cujus oſculantes veſtigia, ſibi immeritam depoſcebant indulgentiam. Quibus vir ſanctus pauca locutus pro tempore, ipſis deſervientibus ſtuduit funera cæſorum honorifice procurare, tumulans ea in vicina Eccleſia, ab antiquo diruta tempore. Et quoniam pro amore Chriſti afflictæque gentis liberatione devotam mortem*

tifici in omnibus perinde ac victori morem gerentes.

At de his non audiendus Benno ſchiſmaticus, qui rabie canina in Hildebrandum oblatrans, ipſum cum Benedicto Nono Sedis Apoſtolicæ invaſore inſidiatum eſſe Leoni Pontifici in hoc bello Northmannico tradit. Quanta autem in homine fuerit mentiendi uſurpata licentia, & ſtruendi calumnias fraus, ſuperius jam ſatis eſt demonſtratum.

X. Verum ſicut iſte non audiendus, ita quæ Petrus Damiani adverſus eumdem Leonem, militaribus copiis ſe miſcentem ſcripſit, in his quæ aſſerit, examinanda ſunt, an in omnibus veritate ſubſiſtant. Cum enim ipſe eſſet mœrens animo ac lugens eremi incola, quod frequenter audiret Epiſcopos aliquos in Galliis atque Germaniis galeatos ac loricatos ad bella procedere; facinus execratus, ſcripſit epiſtolam ad Firminum Epiſcopum, qua deplorans mundi hujus mala, præcipue vero diſcordias oboriri ſolitas inter Imperatores atque Pontifices, ſic vult munera eorum eſſe diſtincta, ut nec Imperatores attingant quæ ſunt ſacerdotum, nec ſacerdotes quæ ſunt Imperatorum, ut bella tractare, & alia id genus, quæ ipſis omnino reſervat. Ait enim: *Sicut ergo ipſe Dei Filius cuncta mundi furentis obſtacula, non per diſtricti examinis ultionem, ſed per invictam ſuperavit inconcuſſæ patientiæ majeſtatem; ita docet mundi rabiem potius æquanimiter ferre, quam vel arma corripere, vel lædenti læſionibus reſpondere: præſertim cum inter regnum & ſacerdotium propria cujuſque diſtinguantur officia, ut Rex armis utatur ſæculi, & ſacerdos accingatur gladio ſpiritali, qui eſt verbum Dei. De ſæculi nempe Principe Paulus dicit:* (a) *Non ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Ozias* (b) *Rex, qui ſacerdotale uſurpat officium, lepra perfunditur. Et ſi ſacerdos arma corripit (quod utique laicorum eſt) quid meretur? Nam & David idcirco ante Evangelium evangelice vixiſſe creditur, quia non modo Semei & Saul, ſed & plurimis indulſiſſe hoſtibus ſuis invenitur. De quo, & cæteris ſanctis Patribus nonnulla hic exempla perſtringerem, niſi vobis incomparabiliter notiora quam mihi hæc & his ſimilia certum tenerem. Plane quis non videat, quam ſit inhoneſta confuſio, ut quod Eccleſia agendum denegat, imprudenter ipſa committat? & cum aliis prædicat patientiam, infœderabilem contra nocentes accendatur in iram? Contigit hoc facienti quod Apoſtolus dicit:* (c) *Ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. Vel illud potius, quod ad Romanos ait:* (d) *Qui ergo alium doces, teipſum non doces: qui dicis, non mœchandum, & mœcharis: qui abominaris idola, ſacrilegium facis. Et præcipue id quod * præſto ſubjunctum eſt, ſacerdoti congruere videtur: Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Et poſt alia id genus adducta & cumulata ſubiicit iſta:

Petrus Damiani quæ in Leonem bella tractantem.

(a) Rom. 13.

(b) 2. Para. 26.

(c) 1. Cor. 9.

(d) Rom. 2.

* preſto pro cito vel mox.

Eo

PAGIUS *tem voluerunt ſubire, multiplicibus revelationibus monſtravit eos divina gratia in cœleſti regno perenniter gaudere: Nam & ipſi diverſis modis ſe ſe oſtenderunt Chriſti fidelibus, dicentes ſe non eſſe lugendos exequiis funebribus, imo in ſuperna gloria ſanctis conjunctos Martyribus. Ab eiſdem quoque illorum interfectoribus ſuper ipſos reſtructa venuſto opere Baſilica, ac concione Deo ſervientium ibidem congregata, omnipotentiſſima Dei virtus multa per eos exercet miraculorum inſignia. Ferociſſima vero gens Normannorum his exterrita geſtis, crudelitate depoſita, populos quibus cohabitabat extunc ut compatriotas amicabilius tractavit, ac venerabili Papa quoad vixit in omni ſubjectione fideliter deſervivit. Eximius autem Paſtor Beneventum veniens, ipſis Normannis etiam injuſſis per totum iter obſequialiter illum comitantibus, non modico illic anni ſpatio eſt commoratus*, ad diem ſcilicet XII. menſis Martii ſequentis Chriſti anni.

IX. Guillelmus tamen Apulienſis lib. 2. aſſerit. *Conſtantinum Monomachum* Imp. mandaſſe *Argiroo* Apuliæ Præfecto, ut Normannos ad ſuas partes pertrahere conaretur, & *Argiroum*, cum res e ſententia non ſuccederet, Pontificem adverſus illos ſollicitaſſe. Sed audiendus Apulienſis:

*Græcorum fraus ut Normannos ex Apulia pellant.*

*Imperii Rector ſcrutatur præmemoratus.*  
*Argiroum, Gallos depellere qualiter oris*  
*Italiæ valeat, neque ut jam poſſe fugari*  
*Comperit, ergo alios molitus adire paratus*  
*Conſilii; quia quos fortes ad arma, nec armis*  
*Vincendos novit, promiſſis fallere ſperat.*  
*Audit enim, qua gens ſemper Normanica prona*  
*Eſt ad avaritiam, plus, qui plus præbet, amatur.*  
*Tradit Argiroo portanda pecunia multa,*  
*Argenti multum, pretioſaque veſtis, & aurum;*  
*Ut ſic Nortmanni fallantur, & egredientes*  
*Finibus Heſperiæ, propere mare tranſgrediantur,*  
*Magna ſub imperii famulamine promerituri.*  
*Imperat hic etiam, quod ſi tranſire negarent,*  
*Hæc aliis, illis quæ danda fuere, darentur,*  
*Opprimeret quorum gravis infeſtatio Gallos.*  
*Paruit Argirous loca tranſit ad Appula, juſſus,*  
*Francorum Comites vocat, & ſe magna daturum*  
*Munera promittit, ſi transgrediantur ad Argos,*  
*Dimiſſo Latio, grave qui certamen habebant*  
*Cum Perſis, & eos jurans promittit ab illo,*  
*Qui regit imperium. gratanter ſuſcipiendos,*  
*Et magnis opibus ditandos affore ſpondit.*

Cal-



XI. *Et revera qua fronte, qua libertatis audacia ſacerdos quilibet in diſſidentium confœderatione deſudet, cum ipſe ſuis oſoribus non remiſſionis indulgeat veniam, ſed effrænetur implacabiliter ad vindictam? Inter omnes ſane virtutum gemmas, quas Salvator de cœlo veniens attulit, duas inſignius atque præclarius rutilare monſtravit, quas & in ſe prius expreſſit, & ut nobis imprimerentur, edocuit, charitatem ſcilicet & patientiam.* Et paulo poſt: *His nimirum virtutibus & fundatores Apoſtoli Eccleſiam ſanctam condiderunt, & propugnatores ejus ſancti Martyres diverſa mortium ſupplicia triumphaliter pertulerunt. Si ergo pro Fide, qua univerſalis vivit Eccleſia, arma ferrea capere privato non licet, nuſquam ferrea corripere arma conceditur: quomodo pro terrenis & tranſitoriis Eccleſiæ facultatibus loricatæ acies in gladiis debacchantur? Porro ſancti viri cum prævalent, hæreticos, idolorumque cultores nequaquam perimunt, ſed potius ab eis pro Fide Catholica perimi non refugiunt. Quomodo ergo pro rerum vilium detrimento Fidelis Fidelem gladio petat, quem ſecum utique redemptum Chriſti ſanguine non ignorat?*

*In Galliarum finibus audivi geſtum eſſe, quod narro. Inter Abbatem & quemdam ſæculi potentem orta eſt non levis de poſſeſſione contentio: cumque a partis utriuſque fautoribus minis diu certaretur & jurgiis: tandem ut armis ageretur, utrimque condictum eſt. Et ſæcularis quidem, paratis militum copiis, campum præliaturus ingreditur, acies ſtruit, cuneos ordinat, atque ad fortiter agendum mentes acerrimus cohortator inflammat. Silveſcunt omnia gladiis, rubent clypei, vociferantium clamor attollitur, minaces armatorum fremitus inhorreſcunt, tela ſtringuntur, & ſolus adverſæ partis impetus ad congrediendum * accenſis manibus expectatur. Abbas enim non in armis terrenis ſpem ſuam, ſed in humanæ ſalutis Auctore conſtituens, cunctis, qui pro ſe dimicare convenerant, ſuum prohibuit comitatum: ſolos autem monachos ſuis equis impoſuit, capita cucullis cooperire præcepit, ſicque cum illis, velut galeatis, & loricatis Fidei munimento, Cruciſque vexillo ad locum certaminis venit. Cumque vir ille non ferrea, ut ſperabat, arma conſpiceret, ſed tamquam cœleſtem atque angelicam aciem cominus advertiſſet; tantus eum cum ſuis omnibus divini timoris horror invaſit, ut deſilientes de equis, protinus arma proiicerent, terræ ſe humiliter ſternerent, indulgentiam flagitarent. Sic, ſic nimirum titulos victoriæ triumphalis obtinuit, qui non in frementibus equis, non in micantibus gladiis ſpem poſuit, ſed ex divinæ tantum potentiæ virtute præſumpſit.*

* f. extenſis.

Armis ſpiritualibus cedunt arma bellica.

*Ad hæc ſi quis obiiciat, Leonem bellicis uſibus ſe frequenter implicuiſſe Pontificem, nihilominus verum eſſe dico, quod ſentio: Quoniam nec Petrus ob hoc Apoſtolicum obtinet principatum, quia negavit: nec David idcirco prophetiæ meretur oraculum, quia thorum alieni viri invaſit; cum mala, vel bona non pro meritis conſiderantur habentium, ſed ex propriis debeant qualitatibus judicari. Numquid hoc legitur vel egiſſe, vel litteris docuiſſe Gregorius, qui tot rapinas ac violentias a Longobardorum feritate eſt perpeſſus? Num Ambroſius bellum Arianis, ſe ſuamque Eccleſiam crudeliter infeſtantibus intulit? Numquid in arma ſanctorum quiſpiam traditur inſurrexiſſe Pontificum? Cauſas igitur Eccleſiaſtici cujuſcumque negotii leges dirimant fori, vel ſacerdotalis edicta Concilii, ne quod gerendum eſt in tribunalibus judicum, vel ex ſententia debet prodire Pontificum: in noſtrum vertatur opprobrium, congreſſione bellorum.*

XIII. Petrus Damiani ſugillat Leonem pont.

Hucuſque de his Petrus Damiani, cui Catholica dogmata penitus adverſantur, quibus hæreſis errore notantur omnes, qui ab Eccleſia Romana, cathedra Petri, e duobus alterum gladium auferunt, nec niſi ſpiritualem concedunt, ipſo ſancto Bernardo dicente: *Materialem gladium qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini, dicentis: Converte gladium tuum in vaginam.* De cujus uſu habet iſta Gregorius IX. in (a) epiſtola ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſuo loco inferius recitanda: *Illud tantum adiicimus, quod utrumque gladium ad Romanum Pontificem pertinere, ex Evangelica lectione tenemus. Etenim loquente JESU Diſcipulis de acquiſitione gladii ſpiritualis, illi duos ibi poſitos oſtende-*

XIV. Gregor. pap. IX. de duobus gladiis eccleſ.

*(d) Cuſa cum aliis epiſt. Rom. anno 1587 curante Gerardo Voſſio.*

PAGIUS

*Callida Græcorum promiſſio, calliditatem*  
*Non latuit gentis Latium ſuperare volentis.*  
*Et dimiſſuros loca ſe non Appulia dicunt,*  
*Dum conquirantur, niſi forte potentior illis*  
*Turbas ſuperveniens depellat, & opprimat illos.*  
*Vir Leo mirificus hac tempeſtate regebat*  
*Romanam ſedem, tanti gens Appula Papæ*  
*Audit ut adventum varias deferre querellas*  
*Cœpit, & accuſat diverſo crimine Gallos.*  
*Veris commiſcens fallacia nuncia mittit.*  
*Argirous Papæ, precibuſque frequentibus illum*  
*Obſecrat, Italiam quod libertate carentem*  
*Liberet, ac populum diſcedere cogat iniquum:*  
*Cujus preſſa jugo peſumdatur Appula tellus.*

X. Narrat poſtea Apulienſis prælium inter Italos a quibus Teutonici ſtabant, & Normannos commiſſum, additque, de Italis & Teutoni-

cis

*derunt, quos Dominus dixit ſufficere, ad cohibitionem videlicet ſpiritalis, & temporalis offenſæ. Si materialem gladium pertinere concedis ad potentiam temporalem, attende quod in Matthæi Evangelio Dominus dicat Petro:* (a) Matth. 26. *(a) Converte gladium tuum in locum ſuum, dicendo tuum; materialem ſignificavit gladium, quo percuſſit ille ſervum principis ſacerdotum. De ſpiritali vero nemo vertit in dubium, cum ei, id eſt Petro, per cujuſdam ſpecialitatis apicem* (b) Ibid. 16. *(b) ligandi, atque ſolvendi commiſerit poteſtatem. Uterque igitur gladius Eccleſiæ traditur, ſed ab Eccleſia exercendus eſt unus, alius pro Eccleſia manu ſæcularis Principis eximendus: unus a ſacerdote, alius ad nutum ſacerdotis adminiſtrandus a milite.* Hæc Gregorius. His conſentientia Bonifacius Papa VIII. habet his verbis: (c)Extrav. de major. & obed. c. 1. (c) *Uterque gladius eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritalis ſcilicet, & materialis: ſed is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus: ille ſacerdotis, is manu Regum, & militum, ſed ad nutum, & patientiam ſacerdotis.* Cum videlicet jubet, vel ſponte facienti conſentit. Et pergit: *Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubiici poteſtati.* Hæc Bonifacius. Cui aſſentiuntur omnes, ut nullus diſcrepet, niſi qui diſſidio ab Eccleſia excidit.

XV. Sed præter Doctores, & Theologos omnes ipſe vigens uſus in Eccleſia dogma probavit. Siquidem ad propulſandos ab Italia Longobardos, vel Sarracenos, frequentibus legationibus Romani Pontifices, iidemque ſanctiſſimi (ut ſuperiores Tomi ſatis abunde demonſtrant) ſtudio propenſiſſimo apud Chriſtianos Principes inſtitere, alienaque manu pugnantes, atque vincentes, erexere de barbaris victis ſæpe triumphos, nuſquam vero reperti, qui armati in acie dimicarint. Sed Leo ipſe, de quo agimus, licet ſit comitatus exercitum, ſeorſum tamen, exitum expectans certaminis, in loco munito, in quo poſtea obſeſſus eſt, manſit. Unus Joannes Duodecimus adoleſcens, Sedis invaſor eſt repertus, qui armatus aliquando equitaſſe, delatus in Synodum fuit: quod habitum pro noſtro, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Sed & probro ſæpe datum Epiſcopis, ſive Francis, ſive Germanis id factitantibus, cum aliena non ſua manu (ut audiſti a Gregorio & Bonifacio) ſit in defenſionem Eccleſiæ ejuſmodi gladius exerendus.

XVI. Idque etiam factum a S. Gregorio Magno Papa, quem adeo male in ſententiam ſuam adducit Petrus, ex ſui ipſius ſcriptis epiſtolis ſatis ſuperque evidenter apparet. Et quo magis eum errantem ex ipſo, quem contra Leonem citat, coarguas; accipe ex ipſius Gregorii epiſtolis certa loca, quibus ipſe adverſus Longobardos militum gladios aliena manu magna inſtantia monuerit exerendos. Nam ad Velocem Magiſtrum militum ſcribens, hortanſque adverſus Arnulphum Ducem Longobardorum prodire cum copiis, hæc habet (d): (d) Greg. Regiſt. lib. 12. ep. 21. & 22. *Si huc vel ad Ravennates partes nec dicendum Arnulphum cognoverītis excurrere: vos a dorſo ejus (ſicut decet viros fortes) laborate, qualiter opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius in Republica, Deo auxiliante proficiat, &c.* Et ad Mauritium & Vitalianum itidem Magiſtros militum ſequentem epiſtolam ſcribens, hæc itidem poſt alia habet: *Sed & gloria veſtra, ſi huc perrexerit ipſe hoſtis Arnulphus, quomodo conſuevistis cum auxilio Dei, a dorſo ejus, quod poteſtis, perficite. Speramus enim in omnipotentis Dei virtute, & in ipſius beati Petri Apoſtolorum principis, in cujus natali ſanguinem effundere deſiderat, quia ipſum ſibi contrarium ſine mora inveniet.* Hæc Gregorius. Erat tunc Roma ſub Imperatore Conſtantinopolitano, qui per Præfectos regebat eam, & quæ ad bellum ſpectabant, Magiſtris militum miſſis ad hoc delegabat. Et quamvis hoc non ſuum, ſed alienum videretur eſſe negotium, tamen ac ſi ſuum peculiare eſſet, de reſiſtendo, & expugnando eoſdem perfidos Longobardos, plures extant ejus (e) epiſtolæ ad Mauritium Imperatorem, & ad ejus (f) ſucceſſorem Phocam. Quin etiam in his quæ ſpectant ad defenſionem mœnium civitatum, vigilare jubet (g) Epiſcopos, & neceſſaria cuncta para-

S. Greg. an uſus gladio tempora-li. (e) idem Regiſt. lib. 4. epiſt. 31. (f) Idem Regiſt. lib. 11. ep. 43. (g) Idem Regiſt. lib. 7. ep. 20. Ind. 1. & Ind. 2. ep. 2. & 3. eo lib. 7.

PAGIUS *Quo anno Italia Normannis devicti.* cis nec unum ſuperfuiſſe, omnes deinde Apuliæ urbes *Hunfredo* Comiti, aut ſe dediſſe, aut vectigalia ſolviſſe, huncque *Robertum Guaſcardum* fratrem in Calabriam miſiſſe, qui eam paulatim ſequentibus annis totam ſuæ ditioni ſubdidit. De hoc prælio Lupus Protoſpata in Chron. habet: *An. MLIII. in feria ſexta, menſe Junii* (die nempe XVIII. ejuſdem menſis, in quem feria VI. incidit) *Nortmanni fecerunt bellum cum Alemannis, quos Papa Leo adduxerat, & vicerunt, & fuit hoc anno magna fames in Italia.* Denique Anonymus Barenſis ſermone barbaro de eodem ſcribit: *& Argiro ibit* (loco, ivit) *in Siponto per mare. Deinde Umfreda* (Comes Normannorum) *& Petrone cum exercitu Normannorum ſuper eum, & fecerunt bellum & ceciderunt de Longobardi ibidem. Ipſe Argiro ſemivivus exiliit plagatus, & ibit in civitate Veſti. Et venit ipſe Leo Papa cum Alemanni, & fecit prælium in Civitate* (nomen proprium eſt). *Comprehenſerunt illum, & portaverunt Benebento* (ideſt, Beneventum), *tamen cum honoribus.* Verum hæc male in eo Chronico cum anno MLII. & *ind. V.* junguntur, & copulari debent cum illis, quæ idem Chronographus ad annum MLIII. indict. VI. re-



rare, ad quorum cuſtodiam nec viros Eccleſiaſticos eſſe jubet exemptos ſed obligatos. Cum igitur tam in offendendo, quam defendendo Gregorius bellum adornat: quid eſt, rogo, quod Petrus ait, hoc non egiſſe, nec litteris docuiſſe Gregorium?

XVII. S. Greg. Pap. primum patientia inde armis. (a) Idem lib. 7. epiſt. 1. Ind. 1. Qui tamen ita manſuetudine bene compoſitus erat, ut patienter cuncta prius ferret: ſi vero hac via nihil proficeret, inde concitatus adverſus obviantia quæque prodiret. Nam audi ipſum de ſe iſta loquentem (a): *Mores meos bene cognitos habes, quia diu porto: ſed ſi ſemel deliberavero non portare, contra omnia pericula lætus vado.* Ita ad Sabinianum diaconum: ut plane ſe geſſit in cauſa Longobardorum, quos primum diu tolerare diſpoſuit, agenſque apud eos ſequeſtrem pacis, ſe a ſanguine eorum compeſcuit. Nam eadem epiſtola hæc inferius: *Si ergo* (inquit) *ſervus eorum in morte Longobardorum me immiſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diviſa: ſed quia Deum timeo, in mortem cujuſlibet hominis me immiſcere formido.* Ita ipſe primum, antequam eorumdem Longobardorum expertus eſſet perfidiam & pertinaciam. Quibus tamdem maximo damno Reipublicæ cognitis, qualiter ſe geſſerit cum eis, audiſti ex epiſtolis ab eo poſtea datis. Errore igitur lapſus convincitur Petrus (excuſare eum nec debemus nec poſſumus) quem communi Cathol. totius Eccleſiæ conſenſu conſtat eſſe damnatum. Poſt Tertullianum, Julianus Apoſtata fuiſſe cognoſcitur originarius ſator erroris, ex quo & iſte noſcitur propagatus. Porro ſicut ille antiquitus in Eccleſia reperitur a ſanctis Patribus cum ſuo auctore error eſſe damnatus, quo Julianus Apoſtata hujuſmodi a Chriſtianis quibuſlibet exigebat patientiam, ut non ſolum quempiam non offenderent, ſed nec ſe defenderent ex præſcripto (ut ajebat) Evangelicæ legis, ita & longe ante ejuſdem quoque generis damnatus pariter Tertulliani & aliorum hæreticorum ille error, quo non licere alicui Chriſtiano militare dicebant. Sed de his ſuis locis ſuperius, nunc ad Leonem redeamus.

XVIII. Petrus Patriarcha Antioch. ad Leonem mittit epiſtol. Dum ipſe Pontifex Beneventi moraretur (permanſit enim ibi in civitate recens Romanæ Eccleſiæ conquiſita uſque ad anni ſequentis menſem Martium) legationem accepit a Petro Patriarcha Antiocheno, qui more majorum ſapiens, quæ ſunt Catholicæ Fidei, ſimulac creatus eſt Patriarcha, expetens Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ communionem, miſit epiſtolam ad Leonem Romanum Pontificem, una cum Fidei Catholicæ profeſſione, qua recepta atque probata ab ipſo Leone Pontifice, reddidit ad eumdem ipſe litteras, quæ cuſæ habentur inter cæteras epiſtolas Romanorum Pontificum. Eſt earum exordium: (b) *Congratulamur vehementer in Domino, &c.* (b) Leo ep. 5. to. 3. c. Rom. Pon. Ubi inter alia de ejus creatione hæc habet:

XIX. *Quod ipſe ex ſpecula ſanctæ illius Eccleſiæ, cui videris deſignatus divinitus ſpeculator, prudenti oculo conſiderans promotionem tuam ad Epiſcopale faſtigium, electione Cleri & populi (ſicut aſſeris) factam, atque fidem tuam ſecundum antiquæ conſuetudinis religioſum & valde neceſſarium ſtudium Apoſtolicæ & primæ Sedi, cui Deo auctore, quamvis indigni præſidemus, annuntiare, & exponere curaſti: in quo facto noverit tua dile-*

PAGIUS ferebat: *Argiro divexit ipſo Epiſcopus Tranenſe Conſtantinopolim Meſſatico.* [1] Argirus enim ſtatim a clade accepta Conſtantinopolim nuncium mittere debuit, ut promptum obtineret auxilium. Peregrinius in Notis, Anonymum Barenſem & Malaterram in eodem errore verſantem fruſtra ad bonum ſenſum reducere conatur; certum enim utrumque in Chronologiam peccaſſe.

XI. *Eccleſia Græca a Latina nondum diviſa.* Ad num. XVIII. ad XXII. *Petrus* Patriarcha *Antiochenus* ipſo ſuæ creationis initio miſit Epiſtolam ad Sanctum Leonem una cum fidei ſuæ Profeſſione, quam cum probaſſet Pontifex, reddidit ad eundem literas a Baronio hic relatas, quibus ejus electionem ea conditione admiſit, ſi eam Sedem aut Neophytus, aut Curialis, aut digamus, vel pretio, vel aliquo alio modo ſacris Canonibus contrario non obtinuiſſet. Porro non ſolum Eccleſiam Antiochenam, ſed & Alexandrinam atque Hieroſolymitanam, retinuiſſe hoc tempore Romanæ Eccleſiæ communionem, nomenque Romani Pontificis in Diptychis, in Eccleſia, recitaſſe, ſatis conſtat ex Epiſtola *Michaelis Cerularii* Patriarchæ CP. ad eundem Petrum data; dum ea de cauſa de eiſdem Patriarchis conqueſtus eſt. Imo *Conſtantinus Monomachus* Imp. reliquique Byzantini Proceres & multitudo, ſummum tum temporis Romano Pontifici honorem deferebant, unum ſi Cerularium, & alios

NOTÆ [1] IN Chronico Northmannico ab A. 1041. uſque ad 1085. deducto, quod e MS. Cod. vulgavit Muratorius Rer. Ital. tom. V. pag. 278. lux neceſſaria affunditur chronologiæ huic confuſæ ab authoribus in ſuum ordinem digerendæ. Igitur ex eo diſcimus A. 1052. commiſſum ab Argyrio certamen cum Normannis ſiniſtrum; dein anno ſequenti Leonem papam non meliori eventu cum illis pugnaſſe. Ex quo diſcas anonymum Barenſem & Malaterram in unum eundemque annum pro more chronologis id generis familiari, una continenti ſerie narraſſe, quæ duobus annis contigerant. MANSI

*dilectio nos plurimum recreatos, & gaviſos in Domino. Quia quod maxime oportebat, tibi & Eccleſiæ, cui temporaliter præſides, non diſtuliſti efficere. Siquidem ab Apoſtolica tua ſede, noſtram Apoſtolicam Sedem conſulendo, perpendimus tuam dilectionem nolle deviare a Dominico, & omnium ſanctorum Patrum concordi decreto, quo inviolabiliter cunctis in toto orbe terrarum Eccleſiis ſancta Romana & Apoſtolica Sedes caput*

De primatu Roman. Eccleſ. Leo ad Petrum.

*præponitur, ad quam majores, & difficiliores cauſæ omnium Eccleſiarum definiendæ referantur. Sic omnia veneranda Concilia, ſic leges humanæ promulgant, ſic ipſe Sanctus Sanctorum, Rex Regum, & Dominus dominantium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis, & totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ venerabilis apex præfulgeat, & præcellat, ubi ipſe vertex & cardo Apoſtolorum Petrus carnis ſuæ beatam reſurrectionem in noviſſimo die expectat. Nimirum ſolus eſt ille, pro quo, ne deficeret, ejus fides, Dominus & Salvator aſſerit ſe rogaſſe, dicens (a): Simon, Simon, ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur, in throno illius uſque in ſæculum ſæculi, ſed confirmabit corda fratrum, variis concutienda fidei periclitationibus, ſicut uſque nunc confirmare non ceſſavit.*

(a) Luc. 22.

XX. *Pro cujus excellentia tertiam a Romana Eccleſia dignitatem retinet Antiochena, quam te defendere ſummopere monemus, non tuæ gloriæ cauſa, ſed pro ſedis, cui ad tempus præſides, antiqua honorificentia. Nec revoceris ab hac intentione cujuſlibet pompa, vel arrogantia, quin conſtanter defendas honorem, quem Antiochenæ Eccleſiæ reliquerunt omnia ſanctorum Patrum Concilia. Ad quod utique, ſi oportuerit, maxima mater, Romana ſcilicet atque prima Sedes tam dilectæ ſibi filiæ, immo conſociæ, nuſquam & numquam deerit. Quod totum ideo dicimus, quia quoſdam conari minuere antiquam dignitatem Antiochenæ Eccleſiæ audivimus.*

De Antiochena Eccleſia.

XXI. *Porro quod a nobis cauſas diviſionis univerſalis Eccleſiæ compatiendo requiris, fatemur tuæ religioſæ ſollicitudini, nos adhuc a Domino miſerante firmiſſime retinere vinculum ſanctæ unitatis: nec videmus nos alicubi * incurriſſe damnum ſchiſmatis, quos integritas concordiæ, & plenitudo Eccleſiaſticæ diſciplinæ indeſinenter regit. Unicuique noſtrum debitus honor, & ſua jura conſervantur; terminos, quos Patres noſtri fixerunt, nulli arroganter tranſgredi conceditur. Magis veſtra fraternitas circumſpiciat, ne qua radix amaritudinis atque diſſenſionis (quod abſit) in veſtris partibus ſuccreſcat, per quam inquinentur multi, & quam neceſſe ſit diſtricta falce ſanctorum canonum a Catholicæ Eccleſiæ agro extirpari. Mea vero humilitas in culmine Apoſtolici throni ideo exaltata, ut approbanda approbet, improbanda quoque improbet, tuæ ſanctiſſimæ fraternitatis promotionem libens approbat, collaudat & confirmat, & communem Dominum inſtanter exorat, ut quod humano ore jam diceris, ante ejus oculos exiſtat. Noveris tamen, nos ipſam tuam promotionem taliter approbare, ſi non hanc neophytus, aut curialis, aut digamus, vel pretio, aut alio quolibet modo, ſacris canonibus contrario (quod abſit) obtinuiſti. Sane fidem tuam, quam proprio ſcripto ſummæ & Apoſtolicæ Sedi expoſuiſti, ſanam & Catholicam atque orthodoxam per omnia proteſtamur, & ſicut vere unicam & ſalutarem amplectimur, & tuæ dilectioni vehementer congratulantes in Domino, eamdem noſtram eſſe devoto corde & prompto ore profitemur. Firmiter enim credo, &c.* Quod autem ſeptem tantum Concilia Oecumenica ſe retinere profiteatur, nec de Octavo ſit aliqua mentio, cur id acciderit, conſule quæ dicta ſunt Tomo ſuperiori, dum de ipſa Octava Synodo actum eſt. Porro non ſolum Eccleſia Antiochena, ſed & Alexandrina atque Hieroſolymitana retinebant hoc tempore communionem Romanæ Eccleſiæ, nomenque Romani Pontificis ex Dyptichis ex more in Eccleſia recitabant; quod infenſo tulit animo Conſtantinopolitanus Patriarcha Michael, ut quæ de eo anno ſequenti dicturi ſumus, oſtendent. Sed quantam hoc anno hic ipſe Michael excitaverit in Eccleſia tempeſtatem; videamus:

*

Quibus conditionibus confirmet electionem Petri Leo Papa.

*Ipſe Michael cognomento Cerularius, necnon & Leo Acridanus Archiepiſcopus Bulgarorum, in ſugillationem omnium Latinorum, adverſus ſanctam Romanam & Apo-* XXII.

Græci epiſcopi quid in Latinos.

PAGIUS alios non adeo multos excipias, ut habetur in ejuſdem Cerularii excommunicatione ab Humberto & aliis Apocriſariis publicata; quam in ſuo Edicto inſeruit idem Cerularius, dicens: *Nam quod pertinet ad columnas imperii, viroſque ab iiſdem cohoneſtatos, & cives ſapientes, maxime omnium Chriſtiana & orthodoxa Urbs eſt.* Tempore itaque Conſtantini Monomachi, non tantum in reliquis Patriarchatibus Orientis, ſed & in Conſtantinopolitana ipſa civitate, pietas Catholica in tuto erat, quam novis machinis & dolis *Cerularius* homo impiiſſimus movere auſus eſt.

A num. XXII. ad XLI. Wibertus in Vita Sancti Leonis lib. 2. cap. 5. geſta hoc & ſequenti anno Latinos inter & Græcos his verbis re- XII.

*Geſta inter Latinos & Græcos.*



*Apoſtolicam Sedem, immo contra omnem Occidentalem Eccleſiam ſcripſerunt epiſtolam, quam miſerunt ad Joannem Tranenſem in Apulia Epiſcopum, pervulgandam apud Latinos omnes, cui in codice titulus hujuſmodi affixus legitur: Calumnia Epiſcoporum Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani pervicaciter exhalantium peſtiferas mephites diverſarum hæreſeon adverſus ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, immo contra omnem Latinam & Occidentalem Eccleſiam. Hæc quidem calumnia Græco ſermone edita, & Joanni Tranenſi Epiſcopo in ſugillationem omnium Latinorum directa, cum fuiſſe Trani exhibita Fratri Humberto, ſanctæ Eccleſiæ Silvæcandidæ Epiſcopo, in Latinum eſt tranſlata ejus ſtudio, atque delata domino Leoni Nono. Quæ etiam hic ad cautelam multorum & notitiam, non autem ad aliquam utilitatem inſerta, cunctis ſcire volentibus fideliter eſt conſervata.* Ita ibi. Ipſa autem ipſorum epiſtola ſic ſe habet:

XXIII. *Michael univerſalis Patriarcha novæ Romæ, & Leo Archiepiſcopus Acridiæ, metropolis Bulgarorum, dilecto fratri Joanni Tranenſi Epiſcopo.*

Epiſtol. Michaelis Cerularii Patriarchæ contra latinos.

*Dei magna dilectio & jucunda compoſitionis viſcera flexerunt nos ſcribere ad tuam ſanctitatem, & per te ad univerſos principes ſacerdotum, & ſacerdotes Francorum, & monachos & populos, & ad ipſum reverendiſſimum Papam, & memorari de azymis, & ſabbatis, quæ myſtice indecenter cuſtoditis, & communicatis Judæis. Etenim azyma & ſabbata ipſi cuſtodire a Moyſe juſſi ſunt: noſtrum vero Paſcha Chriſtus eſt. Qui ut non juxta legem inveniretur adverſarius, & circumciſus eſt, & legale paſcha celebravit primitus; ſic illo diſcedente noſtrum novum operatus eſt. Et hoc manifeſtum eſt in Evangelio ſecundum Matthæum. De myſtica cœna loquens Evangeliſta ſic quoque inquit (a): Prima autem die azymorum acceſſere Diſcipuli ad JESUM, dicentes ei: Ubi vis paremus tibi comedere paſcha? qui ait: Ite in civitatem ad quemdam, & dicit ei: Tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum Diſcipulis meis. Et poſt puſillum: Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim, & edentibus illis dixit: Amen amen dico vobis, quia unus veſtrum me traditurus eſt. Et poſt puſillum dicente Juda: Numquid ego ſum Rabbi? dicit ei: Tu dixiſti. Hucuſque: Dei homines univerſa legalis paſchæ ſunt: deinde quæ myſtici & noſtri ſunt addidit Evangeliſta, & dixit: Edentibus autem illis, accepit JESUS panem, fregit, & dedit Diſcipulis ſuis, & dixit: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex eo omnes, hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti. Dicendo enim, novi, oſtendit quomodo ea, quæ veteris fuerunt Teſtamenti, ceſſaverunt. Aſpicite quomodo panem corpus ſuum ſub novo Teſtamento vocavit, ſicut vivificum, & plenum ſpiritu, & ſicut caloris demonſtrativum. Vos quidem panem, nos arton dicimus, Artos autem interpretatur elevatus, & ſurſum portatus, a fermento & ſale calorem & elevationem habens: azymæ autem nil diſtant a lapide ſine anima, & luto lateris deorſum conſumptæ terræ, & ſicco luto comparatæ, quas cum amaritudinibus Moyſes comedere miſeris Judæis ſemel in anno legem conſtituit, dicens.*

(a) Matt. c. 26.

XXIV.

XXV. *Quoniam malæ paſſionis & tribulationis ſymbola ſunt, ſignificativæ ſunt; & noſtrum Paſcha gaudium, & lætitia totum eſt, & extollit nos ab humo propter gaudium ad cælum, ſicut & fermentum propter proprium calorem, panem, qui panis omni ſuavitate repletus eſt. Azymæ vero neque ſal, neque fermentum habentes, lutum eſt aridum. Aut non au-*



PAGIUS recitat, quibus quæ Baronius hoc & ſequenti anno de eadem controverſia narrat, lucem & robur accipiunt: *Ea tempeſtate orta eſt hæreſis Fermentaceorum, quæ calumniatur ſanctam Romanam ſedem; imo omnem Latinam & Occidentalem Eccleſiam de azymis vivificum Deo offerre ſacrificium. Quam calumniam etiam ſcripto ediderunt Epiſcopi Michael Conſtantinopolitanus, & Leo Achridanus* (erat Achris ſeu Achrida Metropolis tunc Serviæ & Bulgariæ); *pervicaciter exhalantes peſtiferas mephites adverſus ſanctam & Apoſtolicam fidem. Hæc quidem calumnia græco ſermone edita, & Joanni Tranenſi Epiſcopo* (in Apulia ſc. Peucetia, qui cum Græcis colludens, a Nicolao II. anno MLIX. depoſitus eſt) *in ſugillationem omnium Latinorum directa, cum fuiſſet Trani exhibita fratri Humberto ſanctæ Eccleſiæ Sylvæ Candidæ Epiſcopo in Latinum eſt tranſlata ejus ſtudio, atque delata domno Papæ Leoni IX. Itaque glorioſus Apoſtolicus libellum compoſuit luculentiſſimum adverſus jam dictas præſumtiones & nimias vanitates eorum, conatus eos ad viam veritatis adducere: ſed poſtmodum in correctos Eccleſiaſtico damnavit anathemate. Prædictus etiam frater Humbertus edidit contra eorum putida ſcripta reſponſionem inſtar dialogi, ab ipſo Latine ſcriptam Apocriſariatus ſui tempore Conſtantinopoli: & juſſu Imperatoris religioſi & orthodoxi Conſtantini Monomachi græce editam, ſub nominibus Conſtantinopolitani & Romani, anno Domini MLIV.* (hic dialogus refertur a Baronio in Appendice ad Tomum XI.).

XIII. *Domnus quoque Fredericus tunc Cancellarius, poſt a Deo electus Romanæ ſedis Apoſtolicus* (dictus in Pontificatu Stephanus IX.) *invective reſpondit quibuſdam objectionibus, quas ediderat Niceta Monachus Conſtantinopolitanus, qui & Pectoratus, contra Latinam Eccleſiam: quem libellum titulaverat, de Azymo, de Sabbato, & de*

*Anno ſequenti continuata.*

diſtis JESUM dicentem Diſcipulis ſuis: (a) quia vos eſtis ſal terræ: & quoniam ſimile eſt (b) regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, uſque dum fermentaretur totum? Mulierem ſanctam Eccleſiam vocat: ſatis vero tribus modiis repletis, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, quorum nequaquam lutulentæ azymæ ſunt participes: Dicit enim & David de Chriſto (c), Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, qui ante Moyſem & Abraham cœli & terræ, & cœterarum creaturarum agnoſcens Dominum, exurgens obtulit illi panem & vinum. Ideo dicit divinus Apoſtolus (d): Quoniam ſi conſummatio per Leviticum ſacerdotium erat, non ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdos Chriſtus diceretur. Et quia translato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat, quæ lex lutulenta conſtituit azyma Judæis cuſtodire. Idem ipſe magnus Paulus ad (e) Corinthios prima Epiſtola de his loquens ait: Fratres, ego accepi a Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus in nocte qua tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & de calice: Hic eſt calix novum Teſtamentum in meo ſanguine, hoc facite, quotieſcumque bibetis, in meam commemorationem. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Azymæ vero neque commemorationem habent Domini, neque mortem illius annuntiant; ſicut Moyſaicæ, & ante mille quadringentos annos ex lege conſtitutæ, & per novum Teſtamentum, hoc eſt, & per ſanctum Evangelium, & per Chriſtum maledictæ, & derelictæ.

(a) Mat. 5
(b) Luc. 13.
(c) Pſal. 109.
XXVI.
(d) Heb. 7.
(e) 1. Cor. 11.

XXVII. De ſabbato calumnia.
(f) Marc. 2.

At ſabbata vero quomodo in Quadrageſima Judaice obſervatis? Aut non audiſtis Evangelium (f) loquens, quia tranſeuntes Diſcipuli in ſabbatis cœperunt iter agere, evellentes ſpicas & comedentes? Dicebant autem Judæi ad Chriſtum: Vides quid iſti faciunt in ſabbatis? qui dixit: etiam. An neſcitis quid egit David, cum eſuriret ipſe, & qui cum eo erant, quomodo intravit in templum, & panes propoſitionis comedit? &c. Et quia ſabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum. Qui & dicebant (g): Quoniam homo iſte non eſt ex Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Et iterum loquente (h) Chriſto in ſabbato, & ei qui manum aridam habebat, ſimiliter & ei qui dæmonis (i) ſpiritum habebat, in ſabbato mundato, & murmurantibus Judæis, & multa dicentibus dicit Chriſtus: Hypocritæ, unuſquiſque veſtrum non ſolvit aſinum a præſepe, aut bovem ſuum, & ducit adaquare? Et paralytico ſimiliter, quem ſanum fecit. Et ideo hi, qui ſabbata cum azymis cuſtodiunt, neque Judæi, neque Chriſtiani ſunt, ſed ſimiles ſunt leopardo, ſicut dicit magnus Baſilius, cujus capilli nec nigri ſunt, nec omnino albi.

(g) Joan. 9.
(h) Mat. 12.
(i) Luc. 13.

XXVIII. De ſuffocatis ſuperſtition.
(k) Gen. 9.

Quomodo autem & ſuffocata hi tales comedunt, in quibus ſanguis tenetur? aut neſcitis, quod omnis animalis (k) ſanguis ſit anima ipſius, & qui comederit ſanguinem animam, comedit? Et idcirco ſecundum hoc nec Gentiles ex toto ſunt: Illi autem occidunt, aut plagantes comedunt.

XXIX. De alleluia objectio.

Et iterum: Alleluja in Quadrageſima non pſallitis, ſed ſemel in Paſcha tantummodo, quod interpretatur, Dominus venit, Laudate, Hymnum dicite, & benedicite eum. Ergo ſecundum hoc neque Domini Dominum, neque Benedictus qui venit, pſallitis. Et iſtud vero Alleluja Hebraice dictum eſt. Cur tantam deceptionem horum talium non aſpicitis, nec intelligitis, neque corrigitis populos, & voſmetipſos, ſicut qui debent judicari ex his a Deo? Non derelinquitis quod dicitur, quod hoc Petrus, & Benedictus, & Paulus, & cæteri docuerunt? decepiſtis vos ipſos, & populum in iſtis.

PAGIUS de nuptiis Sacerdotum. Quæ invectio de Latina tranſlata & publice coram ipſo Imperatore eſt recitata, idemque Niceta coactus eſt damnare & comburere ſua ſcripta habita diſputatione apud monaſterium Studii in urbe Conſtantinopolitana. Siquidem glorioſus Apoſtolicus direxerat Conſtantinopolim Sanctæ Romanæ Sedis Apocriſarios, præfatum ſcilicet Hambertum & Petrum Amalfitanorum Archiepiſcopum (ſc. in Picentinis, nunc Principatu citeriore), Fredericum quoque tunc Diaconum & Cancellarium. A quibus Niceta, accipiens perfectam propoſitionum ſuarum ſolutionem, iterum ſponte anathematizavit omnia dicta & facta vel tentata adverſus primam & Apoſtolicam Sedem, ſicque ab eis in communionem receptus, effectus eſt eorum familiaris amicus. Michaele autem Conſtantinopolitano Epiſcopo præſentiam illorum & colloquium devitante, atque in ſtultitia ſua perſeverante, præfati nuncii domni Apoſtolici adierunt Eccleſiam Sanctæ Sophiæ; & ſuper ejus obſtinatione conqueſti, Clero ex more ad Miſſas præparato, jam hora tertia die ſabbati chartam excommunicationis ſub principali altare depoſuerunt ſub oculis præſentis Cleri & populi. Inde mox egreſſi etiam pulverem pedum ſuorum excuſſere in teſtimonium illis, juxta dictum Evangelii, proclamantes, videat Deus & judicet. Hinc ordinatis Eccleſiis Latinorum intra ipſam Conſtantinopolim, & anathematizatis cunctis, qui deinceps communicarent ex manu Græci, Romanum ſacrificium vituperantis, accepta orthodoxi Imperatoris licentia, in oſculo pacis cum donis Imperialibus ſancto Petro ſibique collatis, alacres ſunt reverſi. Itaque Imperator adverſus Michaelem commotus, quod ad Concilium in ſui præſentia & Nunciorum domni Apoſtolici venire detractaverit, imo ſeditionem vulgi contra eum incitaverit; amicos & affines ipſius honoribus privatos a Palatio eliminavit, contraque ipſum uſque in finem graves iras retinuit.



dicitur, quod hoc Petrus, & Benedictus, & Paulus, & cæteri docuerunt? decepiſtis vos ipſos, & populum in iſtis.

XXX. Mira arrogantia.

Quæ vero ſcripſi, ea ſunt, quæ Petrus & Paulus & cæteri Apoſtoli, & Chriſtus docuit, & ſancta atque Catholica Eccleſia ſuſcepit & cuſtodit religioſe, quæ & vos correcti cuſtodite. Azyma vero, & cuſtodias ſabbatorum projicite miſeris Judæis; ſimiliter & ſuffocata barbaris gentibus, ut ſiamus puri in recta & immaculata fide, & unus grex unius paſtoris Chriſti. Cujus in cruce divino ſanguine inebriati laudamus puri pure Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, univerſa Moſaicæ legis, & ab eo cuſtodita derelinquentes ſine Deo Judæis, qui velut cæci perquirentes Chriſtum, lumen amiſerunt, permanentes in umbra, ſicut inſipientes perpetuo.

XXXI. De vulganda epiſtola.

Hæc autem, homo Dei, & multoties ipſe cum populo agnoſcens docuiſti eſſe, & correctus ſcripſiſti multis ſimilem conſuetudinem habentibus, & ut habeas ſalutem animæ tuæ, mitte principibus ſacerdotum, & ſacerdotibus, & adjura, ut per hæc ſeipſos corrigant, & Dei populum, ut Dei mercedem in iſtis habeas: & ſi hoc feceris, propono & per ſecundam ſcriptionem majora, & perfectiora his tibi ſcribere, fidei vera oſtenſione & firmamento animarum, pro quibus Chriſtus poſuit animam ſuam. Hactenus epiſtola Michaelis Cerularii & Leonis Acridani Epiſcopi, ut vidiſti ex ipſius titulo.

XXXIII. Tempus ſcriptæ epiſtolæ.

Porro hanc Michaelis & Acridani epiſtolam in Apuliam miſſam Humbertus S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Silvæ candidæ acceptam Trani cum eſſet, in Latinum tranſtulit, detulitque eam ad ipſum Leonem Pontificem. Ita quidem habet ſcriptus codex, in quo iſta omnia deſcripta leguntur: Leo autem Papa ea perlecta, prolixam illam ad eumdem Michaelem & Leonem Acridanum epiſtolam ſcripſit, quæ inter cuſas ipſius Leonis epiſtolas prima ordine ponitur. Ubi & ex nota temporis in ea appoſita, hoc eſſe anno conſcripta cognoſcitur, dum ait interveniſſe mille & fere viginti annos a Chriſti paſſione uſque ad illud tempus, quo ſcribebatur epiſtola. Quod enim dicit, fere viginti, plane nondum fuiſſe viginti declarat. Etenim exordio ſequentis anni jam fuiſſe viginti, ait in epiſtola data ad eumdem Michaelem menſe Januario. A trigeſimoquarto Chriſti anno incipere conſueviſſe Romanam Eccleſiam numerare ab ejus paſſione annos, ſuo loco ſuperius dictum eſt. Ex qua quidem Leonis Papæ epiſtola primum hic deſcribemus, quæ ſpectant ad quæſtionem de azymis, quo nomine illi damnaſſent Romanam Eccleſiam, ſimulque Occidentales omnes: inde vero reliqua attingemus.



XXXIII.

Quod enim ipſorum epiſtola (ut apparet) ad Tranenſem Epiſcopum ſcripta de azymis, in primis in ſugillationem Romanæ Eccleſiæ vertebatur, ipſe Leo Pontifex ſibi reſpondendi onus incumbere exiſtimavit, & quod ad ea ſpectent, iſta reſcripſit, dicens: (a) Inde eſt totum illud, quod tamdem cum indicibili contritione & gemitu cordis ac corporis effundimus, in quo omnia viſcera Catholicæ matris concutiuntur, in quo omnes ſenſus Chriſtianorum obtunduntur, in quo diſciplina Eccleſiaſtica, & ſanctorum vigor canonum confunditur, ac calcatur, quia tu, chariſſime nobis & adhuc dicende in Chriſto frater & Antiſtes Conſtantinopolitanæ, tuque Leo Acridane, dicimini Apoſtolicam & Latinam Eccleſiam nova præſumptione, atque incredibili audacia, nec auditam, nec convictam palam damnaſſe, pro eo maxime, quod de azymis audeat commemorationem Dominicæ paſſionis celebrare. Ecce incauta reprehenſio veſtra, ecce non bona gloriatio veſtra, quando (b) ponitis in cælum os veſtrum, cum lingua veſtra tranſiens in terra, humanis argumentationibus, & conjecturis antiquam Fidem confodere ac ſubvertere moliatur. Ecce jam poſt mille ac ferme viginti a Paſſione Salvatoris noſtri annos incipit per vos diſcere Romana Eccleſia, qualiter memoria Paſſionis ejuſdem ſit recolenda, quaſi nil ei contulerit præſentia, converſatio, & diuturna inſtitutio, ſeu qua clarificavit Deum, mors pretioſa illius venerabilis ſenis, cui ſpecialiter Chriſtus Filius Dei vivi dicit (c): Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cœlis. Non ergo perpenditis, quanta impudentia dicatur Pater, qui eſt in cœlis, abſcondiſſe a principe Apoſtolorum Petro cultum, ſive ritum viſibilis ſacrificii per diſpenſationem Unigeniti ſui, cui per ſemetipſum pleniſſime revelare dignatus eſt illud ineffabile arcanum inviſibilis divinitatis ejuſdem Filii ſui? &c.

(a) Leo ep. 1. tom. 3. epiſt. Rom. Pont. c. 5.
Immenſa temeritas Michaelis conſtant. Patriarchæ.
(b) Pſal. 72.
(c) Mat. 16.

XXXIV.
(d) Ead. c. 29.

Quid inſuper furore percitus egerit adverſus Latinos Michael, idem Leo Pontifex inferius ita ſignificat: (d) Vos enim alloquimur, qui (ſicut Dominus ait Phariſæis) tuliſtis clavem ſcientiæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, nec ipſi intraſtis, nec alios intrare permittitis; ſed potius prohibetis, dum matris venerandam faciem conſpuere quæritis, dum eam inſequimini conviciis & maledictis, dum agnos ejus ab ea ſegregare etiam anathemate, & flagellis, ne vocem maternam agnoſcant, & ſequantur, contenditis. Ut enim fertur, omnes Latinorum baſilicas penes vos clauſiſtis, monachis monaſteria & Abbatibus tuliſtis, donec veſtris viverent inſtitutis. Ecce in

Eccleſiæ Romanæ benignitas.

*in hac parte Romana Eccleſia quanto diſcretior & clementior vobis eſt? ſiquidem cum intra, & extra Romam plurima Græcorum reperiantur monaſteria, ſive Eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur a paterna traditione, ſive conſuetudine; quin potius ſuadetur, & admonetur eam obſervare. Nec enim animoſitatem impiæ hæreſeos habet, quæ ſemper diviſione gaudet, dicens per parricidam meretricem. (a) Nec mihi nec tibi ſit, ſed dividatur; ſed pietate veræ matris ſic Salomonem deprecatur: Obſecro, domine, date huic infantem vivum, & nolite interficere eum. Scit namque, quia nihil obſunt ſaluti credentium diverſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando una fides per dilectionem operans bona quæ poteſt, uni Deo commendat omnes &c.*

(a) 3.Reg. 3.

XXXV. Quod autem pertinet ad objectorum ſolutionem, alia ſe id facturum ipſe Leo Papa epiſtola pollicetur, quod & præſtitit, ſcribens ad eumdem Michaelem anni ſequentis exordio, ipſo Januarii menſe, ut ſuo loco dicemus. Cur autem id modo non faciat, ſic ſe in fine excuſat: *Sed quia jam nunc videmur digreſſi modum epiſtolæ, alio exordio congruum cenſuimus reſpondere veſtræ calumniæ, quam confratribus, & Coepiſcopis noſtris Appulis ſcriptam ad ſugillationem noſtri azymi, & prædicationem veſtri fermenti, non dubitaſtis dirigere. Inter hæc dirigimus veſtris cavillationibus refragantia venerabilium Patrum noſtrorum aliqua ſuper his ſcripta; deinde, ut Deus inſpirabit, noſtra reſcripta, quatenus multipliciter veſtra retundantur, & retro ferantur jacula, & quem non vultis feriant. Nam ſi vos non erubeſcitis nec timetis de loquacitate; nos non tantum erubeſcere, quantum timere debemus de taciturnitate, quia de noſtra multorum pendent animæ quæ falſis fratribus calumniantibus, & nobis tacentibus, habent perire. Iſta autem vobis paterna pietate, & germana dilectione interim reſcribimus, in quibus ſatis declinaſſe nos credimus, ne in illud Salomonis incideremus: (b) Noli reſpondere ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris illi ſimilis. Verum ſi non reſipueritis, experiemini quod idem mox ſecutus ait: Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur, &c.* Hæc de his, quæ ſpectant ad criminationem in Latinos omnes ingeſtam de azymis.

(b) Prov. 26.

XXXVI. Cum ea occaſione (ut dictum eſt) idem ſanctiſſimus Leo Papa ſcribens epiſtolam, luculenter de primatu Romanæ Eccleſiæ diſputans, plane ipſum cum reliquis inſanire demonſtrat, qui in ejus contemptum atque deſpectum cornua erigat. Eſſet ſane ipſa epiſtola hic integre deſcribenda, ſed quod cuſa jam extet, oculis omnium patens, id facere prætermittimus. Satis autem paucis complexam hic totius epiſtolæ reddere ſeriem: (c) Primum omnium ut pacis filius, pacem ſi accipere velint, inſinuans benignus offert: (d) eam per ſchiſmaticos & hæreticos labefactari dolet, Eccleſiæ unitatem commendat: (e) deplorat ipſorum procaciam in condemnando receptum uſum azymi in ſacrificio Miſſæ: (f) Romanæ Eccleſiæ firmitatem, & auctoritatem in cunctis hæreſibus damnandis oſtendit, hæreſeſque (g) numerat, quæ a Græcis inventæ, ac Propagatæ fuere: ipſos Epiſcopos Conſtantinopolitanos in tranſverſum actos; Romanam Eccleſiam a nemine judicari debere demonſtrat: (h) ex privilegio, quod dicitur Conſtantini, multa depromit: (i) quodque ſua privilegia Eccleſia Apoſtolica per Petrum accepit a Chriſto: (k) contra vero exprobrat Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ levitatem in ordinandis eunuchis ejus Epiſcopis, locoque unius ex iis ordinatam fuiſſe fœminam ferri; eidemque arroganti ſibi primatum, & deroganti Eccleſiæ Romanæ omnium matri, pœnas ingerit, quas Deus filiis de matre male merentibus eſt comminatus.

(c) Leo ep. 1. c. 1. Serie totius Leonis epiſtolæ. (d) Ead. epi. cap. 2. 3. (e) Ibid. cap. 5. 6. (f) ibid. cap. 7. 8. 9. 10. (g) Ibid. ca. 10. 11. (h) Ibid. c. 12. 13. 14. (i) Ibid. ca. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. (k) Ibid. cap. 22. 23. 24 25. 26. 27.

Inſuper de beneficiis ipſis Conſtantinopolitanæ Eccccleſiæ ab Eccleſia Romana collatis agens, ita illi impartita tradit, ut ſalva voluerint Romani Pontifices jura antiqua Patriarchalium eccleſiarum: quæ quidem hic totidem ſunt reddenda verbis, quod agatur de re graviſſima. Ait enim: (l) *Sed ecce jam non debet ingrata filia apparere, quia præ ceteris eam honorare dignata eſt mater ſua. Nam cum nullo divino vel humano privilegio honorabilior, ſeu clarior aliis eccleſiis Conſtantinopolitana exiſtat Eccleſia, & Antiochena, atque Alexandrina ob reverentiam Principis Apoſtolorum inter alias retentent dignitatis jura: tamen pia mater, Romana ſcilicet Eccleſia, nolens dilectam filiam dote honorificentiæ ex toto carere, per beatos prædeceſſores noſtros in aliquot Synodis curavit decernere, ut ſalva principalium & Apoſtolicarum ſedium antiqua dignitate, Conſtantinopolitanus Antiſtes, honoraretur, ſicut regiæ civitatis Epiſcopus; quamvis Juſtinianus religioſus Auguſtus legibus humanis voluiſſet aſtruere, ut poſt Papam Romanum ſedeat Conſtantinopolitanæ Præſul Eccleſiæ. Et certe hoc nulla alia excellentia meritorum eſt aſſecuta, niſi quod Romana Eccleſia pro amore venerabilis Conſtantini ſeipſam, quantum in eo fuit, honorantis, & exultantis, civitatem ipſius hoc privilegio honoris ſola humana benevolentia inſi-*

XXXVII.

(l) Leo epiſt. 1. c. 28. Inania præſumpta & non vera privilegia Conſtan. Eccleſ.

gni-



*gnivit, juxta * Prophetæ dictum ad Heli: (a) Glorificantem me glorificabo: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Aut ſi quod aliud retinet, aut putat ſe habere dignitatis privilegium; vos rebelles lumini ac veritati, & ſigniferi umbræ & vanitatis proferte in medium.*

* juxta Dei per Prophetam dictum.

(a) 1.Reg. 2.

Hæc de privilegiis ejus Eccleſiæ, quibus ejus Epiſcopi vane gloriarentur, cum Juſtiniani non eſſet iſta decernere. At quam ſint minus tutæ veritatis, quæ de his decreto donationis Conſtantini leguntur appoſita, ſuo loco ſuperius eſt demonſtratum. Appareat ex his etiam, minime fuiſſe conceſſa, quæ a Joanne Vigeſimo Romano Pontifice obtinere conatos eſſe Græcos, ſuperius hoc eodem Tomo eſt declaratum.

XXXVIII His inculcatis, ipſorum (b) Pontifex exprobrat ingratitudinem: improbat vero multo magis, quod ipſe Michael ex laico pervaſerit ejus Eccleſiæ thronum, quem multa arrogantia poſſideret. Ad Romanam rurſum cathedram ſtylo recurrens, hæc de ipſius ſolius perpetua ingerit firmitate. (c) *Romanæ Eccleſiæ Fides per Petrum ſuper petram ædificata, nec hactenus deficit, nec deficiet in ſæcula, Chriſto ejus Domino rogante pro ea, ceu teſtatur ſub ipſa paſſione ſua: (d) Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Quo dicto demonſtravit, fidem fratrum vario defectu periclitandum, ſed inconcuſſa, & indeficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ ſubſidio figendam, & in fundamento univerſalis Eccleſiæ confirmandam. Quod nemo negat, niſi qui evidenter hæc ipſa verba veritatis impugnat. Quia ſicut cardine totum regitur oſtium; ita Petro, & ſucceſſoribus ejus totius Eccleſiæ diſponitur emolumentum. Et ſicut cardo immobilis permanens ducit & reducit hoſtium; ſic Petrus, & ſui ſucceſſores liberum de omni Eccleſia habent judicium; cum nemo debeat eorum dimovere ſtatum, quia ſumma Sedes a nemine judicatur. Unde clerici ejus Cardinales dicuntur, cardini utique illi, quo cætera moventur, vicinius adhærentes &c.* Ex quibus & inferius auream plane ſententiam iſtam infert: (e)

(b) Eod. ep. c. 30. 31. 32.

(c) Ibid. c. 32.

(d) Luc. 22.

Romana Eccleſia cardo univerſalis eccleſiæ.

(e) Leon. ep. 1. c. 36.

XXXIX. *Quiſquis Romanæ Eccleſiæ auctoritatem, vel privilegia evacuare, ſeu imminuere nititur, non hic unius Eccleſiæ, ſed totius Chriſtianitatis ſubverſionem, & interitum machinatur. Cujus enim compaſſione, vel ſuſtentatione reſpirabunt filiæ a quovis oppreſſæ, unica illa ſuffocata matre? cujus refugium appellabunt? ad quam confugium habebunt? &c.* Præmonens, (f) quod etſi ſucceſſores Petri non ſint meritis ſicut Petrus, tamen indignum ſit ſentire, ut quod Deus tribuit cathedræ Moyſi, negaverit cathedræ Petri, cum ipſe JESUS ſedentibus ſuper cathedram Moyſi, licet longe virtutibus degeneres eſſent, parendum tamen eſſe præceperit. Demum vero monens eos cavere ſuperbiam, & arrogantiam, debitum locum tenere ſuadet; quod ſi non faciant, diu toleratos amplius ferendos non eſſe, ſed pœna plectendos, quam differat ſpe correctionis ipſorum. Hiſque claudit epiſtolam. Ex qua apud (g) Gratianum fragmenta aliqua invenies recitata.

(f) Ibid. c. 34' 35.

(g) c. ſcit ſancta 12. diſt. & c. triduo de conſec. diſt. 1.

XL. Michael vero his acceptis litteris, videri volens ejuſdem eſſe cupidus unitatis, & pacis, atque renovandæ cum Eccleſia Romana concordiæ, ad ipſum Leonem Pontificem hoc eodem anno conciliatrices pacis litteras ſcripſit, ſive ſponte permotus, ſive perſuaſione Imperatoris, qui videns Northmannos jam magna parte potitos Apuliæ, inhiareque ad reliquam partem, necnon ad proximam illi provinciam Calabriam: quibuſcumque potuit demereri gratiam Romani Pontificis, laboravit, probe ſciens ejus arbitratu arma pendere Principum Occidentalium, potiſſimum vero Henrici Imperatoris. Quapropter cum litteris, tum legatione egit apud eumdem de ſancienda inter Græcos Latinoſque poſt tot diſſidia unitate: utque idipſum litteris ageret Patriarcha Conſtantinopolitanus apud eumdem Leonem Papam, effecit. Qui cum rem tractaret non ex animo, ſed coacte, ſub pacis involucro acriora diſſidia occultavit, dum faſtu magno, arrogantiaque ſumma rem ageret. Sed quales fuerint litteræ hoc anno tum ab Imperatore, tum a Patriarcha Michaele datæ ad Leonem Pontificem, ex litteris ad ipſos anni ſequentis exordio redditis, melius poterimus intelligere, cum eas ſuo loco poſitas perlegerimus. Pontifex enim his ab eis acceptis litteris, ad Imperatorem Conſtantinopolim honorificam mittendam anni ſequentis principio legationem ornavit: quæ autem tractaturus, ex litteris recitandis accipies.

Imp. Conſtantinus laborat pro unitate eccleſiarum.

XLI. Hoc eodem anno menſe Decembri, inchoata jam Indictione ſeptima menſe Septembri, idem Pontifex Leo reſcripſit ad Epiſcopum Carthaginenſem, appellantem Romanæ Sedis auctoritatem. Quæ qui-

Epiſc. Carthaginenſis appellat Rom. Eccl.

PAGIUS XIV. A num. XLI. ad XLV. Eccleſia Africana paulatim ad finem vergebat. Nam Sanctus Leo in Epiſt. IV. ad Petrum & Joannem illarum partium Epiſcopos data, ſcribit: *Deus Eccleſiarum Africanarum ita conculcatum a gentibus nimium dolemus, ut modo vix quinque inveniantur Epiſcopi, ubi olim ducenti quinque ſolebant per Concilia plenaria computari: & ibi pau-*

Eccleſiæ Africanæ ad finem vergit.

quidem epiſtola cum ſtatum infelicem Eccleſiæ Africanæ contineat, hic eam totidem verbis reddendam, dignum exiſtimamus. Sic enim ſe habet:

(a) Leo e. 3. tom. 3. epiſ. Rom. Pont.

*Leo (a) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Thomæ confratri chariſſimo, & Coepiſcopo Charthaginenſi ſalutem.*

Status Eccleſ. Africanæ.

*Cum ex venerabilium canonum auctoritate recolimus, ducentos quinque Epiſcopos Concilio interfuiſſe Carthaginenſi, & nunc a tua fraternitate audimus, quinque vix Epiſcopos ſupereſſe in tota Africa, utique tertia hujus corruptibilis mundi parte: compatimur tantæ veſtræ imminutioni totis viſceribus animi. Cum autem ipſas Chriſtianitatis reliquias ediſcimus interna & mutua diſſenſione diſcindi & diſpergi, & adverſus ſe invicem zelo & contentione principatus inflari; nil aliud nobis primo dicendum occurrit, quam illud ſancti Amos vatis: (b) Parce Domine, parce obſecro. Quis ſuſcitabit Jacob, quia parvulus eſt? ſed quamvis in tali tantoque defectu religionis plurimum doleamus; multum tamen gaudemus, quia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris veſtræ ſententiam requiritis, & expectatis ſuper quæſtionibus veſtris, & quaſi rivulis ab uno fonte erumpentibus, & in ſuo ſe curſu per diverſa ſpargentibus, ad ipſius fontis primam ſcaturiginem reverti debere, optimum putatis, ut inde reſumatis directionis veſtigium, unde ſumpſiſtis totius Chriſtianæ religionis exordium.*

(b) Amos 7.

XLII. *Noveris ergo proculdubio, quia poſt Romanum Pontificem primus Archiepiſcopus, & totius Africæ maximus Metropolitanus eſt Carthaginenſis Epiſcopus: nec quicumque ſit ille Gummitanus Epiſcopus, aliquam licentiam conſecrandi Epiſcopos, vel deponendi, ſeu provinciale Concilium convocandi, habet ſine conſenſu Carthaginenſis Archiepiſcopi, cujuslibet dignitatis, aut poteſtatis ſit, exceptis his, quæ ad propriam parochiam pertinent: cœtera autem, ſicut & alii Africani Epiſcopi, Conſilio Carthaginenſis Archiepiſcopi aget. Unde chariſſimi confratres noſtri & Coepiſcopi Petrus & Joannes recte ſentiunt de Carthaginenſis Eccleſiæ dignitate, nec conſentiunt errori Gummitanæ Eccleſiæ. Hoc autem nolo vos lateat, non debere præter ſententiam Romani Pontificis univerſale Concilium celebrari, aut Epiſcopos damnari, vel deponi: quia etſi licet vobis aliquos Epiſcopos examinare, definitivam tamen ſententiam abſque conſultu Romani Pontificis (ut dictum eſt) non licet dare. Quod in ſanctis canonibus ſtatutum ſi quæritis, poteſtis invenire. Quamvis enim omnibus generaliter Apoſtolis dictum ſit a Domino: (c) Quæcumque ligaveritis in terra, ligata erunt & in cœlo: & quæcumque ſolveritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo: tamen non ſine cauſa ſpecialiter & nominatim dictum eſt beato Petro Apoſtolorum principi: (d) Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum. Et in alio loco: (e) Confirma fratres tuos, ſcilicet quia omnium Eccleſiarum majores & difficiliores cauſæ per ſanctam & principalem beati Petri Sedem a ſucceſſoribus ejus ſunt definiendæ.*

(c) Matt. 18.
(d) Id. 16.
(e) Luc. 22.

XLIII. *Jam vero quia ad interrogata etiam confratrum noſtrorum Petri & Joannis Epiſcoporum decrevimus reſpondere, optamus ut ſanctam tuam fraternitatem jugiter invigilantem utilitatibus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ, atque devote pro nobis orantem ſancta & individua Trinitas ſemper conſervet, chariſſime frater. Datum XVI. Kalend. Januarii, anno Domini Papæ Leonis Noni quinto, Indictione ſeptima.*

XLIV. Dedit enim & alias litteras (f) ejuſdem argumenti ad eoſdem Petrum & Joannem Epiſcopos Africanos, quibus pariter infelicem ſtatum Eccleſiæ Africanæ deplorat, eiſque declarat, velle eſſe integra privilegia Eccleſiæ Carthaginenſis, ſive (ut ait) Carthago deſerta ja-

ceat,

(f) Leo e. 4. tom. 3. ep. Rom. Pont.

PAGIUS *pauculas oves, quotidianæ occiſioni deputatas, remanſiſſe, ubi quondam innumerabilis grex domini ſub numeroſis arietibus exultabat alta pace.* Licet autem ad exiguum illum numerum Eccleſia Africana redacta eſſet, *Gummitanus* tamen Epiſcopus ſine conſenſu Metropolitani Carthaginenſis Epiſcopos ordinare, & Concilia Provincialia indicere præſumebat. Huic obſiſtebant *Petrus & Joannes* Epiſcopi mox memorati, qui cum hac de re ad Sanctum Leonem ſcripſiſſent, ab eo laudati ſunt: *quia*, inquit, *ſine dubio poſt Romanum Pontificem primus Archiepiſcopus & totius Africæ maximus Metropolitanus eſt Carthaginenſis Epiſcopus nec pro aliquo Epiſcopo in tota Africa poteſt perdere Privilegium ſemel ſuſceptum a ſancta Romana & Apoſtolica ſede: ſed obtinebit illud uſque in finem ſeculi, & donec in ea invocabitur nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſive deſerta jaceat Carthago, ſive reſurgat glorioſa aliquando.* Quibus verbis Sanctus Pontifex indicat, nobilem illam civitatem tunc ſub ruderibus jacuiſſe. Quare non mirum, ſi in Notitia Patriarchatuum per *Nilum Doxopatrium* edita non compareant Epiſcopatus provinciarum Byzacenæ & Mauritaniæ; cum illi fere omnes jam extirpati eſſent, ut patet ex memorata Sancti Leonis Epiſtola. De Eccleſia Africana rurſus annis MLXXIII. & MLXXVI. agemus. Hanc Epiſtolam hoc anno datam, patet ex Epiſtola III. ad Thomam Epiſcopum Africanum ſcripta, in qua Sanctus Leo mentionem facit literarum ad ſe a Petro & Joanne Epiſcopis pariter Africanis datarum, in cujus fine legitur: *Datum XVI. Kalendas Januarii, anno domini Leonis Papæ IX. quinto, indictione VII.* Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoata.

Ad



Status Eccleſ. Carthaginenſis.

ceat, ſive reſurgat glorioſa aliquando, utpote, quæ ſola ex Eccleſiis Africanis habere conſueverit pallium ab Apoſtolica Sede. Sane quidem, quod Gummitanus Epiſcopus inſurgeret adverſus Carthaginenſem, inde ſibi vindicabat qualemcumque rationem, quod ſcilicet Carthago deſolata jaceret, ut videretur cum mœnibus pariter corruiſſe ejuſdem Eccleſiæ auctoritas, & poſſeſſa antiquitus privilegia: quod penitus negans, eidem eſt refragatus Leo Romanus Pontifex (ut audiſti) volens antiquam Eccleſiam cum mœnibus non perire. En quo devenit infelix Eccleſia Africana ex Donatiſtarum ſchiſmate ſæpe curato, numquam ſanato, a Deo tot ſæculis tolerato, cum tamdem hoſtibus e longe vocatis, impiis & crudelibus Mahometanis deſolanda penitus tradita, ipſa æmula Romæ Carthago, vel ubi fuerit, vix poſſit oſtendi ex paucis veſtigiis, frutetis obductis. Sic enim nec ipſæ ſtare potuerunt Eccleſiæ, ubi a cardine defecerunt, & ſuper petram eſſe, ſchiſmate deſtiterunt. Quod utinam non eſſet aliis pleriſque exemplis in aliis Eccleſiis facile demonſtrare, cum ecce totus fere Oriens ex avulſione a Romana Eccleſia facta, magna ira Dei Turcarum gladio vindici traditus, fruſtra luget, nolens intelligere, tanti mali unde manat, originem. Sed ad boreales Eccleſias jam convertamus orationem.

XLV. Diſſidia inter Regem Daniæ & Archiep. Hamburgenſem.

Inter hæc autem Rex Danorum, ne ſubiiceretur Archiepiſcopo Hamburgenſi, agere cœpit cum Leone Romano Pontifice, ut in regno ſuo Archiepiſcopalem ſedem erigeret. Quod ubi accepit Adalbertus Archiepiſcopus Hamburgenſis, potentiſſimus apud Imperatorem & Papam, agere cœpit de erigenda Hamburg in Patriarchatum. Sed dum iſta æmulis ſtudiis agerentur, & in multum temporis ſparium differrentur, contigit ipſum Leonem Romanum Pontificem mori. De his agens Adam ſuorum temporum ſcriptor, hæc habet: (a) *Metropolitanus igitur his rerum ſucceſſibus elevatus, & quod Papam, vel Cæſarem ſuæ voluntati pronos videret, multo ſtudio laboravit in Hamburg Patriarchatum conſtituere. Ad quam intentionem primo ductus eſt ea neceſſitate, qua Rex Danorum, Chriſtianitate jam in fines terræ dilatata, deſideravit in regno ſuo fieri Archiepiſcopatum. Quod tamen ut perficeretur, ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ, convenientibus canonum decretis prope ſancitum eſſet: ſola expectabatur ſententia noſtri pontificis*, ipſius ſcilicet Archiepiſcopi Hamburgenſis.

(a) Adam lib. 3. cap. 34.

XLVI. Cura ceptis deſtitit Rex Daniæ.

*Quam rem ille, ſi Patriarchatus honor ſibi & Eccleſiæ ſuæ concederetur Romanis privilegiis, fore ut conſentiret, promiſit, quantumlibet invitus. Diſpoſuit vero Patriarchatui ſubiicere duodecim Epiſcopatus, quos ex ſua divideret parochia, præter eos Suffraganeos, quos in Dania, cæteriſque gentibus noſtra tenet Eccleſia.* Numerat illos Adam, atque ad poſtremum, cur id minime fuerit effectum, hæc adiicit: (b) *Interea conditionibus utrimque protractis, ſanctiſſimus Papa Leo migravit.* Quod contigit anno ſequenti. Cum vero videret Rex Danorum quod non ob id, quod in ſuo regno ſedes Archiepiſcopalis conſtitueretur, liberaretur Eccleſia illa a dominio Antiſtitis Hamburgenſis in Patriarcham erigendi; a cœpto deſtitiſſe viſus eſt. Neque enim defuncto Leone, eſſe proſecutum negotium apud ejus ſucceſſores Romanos Pontifices, litteræ Gregorii Papæ ſeptimi ad eum ſcriptæ ſignificant. Porro poſt hæc ipſum Adalbertum inanis gloriæ cupidiſſimum in tranſverſum actum, atque cuncta ipſius in deteriora dilapſa demonſtrat, & inter alia cum addit: (c) *Acceſſerunt quotidie alii gnathones, paraſiti, ſomniatores, & rumigeruli, qui ea, quæ ipſi confinxerunt, nobiſque placitura rebantur, jactabant ſibi per Angelos revelata, jam publice divinantes, Hamburgenſem parochum (ſic enim voluit vocari) cito Papam, futurum æmulos ſuos a Curia pellendos, ipſum vero ſolum diuque Rempublicam gubernaturum, atque ita fieri longævum, ut quinquaginta annos excederet in Epiſcopatu. Poſtremo per illum virum quædam aurea ſæcula orbi ventura. Et quidem licet ficte, & ab adulatoribus pro quæſtu promitterentur; Epiſcopus tamen, quaſi de cœlo ſonuiſſent, vera omnia putabat &c.* Ita potens & fallax rete diaboli, quo plurimos vidimus illaqueatos. Sed de his ſatis: ad res Hiſpaniæ.

(b) Id. li. 3. cap. 35.
(c) Id. li. 3. cap. 41.

XLVII. Eodem anno corpus ſancti Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi tranſlatum Legionem a

Le-

PAGIUS XV. *Tranſlatio S. Iſidori Epiſc. Hiſpalenſis.*

Ad num. XLVII. In Actis Sanctorum Bollandianis ad diem IV. Aprilis recitatur Hiſtoria Tranſlationis *Sancti Iſidori Epiſcopi* Hiſpalenſis ex ea urbe ad Legionenſem, ex Auctore Anonymo, ſed, ut videtur, antiquo, in qua cap. 3. legitur: *facta eſt Tranſlatio Eræ milleſima centeſima prima, anno ab Incarnat. D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo tertio, indictione prima, concurrente tertio.* Ferdinandus Legionenſis Rex cognomento Magnus congregato exercitu, in Bœticam & Luſitaniam provincias hoſtiliter profectus eſt. Depopulatis autem Barbarorum agris, ac pleriſque villis incenſis, eidem Benabet Rex Hiſpalenſis Mahumetanus occurrit *cum magnis muneribus, eum per amicitiam & Regni decus obſecrans ne ipſum regnumque ſuum perſequi velit, ſed ipſum, ſicut ceteros Hiſpaniæ Reges, ſubjectum tributa-*

S. Iſidori corp. tranſlatum Legionem. Legatis Ferdinandi Regis, ſanctæ Juſtæ martyris corpus expoſcentibus, qui res Hiſpaniarum ſunt proſecuti, ſignificant, multaque in via miracula edita, fidem faciunt. Collocata vero ſunt ſacra pignora in baſilica, in honorem ſancti Joannis Baptiſtæ ab eodem Rege erecta, poſtea ſancti Iſidori nomine celebrata. Iſta Tudenſis & alii. Cum interea idem Rex Ferdinandus his operibus conciliato ſibi numine, majoribus in dies acceſſionibus regnum feliciter propagaret, jure Magni cognomentum eſt conſecutus.

XLVIII. Inter hæc autem in Hibernia Ardericus, qui magnam de ſe ſanctitatis opinionem concitaverat, ubi repertus eſt a receptis in Eccleſia ritibus diſſentire: ab Inſula tenaciſſima Catholicæ fidei ejectus eſt. Cum enim viderent Fideles, hunc ipſum pueros & puellas clericorum more tondere in modum coronæ, & contra Apoſtolum, (a) feminas non velare debere caput, aſſerere; judicarunt, ſtultitiæ & levitatis, (vel quod deterius eſt) magnæ eſſe ſuperbiæ indicium, antiquis Eccleſiæ uſibus, ac traditionibus non acquieſcere. Ardericus novator eiicitur.

(a) 1. Cor. 11.



PAGIUS *tarium habere dignetur*. Suggeſtum eſt Ferdinando a viris prudentibus, ut Barbarum reciperet cum muneribus & corpus B. Juſtæ Martyris, quæ olim Hiſpali cum corona virginitatis & martyrii ad Chriſtum perrexit, expeteret, ad Legionenſem urbem transferendum. Rex Paganus conſilio cum ſuis habito Legatis a Ferdinando miſſis reſpondit, ſe huic hac in re ſatisfacere non poſſe, ſed ipſimet quærerent corpus illud, & inventum tollerent. *Albitus* Epiſcopus Hiſpalenſis unus ex Legatis juſſus eſt a Sancto Iſidoro ſibi apparenti, ut corpus Sanctæ Virginis *Juſtæ* relinqueret ad ſolatium civitatis, ſuumque deferret. Non multo poſt *Albito* demortuo alii Legati accepere Corpus *Sancti Iſidori*, illudque *Legionem* detulere, ubi a *Ferdinando*, & tota domo Regia, Epiſcopis & Clero magna veneratione exceptum fuit, plurimaque tunc ab eodem Sancto patrata miracula.

XVI. *Hujus Tranſlationis epocha magis confirmata.* Sandovalius e Latino in linguam Hiſpanam vertit Relationem hujus Tranſlationis ab Auctore Anonymo pene coævo, ſed barbaro ſcriptam. Pelagius vero Ovetenſis hanc in rem habet: *Iſte tranſtulit corpus Sancti Iſidori Epiſcopi ab Hiſpali Metropoli in Legionem per manus Pontificum Aloyti Legionenſis, & Ordonii Aſtonienſis*. Sandovalius addit, Tranſlationem juxta antiquam illam Hiſtoriam peractam eſſe anno Chriſti milleſimo ſexageſimo tertio, *indictione I. concurrente III.* Refert etiam Diploma *Ferdinandi Magni* de eadem Tranſlatione datum, & a ſe in linguam Hiſpanam converſum, ſubjungitque eam die Dominica ac Feſto Sancti Thomæ die XXI. menſis Decembris celebrari ſolito factam; qui characteres annum MLXIII. certo deſignant. Aſſerit præterea poſtridie, nempe die XXII. Decemb. ſolemne feſtum hanc in rem celebratum, quod impoſterum eadem die ſingulis annis renovaretur, quod dies XXI. ejuſdem menſis Divo Thomæ ſacer ſit. Cæremoniæ interfuere & ſubſcripſere inſtrumento publico *Ferdinandus* M. Rex, *Sanctia* ejus uxor, *Urraca* filia, *Sanctius* filius, *Elvira* filia, *Alphonſus* filius, aliique Viri illuſtres memorati in illo inſtrumento.

XVII. *Henricus Henrici Imp. filius fit Rex.* *Imperator Henricus magno apud Tribuariam Conventu habito, filium æquivocum Regem a cunctis eligi, eique poſt obitum ſuum ſi rector juſtus futurus eſſet, ſubjectionem promitti fecit*, inquit Hermannus Contractus, qui paulo poſt ſubdit, eundem Imperatorem in Baioariam venientem, Ducatum ejuſdem provinciæ Henrico filio tradidiſſe. Guichenonus in Bibliotheca Sebus. Cent. 2. cap. 76. refert Donationem Henrici Regis, in cujus fine habetur: *Data Kalend. April. anno Dom. Incarnat. MLXV. indict. III. anno autem ordinationis Henrici IV. Regis XII. Regni vero IX. Actum VVormatiæ.* Quare poſt Kalendas Aprilis *Henricus* Rex nuncupatus duplici epocha ante Imperium adeptum annos ſuos notavit. [1]

NOTÆ [1] HEnricus iſte priorem Regni ſui epocham ducebat a die XVI. Kal. Auguſti. Hac enim die ordinatum fuiſſe ſe in Regem ipſe perhibet in Diplomate pro monaſterio Prumienſi dato anno 1001. apud Martene Vet. Monum. t. I. col. 586. Porro die hac, quæ anno 1054. in Dominicam incidebat, coronatum illum fuiſſe in Regem Aquiſgrani cenſeo, quod & prodit Schafnaburgenſis ad eundem annum, licet diem certam ſilet. Ex quo Pagius corrigendus, qui hanc coronationem ad annum 1053. cum Continuatore Hermanni refert. Profecto errare illum abunde demonſtrant Diplomata Henriciana, quæ epocham ordinationis Henrici hujus in Regem (ab hac coronatione plane repetendam) ab anno 1054. deducunt, ut recte Author Chronici Godvvicenſis tom. I. l. 2. pag. 303. idemque evincit præceptum ejuſdem Henrici pro Monaſterio Prumienſi apud Martene Vet. Monum. tom. I. col. 443. ſignatur enim *Nonis Decembris anno MLVI. Indictione IX.* (quæ anno illo currebat, nec in Septembri mutata eſt) *anno autem Henrici IV. Regis ordinat. III. Regni I.* Porro quadriennem vel quinquennem fuiſſe Henricum cum Rex ſalutatus fuit, diſcimus ex ſingulari ſubſcriptione anni 1062. ab eodem Godvvicenſis Chronici Authore ex Heineccio relata in hanc formam. *Anno Ordinationis Domini Henrici Regis quarti, octavo, Regni vero ſexto, vitæ duodecimo.* Denique ex Wigberto in libro de *conſerv. un. Eccleſ.* lib. 2. cap. 33. adnotandum cenſeo, hanc pueri Henrici conſecrationem ab Herimanno Colonienſi præſtitam fuiſſe. MANSI



I. Legatio Miſſa a Leone Pap. Conſtantinopolim. MIlleſimo quinquageſimoquarto Chriſti anno, Indictione ſeptima, Leo Papa Legatos Conſtantinopolim miſit, tum pro bello conficiendo adverſus Northmannos, tum etiam pro eccleſiaſtica pace inter Latinos atque Græcos concilianda. Qui autem ad id muneris obeundum delecti ſunt, duo fuere Cardinales, nempe Humbertus Epiſcopus Silvæ-candidæ, Fridericus Archidiaconus & Cancellarius, & Petrus Archiepiſcopus Amalphitanus. Meminit Legationis hujus Leo Oſtienſis, res ſui temporis proſecutus; ſicque ſummatim ingens negotium abſolvit: (a) *Eodem*, inquit, *anno*, nempe milleſimo quinquageſimoquarto, *gratia concordandi Romanam Conſtantinopolitanamque Eccleſiam, Leo Papa prudentiſſimos viros ad Imperat. Conſtantinum cognomento Monomachum, Apocriſarios miſerat, Fridericum ſcilicet Cancellarium ſuum, & Humbertum Epiſcopum Silvæcandidæ, & Petrum Archiepiſcopum Amalphitanum. Qui ad Caſſinenſe monaſterium primitus advenientes, ac ſe Fratribus devote commendantes, ita demum viam ſuam profecti ſunt. Eos Imperator honorifice ſuſceptos aliquandiu ſecum in palatio tenuit. Quo tempore pleraſque Græcorum hæreſes corrigere ſtudentes, Patriarcham tandem Michaelem, & Leonem Acridanum Epiſcopum, omneſque illorum complices auctoritate Apoſtolica damnarunt. Sed cum intra hos dies defuncto jam Papa, redire diſponerent, regiis illos donis ſecutus Imperator, beato quoque Petro munera per eos haud parva tranſmiſit. Illorum inſuper precibus, binas auri libras huic monaſterio ex redditibus regiis dari ſingulis annis inſtituit.* Hæc Leo, breviter ſummam rerum geſtarum complexus.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 89.

II. At tanti negotii res ſingulas ſigillatim referre, operæpretium exiſtimamus, atque in primis Leonis litteras, iiſdem Legatis datas tum ad Imperatorem, tum ad Patriarcham hic deſcribere, quibus legationis hujus mittendæ occaſio aperitur. Quæ enim ad Imperatorem datæ ſunt a Leone Papa litteræ ſic ſe habent: (b)

(b) Leo ep. 7. tom. 3. ep. Rom. Pont.

Leonis Pap. epiſt. ad Imp. *Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei glorioſo & religioſo Imperatori novæ Romæ Conſtantino Monomacho dilecto filio ſalutem.*

*Quantas gratias referre jugiter debeamus creatrici & gubernatrici omnium ſanctæ & individuæ Trinitati ſuper inenarrabili dono ejus, quo operatur omnia in omnibus: etiam ex tua devotione, & religioſa induſtria, glorioſiſſime fili atque ſereniſſime Imperator, perpendere poſſumus, qui te talem noſtris exhibuit, & gratuita pietate providit diebus, cujus fida ope ſtatum ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ relevari, & terreni Imperii Rempublicam meliorari confidamus. Tu enim poſt nimium longas & pernicioſas diſcordias primus pacis & concordiæ monitor, * portitor, & exoptatus exactor efficeris, & cum ipſo vaſe electionis humillimo Paullo dicere videris: (c) Pro Chriſto legatione fungentes, tamquam Deo exhortante per nos, exhortamur, reconciliamini propter eum, (d) qui eſt pax noſtra, qui facit utraque unum. Etenim velut religioſa & egregiæ indolis proles gemitus matris tuæ non obliviſceris, nec contemnendam quia ſenuit, ſed potius reverendam arbitraris, atque plenis charitate viſceribus ad eam redire meditaris, ut uni Deo & Patri omnium tanto fias charior & propinquior, quanto eidem principali matri benigior atque humilior. Neque enim tuam prudentiam latet, quod in Eccleſiaſtico ha-*

* petitor

(c) 2. Cor. 5.

(d) Ephe/. 2.



PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MXCII. Anno Hegiræ CCCCXLV. inchoato die 12. April. fer. 3. A.C. 1054

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6547.

⊙ 27. B. ☽ 10. P. 3. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1054.

LEONIS IX. PAPÆ 6.

HENRICI III. REG. 16. IMP. 9.

THEODORÆ PORPH. 1.

I. ANum. I. ad XLVI. Leo Papa Legatos Conſtantinopolim miſit pro Eccleſiaſtica pace Latinos inter & Græcos concilianda. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 89. narrato bello adverſus *Normannos* geſto, quod perperam conjungit cum anno currenti, ſubdit, *eodem anno* Pontificem Legatos illos ad Conſtantinum Monomachum miſiſſe. Sed cum bellum illud anno ſuperiori confectum ſit, & Legatio illa pertineat ad præſentis initium; (literæ enim ad Michaelem Cerularium miſſæ dicuntur *Dat. menſe Januario, indictione ſeptima*) apparet, non Librariorum, ſed ipſiuſmet Leonis Oſtienſis errore *bellum* Normannicum anno MLIV. geſtum dici; cum eo Chriſti anno Legationem Conſtantinopolitanam recte conjungat, quam male collocat eo quo bellum Normannicum contigit anno. Hæc Legatio, cæteraque hac in cauſa geſta anno ſuperiori verbis Wiberti in Vita Sancti Leonis a nobis expoſita. Literæ apud Baronium legendæ. Legati ab Imperatore honorificentiſſime ſuſcepti; *Michael* vero *Cerularius* Patriarcha & ſequaces excommunicati. Poſt Legatorum diſceſſum *Cerularius* Papæ nomen e Diptychis delevit, & datis mendaciorum & calumniarum plenis literis ad alios

*Controverſia inter Eccleſiam Latinam & Græcam.*

(a) Eccl. 3. (b) Prov. 1.

*betur: (a) Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Et illud: (b) Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo jugiter. Quæ utique proverbia magis curant nobis commendare matrem, quæ ad æternam vitam nos generat & erudit, quam illam, quæ ad mortem parit, & carnaliter diligit & inſtruit. Cui niſi illa ſucceſſerit, ut regeneret & refoveat, iſta proculdubio ſecundæ morti filios ſuos deſtinat.*

III. *Porro hæc Catholica mater & incorrupta virgo, quamvis omnem terram, & fines orbis occupaverit membris ſuis, & repleverit; tamen unum caput omnibus reverendum, & ſuſcipiendum exerit, & prætendit. Quod quicumque exhonorat, fruſtra ſe in ipſius membris computat. Illud autem quid ſit, tua Imperialis claritas omnino novit: illud nimirum, quod Chriſti vox prætulit, & præeminere voluit univerſis, & ſubſequens Eccleſiæ pietas, & generalis ſanctorum Patrum conſenſus jugiter hactenus celebravit. Cujus venerabilem faciem tu quoque honorificare diſponis, non ingratus illi, qui tuum verticem diademate terreni principatus decenter inſignivit, & tremendum, & amandum populis effecit, & ut in ſempiternum regnes, chariſmate adoptionis injunxit, nempe ipſa antiqua & jam emerita Roma illum primum nobiliſſimum & religioſiſſimum Conſtantinum, cujus genealogia gloriaris, & potentia magnificaris, cujuſque de nomine dictam urbem famoſam Regis temporaliter edidit, nutrivit, provexit, & ſuper omnes mortales, conſtituit, nec a beneficiis ceſſavit, donec eumdem æterni regni gloria cumulavit.*

IV. *Unde multimoda gratiarum actione tuam excellentiam, glorioſiſſime fili, magnificando, tanto majori ſuper tua devotione & recognitione replemur gaudio, quanto copioſior animarum numerus ex tuo regimine pendet, tuoque innititur exemplo. Et ideo non ceſſamus orare communem Dominum, per (c) quem Reges regnant, & Principes juſta decernunt, ut in ſuo beneplacito te conſervet longævum, & compleat in bonis deſiderium tuum. Porro ego ipſe qualiſcumque Apoſtolicæ Vicarius Sedis, pro modulo humilitatis meæ & poſſibilitatis ſupplere laborans vicem mihi commiſſæ diſpenſationis, ſecundum Deiloquum Paulum (d): Væ mihi eſt, ſi non evangelizavero: neceſſitas enim mihi incumbit maxima, poſituro rationem æterno & diſtricto Judici propter unius regimen Eccleſiæ, de omnium Eccleſiarum merito.*

(c) Ibid. 8. (d) 1. Cor. 9.

V. De Northmannorum tyrannide. *Illa ergo ſollicitudine, qua omnibus Eccleſiis debeo invigilare, videns indiſciplinatam & alienam gentem incredibili & inaudita rabie, & plus quam pagana impietate adverſus Eccleſias Dei inſurgere, paſſim Chriſtianos trucidare, & nonnullos novis horribilibuſque tormentis uſque ad defectionem animæ affligere, nec infanti aut ſeni, ſeu fœmineæ fragilitati aliquo humanitatis reſpectu parcere, nec inter ſanctum & profanum aliquam diſtantiam habere, Sanctorum baſilicas ſpoliare, incendere, & ad ſolum uſque diruere: ſæpiſſime perverſitatem ejus redargui, commonui, obſecravi, prædicavi, opportune, importuneque inſtiti, terrorem divinæ & humanæ vindictæ denuntiavi. Sed quia Sapiens ait (e): Nemo poteſt corrigere quem Deus deſpexerit. Et Stultus non corrigitur: adeo obdurata & obſtinata ejus malitia permanſit, ut de die in diem adderet pejora peſſimis. Unde non tantum exteriora bona pro liberatione ovium Chriſti cupiens impendere, ſed ſuper impendi ipſe peroptans; viſum eſt mihi ad teſtimonium nequitiæ eorum, vel ſi ſic expediret, ad repreſſionem contumaciæ humanam defenſio-*

(e) Eccl. 7.

PAGIUS Patriarchas, eos a communione Romanæ Eccleſiæ divellere conatus eſt. Petrus Antiochenus reſcripſit, & multas illius objectiones, tanquam leves, futileſque redarguit, ita tamen, ut in aliquibus etiam Latinos carpat. Quid alii duo egerint, incompertum. Præcipua diſcordiæ cauſa, fuit Azymorum ritus in Divinis myſteriis, quaſi illis contra Divinam inſtitutionem Eccleſia Romana uteretur, & in eo judaizaret.

II. *Michael Pſellus inter Schiſmaticos numerandus.* Allatius lib. 2. de *Conſenſione Eccleſiæ Occident. & Orient.* cap. 9. ait, hoc tempore floruiſſe *Michaelem Pſellum*, huncque in Romanam Eccleſiam invectum, Spiritum Sanctum a ſolo Patre affirmaſſe, tradere Joſephum Methonenſem Epiſcopum in Epiſtola Marci Epheſii. Tum ſubdit Allatius, verum eſſe id *Pſellum* affirmaſſe, quaſi aliud agentem, in capitibus Theologicis ad Michaelem Imp. at peculiari Tractatu id egiſſe, incompertum ſibi eſſe, licet plura ejuſdem evolverit, & anxius id idem perquiſiverit. Verum Combefiſius varia Opuſcula a Pſello compoſita ante mortem prælo parata habuit quæ ipſemet legi, ex quibus certo conſtat eum ſchiſmati promovendo omnem operam poſuiſſe. Pſellus in una ad Synodum oratione in cauſa depoſitionis Michaelis Cerularii, hunc hæreſeos inſimulat; in alia vero eum plurimum laudat. Prioris meminit Zonaras in Iſaaco Comneno, qui Cerularium relegavit. *Deinde de abrogando illi Patriarchatu cogitans*, inquit Zonaras, *opera quorumdam primariorum Sacerdotum utitur, & Pſelli variarum & abſurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum ſcripta congeſſit*. Legenda apud Baronium num. XIX. & ſeqq. *Brevis & ſuccincta commemoratio eorum, quæ geſſerunt Apocriſarii S. Rom. & Apoſt. S. in Regia urbe, & qualiter anathematizaverunt Michaelem cum ſequacibus ſuis.*



(a) Rom. 13.

*ſionem undecumque attrahendam fore, audiens ab Apoſtolo, (a) Principes non ſine cauſa gladium portare, ſed miniſtros Dei eſſe, vindices in iram omni operanti malum: & quia Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali; & Reges, atque Duces miſſos a Deo ad vindictam malefactorum.*

VI. Leonis Pap. quis animus in bello gerendo. *Suffultus ergo comitatu, qualem temporis brevitas, & imminens neceſſitas permiſit, glorioſi ducis & Magiſtri Argyroi fideliſſimi tui colloquium & conſilium expetendum cenſui, non ut cujuſquam Northmannorum, ſeu aliquorum hominum interitum optarem, aut mortem tractarem, ſed ut ſaltem humano terrore reſipiſcerent, qui divina judicia minime formidant. Interea nobis eorum pertinaciam ſalutari admonitione frangere tentantibus, & illis ex adverſo omnem ſubjectionem ficte pollicentibus, repentino impetu comitatum noſtrum aggrediuntur; ſed adhuc de victoria ſua potius triſtantur, quam lætentur. Sicut enim tua pietas ſcribere curavit ad noſtram conſolationem, pro iſta ſua præſumptione majorem in proximo expectant ſibi ſuperventuram indignationem poſt illam, quam experti ſunt ſuæ catervæ diminutionem. Nos quoque divinum adjutorium nobis affore, & humanum non defore credentes: ab hac noſtra intentione liberandæ Chriſtianitatis non deficiemus, nec dabimus requiem temporibus noſtris, niſi cum requie ſanctæ Eccleſiæ periclitantis. Ad quam acquirendam & obtinendam habemus maximum ex divina pietate ſolatium & præſidium, chariſſimum atque clariſſimum filium noſtrum Imperatorem Henricum, cujus de die in diem expectamus promiſſum & proximum adventum, utpote cum procinctu, & expeditione Imperiali properantis ad noſtrum ſubſidium. Ad quod etiam ſuperna gratia tuam ſerenitatem animavit, ut hinc inde vobis duobus, veluti totidem brachiis, inimicam gentem ab Eccleſia Chriſti propellentibus, & procul effugantibus, afflictæ nunc Chriſtianitatis relevetur decus, & Reipublicæ reformetur ſtatus.*

VII. Status Roman. Eccleſ. *Et quia abundante iniquitate, & refrigeſcente charitate, ſancta Romana Eccleſia & Apoſtolica Sedes nimium diu obſeſſa fuit mercenariis, & non paſtoribus, a quibus ſua, & non quæ ſunt JESU Chriſti, quærentibus, devaſtata jacebat miſerabiliter hactenus: divinum conſilium voluit meam humilitatem ſuſcipere tantæ cathedræ pondus. Quo licet plurimum mei imbecilles prægraventur & deprimantur humeri: non parum mihi ſubeſt ſanctæ ſpei, quandoquidem ex utroque latere tales aſtant filii, religione & potentia præclariſſimi. Quapropter devotiſſime fili & ſereniſſime Imperator, collaborare nobis dignare ad relevationem tuæ matris ſanctæ Eccleſiæ, & privilegia dignitatis atque reverentiæ ejus, nec non patrimonia recuperanda in tuæ ditionis partibus, ſicut manifeſte cognoſcere poteris ex venerabilium prædeceſſorum noſtrorum, ſeu tuorum ſcriptis & geſtis. Tu ergo magnus ſucceſſor Magni Conſtantini ſanguine, nomine, & Imperio factus, ut fias etiam imitator devotionis ejus erga Apoſtolicam Sedem, exhortamur: & quæ ille mirabilis vir poſt Chriſtum eidem Sedi contulit, confirmavit, atque defendit; tu juxta tui nominis etymologiam conſtanter adjuva recuperare, retinere & defendere. Ita enim apud Deum ſingulariter pugnans cognominaberis Monomachus, quod jamdudum inter homines cognominaris. Hoc ſane glorioſiſſimus filius noſter Henricus perficere molitur in ſuis partibus. Quæ omnia nobis & vobis provenient felicius, & multiplicius, ubi quantocyus, Dei gratia præveniente, & beatiſſimis Apoſtolorum Principibus intervenientibus, & me qualicumque Vicario eorum mediante & obtinente, firmiſſimum pacis & amicitiæ inter vos ambos componetur fœdus.*

VIII. De conatu Mich. Epiſcop. Conſtant. *Præterea confrater noſter Archiepiſcopus Michael exhortatorias ad concordiam & unitatem direxit nobis litteras; quem ad tam optabile & neceſſarium bonum præmonentem tanto neceſſe eſt nos devotius & alacrius ſuſcipere, quanto perſpicacius conſideramus, non poſſe computari inter Diſcipulos Chriſti aliquem, qui fraternæ paci dedignatur acquieſcere, Domino ſuis dicente (b): In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis Diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Et magno Paulo ſic proteſtante (c): Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Sed noverit tua claritas ſuper præſumptionibus ejus multa & intolerabilia jamdudum perveniſſe ad aures noſtras, qualiter etiam aperta perſecutione in Latinam Eccleſiam exardeſcens, anathematizare non timuit omnes, qui ſacramenta attrectant ex azymis: & quod Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas antiqua dignitate ſuæ privare contendens contra fas, & jus ſibi ſubdere nova ambitione appetit, & pleraque quæ uſurpare dicitur, ſicut a noſtris Nuntiis diligenter cognoſcere poteris. In quibus, ſi (quod abſit) pertinax fuerit, pacem noſtram nullatenus retinere poterit, quia proculdubio (d) ad nos revertetur (ſicut Dominus dicit) ſi ille noluerit eſſe filius pacis. Unde & Apoſtolus: (e) Si fieri,* inquit, *poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Siquidem in vano patremfamilias honorat, qui uxorem ejus exhonorat; & fruſtra matrisfamilias caput & faciem magnificat, qui vel minimos filiorum ejus impugnans, velut digitos pedum*

(b) Joan. 13. (c) Heb. 12. (d) Luc. 10. (e) Rom. 12.

*ejus conculcat. Contra quem Sapientia* [(a) Eccl. 3.] *Dei in Eccleſiaſtico ſic intonat* (a): *Quam malæ famæ eſt qui fugit patrem, & eſt maledictus a Deo qui exaſperat matrem! confidimus tamen, quod præveniente gratia Dei, invenietur innoxius ab his, aut correctus, aut cito reſipiſcet admonitus, & efficietur, non qualis dicitur, ſed qualis a nobis pie deſideratur & ſperatur.*

IX. *Hinc jam tuæ gloriæ præſentes filios noſtros, ſanctæque Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Nuntios per omnia commendamus, quatenus, ut decet, liberaliter ſuſcipiantur, reverenter habeantur, benigne & honeſte tractentur, rationabiliter, patienterque audiantur, atque quantocyus nobis laudabiliter remittantur: ne tantum laborem illos fruſtra arripuiſſe pigeat, & nos mandaſſe pudeat. Porro ex Amalphitano Epiſcopo nulla tibi ſuboriatur ſuſpicio, quia Romanus eſt omnino, & ab Amalphitanis diſcedens, familiariter nobiſcum vivit jam pene anno integro. Salutatio.* [(b) 2. Cor. 1.] (b) *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri JESU Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis dignetur tuam excellentiam benedicere omni benedictione ſpirituali, repleatque omni gaudio, & pace, ut in præſenti ſæculo per longa tempora feliciter domineris, & in futuro ſine fine cum Rege Regum, & Domino dominantium regno cœlorum beate perfruaris, honorabilis & deſiderabilis nobis in Chriſto fili & glorioſe Auguſte. Amen.* Licet autem, quando data ſit, non appareat ſignata dies, tamen ex epiſtola per eoſdem Legatos data ad Michaelem Patriarcham, hoc anno, menſe Januario eſſe ſcriptam, apparet. Quæ ſic ſe habet:

X. [Leonis P. epiſt. ad Mich. Epiſ. Conſtantinopol.]

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto confratri Michaeli Conſtantinopolitano Archiepiſcopo.*

*Scripta tuæ honorandæ fraternitatis tamdem ad nos pervenerunt, in quibus ad maxime neceſſarium, omnibuſque Chriſti fidelibus amplectendum bonum concordiæ & unitatis exhortari ſtudes, quatenus poſt nimium longas & pernicioſas diſcordias, filia ex propriæ matris reconciliatione exultet. Ad quod utique te provocantem, & præmonentem tanto promptius auſcultare cupimus, quanto vigilantius animadvertimus, hanc ſolam eſſe propriam & ſpecialem virtutem piorum, atque Sanctorum, cum cæteræ virtutes bonis & malis eſſe poſſint communes, Domino ſic præmonſtrante:* [(c) Ioan. 13.] (c) *In hoc cognoſcent omnes, quod mei eſtis Diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Et Deiloquo Paulo proteſtante:* [(d) Heb. 12.] (d) *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Unde plurimum tuæ fraternitati congratulamur in Domino, quoniam ſummum deſiderium noſtrum tua induſtria anticipaſti: quod utique ſi aliquo frigore charitatis pigritareris exequi, noſtra debueras ſolertia præveniri. Nos enim juxta præfatum* (e) [(e) Rom. c. 12.] *Apoſtolum, ſi fieri poteſt, cum omnibus hominibus pacem habere peroptamus, quanto magis ergo tecum, quem videmus Eccleſiæ Dei valde utilem & neceſſarium poſſe, fore miniſtrum, ſi non tranſgredi laboraveris terminos, quos patres noſtri poſuerunt? Et quia Chriſtianæ perfectionis eſt, pacificum eſſe etiam cum inimicis pacis, ſpe correctionis, non conſenſu malignitatis: tanto ſollicitius debemus omnes occaſiones ſcandalorum de medio tollere, quanto tenacius optamus pacis amicos retinere.*

XI. [Quæ De Michaele Patriarcha audita.]

*Plurima autem ex tua fraternitate intolerabilia rumor jam diu pertulit ad aures noſtras, quæ nos, partim quia incredibilia videbantur, partim quia nulla facultas inquirendi talia concedebatur, indiſcuſſa hucuſque reliquimus. Denique diceris neophytus & non gradatim proſiliiſſe ad Epiſcopale faſtigium: quod nullatenus eſſe faciendum, & Apoſtolus edocet, & venerabiles canones interdicunt. Hinc nova ambitione Alexandrinum, & Antiochenos Patriarchas antiquis ſuæ dignitatis privilegiis privare contendens, contra omne fas & jus tuo dominio ſubjugare conaris. Quod quanto tuo periculo tentes, omnibus ſanæ mentis patet. Quandoquidem vana gloria & pompa ſæculari elatus, conſilium divinitatis antiquum ſuper ſtabilimento columnarum ſuæ Eccleſiæ mutare contendis, quaſi ex fallacibus divitiis præjudicium facturus illi, qui cum vere & ſingulariter dives eſſet, pauper pro nobis factus, delegit ſuæ temporali nativitati oppidulum, & ſpeluncæ diverſorium, non quodlibet Regum palatium. Cujus exempla quiſquis horret, ad ſortem illius pertinet, qui tunc per ſe, nunc autem per ſuos ſatellites dicere audet* (f) [(f) Iſai. 14.] *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Sed non* (g) [(g) Idem 55.] *cogitationes meæ cogitationes veſtræ, neque viæ meæ viæ veſtræ, dicit Dominus,* (h) [(h) Iob. 48.] *qui diſpergit ſuperbos in furore ſuo, & reſpiciens omnem arrogantem humiliat, & exurgit, ut non prævaleat homo, in cujus* (i) [(i) Pſal. 9.] *conſpectu non eſt Deus. Ne enim ſuperbia propter altitudinem ſuam ſe conjunctam putaret Deo, dicit Pſalmiſta* (k) [(k) Pſal. 137.]: *Alta a longe cognoſcit excelſus Dominus. Unde per ſemetipſum teſtatur:* (l) [(l) Luc. 16.] *Quod altum eſt hominibus, abominabile eſt apud Deum.*

XII. [De titulo univerſalis.]

*Qualis vero & quam deteſtabilis atque lamentabilis eſt illa ſacrilega uſurpatio, qua te univerſalem Patriarcham jactas ubique & ſcripto & verbo, cum omnis Dei amicus hujuſmodi hactenus horruerit hono-*

ra-



*rari vocabulo? Et quis poſt Chriſtum convenientius poſſet inſigniri hoc vocabulo, quam cui dicitur divina voce:* [(a) Matt. 16.] (a) *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam? &c. Verumtamen quia ille non invenitur univerſalis Apoſtolus dictus, quamvis Princeps Apoſtolorum ſit conſtitutus: nullus ſucceſſorum ejus tam prodigioſo prænomine conſenſit appellari penitus, licet Magno Leoni prædeceſſori noſtro, & ſucceſſoribus ipſius hoc ſancta decreverit Chalcedonenſis Synodus. Nempe animadvertebant, non eſſe amicum ſponſi, qui pro ſponſo vellet amari: quin potius paranymphum, & lenonem Antichriſti, qui adverſatur, & extollitur* [(b) 2. Theſ. 2.] (b) *ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Ecce ille Joannes veſter, cujus veſanæ adinventionis adhuc hæredes permanetis, qui ſecundum Pſalmiſtam, per vos adhuc vocat* [(c) Pſal. 48.] (c) *nomina ſua in terris ſuis, cum interiit, non ſumpſit omnia, neque deſcendit cum eo gloria ejus ad infernum; quia cum in honore eſſet, non intellexit. Ipſe a beatiſſimis Pontificibus Pelagio, & Gregorio, ſucceſſoribuſque eorum pro hac inſolentia anathematizatus in ſua pertinacia irrevocabilis periit, jamque per quadraginta & quadringentos annos ſuæ contumaciæ ſequaces præcipitare non ceſſavit. Quibus quid profuit ſuperbia, & divitiarum jactantia quid contulit? tranſierunt omnia velut umbra. Quid denique prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Et quomodo animas pro fratribus habetis ponere, qui inane nomen, & univerſam Eccleſiam ſcandalizans dedignamini deponere? Reſipiſce ergo rogamus ab hac inſania, ne illius conſors tu quoque (quod abſit) fias, de quo dicitur: Omne ſublime videt, & ipſe eſt Rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ.*

XIII. [De azymis & fermento diſputatio.]

*Illud autem quis non ſtupeſcat, quod poſt tot ſanctos & orthodoxos Patres per mille & viginti a Paſſione Salvatoris annos novus calumniator Eccleſiæ Latinorum emerſiſti, anathematizans omnes, & publicam perſecutionem excitans, quicumque participarentur ſacramentorum ex azymis? quam præſumptionem tuam & fama nobis obtulit, & litterarum ſub nomine tuo ad Appulos datarum textus manifeſtavit: quæ violenter aſtruere conantur, fermentatum panem fuiſſe, quo Dominus Apoſtolis ſuis corporis ſui myſterium in Cœna commendavit. Quod omnino falſum eſſe, ex utroque Teſtamento facillime deprehenditur. Quia qui non venerat* [(d) Matt. 5.] (d) *ſolvere legem, ſed adimplere, juxta ipſius legis præceptum, ex axymis, & vino vetus paſcha adimplevit, & protinus ex azymis, & vino novum (ſicut aperte Lucas narrat) Diſcipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermentatum apparebat in omnibus finibus Iſrael: & apud quemcumque inveniebatur,* (e) [(e) Exod. 12.] *peribat anima ejus de populo ſuo. Quod ſi in Cœna Domini Jeſu apparuiſſet, aut ipſe, aut diſcipuli ejus quoquo modo guſtaſſent, juſte ſicut prævaricatores legis perirent: nec ipſe Dominus diceret ſuis inſidiatoribus:* (f) [(f) Joan. 8.] *Quis ex vobis arguet me de peccato? Nec eſſet opus falſos teſtes ad perdendum eum quærere, cum hoc ſolo perderetur juſte. Sed qui* (g) [(g) 1. Pe. 2.] *peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus, quod paſſurus Diſcipulis mandavit, evidenter per Apoſtolum, in qua loquebatur, commemorans, inquit* (h) [(h) 1. Cor. 5.]: *Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ; ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis: Denique modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Ubicumque autem corruptio, ibi proculdubio naturæ deterioratio, & alicujus vitii ſuſceptio.*

XIV. *Porro noſtrum Paſcha ideo novum dicitur, quia illud vetus præceptum eſt Iſraelitis in memoriam ſuæ egreſſionis ex Ægypto; iſtud vero Chriſtianis in memoriam Dominicæ Paſſionis, qua ad Patrem tranſivit ex hoc mundo. Sed quia tam de his, quam de aliis, quibus nos calumniaris: latius a noſtris Nuntiis per alia ſcripta noſtra, quæ deferunt, inſtrueris: hic breviter attigiſſe ſit ſatis.*

*Diſcat autem fraternitas tua ſaltem admonita caute & humiliter loqui, ne aliquando Dominus dicat & tibi:* (i) [(i) Matt. 12.] *Ex abundantia cordis os loquitur. Scripſiſti quidem nobis, quoniam ſi una Eccleſia Romana per nos haberet nomen tuum, omnes Eccleſiæ in toto orbe terrarum haberent per te nomen noſtrum.* [De arrogantia Michaelis Epiſcop. Conſtant.] *Quid hoc monſtri eſt, frater chariſſime? Romana Eccleſia caput & mater Eccleſiarum, membra & filias non habet? Et quomodo poteſt dici caput, aut mater? Credimus enim, propter quod & loquimur, atque conſtanter profitemur: Romana Eccleſia adeo non eſt ſola, vel ſicut tu putas, una: ut in toto orbe terrarum quæcumque natio diſſentit ſuperbe ab ea, non ſit jam dicenda, vel habenda Eccleſia aliqua, ſed omnino nulla, quin potius conciliabulum hæreticorum, aut conventiculum ſchiſmaticorum, & ſynagoga ſatanæ. Videris dicere illud S. Eliæ, tunc præſumentis de ſe:* (k) [(k) 3. Reg 19.] *Relictus ſum ego ſolus. Sed audi, quid ille audivit a Domino: Reliqui mihi ſeptem millia virorum. Quieſce, quieſce jam venerabilis frater, ab his ſuperſtitionibus, ne illud Salomonis in te dicatur:* (l) [(l) Prov. 13.] *Sunt qui ſe divites affectant, nihil habentes. Simillimum nempe hoc eſt diabolicæ arrogantiæ, qui regna mundi a Conditore omnium facta putans ſua eſſe, dixit illi:*

Hæc

(a) Matt. 4. (b) Pſal. 84.

*(a) Hæc omnia tibi dabo. Igitur hinc jam ad cor redeatur, & tam pernicioſa ſcandala de medio tollantur, & tunc (ſecundum Pſalmiſtam) loquetur (b) Dominus pacem in plebem ſuam & ſuper Sanctos ſuos, & in eos qui convertuntur ad cor. Nam nos cum pertinacibus, & in errore ſuo permanentibus pacem aliquam habere non poſſumus, ne operibus malilignis communicemus: quia nec Dominum Chriſtum alicubi talia feciſſe invenimus. Cum etiam in Nativitate ipſius (c) Angeli pacem annuntiaverunt ſolummodo bonæ voluntatis hominibus. Qui etiam oculum (d) ſcandalizantem eruendum, manum, vel pedem ſcandalizantes abſcindendos inſinuat. Ceſſent ergo hæreſes & ſchiſmata, & (e) diligentibus legem Dei jam non erit ſcandalum, ſed pax multa.*

(c) Luc. 2. (d) Mat. 18. (e) Pſal. 118.

XV. *Quicumque gloriatur Chriſtiano nomine, ceſſet Romanam ſanctam & Apoſtolicam Eccleſiam maledicere, & laceſſere, quia fruſtra patremfamilias honorat, quiſquis ejus uxorem exhonorat: & fruſtra matrisfamilias caput & faciem magnificat, qui minimos filiorum ejus impugnans, tamquam digitos pedum illius conculcat. Unde & in Eccleſiaſtico dicitur: (f) Quam malæ eſt famæ, qui fugit patrem, & eſt maledictus a Deo, qui exaſperat matrem. Et in Proverbiis: (g) Oculum, qui ſubſannat patrem, & deſpicit matrem, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Confidimus tamen ex divina pietate, quod ab his innoxius aut correctus invenieris, aut certe admonitus, cito corrigeris. Quod dum fuerit effectum, pax noſtra jam ad nos non revertetur, ſed ſuper te requieſcet, ceu ſuper pacis filium: & regnabit inter nos germana charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: nec neceſſe habebis nobis ſupplicare, ſed jubere. Super hæc, ſicut cœpiſti, collabora, ut duo maxima regna connectantur pace optata. Orantem pro nobis tuam honorabilem fraternitatem ſancta Trinitas in perpetuum conſervet. Data menſe Januario, Indictione ſeptima.*

(f) Eccl. 3. (g) Prov. 30.

XVI. His acceptis litteris tam ad Imper. quam ad Michaelem Patriarcham, iidem, qui ſupra nominati Legati, Humbertus Epiſcopus Silvæcandidæ, Fridericus Archidiaconus Cancellarius Cardinales, & Petrus Epiſcopus Amalphitanus (ut diximus) viſitato primum cœnobio Caſſinenſi, & ibi precibus a religioſis monachis expetitis ſunt profecti Conſtantinopolim. Quo cum perveniſſent, honorificentiſſime ab Imperatore excepti ſunt.

XVII. Humbertus autem omnia, quæ ſive ſecreto, ſive publice cum Imperatore iidem tranſegerunt, ſcriptis mandavit cum iis, quæ ipſe contra epiſtolam Michaelis Patriarchæ in Apuliam miſſam adverſus Latinos fuſius diſputans per dialogiſmum hoc anno conſcripſit: quibus acceptis, Imperator, ut ex Latino tranſferrentur in Græcum, juſſit, Græciſque vulganda mandavit. Quod quidem magni momenti, monimentum cum hactenus in angulo pulvere obſitum delituerit, nec ab aliquo cuſum alicubi ſciamus: ne ſemel inventum rurſus (ut accidere ſolet) diſpendium patiatur, vendicatum in lucem conſecrare perennitati, hic deſcribendo, dignum exiſtimavimus; ſimulque cætera, quæ ad hanc eamdem legationem ſpectantia ſimul poſita invenimus in codice Romam miſſo ab Antonio Auguſtino, ad dignæ memoriæ prædeceſſorem meum Antonium Carrafam S.R.E. Bibliothecarium. Contulimus ea cum iiſdem ſcriptis, quæ in bibliotheca Vaticana aſſervantur, ne quid erroris vitio librariorum irrepſerit. Verum quod prolixior ſit ea diſputatio, quæ detinere plus ſatis Lectorem poſſit: ponemus eam in hujus Tomi appendice, ſicut fecimus ſuperius de diſputatione ſancti Maximi cum Pyrrho Monothelita, quam collocavimus in appendice octavi Annalium Tomi, ut ſic abſque obice longioris diſputationis rerum geſtarum ſeries currat.

De ſcriptis Humberti Epiſcopi Card.

XVIII. De hac autem Humberti & collegarum legatione agens Rupertus Abbas Tuitienſis his temporibus proximus in commentario (h) de Divinis officiis, & adverſus eos de azymis diſputans, hæc inter alia habet: *Tantis autem hæreſibus fermentata eſt Græcia, ut mirum videri non debeat hoc quod de fermento immolat. Tantæ e contra ſinceritatis ſemper fuit ſancta Romana Eccleſia, ut cui deeſt ſcripturarum notitia, vel argumentandi facultas, ſola illi de azymo contra Græcos ſufficere debeat ejus auctoritas. Nam Conſtantinopolitana non ſolum hæreticos, ſed & hæreſiarchas protulit multos: Romana vero Eccleſia ſuper Apoſtolicæ fidei petra altius fundata, firmiter ſtetit, & tam Græciæ, quam totius orbis hæreticos ſemper confutavit, & de excelſo Fidei tribunali, data ſententia judicavit.* Et in fine: *Quæ beata Eccleſia, quæ in fundamento ſuo petram illam excepit, quam in ſuo veritatis ore laudavit & beatificavit: tali ſtructura ſuper illam ædificata eſt, ut contra omnes hæreſes perſtaret murus inexpugnabilis. Et quacumque mundi ex parte periclitata fides ad illam confugit (i): mille clypeos ex ea, omnemque armaturam fortium, qua ſe defenderet, pendentem & præparatam invenit.* Hucuſque Rupertus. Sed proſequamur Legatos Roma a ſancto Leone Conſtantinopolim ad Imperatorem Conſtantinum Monomachum miſſos. Quorum res geſtæ Conſtantinopoli ſummatim deſcriptæ inveniuntur ab eodem (ut exiſtimatur) Humberto Legatorum primario poſt duos tractatus a ſe ſcriptos, alterum contra Michaelem Cerularium, alterum contra Nicetam, cognomento Pectoratum, quas nos ex eodem volumine hic deſcribendas curavimus. Quæ ſic ſe habent:

(h) Rup. de diu. off. l. 2. c. 21.

De eccleſia Rom. præconia.

(i) Cant. 6.



XIX. Res geſtæ per legatos Apoſtolicos Conſt.

*Incipit brevis, & ſuccincta commemoratio eorum quæ geſſerunt Apocriſarii ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis in regia urbe, & qualiter anathematizarunt Michaelem cum ſequacibus ſuis.*

Deſcribitur in appendice Tomi hujus Nicetæ Pectorati libellus iſte contra Latinos, una cum Humberti ſcriptis, quibus eum valide confutavit.

*Anno xii. Imperii Conſtantini Monomachi Indict. vii. ipſo die nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, advenientibus a domno Papa Leone Nono Apocriſariis ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, Humberto ſcilicet Cardinali Epiſcopo Silvæcandidæ, & Petro Amalphitanorum Archiepiſcopo, Friderico quoque diacono & Cancellario, ad monaſterium Studii intra urbem Conſtantinopolitanam: Niceta monachus, qui & Pectoratus, ante præſentiam præfati Imperatoris, & procerum ejus, inſiſtentibus ipſis Nuntiis Romanis, anathematizavit quoddam ſcriptum ſub ſuo nomine contra Sedem Apoſtolicam, & omnem Latinam Eccleſiam editum, & prætitulatum de azymo, de ſabbato, & de nuptiis ſacerdotum. Inſuper anathematizavit cunctos, qui ipſam ſanctam Romanam Eccleſiam negarent primam omnium Eccleſiarum eſſe, & qui illius Fidem ſemper orthodoxam præſumerent in aliquo reprehendere. Poſt hæc ſtatim in conſpectu omnium ad ſuggeſtionem eorumdem Nuntiorum Romanorum juſſit idem orthodoxus Imperator præfatum incendi librum; ſicque fuit diſceſſum.*

XX. Niceta pectoratus iterum cantat palinodiam.

*Sequenti autem die prædictus Niceta urbe egreſſus ultro adiit ipſos Legatos intra palatium Pigi, a quibus accipiens perfectam ſuarum propoſitionum ſolutionem, iterum ſponte anathematizavit omnia dicta, & facta, vel tentata adverſus Primam & Apoſtolicam Sedem. Sic ab eis in communionem receptus, effectus eſt eorum familiaris amicus. Porro dicta, vel ſcripta eorumdem Nuntiorum adverſus diverſas Calumnias Græcorum, & maxime contra ſcripta Michaelis Conſtantinopolitani Epiſcopi, & Leonis Acridani Metropolitani Epiſcopi, atque ſæpe dicti Nicetæ monachi, juſſu Imperatoris in Græcum fuere tranſlata, & in eadem urbe hactenus conſervata. Tandem Michaele præſentiam eorum & colloquium devitante, atque in ſtultitia ſua perſeverante, præfati Nuntii xvii. Kalend. Auguſti adierunt Eccleſiam ſanctæ Sophiæ, & ſuper obſtinatione illius conqueſti, Clero ex more ad Miſſas præparato, jam hora tertia, die ſabbati chartam excommunicationis ſuper principale altare poſuerunt ſub oculis præſentis Cleri & populi. Inde mox egreſſi etiam pulverem pedum ſuorum excuſſere in teſtimonium illis juxta dictum (a) Evangelii, proclamantes: Videat Deus, & judicet. Hinc ordinatis Eccleſiis Latinorum intra ipſam Conſtantinopolim, anathemate dato cunctis, qui deinceps communicarent ex manu Græci, Romanum ſacrificium vituperantis, in oſculo pacis, accepta orthodoxi Imperatoris licentia, doniſque Imperialibus S. Petro, & ſibi, alacres cœpere reverti xv. Kal. Auguſti.*

Humberti ſcripta in Græcum tranſlata.

Excommunicatur Mich. Patriarcha Conſtant.

(a) Matt. 10.

XXI. Legati Apoſtolici profecti revocati. Machinatio contra Legatos Apoſtol.

*Sed nimia inſtantia precum Michaelis, ſpondentis tunc demum ſe conflicturum cum eis Imperator compulſus a Solembria, litteris ſuis eos revocavit xiii. Kalend. Auguſti. Quo etiam die feſtinantes regreſſi diverterunt ad palatium Pigi. Quos præfatus Michael hæreſiarcha comperiens rediiſſe quaſi ad Concilium, conabatur adducere in Eccleſiam ſanctæ Sophiæ ſequenti die, ut oſtenſa charta illorum quam omnino corruperat transferendo, obruerentur ibidem a populo. Quod prudens Imperator præcavens, noluit haberi aliquod Concilium, niſi & ipſe adeſſet præſens. Cumque in hoc ei omnimodis Michael contradiceret: juſſit Auguſtus ipſos Nuntios confeſtim arripere iter. Quod & factum eſt.*

XXII. Commotus populus contra Imp.

*Porro veſanus Michael dolens ſuas non procedere inſidias, concitavit Imperatori ſeditionem vulgi maximam, velut Nuntiis cooperata fuerit ejus voluntas. Unde Imperator coactus interpretes Latinorum, Paulum videlicet, ac filium ejus Smaragdum cæſos & detentos Michaeli tradidit; ſicque tumultus ille conquievit. Verum Imperator poſt Nuntios Romanos directis ſuis, exemplar excommunicationis veraciſſimum a civitate Ruſſorum ſibi remiſſum accepit civibuſque exhibuit, ac tamdem Michaelem falſaſſe chartam Legatorum comperit, atque convicit. Itaque commotus, amicos & affines ipſius honoribus privatos a Palatio eliminavit: contraque ipſum uſque nunc graves iras retinuit. Denique exemplar chartæ exommunicatoriæ eſt tale:*

XXIII. Libellus excom. contra Michaelem Patriarcham.

*Humbertus Dei gratia Cardinalis Epiſcopus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Petrus Amalphitanorum Archiepiſcopus, Fridericus diaconus & Cancellarius omnibus Catholicæ Eccleſiæ filiis. Sancta Romana prima & Apoſtolica Sedes, ad quam tamquam ad caput ſollicitudo omnium Eccleſiarum ſpecialius pertinet, Eccleſiaſticæ pacis & utilitatis gratia ad hanc regiam urbem nos Apocriſarios ſuos facere dignata eſt, ut juxta quod ſcriptum eſt, deſcenderemus, & videremus utrum opere completus ſit clamor, qui ſine intermiſſione ex tanta urbe conſcendit ad ejus aures; aut ſi non eſt ita, ut ſciret. Quamobrem cogno-*

*gnoſcant ante omnia glorioſi Imperatores, Clerus, Senatus & populus hujus Conſtantinopolitanæ urbis, & omnis Eccleſiæ Catholicæ, nos hic perſenſiſſe magnum, unde vehementer in Domino gaudeamus, bonum, & maximum, unde miſerabiliter contriſtemur, malum. Nam quantum ad columnas Imperii, & ejus honoratos, atque cives ſapientes, Chriſtianiſſima & orthodoxa eſt civitas: quantum autem ad Michaelem abuſive * dicatum Patriarcham, & ejus ſtultitiæ fautores, nimia zizania hæreſeon quotidie ſeminantur in medio ejus.*

* al. dictum

XXIV. Errores Michaelis & ſociorum. *Quia ſicut ſimoniaci, donum Dei vendunt. Sicut Valeſii, hoſpites ſuos caſtrant, & non ſolum ad clericatum, ſed inſuper ad Epiſcopatum promovent. Sicut Arriani rebaptizant in nomine ſanctæ Trinitatis baptizatos, & maxime Latinos. Sicut Donatiſtæ, affirmant, excepta Græcorum Eccleſia, Eccleſiam Chriſti, & verum ſacrificium atque baptiſmum ex toto mundo periſſe. Sicut Nicolaitæ, carnales nuptias concedunt, & defendunt, ſacri altaris miniſtris. Sicut Severiani, maledictam dicunt legem Moyſi, Sicut Peumatomachi, vel Theomachi, abſciderunt a Symbolo Spiritus ſancti proceſſionem a Filio. Sicut Manichæi, inter alia quodlibet fermentatum fatentur animatum eſſe. Sicut Nazareni, carnalem Judæorum munditiam adeo ſervant, ut parvulos morientes ante octavum a nativitate diem baptizari contradicant, & mulieres in menſtruo vel partu periclitantes communicare, vel ſi paganæ fuerint, baptizari prohibeant, & capillos capitis, ac barbas nutrientes, eos qui comas tondent, & ſecundum inſtitutionem Romanæ Eccleſiæ barbas radunt, in communione non recipiant.*

XXV. *Pro quibus erroribus, & aliis pluribus factis ſuis ipſe Michael literis Domini noſtri Leonis Papæ admonitus, reſipiſcere contempſit. Inſuper nobis Nuntiis illius cauſas tantorum malorum rationabiliter reprimere volentibus, præſentiam ſuam, & colloquium denegavit, & Eccleſias ad Miſſas agendum interdixit. Sicut & prius Latinarum Eccleſias clauſerat, & eos Azymitas vocans, verbis & factis ubique perſecutus fuerat, in tantum, ut in filiis ſuis anathematizaſſet Sedem Apoſtolicam, contra quam ſe adhuc ſcribit Oeconomicum Patriarcham. Unde nos quidem ſanctæ primæ & Apoſtolicæ Sedis inauditam contumeliam, & injuriam non ferentes, Catholicamque Fidem ſubrui multis modis attendentes, auctoritatem ſanctæ & individuæ Trinitatis, atque Apoſtolicæ Sedis, cujus legatione fungimur, & cunctorum orthodoxorum Patrum ex Conciliis ſeptem, atque totius Eccleſiæ Catholicæ anathemati, quod Dominus noſter reverendiſſimus Papa eidem Michaeli, & ſuis ſequacibus, niſi reſipiſcerent, denuntiavit, ita ſubſcribimus: Michael abuſivus Patriarcha, neophytus, & ſolo humano timore habitum monachorum adeptus, nunc etiam criminibus peſſimis a multis diffamatus; atque cum eo Leo Acridanus Epiſcopus dictus; & Sacellarius ipſe Michaelis Conſtantinus, qui Latinorum ſacrificium profanis conculcavit pedibus; & omnes ſequaces eorum in præfatis erroribus & præſumptionibus ſint Anathema Maranatha cum ſimoniacis, Valeſiis, Arrianis, Donatiſtis, Nicolaitis, Severianis, Pneumatomachis, Manichæis, & Nazarenis, & cum omnibus hæreticis, immo cum diabolo & angelis ejus, niſi forte reſipuerint. Amen, Amen, Amen.* Poſt hæc mox iſta:

XXVI. *Item alia excommunicatio ibidem facta in præſentia Imperatoris, & optimatum ejus viva voce:*

*Quicumque Fidei ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, ejuſque ſacrificio pertinaciter contradixerit: ſit Anathema Maranatha, nec habeatur Chriſtianus Catholicus, ſed Prozimita hæreticus. Fiat, Fiat, Fiat.* Hactenus narratio de rebus geſtis Conſtantinopoli per Legatos Apoſtolicæ Sedis.

At quid poſt hæc infeliciſſimus ac perditiſſimus Cerularius? nihil præterea, quam ſecundum illud Apocalypſis: (*a*) *Qui noces, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Quidnam molitur?

(*a*) *Apoc.* 22.

XXVII. Conatus Michaelis Cerularii. Miſit hoc eodem anno, quas ſcripſerat in Occidentem litteras, atque aliam inſuper virulentam epiſtolam adverſus Latinos, confertam mendaciis, atque calumniis ad Petrum Patriarcham Antiochenum: Æſtuans infelix odio implacabili in Latinos, tantum abeſt, ut ex medicorum fuerit curatus antidotis, & redditus ſanitati, ut potius proiiciens medicamenta, medicos ipſos phreneſi percitus, omni qua potuit, affecerit contumelia, & blaſphemiis fuerit inſectatus, quæque obvia ſtylo in eos, & a qua miſſi fuerant, Eccleſiam Romanam obiecerit, plura fingens atque componens in eam, quo avertat eum a communicatione ejuſdem Eccleſiæ; cum jam percepiſſet, eumdem Petrum ejus amplecti communionem, reſtituto in ſacro Diptycho nomine Rom. Pont. At hæc quæ ad Petrum ſcripſit, eadem vult eſſe communia aliis Patriarchis, Alexandrino nimirum, atque Hieroſolymorum. Deprompta eſt epiſtola iſta ex locuplete Vallicellana bibliotheca una cum aliis monimentis, ad hæc ipſa ſpectantibus: vertit autem in Latinum noſter fidelis & doctus interpres Federicus Metius Thermularum Epiſcopus. Sic enim ſe habet:



XXVIII. Michaelis Cerularii ad Petrum Antiochenum Epiſ. epiſtola. *Michael ſanctiſſimus & Oecumenicus Patriarcha cognomento Cerularius, Petro ſanctiſſimo Patriarchæ Theopoleos magnæ Antiochiæ.*

*Beatitudinis veſtræ legit humilitas noſtra, & cum ab eo qui litteras attulit, didicerimus, quod bene, divina favente gratia, ſecundum eamdem te habes: Dei benignitati, ut par eſt, gratias egimus, & longævam vitam & tranquillam tibi inſuper precati ſumus.* Et poſt alia: *Ante aliquod tempus, cum noviſſemus ab iis, qui e vetere Roma ad nos venirent, de nobilitate & ſcientia Papæ videlicet Urbis Romæ nuper defuncti, Leonis ſcilicet; nec non quod ſimul nobiſcum ſentiret, & conveniret propter ea ſcandala, quæ de ipſius feruntur circa Orthodoxam Fidem, non pauca illi ſcripſimus noſtris litteris, multa videlicet humilitate, ut tu recte vales cognoſcere ex iiſdem litteris. Idque ea de cauſa fecimus quoniam ipſum lucrari volebamus; nec non ut benevolum nobis & familiarem redderemus, quo per eum Francorum auxilium nobis procuraremus. Quas quidem litteras cum illi tradiſſemus, qui ad Papam una cum Imperatoris litteris eſſet illas allaturus, & reſponſiones accepturus, & nobis redditurus: ille vero cum has accepiſſet litteras, & perveniſſet ad Magiſtrum & Ducem Italiæ, Argyrum nuncupatum, qui artificioſe ipſum decepit, eo videlicet nomine, quo citius litteræ ad Papam pervenirent; Ipſe illas accepit. Qui cum omnia diligenter didiciſſet, nec inquam ſuæ ſuperſtitionis, & vafricei oblitus eſſet, ſed ſemper ea moliretur, quæ regiæ urbi & Romaniæ damno eſſent, neque hac in re ſui abſimilis, ſed nomina ipſa, quæ ab Imperatore Veſtiarius accepta referebat: ipſe etiam accepit, ut lucro ſuo omnino illis uteretur, id ſcilicet curans, ut viderentur prædictæ litteræ hac de cauſa ſcriptæ, pro ædificatione caſtrorum, & cura de illis habenda. Et ita rem, quam dicemus, artificioſe paravit.*

XXIX. De Legatis calumniæ Cerularii. *Cum enim quoſdam, quibus ille maxime confidebat, ut par eſt, accerſiſſet, quorum unus eſt, qui (ut audivimus) Amalphitanorum Eccleſiæ aliquando præfuit; deinde vero ab eadem ejectus Eccleſia rationabilibus de cauſis, quinquennio peregrinus vagatur; alter vero nomine tantum Archiepiſcopus, re autem omino alienus, cum nulli metropoli præfuiſſe umquam reperiatur; tertio perſonam, quæ illi placuerit, tribuens, Cancellarii videlicet, idque coram Romana dignitate pro inſigni quadam verſutia, ut talem ſe diceret, abduxit, ut poſſet per eum, quæ machinabatur, obtinere, quaſi quodam forti clypeo illo uſus. Mearum itaque litterarum dempto ſigillo, & quæ in ipſis habebantur cum legiſſet, & alia quædam ad nos quaſi Papæ nomine miſſa componens: & pro hujuſmodi litteris offerendis prædictos deſtinavit, miſeris illis ſuadens (O ſeductionem magnam, & illorum ſtultitiam!) ut ad regiam urbem venirent, & has litteras darent mihi. Qui urbem regiam ingreſſi, potenti primo & ſancto Imperatori ſe eos conſpiciendos exhibuerunt, gravi quidem & ſuperbo habitu, & greſſu, & ſupercilio.*

*Deinde vero cum ad noſtram humilitatem veniſſent, quis dicere poſſet, quanta ſuperbia, & arrogantia uſi ſint? cum nec triviali ſalutatione nos ſalutaſſent, neque ſua capita vel modicum quid inclinaſſent, & conſuetam nobis venerationem exhibere dignati fuiſſent, neque a tergo Metropolitarum nobiſcum in ſecreto congregatorum ſedere ullo pacto voluiſſent, ſed quaſi pro ipſorum contumelia id factum putaſſent.* Vidiſti ignominiam, cum poſt terga Epiſcoporum ſedere ſunt invitati Legati? Pergit vero: *Sed cur non dicam, quæ his ſunt abſurdiora? Nec ipſi Imperatoris conſpectui & majeſtati omnino ſe inclinarunt, ſed potius ſeipſos magnopere extollentes, & quæ eos non decebant, cogitantes; cum cruce & ſceptris regium ingrediuntur palatium. Nihil igitur horum, ut par erat, cum feciſſent, epiſtolam nobis ſigillatam dederunt, & quamprimum receſſerunt. Quam cum humilitas noſtra accepiſſet, & ſigillum aperire agreſſus eſſem, & diligenter ipſum ſigillum inſpexiſſem, inveni illud depravatum, & litteras doli, & malæ mentis plenas.* XXX.

XXXI. In Argyrum omnia convertit Cerularius. *Illæ enim per ſe manifeſtabant, quæ Argyrus Megalopolium cum veniſſet, frequenter noſtræ inſuſurrabat humilitati, præcipue de fermentato. Quapropter non ſolum ſemel, ſed bis & tertio, & ſæpius a nobis ejectus fuit a ſacra communione. Exemplum noſtrarum litterarum ad Papam, nec non earum ad nos, quas Papæ nomine improbi iſti attulerunt, in Græcam linguam cum vertiſſemus, ad tuam beatitudinem miſimus, ut cognoſceres, quid nos illis ſcripſerimus, & quæ nobis illata epiſtola ſignificaret: ut aperte cognoſcas, quod non levem ſuſpicati ſumus ſuſpicionem, ſed veritatem ipſam ſumus aſſecuti. Hæc vero techna apertius fuit deprehenſa & manifeſtata ab Archiepiſcopo Tranenſi, & Sincello, qui inde ad nos venit, & veram eorum mentem aperuit (ut diximus) potenti & ſancto noſtro Imperatori.* Audiſti Lector, verſuti hominis vafriciem, negare eſſe Romani Pontificis litteras ad ſe miſſas per Legatos, ſed fuiſſe commentum Argyri: idque eo conſilio, ne crederetur ſe tot jaculis confodi a ſummo Pontifice. Pergit ipſe:

XXXII. Multa mentitur Cerularius.

*Jam vero quoddam ad noſtras aures pervenit, quod tua beatitudo prædictum Papam in ſacris referat Dyptichis, nec non & idem faciat Alexandriæ, & Hieroſolymorum Patriarcha: nec adduci poſſum ut credam, vos tanta ignorantia detineri, præcipue tuam incomparabilem virtutem. Noſti enim, quod a Sexta Oecumenica Synodo hucuſque a ſacris Dyptichis dempta eſt Papæ commemoratio a noſtra ſanctiſſima Eccleſia, cum Vigilius Papa, qui tunc Romanæ præerat Eccleſiæ, ad Synodum non veniſſet, neque anathemate damnaſſet ea, quæ a Theodoreto adverſus rectam fidem, & duodecim capitula ſancti Cyrilli ſcripta ſunt, epiſtolam præterea Ibæ. Et ex eo tempore uſque ad noſtra tempora Papam a ſanctiſſima noſtra Eccleſia ſegregatum eſſe. Qua de cauſa incredibile nobis omnino viſum fuit non adeo pro illis, quam pro tua magna ſapientia, & ſingulari providentia. Nec hoc ſolum, verum etiam quod prædicti duo Patriarchæ non ſolum, alios azymis veſcentes recipiunt, ſed etiam ipſi aliquando in azymis ſacrum conficiunt ſacrificium. Et nos quidem cum non haberemus in promptu hominem, per quem de hac re illos ſciſcitaremur: quin etiam nec aliis confidere volentes, rem totam tuæ ſanctitati requirendam relinquimus, ut de hac re cum omnia diligenter fuerint ſcrutata, humilitati noſtræ ſingula faciat manifeſta. Et de his quidem hactenus.*

XXXIII.

In Petrum mitius agentem cum Latinis.

*Pervenit præterea ad manus noſtras per illuſtriſſimum Præfectum & Ducem Antiochiæ, cognomento Durum, exemplar epiſtolæ tuæ, ad Gradenſem, ſeu Aquilejenſem Patriarcham: quod cum legiſſem, concitato curſu de azymis tantum multa te dicere inveni, omiſſis aliis Romanorum erroribus, cum multi ſint & graviſſimi. Fortaſſe ita etiam ſcripſit ſanctitati tuæ, quod de his quidem humilitas noſtra illi ſcripſerat: ſed de nulla iſtarum rerum vel ipſi umquam, vel Papæ, vel alii cuipiam Epiſcoporum ejus humilitas noſtra ſignificavit & ſcripſit, præter eam epiſtolam, cujus nunc exemplum ad te miſimus. Sed ut videre licet, e rebus ipſis, & eorum geſtis ſunt illi omnino mendaciorum, & fraudis ſtudioſi. Sed certo ſcito, quod non unica tantum ſagitta, azymorum videlicet errore confoſſi ſunt Romani ( quod omnibus aperte patet ) ſed multis & aliis diverſis. Quapropter illos omnino averſari neceſſe eſt; & quæ quidem Judeorum more peragunt, talia ſunt; ut error, qui illis tribuitur de azymo, & quod ſuffocatum comedant, & barbam radunt, & ſabbata cuſtodiunt, & comedunt immunda, monachi carnibus veſcuntur, nidore videlicet ſuis, & lardo omni, quod uſque ad carnem pertinet. Et quod etiam attinet ad primam hebdomadam Quadrageſimæ, & alia etiam hebdomadam Quinquageſimæ, qua nos ovis tantum, & lacte veſcimur, & propterea Caſei hebdomadam illam appellamus.*

XXXIV. Quæ Cerularius calumnioſe vel leviter obiiciat in Latinos.

*Sed præter hæc talia & hujuſmodi ſe habentia in ſacro Symbolo hanc etiam adhibent additionem, male & pernicioſe ſentientes. Ita enim ſe habet: Et in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. In ſacra etiam Miſſa illud, Unus Sanctus, unus Dominus JESUS Chriſtus in gloria Dei Patris per Spiritum ſanctum, alta dicunt voce. Præter hæc, nuptias ſacerdotum prohibent, illos videlicet, qui uxores habent, ut nullo pacto ſacerdotii dignitatem conſequantur, permittunt, ſed innuptos manere volunt, eos, qui ſacerdotes eſſe cupiunt. Duo etiam fratres duas ducunt ſorores. Et in ſacra Miſſa tempore communionis alter miniſtrorum comedens azyma, alios amplexatur, & pacem illis largitur. Epiſcopi etiam anulos geſtant in manibus, quaſi uxores Eccleſias accipientes, & arrhabonem ferre dicunt. Ad bellum etiam exeuntes, manus ſuas ſanguine coinquinant, & in conſpectu ſuo animas occidunt, & occiduntur: quemadmodum etiam a nonnullis, qui hoc affirmant, accepimus. Sacrum baptiſma ita peragunt, ut eos, qui baptizantur unica merſione baptizent, In nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti, dicentes. Sale etiam præterea eorum, qui baptizantur, ora implent. Male etiam Apoſtolicum illud accipientes, quod ait: (a) Modicum fermentum totam maſſam fermentare: ipſi ita ſcriptum habent: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit: contendentes hac modica hujus verbi occaſione tollere fermentatum, quod panem ſublevat & attollit. Quinimmo Sanctorum reliquias illorum nonnulli non venerantur, nec ſanctas etiam imagines. Sanctos etiam illos & magnos patres noſtros Baſilium & Chryſoſtomum cum reliquis Sanctis non connumerant, nec illorum doctrinam omnino recipiunt. Alia etiam faciunt multa, quæ ſingula enumerare eſſet moleſtum.*

(a) 1. Cor. 5.

XXXV. Confutatio obiectorum.

Audiſti Lector, quænam Cerularius obiiciat in Latinos? quæ cuncta vel omnino falſa, vel levia, nec obſervatione digna quiſque prudens facile judicabit, & plane talia eſſe pleraque, quibus non debeant accuſari Latini, ſed ejuſdem Cerularii imperitia egregie ſugillanda, & redarguenda temeritas. Illa vero per calumniam illata portentoſa mendacia, quibus Latinos non eſſe cultores Sanctorum reliquiarum, atque eorum imaginum, nec connumerare Baſilium, & Chryſoſtomum cum aliis Sanctis, quæ portentoſus ipſe mentitur, quis non intelligat? Et quod obiicit de ſacerdotibus prœlian-

tibus,



tibus, æque ſentias calumnioſe prolatum: non id ex inſtitutione prodiit Occidentalis Eccleſiæ, quæ ejuſmodi ſæpe improbavit, atque damnavit; ſed quorumdam vitio, ut alia quæque peccata, quorum vel cogitatio ſola ad tribunal perferri debeat pœnitentiæ. Sed audi quæ ſint reliqua ejuſdem epiſtolæ, quibus excuſat ſe, Latinorum accidere vitio, ut cum illis non poſſit inire concordiam, ſancireque pacis fœdera, cum talia agant, quibus ſint ab omnibus execrandi. Ait enim:

XXXVI. Cerularius execrandos Latinos perperam ſentit.

*Cum itaque hoc pacto vivant, & iſtiuſmodi moribus ſint educati, & quæ aperte ſint legibus vetita, & interdicta, & execrata, facere audeant; quomodo inter eos, qui Orthodoxi ſunt, collocandi ab iis, qui recte ſentiunt, judicabuntur? Numquid equidem id ego crederem? Qui vero iſta ita ſentientes recte facere fuerint arbitrati, eamdem cum illis ſortiantur portionem. Numquam enim nos ipſos æmulabimur in hac ipſorum concordia & confeſſione. Nec ita, inquam, mente capti erimus, vel noſtro ſenſu privati, ut hanc ſequamur viam. Hæc vero hac de cauſa voluimus nos percurrere, ut ſcire, valens tua beatitudo, quæ ab iſtis peragantur, non putet eos circa azyma tantum errare, quemadmodum nos etiam hucuſque putavimus: ſed cum noverit alios præter hæc ipſorum errores, cum illis eos numeret, cum quibus digni ſunt ut connumerentur. Quod vero omnium eſt graviſſimum, & intollerabile, & eorum amentiam ſatis ſuperque declarat, illud eſt. Dicunt enim quod non acceperunt, hæc tamquam ut ab aliis edocerentur; ſed potius ut alios ipſi docerent: fore etiam ut perſuadeant nobis ſequi eorum dogmata. Et hoc inquiunt cum imperii poteſtate, & inverecundia majore. Dominus Deus beatitudinem tuam cuſtodiat incolumen multis annorum curriculis pro nobis Deum orantem.* Hactenus Cerularius ad Petrum Antiochenum.

XXXVII Decor Eccleſiæ Romanæ ex objectionibus inimicorum apparet.

Hic rogo te, Lector, mecum conſiderarem bene actam, divinituſque diſpoſitam inveniri, ſi poſt innumeras tempeſtates, adverſariorum ventorum impetu agitatas, poſt frequentes in ſcopulos illiſiones, in Syrtes ejectiones, & piratarum aggreſſiones, diligenti ſtudio, accurata ſollicitudine perluſtrata navis, quæ millies periiſſe debuerat, nulla ſit inventa læſione quaſſata, nullo aperta foramine, nullo denique alicujus momenti affecta detrimento. Ecce poſt tot tantoſque enumeratos ſuperius turbines, quibus ( ut antiquiora mala prætermittamus ) per centum annorum curricula fuit miſerandis caſibus Eccleſia Romana exagitata, concuſſa, eliſa, jactata, ut vix tabula juncta tabulæ humana exiſtimatione ſupereſſe, videri potuiſſet: iſta ipſa obtutu lynceo intus, foriſque ab adverſariis, eam perire cupientibus perſpecta, livoris lucerna perveſtigata, quæ recta quæque etiam apparere facit obliqua, & bona cuncta mala videri: nullo revera ſit inventa errore ejus compago reſoluta, ut eadem penitus eſſe cognita ſit, qualis fuerat ab exordio ante procellas, quibus obrui videbatur, in omnibus integra. Nam quæ Cerularius ſicut curioſus, ita & malignus, doloſus ac mendax perſcrutator objecit inania, vana, falſa, ridenda eſſe potius, quam confutanda, ſatis, ſi ſapis, puto intellexiſti, ut ex iis potius ejuſdem Eccleſiæ ſinceritas demonſtretur, & prædicetur integritas, quam erroris labe aliqua oſtendi poſſit aſperſa. Unde magis magiſque erubeſcant ter miſeri Novatores, dum Romanam Eccleſiam probroſis adeo laborant inquinare calumniis, quas Cerularius vel cogitare ſaltem exhorruiſſet, quamvis ejuſdem infenſiſſimus hoſtis. Sed jam, quas ad ipſum Petrus Patriarcha Antiochenus redarguens in multis, litteras reſcripſerit, videamus. Acceptæ ſunt ex eodem codice, & ab eodem interprete redditæ Latinitati, quæ ſic ſe habent abſque titulo:

XXXVIII Epiſtol. Petri Epiſc. Antioch. ad Cerularium.

*Quæcumque humani generis hoſtis adverſus ſanctitatem tuam machinatus eſt, & quam perverſam mentem adverſarii tui in te exercuerunt, attollentes capita ſua in medio Eccleſiæ tuæ: ſatis ſuperque tuæ ſacræ litteræ nos edocuerunt, ſacratiſſime & ſanctiſſime domine. Et magnopere ſumus mirati, dum eas legeremus, cum non poſſemus conjicere, quo ſpiritus motus, vel quid ſibi volens Italus ille Argyrus ad tantum declinavit errorem, & profanus cum ſit, ſacra contrectare non dubitavit. Quid enim commune cani & balneo? ut ille in ſæcularium ordine conſtitutus, eadem quæ ad ſacerdotes pertinent, nimis curioſe ſatagat, & hujuſmodi litteras, ut tu docuiſti, falſas excogitet atque conficiat, ex quibus nihil magis, quam dedecus lucrari debeat, re ipſa patefacta. Præſertim cum Papa vita fuerit functus. Sed gratias Deo, qui corripit ſapientes in eorum malitia, & non diu eorum figmenta latere permiſit.*

XXXIX. Redarguitur a Petro Cerularius.

*Habent præterea ſacræ litteræ ſanctitatis tuæ, quod rumor quidam ad aures pervenit tuas, quod nos Papam in ſacris Diptychis referimus, & hoc ipſum faciunt alii ſanctiſſimi Patriarchæ: & quod non oporteret tali inſcitia nos detineri, me præcipue ante alios, cum ſciam, quod a Sexta ſancta Oecumenica Synodo ad hæc uſque tempora ( ut tuis verbis utar ) in ſacris Diptychis Papæ commemoratio e medio ſublata eſt, ea videlicet de cauſa, quod Vigilius tunc temporis Papa ad Sy-*

nodum non venit, neque ea damnavit, quæ a Theodoreto adverſus rectam fidem, & duodecim capitula ſancti Cyrilli ſcripta fuerant: & ex eo tempore hucuſque a noſtra ſancta Eccleſia Papam ſegregatum fuiſſe. Hæc quidem cum tuæ venerandæ litteræ haberent, pudore neſcio quo pacto confuſus ſum (crede mihi) præcipue vero tua cauſa, præſertim ſi eo pacto, quo ad nos ſcripſiſti, eadem ad alios ſcripſeris beatiſſimos Patriarchas, cum abſque diligenti inquiſitione, & exacta rerum cognitione, quæ non geſta ſunt, ac ſi geſta eſſent, vano rumore impulſus protuleris. Quomodo enim debebam ego hucuſque in ſacris Diptychis Papam referre, cum ſanctiſſima Eccleſia tua ipſum non referat? cum ego ſim ipſius Eccleſiæ alumnus & æmulus, ut quivis alius, & verbis ejus privilegia ſemper magni faciens & venerans? Memorare, Lector, quæ ſcripſerit anno ſuperiori idem Petrus ad Leonem Romanum Pontificem, & plane ſenties ipſum eſſe bilinguem in iis, quæ de Conſtantinopolitana Eccleſia prædicat: de qua valde conqueſtus erat, quod ipſius Patriarcha ſubiicere ſibi ſtuderet reliquos Patriarchas. Pergit ipſe:

XL. In Chartophylacem culpa reiicitur.

Quod vero de Vigilio Papa perperam dicitur, cum res non ita ſe habeat, id quantum ignaviæ tribuat venerabiliſſimo Carthophylaci tuo, tu te ipſe videris. Etſi enim doctus eſt ille vir circa Rhetoricam facultatem (ut accepimus) nondum tamen eam, ut par eſt, eccleſiaſticarum rerum notitiam adeptus eſt. Fidem enim non habet (ut inquit Joannes ille Climachus) vinum, quod recens e torculari expreſſum eſt. Et hac de cauſa oportet eum, cum ad tantum gradum evectus fuerit, diligenter & exacte, & non per tranſennam ſcripturas percurrere. Subſtantia enim noſtri ſacerdotii ſunt eloquia a Deo tradita, videlicet ſacrarum Scripturarum vera ſcientia, quemadmodum magnus nos docuit Dionyſius. Vigilius enim quintæ Synodi temporibus fuit, in quo de Origene, Evagrio, & Didymo, & aliis, Petro & Severo & Zoara, & de operibus Theodoreti actum eſt, non in Sexta Synodo, cum inter utramque Synodum centum ſexagintanovem interceſſerint anni. Illum vero contigit paulo ante a Diptychis amoveri, quoniam ipſum cum ſanctiſſimo Patriarcha Mena altercari accidit, & eum depoſitionis ſubiicere vinculo, quouſque iterum Pontifices illi invicem conciliati inter ſe convenerunt. Tempore vero ſanctæ Sextæ Synodi ſacer Papa fuit Agathon, vir quidem venerandus, & ſacrarum rerum peritus. Et lege tu Acta ipſa Sextæ Synodi, quæ legi conſueverunt Dominica poſt exaltationem venerandæ Crucis. Invenies enim ibi prædictum Agathonem Papam multis encomiis honoratum. Et hac in re ego quidem teſtis fidus, & alii multi Eccleſiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ Patriarchæ domini Joannis, Romanus Papa, Joannes etiam ipſe nuncupatus, in ſacris Diptychis habebatur. Et cum Conſtantinopolim quadragintaquinque ab hinc annis veniſſem, inveni tempore beatæ memoriæ Patriarchæ domini Sergii prædictum Papam in ſacra Miſſa una cum aliis ſanctiſſimis Patriarchis relatum. Quomodo vero deinde ejus relatio & commemoratio e medio ſublata ſit, & quanam de cauſa, ignoro. Sed de his quidem res ita ſe habet, & aliud præterea nihil: de Papæ commemoratione cupio te diligentius indagare.

XLI. De objectis a Cerulario quid Petrus.

Quicumque vero a te ſunt enumerati Romanorum errores, percurrimus: & alios quidem illorum execrandos duxi, atque vitandos, alios vero incertos, & alios prætermittendos. Quid enim noſtra intereſt quod illorum ſacerdotes barbam radant? quid etiam, quod illi annulos geſtent in ſymbolum contracti cum ſancta Dei Eccleſia connubii? Nos etenim etiam coronam in capite geſtamus, pro veneratione proculdubio principis Apoſtolorum Petri, ſuper quem Dei Eccleſia eſt ſuperædificata. Quod enim impii illi ad contumeliam illius Sancti excogitarunt: hoc nos pie ad gloriam, & honorem ipſius facimus. Romani quidem barbam radentes: nos vero in capite coronam geſtantes. Auro etiam exornamur, & nos, chirothecas, & manipulos, & ſtolas auro contextas habemus. Quod vero immundis rebus veſcantur, & monachi carnes comedant, & nidorem ſuillum; invenies etiam hujuſmodi res, ſi diligenter inquiras, a nonnullis noſtrorum fieri. Bithyni enim, & Traces, & Lydi comedunt picas, corniculas, & * turtures, & terreſtres echinos, quorum uſum indifferentem patres nobis reliquerunt. Nulla enim creatura Dei eſt reprobanda, ſi cum gratiarum actione ſumatur: idque nos docet (a) vas illud ſindonis e cœlo demiſſæ. Inquit enim beatus Baſilius: Sicut in oleribus quod noxium eſt ab invicem ſegregamus; ita a carnibus, quod noxium eſt, ab utili diſtinguimus. Herba enim eſt aconitum ſicut caro vulturis; nihilominus neque toſciamum comederet aliquis ſanus mente, neque carnem canis attingeret abſque aliqua magna neceſſitate urgente, ita ut qui comederet, non male feciſſet. In leguminibus vero, & oleribus nidorem ſuillum immiſcere, hoc etiam a ſanctis Patribus permiſſum eſt & decretum, præſertim illis, apud quos bonum oleum non reperitur. Inquit præterea in ſua Regula beatus Baſilius, quod ciborum differentia nihil prodeſt. Socii præterea ſancti Pachomii ſues alebant.

* vultures.

(a) Act. 10.

Sed



XLII. Sed malum eſt illud, & malorum peſſimum, additio in Symbolo: Si enim noſtra Evangelia eadem ſunt cum illorum Evangeliis; unde illa plura, quæ nos edocti, hujuſmodi alienam additionem fecerunt? Sed ut videtur, amiſerunt Romani exempla Nicenæ ſanctæ Synodi, cum Vandalica gens Romæ imperio diu potita ſit, a quibus fortaſſe Arrianorum errores ſectantibus didicerunt, unica immerſione, In nomine Patris, & Fili, & Spiritus ſancti (ſi vera ſunt, quæ ſcripſiſti, baptiſmum conficere. Nobis enim ſatis eſt ad perfectam veritatis cognitionem & confirmationem ſapiens illud & ſalutare divinæ gratiæ Symbolum. Docet enim nos perfectam fidem de patre, & Filio, & Spiritu ſancto: Incarnationem præterea Domini Fidelibus manifeſtat, qui illam recipiunt. Illos itaque, qui Symbolo aliquid addunt, vel auferunt, anathemate damnamus. Si quis enim (inquit (a) Apoſtolus) evangelizaverit vobis præter id, quod evangelizatum fuit vobis, anathema ſit. Bonum eſt enim ad bonum reſpicere, præſertim cum neque Deus, neque Fides aliquod patitur detrimentum, ad pacem ſemper inclinare, & fratrum dilectionem. Fratres enim noſtri iſti ſunt, licet ruſticitate, vel ignoratione contingat illos ſæpe a recto recedere, propriæ ſervientes voluntati. Nec oportet nos adeo exactam rerum diligentiam quærere inter barbaras gentes, quam nos quærimus, qui circa litteras verſamur. Magnum enim erit, ſi apud illos abſque aliquo errore ſanctiſſima Trinitas, vitæ origo & cauſa prædicetur, & ſi Incarnationis etiam myſterium juxta noſtram ſententiam illi confiteantur.

(a) Galat. 1.

XLIII. Quod vero ſuffocata ipſi comedunt, & duæ ſorores duobus fratribus commiſceantur, puto hæc fieri abſque Papæ permiſſione, vel ab aliis pontificibus hæc parvipendi. Id vero contigit fieri propter eorum audaciam, qui hæc facere non dubitant: qualia etiam in noſtro Romano Imperio multa præter leges, etiam execranda, fieri contigit, quæ nos ignoramus. Invenies ſiquidem etiam in ipſa Conſtantinopoli, & extra eam multos qui ſanguinem ſuillum comedunt. Vide itaque, venerabiliſſime domine, quomodo nos multa eorum, quæ a noſtris perperam fiunt, negligentes, & prætermittentes, diligentius, quam par eſt, res alienas curioſe indagamus, & de illis verba facimus. Hucuſque epiſtola Petri Patriarchæ Antiocheni ad Cerularium.

XLIV. In qua vidiſti ipſum alia a Cerulario ſcripta mendacii redarguere, alia ut levia, & nullius ponderis contemnenda eſſe jactare, alia diſſimulando præterire, ea ſcilicet de recepto in Diptychis nomine Romani Pontificis, & de duobus Patriarchis, in azymis ſacrificium offerentibus. Latinos vero additamenti ad Symbolum redarguere, & imperitiæ nomine ſugillare. De quibus ipſis, quam ipſe ſit imperitus, quamque cum Græcis omnibus erret, cum Tomo ſuperiori pluribus actum ſit, & ſcripta Humberti cum epiſtolis Leonis Papæ demonſtrent, ſuperfluum eſt rurſus ea in judicium revocare. Cæterum ſi Petrus Romanæ Eccleſiæ Fidem non probat, cur mox, ut eſt creatus Epiſcopus, ſuæ fidei profeſſionem Romam anno ſuperiori (ut vidimus) ad Romanum Pontificem miſit? Et ſi imperitus, cur eiſdem ſuis litteris eumdem conſulendum putavit? Iſta enim omnia patent ex reddita ad ipſum epiſtola Leonis Pontificis. At quantum ex iiſdem litteris Petri liquet, idem ipſe haud liberioris affectus fuiſſe perpenditur, ſed temporibus inſerviſſe, fidemque pro perſona mutaſſe. Quod enim ſub Conſtantinopolitano Imperio Antiochia erat, & mutarentur ejus arbitrio Patriarchæ, offenſam veritus eſt incurrere Michaelis. Sic infelix Orientalis Eccleſia vel (ut vidiſti in Michaele) craſſa admodum ignorantia laborabat; vel qui præ cæteris ſcire aliquid viderentur, circumferebantur in gratiam hominum omni vento doctrinæ. Sed jam ad res Occidentales convertamus orationem, ipſoſque aſſectemur Legatos in Italiam redeuntes, de quibus iſta Leo Oſtienſis: (b).

Petrus Epiſc. Antioch. multipliciter redarguendus.

(b) Leo Oſt. l. 2. c. 89.

XLV. De reditu Legatorum in Italiam.

Cum intra hos dies, defuncto jam Papa, Legati redire diſponerent, regiis illos donis ſecutus Imperator, beato quoque Petro munera per eos haud parva tranſmiſit. Illorum inſuper precibus binas auri libras huic monaſterio ex redditibus regiis ſingulis annis inſtituit. Eorum proſpero reditu Traſimundus Theatinus Comes admonitus ſcilicet, eos, dum per terram ſuam tranſirent, cepit, & cuncta quæ ferebant, tollens, tamdem dimiſit; ſic itaque Fridericus Romam adiit. Qui nec ſic ipſe invidiam vitare potuit atque calumniam de ingenti pecunia accepta ab Imperatore, in Italiamque delata; cujus rei cauſa eidem Henricus Imperator negotium faceſſivit: quem ipſe pia arte ſapienter eluſit. Subiicit idem Leo: (c) Comperto, inquit, Imperator, Fridericum Conſtantinopoli reverſum magnam detuliſſe pecuniam, cœpit eum vehementer habere ſuſpectum. Eo enim tempore fratri ejus Duci Godefrido inimiciſſimus erat. Ait enim Hermannus hoc anno: Godefridus iterum contra Imperatorem tyrannidem invaſit, Italiamque latenter adiens, Beatricem, Bonifacii quondam Marchionis viduam uxorem accepit. Quo inito conjugio, ex rebus Italicis

(c) Idem l. 2. c. 90.

Fridericus Cancellarius fit Monachus.

ma-

magnam ad ſuam potentiam faceret acceſſionem, ut ipſi Imperatori timendus pariter eſſet. Sed quid Fridericus tanta pulſatus calumnia? ſubdit Leo: *Hoc per neceſſarios Fridericus agnito, Abbatem noſtrum, qui per eos dies fuerat ab Imperatore reverſus (Richerius erat iſte Caſſinenſis Abbas) Romæ clam convenit, & ſe ut ſecum ducat, & monachum faciat, ſtudioſe precatur. Annuit Abbas gratiſſime, præmiſſoque cum ſuis ad monaſterium, ipſe poſt paucos dies cum Imperatoris Nuntiis, qui ad Principes mittebantur, advenit. Mox igitur Fridericus coram poſitis Nuntiis abjecta, qua tunc utebatur, pretioſiſſima veſte, religionis habitum ſumpſit, ipſiſque Nuntiis id de ſe Imperatori nuntiare jubens, Fratribus de cætero adjunctus eſt.* At de ſpreto ſæculo centuplum iſte retulit in hac vita. Nam poſtmodum ejuſdem monaſterii creatus eſt Abbas: inde vero Pontifex Romanus eſt effectus, Stephanus nominatus. Sed de his ſuo loco: modo de Eccleſiæ Romanæ ſtatu loquendum.

XLVI. (a) Leo Oſt. l. 2. c. 88. *Leo Papa* inquit Leo (a) Oſtienſis *manſit Beneventi uſque ad menſis Martii duodecimum diem, ibique infirmatus, vocato prædicto Comite Hunfrido* Northmanno, haud pridem hoſte victore, modo obſequentiſſimo Dei virtute famulo, *ab eo Capuam uſque deductus eſt. Ibi duodecim dies remoratus, accerſito tamdem Abbate noſtro, ſui itineris ſocio, Romam rediit: ibique poſt paucos dies ſancto fine quievit. Ad cujus tumulum plurima tunc temporis ſigna Chriſtus effecit.* Hæc Leo Oſtienſis. Eadem de miraculis etiam Hermannus, ejuſdem temporis ſcriptor; qui & iſta de obitus die: *Paſchali inſtante tempore Romam ægrotus reverſus, invaleſcente in dies languore, glorioſo exitu cunctis prius benedicens, & admonitis vale dicens, ſanctoque Petro peccata ſua confeſſus, & devote ſe illi commendans XIII. Kal Maii obiit, & in baſilica S. P. juxta ſepulcrum ſancti Papæ Greg. ſepultus, miraculis claruiſſe memoratur*: hæc Hermannus. Quem igitur Deus miraculis illuſtravit, ſancta Eccleſia inter ſanctos retulit, annis ſingulis diem natalem ejus ſacris ritibus colens decimanona menſis Aprilis. Sedit Leo annos quinque menſes duos, & dies octo. ☞ Porro in ejus ſepultura duo verſus iſti legebantur inſcripti: — De obitu Leonis Pap.

*Victrix Roma dolet Nono viduata Leone,*
*Ex multis talem vix habitura patrem.* ☜

XLVII. De miraculis S. Leonis Pap. IX. Quod rurſum ad miracula ab eo edita ſpectat præter illa quæ ſuperius ſunt recenſita, illud plurium Scriptorum auctoritate fulcitur, Leproſum quemdam ad fores jacentem ab ipſo juſſum in ſuum lectum ferri, atque curari: ſed non amplius cuiquam viſus, creditus eſt a cunctis Chriſtus in leproſi ſpecie apparuiſſe, ut

PAGIUS III. *Moritur Leo IX. PP.* A num. XLVI. ad LVII. Wibertus *lib. 2.* Vitæ Sancti Leonis cap. 7. hujus Sancti Pontificis mortem his verbis refert: *Interea evoluto anni orbe inſtabat ejus ordinationis dies anniverſarius* (ſc. dies XII. Februarii) *in quo ſolito devotius quotannis Chriſto piis inſiſtebat precibus. Quamvis itaque langoris invaleſcens moleſtia, fatigati divinis operibus corporis jam debilitaret præcordia: Spiritu Sancto tamen roboratus, a quo totus ejus vita dirigebatur curſus, cum Apoſtolicæ dignitatis honore eo die Miſſarum ſolemnia perſolvens, Beneventanos, cum quibus tunc morabatur, gratificæ affabilitatis exilaravit lætitia;* &c. *Certificatus autem de ſua vocationis termino, Romam ſe ferri fecit lecticæ vehiculo* die nempe Martii XII. ut habet Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 88.). *In quo itinere ſic eum conciliavit divinitas, non ſolum ſuis, verum etiam his qui nuper fuerant inimici, ut copioſa manus Normannorum, quos ſupra retulimus diu cum hoc viro habuiſſe diſſidium, totius animi ſinceriſſima devotione ſe invicem prævenirent ad ejus obſequium.* Tum narrata ejus morte in Lateranenſi Palatio, ſubdit: *Exemptus eſt autem hic Vir magnificus ab hujus vitæ langoribus, ætate quinquagenarius, anno Incarnat. Dominicæ milleſimo quinquageſimo quarto, Leucorum Epiſcopatus viceſimo octavo, Apoſtolatus autem ſexto: ſiquidem Romæ ſedit annis quinque, adjectis duobus menſibus, & novem diebus.* Verum loco, *novem diebus* legendum, *ſeptem diebus, ut mox oſtendam.*

IV. *Pro converſione Theophylacti Deo preces fundit.* Auctor Anonymus Hiſtoriæ *mortis & miraculorum* ejus, teſtis oculatus, ab Henſchenio ad diem XIX. April. cum Vita Sancti Leonis publicatus annum & diem ejus mortis his verbis narrat: *Anno milleſimo quinquageſimo quarto D. N. Jeſu Chriſti, indictione VII. decima tertia Kalendas Majas, depoſitione exultemus B. Patris noſtri Leonis Papæ IX.* aitque pridie quam ſpiritum Deo redderet, in Eccleſia eo jubente portatum, varias preces fudiſſe, maxime pro ſtatu Eccleſiæ, pro pace regionum, in quibus fuit, & pro converſione Simoniacorum: *Oravit ſecrete quaſi unius horæ ſpatio: & poſt elevans vocem, leniter dixit: Magne Deus, humani generis Redemptor, qui per Apoſtolos tuos Petrum & Paulum Simonis perfidiam de alto (cadere) præcepiſti invocato tuo nomine: ſicut eos exaudire dignatus eſt, ita exaudire dignare me ſervum tuum, & ad te converte Theophylactum & Gregorium & Petrum* (quorum duorum opera Theophylactum uſum fuiſſe oportet) *qui in toto pene mundo Simoniacam hæreſim ſolidaverunt: & ita fac eos agnoſcere viam veritatis, ut derelinquant errorem ſuum, & ad te, mitiſſime Domine, revertantur. Tu enim promiſiſti dicens; Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat: revoca illos ab errore, qui convertiſti Paulum perſecutorem; converte illos, ut te verum Deum cognoſcant Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, & omnes circumadſtantes reſponderunt, Amen.*

V. Leo conſecratus eſt Pontifex Romanus die ſecunda menſis Februarii anni MXLIX. dieque duo-



ut ſæpe alias viſum eſſe contigit. Sed hæc in vita ipſius. Quæ autem ab eodem poſt obitum ſunt miracula edita, omnes, qui res ab eo geſtas deſcribunt, abſque ulla ambiguitate confirmant, plurimos ab eo in ipſius ſepulchro eſſe ſanatos diverſis quibus detinebantur, languoribus. Sed egregium plane illud, quod deſcribitur a Deſiderio Abbate Caſſinenſi, qui fuit poſtea Romanus Pontifex, Victor ejus nominis Tertius, in tertio libro dialogorum quique ubi narraſſet, , quæ vivens miracula inſignia edidiſſet; de obitu ejus agens, & miraculis poſt obitum editis iſta habet:

XLVIII. Miracula duo a Deſiderio deſcripta. *Dum beatiſſimus Pontifex Leo quinque per annos divinitus ſibi conceſſum ſacerdotium pie ac religioſiſſime adminiſtraſſet, ab hac inſtabili luce ad Chriſtum, qui vera & æterna lux eſt, cœlorum lætantibus civibus angelicis ſubvectus manibus commigravit. Et illi quidem paradiſus patuit, ſanctorum recepto conſortio: ſed infelix mundus, qui talem paſtorem diu habere non meruit. Cujus poſt obitum multa & magna ad ejus tumulum aliiſque in locis per eum, Domino tribuente, claruere miracula. E quibus omiſſis cœteris, duo tantum (quia ad aliorum geſta narranda feſtino) ædificationis gratia huic libello ſubnectam. Victor Papa, qui in regimine ſacerdotali ei ſucceſſerat, (ſicut a veridicis viris nobis relata ſunt) audita fama miraculorum ejus quod per eum Dominus talia operaretur, fidem non accommodabat. Sed quia (ut ait (a) Apoſt.) linguæ in ſignum ſunt non Fidelibus, ſed Infidelibus: omnipotens Dominus experimento eum docere voluit, quæ audita a pluribus, minime credere volebat.* — (a) 1. Cor. 14.

XLIX. Grande miraculum de muto curato. *Curienſis quidam Epiſcopus, cujus nomen e memoria excidit, cum ſupra memorato Pontifice Victore e Germania veniens, ejus in obſequio Romæ morabatur. Hic puerum ab utero matris mutum habebat, quem pro mercede animæ ſuæ paſcens, ac veſtiens, quocumque ibat, ſecum ducere conſueverat, in cujus vacuo ore nec indicium quidem linguæ ineſſe videbatur. Qui etiam Epiſcopus ex mirabilibus ad beati Leonis tumulum patratis, ſimiliter ut Papa, incredulum animum gerebat. Cum igitur quadam die ad ſedem ſui Epiſcopatus, jam accepta licentia, reverti decreviſſet: Eccleſiam beati Petri Apoſtoli orationis gratia ingreſſus, poſtquam beato Petro ſe attentius commendavit, ſuis cum clientibus equis aſcenſis, puero in eadem Eccleſia oblito, feſtinus viam, quæ eum ad ſuam ducebat patriam, egreſſus Urbe gradiebatur. Cum itaque longiuſcule adhuc eſſet ab Urbe profectus, repente ei in memoriam rediit, quod mutum puerum in Eccleſia beati Petri Apoſtoli reliquiſſet. Qui mox ſubſtitit, ac famulos ſuos, a quibus puer reduci deberet, quoſdam remiſit. Igitur cum illi Apoſtolorum Principis baſilicam eſſent ingreſſi, conſpiciunt puerum ante tumulum beati Leonis ſtantem, atque cum iis, qui circumſtabant, loquentem. Illis itaque mirantibus, & qualiter hoc ſibi eveniſſet, quærentibus, puer* inquit: *Poſtquam dominus meus hac in Eccleſia me relinquens diſceſſit, huc ad ſepulcrum beati Leonis me contuli, ſi forte omnipotens Dominus officium, quo carebam vocis, meritis ejus mihi reſtituere dignaretur. Nec ſum meo, quod corde poſcebam, voto fraudatus; ſed mox, ut ante ejus venerandam Memoriam lacrymans aliquantulum proſtratus jacui; illico recepta voce loquens (ut ipſi videtis) ſurrexi. Ab illa itaque die (quod mirabilius eſt) cœpit in ore ejus lingua, quæ defuerat, paulatim creſcere, ita ut intra paucos dies pleno ore linguam perfecte reciperet, & verba ſine impedimento ſonaret. Denique qui miſſi fuerant, curaverunt puerum ad Epiſcopum ducere, & quem tacentem reliquerat beati Leonis ſuffragantibus meritis, ei loquentem adducunt. Regreſſus igitur Epiſcopus, Romanum Pontificem adiit; & quod omnipotens Dominus per beatum Leonem operari dignatus fuiſſet, oſtendit. Ex tunc cœperunt ipſi ejus veneranda merita cunctis prædicare, quæ aliis antea referentibus non patiebantur audire.* Hæc de muto ſanato. In-

PAGIUS *Annos Sedis ab inthronizatione ſua numeravit.* duodecima ejuſdem menſis inthronizatus, ut ſuo loco oſtendimus. Quare anni V. menſes II. & dies VII. quibus ſediſſe dicitur, nona die conſecrationis, ut hactenus factum fuerat, ſed a die inthronizationis ejus deducti, & Wibertus diem ejus emortualem excludit. Hunc autem ſcripſiſſe *dies ſeptem*, non vero *dies novem*, ut in vulgatis ejus editionibus legitur, quatuor ex noſtris Catalogis demonſtrant, & hac de re intronizationis Sancti Leonis dies nos dubitare non patitur. Ante Leonem IX. nullum exemplum occurrit, ex quo inferri poſſit Pontifices Romanos Sedis ſuæ annos a die inthronizationis deduxiſſe. Ex proximioribus ejus ſucceſſoribus aliqui hunc morem imitati ſunt, alii vero ab ipſa Electionis ſuæ die tempora ſua dinumerarunt; quæ numerandi ratio ſequentis ſeculi initio prævaluit, ut infra videbimus.

VI. *Era incarnationis uſus eſt.* Mabillonius lib. II. de Re Diplom. cap. XXV. obſervat, *Leonem* IX. annos Incarnationis ſtatim ab ipſo Pontificatus ſui exordio non tamen ſemper uſurpaſſe; quem ritum, qui poſt Leonem ſedere, Victor II. Stephanus IX. Nicolaus II. Gregorius VII. Alexander II. & Victor III. etiam ſervarunt, licet non ſemper, ut ex eorum Reſcriptis liquet. Ex quibus recte infert Mabillonius annos Incarnationis literis Romanorum Pontificum appoſitos fuiſſe longe ante *Eugenium* IV. qui ſeculo XV. floruit. Eugerius tamen primus fuit, qui uſum illum antea intermiſſum, non ſolum integrum re-

LI. Inferius vero rurſus de eodem beatiſſimo Papa Leone, in ſepulcro ſuo miracula operante, quod poſtea contigit ſub Alexandro Papa, tempore ſchiſmatis, iſta ſubnectit: *Illuſtris vir Maximus, Romanæ Urbis civis, nuper retulit mihi de eodem venerabili Præſule, quæ narro. Bernardus quidam peſſime mentis miles extitit, qui Apoſtolicæ Sedi contrarium ſe in omnibus, quibus potuit, modis, exhibuit. Sed in bello, quod a vicinis circa Urbem manentibus, conjurantibus cum* * *Cadulo Parmenſi Epiſcopo, qui tunc Apoſtolicam Sedem invadere tentabat, cum militibus, qui Romanam Eccleſiam defendebant, commiſſum eſt, juſto Dei judicio confoſſus interiit. Hic igitur audita fama miraculorum, quæ omnipotens Deus meritis beati Leonis fidelibus populis exhibebat: non ſolum non credebat, verum etiam ore ſacrilego deridebat, & blaſphemabat. Cum denique quadam die in conventu appareret populi, & ſermo inter eos de ſignis, & virtutibus beati Leonis exortus eſſet, cœpit irridere, dicens: Si ſanctus eſt (ut dicis) contrahat mihi digitum meum. Cumque compeſceretur ab iis, qui aſtabant, ne de ſancto viro talia loqueretur, dimiſſo conventu diſceſſit. Cum ecce forte canis, qui eum ſequebatur, ſuem in platea inventum invaſit. Ille vero ne porcus diſcerperetur, feſtine cucurrit, ac injecta manu, canem tenere voluit: ſed mox porcus hianti ore digitum ejus momordit. Sicque ab illa die omni tempore quo vixit, digitum contractum habens, nullatenus eum extendere potuit. Unde factum eſt, ut qui Dei famulum irridere præſumpſerat, ipſe contracto digito, omnibus deriſui haberetur. Hæc de tanto patre Leone dicta ſufficiant, ut quia ad aliorum narranda geſta properamus &c.* Hucuſque Deſiderius. Jam vero quæ ſunt ſecuta de ſucceſſoris electione videamus.

* Cadaloo.

Deriſor S. Leonis dat pœnas.

LII. Poſt mortem ejus pene interlapſus eſt annus quod caruit Eccleſia Romana paſtore: vacavit enim Sedes menſes undecim, & dies vigintiquatuor. Tam diuturni interregni nonniſi diſcordia in Urbe Romana potuit eſſe cauſa, nempe quod abſente Imperatore vigeret factio Comitum Tuſculanorum, vivente adhuc Benedicto illo intruſo, ſæpe rejecto, pſeudo Romano Potifice, iterum ſtatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perturbante. Ad quod tam grande malum vitandum opus ſerit legationem mitti ad Imperatorem ab ipſo Romano Clero, ut ejuſdem Cleri nomine Imperator ipſe eligeret, quem Clerus vellet creari Pontificem. De his enim habet iſta Leo Oſtienſis, agens de miſſa legatione: (a)

(a) Leo Oſt. lib. 2. cap. 90.

LIII. Legatio ad Imper. pro petendo Roman. Pont.

*Defuncto ſanctæ memoriæ Leone Papa Hildebrandus tunc Eccleſiæ Romanæ ſubdiaconus a Romanis ad Imperatorem mittitur: ut quoniam in Eccleſia Romana perſona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem ipſe, tamen vice Cleri, populique Romani Pontificem elegiſſet, adduceret. Quod cum Imperator annuiſſet, Gebehardum Aiſtetenſem Epiſcopum, cujus ſupra meminimus, de Romanorum conſilio poſtulavit. Triſtis ad hæc Imperator (nimis enim illi charus erat) cum illum omnibus modis ſibi neceſſarium diceret, & alios pleroſque huic officio magis idoneos reponeret; Hildebrandus in ſententia perſtitit. Erat enim idem Epiſcopus non modo prudentiſſimus, verum in toto regno ditior, atque potentior omnibus. Hunc itaque invitum licet, ac nolente Rege (propter quod poſtmodum monachos non amaſſe dictus eſt) Romam ſecum adduxit &c.* Reliqua vero de ejus creatione dicemus anno ſequenti, quo contigit. Addit his vero Hermannus, voluiſſe Imperatorem electionem tantæ Sedis Pontificis fieri in Concilio Epiſcoporum: cujus rei agendæ, cauſa celebratum eſt Concilium Moguntinum, ait enim: *Conventus ab Imperatore Moguntiæ factus eſt, in quo Gebehardus Aiſtetenſis Epiſcopus ab Epiſcopis electus Romam miſſus eſt, &c.*

LIV. Quod autem Bennonis ſententia (qualiſcumque æſtimanda ſit) aſſeratur Benedictus, qui & antea Theophylactus eſt dictus perturbaſſe poſt Leonis obitum Romanam Eccleſiam, nec de eo amplius uſquam ſit mentio: exiſtimari poteſt hominem nefarium hoc eodem tempore finem vivendi feciſſe, quem Deus condemnatum ad inferos voluit omnibus innoteſcere, quo non dubitarent homines ſecundum illud Sapientiæ accidere poſt obitum, quod (b) *Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtabit cruciatio.* Longeque decipi mortales miſeros qui ex amplitudine dignitatum, non meritorum aliquem judicant felicem atque beatum. Nam accipe terribile horrendumque Dei judicium ſuper hominem, qui non poſuit (c) Deum adju-

(b) Sap. 6.

(c) Pſal. 51.

PAGIUS restituit; ſed etiam ad ſucceſſores tranſmiſit, qui non aliquando, ut antea aliqui Pontifices Romani, verum fere ſemper in ſuis Reſcriptis eam notam temporariam adhibuere. Quare ex omni parte verum non eſt quod ſcribit Paulus Epiſcopus Foroſempronienſis initio ſeculi XVI. lib. 13. ſuæ Paulinæ cap. 6. ubi ait: *a paucis anteactis annis, præſidente Eugenio IV. adhortante Blondo Forojulenſi, Pontificii collegii a Secretis Notario, in bullis atque reſcriptis Pontificalibus, annorum a Chriſti Incarnatione ſupputatio ſcribi primum cœpit; & ſi longioris temporis tractu in cereis Paſchalibus annotata.* Vacavit Sedes uſque ad annum ſequentem, quo Victor II. electus eſt.





Viſio de Benedicto pſeudopapa.

adjutorem ſuum ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua. Scribit iſta Petrus Damiani, quæ ſe accepiſſe teſtatur a viro præſtantiſſimo, ſcientia & integritate notiſſimo Humberto Epiſcopo Silvæ candidæ, perfuncto hoc eodem anno (ut audiſti) legatione Conſtantinopolim. In epiſtola igitur, quam ſcribit ad Fratres eremi, hæc habet: *De æquivoco quoque ejuſdem Benedicti Senioris Papæ nepote qui poſt eum tertius, Joanni vero ſecundus in Romanæ Eccleſiæ invaſione ſucceſſit, idem mihi narravit Humbertus. Quia Vaclus quidam dum iter ageret, accidit ut juxta molendinum equo inſidens pertranſiret, ecce repente monſtrum immane conſpexit. Quo viſo ſubito eum terror invaſit, & ſtupefactus intremuit. Videbatur autem monſtrum illud in aures aſelli, caudamque deſinere, cætera urſus erat.*

LV. *Cumque viator ad hoc portentum territus obrigeſceret, fugamque præcipitem formidoloſus iniret: informe prodigium humanæ vocis verba formavit: Noli* inquit, *o vir, expaveſcere, hominem me olim fuiſſe, ſicut & ipſe nunc es, procul dubio crede; ſed quia beſtialiter vixi, poſt finem vitæ beſtiæ præferre ſpeciem merui. Porro cum ille perquireret, quis fuiſſet: Ego, ait, ſolo nomine Benedictus fui, qui nuper Apoſtolicæ Sedis apicem indignus obtinui. Inquiſitus autem, quidnam retributionis haberet;* Nunc, inquit, *uſque ad diem Judicii per dumoſa atque ſqualentia, per ſulphurea loca, atque fœtorem exhalantia, atque incendiis conflagrata rapior, atque pertrahor. Poſt extremum vero Judicium corpus meum ſimul & animam irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri me irrevocabilis olla deglutiet, ita ut nulla mihi recuperationis ſpes in poſterum reſtet. Poſt hæc vero & hujuſmodi verba diſparuit.*

LVI. Interpretatio viſionis per Petrum facta.

Petrus autem ſuper oſtenſa viſione philoſophatus, cur videlicet eo modo viſus ſit apparere, effigieque formari, iſta mox ſubiicit, dicens: *Sed cum ego, cur ille in hac ſpecie conſpectus ſit, indagare quæro, non deeſſe miſterium ab eo quod viſum eſt, deprehendo. Nam quia miſerabilis ille ab ipſo Pontificatus primordio uſque ad finem vitæ in luxuriæ cœno converſatus eſt; non incongrue viſus eſt & ab auribus incipere, & in caudam aſini terminare. Aſinus quippe luxurioſum eſt animal, ſicut Propheta deſignat, cum de carnis immunditiæ deditis ait: (b) Et carnes aſini carnes eorum. Quod autem per cætera membra urſi tenebat ſpeciem vitam in omnibus docetur duxiſſe carnalem. Nam ſicut a Phyſicis traditur urſa cum parit, non catulum, juxta conſuetudinem beſtiarum, ſed fruſtum carnis effundit: moxque quod effuſum eſt, crebrius lingendo & lambendo componit, ſicque ad ſui ſimilitudinem lingua formante perducit. Jure igitur, quia luxurioſe & carnaliter vixit, in aſini ſimilitudine, & urſi figura comparuit.* Hæc Petrus. Nec vacat myſterio, cur juxta molendinum ejuſmodi viſio apparuerit (nam & ſanctus (b) Gregorius ipſa loca, in quibus oſtenſæ ſunt viſiones, aliquid ſemper ſignificare demonſtrat) per (c) molam namque aſinariam, & (d) molarem lapidem pœnarum æternitatem, per orbem jugiter revolvendam interpretati ſunt Patres, eadem ſacræ Scripturæ loca elucidantes. Hactenus de Benedicto pſeudopapa: ita enim eum nominare libet. Quoniam etſi aliquando ut legitimus Papa ſit cognitus; tamen quod poſtquam ſe abdicavit, iterum atque iterum Sedem invaſit: habito reſpectu poſteriorum actionum, quæ precipue ſunt in homine conſiderandæ, tali jure dignus eſt nomine.

(b) Greg. in Ezech. homil. 1. & 2.

(c) Matth. 18.

(d) Apoc. 18.

LVII. Conſt. Monom. Imp. obitus. Theodora Imperat.

Eodem anno Indictione ſeptima ex hac vita migraſſe Conſtantinum Monomachum, Curopalata teſtatur, habenas vero Imperii moderandas ſuſcepiſſe Theodoram Porhyrogenitam, filiam Conſtantini Decimi Imperatoris, ſororem Zoes Auguſtæ; eamque animadvertiſſe in aliquos, Imperii culmen arripere ſatagentes, teſtatur idem Curopalata; qui eumdem Imperatorem defunctum eſſe in monaſterio, quod ædificavit, affirmat. De quo, cum quæ damnanda eſſent in hominem, laſciviam & tributorum novorum exactionem recenſuit, hæc laude digna com-



PAGIUS VII. *Virtutes Conſtantini Monomachi Imp.*

Ad num. LVII. Pſellus Conſtantini Monomachi mortem narraturus, ait: *Zoe Imperatrix alta ſenectute humanis rebus exempta, quo illam amore proſequebatur, in medio ejus hæſit pectore, non hactenus ſolum ut lugeret, neque ut ejus tumulo lachrymas libaret, aut ut ipſi Deum placaret, ſed divino honore honeſtare volebat.* Deſcribit poſtea magnificum Templum, quod in honorem Sancti Georgii Martyris conſtruxit, ſubditque: *In hoc alacris erat, ac ſatagebat, ut imperium ſuum quam celeberrimum præſtaret. Ac ſane non omnino a ſcopo aberravit. Etenim ad Orientem imperii fines ulterius protulit, non exigua Armeniorum ditionis parte vindicata, nonnulliſque expulſis Ducibus, ſubditorum circulo adjuncta. Rurſus vero ad alios miſſa legatione, cum ſupra quam ſublimiore ſenſu animaque loqui ad ipſos deceret: ille contra humilioribus quam pro majeſtate datis ad eos literis, inde ſibi illorum amicitiam conciliabat. Denique Ægyptiorum dominatori quaſi de induſtria primas honoris partes cedebat. Is autem quod ſe illi ſic demittebat irridens, viri ſimplicitate tripudiabat, ac velut lucta pugil extra orbem cadens, non majori ſuperbia adverſarium prehenſionibus premebat, ac allidebat.*

VIII. *Ejus mors*

Cum autem filios non haberet, ei, de Impe-

memorat verbis iſtis: *Quædam ejus opera memoria digna referuntur. Nam monaſterium, quod diximus, & in ipſo conſtructa hoſpitia ad alendos ſenes, hoſpites & mendicos, laude digna ſunt: & quod præſtitit erga magnum Dei templum, non eſt debita laude fraudandum. Siquidem uſque ad illius tempeſtatem inſignibus tantum diebus feſtis, in ipſo, itemque ſabbatis & Dominicis diebus incruentum Deo ſacrificium peragebatur: reliquis vero diebus nequaquam. Id autem nulla alia de cauſa fiebat, niſi ob redituum inopiam: quos ille opipare conſtituens & abun-*

PAGIUS perio diſponendum reſtabat; qua de re Pſellus ſcribit: *Sæpius interdiu aqua calida innatans, exienſque imprudens ex aere plagam in latere accipit: ac primum quidem haud valde grave ei vulnus fuit: poſtea vero inteſtinis affuſum virus ſubolentem depaſcitur: vitaque deſperata (quippe qui velut jugulata jam victima jaceret, ægreque animam ageret) non in Theodoram Auguſtam ponendi imperii conſilium vertit; ſed illud celans, in arcanis quærebat, qui eſſet imperaturus. Quia vero molitio hæc latere non poterat, nunciatur Theodoræ conſilium. Hæc autem cum nobiliore ſua cohorte ac familia conſcenſa Imperatoria nave, velut fluctibus ad Palatium, aulamque enatat. Quo cum veniſſet, omne ad ſe ſatellitium trahit, ac obſequium. Tum enim purpura, qua pannis infantiæ involuta fuerat, tum animi lenitas, vitæque ſuperioris ærumnæ omnia apud omnes valebant. Imperator ubi audiſſet, dire rem habet, majorique dolore afficitur. Quod tamen a morbo convaleſcere non poterat, nec prudentiſſimum inire conſilium licebat, actutum animo abſorbetur, clauſiſque oculis, mente pariter, linguaque delirat. Tumque paululum ſanioris mentis factus, ac quo in malo verſaretur intelligens, gravius mœrens animam eſflavit; cum ab arrepto imperio annos duodecim in humanis egiſſet, in eum modum vivendi finem facit, cum gerenda Republica, civilibuſque actionibus plurimum claruiſſet, nec minora in moribus, his qui vitam præclare inſtituere velint, exempla reliquiſſet. Si quis enim iræ celerem motum illi ademerit, in reliquis cunctis mortalibus majore clementia fulſit.* Theodora itaque Porphirogenita Conſtantini Porphyrogeniti filia, poſt Conſtantini Monomachi mortem Imperium adminiſtravit.

IX. Conc. Narbonenſe.

Hoc anno celebratum Concilium Narbonenſe, cui Epiſcopi decem interfuere, & duo Epiſcoporum abſentium Vicarii. Ejus Præfatio his verbis inchoata: *Anno Dominicæ Incarnat. MLIV. indict. VII. epacta nona, concurrente V. octavo Kal. Septembris.* Conſtituta in eo Capitula XXIX. omnia fere ad Treugam Dei ſpectantia, quam cap. ſecundo confirmant his verbis & ſequentibus magis explicant: *Iterum mandamus atque confirmamus ipſam Treugam Dei, quæ a nobis dudum* (ſc. circa annum MXLI. quo ea primum decreta): *conſtituta fuerat, & nunc a pravis hominibus diſrupta eſſe videtur: at firmiter deinceps ab omnibus teneatur. Igitur obſecramus per Deum & monemus, ut nemo Chriſtianorum, quemlibet chriſtianum requirat ad malefaciendum ab occaſu Solis quartæ feriæ, uſque ſecundæ feriæ illuceſcente ſole.* Tum cap. ult. *ſi autem quiſlibet hominum, vel fœminarum, ab hac die & deinceps auſu temerario hujus noſtræ inſtitutionis violator extiterit: anathematis vinculo feriatur, & a Sancta Dei Eccleſia procul pellatur, & ab omnium cœtu Chriſtianorum tandiu ſeparetur, donec ad ſatisfactionem indubitanter veniat.* In quo ſita eſſet Treuga Dei, anno MXLI. fuſe explicavimus.

X. *Hermannus VVolferadi Comitis filius ab infantia omnibus membris contractus* (unde & Contractus cognominatus), *ſed omnes tunc temporis viros ſapientia & virtutibus præcellens in Aleshuſan prædio ſuo defunctus ac ſepultus eſt*, inquit Continuator ejus Chronici ad hunc Chriſti annum, quo etiam Urſpergenſis Abbas mortem ejus collocat. Lambecius in lib. II. Biblioth. Cæſ. cap. VI. refert, in ea Bibliotheca extare Hiſtoriam MS. Auſtriacam, ab Henrico Gundelfingen de Conſtantia, Eccleſiæ Friburgenſis Capellano compoſitam, & Sigiſmundo Archiduci Auſtriæ ejus nominis primo dicatam, qui in Epiſtola dedicatoria ait, ſe ſe legiſſe *Hermanni Contracti Comitis de Veringen & Sulgovv & Auguſtenſis Canonici Chronographiam.* Ea Hiſtoria anno MCCCCLXXVI. elucubrata, ut in Notis oſtendit Lambecius, & ex laudata Epiſtola diſcimus, *Hermannum* patrem habuiſſe Wolferadum, qui non ſolum Comes Veringenſis in Suevia fuit; verum etiam Comes *de Sulgovv*, pro quo apud Volaterranum lib. 23. Anthropologiæ legitur *de Sulgon*. *Sulgovv* enim, vel *Sulgon* oppidulum eſt Sueviæ, quod, uti ex hoc Gundelfingi loco apparet, ad Comites Veringenſes pertinuit. Cum autem ipſemet Hermannus in Chronico ſuo ab anno MXLIX. & MLIII. teſtetur ſe fuiſſe *Augiæ Majoris Monachum*, ſuſpicatur Lambecius loco, *Auguſtenſis Canonici*, legendum eſſe, *Augienſis Monachi.* Sed vana illa conjectura; cum certum ſit, Exſcriptores & poſſeſſores MSS. librorum titulos ſæpe corrupiſſe. Sic Trithemius Hermannum Monachum Sancti Galli facit, quod ſine dubio ita legiſſet in exemplari, quo uſus eſt; ſed turpius erravit, qui occaſionem præbuit *Gundelſingio* exiſtimandi Hermannum Canonicum Auguſtæ Vindelicorum fuiſſe. Hermanni Chronicon ab Urſtiſio Tom. I. Rer. Germanicarum editum eſt gemino contextu, & tertiam editionem aliis locupletiorem dedit Caniſius Tom. I. Antiq. Lect. indeque aliqui Viri docti exiſtimarunt, alium Scriptorem nonnulla adjeciſſe, alium vero reſecuiſſe, uti Miræus in Notis ad cap. XII. lib. Honorii Auguſtodunenſis de Script. Eccleſiaſt. Verum cum in illis Editionibus Hermannus ſe ipſum in prima perſona nominans modo diem & annum ſuæ nativitatis, modo diem & annum quo ad ſtudia miſſus fuit, modo parentum ſuorum nomina, & quæ eis contigere, memoret, non video dubitandi locum, quin ipſemet primum ſuum partum, uti imperfectiorem, poſtea auxerit, vel correxerit; cum illud olim, hodieque aliis Scriptoribus in more poſitum fuerit. Editionem Caniſianam omnium optimam Baronius anno tantum MXXXV. num. II. citare incipit.

*Moritur Hermannus Contractus.*

*Macbetha* ſeu *Macbothus*, quem Principem Chriſtianum fuiſſe ſupra diximus, hoc tempore in Scotia, quam invaſerat, regnabat, adverſus quem Sanctus Eduardus Angliæ Rex Siwardum Northumbrenſium Comitem miſit, qui cum eo congreſſus, *vita regnoque ſpoliavit, ibidemque Malcolmum filium Regis Cumbrorum, Regem conſtituit*, inquit Malmeſburienſis lib. 2. de Reg. cap. 13. quod hoc anno contigiſſe, te-

XI. *Macbethæ Rex Scotiæ occiditur.*



*bunde, ut quotidie ſacra celebrarentur, auctor fuit: idque etiam nunc obſervatur, & ſacro huic cultui vaſa dedicata in hoc templo propoſuit, ex auro, & pretioſis margaritis, lapilliſque contecta, reliqua magnitudine, pulchritudine, & pretio longe ſuperantia; reliquiſque aliis muneribus ipſum haud pacis illuſtravit.* Hæc ipſe.



PAGIUS teſtatur Annaliſta Mailrenſis, qui ſubdit: *Rex Edvvardus miſit Aldredum VVigornenſem Epiſcopum ad Imperatorem* (nempe Henricum III.), *ut per eum reciperet fratruelem ſuum Edvvardum, qui in Ungaria exulaverat.* Edmundus Angliæ Rex anno MXVI. inſidiis occiſus duos filios reliquit, quos Canutus, qui poſt eum regnavit, trucidandos juſſerat: *Filii ejus* (ſc. Edmundi) *Edvvius, & Edvvardus, miſſi ad Regem Suevorum, ut perimerentur: ſed miſeratione ejus conſervati, Hunnorum Regem* (nempe Sanctum Stephanum in Hungaria regnantem) *petierunt. Ubi dum benigne aliquo tempore habiti ſunt, major diem obiit; minor Reginæ ſororem, Agatham in matrimonium accepit*, inquit Malmeſburienſis citatus pag. 73. Porro Edoardum iſtum ſeu Edwardum Agatham duxiſſe, & ex ea ſuſcepiſſe *Edgarum* filium, & filias duas, *Margaritam* atque *Chriſtinam*, inter omnes convenit; ſed Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt. Reg. Angl. Edmundo filios tribuit Eadwardum & Eadmundum, quem poſtremum Malmeſburienſis *Edvvium* nominat, & primogenitum facit. *Margarita* ſanctitate inclyta fuit, nupſitque *Malcolmo* hujus nominis III. qui anno MLVI. in Scotia regnare cœpit, inquit Annaliſta Mailroſenſis. Cogitabat Sanctus Eduardus Eduardum fratris filium, ſibi ſucceſſorem deſignare, ut anno MLVII. videbimus, ubi hæc omnia majorem lucem accipient.

XII. *Occiditur etiam Garſias Sanctionis Navarræ Rex.*

Sandovallius in Vita Alphonſi VI. Caſtellæ Regis mortem *Garſiæ Sanctionis* Navarræ Regis hujus nominis IV. his verbis refert ex libro, quem *Tumbum nigrum Sancti Jacobi* dicunt: *Era MXCIII. occiſus eſt Rex Garſias depugnans cum fratre ſuo Rege* (nempe Caſtellæ) *Ferdinando in Ataparta* (ſeu loco Ataporca dicto) *a quodam milite ſuo Sancio Fortuniones, quia fœdaverat uxorem ejus.* Ita paſſim alii ex eodem Auctore. Verum Moretus lib. 4. Hiſt. Reg. Navarræ cap. 5. recte animadvertit, Exſcriptorem præfati libri unitatem imprudenter addidiſſe, quod & non raro attentioribus accidit, docetque legendum, *era MXCII.* quæ præſenti anno in curſu fuit. Id duæ Chartæ ab illo productæ invicte probant. Ex priori a *Stephania* Garſiæ Regis vidua data liquet, eum *Nonis Septembris* jam demortuum fuiſſe; in altera vero die VI. Idus Octobris in era MXCII. a Ramiro Aragoniæ Rege & Garſiæ fratre data diſerte legitur: *In hoc anno occiſus fuit Rex Garſea in Ataporca die Kal. Septembris. Ibidem ordinatus fuit Sancius filius ejus Rex in Pampilona.* Concordiam in qua diu *Ferdinandus* & *Garſias* Reges vixerant, diremit *Garſias* qui, ut fratrem ad varia ſibi cedenda Oppida, quæ ſibi commoda fore putabat, cogeret, de eo detinendo cogitaverat. Florebant tunc in Hiſpania *Enneco* Ognæ aut Oriæ Abbas, & *Dominicus* Abbas Calciati, vulgo *de la Calcada*, ſanctitate illuſtres, qui ut eos mutuo reconciliarent, ad locum certaminis venere. *Sed cum animoſitas Regis Garſiæ, ſicut fertur, nullatenus ſuperari potuit, nec ad pacis fœdera inclinari, bello infeſtiſſimo inchoato, Garſias peccatorum ſuorum mole prægravatus victus interficitur, ad quem venerabilis Ennea Abbas accedens caput ejus, dum adhuc ſpiraret, ſicut traditur, in manibus ſuis accepit, & precibus animam ejus commendans, uſque ad locum ſepulturæ Regalibus ejus exequiis indefeſſus adhæſit* ut ex antiquo documento Monaſterii Onienſis Sandovallius citatus refert. Pelagius Ovetenſis ait: *Accepit regnum ejus*, Ferdinandus ſcilicet, qui fratri in Caſtellæ partem ſucceſſit, non vero in Regnum Navarræ, cui poſt patris mortem præfuit *Sanctio* Garſianis, hujus nominis quartus.

I. Victor ſecundus Pap.

ANnus Redemptoris ſequitur quinquageſimus quintus ſupra milleſimum, Indictione octava, quo Idibus Aprilis, Gebehardus ex Epiſcopo Eiſtetenſi electus Papa ( ut dictum eſt ) anno ſuperiori, conſecratur Romæ Pontifex, vocatus Victor Secundus. Facta eſt hæc ſolemnitas ( ait Hermannus ) in die Cœnæ Domini. Veniſſe autem Romam Henricum Imperatorem, ſecumque duxiſſe Pontificem conſecrandum, tradit Leo ( a ) Oſtienſis. Hermannus autem illum miſſum ab eo tradit; Imperatoris autem adventum in Italiam poſtea contigiſſe hoc anno. De quo iſta: *Imperator Natalem Domini Goſlariæ celebravit, ac deinde expeditionem in Italiam paravit, ac diem ſanctæ Paſchæ Mantuæ egit: diem autem Pentecoſtes Florentiæ, ibique coram eo a domino Papa generali Synodo habita multa correcta ſunt.* At quænam iſta fuerint ſtatuta in Concilio Florentino, perquirenda. Conſtat quidem teſtificatione Lanfranci, Victorem ipſum in omnibus Conciliis, quæ celebravit, vel celebranda curavit, confirmaſſe cuncta a prædeceſſore ſtatuta, præcipue damnationem hæreſis Berengarii per prædeceſſorem ipſum Leonem in Romano Concilio conſtitutam. Ait enim; *Quæ ſententia Leonis Papæ non effugit ſucceſſorem quoque ſuum felicis memoriæ Papam Victorem. Sed quidquid de hac re, ſeu de cæteris ipſe ſtatuit, ſtatuive præcepit, hoc etiam iſte ſua, atque omnium Conciliorum ſuorum auctoritate firmavit.* Hæc ipſe.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 90.

Concil. Florent.

II. Inſuper etiam in hoc eodem Concilio Florentino liquet conſtitutum fuiſſe decretum de beneficiis Eccleſiaſticis, ne illa ſcilicet diſtraherentur ab Epiſcopis. Meminit hujus decreti Petrus Damiani in epiſtola ad V. Epiſcopum ſcripta. Extat inter alias nondum cuſas, quas continet codex Bibliothecæ Sancti Petri in Vaticano, quam tibi hic deſcribendam curavi. Sic enim ſe habet:

*Domno V. reverentiſſimo Epiſc. Petrus Peccator monachus ſalutem.*

PAGIUS SÆC.XI. Anno Eræ Hiſp. MXCIII. Anno Hegiræ CCCCXLVII. inchoato die 1. April. fer. 1. A.C. 1055

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6548.

☉ 28. A. ☽ 11. P. 16. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1055.

VICTORIS II. PAPÆ 1.

HENRICI III. REG. 17. IMP. 10.

THEODORÆ PORPH. 2.

I. Victor. II. fit PP.

ANum. I. ad XIV. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 90. refert, Sancto Leone Papa demortuo, Hildebrandum tunc Romanæ Eccleſiæ Subdiaconum a Romanis ad Imperatorem tranſmiſſum eſſe, ut *de partibus illis, quem tamen ipſe vice cleri, populique Romani & Pontificem elegiſſet, duceret. Quod cum Imperator fuiſſet aſſenſus, & Gebehardum Aiſtetenſem Epiſcopum Hildebrandus ex induſtria & conſilio Romanorum, expetiviſſet, triſtis ſuper hoc Imperator effectus eſt,* [1] &c. *Hunc ergo Hildebrandus, invito licet Imperatore, invito etiam eodem ipſo Epiſcopo ( propter quod utique poſtea dictus eſt Monachos non amaſſe ) Romam ſecum adduxit: eique Victoris nomen imponens, Romanum Papam cunctorum aſſenſu conſtituit, cum jam ferme a tranſitu Papa Leonis annus elaberetur.* [2] His addit Continuator Herman. Contracti Gebehardum *Quadrageſima in Cœna Domini* Papam *ordinatum* eſſe, ideoque die decima tertia menſis Aprilis.

NOTÆ

1] QUid actum ſit ante electionem Victoris Papæ nemo melius docere nos poteſt, præter eum qui tunc florebat. Benzonem Albenſem Epiſcopum in libro quem ſcripſit de Rebus Henrici III., de quo Scriptore nos in Nota ad A. 1059. 2. ſcribit ille lib. 7. c. 2. pag. 395. *Dormiente Domino Leone (IX.) venerunt ad imperatoris curiam tres monachi, quaſi de Roma, cum non eſſent de Roma: nam primus erat de Tuſcana, alter de Burgundia, tertius de Apulia, & dicebatur unus Aldeprandus* (Hildebrandus (*ſecundus Umbertus* ( dein Cardinalis, & Epiſcopus Sylvæ Candidæ) *ultimus Bonifacius; & ſimulabant ſe legatione fungi pro futuri Paſtoris electione* (id ab Authore ſchiſmatico dictum accipe) *Quibus dixit pater Herimannus Colonienſis Archiepiſcopus: Cum ſitis Monachi nihil ad vos pertinet iſtud negocium ...... Si placet Domino meo Imperatori praſtolandi ſunt Romani ...... Manſerunt itaque cum eodem Archipræſule in Curia; & ecce repente veniens legatio Romanorum ſtupebat de fraudulentiis Monachorum. Quid plura? Dominus Victor eligitur &c.* Sunt in his quædam mendacia ſchiſmaticorum confiсta, ſed & vera quædam ad emendandam Hiſtoriam Eccleſiaſticam tranſlucent, ut legatio ad Curiam non ab uno Hildebrando ſed a tribus geſta; dein & altera Romanorum legatio ſuperveniens. MANSI

[2] ANdreas Antonellus in Hiſtoria Aſculana recitat Bullam quandam Victoris II. datam Romæ anno ejus Pontificis primo IV. Non. Januar. Ind. VIII. hoc nempe Chriſti anno; quæ ſi recte deſcripta eſt, nec pro Indictione VIIII. poſita eſt VIII. ( ut eſt ſuſpicandi locus ) demonſtrat initium Victoris ad annum præcedentem vel ad initium præſentis anticipandum eſſe. MANSI



Epiſt. Petri Dam. de beneficiis eccleſiaſticis.

*Nolo te lateat, venerabilis frater, quia de prædiis Eccleſiæ tuæ quæ diſtrahere diceris, non parvus rumor increvit. Nam & cor noſtrum non levi mœroris aculeo nuper eadem fama transfodit. Numquid oblitus es, quod ante fere quinquennium Victor Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus in plenario Concilio Florentiæ celebrato, cui ſimul & Henricus Imperator interfuit, hoc ſub excommunicationis cenſura prohibuit? An ignoras, quia ad hoc Eccleſiis prædia conferuntur, ut ex eis pauperes ſuſtententur, indigentes alantur, & ex eis viduis atque pupillis ſubſidium procuretur? Eccleſiæ quippe naſcentis initio hic mos inolevit, ut quilibet venientes ad Fidem poſſeſſionum ſuarum jura diſtraherent, atque ad pedes Apoſtolorum pretium, quod ex eis ſumebatur, offerrent. Unde & in eorum* (a) *Actibus legitur: Quotquot,* inquit, *poſſeſſores agrorum & domorum erant vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Procedente vero tempore, ſanctis Eccleſiarum rectoribus viſum eſt, ut ipſa potius prædia traderentur, unde ſcilicet non modo clericos ſacris excubantes officiis Eccleſia paſceret: ſed & refrigerii ſtipem diverſis indigentibus & inopia laborantibus miniſtraret.*

(a) Act. 4.

III. *Perpende ergo venerabilis frater, quantorum homicidiorum in die Judicii reus erit, qui modo tot viduis, tot orphanis, diverſiſque pauperibus, unde vivere debeant, ſubtrahat? Ad tribunal illius, qui pauperes ſingulariter diligit, qui ſe in paupere refici, in paupere ſe perhibet eſurire: ad tribunal, inquam illius qua conſcientia veniet, qui alimenta ſe ſubtraxiſſe pauperibus recognoſcit? Si damnatur ille, qui vel unum peremit hominem ferro, qua ſententia dignus eſt, qui bona Eccleſiæ profligando, complures interficit famis, & inopiæ gladio? de quibus divina voce malo cuilibet venditori jam dicitur:* (b) *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et ille quidem fratrem peremit invidia, quia ſacrificium non eſt, Deo reprobante, ſuſceptum: iſti plerumque tale quid faciunt amore pecuniæ, quæ eſt ſervitus idolorum.*

(b) Gen. 4.

IV. *Sed quia conveni te, ac ſuper his qua licebat auctoritate corripui, reſpondiſti parvum quid eſſe quod datum eſt, nec rei modum exceſſiſſe, quod mihi fama vulgante perlatum eſt. At quod ego: Aliquando guttatim liquor emanat, qui tamen vas prorſus evacuat. Uber etiam promptuarium, unde modicum quid quotidie tollitur, tamen aliquando vacuum reperitur. Idipſum tamen quod parvum & exiguum dicis, judicantis omnia ſcientiam non evadit. Audi quid Jeremias dicat:* (c) *Factum eſt verbum Domini ad me dicens: Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tui veniet ad te dicens: Eme tibi agrum meum, qui eſt in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate, ut eum emas. Et paulo poſt ſubdit: Intellexi autem quod verbum Domini eſſet; & emi agrum ab Hanameel filio patruelis mei, qui eſt in Anathoth, & appendi ei argentum, ſtateres ſeptem & decem argenteos. Ecce quam exilis, quam parvus fuiſſe ille perpenditur, ut decem duntaxat argenteis, & ſeptem ſtateribus emeretur; & tamen verbum Domini ad ſe factum ſuper eum propheta teſtatur. Nam & eidem Jeremiæ tanti fuit agellus, ut de eo dicat: Et ſcripſi in libro & ſignavi & adhibui teſtes, & appendi argentum in ſtatera, & accepi librum poſſeſſionis ſignatum, ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus, & alia plura, quæ hic annotare poſtponimus, ne faſtidium legentibus ingeramus. Dum ergo tam parvæ poſſeſſio a Propheta tam ſolemniter ſumitur (ut etiam divinæ vocis oraculo prædicatur) quælibet Eccleſiaſtici juris hæreditas quanto ad vendendum debet eſſe terrori; ex qua videlicet Chriſtus in ſuis debet indigentibus ſuſtentari?*

(c) Jer. 32.

V. *Sed quid venditionem loquimur, cum non modo ea, quæ per emphyteuſeos ſunt locata contractum, vel quæ hypothecario jure perveniunt, ſive etiam quæ libellario nomine penſitantur, ſed illa quoque, quæ ſub nudo beneficii vocabulo ſæculares accipiunt, revocari de cætero, & reſtitui Eccleſiis nullo modo poſſunt? Ita quippe manus diripientium diabolicæ tenaciæ glutinis inviſcantur, ut quolibet modo ſemel acceperint, Eccleſiis reddere ſua bona nullatenus acquieſcant; & non modo ipſi dum vivunt, proprietario quaſi jure poſſideant, ſed & in poſteros ſui germinis eminus poſſidenda tranſmittant. Petunt a te ſæculares Eccleſiaſtica prædia, importune ſe ingerunt, ſupplicantes inſiſtunt, & ſub adſtipulationibus monimenti, ſed tantum forte nomine beneficii quod ubique tantumdem eſt ac ſi adamantino ſtylo tabulis æreis ſcriberetur. Veniunt itaque ad te dicentes cum* (d) *Achab Rege Samariæ: Da mihi vineam tuam ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt & prope domum meam? Tu cum Naboth Jezraelite præſto reſponde: Propitius mihi ſit Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.*

(d) 3. Reg. 21.

VI. *Præterea non ignoras, quia cum a pœnitentibus terram accipimus, juxta menſuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus; ſicut ſcriptum eſt: Divitiæ hominis redemptio ejus. Perpende igitur, & congrua ratione conſidera, quia ſicut illi, qui prædia præbent* Ec-

*Eccleſiis, pœnitentiæ ſuæ pondere merito levigantur: ſic ille qui ſubtrahit, ſubeundæ pœnitentiæ digna mole deprimitur. Nam ſi dator abſolvitur, conſequens eſt, ut præreptor vinculis innodetur, tantoque huic debito teneatur obnoxius, quanto ille non ambigitur abſolutus. Quiſquis igitur Eccleſiaſtici territorii prodigus eſt... tot in unum caput mala concurrunt. In tremendo namque judicio Sancti, quorum honor clericorum egeſtate minuitur, iraſcuntur: pauperes, viduæ, pupilli, quilibet hoſpites famis ſe gladio clamitant interemptos. Sic multiplicis homicidii reus erit, qui ſanguinem forte numquam fudit.*

VII. De non tradendis decimis ſæcularibus.

*Sunt & qui plebes ſæcularibus tradunt: hi nimirum tanto gravius delinquunt, quanto & ſacrilegium committere convincuntur. Quia & ſancta profanant, & his quibus quaſi beneficium prærogant, venenum lethale propinant. Quid eſt & decimas in uſum ſæcularium vertere, niſi mortiferum eis virus, quo pereant, exhibere? Huc accedit, quia & Plebanis juſta datur occaſio, ut matricibus ſuis Eccleſiis obedientiam ſubtrahant, ut non eis legitima decimarum tributa perſolvant. Et hæc re vera ſunt egregia dona pontificis, quibus nimirum honor Eccleſiis tollitur; accipienti quod datur in perniciem vertitur populus a Chriſtiani ritus obedientia revocatur. Ab his itaque ſacrilegis donis dilectiſſime frater, manum retrahe: ab his nefariis, profaniſque contractibus cauta ſemper ac diligentiſſima re proviſione compeſce. Prius animas tibi commiſſas, deinde etiam facultates Eccleſiæ pervigili ſemper attentione guberna, ut ſtadio tui villicatus emenſo, non (quod abſit) Eccleſiæ diſſipator, ſed celebris famæ teſtimonio cuſtos dicaris & paſtor. Obſecro frater, ne gravis tibi videatur iſta correctio. Nam quia noſtro ſtudio provectum te ad Epiſcopatus apicem non ignoras; dignum eſt, ut ſicut provehentem, ita nihilominus & redarguentem aliquando æquanimiter feras. Nam & ipſe Dominus Petrum univerſali prius Eccleſiæ prætulit; deinde gravis reprehenſionis invectione pulſavit. Nam cum diceret: Tibi dabo claves regni cœlorum; & quodcumque ligaveris, ſive ſolveris ſuper terram, ligabitur & ſolvetur in cœlis: paulo poſt eum tam auſtere corripuit, ut diceret: Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum. In quo nimirum nobis dedit exemplum, ut quos ad honoris culmen attollimus, ſub diſciplinæ ſemper magiſterio refrænemus. Et ne ipſi ſe lenocinante faſtigio in ſuperbiæ tyrannidem erigant; magiſtri eos ſub cuſtodiæ ſuæ calcibus premant.* Hactenus Petrus.

VIII. Reſtitutio uſus Canonum pœnitentialium.

Hic vero opportune ſe ingerit, & quaſi neceſſitas exigit, ut ejuſdem Petri verba illa explicantes, quibus ait: *Non ignoras, quia cum a pœnitentibus terras accipimus, juxta menſuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus, &c.* De ejuſmodi redemptione pœnitentiæ (ut Eccleſiæ ritus plenius innoteſcat) agamus. Quos enim Patres ſive ex Conciliis, ſive ex decretis Romanorum Pontificum ſtatuerunt canones, quibus delinquentibus pœna, ſeu (ut dici ſolitum) pœnitentia irrogari conſuevit, ob idque pœnitentiales nominatos, ad coercendos homines, ne abſque diſciplina, atque timore ſupplicii prolaberentur ad mala; eoſdem univerſa Eccleſia, Romana præſertim, retinere conſuevit in ſui vigore & obſervantia venerandos. Sed & cum temporum injuria eorum ſevera cenſura prætermiſſa videri poſſet; eos iterum in uſum priſtinum revocare ſtuduit; ut hoc ſæculo factum videmus, quo tandem poſt tot naufragia Eccleſiarum, exul cenſura poſtliminio revocata vigere cœpit: atque adeo, ut neque per religionis ingreſſum quis eo debito ſolveretur. Nam audi quæ idem Petrus Damiani ſcribat in libro De perfectione monachorum ſexto capite, cum queritur, quod illi, qui reus teneretur implendæ pœnitentiæ ſeptuaginta annorum, Abbas eam remiſiſſet in ejus religionis ingreſſu ob commodum monaſterii. Ad quem hæc ipſe: *Quid dicam? fateor, mihi res valde diſplicuit, deſpexi, horrui, & hominem deceptum eſſe clamavi.* Quod diceret Abbas ſcilicet, ſufficere poſt peractam confeſſionem ad pœnitentiam ipſam a ſæculo converſionem. Quæ in exemplum voluimus adduxiſſe, ad ſignificandum, quam tenax his temporibus eſſet Eccleſiaſtica cenſura in obſervantia pœnitentialium canonum;

IX. Redemptio pœnitentiæ.

Quoniam vero contingeret ob iterata frequenter peccata mortalia, quorum cauſa plurium annorum pœnitentia inferretur, deſperare homines tot annorum curriculis; & aliquando ſua ætate integra ſub eodem pœnitentiæ faſce gemere, immo interdum nec hominis ætatem ſufficere ad expianda per pœnitentiam præſcriptam canonibus commiſſa peccata: aperta eſt in Eccleſia janua pœnitentiæ redemptionis, ne quis ex hac vita Eccleſiæ debitor præventus morte decederet, factumque eſt, ut breviori compendio temporis ſatisfaceret, quæ plurimorum annorum termino perſolvere teneretur. Quæ quidem redemptio multiplici via, quo unicuique hominum ſtatui proſpectum eſſet, ut fieri poſſet, conſultum optime fuit: nimirum ut qui divitiis affluerent, erogando eas in



in uſum pauperum, pro quantitate perſoluti pretii tot redimerent eis annos, quot lex Eccleſiaſtica conceſſit. Hoc eſt igitur quod Petrus ait: *Non ignoras, quia cum a pœnitentibus terras, poſſeſſiones agrorum videlicet accipimus, juxta menſuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus.* Quibus plane oſtendit, bona Eccleſiaſtica ejuſmodi fieri ſolita redemptione aucta creviſſe.

X. Rurſus autem ne divitibus tantum aperta redemptionis hujus janua videretur, aliæ ab Eccleſia excogitatæ ſunt corporeæ afflictiones, quibus pauperes, & alii qui vellent, redimere brevi tempore multiplices annos poſſent. De iſtiuſmodi remediis apud Burchardum, de quo ſuo loco, hoc Tomo ſuperius egimus, tractatio prolixior eſt. Scripſit enim librum Decretorum pœnitentiæ, qui in ſua Collectione ordine numeri ponitur decimusnonus: a cujus capite duodecimo de pœnitentiæ redemptione agere ſic incipit:

XI. *Pro uno die, quem in pane & aqua jejunare debet, quinquaginta Pſalmos in Eccleſia, ſi fieri poteſt, decantet; ſin autem, in loco convenienti eadem faciat, & unum pauperem paſcat, & eo die, excepto vino & carne & ſanguine quidquid velit, comedat.* Et de aliis ſimilibus uſque ad caput vigeſimumquintum incluſive. Inter alia autem redemptionis remedia palmatæ annumerantur, nimirum ut ferula palma manus pænitentis verberaretur (ut ſub auſtero Orbilio in ſcholis pueri accipere conſuevere) ut dies unus pænitentiæ palmatis viginti redimi poſſet. Hæcque omnia & alia ipſe, qui ex Romano Pœnitentiali ea recitare profitetur.

De pœnitentiæ canonicæ redemptione.

Aliud erat genus verberum, quod per ſcopas inferebatur, ita inſtrumentum illud nominabant, quo pœnirens ſibi ipſi verbera infligebat: de quo redemptionis genere eſt frequens mentio apud eumdem Petrum Damiani hujus temporis ſcriptorem. Qui ſcribens ad Alexandrum Papam, hæc habet de ſcopis: *Ut tria ſcoparum millia unum pœnitentiæ annum explerent cum modulatione Pſalmorum: decem Pſalmorum modulatio mille ſcopas admittit. Cumque Pſalterium conſtet ex centum & quinquaginta Pſalmis, in quoque Pſalterio quinque annorum pœnitentia expletur: ſicque viginti Pſalteria cum diſciplina cantata centum annorum pœnitentiam explent.* Hæc ad Alexandrum Petrus, intelligens per diſciplinæ vocem, verberationem ipſam cum videlicet quis pſallendo ſcopis verbera infligeret ſibi ipſi: quod nomen cum actione ipſa ad poſteros tranſiit, ut diſciplinam agere ſit, ſeipſum flagellis cædere.

Uſus & nomen ſcoparum ſive diſciplinæ.

Sed illud accidit, ut quæ in redemptionem pœnitentiæ ſcoparum verberatio eſt introducta; eadem frequentiori uſu ſit recepta inter omnes etiam Chriſtianos nihil debentes ejuſmodi canonum exactori pœnitentiario presbytero, imitatores Apoſtoli dicentis: (a) *Lividam facio carnem meam, & in ſervitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.* Sponte ſe ejuſmodi verberibus cruciantes. Quod & his Petri Damiani temporibus cœpit, ut ſequenti anno dicturi ſumus.

(a) 1. Cor. 9.

XII. Sed jam unde digreſſi ſumus, ad canonem Concilii Florentini hoc anno editum a Victore Pontifice adverſus alienantes bona Eccleſiaſtica, redeamus. Quod autem in Synodo damnatum hoc malum diu multumque viguiſſet in maximum animarum detrimentum, quod Eccleſiaſticis legibus ſub anathematis graviſſima pœna jam vetitum fuerat; voluit etiam Deus iiſdem temporibus ad avertendos a tanto periculo homines, in quod præcipites ruerent, ſucceſſoreſque ſuos ſecum traherent in gehennam, per viſum oſtendere certam horum ad inferos damnationem, quam Epiſcopi populo prædicarent. Rem geſtam narrat Petrus Damiani in epiſtola ad Dominicum & alios Fratres eremi ſcripta; nec non in epiſtola ad Nicolaum Papam, quam continet codex baſilicæ S. Petri. Sic enim ſe habet:

XIII. Comites poſſeſſores rerum Eccleſiæ damnati ad inferos.

*Porro autem, quia prudentiſſimi illius viri Humberti Archiepiſcopi ſcilicet*, titulo tantum nominatus, ſed Silvæcandidæ revera Epiſcopus Cardinalis, de quo ſuperius, *ſemel incidit mentio, aliud etiam inſigne quod retulit (etiamſi magnopere ad propoſitum thema non pertineat) non ſilebo. Nam dum prædiis Eccleſiarum injuſte poſſeſſis, ſub conſpectu præſentiæ venerandi Papæ in maritima Eccleſia conviviaretur, intulit congruenter exemplum. In Teutonicis partibus,* inquit, *Comes quidam dives ac præpotens, ſed quod in illo hominum genere prodigium eſt reperiri, bonæ opinionis, & innocentis vitæ, prout humanum erat de ejus æſtimatione judicium, ante decennium fere defunctus eſt. Poſt cujus obitum quidam religioſus vir per ſpiritum ad inferiora deſcendens præfatum Comitem in ſupremo gradu cujuſdam ſcalæ poſitum vidit. Ajebat namque, quia ſcala illa inter ſtridentes & crepitantes ultrices incendii flammas videbatur erecta atque ad ſuſcipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia deſcenderent, conſtituta. Erat autem tetrum chaos, immane, barathrum, infinite patens, atque in profunda demerſum, unde ſcala producta ſurgebat. Hic igitur ordine ſuccedentium ſibi ſeries texebatur, ut cum quis eorum novus accederet, primum interim ſcalæ gradum teneret: is autem, qui illic repertus erat, aliique omnes ad proximum ſibi gradum in ima deſcen-*

*ſcenderent. Cumque alii atque alii ex eodem genere homines poſt carnis obitum ad præfatam ſcalam per temporum intervalla confluerent, alii protinus cederent ineffabilis judicii neceſſitate ad inferiora migrabant. Plane dum vir, qui hæc contemplabatur, cauſam hujus horrendæ damnationis inquireret: & præſertim cur ille Comes ſui temporis puniretur, qui tam juſte tam decenter, tam honeſte vixiſſet? Audivit quia propter quamdam prædii Metenſis Eccleſiæ poſſeſſionem, quam B. Stephano proavus ejus abſtulerat, cui videlicet iſte jam decimus in hæreditate ſucceſſiſſet, omnes iſti non diverſo ſupplicio deputati ſunt. Et ſicut eos ad peccandum non diſpar avaritiæ culpa conjunxit: ita nihilominus ad perferendas atrocis incendii pœnas commune ſupplicium copulavit.* Hæc Petrus, & quidem talia, quæ non ſolum ex graviſſimis teſtibus conciliant ſibi fidem, ſed ex divinæ Scripturæ præſcripto, ita prorſus rem ſe habere, neceſſe ſit affirmare. Cum certum ſit (*a*), Apoſtolo prædicante, quod neque fures, neque rapaces, multo minus ſacrilegi regnum Dei poſſidebunt. Et ab eodem præſcriptum ſit, eadem pœna teneri facientes, (*b*) & facientibus conſentientes, dum quod ſciant hæredes ab Eccleſia eſſe ſublata a majoribus bona, mala fide poſſideant.

(*a*) 1. Cor. 6.

(*b*) Rom. 1.

XIV. Henricus Imp. ſtudioſus S. Joannis Gualberti

Quod autem (ut audiſti) huic Concilio Florentino Henricus Imperator interfuit: in rebus geſtis ſancti Joannis Gualberti de eo iſta leguntur: *Per idem tempus Henricus Imperator Florentiam veniens, cum multas beati Joannis virtutes auditione accepiſſet, quadam erga illum concepta benevolentia, hortante Theuzone ſupradicto, miſit Epiſcopum Catholicum ad Vallis umbroſæ monaſterium, qui ſummum altare conſecraret. Poſt aliquot vero annos Humbertus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis totum templum conſecravit cum duobus aliis altaribus.* Hæc ibi.

XV.

Quia autem rebus componendis, & reſtituendis Eccleſiæ ſanctæ probatis moribus Victor Pontifex incumbebat; ad corrigendos pravos uſus Eccleſiæ Gallicanæ, cauſaſque quorumdam Epiſcoporum cognoſcendas ac judicandas Legatum a latere miſit Hildebrandum ipſum tunc ſubdiaconum, qui poſtea creatus Pontifex fuit Gregorius Septimus. Hic ubi illuc pervenit, Lugduni celebravit Concilium. De quo Concilio quæ reperimus in antiquioribus Geſtis Romanorum Pontificum, quæ collegit Nicolaus Aragonius Cardinalis, hic in primis deſcribamus. Sic ſe habent:

XVI.

*Eodem tempore cum ſimoniaca hæreſis totam Italiam, & Burgundiam occupaſſet, idem Pontifex miſit a latere ſuo eumdem * Archidiaconum Hildebrandum ad ultramontanas partes cum quibuſdam Epiſcopis. Cum autem ad Lugdunenſem provinciam perveniſſet, in ea Synodum celebravit: in qua per ipſum Archidiaconum Deus maximum dignatus eſt operari miraculum. Reſidentibus enim in ea Synodo Archiepiſcopis, & aliarum Eccleſiarum Prælatis; Archiepiſcopus vir quidam litteratus & eloquens accuſatus eſt de crimine ſimoniæ. Qui ſequenti nocte omnes ſuos accuſatores pecunia corrupit, & ſibi amicos fecit. Mane autem facto rediens ad Synodum, audacter dixit: Ubi ſunt qui me accuſant? exeat in publicum quicumque me voluerit damnare.*

* nonniſi ſubdiaconum. Concil. in Gallia, per Hildebrandum.

XVII. Archiep. miraculo arguitur ſimoniacus.

*Tunc obmuteſcentibus cunctis, prædictus Archidiaconus, tamquam vir diſcretus & ſapiens, convertens ſe ad illum, dixit: Crediſne o Archiepiſcope, Spiritum ſanctum cum Patre, & Filio unam eſſe ſubſtantiam Deitatis? quo reſpondente. Credo. Addidit Archidiaconus. Dic Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Tunc ille Gloria Patri, & Filio expedite dicebat, ſed Spiritum ſanctum nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret videns ſe per divinum judicium omnino confuſum, procidit ad pedes Archidiaconi, & confeſſus eſt proprio ore ſe ſimoniacum eſſe. Poſtquam vero a ſacerdotali & Epiſcopali officio eſt depoſitus, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto libera & clara voce decantavit. Quod factum ſimoniacos in tantum perterruit, quod præter alios Prælatos Eccleſiarum vigintiſeptem, Epiſcopi quadragintaquinque ſimoniacos ſe eſſe confeſſi ſunt, & ſuis honoribus abſque ulla alia accuſatione renuntiaverunt. Celebrata Synodo, & aliis rebus rite ordinatis & compoſitis, Legati ad Urbem redierunt.* Hæc ibi, ſed male ſub Papa Stephano. Deceptus eſt collector, quod legationem iſtam contigiſſe putaverit, cum Hildebrandus jam Archidiaconus eſſet, quem & exiſtimaret ab eodem Stephano Papa creatum fuiſſe Archidiaconum. Verum cum ea perfunctus eſt legatione Hildebrandus, nondum erat Archidiaconus, ſed ſubdiaconus tantum. Quod expreſſe affirmat Petrus Damiani, qui & aperte teſtatur ſub Victore Papa ejuſmodi Hildebrandi in Gallias contigiſſe legationem. Sed ne veritas in alicujus præjudicium ſepulta remaneat, non in aliquo Archiepiſcopo, ſed Epiſcopo tantum iſta eſſe geſta reperimus apud Deſiderium Abbatem ſancti Benedicti, presbyterum Cardinalem ſanctæ Cæciliæ, hoc tempore viventem atque ſcribentem auctorem: qui in libris dialogorum, quos ſcripſit, ita ipſum Hildebrandum iſta narrantem adducit. Ait enim: Ve-



XVIII. Eadem hiſtoria ex Deſiderio Abbate Caſſinenſi.

*Venerabilis Gregorius Papa, cujus ſuperius mentionem feci, quid circa eamdem ſimoniacam hæreſim ſe præſente Dominus oſtendere voluit, ſæpe mihi ſolitus eſt referre. Cum eſſem, inquit, ſubdiaconus, & beatæ memoriæ Victore hujus Apoſtolicæ Sedis Pontifice in Galliam pro Eccleſiaſticis negotiis diſcutiendis eſſem tranſmiſſus: curæ mihi fuit Epiſcoporum convocare Concilium, ut illis coram poſitis, de Eccleſiaſticis negotiis tractaremus. In eadem vero civitate, in qua Synodus agebatur, Epiſcopus erat, qui pretio honorem comparaſſe Epiſcopatus, a multis infamabatur. Igitur vocatus Epiſcopus venit in medium.* Ubi autem habita Synodus, verbum nullum. Pergit vero: *Cum ergo eum exhortari ſalutaribus monitis cœpiſſemus, ut quæ ſibi opponebantur, conſcientia jam fatente, humiliter confiteretur: ille, tum quia ejuſdem civitatis erat Epiſcopus, tum quia fretus auxilio Comitis terræ ipſius; plenus ſuperbia, omnino verba noſtra vilipendebat. Sed cum a nobis, & a cœteris qui aderant Epiſcopis, ſub juſtitiæ regula ſe (quod non ſperaverat) conſtringi conſpiceret, nec effugiendi haberet licentiam; negare pertinaciter cœpit, quod ante vix audire dignabatur. Cumque verba producerentur in longum, & maximum diei ſpacium eſſet conſumptum, & ille nihilominus in ſua pertinacia negando perſiſteret: hoc modo eum cum cœteris, qui aderant religioſis Epiſcopis nobis adjurare viſum fuit, & totum judicium in oſtenſione Spiritus ſancti committere. In nomine, inquam, Patris & Filii, & Spiritus ſancti, cujus donum gratiæ te comparaſſe audivimus, ut hujus rei nobis veritatem ediſſeras, adjuramus. Quod ſi amplius, ut cœpiſti negare tentaveris, Spiritum ſanctum, donec quæ vera ſunt, confitearis nominare non valeas. Qui Epiſcopus cum abunde eloquens eſſet, & a nobis exoraretur, ut Spiritum ſanctum nominaret: Patrem quidem, & Filium ſatis diſerte nominabat; Spiritum vero ſanctum, mirum in modum, nominare nullo modo poterat. Tunc omnibus qui aderant, luce clarius patuit, quod honorem Epiſcopatus dato pretio emerat, qui non niſi Spiritus ſancti gratia largiente tribuitur. Tunc virtute Spiritus ſancti tremefactus Epiſcopus, humiliter coram omnibus confiteri coactus eſt, quod ante inflatus ſuperbia Dei timore poſtpoſito, procaciter negare præſumpſerat.* Hæc apud Deſiderium, quem citavimus.

XIX.

Petrus Damiani eamdem hiſtoriam breviter recitans addit, tam hunc, quam quinque alios Epiſcopos ab eodem Hildebrando tunc fuiſſe Apoſtolica auctoritate depoſitos. Ait enim tum in epiſtola ad Dominicum & Fratres eremi, tum in epiſtola ad Nicolaum Papam: *Interea illud etiam, quod Hildebrando, Romanæ Eccleſiæ Archidiacono referente didicimus, hic inſerere operæ pretium judicamus. Nam cum adhuc ſubdiaconatus dumtaxat fungeretur officio, a Victore Papa Apocriſarius in Gallias deſtinatus Synodum congregavit: in qua videlicet ſex Epiſcopos diverſis criminibus involutos ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate depoſuit. Inter quos quidam erat Epiſcopus, qui, quoniam per ſimoniacam hæreſim ad Epiſcopatus culmen irrepſerat, Spiritum ſanctum verbis exprimere, quibuſcumque tentaret niſibus, non valebat. Et quidem Patrem & Filium expedite ſatis ac facile proferebat: ad Spiritum vero ſanctum cum perveniſſet, mox lingua balbutiens, tamdem rigida manebat. Merito ſiquidem Spiritum ſanctum dum emit, amiſit, utque excluſus erat ab anima, procul etiam conſequenter eſſet a lingua. Hac igitur difficultate convictus, Epiſcopale * decarceravit officium.* Hæc Petrus.

Ex Petro Dam. eadem.

* renuntiavit.

XX.

(*a*) VVil. Malm. de geſtis Reg. Angl. l. 3.

Hæc eadem de Hildebrando recitat (*a*) Willelmus Malmesburienſis Bibliothecarius, ex relatione ſancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, atque in fine ait: *Hujus miraculi teſtis fuit Abbas ſæpe nominatus,* Hugo ſcilicet, *qui dejectum Epiſcopum per loca ſecum ducens, illius rei experimentum ſæpe riſit: de quorum verborum certitudine dubitantem omnis Europa confutat, qui Cluniacenſis religionis numerum per eum augmentatum non neſcit.* Hæc de Hildebrando Willelmus ex Hugone, cujus etiam teſtificatione alia de eodem admiranda narrat, quæ dicturi ſumus inferius ſuo loco.

XXI. S. Hugo qualis innotuit Hildebrando.

Porro ad tantam ſibi impoſitam provinciam obeundam Hildebrandus Cluniacum petens, eumdem Hugonem Abbatem adſciverat ſibi coadjutorem, cui inhærere Chriſtum, patenti fuit dignus viſione cognoſcere. In vita enim ipſius iſta ab alio Hugone ſcribuntur: *Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ * diaconus, Apoſtolicæ Sedis Pontifex Gregorius Septimus mox futurus, Galliarum legatione ſuſcepta, Cluniacum venerat. Hic quadam die ſedens in Capitulo cum beato Hugone, Fratrum negligentias pietatis gladio corrigente, aſpexit Dominum JESUM præſentem, prædictoque Patri aſſidentem, eique de ſingulis quid agere deberet, ſuggerentem. Itaque Hildebrandus ſancti viri merita prædicans, in famulo Dominum collaudabat.*

* ſubdiaconus

XXII. Concil. Heduenſe in Gallia.

Mentio habetur ibidem de Concilio Heduenſi, in quo quænam ejuſdem Hugonis fuerint partes ex eodem auctore ſic accipe: *Mirandis plus miranda ſubiungo, quæ, referentibus viris authenticis, probata cognoſco. Hæc ſane referunt Gaufredus de monte S. Vincentii, & Rainaldus Heduenſis, qui adhuc præſentes ſunt. Dux Burgundiæ Robertus Haganonem Heduorum Epiſcopum nimia infeſtatione gravabat, variiſque prædonum incurſibus paſſim Burgundia laborabat. Ea propter Gaufredus Lugdunenſis, Hugo Biſuntinenſis, Aicardus Cabilonenſis, & Drogo Maſticenſis Heduam convenerunt, magnique patrem conſilii prædictum Hugonem Cluniacenſem Abbatem venire rogaverunt. Aderat illuſtrium multitudo virorum, populus confluebat infinitus, pro pace ſupplicans indefeſſis clamoribus. Adveniens ipſe Dux, immo tyrannus, Heduam intravit, ſed faſtu maligno intereſſe conventui recuſavit. At pater Hugo fervore charitatis permotus adiit tyrannum, eumque vehementer increpans, cunctis mirantibus, tanquam ovem mitiſſimam ſecum adduxit, Epiſcopis autem ſupplicantibus, ut pater Hugo pro pace componenda loqueretur turbis undique reticentibus, & ab ejus ore pendentibus, ſic ait: Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, nos audiant nobiſcum agant. Quī vero filius pacis non eſt, qui non ex Deo, ſed adverſarius eſt, huic ex parte omnipotentis Dei præcipio, ut a nobis exeat, & operi divino non noceat. Vix dicta compleverat, cum ecce quidam ſtatura procerus, facie truculentus, multis eum ſequentibus, egreſſus diſparuit. Non fuit in tanta multitudine hominum, qui aliquem noſſet ex iis, qui egrediebantur. Mirabantur ſinguli, ſtupebant univerſi. His ita depulſis, tantam mox efficaciam prædicatio ſancti habuit, ut eo jubente Dux ipſe ſui necem filii interfectoribus condonarit, & Eccleſia pacem receperit. Res equidem mira, ſed altiori miraculo cumulata. Quamdiu enim in*

PAGIUS II. *Concil. Æduenſe.*

Ad num. XXII. Meminit Baronius Concilii Æduenſis ſeu Auguſtodunenſis, cui teſte Hugone Monacho Cluniacenſi coævo in Vita Sancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, interfuere *Gaufredus Lugdunenſis, Hugo Biſuntinenſis, Accardus* (non Aihhardus, ut legitur apud Baronium) *Cabilonenſis, & Drogo Matiſcenſis* (ſeu Matiſconenſis) Epiſcopi qui Sanctum Hugonem Cluniacenſem Abbatem ad illud *venire rogaverunt*. In eo Concilio Sanctus Hugo Haganonem Æduenſem Epiſcopum cum Roberto Burgundiæ Duce, a quo graviter infeſtatus fuerat, reconciliavit, huncque mira libertate compeſcuit, atque ad meliorem frugem revocavit, uti narrat Baronius ex eodem Hugone Monacho Stephanus Tornacenſis in Epiſt. LXXI. ad Robertum Pontiniacenſem Monachum data Canonem in eo Concilio conditum his verbis refert: *ſic in Concilio Æduenſi legitur: nullus Abbas vel Monachus Canonicos Regulares a propoſito profeſſionis canonicæ revocare, atque ad monaſticum habitum ſuſcipere audeat, ut Monachi fiant, quandiu Ordinis ſui Eccleſiam invenire queant, in qua canonice vivendo Deo ſervire, & animam ſuam ſalvare poſſint. Quod ſi temerario auſu id agere tentaverint, anathematis vinculo obligentur*, quod non diſſimili Decreto ab eodem Stephano ibidem relato confirmavit Urbanus II. Cæteri Canones deſiderantur.

III. *Poſt annum MLX. celebratum.*

Verum Concilium iſtud, cujus mentio Tom. IX. Concil. pag. 1183. non hoc anno celebratum, ut Baronius, Quercetanus, ſeu ut poſtea ſe ipſum nominavit, Duchesnius in Notis ad Vitam Sancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis pag. 97. & ſeq. Carolus du Molinet in Notis ad laudatam Stephani Tornacenſis Epiſtolam, aliique multi putarunt, neque etiam ann MLXXII ut Severtius in Chronologia & Jacobus Joannes Chiffletius in parte 2. Veſontionis, dum de Hugone II. Archiepiſcopo Biſontinenſi ſermonem habet, ſed inter annum milleſimum ſexageſimum, & milleſimum ſeptuageſimum ſecundum. *Drogo* enim Cabilonenſis [1] Epiſcopus e Patribus hujus Concilii unus, ante annum MLX. Walterio non ſucceſſit, cum San-Marthani in Epiſcopis Cabilonenſibus affirment, Walterii in Actis publicis uſque ad illum Chriſti annum mentionem haberi. Cum vero *Hugo primus* Veſontionis Archipræſul anno MLXV. aut inſequenti, teſte Chiffletio laudato, obierit, eique *Hugo II.* ſucceſſerit, & parte alia *Humbertus* Archiepiſcopus Lugdunenſis deceſſor *Gaufredi*, unius ex hujus Concilii Patribus, anno MLXXII. jam ſederit, ut iidem San-Marthani demonſtrant in Archiepiſcopis Lugdunenſibus, manifeſtum eſt, *Concilium Æduenſe* inter annum MLX. & MLXXII. congregatum fuiſſe.

IV. *Gaufredus fuit Archiepiſcopus Lugdunenſis.*

Neque audiendi San-Marthani, cum negant *Gaufredum* inter Archiepiſcopos Lugdunenſes numerandum; quod Humberto anno MLXXVII. ſucceſſerit *Gebuinus*: *Gaufredus* enim ante Humbertum ſedit, cum *Philippus*, qui anno MLV. Eccleſiam Lugdunenſem regebat, ſecundum eoſdem San-Marthanos anno incerto e vivis abierit, & Gaufredus poſt eum, ac poſt Gaufredum Humbertus ante annum MLXXII. ſedem replere potuerint. Denique Duchesnius loco laudato jam notavit, *Gaufredum* Lugdunenſem memorari a Nicolao Aragonio in antiquis Pontificum Romanorum Geſtis, & ab Hildeberto Epiſcopo Cenomanenſi in Vita Sancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, de cujus morte cum loquitur ſcribit: *Qui ut & moriens oſtenderet quam vigil & ſollicitus fuerit circa commiſſarum ſibi vigilias ovium, quibus potuit ſermonibus Anniverſarium Archiepiſcopi Gaufredi & Guidonis Abbatis adeſſe nunciavit, ſignificans oportere defunctis fratribus debita ſolvi beneficia*; Quibus ex verbis etiam eruo, Gaufredum

NOTÆ [1] D*Rogo Cabillonenſis &c.* Lege Matiſconenſis, quem Sammarthani in Matiſconenſibus ordinatum fuiſſe cenſent anno 1063. adeoque, cui ille interfuit Æduenſe Concilium, citius anno illo celebrari non potuit. MANSI



*in conventu illo vir ſanctus perdocuit, ſicut columba candida ſuper caput ejus apparuit. Quibus id videre datum eſt. Deum glorificaverunt: non enim omnes hanc videre gloriam meruerunt.* Hucuſque de his Hugo in S. Hugonis Actis.

XXIII. Concil. Turonenſe contra Béreng.

Sed quæ ſunt reliqua Hildebrandi legationis in Galliis, proſequamur. Præcipue autem ejus invigilavit ſedulitas, ut Berengarium, rurſum hæreſim, quam fuerat deteſtatus, defendentem ac propalantem, in Concilio Epiſcoporum conventum, vel hæreſim rurſus damnare cogeret, vel ſynodali eum ſententia anathematis condemnaret. Quamobrem ne ſubterfugiendi amplius locus eſſet, domi ſuæ eum conveniendum putavit, nempe Turonis, ſicque Concilium Turonenſe Apoſtolica indixit auctoritate; in quo ipſe Berengarius redargutus & correctus (ut videbatur) deteſtatus errorem, Fidem Catholicam eſt profeſſus. Teſtatur id quidem ejus temporis ſcriptor Guitmundus Averſanus Archiepiſcopus, his verbis (*a*): *Inde enim*, inquit, *ipſa Romana Eccleſia per beatum Leonem Papam hæc Berengariana figmenta mox ſuo exortu damnavit: deinde per hunc ipſum, qui nunc præeſt, dominum Gregorium Papam, tunc* * *Archidiaconum ejuſdem Romanæ Sedis in Concilio Turonenſi convicit: ipſumque Berengarium* (*ut videbatur*) *correctum, ac propriæ manus ſacramento ſatisfacientem clementer ſuſcepit, &c.* Reverſum ipſum ad vomitum docet.

(*a*) *Guitm. de ſacram. l. 3.*

* ſubdiaconum

XXIV.

Porro ſubdiaconum pro Archidiacono eſſe reſtituendum, dubium eſſe non poteſt; cum id factum ſub eodem Victore Pontifice conſtet, ſub quo idem Hildebrandus ſemper ſubdiaconus perſeveravit: nam de eodem Concilio Turonenſi juſſu Victoris Papæ per legationem miſſam habito Lanfrancus agens contra eumdem Berengarium, meminit iſtis verbis: (*b*) *Denique in Concilio Turonenſi, cui ipſius Victoris interfuere Legati, data eſt tibi optio defendendi partem tuam. Quam cum defendendam ſuſcipere non auderes: confeſſus coram omnibus communem Eccleſiæ Fidem, juraſti te ab illa hora ita crediturum, ſicut in Romano Concilio te juraſſe, eſt ſuperius deprehenſum.* Hæc de rebus geſtis in Concilio Turonenſi in Berengarium. Qui quidem ſic comparatus fuit, ut ſubterfugeret, cum poſſet, ſacros Epiſcoporum conventus; ſed conventus ipſe & reſpondere coactus, ne damnaretur, eam damnaret hæreſim quam rurſus inter ſuos tueretur ex animo; ſicque iterum opus fuerit eamdem cauſam ad Eccleſiaſticum judicium revocare poſt Turonenſe Concilium, de quo agimus. Nam ſimulans impius pœnitentiam, ubi Legati Apoſtolicæ Sedis diſceſſerunt, dimiſſis Epiſcopis, rurſum cœpit infauſtam hæreſim propugnare, adeo ut opus fuerit, eum iterum ſub Victoris ſucceſſore Nicolao Pontifice convenire. Quæ autem tunc facta ſunt, ſuo loco dicturi ſumus.

(*b*) *Lanfr. contra Berengar.* Berengar. reverſus ad vomitum.

XXV. Querela legatorum Imp. adverſus Ferdinandum Magnum.

Ad hoc ipſum Concilium Turonenſe miſſi ab Henrico Imperatore Legati, ejus nomine queſti ſunt adverſus Ferdinandum Magnum, Caſtellæ ac Legionis Regem, detrectantem parere Romano Imperatori, arrogantemque ſibi contra jura, moremque majorum nomen Imperatoris, petentes, niſi deſiſtat a cœptis, excommunicatione percelli, univerſamque



PAGIUS

dum Ordinis fuiſſe Cluniacenſis; cum eum Sanctus Hugo inter defunctos ſui Ordinis fratres numeret. De *Roberto* Burgundiæ Duce primo egimus anno MXXXIII.

V. *Conc. Turonenſe.*

A num. XXIII. ad XXV. quia tam in Chronico Vindocinenſi, quam in Malleacenſi a Labbeo in Biblioth. publicatis Concilium Turonenſe cum præſenti anno conjungitur, a communi ſententia, quæ ab eo calculo non recedit, Bertoldus Presbyter, qui Hermanni Chronicon continuavit, quique illud in annum ſequentem differt, nos abducere non debet, quia in rebus in Gallia geſtis ejuſdem nationis Scriptoribus magis credendum, quam aliis. De eo Malmesburienſis lib. 3. de Willelmo primo pag. 113. *Sodalitati Catholicæ timens ſanctiſſimæ memoriæ Leo Papa Vercellis contra eum inſtituto Concilio tenebras nebuloſi erroris Evangelicorum teſtimoniorum fulgore depulit: ſed cum poſt obitum ejus virus hæreſeos in finibus quorundam nebulonum diu confotum iterum erumperet, Hildebrandus cum Archidiaconus eſſet* (nondum Archidiaconus, ſed tantum Subdiaconus erat Hildebrandus, ut certis argumentis liquet) *Turonis, mox Papa* (nempe Hildebrandus, dictus poſtea Gregorius VII.) *Romæ adunatis Conciliis convictum ad dogmatis ſui anathema compulit. Berengarius plane quamvis ipſe ſententiam correxerit, omnes quos ex totis terris depravaverat, convertere nequivit. Quod Epiſcopum Carnotenſem* (ſc. Fulbertum) *prædixiſſe ajunt*; de eadem Synodo Turonenſi hæc habet Anonymus Chiffletianus in Opuſculo de Multiplici Berengarii Damnatione, anno MLXXXVIII. compoſito: *Victor quoque Papa, & in ſede, & in auctoritate ſucceſſor Sancti Leonis Papæ, miſſo Legato in Gallias venerabili, inquam Hildebrando, tunc Archidiacono* (imo nondum Archidiacono) *ſed noſtri temporis Apoſtolico, generalem Synodum Turonis congregavit, in qua ipſe Beringerus accepta optione defendendi ſe, cum ſe penitus defendere non poſſet, ſub jurejurando propriam hæreſim anthematizavit, & communem ſanctæ Eccleſiæ fidem de veritate Corporis & Sanguinis Domini ſe deinceps ſervaturum ſub eodem juramento promiſit; licet poſtea ad eamdem hæreſim redierit.*

VI. *Duo Alia Concilia adverſus Berengarium celebrata.*

Hujus etiam Concilii meminit *Euſebius* cognomento appellatus *Bruno*, Andegavenſis Epiſcopus in Epiſtola ad Berengarium, illudque inter alia duo collocat, quorum unum apud Turonas, alterum in Andegavenſi civitate, juſſu Fulconis Andegavorum Comitis habitum, in quibus pariter hæreſis Berengariana confixa fuit. Neutrius apud alios Auctores mentio

que Hiſpaniam ipſi ſubjectam interdicto ſubiici debere. Juſta viſa eſt Henrici Imperatoris petitio tum Concilio, tum etiam ad quem eſt delata, Victori Pontifici. Quorum nomine legatio decreta eſt ad eumdem Ferdinandum in Hiſpaniam, qua moneretur a cœptis deſiſtere. Cujus legationis occaſione indictum eſt Concilium in Hiſpania, ut ex conſulto Principum, & Epiſcoporum decerneretur, quid Legatis reſponſi daretur. Variis in re tanta pro cujuſcumque arbitratu ſententiis dictis; obtinuit pars illa, ut obediretur Romano Pontifici, ſicque ceſſatum ab Imperatorio nomine, & rebellione ab Imperatore Germaniæ. Hæc ex antiquioribus rerum Hiſpanicarum Scriptoribus pluribus proſecutus eſt Joannes Mariana, qui poſtremam manum ſummo ſtudio pro rei dignitate hiſtoriæ Hiſpaniarum impoſuit.

XXVI. Traſimundus comes pœnitens veniam petit a Pont.

Sed redeamus ad Victorem Pontificem, quem poſt Concilium Florentinum viſitaſſe loca Italiæ, ex Leone Oſtienſi perdiſcimus, dum agit de Richerio Abbate Caſſinenſi, legatione fungente apud eumdem Pontificem. Qui eum convenit, rogaturus pro ſacrilego illo Traſimundo Theatino Comite, qui (ut vidimus) Legatos Sedis Apoſtolicæ Conſtantinopoli redeuntes, & per ſuum Comitatum tranſeuntes, contra jus Gentium atque divinum turpiter ſpoliaverat; percuſſus enim gravi infirmitate, patrati ſceleris pœnitens, plurima donans Caſſinenſi monaſterio, per ejus Abbatem optavit reconciliari ſummo Pontifici. De his enim agens Leo Oſtienſis, hæc ait: (a) *Per idem tempus præfatus Comes Traſimundus graviter ægrotans, & monachus fieri cupiens, Richerium Abbatem Caſſinenſem ad ſe pergere oravit. Cui ſeſe ſuppliciter tradens, multamque illi pecuniam offerens, tria juris ſui caſtra ſancto Benedicto in territorio Theatino conceſſit, Montis Alberici, Friſæ & Muclæ, cum portu ac piſcatione ſua, & Eccleſiis ſanctæ Mariæ, ſanctæ Luciæ, & ſancti Blaſii, omnibuſque omnino caſtrorum ipſorum, ſeu Eccleſiarum rebus, terram modiorum quinque millium quingentorum: Eccleſiam item ſanctæ Juſtæ cum omni jure ſuo, modiis ſcilicet quingentis. In territorio item Pinnenſi, caſtro Laſteniano Eccleſiam ſancti Nicolai, terram modiorum trium millium. Sed cum prædictus Papa tranſiſſet Anconam, Abbas ad illum ejuſdem Traſimundi cauſa profectus eſt.* Quid autem obtinuerit a Pontifice pro Comite ſacrilego, non dicit: ſed nihil penitus obtinuiſſe, argumento eſt, quod poſt ſequentem annum unus ex Legatis illis Fridericus, mortuo Imperatore, a quo fovebatur Comes, ab eodem Pontifice (ut ſuo loco dicetur) ipſum excommunicandum curavit.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 91.

XXVII. Mortuo Richerio ſubrogatur Petrus abbas Caſſin.

Addit Leo, tunc eumdem Richerium Abbatem eadem legatione fungentem, mortuum eſſe apud Aternum tertio Idus Decembris, ipſum vero Fridericum reverſum in Caſſinenſe cœnobium, electumque a monachis ſucceſſorem Petrum ſenem laudatiſſimum, de quo plura Leo Oſtienſis. Sed ejus electionem Victor Pontifex indigne tulit, quod eam abſque nutu Apoſtolicæ Sedis & Imperatoris celebraſſent. Erat plane magni ponderis opus, Abbatem conſtituere Caſſinenſem, utpote non tam monaſterii Abbatem, quam Principem, qui complura caſtra & oppida poſſideret. Sed dum iſta litteris Pontifex ageret, neceſſitate (ut dicetur) incumbente proficiſcendi in Germaniam ad Imperatorem, a cœptis deſiſtere coactus eſt uſque ad tempus, cum reverſus eſt in Italiam, interim Petro anno uno cum dimidio præfectura illa potito.

XXVIII. Subdiaconus propinans venenum Papæ arripitur a Diabolo

Paſſus interea aſſeritur Victor Papa, hoc ipſo anno primo ſui Pontificatus, horrendam plane proditionem, cum ad ejus interitum immiſſum eſt venenum (dictu pavendum) in ſacrum calicem: Sed Deus duplici miraculo, ne Pontifex biberet, obſtitit, & tanti ſacrilegii auctorem detexit. Lambertus rem geſtam ſic deſcribit: *Huic*, nempe Victori Papæ, *ſubdiaconus toxicum in calicem miſit.*

Quem

PAGIUS tio: *Nos*, inquit, *totius Eccleſiæ ſcandalum, jure meritoque exhorreſcimus, cum ſalubriter & cum quiete pacis Chriſtianæ vivere poſſimus verborum Chriſti ſimplici compendio, & ſufficienti ſanctæ fidei firmitate, quantum nos ſentimus, & multos nobis ſatis ſuperiores viros ſentire cognoſcimus. Hoc conſilio querimonia, quæ in præſentia domini Geraldi tunc Legati apud Turonum emerſit, ſedata eſt* (hujus, uti dixi, Concilii Turonenſis alii non meminere). *Hoc conſilio eodem tumultus qui in audientia Domini Eldebranni in eadem civitate efferbuit, ſopitus eſt* (nempe ſub Victore II. Papa). *Ac veridica confeſſione exactioni Principis hujus noſtri* (ideſt, Comitis Andegavorum Fulconis, ut Viri docti interpretantur), *in capellula, cujus in veſtra Epiſtola mentionem feciſtis, ſatisfactum eſt; & rediviva peſtis, quæ, neſcio quorum improbitate, exagitata, caput extulerat, domi Biſontinenſis Archiepiſcopi, & Eruditorum, qui adfuerunt, auctoritate calcata eſt.* Hæc itaque Synodus *Andegavenſis* poſt Turonenſem, de qua hoc anno agimus, anno & menſe incertis congregata. De Turonenſi ſub Victore agit Durandus Troarnenſis Abbas, cujus verba anno ML. num. XVI. retulimus, quæ huc revocanda.

VII. *Lanfrancus interfuit Concilio Turonenſi.*

*Lanfrancus* Monachus Benedictinus in Concilio Turonenſi ſub Victore coacto contra Berengarium diſputavit, eumque ad ſaniorem mentem adduxit, ut Ordericus Vitalis lib. 4. his verbis narrat: *Coactu obedientiæ de clauſtrali quiete* (nempe de cœnobiolo Beccenſi in Normannia, quod ob paupertatem loci Lanfran-



*Quem cum ipſe poſt conſecrationem levare vellet, nec poſſet: a Domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem proſternitur; ſtatimque toxicator a dæmone arripitur. Ita igitur cauſa manifeſtata, Dominus Papa calicem cum ſanguine Dominico cuidam altari juſſit includi, & pro reliquiis in perpetuum conſervari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem proſternitur, quouſque ſubdiaconus a dæmonio liberaretur.* Hæc Lambertus, necnon Urſpergenſis Abbas, & alii poſt eos. Scimus Bennonem ſchiſmaticum aſſerere, Gerardum quemdam, Braxutum cognomine, ſex Romanos Pontifices extinxiſſe veneno, primumque numerat Clementem Secundum, & poſt eum quinque ejus ſucceſſores. Sed quoniam tanta iſta & toties iterata nullum penitus aſſertorem habeant temporis hujus ſcriptorem, nec quiſquam de his queſtus inveniatur, nullam penitus in homine mendaciſſimo conciliant ſibi fidem, cum præſertim in ſugillationem iſta jactet Gregorii Septimi, quem tot ſcelerum complicem fuiſſe delirat; ſed vanum hominem non tam hiſtoriam ſcribere, quam ſomnia fingere, & calumnias componere ſolitum, ſæpe ſuperius contigit demonſtrari. At cum id ſemel præſumptum fuit, atque pernix ira Dei in ſubdiaconum tanta auſum effuſa eſt: ipſe Gregorius honorificentiſſima fungebatur in Galliis legatione. Sed quem Deus plurimis donis proſecutus eſt in terris, eumdem glorioſum fecit in cælis, fruſtra contra eum rabido cane *latrante*.

XXIX. Quid S. Anno Colon. Archiep. cum Henric. Imp.

Hoc eodem anno quinto Non. Martii magno beneficio totius Germanorum Eccleſiæ collocatur in cathedra Colonienſis Archiepiſcopatus ſanctus Anno. Sed cum libere Regem argueret, ejus indignationem incurrit, cujus & obitum ſequenti anno fore ſignificavit. Hæc enim temporis ejus Scriptor ita teſtata reliquit: (b) *Quibuſdam ſimultatibus inter ipſum & Regem fraude malignantium obortis, cum Rex mentem, quam conceperat in Archiepiſcopum, mandatis ſolito durioribus detexiſſet: Præſul ad audientiam veniens, oratione & juſtitia pro ſua cauſa agere laboravit. Cui facultate erepta hac progrediendi via tandem in hæc verba prorupit, Rex excellentiſſime, cæleſtis Regis intuitu, cujuſcumque diſcordiæ aut odii malum vel hoc anno non prævaleat inter nos, quandoquidem anno proximo quid nos maneat, mentium noſtrarum nunc penetralia latet: quod dicens, Regem, quem ſciebat hoc ipſo anno moriturum, emendatioris vitæ viſus eſt ad ſemitam perducere.* Hæc ipſa ab ipſo prædicta, nondum elapſo anno conſtat fuiſſe impleta, anno ſequenti ſcilicet. Agemus de ejus obitu ſuo loco.

(b) Apud Sur. t. 6. die 4. Dec.

Se-

PAGIUS francus elegerat) *protractus Magiſter proceſſit, quo docente Philoſophicarum ac divinarum literarum Bibliotheca effulſit. In utraque nodos quæſtionum ſolvere potentiſſimus erat. Hoc Magiſtro primitus Northmanni literatoriam artem perſcrutati ſunt, & de Schola Beccenſi eloquentes in divinis & ſecularibus Sophiſtæ proceſſerunt: Nam antea ſub tempore ſex Ducum Neuſtriæ vix ullus Normannorum liberalibus ſtudiis adhæſit; nec Doctor inveniebatur, donec proviſor omnium Deus Normannicis oris Lanfrancum appulit. Fama peritiæ illius in tota ubertim innotuit Europa: unde ad Magiſterium ejus multi convenerunt de Francia, de Vvaſconia, de Britannia, nec non Flandria.* Paulo poſt: *Studioſus fuit idem cœnobita gladio verbi perimere ſectas, ſi quæ fidem laceſſerent Catholicam. Profecto Beringerium Turonenſem* (*quem nonulli hæreſiarcham putabant, & ejus dogma damnabant, quo de ſalutis hoſtia mortem animabus propinabat*) *ſpritualis eloquii mucrone confodit in Synodo Romana, & Vercellenſi* (anno ML. habitis). *Ibi ſanctiſſime expoſuit, veraciſſime comprobavit, panem & vinum, quæ Dominicæ menſe ſuperponuntur poſt conſecrationem eſſe veram Carnem & verum Sanguinem Domini Salvatoris. Profundiſſimis diſputationibus Beringerium Romæ, Turoniſque palam evicit, omnemque hæreſim anathematizare, ſcriptoque veram fidem profiteri coegit*, ubi tamen Concilium Romanum ſub Nicolao II. habitum Turonenſi ſub Victore celebrato perperam præponit.

VIII. *S. Anno fit Archiep. Colonienſis.*

Ad num. XXIX. *Sanctus Anno* creatus eſt hoc anno Archiep. Colonienſis, ut refert Baronius ex Monacho Anonymo coætaneo, qui ejus Vitam, apud Surium ad diem IV. Decemb. recitatam, ſcripſit. *Anno* nobiliſſimis & piiſſimis parentibus natus ſuaſu avunculi Bambergenſis Eccleſiæ Canonici Clericus effectus eſt, licet pater eum rei militari deſtinaret: *Anno puer*, inquit Anonymus, *non pueriliter aufugiens, ut præmonitus fuerat* (nempe ab avunculo) *inter fruteta ſalicum delituit, donec a prætereunte furtim ſublatus avunculo, in ſchola Babimbergenſium, qui tunc temporis diſciplinæ, religionis ac ſtudii fervore cunctis in Germania præpollebant ſucciduis temporibus magnum Eccleſiæ documentum futurus, ad literas poſitus eſt.* Ubi robur virilis ætatis ingreſſus eſt, Magiſter ſcholarum inibi effectus Henrico Imp. facile innotuit, *a quo in Palatium aſſumtus, brevi apud eum præ omnibus Clericis, qui in foribus Palatii excubabant, primum gratiæ & familiaritatis locum obtinuit.* Denique exactis in Palatio haud multis annis ab eodem Henrico Imp. Colonienſis Epiſcopus dictus eſt.

IX. *Henricus Imp. annum in Italia tranſegit.*

*Henricus Imperator Natalem Domini Goſlariæ celebravit*, inquit Lambertus Schafnaburgenſis de Natali ſuperioris Chriſti anni, a quo præſentem exorditur, verba faciens, *ſtatimque exactis feriis ſolemnibus in Italiam perrexit, vocatus eo legatione Romanorum, qui nunciaverant nimium in Italia contra Rempublicam creſcere opes & Potentiam Godefridi Ducis; & niſi turbatis rebus mature conſuleretur, ipſum quoque regnum propediem ab eo diſſimulato pudore occupandum fore.* Narrata Imperatoris profectione Italica ſubjungit Lambertus: *Deinde anno integro intra Italiam commoratus, cuncta quæ rei utilitas expoſcere videbatur, magnifice pro loco & tempore ordinavit.*

I. Henrici Imp. obitus.

SEquitur annus milleſimus quinquageſimus ſextus Indictione nona, quo Henricus Imp. invitans Victorem Roman. Pontific. in Germaniam, magno Dei beneficio in manibus ejus tradidit Deo ſpiritum tertio Non. Octob. Ita ſcriptores temporis hujus Hermannus & Marianus. Hermannus enim ſic habet: *Henricus Imp. domino Apoſtolico ad ſe tempore autumnali invitato, cum in Saxonia in Bothfeldino commoraretur, morbo ingraveſcente infirmatus, obiit anno ætatis ſuæ* XXXIX. *Regni vero* XVIII. *Imperii* * XV. *Indictione decima* proxime inchoata. Marianus paulo altius res anni hujus lugubres memorans, iſta ait: *Iiſdem temporibus multi diverſarum provinciarum Principes perierunt; fames multas provincias afflixit: egeſtas & penuria undique prævaluit: multa mala tunc temporis facta ſunt. Henricus Imperator his doloribus corde tenus compunctus, infirmari cœpit, & productus uſque ad mortem, ſapienti tamen uſus conſilio, ab omnibus quibus potuit, veniam petens quibuſdam prædia quæ abſtulit, reſtituit: cunctis, qui contra eum culpas damnabiles fecerunt, relaxans. Filium ſuum Henricum Romani Pontificis tunc præſentis, cæterorumque Pontificum & Principum electione Regem conſtituit. His & aliis, prout vitæ poſſibilitas admiſit, bene diſpoſitis, tertio Non. Octob. vitam præſentem finivit, ſepultuſque eſt Spiræ, Papa præſente.* Hæc ipſe.

* X.

II. Viſio oſtenſa Gunthero Cancellario.

Oſtenſam fuiſſe divinitus imminentem ſuper orbem Dei vindictam, Lambertus ſic narrat: Hoc anno *Guntherus tunc temporis Cancellarius Imperatoris, viſionem vidit memoria dignam, Dominum in ſolio majeſtatis ſuæ reſidere, & elevato in altum brachio, diſtrictum gladium magno niſu vibrare & circumſtantibus dicere: Reddam ultionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me, retribuam. Quam viſionem protinus mortalitas ſubſequuta eſt Principum regni. Eaque expleta, vidit eodem rurſus ſchemate Dominum reſidere, & remiſſo jam in vaginam gladio & ſuper genua ſua reclinato, dicere circumſtantibus: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: & ardebit uſque ad inferni noviſſima.* Hactenus Lambertus. Porro viſionem fuiſſe veram declararunt eventa

Qui-

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MXCIV. Anno Hegiræ CCCCXLVIII. inchoato die 21. Mart. fer. 5. A.C. 1056

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6549.

☉ 1. GF. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1056.

VICTORIS II. PAPÆ 2.

HENRICI IV. REG. 1.

MICHAELIS VI. STRAT. IMP. 1.

I. *Moritur Henricus Imp.*

ANum. I. ad XI. Henricus Imp. *de Italia per Bajoariam* rediens, Natalem Domini apud *Turregum* celebravit, *& domino Apoſtolico ad ſe tempore autumnali invitato, cum in Saxonia in Bothfeldino commoraretur, morbo ingraveſcente infirmatus obiit ann. ætatis ſuæ XXXIX. regni vero XVIII. imperii XV.* (legendum, X.) *indictione X.* &c *& filius ejus Henricus quartus VII. ætatis annum habens, pro eo regni jura ſuſcipiens a Primoribus matri Imperatrici educandus eſt commendatus*, inquit Continuator Hermanni Contracti. Baronius num. X. ait, eum in eo falli, quod Henricum IV. hujus nominis Germaniæ Regem ſeptennem fuiſſe aſſerat. Sed cum anno ML. in lucem prodierit, ut ſuo loco vidimus, accurate id ab iſto Continuatore ſcriptum, fallitürque Lambertus Schafnaburgenſis, qui eum V. annorum infantulum appellat. Notat idem Chronographus Henricum Imp. *die natalitio Apoſtolorum Simonis & Judæ, quo ſcilicet die etiam natus fuerat, ſepulturæ traditum.* Marianus vero Scotus habet: *III. Nonas Octob. hanc vitam præſentem finivit, ſepultuſque Spiræ, Papa præſente*, nempe menſe fere ab ejus morte tranſacto. [1] *Cunradus*, inquit Lambertus, *filius Imperatoris Dux Bojoariæ obiit. Ducatum ejus Imperator Imperatrici dedit, privato jure, quoad vellet poſſidendum.* Wippo Presbyter Henrici Capellanus Carmen in laudem ejus ſcripſit, editum a Caniſio Tom. II. Antiq. Lect. ſed nihil in eo Carmine, quo hujus Imperatoris Vita illuſtrari poſſit. Denique Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. Papæ cap. VI. ait: *Tertio Henrico mortuo, quartus ille Henricus Rex, permittente Romano Pontifice Victore, qui tunc morienti præſens erat, hæreditario jure, nimirum puer, ſucceſſit*; ubi Paulus intelligit de jure Succeſſionis ad Imperium Romanum, in qua ſumma erat Pontificis Romani auctoritas. Hæc verba, *hæreditario jure*, eo modo interpretanda ac verba Ditmari lib. 5. pag. 52. quando loquitur de electione Sancti Henrici poſt Ottonis III. mortem, ubi inquit, Primates in Comitiis dixiſſe, *Henricum Chriſti adjutorio, & jure hæreditario regnatu-*

*rum*

NOTÆ [1] MAriano Scoto, quoad diem emortualem Henrici III. congruit Necrologium Abbatiæ Mollenbecanæ apud Schannat Vindem. Lit. tom. I. pag. 141. in quo cum 3. Nonas Octobris ejus Imperatoris obitus illigatur. Quoad Conradum vero Imperatoris filium, cujus obitum Pagius hic collocat, præcedenti anno 1055. diem clauſiſſe omnium Hiſtoricorum conſenſu perſpicuum eſt, & notat Author coævus brevis Chronici Prumiacenſis in Collectione Martenii to. IV. col. 518. ad annum illum 1055. MANSI





Quidnam autem Henricus Imperator peccaverit, ut in eum Dei vindicta ſævierit? interceſſit in primis cauſa illa quod electionem ſibi Romanorum Pontificum (ut vidimus) arrogaſſet, & Epiſcoporum judicia ſibi ſumpſiſſet. Nam & paulo ante Gebehardum Ratiſponenſem Epiſcopum reum majeſtatis detruſit in carcerem. Diſplicere quidem iſta Deo, narrata ſæpe ſuperius exempla teſtantur. Diſplicuit Deo pariter, quod idem peccaſſet in fœminam maxime piam Beatricem, conjugem Godefridi fratris Balduini Comitis Flandriæ, quod ipſa vidua relicta Bonifacii eidem nupſiſſet inconſulto Imperatore; cujus rei cauſa eam captivam in Germaniam perduxiſſet.

III. Sed nec levis illa culpa Cæſaris videri potuit, cum jure regnandi faverit Traſimundo Comiti Theatino, qui ſacrilegio jus Gentium violans, Legatos Apoſtolicæ Sedis Conſtantinopoli redeuntes ſpoliavit. Iſta Imperatorem apud Deum reum conſtituere potuere, ſupplicioque obnoxium reddere. Ipſe enim Deus ultionum Dominus, qui aufert ſpiritum Principum, terribilis apud Reges terræ, Regis (a) Prophetæ oraculo nuntiatur. Nec fuit levis culpæ quod adverſus ſanctum Annonem ſimultatem exercuit, cum tamen ſanctus Epiſcopus ſicut viventem ſemper coluit, ita poſt obitum preces pro ſalute ejus animæ frequentavit, ut ejuſdem ſancti Epiſcopi vitæ Acta teſtantur. In Chronico Caſſinenſis monaſterii antiquitus ſcripto recenſetur prolixa narratio de malorum dæmonum accurſu ad obitum ejuſdem Imperatoris, eumdemque ut ſuum ſibi accuſationibus vendicantium; ſed ab eorum manibus traditur liberatus S. Laurentii martyris interceſſione, cujus cultor propenſior extitiſſet. Porro viſionis certa & explorata fides ibidem ponitur. Hæc de Henrici obitu ſatis.

(a) Pſal. 75.

IV. Antequam autem ad ejuſdem Principis ſucceſſorem filium veniamus, hic recenſenda quæ digna memoria iiſdem Henrici temporibus accidiſſe noſcuntur. Narrat ea qui eſt expertus Petrus Damiani. Hic enim cum monachos eremi cultores ex munere præfecturæ ſibi creditæ inſtitueret, paſſus eſt graſſatores frequentes, qui inter alia fruges cunctas ex ipſorum agris diriperent, & quas ſecum efferre non poſſent, incendio concremarent. Ad ipſos propulſandos cum vires non ſuppeterent, nec monachorum eſſet armis rem agere; legationes in Germaniam iidem miſerunt ad Imperat. a quo auditæ, cum quod petierant, impetraſſent, nihilominus excreſcente adeo perverſorum audacia, nec Imperatoriæ juſſionis habita aliqua ratione; ad cauſam tamdem malorum omnium quæ paterentur, oculos convertentes, admonitione ejuſdem Petri propulſando culpam, conciliato per pœnitentiam numine, ſunt redditi liberi a ſupplicio. Res plane contigit memoria digna, quæ ab eodem Petro ita deſcribitur in epiſtola ad Fratres, præcepti tranſgreſſores, his verbis:

V. B. Virginis ope propulſata calamitas.

*Dicam & aliud, quod in præfato contigit monaſterio Gamugnenſi. Statutum erat, atque jam per triennium fere ſervatum, ut cum horis canonicis quotidie beatæ Mariæ ſemper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gozo, habitu monachus, reprobæ quidem vitæ, ſed dicacis & aculeatæ facundiæ. Hic cæpit conqueri, ſatis ſuperque ſufficere, quod ſanctus præcepit Benedictus, nec novæ adinventionis pondus debere ſuperponi, nec nos eſſe antiquis Patribus ſanctiores, qui videlicet hæc ſuperſtitioſa & ſupervacua judicantes, pſallendi nobis metam, omnemque vivendi regulam præfixerunt. Quid plura? contra Reginam prœliari viſus eſt, & confecit. Ad hoc nimirum Fratres verſuta machinatione pellexit, ut ſolitas beatæ Mariæ laudes ulterius non offerrent. Sed o divinum judicium, a noſtræ pravitatis intuitu non dormitans! Mox enim adverſus præfatum monaſterium tot adverſitatum grandines, tot undique bellorum atque conflictuum exortæ ſunt tempeſtates, ut ipſis quoque monachis minaces gladii necis exitum intentarent. Fiunt undique deprædationes, undique rapinæ, conflagrantur cum ſegetibus areæ familiares, ac ſervi ſancti loci crudeliter trucidantur, & non jam imago mortis, ſed ipſa mors graſſatur, adeo, ut tæderet jam monachos vivere, dum nequaquam poſſent in procinctu certaminis amicum quieti ſuæ profeſſionis officium cuſtodire.*

VI. *Non parvis expenſis ad Teutonum partes Imperator expetitur: pragmaticæ ſanctiones cum titulis advehuntur. Sed tam-*

PAGIUS *rum*, Regnum enim Germanicum & hæreditarium & ſimul electivum erat, eo quo alibi explicavimus modo.

II. *Poſt ejus mortem Auguſta Rebus præfuit.*

Monachus Anonymus in Vita Sancti Annonis Archiep. Colonienſis de Henrici Imp. morte habet: *Eo viam univerſæ carnis ingreſſo, fidei & devotionis affectu, non minus defuncto, quam viventi ſacer Præſul aſſiſtens, jejuniis, vigiliis, orationibus & eleemoſynis, ſpiritualibus videlicet remediis animam divinæ bonitati reconciliare non ceſſavit. Inſtituit præterea annualem ejus memoriam agi Coloniæ, ipſe quandiu vixit, nunquam illius ſpecialiter immemor.* Paulo antea dixerat, in morte ejus *omnis injuſtitiæ frana laxata* eſſe, quia ſcilicet omnia poſtea in pejus ruere. Agnes Imperatrix, penes quam ſumma rerum remanſit, ſcripſit ad Sanctum Hugonem Abbatem Cluniacenſem Epiſtolam Tomo II. Spicilegii pag. 397. recitatam, in qua ait: *Quia velox fama malorum, ut credo, meum vobis dolorem*

*nun-*

*tamdem eſt in omnibus quippe ſtudiis non fructus, ſed labor ſupervacuus. Unde cum ego petitione Fratrum ſæpe pulſarer, quatenus ſequeſter accederem, & ſi poſſibile eſſet, pacis inter eos fœdera continuarem, hac rogantibus voce reſpondi: Chriſtus, inquam, eſt pax noſtra, de quo etiam de Virgine recens nato angelitus dictum eſt: (a) Gloria in excelſis Deo, & in terra pax. Quia ergo Matrem veræ pietatis de ſuo monaſterio projecerunt: dignum eſt, ut inquietis calamitatum, tribulationumque procellis atque turbinibus agitentur. Verum (ne Lectorem diutius protraham) Fratres illi hæc quæ dixeram, non dubiis erumpentibus ſignis vera probantes, in arcto ſiti, tamdem ad cor redeunt, pavimento ſe humiliter ſternunt, ac percepta pœnitentia, numquam ſe de cætero neglecturos ſolita Dei Genitricis præconia, unanimiter pollicentur. Mox itaque (ut fatear) ita poſt coruſcationes atque tonitrua tamdem cæli ſerenitas rediit, ut nunc uſque hodie Fratres jucundæ pacis otio perfruantur, & de Scyllea voragine ſe delatos ad portum, gubernante filio Virginis, gratulentur. Impletum eſt ergo, quod per Prophetam dicitur: Revertimini ad me, & ego revertar ad vos dicit Dominus.* Hæc Petrus. Qui ſicut auctor fuit, ut in monaſterio ſuo officium Dei Genitricis dicendum aſſumeretur, ita ex eodem fonte manaſſe cognoſcitur, ut illud ipſum toto Chriſtiano orbe Occidentalis Eccleſiæ non a monachis tantum & clericis, ſed etiam a laicis, viris atque mulieribus quotidianis penſis perſolvatur, monente Urbano Papa, ut ſuo loco dicemus.

(a) Luc. 2. — Officium B. Virginis reſtitutum.

VII. De uſu diſciplinæ.

Eodem quoque tempore, etſi non eodem auctore Petro, tamen certo propagatore atque adverſus impugnantes propugnatore introductus eſt in Eccleſiam ille laudabilis uſus, ut pœnitentiæ cauſa Fideles verberibus ſeipſos afficerent, flagellis ad hoc paratis idoneis, exemplo beati Dominici Loricati ſibi ſubditi, ſanctiſſimi eremitæ. Teſtatur id quidem ipſe Petrus in epiſtola ad Blancam Comitiſſam, ubi hæc inter alia: (b) *Hujus itaque ſancti ſenis exemplo faciendæ diſciplinæ mos in noſtris partibus inolevit, ut non modo viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inhianter arriperent. Nam & relicta Thetbaldi ſublimis utique generis, & non infimæ dignitatis mihi aliquando retulit, per prætenſam hujus diſciplinæ regulam centum annorum pænitentiam ſe peregiſſe.* Cum (ut idem ait) tria ſcoparum millena conficerent unum annum, ut dictum eſt ſuperius ex ejuſdem Petri epiſtola ad Alexandrum Papam. Sed quod dicit, in nobiles viros ac mulieres uſum illum verberum propagatum: conſtat ipſum etiam ab Henrico Imperatore, de cujus obitu egimus, frequentatum. Nam accipe tantum in tanto Imperatore imitandum exemplum: de eo enim iſta Reginardus habet in rebus geſtis Annonis Archiepiſcopi Colonienſis: (b) *Conſiderans Henricus Imperator nominis majeſtatem longe ſuis præcellere meritis, numquam inſignia regalia ſibi præſumpſit imponere, niſi clam per confeſſionis, ac pænitentiæ, verberum inſuper ſatisfactionem licentiam a quolibet ſacerdotum ſuppliciter mereretur.* Subdit de eodem ſancto Archiepiſcopo, iſtam verberum pœnitentiam ab eodem Imperatore exigente. Ait enim:

(b) Petr. Dam. ep. 4. c. 14. t. 3. Bibl. ſanct.

Henric. II. Imp. ſe verberibus cruciabat.

(c) Reg. in vit. S. An. c. 6. apud Sur. t. 6. die 4. Decembr.

VIII. *Tempore quodam magna imminente feſtivitate, cum pontifices, Duces, Comites & cujuſcumque alius dignitatis & ordinis viri regiam undique properarent ad Curiam, cum & ipſum mos & honor impoſitus trabeatum exigeret procedere, non inſcius ſanctitatis & vitæ probatiſſimæ inter Præſules Annonis (ut ſuæ conſuetudinis ſervaret inſtitutum) ſupplex & pœnitens eum cœpit adire. Mox ſacer Antiſtes auctoritate plenus, tali in negotio Imperialem parvipendens magnificentiam ſicut parcere ſolitus erat inopi & pauperi; ſic opportunitatem adeptus, miſericors ſine miſericordia ſævire cœpit in Principem. Nam vehementiſſimis eum invadens correctionibus, quidquid animo pro juſtitia concitato ſe obtulit, libere & conſtanter effabatur, illumque duriſſimis verberum plagis afflictum non aliter ea die coronatum incedere conſenſit, quam prius manibus ſuis triginta tres argenti libras in pauperes expendiſſet.* Hæc ipſe de Henrico Imp. acquieſcente pœnam verberum accipere imperio ſacerdotum. At vero non defuit, qui hoc ipſo tempore ejuſmodi pium inſtitutum improbaret Petrus quidam cerebroſus homo, adverſus quem extat Petri Damiani epiſtola apologetica in defenſionem inſtituti. Eſt titulus epiſtolæ: *Petro cerebroſo monacho Petrus peccator & monachus in Domino ſalutem: Qui dicaciam eloquentiam putavere &c.*

IX. Quod inſuper ad alios ritus ſpectat, ſuo-

PAGIUS *nunciavit, precor, ut dominum meum, quem diutius in carne ſervare noluiſtis, ſaltem orando cum veſtro Conventu defunctum Deo commendetis; filiumque veſtrum diu ſibi hæredem fore ac Deo dignum obtineatis: & turbas, ſi quæ contra eum in veſtris vicinis partibus regni ſui oriuntur, etiam conſilio ſedare ſtudeatis.* Sed nullæ turbæ ante annum MLXII. in Regno Germanico exortæ. Auctor Vitæ Sancti Annonis non Reginhardus Sigebergenſis Abbas, ut habet Baronius num. VII. ſed Anonymus, qui in Prologo teſtatur ſe eam ejuſdem Abbatis juſſu compoſuiſſe, ut etiam notavit Voſſius de Hiſt. Latin. cap. 46.

A num.



Ritus ab Eccleſia recepti.

ſuorum monachorum & eremitarum inſtitutione ſervari cœptum, ait, quod nos jam videmus ubique in Eccleſia Occidentali receptum, nempe ut feria ſecunda animabus defunctorum liberandis a pœnis, ſacroſancto Miſſarum ſacrificio, fit adſcripta. Feria ſexta pro memoria Dominicæ paſſionis eodem ſacrificio, inſuper jejunio. & verberum afflictione colenda eſſet. Sabbato vero in honorem ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ celebrandum idem incruentum ſacrificium Miſſæ. De quibus omnibus ipſe pluribus agit in epiſtola ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, cujus eſt exordium: *Non ignorare te patior venerande Pater &c.* Extat in codice ſæpius citato ſancti Petri.

Henric. filium commendat Rom. Eccl.

His decurſis, agamus jam de Imperatoris filio, itidem Henrico nominato, quem hoc tempore patris obitus nondum abſolviſſe quintum ætatis annum, certum eſt ex eo, quod Lambertus affirmet eum natum anno ſalutis milleſimo quinquageſimoprimo, quarto Idus Novemb. Unde errare probantur, qui hoc tempore eum ſeptennem, vel octennem fuiſſe tradunt. Porro ipſum pater moriens Romanæ Eccleſiæ commendavit, Victori Papæ illum offerens tunc præſenti. De eo enim Gregorius Septimus hæc habet in epiſtola ad Rudolphum Sueviæ Ducem: (a) *Ipſe Henricus Imp. moriens, Romanæ Eccleſiæ per venerandæ memoriæ Papam Victorem prædictum filium ſuum commendavit.* Verum Agnes Auguſta mater puerum religioſe educare cœpit, ſed cum exceſſit ex ephæbis a matre abſtractus, in tranverſum actus, Romanæ in primis redditus eſt hoſtis Eccleſiæ, cujus ope id argento Victore Pontifice, eidem regnum fuerat ſtabilitum.

(a) Greg. Sep. l. 1. ep. 9.

XI. Conc. Colonienſe.

Plurimum namque contulit ad firmamentum novi Regis admodum pueri præſentia Romani Pontificis, cujus opera collecta Colonienſi Concilio, qui hactenus viſi eſſent hoſtes Imperii Balduinus & Godefridus Flandriæ Comites, conciliati ſunt novo Regi. De hoc enim Concilio hæc Sigebertus: *Coloniæ generali conventu habito, Balduinus, & Godefridus, mediante Papa Victore, ad gratiam Regis, & pacem reducuntur, & omnes bellorum motus ſedantur.* In hac inita concordia redditam fuiſſe Beatricem viro ſuo Godefrido, licet non dicat auctor par eſt credere.

XII. Hoc pariter anno Victor Papa habendum curavit in Gallia Concilium Toloſanum, quod ex codice MS. Moiſſacenſis monaſterii deſcriptum miſit Romam nobilis & R. D. Antonius a S. Sulpitio, Archidiaconus Eccleſiæ Caturcenſis. Ne autem pereat, hic tibi deſcribendum curavimus; ſic ſe habet:

Conc. Toloſanum.

*Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quinquageſimoſexto, Idibus Septembris habita eſt ſancta Synodus decem & octo Epiſcoporum apud urbem Toloſam, juſſu Dom. Papæ Victoris, qui ob funditus extirpandam ſimoniacam hæreſim ac reparandum S. Eccleſiæ ſtatum ſecundum priſcorum ſcita canonum, Vicarios vice ſua direxit Rambaldum Arelatenſem, & Pontium Aquenſem Archiepiſcopos, qui adjuncto ſibi Vuifredo Dei gratia Narbonenſi Archiepiſcopo, aliiſque Coepiſcopis cæterarum urbium, S. Petri auctoritate & prænominati Papæ juſſione, ſanctorum Patrum .... ſequentes, hæc in provinciis Galliæ, atque Hiſpaniæ perpetim obſervanda æſtimaverunt:*

*Si quis Epiſcoporum accepta quocumque modo pecunia ordinaverit Epiſcopum, Abbatem, presbyterum, diaconum, aut quemcumque alium, qui numeratur inter clericos, ipſe gradus ſui ſubjaceat periculo: & qui ſic ordinatur, nullum habeat fructum ex hujuſmodi mercimonio, ſed ſit alienus ejus dignitatis & ordinis, quem per pecunias acquiſivit.*

*Item placuit confirmare ſicut ſcriptum eſt, ut Epiſcopus vel Abbas presbyter ante* XXX. *annos, diaconus vero ante* XXV. *non ordinetur, niſi aut ſtudio ſanctitatis aut ſapientiæ ornati, providentia Epiſcopi ſimul & Cleri promoveantur, & eadem ordinatio ne fiat niſi temporibus ſecundum canones ſtatutis. Aliter quidem irrita fiat ordinatio.*

XIII. *Dedicationes item Eccleſiarum eadem ſancta Synodus per pecunias fieri nullatenus voluit.*

*Item placuit, ut nullus clericus vel monachus, vel alius aliquis pro eis Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel presbyteratum emere præſumat. Sed neque Comes, vel alia ulla poteſtas, eadem vendere, aut* præ-



PAGIUS III. *Varia Concilia provincialia.*

A num. XII. ad XVII. Hoc anno *Idibus Septemb.* Victoris II. Papæ mandato XVIII. Epiſcopi Concilium Toloſæ celebrarunt, cui *Rambaldus* Arelatenſis, & *Pontius* Aquenſis, Archiepiſcopi, Sedis Apoſtolicæ Legati præfuere. Tredecim capitulis a Baronio recitatis ſancita in eo Eccleſiaſtica diſciplina. Meminit Baronius num. XVI. *Concilii Compoſtellani*, in quo præclara pro eadem diſciplina conſtituta, cujus Acta hactenus inedita Em. Card. d' Aguire Tom. III. Conciliorum Hiſpaniæ publicavit. Sed uterque doctiſſimus Cardinalis *Creſconium* Concilii Præſidem non bene appellat *Archiepiſcopum Compoſtellanum*; Creſconius enim alium Epiſcopatum non geſſit, quam *Iriæ*, indeque in Concilio Coyacenſi anno ML. congregato *Epiſcopus Irienſis* nuncupatur, ut videre eſt Tom. IX. Concil. pag. 1064. *Compoſtella* vero nonniſi Calliſto II. ſedente in Metropolim erecta tranſlata ſcilicet Sede Metropo-

*pretium pro eis accipere audeat. Quod ſi quis hoc tranſgreſſus fuerit, niſi reſipuerit, & digne ſatisfecerit, communione privetur.*

*Statuit item ſancta Synodus, ut ſi quis clericorum adipiſcendæ Abbatiæ cauſa monachus effectus fuerit, in Abbatia quidem monachus permaneat, ſed ad ipſum honorem, ad quem ſpirabat, nullatenus accedat. Quod ſi præſumpſerit, excommunicetur.*

*Item decrevit, ut Abbates curam monachorum & monaſteriorum exerceant, & eis victum & veſtitum ſecundum Regulam ſancti Benedicti præbeant, & hoc agentes, proprium eos habere nullatenus permittant. Ipſi vero monachi abſque voluntate Abbatis Præpoſituram aliquam non teneant. Abbas autem, vel monachus, has inſtitutiones corrigentes, a propriis corrigantur Epiſcopis.*

*Placuit quoque presbyteros, diaconos, & reliquos clericos, qui eccleſiaſticos tenuerint honores, abſtinere omnimodis ab uxoribus, vel reliquis mulieribus. Quod ſi non fecerint, honore ſimul & officio priventur, & a propriis Epiſcopis excommunicentur.*

XIV. *Inter hæc quoque placuit noxios diverſorum ſcelerum diverſis ſententiis refrænari. Et quia audivimus quoſdam laicorum nefario auſu res Eccleſiaſticas ſuis uſibus applicuiſſe, & injuſto dominio in ſuum opus retinuiſſe: idcirco omnimodis probibemus, ut nemo laicorum Abbatiam monachorum, vel clericorum Archidiaconatum, neque Præpoſituram vel honorem presbyterii, vel ſacriſtæ, ſeu magiſtri ſcholæ, neque ullos honores ad jus prædictum pertinentes, auſit ſuis uſibus retinere, & ſi fecerit, excomunicationi ſubjaceat.*

*Præcipimus quoque, ut nullus laicorum aliquid ſuſcipere audeat de rebus, aut ſubſtantiis defunctorum, niſi quantum ipſi defuncti adhibitis idoneis teſtibus in vita ſua ordinaverint, aut ſi inteſtati obierint, ad libitum propinquorum hæredum dividantur.*

*Statuimus etiam, ut Eccleſiæ ad ſedem pertinentes, quæ ſolvunt tertium, aut paratam, vel Synodum, ſolito more perſolvant Epiſcopis vel clericis. De iis vero Eccleſiis, quæ non dant tertium, vel paratam, tertia pars decimarum cum primitiis & oblationibus, quæ de cemeteriis & defunctis conſequantur, Epiſcopo & clericis aſſignetur: Simili quoque modo ſtatuimus de Eccleſiis ad monaſteria pertinentibus.*

*Item de Eccleſiis in alodiis laicorum conſtitutis, ut tertia pars decimarum cum primitiis, & presbyterio, & cæteris in poteſtate presbyteri ad ſervitium ipſius Eccleſiæ ſub Epiſcopi, vel clericorum ditione permaneant. Qui autem contrariè ſanctæ matri Eccleſiæ & auferunt & retinent ad ſuum opus alodia, quæ pertinent ad communitates canonicorum, vel monachorum, niſi reſipuerint, & reddiderint ea, prædicto anathemati ſubdantur.* XV.

*Adulteros vero, inceſtuoſos, ac perjuros monemus per Domini obedientiam, & Petri Apoſtolorum principis, & D. Victoris, & noſtram, ut reſipiſcant a vitiis hujuſmodi, & ad dignam ſatisfactionem ſecundum ſtatuta canonum perveniant, & excommunicamus id in futuro fierè nullatenus.*

*Cum hæreticis & cum excommunicatis, ullam participationem vel ſocietatem habentem præcipue excommunicamus, niſi correctionis vel admonitionis cauſa, ut ad Fidem redeant Catholicam. Si qui autem adjuvantes eos defendere conati fuerint, vinculo ſimul excommunicationis cum eis ſubditi permaneant.*

*Quæcumque ſuperius ſcripta* * *tenentur, confirmavit & anathematizavit ſubſcripta S. Synodus præd. congregata temporibus, jubente Papa Victore, regnante Henrico pio Imperatore, ſub venerabili Pontio Toloſano Comite. Quibus quicumque obedire ſtuduerit, Domini benedictione & Apoſtolica repleatur; qui vero contemptor, & inobediens extiterit, Domini judicio perpetualiter ſubjectus ſit. Firmant & conſignant Rambaldus Arelatenſis, & Pontius Aquenſis Archiepiſcopi, vice Papæ Victoris. Conſignat Vuifredus Narbonenſis Dei gratia Archiepiſcopus. Confirmant domini antedicti Epiſcopi, ſcilicet Arnaldus Toloſanus Epiſcopus, Bernardus Biterrenſis, Gontherius Agathenſis, Arnaldus . . . . . . Bernardus Agennenſis, Raimundus Vaſatenſis, Arnaldus Magalonenſis, Elfandus Aptenſis, Petrus Ruthenenſis, Proterius Nemauſenſis, Roſtagnus Lutevenſis, Eraclius Bigorrenſis, Bernardus Convenenſis, Bernardus Coſeranenſis, Arnaldus Elnenſis.* Hactenus Synodus Toloſana.

XVI. Concil. Compoſtellanum. Inſuper hoc eodem anno in Hiſpania celebratum eſt Concilium Compoſtellanum, cui præfuit Creſconius Compoſtellanus Archiepiſcopus: in quo cum fuerint complura præclare conſtituta, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam conſervandam ſpectarent; illud inter alia ſancitum reperitur, ut ſacerdotes omnes, Epiſcopi, atque presbyteri Miſſam quotidie celebrarent. Ut clerici tempore jejunii, & Litaniarum, quoties publica delictorum expiatio indiceretur, cilicio induerentur. Hæc tantum de his ad nos pervenere ex ſchedis Antonii Auguſtini.

XVII. Theodora Imperatrix moritur. Quod ad res Orientales pertinet, hoc eodem anno Indictione nona ad finem declinante (inquit Curopalata) Theodora Auguſta, cum jam imperaſſet annum unum, & menſes novem, inteſtinorum morbo laborans, ex hac vita eximitur, cum jam paullo ante ſuaſione eunuchorum creaſſet Imperatorem Michaelem, cognomento Stratonicum, ætate ſenem, militiæ valde peritum hominem, cui a pueritia aſſueverat, regiminis autem magiſtratuum curialium inexpertum: qui primam exortam tyrannidem Theodoſii filii Monomachi ſuperavit, in ſecunda per Alexium Comnenum commota defecit, quando & Imperio ceſſit, ut ſuo loco dicturi ſumus anno ſequenti quo acciderunt. Michael Stratonicus Imp.

PAGIUS politana ex urbe Emeritenſi, (cujus nihil hodie ſupereſt præter ruinas) in Compoſtellanam. Denique Tom. IX. Concil. extant Excerpta Concilii apud ſanctum Aegidium in Provincia Narbonenſi hoc circiter anno habiti pro confirmanda Treuga Dei, & pace, quæ jam Baluzius ad lib. IV. de Concordia publicarat. [1]

Ad

NOTÆ [1] ALiud pariter concilium celebratum hoc anno Cabilone diſcimus ex Anecdotis Martenii, to. IV. col. 89. Præfuit illi Hildebrandus S. R. E. apocriſarius Epiſcopis, & Archiepiſcopis numero ſimul XI. ſubſcribentibus. In fine vero ſic clauditur carta confirmationis Eccleſiæ de Spinoſa in favorem Canonicorum Romanenſium ibi confirmata: *Anno Incarnat. Dominica, MLVI. Indict. VIIII. epacta I. Henrico Rom. Imperatore II. item Henrico Francorum Rege*, Idibus *Februarii*. Henrici annus mendoſe expreſſus eſt, reliqua cohærent. MANSI



*Ann. Eccl. Tom. XVII.* Q 2 Mil-

PAGIUS IV. *Moritur Theodora Aug.* Ad num. XVIII. Cedrenus de morte Theodoræ Auguſtæ pag. 792. hæc ſcribit: *Cum totam indictionem nonam, ideſt, annum mundi* (ſecundum Cpolitanos) *6564. vixiſſet Theodora, ſub exitum Auguſti menſis, ejuſdem anni, tenuis inteſtini morbo necata eſt.* Paulo poſt: *Declaratus eſt Michaelus Stratioticus Imperator ultima Auguſti die, indictione nona.* De Imperii Theodoræ duratione non loquitur, ſed Zonaras ait, eam imperaſſe annum unum, & menſes novem; quæ ideo Conſtantino Monomacho, cujus dies emortualis incertus, circa initium Decembris anni MLIV. ſucceſſerat.

V. *Ei ſuccedit Michael Stratioticus.* *Videbatur ſane*, inquit Michael Pſellus in Theodora, *omnibus haud decorum Imperium ex virili ſenſu ac præſtantia in muliebrem ſexum degeneraſſe. At ſi quis unum hoc exemiſſet, quod reliquum eſt, rectum evaſerat, magnificumque imperium: ac nemo univerſorum aut ſtruxit inſidias, aut ſprevit quæ inde decreta manabant, ac juſſa. Anni quoque tempeſtates felici cunctis exitu provenerunt. Frugum item fructuumque liberalis copia. Nulla prorſus gentium aut occultis Romanam ditionem graſſationibus ſeu latrociniis infeſtavit, aut bellum induxit. Nulla civium pars alia ab alia diviſa, cum juſta æqualitas cunctis ſervaretur.* Culpat tamen Theodoram Pſellus, quod virum parum idoneum rebus ac judiciis præfecerit; & quod ante mortem, in quem Imperium transferret, non delegerit, ita ut qui circa illam erant, agerent quaſi ſemper victura eſſet. Addit eam novem ante mortem dies *Michaelem Stratioticum*, virum ad Imperium ineptum elegiſſe. Sed de eo anno ſequenti.

VI. *Chriſtiani Hieroſolymam adire prohibiti.* Auctor Anonymus Tranſlationis Sancti Wlfranni Archiepiſcopi Senonenſis, apud Bollandum ad diem XX. Martii, quo Sanctus Antiſtes colitur, hæc refert: *Anno Incarnat. milleſimo quinquageſimo ſexto, Babylonis Rex Hieroſolymam miſit, ſanctumque Sepulcrum ut occluderetur, præcepit, ac ne quiſquam Chriſtianorum in illud ulterius introiret, prohibuit. Quo comperto Chriſtiani, qui ex omni terrarum Orbe illuc confluxerant, triſtati ſunt, & quia devotionis ſuæ deſiderium circa viſitationem ſanctorum locorum ex more non poterant explere, graviter ingemuerunt. Habito deinde cum Patriarcha, qui ſancto loco illi præerat, conſilio, de civitate ne caperentur, maturius exierunt: cupientes antequam res innoteſceret, urbes, per quas redeundi tranſitus erat, ne impedirentur, excedere. Sed cum hujuſmodi præceptum jam longe lateque percrebuiſſe perpenderent, ac per hoc terra illa ſe nullatenus abſque diſcrimine exituros timerent, ad portum, quem vicinius adire potuerunt, gratia effugii, quod in ſolo illis negabatur, velocius diverterunt. Ubi, ut deſiderabant, reperto conſilio navigii mare intraverunt, dato quod ab eis petebatur ſine mora naulo: erant autem numero pluſquam trecenti.* Addit Monachus iſte Anonymus, qui hoc tempore vivebat, cum exorta eſſet tempeſtas, ad Sancti Wlfranni invocationem, eam ſedatam eſſe. Porro hoc tempore, non Calipha Babylonienſis ſeu magni Cairi, ſed Calipha Ægypti, ſeu novi Cairi, cui Syria & Palæſtina parebant, *Hieroſolymæ* præerat, præfuitque uſque ad annum Chriſti MLX. quo, ut dicitur in magno Chronico Arabico MS. urbis Hieroſolymitanæ ad annum Hegiræ CCCCLXIII. inde ejectus fuit a quodam Corazmieno (ſeu Scytha, uno ex Ducibus Caliphæ magni Cairi) qui auctoritatem Caliphæ Ægypti Hieroſolymis abrogavit. Tandem Calipha novi Cairi *Hieroſolyma* anno Hegiræ CCCCLXXXVIII. Chriſti MXCV. recuperavit. Hæc ad majorem intelligentiam Hiſtoriæ belli Hieroſolymitani. *Almoſtali* enim *Beamrilla*, ſeu *Muſtali Billa* Caliphatum Ægypti, ſeu Novi Cairi gerente, Civitas Hieroſolymitana Saracenis erepta, & *Gothofredus* Lotharingiæ Dux, Rex Hieroſolymitanus dictus.

I. Reditus Victoris Pap. in Urbem.

MIlleſimus quinquageſimus ſeptimus annus incipit, decima Indictione currente, quo victor Papa ex Germania rediens Romam pervenit initio Quadrageſimæ: cum Fridericus ille germanus Godefridi ex Cancellario, & Legato Conſtantinopolim Apoſtolicæ Sedis, monachus monaſterii Caſſinenſis, omni metu Imperatoris morte ſolutus, quem ut effugeret, genus illud vitæ ſubierat, Pontificem adiit, & querelas ingeſſit adverſus Traſimundum Comitem Theatinum, qui Legatos redeuntes Conſtantinopoli ſpoliaverat. Quid tunc actum, Leo (a) Oſtienſis ſic breviter narrat: *Fridericus dehinc Imperatoris comperto obitu, Papam jam fiducialiter adiit, & omnia illi quæ Traſimundus egerat, referens, eumdem excommunicari fecit. Traſimundus dehinc Romam profectus abſolutionis cauſa, & omnia ferme, quæ Friderico tulerat, referens; cum id tandem obtinuiſſet, ſuggerente Friderico, ipſo & Humberto, conventus a Papa atque commonitus, caſtrum Friſa, quod uxor ejus ſancto Benedicto conceſſerat, quodque ipſe poſt mortem ejus abſtulerat, reddidit, ac monaſterii juri reſtituit.* Hæc adverſus ſacrilegum Comitem acta ſunt.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 9.

Traſimundus cogitur reſtituere ablata.

II. Quo etiam tempore Petrus Damiani amariori animo, ſed zelo læſæ juſtitiæ exæſtuante, ad eumdem Victorem Pontificem has dediſſe litteras reperitur pro Henrico Epiſcopo ſpoliato, cum ad Sedem Apoſtolicam confugiſſet.

*Domino Victori ſummæ Sedis Antiſtiti Petrus peccator monachus debitam ſervitutem in Chriſto.*

Petrus Dam. agit pro Henrico apud viv. PP.

*Miratur mundus, piiſſime domine, cur huic miſero clementia veſtra tanto tempore non compatitur, & ad ulciſcendum tam cruentæ rapinæ facinus zelo juſtitiæ non movetur. Quamdiu enim terreno ſæculo militavit, ſua omnia bona * naviter & quiete poſſedit: poſtquam vero ſub alas Chriſti confugium petiit, poſtquam Petri ſecutus exemplum, dimiſſis omnibus, ad ſectanda Salvatoris veſtigia properavit, protinus eum crudelis prædo ſuis poſſeſſionibus expulit, & quaſi ſub invalidi defenſoris patrocinium fugientem, bonis omnibus ſpoliavit. Hoc itaque modo non jam Henricus injuriam videtur ſuſtinere, ſed Chriſtus: Chriſtus,* inquam, *veſtri Præſulatus tempore præjudicium patitur; & qui facit judicium omnibus injuriam patientibus ipſe ſibimet in veſtræ diſtrictionis examine juſtitiam non meretur.*

* ſuaviter

III. *Quid enim ſi ipſe te Salvator his conveniat verbis, & has effundat improperando querelas? Ego te, inquit (ut non a principio repetam) de communi clericorum grege ad ſacerdotale faſtigium extuli, & de clientela Epiſcopii ad obtinenda Epiſcopalis officii jura promovi. Ego te quaſi patrem Imperatoris eſſe conſtitui, & cor illius ad gratiam tui præ cunctis pene mortalibus inclinavi. Ego claves totius univerſalis Eccleſiæ meæ tuis manibus tradidi, & ſuper eam te mihi Vicarium poſui, quam proprii ſanguinis effuſione redemi. Et ſi pauca ſunt iſta, etiam monarchias addidi: immo ſublato Rege de medio, totius Romani Imperii vacantis tibi jura permiſi. Ego itaque, qui tibi tanta & talia præ-*

*ſtiti*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6550.

☉ 2. E. ☽ 13. P. 30. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1057.

STEPHANI IX. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 2.

ISAACI COMNENI IMP. 1.

SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MXCV. Anno Hegiræ CCCCXLIX. inchoato die 10. Martii fer. 2. A.C. 1057

I. *Moritur Victor II. PP.*

ANum. I. ad X. *Rex* (ſc. Henricus IV.) *Natalem Domini Ratiſponæ celebravit* (ſc. anno Chriſti ſuperiori) *præſente adhuc Victore Papa, qui exinde compoſitis mediocriter, prout tunc copia erat, regni negotiis, in Italiam regreſſus quinto Kalendas Auguſti migravit* [1] *ad dominum*, inquit Lambertus Schafnaburgenſis in Chronico. Victorem autem II. in Tuſcia ſupremum diem obiiſſe, indicat Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 98. ubi loquens de Friderico in Nativitate Sancti Joannis Caſinenſi Abbate Romæ conſecrato, ait, quod cum Roma egredi pararet: *Repente Bonifacius Albanenſis Epiſcopus ex Tuſcia veniens, Romani Pontificis obitum nunciavit.* Baronius num. IX. aſſerit, eum defunctum *Florentiæ*, ibique ſepultum teſtari Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 8. in fine. Verum eo in loco, non de Victore II. ſed de Stephano IX. ejus ſucceſſore id tradit Leo Oſtienſis. Ex laudatis porro Leonis Oſtienſis verbis liquet, Continuatorem Hermanni Contracti male ſcripſiſſe, Victorem *Romæ* deceſſiſſe. Conſecratus fuerat *Victor II.* die XIII. menſis Aprilis anni MLV. quare cum omnium conſenſu hoc anno mortuus ſit, idque die viceſima octava menſis Julii, ſi ejus Sedis duratio a die conſecrationis repetatur, ſedit annos duos, menſes tres, & dies ſedecim, die ejus

tem-

NOTÆ [1] VIctorem papam hoc anno Romam verſus iter arripuiſſe quadrageſima ineunte, unus, quem ſciam, Annaliſta Saxo Eccardi ad hunc annum indicat. MANSI



*ſtiti, legem, ſive juſtitiam in tuo examine non invenio; atque a tuis tribunalibus deſpectus, & inultus abſcedo. Si ergo te, piiſſime domine, is qui judicaturus es vivos, & mortuos, his verbis impeteret: quid ad hæc tua ſanctitas excuſationis opponeret? quid allegationis, quid defenſionis ad purgandum ſe coram eo, qui argumentatione non fallitur, inveniret? Jam jam itaque zelus faciendæ juſtitiæ ſacratiſſimum veſtræ clementiæ pectus accendat: jam vigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ in ultionem ſe plectendi criminis exerat, & in expoliato homine Chriſtum ſuo juri, contempta impiorum hominum tergiverſatione, reſtituat. Exhibeatur miſero cum ſacerdotali pietate juſtitia: prodeat in perverſum cum regiæ animadverſionis ſeveritate cenſura: quatenus qui tibi tradidit in hominibus poteſtatem, in ſemetipſo experiatur legalis juſtitiæ defenſorem. Parce ori meo, venerabilis pater nec homo hominis humiliter ſuggerentis verba faſtidi: cum & ipſe omnipotens Deus dicat: Venite, & arguite me.* Hæc ad Victorem Pontificem Petrus. Quam epiſtolam accepimus ex Caſſinenſi bibliotheca, opera Conſtantini Cajetani ejuſdem ordinis monachi.

IV. Alia adhuc cauſa tunc detinuit occupatum Victorem Pontificem ex obitu Richerii Abbatis Caſſinenſis, & ſubrogatione præpropere facta Petri in locum ejus, indigne ferentem, nihil ea de re ſe redditum certiorem. Quouſque autem iſta progreſſa ſint, audi Leonem: *Et quoniam (ut ſuperius diximus) eam Abbatis ordinationem indigne tulerat Victor Papa, comperto quod non omnes monachi in eam electionem conſenſiſſent, occaſionem nactus, quaſi minus canonice electus eſſet, mandat ei, ut Romam cum duodecim monachis ad ſe protinus pergat, atque de ſui ordinatione opportunam ſibi rationem reddat. Cumque ut juſſus fuerat Abbas, illum adiiſſet; vix poſt biduum ad illum cum duobus tantum Fratribus ingredi permiſſus eſt. Honorifice tamen ſuſceptus, cum inter loquendum commotionem ſuam interdum Apoſtolicus ſignificaret; redire tamdem ad monaſterium jubetur, ut ibi coram Conventu ſi-ve per ſeipſum, idem Pontifex, ſive per Nuntios ſuos cauſa illa plenius diſcuſſa, demum quid canonicum eſſet, ipſe definiret. Igitur Abbate ad monaſterium regreſſo, non multo poſt ex parte Papæ miſſus eſt Humbertus Epiſcopus, dato illi præcepto, ut diligentiſſime diſcuſſa electionis cauſa, ſi quam forte occaſionem reperiſſet, Abbatem ſine mora deponeret. Qui ſi forte contradicere ulla ratione præſumeret, tam ipſum, quam & fautores omnes Apoſtolica excommunicatione feriret. Ita ad ſubjugandum ſibi monaſterium Papa animum vehementer incenderat, cum nemo ante illum ex Romanis Pontificibus id attentaſſet, ſed electio libera ſemper monachis fuerit, ſola confirmatione ad Papam pertinente.*

Agitur de legitima Petri abbatis Caſſ. electione.

V. *Ipſo itaque ſanctæ Pentecoſtes die prædictus Humbertus Capitulum Fratrum ingreſſus, Apoſtolicam illis benedictionem, ſi ſint obedientiæ filii, nuntiat. Ea die nihil ab eo quæſitum, ſed Paſcha ſolemniter celebrato, ſecunda feria cur veniſſet, aperuit: & quid olim Apoſtolico de illis, illorumque Abbate relatum fuerit, retulit. Se itaque adeſſe, ut rei exploret veritatem. Reſponſum a ſenioribus eſt, Caſſinenſis Abbatis electionem & auctoritate Regulæ, & Apoſtolica conceſſione ad neminem omnino mortalium, præterquam ad monachos ſolos pertinere: liberam auctore Deo domum iſtam, nulli conditioni obnoxiam eſſe. Electionem, quam concorditer fecerant ratam omnimodis atque canonicam, & ex Regulæ præcepto, & auctoritate præcedentium omnium ſummorum Pontificum ſe feciſſe; nulli ambitionum locum aliquem in ea ordinatione fuiſſe. Neminem de ſuis aut honeſtiorem, aut religioſiorem, aut omnino meliorem, quam eligerent, inventum eſſe. Invito illi & renitenti officium impoſitum fuiſſe, omnes unanimiter in ejus electione fuiſſe concordes, ſeditionis conſuetudinem, Dei gratia, in hoc monaſterio nunquam fuiſſe; nullius demum imperio alterum ut recipiant, ſe umquam paſſuros.* Schiſmatis ſemen jacitur, cum etiam Romano Pontifici velint eſſe negatum, eligere poſſe, ſi velit, Caſſinenſem Abbatem: inaudita hactenus in monachis arrogantia. Sed pergit auctor: *Hujuſmo-*

*di-*

PAGIUS emortuali incluſo. Cum itaque nullibi Victori II. ſupra annos & menſes, tribuantur dies XV. vel dies XVI. ſed in tribus ex noſtris Catalogis habeantur dies tredecim, conjicere licet, eum Deceſſoris ſui exemplo a die ſuæ inthronizationis, quæ facta fuerit die XVI. menſis Aprilis, in quam anno MLV. Paſcha incidit, annos ſedis ſuæ dinumeraſſe. Hic non prætereundum quod obſervat Onuphrius in Nota ad Platinam, ubi de Clemente II. verba facit. „ Quatuor ſequentes Pontifices (nempe „ Clemens II. Damaſus II. Leo IX. & Victor II.) viros quidem Sanctiſſimos, optimos, & de Dei Eccleſia bene meritos, ex „ Imperatoris Henrici III. auctoritate creatos, ex horum temporum Scriptoribus, Hermanno Contracto in Chronico, Lamberto „ Schafnaburgenſe in Hiſt. Germanica, Ottone Friſing. lib. VI. cap. XXXIII. & aliis „ probatis Auctoribus conſtat. Unde miror, „ Platinam optimi Pontificis Damaſi II. famam „ ita fœdaſſe. Sed venia dignus eſt: nam alios „ Auctores minus quam par eſſet diligentes, „ hac in re forte eſt ſecutus, *Martinum* dico, & *Galfridum*. Hæc Onuphrius, Vir de Hiſtoria Pontificia optime meritus.

(a) Leo Oſt. l. 2. 96.

*di percepta ratione Epiſcopus tacuit, nihil quod contradiceret, habens. Eo etiam die ita a Capitulo diſceſſum eſt.* (a)

VI. Turbæ excitatæ adverſus legatum Apoſt.

*Interea ex Fratribus, quatuor indigne id ferentes, ſolumque ad Abbatem deponendum Apoſtolicum Nuntium veniſſe putantes, ignaro Abbate, neſcientibus cœteris, imprudenter clam directis nuntiis, omnes terræ hujus habitatores ad arma excitos, die altera, quaſi in Abbatis auxilium evocant. Cum ecce poſtridie a Capitulo cum omni pace ſurgentibus, variis armata telis advenit multitudo frementium, & qui eſſent, qui vellent Abbatem deponere, cum clamore, inquirentium, eoſque perdere cupientium. Quod etiam forte feciſſent, niſi egreſſus ad illos Abbas, vix tamdem eorum ſævitiam, & impetum ratione frænaſſet, adiiciens: Hactenus nemo mihi officium Abbatis auferre potuit, ſed vos hodie veſtra ſtultitia plane mihi illud eripuiſtis. Quod profecto veriſſimum fuit. Nam prædictus Epiſcopus jam jamque recedere, nulla ſuper ejus ordinatione inventa contradictione, parabat. Hac igitur ſola tamdem occaſione reperta, omnes pariter Fratres in Abbatis cubiculum evocat, ac de tanta ſibi, Romanis ſcilicet Nuntiis, ante ipſas Romanorum januas facta injuria queritur. Huic & monachi juncti, ſibi quoque eamdem factam teſtantur injuriam, nolle ſe amplius Abbatem, qui non ſibi, ſed ſæcularibus armis confideret, aſſeverantes. Inde ſimul omnes in Capitulum redeunt. Ubi cœpit Humbertus ſub diſtricti anathematis præcepto perquirere, quinam fuiſſent tantæ ſeditionis auctores. Et cum Abbas, ac cœteri Fratres hujus rei ſe prorſus ignaros conſtanter faterentur, & ille id inquirere omnino perſiſteret; ſurgentes tamdem illi quatuor Fratres, de more monaſterii, terræ humiliter proſtrati, ſe ſolos ignorantibus cœteris, hujus facinoris auctores fuiſſe confeſſi ſunt. Commoti Fratres monaſterii, e clauſtris illos continuo deturbant, & apud hoſpitii domum in graviori culpa eos conſtitui mandant. Abbas interea Humbertum latenter alloquitur: libenter ſe officio ceſſurum pollicetur, dari ſibi locum, ubi decenter poſſit vivere, flagitans.*

VII. Petrus Abb. Caſſin. abdicat ſe.

*Tertia vero poſt hæc die coram cunctis Fratribus in Eccleſiam veniens, ac virgam ſuper altare deponens, officium, & hoc monaſterium deſeruit: poſtridie vero, id eſt feria ſexta poſt Pentecoſten in Capitulum Fratres conveniunt, ac præſidente Humberto, Apoſtolicæ Sedis Legato, cœperunt de eligendo ſui Abbate tractare. Uno igitur tamdem conſenſu parique voluntate Fridericum omnes pariter eligunt, qui tum & nobilitate, & ſapientia magna pollebat, ejuſque monaſterii monachus erat. Id cum Humbertus quoque approbaſſet, ab eo mox Fratribus traditus, ingenti gaudio & exultatione omnium, de more monaſterii, Abbas electus eſt.* Quiſnam autem, quantuſque fuerit iſte Fridericus, idem auctor pluribus declarat: quæ cum nos ſuperius attigerimus, hic repetere prætermittimus. Pergit vero idem auctor poſt pauca in hunc modum: *Poſt decem igitur dies paratis omnibus itineri neceſſariis, ſecum octo Fratribus ſumptis, una cum Epiſcopo Humberto conſecrationis gratia Pontificem in Tuſciam adiit. Super quo dum Papa plurimum exhilaratus eſſet; omnia illi per ordinem quæ geſta eſſent, retulerunt, religionem converſationemque noſtrorum, & loci hujus dignitatem Humberto multum collaudante.*

VIII. Fridericus Abb. Caſſin. Presb. Card. creatus.

*Sabbato itaque jejunii menſis Junii,* Fridericus abbas *presbyter Card. tituli S. Chryſogoni ordinatus, in nativitate demum S. Joannis Abbas conſecratus eſt, atque uſque ad ſancti Apollinaris feſtum cum Apoſtolico ipſo remoratus. Quo etiam tempore privilegium ab eo per manus Humberti accepit, quo tranſlitam ad ſe a Petro Abbatiam ſaniori conſilio idem Apoſtolicus valde collaudans, hanc illi ex majorum uſu Apoſtolica auctoritate affirmavit: uſum quoque illi ſandaliorum, ac cœterorum inſignium, juxta quod ſanctus Papa Leo dudum Abbati Richerio conceſſerat, contulit. In omni præterea Epiſcoporum Principumque conventu ſuperiorem Abbatibus omnibus ſedem, & in conſiliis eorum atque judiciis priorem nihilominus ſui ordinis hominibus ſententiam illi pariter & ejus ſucceſſoribus omnibus Apoſtolica auctoritate firmavit. Quod & ipſe poſtmodum ſimiliter Pontificatus ſui tempore cœnobio huic & per ipſum omnibus deinceps hujus monaſterii Abbatibus canonice promovendis, ſolemni cum privilegio in perpetuum delegando roboravit. In quo etiam præter cœtera, ſeditiones, quas dicunt Levas, ſeu prædationes, quas hic in Abbatis dormitione fieri ſolere compererat, ne ulterius fierent ſeveriſſime interdixit.*

IX. (b) Leo Oſt. l. 2. c. 98. Victoris Pap. obitus.

*Cumque petita remeandi licentia* (b) *Romam veniſſet, Dominica ſequenti apud ſanctum Petrum Miſſam ſolemniter celebrans, magna Romanorum ſtipatus multitudine ad titulum ſuum, de more Cardinalium, cum laude perductus eſt. Inde ad Pallariam, ubi hoſpitabatur, eadem frequentia officii deductus eſt. Ubi cum uſque ad quintam feriam comparandorum ornamentorum cauſa ſubſtitiſſet, paratiſque omnibus Urbe egredi pararet: repente Bonifacius Albanenſis Epiſc. ex Tuſcia veniens, Romani Pontificis obitum nuntiavit.* Defunctum Florentiæ, ibique ſepultum, idem Leo (c) Oſtienſis teſtatur.

(c) Id. l. 3. c. 8. in fin.



Mortuum Victorem Pontificem vigeſimaoctava Julii tradit Lambertus, vacaſſe vero ſedem uſque ad diem ſecundam menſis Auguſti Leo Oſtienſis affirmat. Qui de ſubrogatione ſucceſſoris hæc ſubiicit:

X. *Hoc Fridericus conſternatus nuntio, ſubſtitit, & ita demum frequentari a Romanis tam clericis, quam laicis cœpit. Reliquum itaque diei ejus, & nox integra cum ſequenti die in hujuſmodi peracta conſiliis, rogatus quid facto opus eſſet, quem eligere ad tantum Pontificatum deberent: quinque illis perſonas in his partibus, quæ digniores eſſent, propoſuit, ut ex his quem vellent, eligerent, nempe Humbertum ſanctæ Rufinæ Epiſcopum, Epiſcopum Velitrenſem, Peruſinum, Tuſculanum, & Hildebrandum Eccleſiæ Romanæ* ſubdiaconum. Sed cum Romani neminem ex iis ſibi idoneum videri dicerent, eique hunc apicem largiri ſe velle aſſererent: De me, inquit ille, non poteſtis agere, niſi quod permiſerit Deus: & abſque illius nutu iſtud mihi nec dare, nec auferre poteſtis. Fuere tamen, qui Hildebrandum adhuc apud Tuſciam, ubi fuerat cum Papa, morantem opportune expectandum dicerent: cœteri moras nullas nectendas eſſe judicantes, uno conſilio & voluntate concordi mane ſummo ad Abbatem conveniunt, eumque per vim Pallaria eductum eligendum ad baſilicam S. Petri quæ ad Vincula dicitur, pertrahunt: ubi electione celebrata Stephanum eum (quoniam S. Stephani Papæ nempe die ſecunda Auguſti, celebritas ipſo die agebatur) appellarunt. Sicque lætante Roma ſummis cum laudibus ad Lateranenſe Patriarchium illum deducunt. Die vero altera illuceſcente, Cardinalibus omnibus cum Clero populoque Romano ad eum concurrentibus, apud B. Petri baſilicam ingenti lætitia omnium ſummus univerſaliſque Pontifex conſecratur. Poſt hæc miſſis ad monaſterium Fratribus, duobuſque tantum ſibi ad ſerviendum retentis mandat Præpoſito noſtro, ut cum duodecim monachis, quos ipſe litteris notabat, ad ſe protinus pergat,*

* Archidiaconum

Stephanus X. Papa eligitur.

PAGIUS II. *Stephanus IX. ei ſuccedit.*

A num. X. ad XIV. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 97. narrat, *Fridericum*, paulo antequam Abbas Caſinenſis conſecraretur, a Victore II. creatum fuiſſe Cardinalem Presbyterum Tituli Sancti Chryſogoni, nempe *ſabbato jejunii, menſis Junii*. Tum cap. ſequenti de ejuſdem Friderici in Summum Pontificem electione agit, ut legere eſt apud Baronium num. X. *ubi electione celebrata* (nempe in Baſilica Sancti Petri *Stephanum eum, quoniam S. Stephani Papæ celebritas ipſo die agebatur* (nempe ſecunda die menſis Auguſti) *appellarunt*, &c. *Die vero altera illuceſcente* (ſc. die III. ejuſdem menſis) *Cardinalibus omnibus cum Clero, populoque Romano ad eum concurrentibus, apud Beati Petri Baſilicam ingenti lætitia omnium, Summus, univerſaliſque Pontifex conſecratur*, inquit Leo Oſtienſis. *Stephanus* iſte non decimus hujus nominis, ſed *nonus* appellandus; cum ipſemet in ſuis reſcriptis ita ſe ſe appellarit, & revera tantum ordine nonus inter Stephanos fuerit. Primus omnium Onuphrius, uti jam inſinuavimus, hanc perturbationem in Hiſtoriam Pontificiam induxit, innumeroſque hac in re ſectatores habuit, licet fundamentum, quo innititur, omnes ab ea opinione avertere debuiſſet. Is enim in Notis ad Platinam in Stephano V. ait, hunc VI. dicendum fore, quia *Stephanus* alius, qui triduo tantum vixit, dici deberet hujus nominis II. *non enim plus*, inquit Onuphrius, *vel minus vivendi ratio aliquem verum facit eſſe Pontificem, ſed vera & legitima comitia, quibus Stephanum illum ſecundum renunciatum fuiſſe conſtat*. Verum mores ſui temporis Virum doctiſſimum in errorem impulere. Cum enim videret, ſua ætate, ubi & aliquot antea ſeculis, Pontifices Romanos Sedis ſuæ tempora a die, quo Pontifices electi fuerant, dinumeraſſe, illud ſemper in uſu poſitum fuiſſe inde deduxit; cum tamen eo principio in Pontificia Chronologia nihil falſius ſit. Is itaque vulgaris error impoſterum cavendus.

III. *Stephanus* IX. antea *Junianus Fridericus* appellatus, natione Lotharingus fuit, ac Gozelonis Lotharingiæ Ducis filius. Cum ad aures ejus, ſanctitatis ac prudentiæ Petri Damiani fama, delata fuiſſet, Petrus *ad ſuſcipiendam Epiſcopalem cathedram, tam ab Epiſcopis ceteris, Eccleſiaſticis viris, quam ab ipſo quoque Summo Pontifice compellitur. Qui porro cernentes nil ſuis prorſus cohortationibus, nil precibus proficere, jam ei cœperunt excommunicationis ſententiam, ſi obſtinate reſiſtere ultra decerneret, intentare*, &c. inquit Sanctus Joannes Laudenſis ejus diſcipulus, cap. VI. Vitæ B. Petri, qui addit, eum ex obedientia factum eſſe Epiſcopum Oſtienſem, qui primus erat Cardinalium Epiſcoporum. Verum id anno ſequenti accidit, ut obſervat Henſchenius ad diem XXIII. Februarii, in Commentario prævio ad ejus Vitam num. XXIV. Auguſtinus enim Fortunius Monachus Camaldulenſis in Vita Petri Damiani ſeculo XVI. ſcripta, ait, *Stephanum Pont. Max. Oſtienſem illi copulaviſſe Eccleſiam, ſacrique Collegii decanum feciſſe anno MLVIII. initio Quadrageſimæ, menſe Martio, ſublato quatuor temporum*, & Ciaconius aſſerit, eo die primam Cardinalium creationem contigiſſe ſub Stephano, & cum B. Petro Damiano ſex alios factos Cardinales.

*Petrus Damiani fit Epiſc. Oſtienſis ac Cardinalis.*

IV. *Marſorum Epiſc. a Stephano IX. in priorem ſtatum reſtitutus.*

*Marſorum* Epiſcopatum in duas partes diviſum Stephanus IX. hoc anno in priſtinum ſtatum reſtituit, ut liquet ex ejus literis Tom. IX. Concil. recitatis, & ad Pandulphum Marſicanum Epiſcopum datis: *Unam Marſicanam Eccleſiam*, inquit, *inteſtino & diuturno malo, & plus quam civili, diſcordia ſecularium hominum miſerabiliter diſciſſam, & in duos Epiſcopatus contra Sanctorum Patrum canones a Theophylacto dicto Papa diviſam & poſtea permiſſu magis quam conſenſu, neceſſitate quam utilitate, a Sanctiſſimo prædeceſſore noſtro Leone, ſicut inventa fuit, & omiſſam; eamdemque ſub beata memoria deceſſore noſtro Victore, judicio Generalis Concilii, per divinam gratiam in gremio Baſilicæ Conſtantinianæ aggregatam, quarto decimo Kalendas Maii, indictione decima,*

*gat, ut & de ſe, & de illis communiter conſulant. Profecti omnes, ut juſſerat, poſt dies ferme decem reverſi ſunt:* Hæc Leo Oſtienſis qui proxime hæc cuncta oculis vidiſſe potuit. Quæ autem, ubi creatus eſt Pontifex, Stephanus egerit, ab eodem auctore ſic accipito.

XI. Proficiſcitur Caſſinum Stephanus Papa. *Quatuor itaque menſibus Romæ remoratus, & crebris Synodis Clerum Urbis populumque conveniens, maximeque conjugiis clericorum & ſacerdotum, conſanguineorumque copulationibus tollendis inſiſtens; tamdem in feſtivitate ſancti Andreæ ad monaſterium cum pleriſque Romanis reverſus, uſque ad feſtivitatem ſanctæ Scholaſticæ moratus hic eſt, nempe uſque ad decimam Februarii. Et quoniam vitium proprietatis paulatim a prioribus annis irrepſerat; cœpit omnibus modis inſiſtere, opportune, importune, arguens, obſecrans, increpans, & diſtrictius inhibens, ut prædictum hinc vitium juxta mandatum Regulæ, radicitus velleret. Quod ex parte maxima fecit. Tunc & Ambroſianum cantum in iſta Eccleſia cani omnino interdixit.*

XII. Eligendum curat Abbatem Caſſinenſem. (a) Leo Oſt. l. 3. c. 8. Quemnam autem, ipſo agente, creaverint monachi tunc Abbatem, idem Leo alibi ſic narrat: (c) *Cum vero idem Apoſtolicus poſt menſes ferme quatuor ad monaſterium veniſſet, gravi paulo poſt languore detentus, ad extrema fere perductus eſt. Accerſitis itaque ſenioribus monaſterii, ut quem vellent, Abbatem eligerent, mandat. Sed cum varia primo ſententia eſſet, communi tamdem voto omnes ad expetendum Deſiderium conſpirant, ipſumque ſibi a ſummo Pontifice in patrem conſtitui exorant. Cumque hanc electionem Apoſtolicus quoque valde probaſſet (dudum enim illum tempore ſancti Leonis Papæ cognitum habuerat, ac poſtmodum illi in monaſterio familiariſſimus fuerat) eam ita ſua auctorite confirmavit, ut diceret: Licet multi in eo monaſterio boni ſpiritualeſque eßent viri, magnaque prudentia præditi; neminem tamen ad id onus ſubeundum aptiorem eligere illos potuiße.* His auditis Petrus Damiani ſcripſit tunc ad Deſiderium creatum Abbatem Caſſinenſem epiſtolam, cujus eſt exordium: *Sacra teſtatur hiſtoria &c.* Qua monuit eum, quomodo in ea Abbatis functione ſe gerere debeat, monens inter alia frequenter offerre incruentum ſacrificium. Sed & aliam ad eumdem dedit epiſtolam de fugienda jactantia. Incipit: *Licet ignis circumpoſita quæque corripiat &c.* At ita electionem ſucceſſoris Abbatis Pontifex voluit celebrari, non quidem, ut tunc ipſi viventi Pontifici Abbas electus ſuccederet, ſed poſt obitum ſuum. Voluit enim vivens eſſe ſicut Pontifex, ita Caſſinenſis Abbas, exemplum prædeceſſoris ſecutus, qui cum eſſet Epiſcopus Eiſtetenſis, ipſo vivente neminem voluit ordinari ejus Eccleſiæ Epiſcopum ſucceſſorem. Quæ hæc autem ſecuta ſunt, de legatione Conſtantinopolim adornata, dicturi ſumus ſuo loco anno ſequenti, quo decerni contigit.

XIII. Stephanus Pap. Concil. celebrat. Quod autem Leo dicit ab eodem Pontifice celebrata fuiſſe iſtis quatuor menſibus ſuæ in Urbe commorationis plura Concilia, his interfuiſſe Petrum Damiani, quem liquet hoc anno Romæ fuiſſe præſentem, poſſumus exiſtimare: quem etſi conſtat hoc anno creatum Epiſcopum Cardinalem: tamen cum eſſet tantummodo monachus, nondum Cardinalis, pluribus Synodis interfuit. Conſueviſſe interdum vocari ad Concilia inſignes monachos, plurima exempla declarant; ipſeque in Apologetico, quem ſcripſit de contemptu ſæculi ad Albiſonem & Petrum, hoc teſtatur, dum monet monachos, quantum poſſint, abeſſe, vocatos licet a conventibus ſynodalibus.

XIV. Pet. Judex adverſus apoſtatas. Cæterum etſi adhuc tantum monachus Petrus (ut ipſe aſſerit) in ſynodalibus conventibus refractarios interdum eſt paſſus Epiſcopos, a Romanis Pontificibus probe auditum, ſuſceptumque ſermonem ejus, & uti divinum oraculum obſervandum eſſe propoſitum, Leonis Papæ recitata ſuperius ſcripta ad eum epiſtola docet: ipſeque rurſum in epiſtola ad Giſlerium Auximanum Epiſcopum ſatis oſtendit, dum in conventu ſynodali queſtus adverſus eos, qui monaſtico relicto habitu ad ſæcularem vitam redibant, hæc de his habet: *Nuper autem, cum te corporali valetudine laborante, Romanæ Synodo me intereſſe contingeret, hujuſmodi rei notitiam Domino Papæ ſuggerere congruum judicavi. Ille autem, utpote vir ſanctiſſimus, ſinceriſſime charitatis viſcera, quæ in templo ſui pectoris viget, rem valde perdoluit, & mox congruum immaniſſimo vulneri remedium adhibere curavit. Itaque: quia ad executionem hujus negotii idoneorem in illis partibus virum nequit adſciſcere, ſuas ad te litteras cenſuit deſtinare, quatenus prævaricatores illos tu ſecundum prudentiæ tuæ facundiam convenires, obedire volentes, ad ſuum propoſitum revocares: qui vero rebelles exiſterent, perpetua anathematis ſententia ferirentur.*

PAGIUS *ma, & diviſionem illam unius diœceſeos in duas partes evacuatam, & abdicatam, atque in antiquam ſui ſtatus unionem reformatam, & in perpetuum ipſam, ſicut juſtum fuit, diœceſim unam uni Epiſcopo decretam.* Inde Stephanus IX. *interventu totius ſanctæ Synodi* Pandulpho Marſicanum Epiſcopatum cum omni ſua integritate largitur. In fine Epiſtolæ legitur: *Scriptum per manum .... Notarii & Scrinarii ſanctæ Romanæ Apoſtolicæ ſedis in menſe Decemb. indict. XI. datum in caſtro Caſino V. Idus Decemb. per manus Humberti ſanctæ Eccleſiæ Sylvæ Candidæ Epiſcopi & Bibliothecarii ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, anno primo domini Papæ Stephani IX. indict. XI.* Memorati Concilii Romani ſub Victore II. nulla alibi mentio. Marſorum vero urbs, quæ erat ſub Samnitibus, ubi nunc pars Aprutii ulterioris, juxta lacum Fucinum, jamdiu everſa fuit.



XV. Quanta autem animi conſtantia, oriſque libertate tunc invectus ſit in eadem Synodo in Epiſcopum, qui hujuſmodi favere deſertoribus dicebatur, idem Petrus pergens ita teſtatur: *Domnum autem Guidonem Numanum Epiſcopum in prædicto Concilio reperi. Quia ille, ut noſti incitamenta præbere huic vitio dicebatur (fateor peccatum meum) dure illum cenſurare præſumpſi. Ille nimirum vir dignæ humilitatis & patientiæ, non ſolum ſacris eloquiis, ſed etiam liberalium artium ſtudiis eruditus inſultantem quidem me patienter tulit; objecti vero criminis culpam negando, deteſtando, Dei teſtimonium implorando, diſertiſſime propulſavit. Ultro enim pro me cœpit verborum tela dirigere, qui adverſum me falſo dicebatur eatenus dimicare.* Porro ſynodalem invectivam illam, in Epiſcopum a ſe ſcriptam, ad dictum Auximanum Epiſcopum miſit, ut licet fruſtra adverſus innocentem illum Epiſcopum emiſſa fuiſſet, tamen ut ſic vulgata percuteret ubique noxios prævaricatorum hujuſcemodi defenſores. Incipit: *Cur adverſum te, venerabilis Epiſcope Maure &c.* In fine autem ſe tantum monachum nondum fuiſſe Epiſcopum, ſic perorans oſtendit: *Non te pudeat, errorem tuum minoris fratris redargutione corrigere, cum non ignores Apoſtolorum minimum ipſi Apoſtolorum Principi (a) in faciem reſtitiſſe. Et ſi forte reſpondeas, quia Paulus licet minimus, tamen fuerit Coapoſtolus; ego autem non Coepiſc. audi ſaltem quid Dominus hominibus dicat: (b) Venite,* inquit, *& arguite me. Si ergo Dominus, ut ab hominibus redarguatur, invitat: ſatis dignum eſt, ut homo correptus ab homine, zelum charitatis æquanimiter ferat.* Hæc Petrus. Quibus intelligas, qualis fuerit in Epiſcopos ipſe monachus adhuc, in conventibus ſynodalibus. Quo magis credendum eſt, ad abſterrendos ſuos ab hujuſmodi cupidine monachos, ea recitata ſuperius, quæ ſemel ipſi accidiſſent, in exemplum adduxiſſe.

(a) Gal. 2.
(b) Iſai. 1.

XVI. Quid in concubinarios ſtatutum. Quod rurſum ad Concilia ſub Stephano tam brevi ſpatio temporis celebrata pertinet: in uno ipſorum adverſus clericos concubinarios ſancitum ab eo fuiſſe decretum, ſatis ipſe Petrus ſignificat, dum adverſus eoſdem ad Taurinenſem Epiſcopum ſcribens, ejuſmodi lugubrem de uno ex ipſis hiſtoriam recitat, dicens: *Alio quoque tempore, cum Papa Stephanus, qui zeli Phinees æmulabatur ardorem omnes clericos Romæ, qui poſt interdictum Papæ Leonis incontinentes extiterant, de conventu clericorum, & choro Eccleſiæ præcepiſſet exire; ut quamquam relictis fœminis per pœnitentiæ ſe lamenta corrigerent; tamen quia ſancto viro inobedientes fuerant, & de ſacrario ad tempus exirent, & celebrandæ Miſſæ licentiam de cœtero non ſperarent.*

XVII. Divina ultio in Presbyt. concub. *Juxta canonicam B. Cæciliæ trans Tiberim conſtitutam presbyter habitabat, qui nec feminam ullo modo quieſcebat abiicere, nec umquam poterat hæc ſtatuta niſi vana prorſus & frivola judicare. Quadam itaque die dum incolumis, vegetus, ac robuſtus exiſteret, veſpertinis horis ad quieſcendum ſe in lecto compoſuit: ſed repentina divinæ ultionis animadverſione percuſſus, mane repertus eſt cadaver examine. Illico præfatæ canonicæ religioſus certe conventus duos ad me clericos direxerunt, quid tali deberent mortuo conſulentes. Nos ſi rem recte tenemus, conſilium dedimus, ut eum quidem quia presbyter fuerat, penes Eccleſiam ſepelirent; ſed nullum ei vel hymnorum vel pſalmodiæ officium redderent, quatenus & inceſtis terror accreſceret, & caſtitatis gloria germinantius pullularet, & certe dignus videretur, ut mortuus (juxta (c) Prophetam) ſepulturam poſſideat aſini, qui dum viveret, humana contempſit lege conſtringi, &c.* Hæc Petrus Damiani Romæ tunc ſcribens.

(c) Jer. 22.

XVIII. Petrus Dam. Ep. Card. creatur. Quem abſtractum ab eremo idem Stephanus creavit Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem. Teſtatur id quidem (d) Leo in Chronico Caſſinate: teſtatur id ipſe Petrus in epiſtola ad Nicolaum Papam de dimittendo Epiſcopatu, cum vim ſe paſſum queritur, & vim inferentem ipſum Stephanum Romanum Pontificem ſuum appellat perſecutorem, poſt cujus obitum numquam ceſſavit ipſe Petrus, ut ſe abdicaret Epiſcopatu, Hæc ut melius percipias, accipe verba ipſius, ad eumdem Nicolaum Papam ſcribentis: *Poſt ſanctæ memoriæ domni Stephani veſtri quidem deceſſoris, me autem perſecutoris obitum, ego a me protinus Epiſcopatum non canonice traditum, ſed violenter injectum, funditus abſcidiſſem. Meminiſtis etiam domine mi quot querelas coram vobis ſæpe depoſui, quot gemitus: quot denique profunda ſuſpiria ex imis viſceribus traxi: quotiens etiam uberibus lacrymis triſtia ora rigavi. Verumtamen apud vos tunc non obtinui miſſionem, quia Romanæ Eccleſiæ, quæ ruinam minari videbatur, id utilitas non poſcebat. Nunc au-*

(d) Leo Oſt. l. 2. c. 10.

*autem, &c.* Hæc ipſe eaſdem ſæpe quærelas iterans, in epiſtola præſertim ad Alexandrum Papam electum, & Hildebrandum Archidiaconum, qua ſe invitum & renitentem creatum Cardinalem epiſcopum conteſtatur.

XIX. Petrus Dam. admonet Coepiſcopos Cardinales. Cum autem ipſe Petrus Epiſcopus Cardinalis creatus eſſet, in eminentioris loci ſpecula conſtitutus, cuncta longe lateque luſtrans oculis, plurima, quæ ſibi diſplicerent, corrigenda conſpexit. Quamobrem de his omnibus voluit fratres commonuiſſe collegas, quibus pariter, quales eſſe deceret, formam inſinuat. Scribit autem ad Coepiſcopos Cardinales, quod iidem in Romana Eccleſia præcipue eminerent. Epiſtola ſic ſe habet:

*Venerabilibus in Chriſto ſanctis Epiſcopis, Lateranenſis Eccleſiæ Cardinalibus Petrus indignus intimæ devotionis affectum.*

Quod autem in limine ipſius epiſtolæ titulo hactenus inaudito hæſitantem Lectorem videre videor: hic antequam ipſam reddamus epiſtolam, neceſſitas incumbit, ut quæ eſſet horum temporum

Eccleſ. Rom. forma hujus temporis. Romanæ Eccleſiæ forma, ex ſcripto antiquo Vaticano Codice ſacrorum rituum deſcribamus. Sic enim ſe habet: *Sunt in eccleſia Romana*, Romæ ſcilicet, *quinque Eccleſiæ Patriarchales. Prima eſt Eccleſia Lateranenſis, quæ & Conſtantiniana, & baſilica Salvatoris diverſo nomine nuncupatur.*

*Hæc habet ſeptem Cardinales Epiſcopos, hoſque dictos Epiſcopos collaterales, itemque & hebdomadarios, eo quod ſingulis hebdomadibus per vices expleant munus Pontificis. Epiſcopi Cardinales erant hi Epiſcopus, Oſtienſis, Epiſcopus Portuenſis, Epiſcopus ſanctæ Rufinæ, ſive Silvæcandide, Epiſcopus Albanenſis, Epiſcopus Sabinenſis, Epiſc. Tuſculanus, Epiſcopus Præneſtinus.*

XX. *Alia Patriarchalis eſt ſanctæ Mariæ Major dicta, in qua habet ſeptem Cardinales presbyteros, ſcilicet Cardinalem SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi, S. Cyriaci in Thermis, ſancti Euſebii, ſanctæ Pudentianæ, ſancti Vitalis, ſanctorum Petri & Marcellini, & S. Clementis.*

*Alia Patriarchalis Eccleſia S. Petri, in qua item ſeptem ſunt presbyteri Cardinales, ſcilicet ſanctæ Mariæ trans Tiberim, S. Chryſogoni, ſanctæ Cæciliæ, ſanctæ Anaſtaſiæ, S. Laurentii in Damaſo, ſancti Marci, ſanctorum Martini & Silveſtri.*

*Alia Eccleſia Patriarchalis eſt baſilica ſancti Pauli, in qua ſunt Cardinales ſanctæ Sabinæ, ſanctæ Priſcæ, ſanctæ Balbinæ, ſanctorum Nerei & Achillei, ſancti Sixti, ſancti Marcelli, ſanctæ Suſannæ.*

*Quinta Patriarchalis erat S. Laurentius extra muros, in qua ſunt hi Cardinales, ſanctæ Praxedis, ſancti Petri ad Vincula, S. Laurentii in Lucina, ſanctorum Joannis & Pauli, ſanctorum quatuor Coronatorum, S. Stephani in monte Cœlio S. Quirici.*

*His autem Patriarchalibus Eccleſiis præfecti erant hi, Lateranenſi primus Epiſcopus collateralis, ſanctæ Mariæ Majori Archipresbyter Cardinalis, ſancto Petro Archipresbyter Cardinalis, Eccleſiæ ſancti Pauli Abbas Cardinalis, Eccleſiæ ſancti Laurentii Abbas Cardinalis.*

*Sunt præter titulos Diaconiæ, iiſque præfecti diaconi Cardinales, dicti Regionarii, idemque numero duodecim. Diaconiis Regionariis præfecti item diaconi Palatini ſex: hi præſunt Diaconiis, quæ ſunt ſancta Maria in Dominica, cui præeſt Archidiaconus, ſancta Lucia ad ſeptem Solia, ſancta Maria Nova, ſancti Coſmas & Damianus, ſanctus Hadrianus, ſancti Sergius & Bacchus, ſanctus Theodorus, ſanctus Georgius, ſancta Maria in ſchola Græca, ſancta Maria in Porticu, ſanctus Nicolaus in Carcere, ſanctus Angelus in Foro piſcario, ſanctus Euſtachius, ſancta Maria in Aquiro, ſancta Maria in Via lata, ſancta Agatha in Equo marmoreo, ſancta Lucia in capite Suburræ, ſancti Viti in Macello. Eſt munus diaconorum Regionariorum cantare Evangelium in Stationibus, Palatini cantant Evangelium in Eccleſia Lateranenſi.* XXI.

*Subdiaconi ſunt omnes numero viginti & unus, ſeptem Regionarii, qui Epiſtolas, & Lectiones cantant in Stationibus, ſeptem Palatini, qui idem munus præſtant in Eccleſia Lateranenſi, ſeptem alii, qui dicuntur ſchola Cantorum, qui cantant tantummodo, quando ſummus Pontifex celebrare conſuevit.* XXII.

*Sunt in Urbe Abbatiæ viginti duæ, videlicet ſancti Cæſarii in Palatio, ſancti Gregorii in clivo Scauri, ſanctæ Mariæ in Aventino, ſancti Sabini Epiſcopi, ſanctorum Alexii, & Bonifacii, ſanctorum Priſcæ & Aquilæ, ſancti Sabbæ, ſancti Tiburtii, ſanctorum Coſmæ & Damiani in Vico aureo, ſancti Silveſtri inter duos hortos, ſanctæ Mariæ in Capitolio, ſancti Baſilii juxta Palatium, ſanctæ Agathæ, ſancti Laurentii in Paneperna, ſancti Thomæ juxta forum Claudii, ſancti Blaſii inter Tiberim, & portam S. Petri, ſanctæ Trinitatis Scotorum, S. Valentini juxta Pontem, ſanctæ Mariæ in Capite aureo, ſanctæ Mariæ in Pallaria, ſanctæ Mariæ juxta ſanctum Petrum ad Vincula.*

*Inſuper præter ſæptem collaterales Epiſcopos erant alii Epiſcopi, qui dicuntur ſuffraganei Romani Pontificis, nulli alii* XXIII.

*Pri-*



*Primati, vel Archiepiſcopo ſubiecti, qui frequenter ad Synodos vocarentur. In Campania Tiburtinus, Anagninus, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, Soranus, Fundanus, Cajetanus, Tarracinus. In Marſis ſunt hi, Furconenſis, Marſicanus, Valvenſis, Theatinus, Pennenſis, Aprutinus. In Tuſcia ſunt hi, Nepeſinus, Sutrinus, Civitenſis, Hortanus, Balneoregienſis, Urbevetanus, Viterbienſis, Caſtrenſis, Suanenſis, Cluſinus, Peruſinus, Caſtellanus, Aricinus, Groſtetanus, Volaterrannus, Senenſis, Lucanus, Piſtorienſis, Florentinus, Feſulanus, Lunenſis. In Umbria, & Marchia Spoletum, Aſſiſium, Fulginas, Nucerinus, Eugubinus, Reatinus, Tudertinus, Amerinus, Narnienſis, Interamnenſis, Eſculanus, Firmanus, Camerinenſis, Auximannus, Humanus, Anconitanus, Eſinus, Senogallienſis, Fanenſis, Piſaurienſis, Foroſempronienſis, Callienſis, Urbinas, Ariminenſis, Ferentanus.* Hæc de Eccleſiæ Romanæ hujus temporis ſtatu. Ut non mireris, ſi audis ipſum Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum, primumque Epiſcoporum collateralium præfectum cæteris, ad Coepiſcopos ſibi ordine inferiores ejuſmodi admonitionem conſcribere eo, ut audiſti titulo:

*Venerabilibus in Chriſto ſanctis Epiſcopis Lateranenſis Eccleſiæ Cardinalibus Petrus indignus intimæ devotionis affectum.*

XXIV. Petri Ep. Oſt. ad collaterales Epiſcopos epiſt. *Caſtrenſium ſpecularum, turriumve cuſtodes ut ſe promptius exhibeant intempeſta nocte pervigiles, clamoſas ſibimet invicem ſæpe dirigunt voces; ſic itaque dum alios excitant, ſemetipſos utique ad peragendas excubias vigilantiores ſervant. Ego quoque, qui pro caſtris Eccleſiaſticæ militiæ ſtantium utcumque particeps eſſe coactus ſum, ad vos venerabiles fratres iſta conſcribo, & impolyto ſtylo, quaſi raucis vocibus perſtrepo, non ut vos ſopor deſerat, utpote ſtrenue vigilantes, ſed ut me potius excitem ſub torpore deſidiæ ignobiliter oſcitantem. Sæpe namque melius ipſi diſcimus dum dicimus, & quaſi proprio ore compellimur exequi quod aliis inculcamus, Salomone atteſtante, qui ait (a): Anima laborantis laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum.*

(a) Prov. 16.

XXV. *Videtis itaque, dilectiſſimi, quia totus mundus pronus in malum, per lubrica vitiorum in præceps ruit, & quanto fini ſuo jamjam vicinius appropinquat, tanto graviorum ſuper ſe quotidie criminum moles exaggerat. Eccleſiaſtici ſiquidem genii ubique pene diſciplina negligitur, debita ſacerdotibus reverentia non præbetur, canonicæ ſanctionis ſtatuta calcantur, & ſoli terrenæ inhianter explendæ digna Deo cura ſervitur. In fæderandis porro conjugiis legitimis ordo confunditur, & (o nefas) ab eis in veritate Judaice vivitur, qui ſuperficie tenus Chriſtiano vocabulo palliantur. Enimvero ubi rapinæ deſunt? ubi furta caventur? qui perjuria qui lenocinia, qui ſacrilegia metuunt? qui denique perpetrare quælibet atrociſſima crimina perhorreſcunt? Jamdudum plane virtutum ſtudiis repudium dedimus, omniumque perverſitatum peſtes, velut impetu facto, feraliter emerſerunt. Sed ne tanquam cothurnati tragediam videamur attollere; ſufficiat nobis Apoſtolica dumtaxat ſuper his verba referre. Nam velut prophetiæ depromit oraculum dicens: (b) Hoc autem ſcitote, quod in noviſſimis diebus erunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores, magis quam Dei, habentes quidem ſpeciem ſanctitatis, virtutem autem ejus abnegantes.*

(b) 2. Tim. 3.

XXVI. *Inter hæc ergo tam profunda periclitantis mundi naufragoſa diſcrimina inter tot immane patentes humanæ perditionis voragines unicus & ſingularis portus Romana patet Eccleſia, & (ut ita fatear) pauperculi piſcatoris eſt parata * ſagena, quæ omnes ad ſe ſincere confugientes de procellarum intumeſcentium fluctibus eripit, & in litore ſalutaris quietis exponit. Hinc eſt quod ipſa Eccleſia excellentioribus præ cœteris totius orbis Eccleſiis nititur privilegiis, ſed & myſticis etiam inſtituta atque diſpoſita non ambigitur ſacramentis. Nam ut de pluribus pauca perſtringam, Lateranenſis Eccleſia ſicut Salvatoris eſt inſignita vocabulo, qui nimirum omnium caput eſt electorum; ita mater, & quidam apex ac vertex eſt omnium per orbem Eccleſiarum. Hæc ſeptem Cardinales habet Epiſcopos, quibus ſolis poſt Apoſtolicum ſacroſanctum illud altare licet accedere ac divini cultus myſteria celebrare. In quo nimirum illud (c) Zachariæ continetur evidenter oraculum:* Ecce, inquit, *lapis quem dedi coram Jeſu. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt. Lapis autem iſta illa proculdubio petra eſt, de qua verus Jeſus Petro pollicetur dicens (d): Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Septem igitur oculos habet hæc petra, quia totidem ſancti Spiritus donis ſancta perfulget Eccleſia, quibus nimirum velut candelabrum aureum inextinguibiliter rutilans, ignorantiæ tenebras effugat, & ad contemplandum juſtitiæ ſolem hominum mentes illuſtrat. De quo idem Propheta: (e) Vidi ait & ecce*

* ſagena ſæpe pro navi uſurpatur ab auctore. Prærogativæ Lateranenſ. Eccleſ.

(c) Zach. 3.

(d) Matt. 16.

(e) Zach. 4.





*can-*

*candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud. Quod utique ſacramentum & beatus Joannes in* (a) Apoc. 1. *(a) Apocalypſi ſe didiciſſe non tacuit, cui dictum eſt: Myſterium ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea: ſeptem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum, & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.*

XXVII. *Hæc igitur ad honorem condita ſancti Salvatoris, Eccleſia, culmen, ac ſublimitas totius Chriſtianæ religionis effecta (ut ita dixerim) Eccleſia eſt Eccleſiarum, & ſancta ſanctorum. Habet autem altrinſecus beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli diverſis quidem locis conſtitutas Eccleſias, ſed ſui compage ſacramenti (quia videlicet in quodam meditullio poſita, quaſi caput membris ſupereminet) indifferenter unitas. His itaque tamquam expanſis divinæ miſericordiæ brachiis, ſumma illa & univerſalis Eccleſia omnem ambitum totius orbis amplectitur: omnes qui ſalvari appetunt, in maternæ pietatis gremio confovet, & tuetur. Hac Jeſus ſacerdos, ſummus videlicet Pontifex, arce ſubnixus, totam in orbe terrarum Eccleſiam ſuam in ſacramenti unitate confœderat, ut unus ſacerdos, una merito credatur Eccleſia; unde per Prophetam dicitur* (b) Zach. 6. *(b): Ecce vir, Oriens nomen ejus & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino. Et ipſe conſtruet templum Domino & portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo. Sed quia nobis non eſt propoſitum cuncta figurarum myſteria illius Eccleſiæ comprehendere; hæc aliis conſideranda relinquimus: ad exhortationis vero ſeriem, ſicut inſtituimus, articulum reflectamus.*

XXVIII. Exhortatio ad fratres. *Nos itaque fratres mei (ut & me vobis audenter interſeram) nos inquam, qui tamquam ſeptem ſumus oculi ſuper lapidem unum, qui ſtellarum portamus imaginem; qui Angelorum tenemus per annuntiationis officium, dignitatem, videamus, & ſplendeamus, & verba vitæ populis non ſolum vocibus, ſed & moribus nuntiemus. Sermonem ſi ſiquidem prædicantium lingua quidem nuntiat, ſed vita commendat. Porro, quia ad Lateranenſem palatium a diverſis populis de toto terrarum orbe confluitur; neceſſe eſt, ut ibi præ cæteris uſpiam locis recta ſemper vivendi ſit forma, diſtricta teneatur aſſidue ſub honeſtis moribus diſciplina. Et tamquam ſi jugiter jaceat in fornace moneta, quæ læſis nummis reformet imaginem; ſic in ſacerdotali domo omnem depravatæ vitæ ſuæ debent homines corrigere falſitatem. Quod ſi ipſius monetæ obliterata, vel detrita ſit regula, poſtquam metallis imprimitur, non nummus, ſed paracharaximus invenitur. Non ergo quorumlibet hominum tam noxia eſt, quam pravitas ſacerdotum, dum proponitur ad exemplum. Nam qui dux itineris conſtituitur, ſi ipſe in præcipitium labitur, neceſſe eſt, ut quiſquis ejus veſtigia ſequitur, in ejuſdem ruinæ profunda mergatur.*

XXIX. (c) 1. Tim. 3. *Conſideremus interea, quid ſcilicet hac ſententia prædicator egregius dicat (c): Qui Epiſcopatum, inquit, deſiderat, bonum opus deſiderat. Hic evidenter oſtenditur, nil aliud eſſe Pontificem, quam boni operis ſectatorem. Non enim dixit, bonam dignitatem, vel bonum honorem deſiderat; ſed, Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Ac ſi dicat: Qui ad Epiſcopatum anhelat poſſidendum ſine bono opere, inane vult nomen induere, ſine rei ipſius veritate. Non ergo conſtat Epiſcopatus in turritis gebelinorum, tranſmarinarumve ferarum pileis, non inflammantibus martorum ſubmentalibus roſis, non in bractearum circumfluentium phaleris, non denique in glomeratis conſtipantium militum cuneis, nec in frementibus, ac ſpirantia fræna mandentibus equis; ſed in honeſtate morum, & ſanctarum exercitatione virtutum. Moxque ſubjungit: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Hic tantæ vult eſſe perfectionis Epiſcopum, ut pene extra naturam loquatur Apoſtolus. Quis enim in carne conſtitutus tam caute vivat, tam ſe ſollicite undique circumſpiciat, ut reprehendi aliquando nequeat? Væ his, qui & reprehenſibiliter vivunt, & locum irreprenſibilem vivendi adhuc reprehenſibilius concupiſcunt! Ex his nimirum ſunt, qui obliviſcentes affectum cognationis, & patriæ, ſequuntur caſtra Regum per ignota & barbara regna terrarum. Et ad hoc eos impellit pereuntium ambitio dignitatum, quod extorquere non potuit cœleſtium promiſſio præmiorum. Ut enim non ſint domeſtica facultate contenti, fiunt apud extraneos peregrini: utque ſuper alios vel feram arripiant ferulam, duram ipſi præpoſitis exhibent clientelam. Enimvero facilioris exitus fuerat, ſi pro honoribus venaliter acquirendis pecuniam ſemel appenderent, quam tot laborum, tot preſſurarum moleſtias ſuſtinerent. Nam cum Propheta (d)* (d) Iſai. 33. *de viro juſto dicat: Quia excutit manus ſuas ab omni munere, quis eum a munerum præſtatione defendat, qui & ſeipſum alienæ ſervitutis imperio ſubjugat, & inſuper in diuturnæ expeditionis impenſas facultatum ſuarum lucra profligat?*

XXX. Triplex Simoniæ genus. *Plane prophetica illa ſententia ſic exponitur, ut tria dicantur eſſe munerum genera, ſcilicet munus a manu, munus ab obſequio, munus a lingua. Siquidem munus*



*nus a manu pecunia, munus ab obſequio obedientia ſubjectionis; munus a lingua favor adulationis. Et cum ab unoquoque horum manus excutiendas Propheta denuntiet; omnibus his manus implicaſſe convincitur, qui nanciſcendæ dignitatis ambitu poteſtatum ſublimium caſtra ſectatur. Nam dum in vehiculis acquirendis, diverſorumque ſumptuum apparatibus non modica ſumma profunditur, hic proculdubio datæ pecuniæ obnoxius invenitur: qui etiam nulli dubium, quin ei & obſequium præbeat, cui factus aſſecla, ſub tanto laboris & itineris faſce deſudat. Poſtremo dum domino ſuo blandiri, ejuſque voluntati congruere per omnia nititur, ſæpe ipſi quibuſdam adulationis favoribus aſſentatur. Porro autem quiſquis in dandis, accipiendiſve dignitatibus eccleſiaſticis una dumtaxat earum, quæ prædictæ ſunt, peſte corripitur, ſimoniacæ hæreſeos teneri crimine judicatur. Quam ergo ſui afferent excuſationem, qui licet verbis non contraxerint venalis pacta commercii; operatione tamen non uno, ſed omnibus his probantur laqueis irretiti? Verumtamen jactant ſe, & eo gloriantur innoxios, quia nullam talenti ſummam pro ſuſcipiendis honoribus ſe pepigere daturos. Sed dic mihi o clerice, quiſquis es, ſi redempto quolibet aureo vaſe, vel prædio diſtractor exigeret, ut retenti apud te vice pretii hujuſmodi ſibi ſedulitatis impendium exhiberes: numquid non poſtmodum conſtanter aſſereres, te quod acceptum eſt, juſto pretio comparaſſe? non videlicet, quia pecuniam perſolviſti, ſed quia ſervitium præbuiſti. Diceres enim, & non hoc fortaſſis impudenter aſtrueres, charius emi, dum tanto me labore vexare, dum toties facultatum mearum ſumptus expenderem, quam ſi ſemel præfixe quantitatis pecuniam numerarem. Nequaquam ergo ſibi innocentiam ſpondeant, & a ſimoniacæ hæreſeos maculis ſe mundos eſſe confidant, qui licet metalla vibrantia non appendunt, pretium tamen pro ſuſcipiendis honoribus per ſubjectionis ei obſequium quædam quaſi talenta perſolvunt. Hæc adverſus eos dicta ſufficiant, qui negant ſe venalis reos eſſe commercii, dum tamen fuerint pro dominationis ambitu dura diu ſervitute gravati.*

XXXI. *Vos autem dilectiſſimi, quibus hæc & alia prava datum eſt ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate corrigere, voſmetipſos cæteris non modo Fidelibus, ſed & ſacerdotibus quandam vivendi regula exhibete. In vita noſtra legatur, quid agi, quid vitari conveniat. Ex labiis noſtris verba otioſa non effluant: ſacerdotalem linguam diſcreti ſilentii cenſura compeſcat; non joci ſolvant; non pectus noſtrum lætitia immoderata concutiat; puerilis ludus abſcedat; mordax* eloquentia, *urbana dicacitas evaneſcat: caveantur ſcurrilia verba; nec aliquando miſceantur fabuloſa colloquia. Quomodo enim ex ore ſacerdotis oratio ad Deum munda dirigitur, quod videlicet proprii ſermonis ſordibus inquinatur? Aut quomodo inter Deum, & homines lingua mediatrix efficitur, quæ iram Judicis ex proprio reatu & ipſa meretur? Incaſſum quippe reus ſupplicationibus utitur, cum interceſſor ipſe culpabilis invenitur. Mementote quod ſacerdotibus dicitur: (b) Vos eſtis ſal* (a) Matt. 5. *terræ. Sed ſicut Veritas dicit: Si ſal evanuerit, in quo condietur. Exiguo quippe ſale multa dulceſcunt, condiuntur ad eſum ſcilicet, & parvo ſacerdotum numero totius Chriſtianæ plebis eruditur, & inſtruitur multitudo. Sicut enim Epiſcopi duodecim Apoſtolorum noſcuntur obtinere primatum; ita & ſacerdotes Eccleſiæ ſeptuaginta Diſcipulorum ordinem repræſentant. Quod profecto manſio illa Iſraelitici populi in Elim, (c) figurate* (b) Exod. 15. *deſignat. Ibi nimirum duodecim profluebant Apoſtolici fontes, qui divini verbi imbribus arentia hominum corda perfunderent: ibi ſeptuaginta virebant palmæ, totidem videlicet Diſcipuli, qui mundo diabolicæ tyrannidis ſervitute depreſſo, victoriæ Chriſti palmas inferrent. Illi ſiquidem fontes palmarum arbores irrigant, qui e ſacri Pontificis verbis effluunt, unde cæteri ſacerdotes Eccleſiæ in ſpe cœleſtium præmiorum ſine ceſſatione vireſcunt: qui nimirum decuplato ſeptemnario numero hoc ſignificare videntur, ut per ſeptiformis gratiæ Spiritum legis Decalogus impleatur.*

XXXII. *Quod igitur, dilectiſſimi, non modo ſacerdotes, ſed ſacerdotum nos decet eſſe mag ſt os, neceſſe eſt, ut vita noſtra quaſi quædam ſit linea, & velut adamantis ſignaculum, quod vivendi cæteris adhibeat formam. Adamantinum quippe ſigillum ſuam cæteris imprimit, a nullis vero metallis imaginem ſumit. Cum igitur ex diverſis mundi partibus adventantium nobis ingruit multitudo, cum multimodæ conſperſionis homines obſtrepunt, cum morigerari ſibi quiſque nos importune compellunt; vultus noſter ſemper idem: ſic feſtiva quadam ſerenitate reſplendeat, ne, quod abſit, in aliquo levitas puerilis erumpat: ſic ſacerdotalem vultum gravitas matura componat, ne rigorem nimium intuentium infirmitas perhorreſcat: ſic alios hilaritatis noſtræ dulcedo demulceat, ut ſeveritas noſtra ſeſe in petulantiam, vel laſciviam non reſolvat. Ridere quis, vel leviter loqui incipiens, ſi nos repente conſpexerit, verbum ſupprimat, ori digitum ſuperponat, territus obmuteſcat. Sic, ſic videlicet cum Petro claves Eccleſiæ, merito facti participes obti-*

*obtinebimus, dum noſmetipſos certam vivendi formam, atque ſignaculum cæteris Fidelibus exhibemus.* Hucuſque Petri Damiani ad collegas epiſtola, atque familiaris admonitio. Qui enim invitus, nolenſque penitus ad eam (ut audiſti) dignitatem fuit ex eremiticæ vitæ rigore perductus: ad eam, cui aſſueverat, diſciplinæ monaſticæ ſeveritatem optavit transformare collegas, ne vel otioſum verbum riſumque levem ipſi ore proferrent. Cum vero iſta non ita ex ſententia ſibi ſuccedere intelligeret; cœpit ejuſcemodi vitæ generis tædere, & de reditu ad eremum volvere ſecum ſæpe conſilia. Sed quod dum viveret, qui eum creaverat Cardinalem, id ſibi non licere cognovit, ad aliud tempus conceptum mente propoſitum diſtulit. Quando autem id contigerit, ſuis locis dicturi ſumus.

XXXIII. Stephani Pap. ep. ad Willelmum Archiep. Rhemenſ.

Porro hoc eodem anno ad recens creatum Romanum Pontificem Stephanum, cum Willelmus Archiepiſcopus Rhemenſis epiſtolam ſcripſiſſet officii plenam, qua ipſi omne ſtudium pollicitus, fidelem in omnibus ſe fore Eccleſiæ Romanæ ſpopondit: ad eum iſta reſcripſit idem Stephanus Papa:

*Stephanus* **Epiſcopus** *ſervus ſervorum Dei Villelmo Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Promotioni noſtræ, ſicut nobis ſcripſiſti, non ambigimus te gratulari; amicitiam quoque ſinceram & volumus & optamus inter nos fore perpetuam. Porro obedientiam, fidelitatemque, quam nobis polliceris te integerrime ſervaturum, ſi ut debes, & ut te decet, ſervaveris, facis, quod faciendum optime ſcis, quod principalem & communem matrem, non modo nos, revereris in nobis. De Concilio autem Rhemis habendo quid aliud dicendum, niſi quod beatæ memoriæ domnus Victor Dei judicio hinc eſt raptus, & quod tu, ſicut inter nos convenit, non remandaſti, an in hoc eſſet, Regis conſenſus. Sed & de Bituricenſi Archiepiſcopo, quia dilectus filius noſter Hildebrandus, cui illius cauſa maxime nota eſt, abeſt, hoc tantum reſpondemus, quod eo revertente, & te cum illo ad nos veniente, tam ex hoc, quam ex aliis Eccleſiaſticis negotiis tuum conſilium habebimus. Ne deficias, aut frangaris, ſi adverſarios pro fidelitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, immo pro ſanctorum canonum defenſione pateris, ſciens ſecundum Apoſtolum, quod in hoc poſitus ſis. Auxilium enim noſtrum, & conſilium tibi pro juſtitia agonizanti tempore noſtri Pontificatus, ad quem nullo meo merito videor aſſumptus, non deerit: & ſecundum quod oras, orabimus Dominum Jeſum, ne a bono propoſito aliquando decidas. Cæterum Romæ quinto die poſt ſanctum Paſcha Synodum celebraturi, tuam fraternitatem cum Suffraganeis ejus volumus, & auctoritate Apoſtolica jubemus intereſſe, abſque inevitabili neceſſitate.* Hucuſque Stephani Papæ epiſtola, quam excripſimus ex Papirio Maſſono, qui primus eam ex antiquis membranis in lucem dedit.

Hoc eodem anno in Hiſpania vir ſanctitate celebris, Enocho nomine, ex hac vita migravit, cujus præclara eſt memoria in Eccleſia Burgenſi, penes quam res ab eo laudabiliter geſtæ ſunt notiores.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno menſe Septembri, Michael Imperator cum ſe abdicaſſet, locum præbuit Iſacio Comneno tyranno, qui nullo jure, ſed violenter Imperium invaſerat. Patriarcha eidem favente, ſecreto primum, deinde publice etiam id perficere, laborante. Erat iſte Michael Ce- XXXIV. Michael. Imp. ſe abdicat.

PAGIUS V. *Cedrenus Hiſtoriam ſuam abſolvit.*

Ad num. **XXXIV.** & ſeqq. *Michael Straticticus* hoc anno imperio depoſitus, & *Iſaacus Comnenus* in locum ejus ſubrogatus. Hæc de conjuratis Cedrenus: *Omnium conſenſu Iſaacium Comnenum Imperatorem ſalutant, die octavo Junii menſis, indictione X. anno mundi 6565.* eræ nempe mundanæ Conſtantinopolitanæ. Pluribus interjectis Cedrenus his verbis Compendium Hiſtoriarum ſuarum claudit: *Sub veſperam venit etiam Comnenus, & Palatium ingreditur. Poſtridie, quod fuit Kalendis Septembris indictionis undecimæ, anni ab origine mundi 6566. publica proceſſione in Magnum Templum ivit, atque ibi ſupra ſuggeſtum Patriarchæ* (ſc. Cerularii) *manu redimitus Imperatorio diademate, Romanorum Imperator pronunciatur.* Quouſque Cedreni Compendium nunc pertingit, eo uſque perducta fuit prima editio Compendii Hiſtorici *Joannis Scylitzæ*, quam *Cedrenus* plagiarius inſignis in ſuum Hiſtoriarum Compendium verbotenus tranſcripſit. Poſtquam vero idem Scylitzes ex Protoveſtiario & magno Drungario factus eſt *Curopalata*, ſecundam Compendii ſui Hiſtorici editionem publicavit, quam Hiſtoria ſuorum temporum auxit, ab imperio *Iſaaci Comneni*, hoc eſt ab anno MLVII. uſque ad annum MLXXXI. quo *Alexius Comnenus* abdicato Nicephoro, Botoniatæ in Imperio ſucceſſit. *Scylitzes* vero ab ea, quam geſſit Curopalatæ dignitate, vulgo *Curopalates* aut *Curopalata* cognominatus.

VI. *Michael Stratioticus Imp. dejicitur.*

Sed redeo ad Michaelem Stratioticum, *Michaelius*, inquit Michael Pſellus in Hiſtoria adhuc inedita, vir ambitioſus inæquali munerum militarium diſtributione ſtatim milites a ſe alienavit: his enim auditis, illi ejuſque ordinis quotquot Tribuni Duceſque erant ac præcipui, Byzantium veniunt, ut & illi paria aut etiam majora conſequantur. Cum autem par eſſet ſingulos ſeorſim accipere, Imperatorioſque ac munificos auſpicari ſermones: contra ille cunctis primum imbellem animum exprobrat. *Horum omnium legationem obibat Iſaacius Comnenus. (Erat vero is Comnenus Coloniæ natus) omni injuriarum atrocitate compluit, utpote qui vix non Antiochiam perdidiſſet, & copias diſſolviſſet; ac quidem nihil ſtrenui ac Imperatorii facinoris edidiſſet, multorum vero pecunias conflaſſet, & magiſtratum quem gerebat, non inclytæ gloriæ, ſed inſatiabilis avaritiæ argumentum feciſſet. In his obriguit ille repentino ſtupore, ac cum meliora expectans contrariis per ſummam injuriam acceptus eſſet: cumque milites ſatisfactionem pro illo offerrent, Imperator his quoque linguam inhibuit, alioſque ſprevit: cum par eſſet, ut Iſacium omni præconio, honoreque exciperet: ille contra lenioris etiam animi nutum omnem negavit. Hæc prima plaga militibus fuit, & inſidiarum in illum occaſio.*



rularius, de quo multa ſuperius, quem tradit Joannes Curopalata ſimulaſſe invitum conſentire Iſacio tyrannice invadenti Imperium, cum vocatus ab eo, ire nullatenus voluiſſet. Verum ut exitus comprobavit, volens libenſque omni conatu laboravit tyranno Imperium ſtabilire, cooperante eadem cum illo, qui tunc aderat, Theodoro Antiochiæ Patriarcha, qui nuper Petro defuncto ſucceſſerat. Qui igitur nolle aſſentiri tyranno primum videri voluit Michael Cerularius, idem (inquit Curopalata) non ſolum particeps, ſed cognitus eſt etiam ejus rebellionis auctor & princeps. Qui & miſit Legatos Metropolitas ad Imperatorem, qui ſuaderent ei Imperio cedere, ad propriaſque ædes ſecedere. Quodnam tunc idem Michael Imperator egregiæ pietatis ſpecimen dederit, ex eodem Joanne Curopalata rem accipe: Sic enim ait: *cum vero ſenex ipſe Imperator Michael miſſos ad ſe Metropolitas interrogaſſet. Et quid pro Imperio tradit Patriarcha? & illi reſpondiſſent; cœleſte regnum: ſtatim depoſita purpura, & cocco tinctis calceamentis, veſte privata indutus deſcendit.* Sed derogat nonnihil tanto operi pietatis Curopalata, cum iſta mox ſubdit: *Hoc autem*, inquit, *prorſus vere accidiſſet, ut & ipſe cupiebat, & Metropolitæ pollicebantur, ſi ſimulatque rebellari cœptum eſt, relicta Regia abiiſſet. Verum cum uſque ad bellum permanſerit, & tantam ſuæ gentis cladem videre ſuſtinuerit, deinde fractus, & compulſus a civibus, atque invitus Imperio cedens: non ſatis mihi certum, an pro terreno Imperio ſit mercedem cœleſtem accepturus. Verum hæc ut Deo placuerit, fient.* Iſta Curopalata, ſed quæ nulla ſubnixa ratione ſubſiſtant.

Si enim cuique invadenti Imperium, tyranno cædere æquum ſit, & præmio æterno dignum: quæ ulterius cujuſlibet Imperii firmitas eſſe poterit, ad cujus defenſionem gladium ei Deus dederit in vindictam malefactorum, ut (a) Apoſtolus ait? Non iſta docent ſacræ leges, neque monent exempla: cum nullus fuerit hactenus Chriſtianiſſimorum Imperatorum, qui præ cæteris in Eccleſia laudem meruerint, qui non adverſus inſurgentes tyrannos totis viribus ſe objecerint. Meruit laudem & a Deo primum Michael reſiſtendo, ut decebat legitime a Deo conſtitutum Imperatorem: meruit & laudem cedendo, a ſacerdotibus promiſſione oblata regni cœleſtis, qui in domum ſuam ſe contulit die ultima menſis Auguſti, hac decima indictione. Cum inchoante menſe Septembri Iſacius Comnenus ab ipſo Patriarcha ſolemni ritu coronatus eſt Imperator, virga (b) Aſſur, quæ in primis promotorem ſuum Patriarcham, malorum omnium architectum abigeret. Sed de his anno ſequenti. Sic tyrannice ubi Imperium adeptus eſt, vitio illi a Curopalata adſcribitur, quod in nummis ſignum exprimi illud voluit, quo ſignificaret, ſua ſe fortitudine, non divina gratia eſſe conſecutum. Im- XXXV.

(a) 1. Pet. 2.

Iſacius Comnenus Imp.

(b) Iſai. 10.

PAGIUS VII. *Iſaacius Comnenus fit Imper.*

Tandem Comnenus caput rebellionis eligitur, qui acie diligenter inſtructa jam prope Urbem venit. Imperator Pſellum Legatum ad eum miſit, *ut qua præditus eſſet facundia, arteque Sophiſtica, illius emolliret animum, ut ſe ad eum transferret.* Comnenus Legatos quidem humaniſſime excepit; ſed quæcumque ii egerunt ad fucum Comneno faciendum nihil præſtiterunt. Interim venere, qui Pſello nuncium attulerint, *ejectum ſolio Regali Imperatorem nonnullorum Senatorii ordinis inſidiis & factione, qui & habitum mutare, & ad divinæ ſapientiæ ſacram ædem confugere eum coegiſſent.* Paulo poſt ſubjungit Pſellus de ſe ipſo, ut antea, loquens: *In his omnino concuſſi ſumus, atque in unum convenientes, alii alios ſciſcitabamur, num hæc vera eſſent? Ac vero, cujus erat primum tentorium, verum eſſe rumorem ajebat. Jam enim præſto illi eſſe ex civitate ſervorum unum, virum ſolertiſſimum, honeſtiſſimumque, qui cuncta clare nunciaverit, nempe ſeditioſos quoſdam ac turbulentos (cujuſmodi nos ipſi ſcimus Senatorio Ordini inſertos). Hos itaque ajebat, turbata civitate, cunctis rebus confuſis, atque his, qui ſedatioris animi eſſent, comminutos eſſe incendia, aliaque pericula intra divinum divinæ ſapientiæ ſeptum, atque adyta temere invadentes, exindeque Patriarcham nullo negotio deducentes chori caput, ac Ducem ſuum feciſſe; altoque ſublato atque producto ululatu, Imperatori quidem dira comprecatos eſſe, omnemque in eum maledicam vocem miſiſſe: Iſaacium autem fauſtis ominibus atque vocibus proſecutos eſſe, ut qui ſolus imperio ex majeſtate poſſet præeſſe.* Venit itaque in Urbem Iſaacius, ubi effuſo omni populo magnifice acceptus eſt, *Anocheretis ipſis, & Stylitis* Imperatorium ingreſſum pompamque miraculo complentibus. Porro Iſaacius Pſellum *Præſidem*, ideſt, Principem Senatus renunciavit. *Imperator quidem Michaelius ſenior per anni circulum in imperio verſatus, inde depoſitus eſt; breveque aliquod tempus privati habitu ſuperſtes vitam cum morte commutavit.* Hæc Pſellus ipſe.

VIII. *S. Eduardus Angl. Rex de ſucceſſore cogitat.*

*Edoardus* Edmundi Regis filius, cognomento *Exulex*, qui hactenus extorris in Hungaria vixerat, hoc tandem anno in Angliam venit, a Sancto Edoardo Rege, ut ſupra diximus, vocatus: annum notarunt Ingulphus hujus temporis Scriptor, & Hovedenus, qui ultimus ſcribit: *Anno MLVII Clito Edvardus* (ita Regum filii in Anglia vocati, ut videre eſt in Gloſ-

Imperium: Statim, inquit, *regio numiſmate Spataphorus imprimitur, non omnia accepta Deo referens, ſed propriæ virtuti, & rei militaris peritiæ.* Illud autem laude dignum tunc præſtitiſſe ſubiicit, quod Eccleſiam in priſtinam vendicaverit libertatem, ſic inquiens:

XXXVI. Revocata libertas eccleſiaſtica.

*Magnæ Eccleſiæ permiſit ſacras ſuas res adminiſtrare, interdicta prorſus ejus adminiſtratione Imperio, ita ut neque ad obeunda ſacra munera, neque ad habendam ſacri theſauri rationem aliquis ab Imperatore delectus præeſſet; verum a Patriarchæ poteſtate omnia dependerent, & perſonarum delectus, & rerum adminiſtratio.* Hæc Curopalata: ex quibus ejuſdem Eccleſiæ priſtinam ſervitutem, atque dejectionem conſidera, qua cæteras Eccleſias minime relaxavit, ſed ſtrinxit magis.

XXXVII Quæ debeant a vicis Ep. exigere.

Ad cohibendam autem avaritiam Epiſcoporum ejuſmodi promulgavit ſanctionem (a): *Majeſtas mea ſanxit, ut tam in ordinatione ſacerdotum, quam in canonico antiqua ſanctio vigorem obtineat. Neve quid amplius in ordinatione capiat Epiſcopus, qui ſacerdotem ordinat, præter ſeptem nummos aureos præſtantioris monetæ majeſtatis meæ: videlicet unum, quando eum ſimplicem Papam ſive Lectorem facit: tres quando diaconum ordinat, & alios tres, quando ſacerdotem. Similiter nomine canonici a vico habente triginta fumaria, ſimilis nummus aureus unus exigatur, argentei duo, aries unus, hordei modii ſex, vini menſuræ ſex, farinæ modii ſex, triginta gallinæ. Ab eo qui fumaria viginti habet, tres aurei, pro duobus argenteis argenteus unus * agnus dimidiatus, ordei modii quatuor, vini menſuræ quatuor, farinæ modii quatuor, gallinæ viginti. A vico denique decem habente fumaria, quinque argentei, agnus unus, hordei modii duo, vini menſuræ duæ, farinæ modi duo, gallinæ decem: quemadmodum in veterum exactorum ſigillis hæc præſcripta ſunt, & majeſtati meæ conſentiens, omnium depoſitio provincialium probavit.* Iſta Iſacius.

(a) Novel. Imp. l. 2.

* aries

XXXVIII Iſacius vendicat Fiſco poſſeſſiones monaſteriorum.

Qui aliam Conſtitutionem edidit, quæ exulat ab Orientalis juris corpore, qua omnia monaſteriorum bona addixit Fiſco, relicta tantummodo ſtipe Deo ſervientium monachorum. De qua quidem meminit verbis iſtis Curopalata: *Quibuſdam etiam monaſteriis multas poſſeſſiones ademit, & relictis monachis idoneis ſumptibus ad victum, quos computari juſſerat; id quod ſupererat, publico vendicavit. Rem iis qui inconſiderate judicabant, dicentibus ex prompta impietate, & iniquitate ad ſacrilegium profectam; ſed nihil abſurdi perficiendo committere aliis viſus qui illam graviter conſiderarent, atque ſpiritualiter, ut ajunt, ut quæ ad paupertatem eos, qui ipſam profeſſi eſſent, adduceret, & Sybariticas epulas ac delicias auferret; neque tamen iis, quæ ad uſum neceſſaria eſſent, privaret; & finitimos, id eſt, qui propinquos agros haberet, a monachorum moleſtia, & avaritia liberaret. Quod utinam ad exitum ipſe feliciter perduxiſſet, non ſolum in monaſteriis, ſed in omnibus rebus ad Eccleſiam omnino ſpectantibus.* Hæc Curopalata. Cujus judicium ipſa eventa plane fatuum arguerunt, cum adverſus iſta patrantem Imperatorem cœlitus ictibus fulminum ab irato numine dimicatum eſt; ut idem ipſe inferius teſtatur auctor; adeo ut urgens metus adegerit eum exuere purpuram, & induere monaſticum habitum: & inter monachos obire ſervitia monachorum qui monachos ita perſequi aggreſſus eſt.

PAGIUS

Gloſſario Ducangii, voce *Clito*) *Regis Edmundi Ferrei lateris filius, ut ei mandarat ſuus patruus Rex Eadvvardus de Hungaria, quo multo ante, ut prædiximus, in exilium miſſus fuerat, Angliam venit. Decreverat enim Rex illum poſt ſe Regni hæredem conſtituere: ſed ex quo venit, parvo poſt tempore vita deceſſit Lundoniæ.* Quod & Simeon Dunelmenſis habet. De ejus liberis, Eadgaro, Margareta & Chriſtina, ſeu Chriſtiana, infra ſermo erit. Hic ſufficiat monere e Margarita & Malcolmo III. Scotiæ Rege, cui nupſit, recto naſcentium ordine Scotiæ Reges, qui noſtra ætate Scotiæ & Angliæ Reges extitere, prognatos, & *Margaritam* in Sanctorum numerum relatam fuiſſe.

IX. *Deplorandus Eccl. Mediolanenſis ſtatus quando S. Arialdus Clericus factus.*

Hoc anno magnum in Urbe Mediolanenſi Schiſma exortum inter Archiepiſcopum Mediolanenſem & ejus ſucceſſores, ac Clerum Mediolanenſem ex una parte, & inter *Sanctos Arialdum* Clericum Mediolanenſem, *Herlembaldum*, unum ex viris Primariis ejuſdem Civitatis, ac eorum fautores ex alia, prioribus Sacerdotes incontinentes & ſimoniacos defendentibus, ultimis vero eis adverſantibus. Arnulphus enim Mediolanenſis Hiſtoricus, qui tunc Mediolani vivebat lib. 4. cap. 7. poſtquam narravit *Herlembaldum* pro Sacerdotum caſtitate pugnantem anno MLXXVI. occiſum fuiſſe, ejuſque ſectatores exterminatos, ait: *Hic jam apparet ſchiſmatis hujuſce terminus, decem novemque annos ſemper ab ipſa radice* (ſeceſſu nempe Arialdi a Sacerdotibus incontinentibus hoc anno facto) *pullulando protenſi.* Beatus Andreas Abbas Congregationis Vallumbroſæ, Sancti Arialdi diſcipulus, cujus Vitam ſcripſit, quam integram refert Puricellus lib. 2. de SS. Arialdo & Herlembaldo, alteramque ejuſdem Sancti Vitam Landulphus a Sancto Paulo, ſeu *Landulphus junior* circa annum MCXXXVI. publicavit, & Puricellus etiam repræſentat, licet prior majorem fidem mereatur. Narrat B. Andreas cap. 3. omnem ordinem Eccleſiaſticum, quando *Arialdus* Clericatu inſignitus, corruptum fuiſſe: *Nam alii cum canibus & accipitribus huc illucque pervagantes ſuum venationi lubrica famulatum tradebant. Alii vero tabernarii, & nequam villici, alii impii uſurarii exiſtebant. Cuncti fere aut cum publicis uxoribus ſeu ſcortis, ſuam ignominioſe ducebant vitam .... Univerſi ſub ſimoniaca hæreſi tenebantur impliciti, quatenus a minimo uſque ad maximum nullus ordo vel gradus haberi poſſet, niſi ſic emeretur, quomodo emitur pecus:* Paulo poſt: *Nemo tunc qui tantæ perverſitati reſiſteret apparebat, ſed cum lupi eſſent rapaces, veri putabantur eſſe Paſtores.*

X. *Ejus reformationi S. Arialdus cum ſociis collaborat.*

Tum cap. 4. B. Andreas refert, quomodo *Arialdus* Mediolanenſes hortatus fuerit, omnemque operam adhibuerit, ut Mediolani tam conjugia Sacerdotum, quam ſimonia abolerentur. Unus ex præcipuis Cleri Mediolanenſis *Landulphus Cotta* cognominatus, & laicus nomine *Nazarius* ſe ſe ei adjunxere, & ſtatim ad conjugium Clericorum deteſtandum plures adduxere: *Exhortantibus denique Arialdo, Landulphoque populum fideli, & aſſidua doctrina ſupra Clericorum nefanda, & execranda eorum connubia, ſic ab eodem populo intra aliquanta tempora ſunt perſecuta & deleta, ut nullus exiſteret, quin aut cogeretur tantum nefas dimittere, vel ad altare non accedere,* ait B. Andreas cap. 7. qui ſequentibus capitibus ſubjungit, Clerum adverſus *Arialdum* irritatum ſæpe adverſus eum conſpiraſſe, & *Clericos ſuburbanos*, ut de eo vindictam ſumerent, Eccleſiam ab eo ædificatam evertiſſe. Quæ dum fierent, Clerus Mediolanenſis de eo quæſtus eſt, non tantum apud Epiſcopos provinciæ; ſed etiam apud Stephanum Papam, qui *Guidoni* Archiepiſcopo Mediolanenſi, ſimoniaco quidem, ſed qui parum de Sacerdotum conjugiis curabat, mandavit, ut Concilium Provinciale cogeret. Is illud *Novaræ* congregavit, ſed Arialdus & Landulphus Cotta ei intereſſe noluere: *Factus eſt Synodalis Præſulum Conventus per Guidonem Archiepiſcopum Novariæ: ubi cum triduo prædictis vacarent negotiis, placuit pluribus Landulphum & Arialdum abſentes, excommunicandos; factumque eſt*, inquit Landulphus Junior cap. 8. apud Puricellum lib. 3. de SS. Arialdo & Herembaldo. Verum hæc excommunicatio a Stephano Papa, Romæ quo accuſati profecti fuerant, nulla declarata.

XI. *Legati a Papa Mediolanum miſſi.*

Romæ tamen Longobardi non pauci, & cum illis *Dionyſius* Cardinalis in *Arialdum* acerbius invehebantur, quod eidem primo aditu nocuit, ſed non diu poſt Pontificis animum ſibi reconciliavit, & Mediolanum duo Legati miſſi, *Anſelmus* nempe *Badagius* Lucenſis Epiſcopus, & *Hildebrandus* Romanus poſtea Pontifex, Gregorius VII. appellatus, ut ſcribit Landulphus Senior. Tunc Arialdus, ſociique ipſum Guidonem Archiepiſcopum aggreſſi ſunt, eum ſimoniacum vocantes, &, ut inquit Beatus Andreas cap. XI. *per idem tempus Chriſti famuli* (Arialdus nempe, & Landulphus Cotta) *cernentes omnem populum ad ſequendum quidquid dicerent eſſe promptiſſimum, de ſimonia, quam eatenus reticuerant, palam loqui incipiunt.* Refert ibidem exhortationem ab Arialdo populo factam, quæ his verbis clauditur: *Nonne de hac re dicit Propheta? Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine, hoc eſt ab interfectione hujus nequiſſimæ belluæ,* quæ verba Archiepiſcopo ac Clero Mediolanenſi magnum timorem fecere. *Guido*, inquit B. Andreas, *qui dicebatur Archiepiſcopus* (ſed qui ſimoniacus erat,) *& pars maxima Clericorum & militum, nec non & multi de populo minore nequam viri ſe cernentes dixerunt ad invicem: Hæc namque doctrina, ſi ad profectum venerit, nobis noſtriſque filiis profecto nullo modo vivere expedit. Quæ enim eſt noſtra vita niſi Eccleſiarum beneficia, quæ aſſidue venduntur, & emuntur?* Tuncque populus fidelis, Arialdo impulſore, ſe ſe a Cleri ſimoniaci communione ſegregavit cœpitque ſchiſma inter utroſque, quod per annos decem & novem, ut ſupra ex Arnulpho diximus, duravit. Hic Auctor in Opere ſuo uſque ad caput VII. libri IV. ſchiſmaticos defendit, ſed in poſterioribus palinodjam cantavit, nulla tamen immutatione facta in his, quæ cum calumnia uſque ad illud caput VII. incluſive literis mandarat. Puricellus in Monum. Baſilicæ Ambroſianæ, & in Diſſert. Nazariana, ac in Vita SS. Arialdi & Herlembaldi multa ex hoc Auctore in medium adducit, quorum ope Annales Eccleſiaſticos ſupplebimus.

I. Legatio decernitur Conſtantinop.

ANnus Redemptoris milleſimus quinquageſimusoctavus exurgit undecima Indictione, quo Stephanus Papa, quamvis infirmus corpore, aſſiduo ſtudio pro Eccleſiæ Catholicæ tranquillo ſtatu laborans, multa aggreditur digna tanto Pontifice, ſi perficere licuiſſet. Decernit in primis legationem in Orientem ad Eccleſiam Conſtantinopolitanam, ſchiſmate ſciſſam, Catholicæ & Apoſtolicæ communioni conſociandam. De hac legatione meminit Leo (*a*) Oſtienſis, ubi agit de viro digniſſimo Deſiderio, deſignato Abbate Caſſinenſi, ad hoc munus obeundum electo, atque eidem Legato Deſiderio duos adjunctos fuiſſe collegas, Stephanum Cardinalem, & Mainardum, poſtea Silvæcandidæ Epiſcopum: quibus dans litteras Pontifex, & in mandatis dedit, ut quamprimum poſſent, reditum pararent. Quo minus autem ea legatio ſuum conſequeretur effectum, Pontificis obitus interceſſit, ut ſuo loco dicetur.

(*a*) *Leo Oſt. l. 3. c. 8.*

II. *Hic*, ſcilicet Stephanus Papa, *quidem Caſſino recedens, Romam ſe contulit, ducens ſecum Alphanum, electum Archiepiſcopum Salernitanum, tempore jejunii menſis Martii, quem ſequenti Dominica conſecratum, Salernum cum honore emiſit.* Hæc (*b*) Leo: qui & ea, quæ idem Pontifex tunc aggredi cœpit de pellendis Northmannis conſilia, ſic proſequitur.

(*b*) *Idem l. 2. c. 99. 100.*

*Poſt paucos dies mandavit Præpoſito noſtro, ut omnem Eccleſiæ hujus* Caſſinenſis *theſaurum in auro dumtaxat atque argento feſtinanter ſibi, & quam poſſet occultius ferret, multo plura his huic monaſterio brevi daturum ſpondens. Cupiebat enim fratri ſuo * Gaufredo Duci apud Tuſciam in colloquium jungi, eique, ut ferebatur, Imperii coronam largiri: demum ad Northmannos Italia pellendos, qui ſibi maxime inviſi erant, una cum eo reverti.* Iſta ſecundum hominem cogitans, zelum habens, ut ſanctus Leo; ſed haud erant ſecundum divinum conſilium, qui (ut exitus declaravit) Northmannos illic voluit ſedes figere pro Eccleſiæ Romanæ ſubſidio adverſus ſchiſmaticos Principes. Verum ignaros mortales divini propoſiti contingit ſæpe contra propria commoda laborare, ut magna miſericordia antevertat Deus conatus ipſorum (ut hic feciſſe dignoſcitur) ut non ſinat executioni mandari quod cœperant. Pergit autem Leo:

* Godefrido Conſil. Pap. contra Northmannos

III. *Cumque triſtes nimium atque dolentes quod Papa mandaverat, Fratres matutinali tempore perficere maturarent; novitius quidam bonæ converſationis Frater Leo, cognomine Amalphitanus, poſt nocturnam ſynaxim, cœteris Eccleſiam exeuntibus, orandi gratia ſubſtitit, & poſt orationem reſidens parumper obdormivit; cernebatque in ſomnis reverenda canitie monachum una cum ſanctimoniali quadam ab ipſis abſidæ prodire adytis, & ad medium Eccleſiæ perveniſſe; eamdemque ſanctimonialem ſuffuſam lacrymis, quod quaſi prædaretur, elata voce non mediocriter conqueri. Quam ita vociferantem monachus ille a latere comitans, taliter conſolabatur: Noli,* inquiens, *ſoror, noli flere, nam hæc omnia ad nos proxime omnino revertentur. Experrectus Frater attonitus, pergens forte ad ſecretarium, & quæ agerentur inſpiciens, cum illius mandati prorſus eſſet ignarus, accepta mox a Priore licentia quæ viderat, per ordinem retulit: cæperuntque omnes, qui aderant, flere. Verum, quia mandatum præterire non audebant, ſumptis omnibus Romam ad Apoſtolicum profecti ſunt; his ille viſis, totus intremuit. Demum præfata illi viſione recitata, cognitaque noſtrorum immenſa triſtitia, pœnitentia ductus lacrymari cœpit, unamque tantum iconam, quam ipſe Conſtantinop. attulerat, tollens, cætera referri huc perniciter juſſit. Cum itaque receptis omnibus prædictus Præpoſitus noſter redire maturaret, magna jam itineris parte confecta, nuntius repente a Pontifice miſſus advenit, mandans, ut miſſo ad monaſterium theſauro per ſocios, ipſe quam primum ad eum remearet. Quem ad ſe reverſum, Abbatem ſancti Vincentii, ut a Borelli filiis oratus fuerat, conſtituit, eumque protinus ad monaſterium ſuſcipiendum miſit.* At qui nihil abſtulit, multa eidem monaſterio Stephanus Papa dedit: de quibus hæc inferius Leo: (*a*)

Abſtinet Pap. a Theſauro Caſſinenſ.

(*a*) *Leo Oſt. l. 2. c. 3.*

IV. Dona collata Monaſterio Caſſin.

*Hæc ſunt, quæ de Friderici (qui & Stephanus Papa) muneribus hoc monaſterium diverſis temporibus cepit: Crucem auream gemmis ac margaritis ornatam lib. II. cum tripode argento deaurato, & haſtili onychino, auro & argento ornato, librarum quinque: Imagines argenteas deauratas quatuor, auream unam cum gemmis pulcherrimo opere, incluſa intus non modica Dominicæ Crucis portione; ceroſtrata cryſtallina duo, argentea alia duo: codicem Evangelii parvum auro, gemmiſque decoratum: pluvialia ſex, laternam argenteam magnam librarum quinque cum nigello: urceolum argenteum ad altaris miniſterium; ſitulam argenteam cum ſmaltis, deauratam: pallia hiſtoriata aliquot: tapetia ſeptem, & unum majus omni pallio pretioſius: Antiphonarium unum.* Hucuſque de his Leo: qui & de legatione tunc miſſa ad Agnetem Imperatricem, deque migratione ejuſdem Papæ Florentiam hæc habet: (*b*)

(*b*) *Idem l. 2. c. 101.*

*Poſt hæc congregatis intra Eccleſ. Epiſcopis, & Clero, populoque Romano, ſub diſtricta nimis inhibitione conſtituit, ut ſi antequam, Hildebrandus Romanæ tunc Eccleſiæ ſubdiaconus ab Imperatrice, ad* quam



PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MXCVI. Anno Hegiræ CCCCL. inchoato die 27. Febr. fer. 6. A.C. 1058

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6551.

☉ 3. D. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1058.

STEPHANI IX. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 3.

ISAACI COMNENI IMP. 2.

I. *Moritur Stephanus IX. PP.*

ANnum. I. ad X. Lambertus Schafnaburgenſis, qui a Natali Chriſti annum exorditur, de Henrico Germaniæ Rege & de Stephani Papæ morte [1] hæc ſcribit: *Rex Natalem domini Merſenburg celebravit, aderatque ibi inter alios regni Principes, etiam Hildebrandus Abbas de Sancto Paulo* (Hildebrandum poſtea Gregorium VII. in Pontificatu appellatum *Subdiaconum*, a Leone IX. ordinatum eſſe, ac monaſterio Sancti Pauli prælatum, teſtis eſt Paulus Bernriedenſis, Canonicus Regularis, in ejus Vita, in Actis Bollandianis ad diem XXV. menſis Maii recitata) *mandata deferens ab Sede Apoſtolica, vir & eloquentiæ & ſacrarum litterarum eruditione valde admirandus.* Paulo poſt: *Piæ memoriæ Stephanus Papa* [2] *qui & Fridericus, cum in civitate Florentiæ moraretur, IV. Kalendas Aprilis naturæ mortali debitum ſolvit, & vere (ut ſperamus) de hac convalle lachrymarum ad gaudium tranſiit Angelorum. Indicio ſunt ſigna & prodigia, quibus ſepulchrum ejus in eadem civitate uſque hodie divinitus illuſtratur.* Chronicon ſuum anno MLXXVII. Lambertus abſolvit, teſtaturque ſe hoc anno *Idibus Martii* Monachum induiſſe, & *in jejunio autumnali* Presbyterum ordinatum, ſtatim peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepiſſe, qui ideo ſuſpectus eſſe non poteſt, in iis, quæ de Hildebrando & de Stephano IX. memoriæ prodit. Idem ſcribit Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 101. *Poſt hæc congregatis intra Eccleſiam Epiſcopis & Clero populoque Romano, ſub diſtricta nimis inhibitione conſtituit, ut ſi antequam Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus* (qui ideo hoc & præcedentibus annis, a pluribus *Archidiaconus* perperam appellatur,) *ab Imperatrice, ad quam pro quibuſdam Reip. negotiis communi conſilio mittebatur, rediret, ſe mori contingeret, nullus omnino Papam eligere auderet: ſed uſque ad illius reditum, ſedes Apoſtolica intacta vacaret, ejus demum ordinandæ conſilio. Inde ipſe in Tuſciam properans, non multo poſt morbo depreſſus, Florentiæ obiit IV. Kalend. Aprilis, ibique digno honore ſepultus eſt*, &c. Idem ac Leo Oſtienſis Petrus Damiani apud Baronium num. XII. litteris mandavit.

II. *Annos Sedis a die Electionis ſuæ deduxit.*

Ex his a duobus Auctoribus hoc tempore viventibus ſcriptis, hæc certo eruuntur. Primum, Hildebrandum Subdiaconum hoc tempore magna ſapientiæ & ſanctitatis laude fulſiſſe. Secundum, Stephani IX. mortem a die viceſima nona menſis Martii præſentis anni removeri non poſſe. Tertium, eundem *Stephanum* Sedis ſuæ annos, non a ſua inthronizatione, ſed a ſua in Romanum Pontificem electione deduxiſſe; in omnibus enim Catalogis noſtris, uno excepto, in quo numeri corrupti, Stephano IX. adſcribuntur menſes VII. & dies XXIX. numerato etiam die ſepulturæ, ut non raro fit. *Placidus* quidem *Puccinelli* in Chronica Abbatiæ Florentinæ exiſtimat, ejus exequias ſingulariter a Monachis ejuſdem Monaſterii die XXIX. menſis Martii actas fuiſſe, quod in Monumento, nunc ad Palatium Magni Hetruriæ Ducis tranſlato, legatur. *D. O. M. Stephano Papæ IX. Olim Juniano Friderico, Gozelonis Lotharingiæ Ducis filio, Apoſtolicæ Sedis Cancellario, Monacho & Abbati Caſinenſi, Cardinali tit. S. Chryſogoni, Pontifici Opt. Max. pio, felici, ſanctitate & miraculorum gloria illuſtri, Gothifredus Hetruſcorum dux, ut defuncto fratri domi ſuæ & inter proprios amplexus, quas poteſt caritatis ſuæ vices rependat, non ſine lachrymis parentat. Monachi Abbatiæ Florentinæ in ædibus ad Divi Joannis Baptiſtæ offerunt, & juſta ſolvunt. IV. Kalendas Aprilis, MLVIII.* Verum in eo Epitaphio non dies ſepulturæ, ſed dies mortis diſerte memoratur, nec aliud in eo myſterium, aut aliqua ſepulturæ mentio.

III. *Origo Patarinorum.*

Sedente Stephano IX. *Patarinorum* nomen Mediolani audiri cœptum; ut enim anno MXLIV. num. IX. oſtendimus, *Bonizo* Epiſcopus Sutrienſis librum de Romanis Pontificibus, qui a Be-

NOTÆ [1] DIe VI. *Martii* hujus anni, *Romæ* adhuc verſabatur *Stephanus* IX. qua die diploma pro Cluniacenſibus dedit, ut eſt in Bullario Cluniacenſi pag. 16. in cujus diplomatis fine legitur: *Datum Romæ ſecundo Nonas Martii per manum Humberti Sanctæ Eccleſiæ Silvæ candidæ Epiſcopi & Bibliothecarii Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, anno primo Pontificatus Domni Papæ Stephani noni, Indictione undecima.* GEORGIUS

[1] HOc unico, quo Pontifex vixit, anno Stephanus IX. Concilium (fortaſſe Romæ) celebravit, cujus mentio apud unum, quem ſciam, Authorem Chronici Vulturnenſis, Rer. Italic. tom. 1. par. 2. fol. 514. ſupereſt. Narrat enim, Vincentium quemdam Capuanum, uſurpatorem Eccleſiæ S. Vincentii Capuæ, vocatum fuiſſe ad Synodum a Stephano Papa Leonis IX. ſucceſſore, & cum parere contempſiſſet, ipſum cum Capuanis Civibus, excommunicatione damnatum fuiſſe. Concilium iſtud Collectorum diligentiam fugit. Synodi hujus pariter mentio facta eſt in epiſtola Stephano a Pagio anno 1057. 3. laudata, ex qua intelligimus in hoc pariter Concilio Marſorum epiſcopatus reſtitutionem; antea ſub Victore decretam, executioni mandatam fuiſſe. MANSI

Stephani Pap. Decretum de electione futuri Pontificis.

*quam pro quibuſdam Reipublicæ negotiis communi conſilio mittebatur, rediret, ſe mori contingeret; nullus omnino Papam eligere auderet, ſed uſque ad illius reditum Sedes Apoſtolica intacta vacaret, ejus demum ordinanda conſilio.*

V. Stephan. Pap. quærit S. Joann. Gualbertum.

Poſt hæc autem Stephanus Papa profectus eſt Florentiam. Tunc acciderunt, quæ in Actis ſancti Joannis Gualberti ſic ſcripta leguntur: *Quo in monaſterio*, ſcilicet Vallis umbroſæ *cum reſideret, & Stephanus Romanus Pontifex per vicina loca iter haberet: audita celebri fama ipſius ſancti Joannis Gualberti, Nuntios ad eum miſit viros honoratos, orans ut ipſius conſpectui ſe præſtare non gravaret: ſed cum adverſa valetudo non ſineretur eum ad ſanctitatem illius proficiſci; Pontifex denuo Nuntios miſit, fortaſſis quod exiſtimaret eum modeſtiæ & humilitatis cauſa nolle venire, indignumque ſe arbitrari, qui coram ipſo appareret, vel etiam cupere eum latrare, juſſitque ut ſi aliter venire non poſſet, in lectica ſe adduci pateretur. Cernens igitur vir Dei mentem Pontificis, in Eccleſiam ingreditur, rogatque Dominum, ut citra ſcandalum, & inobedientiam aliqua ratione id efficiat, ne cogatur ipſe ſummo Pontifici ſe præſentem exhibere. Deinde ſurgens e lecto, coram Nuntiis Pontificis converſos aliquot ad ſe accerſiri jubet, qui ipſum ad Pontificem perferant, Sed cum paululum e monaſterio diſceſſiſſent: mox ingens extitit aeris tempeſtas, ventis ſævientibus & immenſo imbre e cælo ruente. Quod Legati cernentes, & non ſine divino miraculo fieri credentes, illum ceu verum Dei hominem in monaſterium reduci mandant, beatiſſimo Pontifici, rem, ut geſta erat, referentes. Qui deinceps noluit eum ad ſe acciri, ut in ſua quiete permanens, pro felici Eccleſiæ ſtatu Dominum oraret.*

Quomodo autem Papa Florentiæ ægrotante, illi contigit reddere Deo ſpiritum, præſente ſancto Hugone Abbate Cluniacenſi, & a pravo dæmone eum defendente, in ejus Actis ſic deſcribitur: VI.

(a) apud Sur. die 29. Apr. tom. 2. Moritur Steph. Pap. S. Hugone præſente.

(*a*) *Stephano Papa apud Florentiam decumbente, dum Hugo eum viſitaturus accederet, eumque ſanctis conſolationibus, & oratione relevaret; dæmon, qui morituro manifeſtus advenerat, territus exiit; Sanctoque a Papa recente, iterum rediit. Qua de cauſa ſæpius ad ſe patrem Papa revocavit: ſæpiuſque dæmonem revocatus abegit, ſicut ipſe Pontifex præſentibus revelavit. Qui poſtmodum Sancti ſe precibus commendans, in ejus manibus ſpiritum reddidit, ſancta confeſſione præmunitus.* Hæc ibi de Stephano Papa, quem obiiſſe quarto Kal. Aprilis, Leo Oſtienſis affirmat, ibique digno honore ſepultum tradit, additque iſta: *Ad cujus ſacrum corpus, intervenientibus meritis, plurima ſigna Chriſtus oſtendit. Fratres igitur noſtri, qui cum eo perrexerant, capella ejus, quam hinc tulerat, fidelibus viris commendata, quia Romano itinere regredi timebant, deducentibus ſe Florentinis, per Marchias ad noſtrum monaſterium reverſi ſunt.*

At legati miſſi Conſtantinopolim in via poſiti, audita morte Pontificis, antequam navem conſcenderent, a cœpto itinere deſiſtentes, reverſi ſunt ad propria. De quorum expeditione hæc Leo: VII.

(b) Leo Oſt. l. 3. c. 8.

(*b*) *Deſiderius igitur injunctum ſibi munus exequi ſatagens, aſſumptis, quæ erant itineri conficiendo neceſſaria, una cum ſociis iter aggreditur, & ad monaſterium ſancti Joannis, quod appellatur Veneris, ut illic mare ingrederetur, profectus eſt. Cum vero dies aliquot ibi fruſtra remoratus ob inclementiam aeris ſolvere ex portu non præſumeret, Sipontum inde contendit. Ibi navem, qua Barim navigaret, ingreſſus, per Epiſcopum quemdam, qui orationis gratia montem Gar-*

PAGIUS Benedicto IX. ad annum ſecundum Urbani II. vixere, compoſuit, in quo ait, ſe egiſſe *de Stephano* (hujus nominis IX.) *Godefridi Ducis germano, & qualiter ejus temporibus patarea apud Mediolanum exorta eſt*. Sigonius lib. IX. Hiſt. de Reg. Ital. ait, *Sanctum Arialdum* adeo ſecundis populi Mediolanenſis auribus conjugatos Sacerdotes impugnaſſe, ut qui ex illis uxores haberent, præ pudore ſeparatim a ceteris rem Divinam facere cogerentur in loco, qui *Pataria* dicitur, unde ſubdit, *vulgo a pueris Patarini ad contumeliam dicebantur*. Verum, non Sacerdotes concubinarii, ſed qui cœlibatum defendebant, ab illis Patarini appellati, teſte Arnulpho lib. 4. cap. 7. ubi poſtquam ſchiſma inter utroſque per annos XIX. Mediolani perduraſſe ſcripſit, ſubjungit: *Unde Patarinum primo proceſſit vocabulum, non quidem induſtria, ſed caſu prolatum*. Confirmantur hæc ex dicendis anno MLXXXIV. num. VIII. & ex Landulpho Seniori apud Puricellum lib. 4. cap. 7. ubi fuſe narrat Orationem a Dionyſio Cardinali adverſus Arialdum Romæ coram Stephano Papa hujus nominis IX. vulgo X. habitam, ubi coram eodem Pontifice Pataliæ ſeu Patareæ nomen Arialdo attribuit: *Cum hujus inaudita* PATALIÆ *placitum cogitaſti commovere, qualiſcumque intentionis eſſes, ab Apoſtolico, aut ab aliquo religioſo viro, prius multis cum jejuniis debuiſti conſciliari, quam hujuſmodi negotium tam magnum, & tam periculoſum cum viris illiteratis inchoaſſe: & quod cum humilitate & patientia, boniſque admonitionibus debebas docere, hoc cum lanceis, fuſtibus, ut aſſeritis, laicis ſuper Sacerdotes currentibus, adminiſtraſti*. Infra Dionyſius ait: *Velint, nolint, fuſtibus ac plagis diverſis caſtificas eos; imo inceſtos animo & corpore patenter reddis .... omnium Sacerdotum vitam & Eccleſiarum cunctarum mores,*



*ganum adierat, commendari ſe Fratribus, eiſque ſe ingreſſum mare, ſignificari oravit. Sed cum apud Barim quoque tempeſtatis cauſa aliquamdiu reſtitiſſet, alium item huc nuntium dirigere ſtuduit, per quem ſignificaret, ob cœli intemperiem apud Barim ſe eatenus morari.*

VIII. Deſider. ubi didicit mortem Rom. Pontif. rediit.

*Contigit autem diſpoſitione divina, quæ illum ad hujus monaſterii regimen elegerat, ut eo ipſo die, quo nuntius huc venit, Fratres noſtri, qui cum Papa profecti fuerant, illo Florentiæ ſepulto remearent. Mox itaque noſtri communi conſilio Fratres duos, qui Deſiderium, nuntiata Papæ morte, revocarent, feſtinanter mittunt. Jam tamdem Deſiderius ſufficienter parato commeatu, cum Argyro Barenſium Magiſtro navigare maturabat: cum ecce ipſo Palmarum die jam adveſperaſcente, per adventantes Fratres nuntium de Apoſtolici morte ſuſcepit. Oratur itaque communi omnium ſtudio, ut ad regendum monaſterium redire properaret. Obriguit ille primum, tam ſubita Apoſtolici morte perculſus; moxque advocans itineris comites, ejuſmodi aperit nuntium; unaque cum Argyro tractare cœperunt, quo pacto, antequam mors Papæ innoteſceret, redire potuiſſent. Neque enim dubitabant, ſe cognito ipſius obitu, a Northmannis capiendos. Itaque conductis continuo pro ſe ac ſociis, quibus veherentur, equis, ſecunda feria poſt Palmas iter aggreſſi, ad Robertum Guiſcardum ſe contulerunt, tum quidem Northmannorum tantum Apuliæ Comitem; poſtmodum vero totius Apuliæ & Calabriæ, atque Siciliæ Ducem, rogantes, ut ſecure illis per ſolum ditionis ſuæ tranſire liceret. Qui (ut fuit) vir ſumme bonus, licet Papæ tranſitum jam haberet exploratum, & tutos ire permiſit, & tres equos, quibus adhuc egebant, Deſiderio largitus eſt. Ita Deo per omnia favente ſine impedimento aliquo reverſi, Paſchali ſabbato tardiuſcule jam ad oppidum ſancti Germani pervenerunt: ipſo autem Dominicæ Reſurrectionis ſummo mane huc aſcendentes, de more monaſterii Capitulum Fratrum ingreſſi ſunt, præſidentibus Humberto ſanctæ Ruffinæ & Petro Tuſculano Epiſc. & Stephano Cardinali, ac Mainardo Deſiderii ſociis.*

*Namque memorati Epiſcopi (ut jam ſupra retulimus) Roma tunc Mincii ordinationem fugientes, Beneventum Paſchæ celebraturi pergebant, ſed ordinante Deo, gratia tantæ feſtivitatis a ſenioribus noſtris invitati, atque in monaſterio retenti fuerant. Poſt ſolemnem itaque pro tanta ſolemnitate ſermonem Humbertus ipſius ordinationis optime conſcius, Deſiderium advocat, eique, ut pridem fuerat a Papa diſpoſitum, monaſterii curam ſuſcipere, ex parte Fratrum omnium imperat. Nulla in medium mora, nulla reſponſionis expectatio, omnes protinus ſurgentes raptum Deſiderium magnis cum laudibus ad Eccleſiam deferunt, illumque in Abbatis ſede honorifice locant, omnibus tum pro Paſchali ſolemnitate, tum pro ipſius ordinatione lætantibus, atque exultantibus anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quinquageſimooctavo.* Hæc Leo. IX.

Sed

PAGIUS *res, longaſque eorum conſuetudines* (vides jam a pluribus annis Mediolani Sacerdotum concubinatum fuiſſe abrogatum) *crudeliſſimis Chriſtianis quaſi canibus lymphatice ad rodendum ſub obtentu caſtæ religionis dediſti.*

IV. *Nomen illud Arialdiſtis primum & dein hæreticis tributum.*

Quos *Patarinos* alii vocabant, Lombardi litteram R. in L. de morte mutantes *Patalinos* appellabant, ideoque *Patalia*, *Patarea*, vel *Pataria* unum & idem deſignant, ac liquet, *Bonizonem* laudatum, quando ait, Stephani Papæ temporibus *Pataream apud Mediolanum* exortam eſſe, intelligere bellum civile inter Clerum Mediolanenſem, ejuſque fautores adverſus Arialdum, & plebem Mediolanenſem excitatum. Licet autem Arnulphus & Landulphus Senior diſerte aſſerant, *Patarinorum* nomen ſectam Arialdiſtarum deſignaſſe, certum tamen circa ſequentis ſeculi initium hæreticos, qui tunc Eccleſiam vexabant, eo nomine appellatos fuiſſe, uti *Manichæos* in Longobardia viventes, ubi numeroſi erant, præſertim in Diœceſi Comenſi, quos cum Catholici perſequi cœpiſſent, populus, qui *Patarinorum* nomen retinuerat, licet ejus originis & ethymologiæ memoriam non conſervaſſet, abſurda nomina excogitavit, ut quantum ab illis abhorreret, manifeſtius oſtenderet. Sic in Gallia infideles & hæretici omnes *Hugonoti* a populo appellati, & ante exortam hæreſim Calvinianum *Valdenſes* dicti; quo nomine etiamnum in quibuſdam Galliæ partibus hæretici omnes vocati. Sed de Patarinis hæreticis infra ſermo erit. *Patarinorum* autem nomen Stephano IX. Romæ ſedente, occaſione Arialdiſtarum, *non quidem induſtria ſed caſu prolatum* eſſe ad eos denotandos indicant, non tantum Landulphus Senior & Arnulphus; ſed etiam Bonizo, cujus mox verba recitavimus; ac præterea Hugo Flaviniacenſis in Chronico pag. 228. ad annum MLXXXIV. ubi ait: *Si quis eſſet, qui Gregorio communicaret, hic publice convitiis appetebatur, hic hæreticus, deſtructor regni, aſſertor mali, qui nec vita dignus eſſet, qui publicæ indignationis offenſam contraheret perjurus, &* QUODAM ADINVENTITIO NOMINE PATERINUS *dicebatur*. Quare noviter tunc nomen illud adinventum erat.

V. *Arialdiſtæ inter pejores hæreticos a Schiſmaticis numerati.*

Nec alios Patarinos, quam Arialdiſtas denotat Encomiaſtes Anonymus Henrici IV. ipſi contemporaneus, qui extat Tom. I. Collectionis Freheri, quando ait: *Et Arriani, & qui noſtris temporibus emerſerunt Paterini, de quibus poſtea dicturi ſumus*. Cætera quæ rem magis explicare poterant, in eo encomio deſiderantur. Nec dubium, quin Encomiaſtes *Arialdiſtas* intelligat, quia Germani Henrici Regis ſectatores Gregorium VII. enormium hæreſeon, magiæque accuſabant, & qui ei adhærebat, omnium criminum reus habebatur: *Hic hæreticus, deſtructor regni, aſſertor mali*, ut mox ex Hugone Flaviniacenſi diximus. Falſi igitur

X. Quas Mincius turbas moverit Romæ.

X. Sed quæ operante Mincio Romæ turbæ obortæ ſunt, quarum cauſa Cardinales inde egredi, & alium quærere locum celebrandi cauſa Paſchatis opus fuerit, eſt enarrandum. Cum jam mortuo Imperatore, cujus reverentia, atque timore obortæ factiones reprimi conſueverunt, quæ inhiarent electioni Romanorum Pontificum, & Apoſtolicæ Sedis invaſioni, ſive eſſent ex Comitibus Tuſculanis, ſive Ptolomæorum, Gregoriorum ſive Creſcentiorum familiis, aliiſve armis, divitiiſque potentibus: ubi audita eſt mors ſummi Pontificis, rurſus nullo habito reſpectu eorum, quæ Pontifice vivente ab eo omnibus conſentientibus ſtatuta fuere: irrumpunt, armis, invadunt Eccleſiam vi publica, quem cupiunt, illum in Apoſtolicum thronum attollunt, rurſumque maledictionibus ſuis Deo odibilem, hominibus execrabilem conſtant alium Benedictum. Quinam iſti fuerint auctores patrati ſceleris, a Leone ſic accipe: (a) *Interea Gregorius Lateranenſis, & Tuſculanenſis Comes, comperto Roman. Pontificis obitu, ſociato ſibi Gerardo * Galeſenſe, & Romanis potentibus aliquot, noctu cum armatorum turbis Eccleſiam una pervadunt, & Joannem Velitrenſem Epiſcopum, Mincium poſtea cognominatum, Papam conſtituunt, Benedicti illi impoſito nomine. Quod cum Petrus Damianus, vir valde religioſus quem eo tempore Stephanus Papa ab eremo extractum in Oſtienſi Eccleſia Epiſcopum fecerat, comperiſſet una cum Cardinalibus reſiſtere, ac reclamare cœpit, atque anathematizare. Sed tamen hi omnes timore compulſi, per varia loca fugere. Ita a ſatellitibus ſatanæ Oſtienſis Eccleſiæ Archipresbyter, ut prædictum Mincium ad Apoſtolatus culmen proveheret, raptus ac violenter attractus eſt. Humbertus interea Epiſcopus Florentia rediens una cum Petro Tuſculano Epiſcopo, nequaquam Romæ remorandum ratus, clam iter arripiens, Beneventum, ut ibi Paſcha celebraret, properat. Qui cum feria quarta præcedente Dominicam Cœnam, ad ſanctum Germanum applicuiſſet, ſimul cum ſocio invitatus a Fratribus, feſtivitatis gratia cum eis remoratus eſt.* Hæc Leo de ſchiſmate recens oborto.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 102.

* al Galerenſe

Petrus Dam. fruſtra obnititur.

XI. Extat de hoc ipſo ſchiſmate epiſtola Petri Damiani ad quemdam Archiepiſcopum tunc ab eo ſcripta, cum Benedictus intruſus ſederet, alter vero electus tantum eſſet. Habetur in ſcripto codice ſancti Petri in Vaticano, una cum aliis ejuſdem Petri ſcriptis, quæ ſic ſe habet:

* ſ. ad Henric. Archiep. Ravennatem.

Epiſt. Petri Dam. de Schiſmatico Pap. & Catholico electo.

*Domno * H. reverentiſſimo Archiepiſcopo Petrus peccator monachus, debitæ ſubjectionis obſequium.*

*Litteras, ſigillo veſtræ ſanctitatis impreſſas, venerabilis Pater mox, ut aſpexi promptus arripui, lecturus explicui curioſe perlegi: in quibus nimium liquido comperi & paternum circa me veſtræ pietatis affectum, & certum de ea quam vobis ante ſuggeſſeram, mea petitione promiſſum. Illud autem quod in calce ſubjeciſtis epiſtolæ, ut vobis ſcriberem, quid mihi de eo, qui in Apoſtolica Sede nunc præſidet, vel eo, qui ejuſdem Sedis electus eſt, videretur, quamquam per nonnullos Eccleſiæ veſtræ filios jam potuiſſetis audire, quæ ſit noſtra ſuper duorum hominum diverſitate ſententia: tamen quia præcipitis, etiam apicibus annotamus. Ille nimirum (in quantum mihi videtur) abſque ulla excuſatione ſimoniacus eſt: quia nobis omnibus ejuſdem Urbis Cardinalibus Epiſcopis reclmantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turbis undique tumultuantibus, inthronizatus eſt. Dehinc ad marſupiorum patrocinia funeſta concurritur; pecuniam per regiones, andronas, vel angiportus in populos erogatur; beati Petri venerabilis arca pervaditur: ſicque per totam Urbem, velut officinam male fabricantis Simonis factum vix aliud, quam (ut ita loquar) malleorum, atque incudinum tinnitus auditur. Et o ſcelus, & ferale prodigium! Petrus cogitur nundinas Simonis ex ſua quantitate perſolvere, qui Simonem cum omni ſuo commercio cognoſcitur perpetua maledictione damnaſſe. Quod autem ille crimen hoc palliat, & tractum ſe, vique coactum quibus poteſt verbis excuſat: hoc ego, licet ad liquidum, neſciam; tamen & ipſe non uſquequaque diffiteor. Ita quippe eſt homo ſtolidus, deſes, ac nullius ingenii, quod credi poteſt, neſciſſe pro ſe talia machinari. Verumtamen in hoc reus eſt, quia in cœni voragine, in quam ſemel eſt violenter injectus, volutatur ultroneus, & in adulterio, quod nolens commiſerat, delectabiliter perſeverat.*

Shiſmaticus ſimoniacus.

XII. Schiſmaticus a Presbytero conſecratus.

*Ut autem & de ipſa ejus promotione lacinioſa (ut ajunt) verba non protraham, nobis Epiſcopis per diverſa latibula fugientibus; presbyter Oſtienſis Eccleſiæ, qui utinam ſyllabatim noſſet, vel unam paginam rite percurrere, ut eum ad Apoſtolatus culmen proveheret, raptus a ſatellitibus ſatanæ & violenter attractus eſt. Et ecce, ut vos canonicæ ſanctionis decreta non latent, ſi cuncta etiam, quæ ſibi opponi poſſunt objectionum capitula, ſupprimantur, hoc ſolum tale eſt, ut ex eo ſe nullatenus valeat expedire. Nam ſi presbyter proculdubio deponendus eſt, quia ſui ſibimet privilegium Pontificis uſurpavit; quo pacto poterit is qui ordinatus eſt, ſtare, propter quem ſolum ordinator ejus judicatus eſt a ſua dignitate corruere?*

Stephani Pap. præceptum.

*Huc accedit, quia piæ memoriæ Stephanus Papa, congregatis intra Eccleſiam Epiſcopis, civibuſque Romanis, Clero & populo, hoc ſub diſtricti anathematis excommunicatione ſtatuerat, ut ſi eum de hoc ſæculo migrare contingeret, antequam Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus, qui cum communi omnium conſilio mittebatur, ab Imperatrice rediret, Papam nullus eligeret, & Sedes Apoſtolica uſque ad illius reditum intacta vacaret. De his porro plura ſunt, quæ dicantur; ſed ne ſanctitas veſtra pluribus intenta negotiis, prolixa (quod abſit) verba faſtidiat, & regulæ ſuæ limitem epiſtolare compendium non excedat, nunc iſta ſufficiant.*

XIII. Qualis electus.

*Ut autem percontationi veſtræ in hoc etiam noſtra reſponſio ſatisfaciat; de electo hoc mihi videtur, quia bene litteratus eſt, & vivacis ingenii ſine ſuſpicione caſtus, in erogandis eleemoſynis pius. His ultra non addo, ne non videar univerſitatis amator, ſed ſingularitatis aſſertor. Ille autem contra, ſi unum non dicam Pſalmi, ſed homiliæ quidem verſiculum plene mihi valet exponere: mutum adverſus eum ultra non facio, manus do, plantas oſculor, & non modo jam Apoſtolicum, ſed etiam Apoſtolum, ſi jubetis, appello.*

XIV. Petri ingenuitas.

*Quod autem ſcripſiſtis, ut mitterem vobis litteras taciturnitate ſignatas, quaſi paterno mihi conſulentes affectu, ne adverſa fortaſſis incurrerem, ſi ſenſa cordis cum libertate proferrem; abſit a me hoc ut in tali negotio, dura prorſus & aſpera perpeti ſubterfugiam; & negligendo tam ingenuæ matris inceſtum, ſub umbra degener filius deliteſcam. Immo peto, ut epiſtola hæc in publicum veniat; ſicque per vos, quid ſuper hoc totius mundi periculo ſentiendum ſit, omnibus innoteſcat. De benedictione autem veſtra, quam pretii, venerande Pater, nihil aliud dico, niſi quia quidquid et qui miſſus eſt, datur: ejus proculdubio manibus, qui miſit, immittitur.* Hucuſque epi-

PAGIUS

tur ſunt, qui laudatum Encomiaſtes Henrici Regis locum de *Patarinis* hæreticis interpretati ſunt, ut ex dicendis anno MCIV. magis conſtabit.

VI. *Benedictus X. Sedem Romanam invadit.*

VI. A num. X. ad XVII. Lambertus citatus, ubi Stephani IX. mortem narravit, ſtatim ſubdit: *Sedem Apoſtolicam protinus, inconſulto Rege* (ſc. Henrico) *& Principibus invaſit Benedictus quidam Lateranenſis adjutus factione popularium, quos pecunia corruperat.* Continuator vero Hermanni Contracti: *Romæ Stephanus Papa obiit. Rom. autem accepta pecuniæ quemdam Joannem contra canones elegerunt, qui ſine conſecratione per aliquot dies ſedens a Gothefrido Duce* (ſc. Hetruriæ) *expellitur.* Ubi Anonymus iſte aliquot dierum nomine menſes aliquot intelligit, quo loquendi modo etiam alii Auctores utuntur; ſed in eo errat, quod Stephanum IX. Romæ demortuum tradat. Hunc *Benedictum* Pſeudo-Papam, appellatum *Benedictum* X. ſediſſe menſes novem & dies XX. plerique ex noſtris Catalogis habent; ideoque a die XXX. Martii ad diem XVIII. menſis Januarii ſequentis Chriſti anni, ut mox videbitur. Is licet omnium ſententia Antipapa fuerit, verus tamen ejuſdem nominis Pontifex initio ſæculi XIV. creatus, Benedicti XI. nomen ſumſit, ex quo intelligimus, ſummopere hallucinatos viros Eruditos, qui *Leonem* XIII. verum Pontificem credidere, quod Sanctus Leo, non ſe ſe Leonem VIII. ſed Leonem IX. appellarit.

Ve-



PAGIUS

VII. *Nicolaus II. eligitur Pontifex Rom.*

VII. Venio nunc ad electionem Succeſſoris Stephani IX. quam *Senis* habitam fuiſſe, docent vetera Nicolai II. Acta, a Baronio num. XV. laudata. [1] Henricus Germaniæ Rex *Gerardum Florentinum Epiſcopum, in quem & Romanorum & Teutonicorum ſtudia conſenſerant, Pontificem deſignat, Romamque per Godefridum Marchionem* (ſeu Ducem Hetruriæ) *tranſmittit*, inquit Lambertus citatus. Leo vero Oſtienſis lib. 3. cap. 12. de Hildebrando e Germania reduce ait: *Florentiæ ſubſtitit, ſuiſque litteris Romanorum Primates conveniens, ubi eorum percepit aſſenſum, annitente Gothefrido Duce, Gerardum Florentinum Epiſcopum mox in Romanum Pontificem eligit: atque una cum ipſo & Duce Romam, menſe Januario, venit. Ubi præfatus electus a Romano Clero, & populo in Sede Apoſtolica locatus, Nicolai ſortitus eſt nomen*, Nicolai nempe hujus nominis II. qui ideo menſe Januario ſequentis Chriſti anni, inthronizatus eſt, & currenti anno, menſe Decembri, Senis electus. Recte itaque Baronius anno MLX. numer. IV. notat, Nicolaum *menſe Januario*, poſt diem tamen octavum ejuſdem menſis, annos Sedis ſuæ numeraſſe, ideoque non a die Electionis, ſed a die inthronizationis. Refert enim ibidem clauſulam Privilegii monaſterio Sanctæ Felicitatis ab eodem Pontifice conceſſi, quod dicitur *datum Florentiæ VI. Idus Januarii anno ab Incarnat. D. N. Jeſu Chriſti MLIX. per manus Humberti ſanctæ Eccleſiæ Sylvæ Candidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarii, anno primo Pontificatus domini Papæ Nicolai II. indict. XIII.* ideoque anno MLX. qui Florentiæ, ubi annus a die XXV. Martii exordiebatur, numerabatur adhuc annus MLIX. Si enim anno MLX. die VIII. Januarii nondum ſecundum ſedis

NOTÆ [1] Nicolaum hunc pontificem Allobrogum fuiſſe unus, quem ſciam, tradit author chronici Farfenſis Rer. Ital. tom. II. p. 2. col. 644. his verbis: *Demum Benedictus* (nempe X.) *Beliterenſis epiſcopus qui poſt IX. menſem expellitur, & Nicolaus Allobrox, qui Burgundio dicitur, papa eligitur.* Florebat author iſte per hæc tempora, ut Muratorius in Præfatione demonſtrat. MANSI

piſtola Petri hoc tempore ſchiſmatis ſcripta, jam electo, ſed nondum conſecrato Pontifice.

XV. Gerard. Epiſ. Florentinus electus Pap.

Rediens ſiquidem Hildebrandus ex Germania ab Agnete Imperatrice, Florentiam venit, quæ erat civitas una cum provincia Tuſciæ ſub Godefrido Duce, germano (ut audiſti) ejuſdem Stephani defuncti Pontificis, viro Beatricis, cujus cauſa idem Dux iiſdem potiebatur in Italia regionibus. Viſum igitur, ad explodendum ſchiſmaticum Epiſcopum, eligere Florentinum, Gerardum nomine, quem ſuo tempore præſidio Godefridi in Urbem inducerent: quod factum eſt anno ſequenti menſe Januarii, quo loco nos pluribus dicturi ſumus. Porro ne id fieret invita Imperatrice, ſed conſentiret futuræ electioni ejuſdem Gerardi Epiſcopi Florentini, præmiſſa fuit Hildebrandi ad eam legatio. Quod enim jugi ægritudine confectus moribundus Pontifex ſciret haud poſſe diu ſe vivere, poſt mortem ſuam Eccleſiæ Romanæ optavit eſſe conſultum, mittendo Hildebrandum ad Imperatricem. Verum poſt obitum Papæ ejuſmodi miſſam legationem Lambertus tradit. Ait enim: *Romani Principes ſatisfactionem ad Regem mittunt, ſe ſcilicet fidem, quam patri dixiſſent, filio, quoad poſſent, ſervaturos, eoque animo vacanti Romanæ Eccleſiæ Pontificem uſque ad id tempus non ſubrogaſſe, ejus magis ſuper hoc ſpectare ſententiam: orantque ſedulo, ut quem ipſe velit tranſmittat, nihil ejus ordinationi obſtare, ſi quis non per legitimæ ordinationis oſtium, ſed aliunde aſcendiſſet in ovile ovium. Rex habita cum primoribus deliberatione, Gerardum Florentinum Epiſcopum, in quem & Romanorum & Teutonicorum ſtudia conſenſerant, Pontificem deſignat, Romamque per Godefridum Marchionem tranſmittit. Ita Benedicto, qui ſine juſſu Regis & Principum ſacerdotium uſurpaverat, reprobato, Gerardus, qui & Nicolaus, Pontificatum obtinuit*. Hæc Lambertus. Verum comitia de ejus electione, quod Romæ fieri non potuiſſent, habita Senis, habent ejuſdem Pontificis vetera Acta, collecta a Nicolao Aragonenſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, quæ habentur in Vaticana bibliotheca.

Quod ad Benedictum pſeudo-Papam pertinet; hoc tempore quo ſedit (manſit namque in Pontificatu totum quod fuit reliquum anni hujus uſque ad Januarii menſem) nihil boni ab eo factum reperitur, ſed malum illud, dignum homine, qui pecuniæ vi aperuiſſet ſibi viam ad Sedem capeſſendam: nempe ut qui pretio Sedem emiſſet, pretio pariter ſedes diſtraheret, & invaſor ipſe faveret ſui ſimilibus invaſoribus. Accipe de his exemplum ex rebus Anglicanis acceptum, quod Willelmus ita deſcribit, (a) poſt obitum Roberti Archiepiſcopi Cantuarienſis, qui perſecutionem paſſus Sedem Apoſtolicam appellarat, Romamque profectus erat: *Invaſit* (inquit) *continuo illo vivente, Stigandus, qui erat Epiſcopus Vuintonienſis, Archiepiſcopatum Cantuariæ, infamis ambitus pontifex, & bonorum ultra debitum appetitor, qui ſpe throni excelſioris Epiſcopatum Saxonum auſtralium deſerens, Vuintoniam inſedit, illam quoque cum Archiepiſcopatu tenuit. Quapropter ab Apoſtolica Sede numquam pallium meruit, niſi quod Benedictus quidem pervaſor Apoſtolatus miſit, pecunia ſcilicet ad perſuadendum corruptus, vel quod mali gratificantur ſimilibus. Sed ille mox a Nicolao, qui ex Epiſcopo Florentiæ legitime Papatum ſuſceperat, expulſus zelo Fidelium, indebitum nomen exuit. Stigandus quoque tempore Regis Vuillelmi Conquæſtoris per Cardinales* Ro-

XVI.

(a) *VVill. de reb. geſt. Reg. Angl. l. 2 c. 13.*

De Stigando invaſore.

PAGIUS

ſedis ſuæ annum inchoarat anno MLIX. poſt eundem diem inthronizatus fuerat.

VIII. *Dies electionis & inthronizationis ejus.*

*Nicolaum* II. hoc anno *Senis* electum fuiſſe, inter omnes convenit; hanc vero electionem, non die IX. Decembris, ut habet Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hiſt. ſed die viceſima octava ejuſdem menſis peractam, ex dicendis in morte ejus conſtabit. Idem Papebrocius ejus inthronizationem differt uſque ad diem triceſimum primum Januarii inſequentis anni. Verum jam die decima octava ejuſdem menſis *Nicolaum* Pontificatum geſſiſſe oſtendit Privilegium Priori Sancti Andreæ Muſciani ab eo conceſſum, quod Ughellus in Append. Tom. V. pag. 1628. recitat; in ejus enim fine legitur: *Datum XV. Kal. Februarii per manus Humberti Epiſcopi S. E. Sylvæ Candidæ Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii, anno Domini MLIX. Pontificatus autem domini Nicolai II. primo, indict. XII.* quæ eo Chriſti anno menſe Januario in curſu erat. Quare die XVIII. menſis Januarii *Benedictus* X. Antipapa, dum apud *Sutrium* Synodus celebraretur, Sedem quam invaſerat, reliquit, & in domum propriam remeavit, eademque die Nicolaus II. Romam venit, & juxta *conſuetum ordinem a Cardinalibus in Sede Apoſtolica poſitus eſt*, ut verbis utar Nicolai Cardinalis Aragoniæ. Eo pariter die laudatum Privilegium ab eodem Pontifice emiſſum; ideoque *Benedictus* X. cui tribuuntur menſes IX. & dies XX. Sedem Romanam ſerius non invaſit, quam die XXX. Martii anni currentis.

IX. *Anno tantum ſequenti inthronizatus.*

Vidit hanc difficultatem Papebrocius citatus, reſpondetque in laudata ſubſcriptione a ſciolo quopiam numeros eſſe depravatos, quia inquit, Pontifex ſtylo Florentinorum, qui annum a die XXV. Martii exordiuntur, uſus eſt, indeque Charta ad annum MLX. referenda. Sed hæc gratis aſſerta. *Nicolaus* enim quando Florentiæ fuit, ut ſuum Florentinis amorem teſtaretur, eorum æram adhibuit, quemadmodum *Leo* IX. qui Tullenſis Epiſcopus fuerat, in Charta a ſe; dum iram Pontifex Romanus eſſet, Tulli data, Epiſcopatus ſui annum XXV. ob



*Romanos degradatus, perpetuiſque vinculis innodatus, inexplebilis aviditatis nec moriens fecit finem*. Hæc Willelmus in commentario de rebus geſtis Anglorum Regum.

Caſimiri Regis obitus.

Moritur hoc anno die xxviii. Novembr. ille, qui ex regni hærede monachus, ex monacho Rex effectus eſt, Caſimirus Poloniæ Rex, magnum ſuis deſiderium relinquens, ut qui collapſum regnum penitus reſtituiſſet, Eccleſiamque Polonicam mirum in modum illuſtraſſet. De quibus plura Longinus. Subrogatus eſt in locum ejus Boleſlaus ejus filius.

XVII. Michael Cerular. Patriarch. deponitur exulat, moritur.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc anno Michael Cerularius, ubi ſediſſet annos quindecim, e ſede eiicitur, in exilium relegatur: in cujus locum ab Imperatore ſubſtituitur Conſtantinus Protoveſtiarius. Quæ autem interceſſerint, ut Cerularius e throno ejiceretur, ſic narrat Curopalata: *Patriarcha autem inexplebili benevolentia fretus Imperatoris, contra ipſum elatus eſt, non petitionibus modo & admonitionibus utens, ſi quando alicujus rei aut pro aliquo indigeret: verum ſæpe minime voti compos propter frequentes & odioſas petitiones, minas, & abſurdas increpationes adhibebat, ac niſi pareret, Imperii amiſſionem minabatur, vulgare ac tritum hoc dictum proferens: Ego te condidi furne, & ego te deiiciam. Aggreſſus eſt etiam croco tincta in-*



*duere calceamenta, antiqui ſacerdotii morem hunc aſſerens, & oportere his uti novum quoque Archiepiſcopum. Nam inter ſacerdotium, & regnum nihil intereſſe, vel admodum parum, & in rebus pretioſioribus amplius fortaſſe & magis colendum ſacerdotium. Hæc audiens Imperator illum muſſitantem, ſtuduit potius aliquid ipſe perpetrare, quam pati. Quare cum Archangelorum dies feſtus adveniſſet, egreditur Patriarcha ad ſuburbana loca Soſtenium nominata, ut ibi ſtudioſe ac ſolemni ritu, quæ ad diem feſtum pertinerent, perageret. Imperator autem lucro ſibi oblata occaſione arrepta, veritus, ne quis tumultus, aut perturbatio fieret, turmam militum miſit, qui communi lingua appellantur Barangi, qui ipſum non ſine ignominia e throno ereptum, ac mulo impoſitum uſque ad litus, quod eſt in Blachernis, impellentes deduxerunt & ipſum, & patrueles ejus, atque inde in lembum impoſitum, ad Proconneſum, ubi exularet, perducendum curant. Ipſe cum aliquibus Metropolitanis collocutus, & de ſe abdicando peritiores ipſorum conſulens, oſtendit velle ſe Archiepiſcopatum deponere, priuſquam ipſum cum dedecore amittat Synodo & Concilio eorum, qui contra ſe cogerentur. Sed cum ipſis viſus eſſet hujuſmodi, qui expugnari non poſſet, & ſummus ingenio, quantum ad ipſum attinebat, deſpe-*

T *rata*

PAGIUS

ob eandem rationem memoravit, ſed poſtea tam ipſe, quam *Nicolaus* II. non reperiuntur, in temporibus ſuis dimetiendis ab uſu a cæteris pontificibus uſurpato diſceſſiſſe. Quod de Nicolao II. neceſſario dicendum; cum in laudato exemplo indictionem XII. cum menſe Januario anni MLIX. conjungat. Poterunt tamen hæc de die invaſionis Benedicti IX. & Nicolai II. inthronizatione magis examinari; hic enim unum tantum contendimus, *Nicolaum* die XVIII. menſis Ianuarii ſequentis Chriſti anni jam inthronizatum fuiſſe.

X. *Obitus Caſimiri Poloniæ Regis & B. Richezæ ejus matris.*

*Caſimirum* Poloniæ Regem hujus nominis primum hoc anno die XXVIII. Novemb. extremum vitæ clauſiſſe diem, & *Boleſlaum* ſecundum, eius filium adhuc adoleſcentulum eidem ſucceſſiſſe, tradunt Longinus & Chromerus in Hiſtoria Polonica. Fuit *Caſimirus* litteris mediocriter eruditus, ac primus inter Reges Poloniæ literis excultus, & in Eccleſiaſticos homines imprimis propenſo animo. Beata *Richeza* Poloniæ Regina, Caſimiri mater, quæ in Germania vitam traducebat, ut ſuo loco diximus, poſt mortem *Ottonis* Comitis Palatini fratris, quem plurimum diligebat, accepto a *Brunone* Tullenſi Epiſcopo, & poſtea Summo Pontifice, ſacro velamine, in monaſterio Brunweilerenſi, ab *Erenfrido* patre ſuo & *Mathilde* matre prope Coloniam fundato, vixit adhuc uſque ad annum milleſimum ſexageſimum tertium, diemque vigeſimum primum menſis Martii. De ea in Martyrologio Uſuardi, ex Additione Molani ad diem XX. Martii legitur: *Coloniæ ad Gradus obitus Rixæ Reginæ, neptis Sancti Annonis Epiſcopi* (nempe Colonienſis), *cujus non canonizatæ corpus patet in magnis feſtis*. Papebrocius ad diem XXI. menſis Maii refert Acta Erenfridi & Mathildis, eorumque filiæ Richezæ, a Monacho Anonymo ſcripta, apud quem plura.

XI. *Cerularius Patriarcha Conſtantinop. relegatur.*

Ad num. XVII. & ſeq. Michael Cerularius Patriarcha Conſtantinop. *die Feſto Archangelorum* ab Iſaacio Comneno relegatus eſt, ut narrat Baronius ex Curopalate; verum non hoc anno, ſed ſequenti, ut mox oſtendam, poſtquam de ejus Succeſſore verba fecero. De Cerulario Pſellus in Iſaacio Comneno: *Michaelum Patriarcham liberius ſemel illi locutum, audacioreque voce ſibi abuſum, tunc quidem dimiſit* (ſc. Comnenus) *iram cohibens; ſibi enim arcanum animo ſecum verſans conſilium inexpectato erumpit, ac velut nihil novarum rerum ageret, tum Urbe ejicit, tum certi loci exilio punit, ubi & vitam finivit. Id enim vero quæ demum ratione peractum ſit, quod prolixiori ſermone indigeat, dicere nunc ſuperſedeo. Si quis enim utrique arbiter ſedere velit, alteri quidem initium vertat crimini; alteri autem finem*. Zonaras in Iſaacio Comneno ait, hunc, ut Cerulario Patriarchatum abrogaret, uſum eſſe *opera quorumdam primariorum Sacerdotum, & Pſelli variarum & abſurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum ſcripta congeſſit*. Extat adhuc illa Michaelis Pſelli Oratio inter Opera poſthuma Combefiſii aliquando lucem viſura. Fatetur Pſellus in his quæ Epiſcopi eſſent, rerumque Divinarum ſcientia rudiſſimum Cerularium fuiſſe. Is tamen Schiſmatis auctor, quod poſt tot ſecula perdurat. Neque enim *Photius*, Vir in rebus Theologi-

*rata fuit ejus depoſitio ſacerdotii. De qua Imperatore aſſidue cogitante, interea vitam cum morte Patriarcha tranquille commutat. Cujus corpus Imperator (quod ipſum jam pœnituerat) honorifice importandum, & in ſuo monaſterio reponendum curat, perculſus eo miraculo, quod acciderat, non ipſe modo, ſed omnes qui cum ipſo erant. Nam dextera Patriarchæ manus in crucis figuram conformata (ut mos eſt benedicendi populo acclamanti pacem) Ita firma permanſit, neque cum mortuo corpore eſt immutata.* Talia ſunt miracula ſchiſmaticorum, humana-

PAGIUS

logicis verſatus, Græcæ & Latinæ Eccleſiarum ſciſſuræ auctor dici poteſt; cum Joannis VIII. indulgentia Eccleſiæ Romanæ reconciliatus fuerit, & in Romanis tabulis variorum Græcorum nomina legantur, qui poſt *Photii* mortem floruere. Quo fundamento innixi ſupra diximus, *VVolodomirum* Ruſſiæ Regem a Ruſſis ante hæc tempora cultum, tuto a Latinis Sanctum haberi poſſe, quod & de *Simeone Metaphraſte*, aliiſque non paucis pariter dicendum.

XII.
*Conſtantinus Lichnudes ſit Patriarcha Conſtantinop.*

In locum Michaelis Cerularii Imperator ſubſtituit *Conſtantinum Lichnudem*, ſeu Lichudem Præſidem & Protoveſtiarium, Virum longo tempore in adminiſtratione rerum communium cum laude verſatum, & magnum Pſelli amicum, qui de eo ſcribit: *Erat vir ille ſtrenuus, cultæ literaturæ ac facundiæ ſummam arcem tenens, atque ad omnem ſermonum vim linguam expeditam ac paratam habens. Actiones politicas egregie callebat: arti enim Rhetoricæ, quam is plurimum auxerat, majori probabilitate ei conciliata, leges Politicas admiſcens, egregiis vinculis modiſque articulum ſtringebat. Eratque illi ſcriptura, quod quidem ad ſermones attinet, ad Rhetoricos elegans & ad Atticam vocem elimata: quod vero ad Politicas actiones ſimplex, & conſueta ac clara. Huic nimirum præclariſſimo viro concredita Imperator* (ſcilicet Monomachus) *rerum adminiſtratione, tum ipſe ſenſim pene reſpirabat, factuſque vir ille ſpectabilis* (nempe Lichudes) *ad primam imperii ſpeculam ſubvectus erat. At quid inde? Æmulatur eum Imperator, ac velut in eum tranſlato imperio, vulnus ferre non poterat. Semel itaque concepto in eum odio, Imperialibus eum cauſis ac negotiis amovet; Deus autem nobiliori eum ſorti præficit, divinæque ſuæ ſapientiæ myſtagogum, myſtamque conſtituit*, ideſt Epiſcopum.

XIII.
*Cerularii depoſitio anno ſequenti facta.*

Baronius aliique paſſim *Cerularii* depoſitionem & *Lichnudis* creationem ideo hoc anno collocant; quia in Serie Patriarcharum Conſtantinop. in lib. IV. Juris Græco-Rom. Cerulario anni quindecim attribuuntur; die enim XXV. menſis Martii anni MXLIII. ad culmen Pontificale evectus fuerat. Verum cum *Conſtantinus Lichudes* poſt ſedem annorum quatuor & ſex menſium, circa initium menſis Januarii anni milleſimi ſexageſimi quarti vivendi finem fecerit, anno milleſimo quinquageſimo nono poſt diem octavum menſis Junii Patriarcha creatus eſt. Curopalates enim, cujus verba Baronius recitat, aſſerit *Cerularium* die feſto Archangelorum dignitate depoſitum eſſe, cui Zonaras ſuffragatur. Græci autem, ut in eorum Menologio videre eſt, Feſtum Archangelorum ac S. Michaelis bis in anno celebrant, die nempe octava Junii, & die ſexta Septembris. *Cerularius* itaque non annos XV. ſed annos XVI. & menſes circiter tres Eccleſiam Conſtantinopolitanam adminiſtravit, & anno ſolum ſequenti mortuus eſt.

XIV.

*Sancti Paterni* Recluſi Paderbornæ in Saxonia inferiori mortem his verbis recitat Papebrocius ad diem X. April. ex autographo Mariani Scoti Chronico, quia vulgatum hoc in loco corruptum: *Anno MLVIII. Poderbrunna civitas cum duobus monaſteriis, ideſt Epiſcopatus & Monachorum feria VI. ante Palmas, igne conſumitur. In monaſterio autem Monachorum erat Paternus nomine, Monachus Scotus, multiſque annis incluſus, qui etiam combuſtionem prænunciabat. Hic ambiens martyrium, pro nullo foris exivit, ſed in ſua clauſula combuſtus per ignem pertranſivit in refrigerium; de cujus etiam ſepulcro quædam bona narrantur. Ipſis vero ſtatim diebus feria II. poſt octavas Paſchæ, exiens de Colonia, cauſa claudendi cum Abbate Fuldenſi ad Fuldam, ſuper mattam in clauſolæ ipſius ubi ſupra eamdem mattam combuſtus & paſſus eſt, ego oravi.*

*Obitus S. Paterni Recluſi.*

Mattæ nomine Marianus intelligit ſtoream ſeu tegetem monachicam ita appellatam, quod Monachi ipſimet eas texerent, in iis cubarent, orationes funderent, collationes haberent, extremum denique ſpiritum exhalarent, ut variis exemplis oſtendit Ducangius in voce *matta*. Petrus Damiani anno ſequenti ſcribens Epiſtolam ſeu Opuſculum apologeticum pro demiſſione Epiſcopatus, cum variis exemplis oſtendiſſet, etiam optimis Dei ſervis mortem quandoque funeſtam obvenire, totam hanc Hiſtoriam, ut ſibi narrata fuerat, expendit, & ad diem XVI. Aprilis in Actis SS. Bollandianis Sanctus *Drogo*, ſic eos, qui propter graſſans incendium, ut e cella exiret, hortabantur, alloquitur: *Votum vovi domino & perſolvam: ſi vero divinæ pietati placuerit quod flammis cremer, fiat voluntas ejus.* Sed Drogoni ſequenti ſeculo Recluſo in Hannonia combuſta cella non nocuerunt flammæ, nocuere Paterno, *quod profecto Dei judicium non tam diſcutiendum eſt, quam timendum*, inquit, Petrus Damiani laudatus. Acta S. Drogonis a Papebrocio etiam illuſtrata.

XV.
*Barcinonenſes fidei Chriſtianæ valde addicti.*

Factum hoc anno fœdus adverſus *Alchagibum* Iſmaelitam Cæſarauguſtæ Ducem inter *Raimundum* Comitem Barcinonenſem ac *Adalmodim* uxorem ejus, & *Ermengaudum* Urgellenſem Comitem, cui ſubſcripſere aliquot Epiſcopi & aliquot Magnates, ut videre eſt in Appendice Marcæ Hiſpanicæ, ubi Baluzius ex Archivis Barcinonenſibus fœdus illud exhibet, quod dicitur *actum Nonis Septembris anno XXVIII. Regis Henrici*, qui ideo anno MXXXI. Roberto patri die XX. menſis Julii demortuo in Francorum Regnum ſucceſſerat. Quæ Epocha variis aliis Actis indubitata redditur. Refert ibidem Baluzius Acta Dedicationis Eccleſiæ Barcinonenſis ab Epiſcopis octo peractæ; quo in Conventu lectum eſt decretum *Hali* Iſmaelitæ *Ducis Deniæ*, & Inſularum Balearium, quo ad exemplum patris ſui *Mugehid*, eaſdem Inſulas & Epiſcopatum Deniæ poſuit ſub jure & Diœceſi Epiſcopi Barcinonenſis. *Dianum* celebre olim Bœticæ oppidum erat, quod hodie *Denia* dicitur, Marchionatus titulo illuſtratum, de quo Oppido legendus Marca lib. 2. Marcæ Hiſp. cap. 5. ubi egregie de eo diſſerit. Poſtquam vero *Majorica* inſula anno MCCXXX. a Jacobo Aragoniæ Rege Saracenis erepta fuit, erecta ibidem Sedes Epiſcopalis, ut videre eſt apud Baluzium lib. 4. Marcæ Hiſp. ad annum MCCXXVIII.



mana arte compoſita. Et quis ignorat, defuncti mox hominis membra adhuc calentia, quam quis velit, recipere formam, & ſitum; eademque ipſa obrigeſcentia frigore immobiliter permanere? Defuncto Cerulario, in locum ejus ſubrogatus eſt Conſtantinus Licudex protoveſtiarius.

Conſt. Patriarc. Conſtant.



PAGIUS

MCCXXVIII. ubi de hac inſtitutione accurate agit.

XVI.
*Initium ſectæ Almorabitarum.*

Nova ſecta in Africa hoc anno exorta juxta Noweirium, qui ait, Saracenum quemdam in magno Deſerto Africæ habitantem, cum *Meccam* proficiſceretur, *Cairoano* tranſeuntem cum doctore quodam legis Mahometicæ colloquium habuiſſe, ex eaque peregrinatione reducem, in *Zaaram* Africæ regionem veniſſe, & Muſulmanæ religionis reformationem exorſum eſſe. Hujus ſectæ Imp. *Abubeker* renunciatus fuit, eoque anno Chriſti MLXIX. demortuo, *Joſephus* Tacheſini filius, ex præcipuis Abubekri Ducibus unus, Imperator, ſeu *Amir Almoſleminus* electus. Huic ſe ſe adjunxere Mauritaniæ populi, proprio Principe exterminato. De iſto *Joſepho* Marochionum Regni conditore anno MLXXVII. ſermo erit, & de *Almorabitis*, quo nomine ſectatores ejus vocati ſunt, ſæpe infra mentio erit.

JESU CHRISTI ANNUS 1059. | NICOLAI II. PAP. ANNUS I. | VACAT. IMP. OCCID. 3. ISACII COMNENI IMP. 2.

I. Nicolaus Pap. II. ANnus ſequitur Chriſti Redemptoris milleſimus quinquageſimus nonus, Indictione duodecima feliciter inchoatus, cum ejus exordio legitimus electus Pontifex introducitur Romam, ſchiſmaticoque Sede pulſo, in Petri cathedra collocatur. Hæc autem quomodo ſe habuerint, ex Leone Oſtienſi ejus temporis ſcriptore integerrimo ſunt petenda, qui ait: (a) *Cum poſt obitum piæ memoriæ Stephani Papæ memoratus Hildebrandus ab Imperatrice rediens, contra ejuſdem Apoſtolici vetitum, incubari a peſſimis hominibus Eccleſiam comperiſſet: Florentiæ ſubſtitit, ſuiſque litteris Romanorum primates conveniens, ubi eorum percepit aſſenſum, annitente Godefrido Duce, Gerardum Florentinum Epiſcopum mox in Romanum Pontificem eligit: atque una cum ipſo & Duce Romam, menſe Januario venit. Ubi præfatus electus a Romano Clero & populo in Sede Apoſtolica locatus, Nicolai ſortitus eſt nomen. Qui prædictum Romanæ Sedis invaſorem cum ſuis fautoribus omnibus excommunicans; tamdem interventu quorumdam admiſſum ad communionem, apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ Major a Romanis dicitur, ſacerdotali officio privatum manere conſtituit.* Hæc de rebus Romæ geſtis ipſo ingreſſu Pontificatus.

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 12.

II. Quod autem Romanus Pontifex Stephanus mortuus eſt Florentiæ, Epiſcopus vero Florentinus creatus eſt Papa, Petrus Damiani ita ejuſmodi Triſticho, luſit, cujus hic inſcriptus eſt titulus:

*De Florentia, in qua Papa Stephanus obiit, & Nicolaus Papa ex eadem proceſſit.*

*Parva virum viduæ debet Florentia Romæ:*
*Quæ tenet extinctum cogatur reddere vivum.*
*Sic nova Bethlæis lux mundo fluxit ab oris.*

Eo quod parva tunc civitas eſſet Florentia.

Præceſſiſſe autem Sutrinum Concilium, antequam Papa ſe inferret in Urbem, vetera Geſta Romanorum Pontificum, quæ collegit Nicolaus Aragonenſis Cardinalis, teſtantur his verbis: *Celebrata itaque in pace electione (ut dictum eſt) Senis dictus Nicolaus Pontifex cum Archidiacono & Cardinalibus conſilium habuit, ut pro cauſa jam dicti Velitrenſis intruſi apud Sutrium Synodum celebraret: ad quam non ſolum Epiſcopos Tuſciæ & Lombardiæ, ſed & magnum Godefridum, & Guibertum Cancellarium convocare deberet. Quod abſque dilatione factum eſt. Prædictus autem Mincius ubi Nicolaum Papam cum perſonis, quæ apud Sutrium convenerant, in Synodo reſidere cognovit, Sedem quam invaſerat, conſcientia remordente, reliquit, & in domum propriam remeavit. Quod factum poſteaquam Nicolaus Pontif. rei veritatem cognovit, conſilio cum fratribus habito, ad Urbem una cum eis, non cum potentia, ſed tamquam bonus & humilis paſtor acceſſit. Unde auctore Domino factum eſt, quod a populo & Clero digno honore ſuſceptus, juxta conſuetum ordinem a Cardinalibus in Sede Apoſtolica poſitus eſt. Tranſactis autem paucis diebus, memoratus Mincius ad præſentiam Nicolai Papæ veniam petiturus acceſſit, & ad ejus veſtigium procidens, violentiam ſe fuiſſe perpeſſum aſſeruit, ſed invaſionis crimen, & perjurii reatum non negavit. Ex propria igitur confeſſione digna factis recipiens, Epiſcopalis & ſacerdotalis officii depoſitionem incurrere meruit. Illud autem ipſius Pontificis animum vehementer angebat, quod Romanorum Pontificum capitanei urbis dominium, & Eccleſiaſtica jura, quæ illicite occuparant, per violentiam detinebant.* Hæc ibi. Quæ acta eſſe in Concilio ab eodem Pontifice celebrato, dubium non eſt.

Concil. Sutrinum.

III. In hoc eodem Concilio depoſitum fuiſſe Mincium dictum Papam Benedictum, privatumque omni ſacerdotali officio, ipſumque poſtea Romæ conveniſſe Pontificem Stephanum, veniamque petiiſſe pro admiſſis, habetur etiam in codice Vaticano, qui inſcribitur liber cenſuum. Additur ibi, ipſum Nicolaum poſt Concilium in Apuliam ſeceſſiſſe, Northmannoſque ab excommunicatione abſolviſſe, reſtitutis ab eis bonis Eccleſiarum; accepiſſeque ab eiſdem juramentum fidelitatis Romanæ Eccleſiæ: eodemque tempore Hugonem cognomento Candidum, ſchiſma feciſſe ab Eccleſia Romana: Erat hic Cardinalis, ſed adverſus ſanctam Romanam Eccleſiam auctor multorum malorum. Nam ibi hæc de eo: *Quanta hic mala fecerit, difficile eſt referre.*

IV. Libellus de abdicatione epiſcopatus Petri Dam. Simulac autem ſublato ſchiſmate, pax Eccleſiæ poſtliminio reverſa ſecura quievit, Petrus Damiani, qui nolens, invituſque abſtractus ab eremo creatus fuerat a Stephano Papa Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, de abdicando ſe a munere Nicolao Pontifici libellum dedit, cujus hic eſt titulus:

*Domino ſuo Nicolao univerſali Papæ Petrus monachus ſervitutem.* Sic & in aliis epiſtolis poſt datis numquam amplius Epiſcopum Oſtienſem, nec ſe nominat Cardinalem. Libelli vero hoc eſt exordium:

*Sacrarium Spiritus ſancti veſtrum pectus agnoſcit, quia niſi me tunc neceſſitas Apoſtolicæ Sedis impelleret, & antiqua, quam jamdudum circa vos habueram, charitas invitaret: poſt ſanctæ memoriæ domni Stephani veſtri quidem prædeceſſoris, mei autem perſecutoris obitum ego a me protinus Epiſcopatum non canonice traditum, ſed violenter injectum funditus abſcidiſſem. Meminiſtis enim, domine mi, quot querelas coram vobis ſæpe depoſui, quot gemitus, quot denique profunda ſuſpiria ex imis viſceribus traxi: quoties etiam uberrimis lacrymis triſtia ora rigavi. Verum tamen apud vos tunc non obtinui miſſionem, quia Romanæ Eccleſiæ, quæ tunc ruinam minari videbatur, id utilitas non poſcebat. Nunc autem te in † ſagena Petri clavum regente, ſub tanquilla pace tota Chriſti gratulatur Eccleſia: ventorum quippe ſe turbines reprimunt, procellarum ſpumantium volumina conquieſcunt, miteſcunt maria, totaque videtur cœli ſerenitas innovata. Cum igitur ſub ſancto Pontificatu veſtro jucunda pace univerſalis Eccleſia potiatur; canis meis grandævæ jam ſenectutis quæſo requies non negetur. Quamobrem ob remiſſionem omnium peccatorum meorum, quæ nequiter perpetravi, cedo jure Epiſcopatus, & per hunc annulum (virgam enim tuliſtis) deſperata deinceps omni repetendi querela, renuntio. Utrumque etiam vobis monaſterium reddo, & ut quieſcendi municipium veterano & merito militi permittatur, imploro. Hic mihi fortaſſis obiicitur, ſemel acceptum dimitti regimen non licere. Ad quod breviter dico quod ſentio. Quia plerique, qui Pontificatus jura non deſerunt, de ſiniſtris ſunt. Quotquot autem legimus recta intentione dimiſiſſe, certa ſpes eſt eos æterna cum Chriſto ſocietate gaudere. Neque tamen hoc dicimus, ut paſſim deſeri Epiſcopatus liceat, niſi videlicet id fieri neceſſitas, ſive rationalis quælibet cauſa depoſcat.* De his poſt hæc plura adducit exempla.

† ſegena pro navi uſurpata frequenter ab eo.

V. Inter alia autem jam a periculis animæ argumentis ab exemplo pluribus inductis a periculo etiam corporis, deducto Silvano in exemplum, ſic concludit: *Si igitur ſanctus ille vir, Silvanus ſcilicet, propter ſolam corporis incommoditatem, non cunctatus eſt dimittere Thraciam; cur ego non deſeram pro cavendis tot animæ vulneribus Romam? Quamquam & ipſi corpori meo non ſit prorſus innoxia, ut puta ferax febrium, nec vagarum. Unde Tetraſticon hoc olim protuliſſe me memini.*

*Roma vorax hominum, domat arduæ colla virorum:*
*Roma ferax febrium, necis eſt uberrima frugum.*
*Romanæ febres ſtabili ſunt jure fideles;*
*Quem ſemel invadunt, vix a vivente recedunt.*

*Animæ igitur ſimul & corporis adverſitate detentus, revertatur fugitivus ad Dominum ſuum; ſpretis porcis & ſiliquis, ad patris oſculum filius redeat, ad vires Sampſon priſtinas, capillis naſcentibus, invaleſcat, quatenus ſtolam primam, quam amiſerat, induat, & victores ſuos, reparatis viribus, ſternat.*

VI. Ingerit poſt hæc complura exempla ſanctorum Epiſcoporum, atque Abbatum, qui ſe a regimine abdicarunt. Quibus ſingulis recenſitis, ſic ad finem perorat:

*Horum ergo, aliorumque Patrum auctoritate ſuffultus, Epiſcopatui ſimul & monaſteriis in ſanctis manibus veſtris irretractabiliter renuntio, omneque jus a me*

mo-

---

PAGIUS SÆC.XI. Anno Eræ Hiſp. MXCVII Anno Hegiræ CCCCLI. inchoato die 17. Febr. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6552.

☉ 4. C. ☽ 15. P. 4. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1059.

NICOLAI II. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 4.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. I.

A.C. 1059 I. *Benedictus X. in Concilio Sutrienſi depoſitus.* ANum. I. ad XI. *Sutrienſe Concilium* hoc anno, antequam *Nicolaus* II. in Urbem veniret, ideoque *menſe Januario*, quo, ut teſtatur Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 12. Romam adventavit, celebratum, ut oſtendit Baronius ex Geſtis Rom. Pontificum a Nicolao Aragonenſi Cardinali collectis. Nicolaus autem Religioſus Ord. Prædicatorum, anno MCCCLII. Cardinalis creatus eſt, legeratque Acta quæ Centius Camerarius retulit in Codicem Cenſuum Romanæ Eccleſiæ, in Archivo Vaticano ſervatum. In Concilio Sutrienſi *Benedictus* X. in ordinem redactus, & pax Eccleſiæ reddita. Petrus Damiani Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis libellum porrexit *Nicolao* Papæ de eo munere a ſe abdicando; qua de re ſcripſit etiam ad Hildebrandum tunc *Archidiaconum*, ut eum in Inſcriptione appellat, ſed tantum abeſt, ut Nicolaus II. ejus demiſſionem admiſerit, ut *pridie Nonas Martii* Deſiderium Abbatem Caſinenſem Cardinalem crearit, ut videre eſt apud Baronium; adeo hic Pontifex de Magnis Viris in Collegium Cardinalium cooptandis ſollicitus erat. Cæterum Hildebrandus factus eſt Archidiaconus poſt menſem Auguſtum, ut conſtat ex num. XIII. ideoque Epiſtola Petri Damiani ad eum data eſt poſt hunc menſem, ſicuti & libellus ejus Nicolao PP. oblatus longe poſt Concilium Sutrinum.

*movendæ in poſterum quæſtionis ac repetitionis, abſcindo. Et quia pro innumeris peccatis meis non ſum dignus in Eccleſiaſtica dignitate perſiſtere: det mihi divina miſericordia per ſanctas orationes veſtras, venerabilis Pater, hoc ipſo vitæ quod reſtat, in luctu & pœnitentia permanere. Confiteor enim, quia criminoſus ſimul & vitioſus ad honorem hunc, & non ſine reprehenſione perveni, & in eo reprehenſibiliter vixi. Ideoque mihi tutum viſum eſt, ut ipſe me potius ſponte deponerem, quam ante tribunal tremendi Judicis, in conſpectu omnium Angelorum & hominum, depoſitionis ſententiam ſub æterna damnatione ſubirem. Sed jam iſta ſufficiant.* Moxque iſtas apponit pro obtinendo quod peteret, ad Deum preces:

VII. *Omnipotens Deus, qui incomprehenſibilis diſpenſationis ſuæ conſilio & me ab obtinendi regiminis ambitione dejecit, & vos ad Eccleſiaſtici culminis ſumma provexit; ſancto cordi veſtro, cujus eſt inhabitator, inſpiret, talia mihi per ſacras litteras mandata dirigere, quæ meis votis, meiſque valeant deſideriis concordare. Amen.* Hæc Petrus, ſed fruſtra. Verum licet repulſam ſæpe tulerit pulſare ſæpius adhuc Pontificias aures importune minime prætermiſit, quamlibet quacumque ex cauſa oblatam occaſionem arripiens. Etenim cum aliquando, ſive joco, ſive ſerio Pontificiæ veſtes ipſius ſublatæ fuiſſent, & hoſpitio Pontificis Epiſcopatus redditus conſumpti fuiſſent; inde etiam Epiſcopatum dimittendi captans æquiſſimam rationem, iſta ad eumdem Pontificem tunc ſcripſit, ludo licet, negotium ſuum agens.

*Ad Nicolaum II. Romanum Pontificem, & Hildebrandum S. R. E. Archidiaconum.*

*Beatiſſimo Papæ Nicolao, & Hildebrando venerabili Archidiacono Petrus peccator monachus debitam ſervitutem.*

*Benedictus omnipotens Deus, quia dum quidquid mihi pro beneficio datum fuerat, tollitur dum ipſe quoque ſacerdotalis ornatus aufertur: certa mihi ſigna clareſcunt, quod Epiſcopalis in proximo dignitas mihi funditus adimatur. Nam & filii Jacob (a) cum fratrem ſuum Joſeph perdere decreviſſent, prius eum talari atque polymita tunica nudaverunt. Dominus etiam cum Aaron ſacerdotem obire præciperet, ait Moyſi: Pergat (b) Aaron ad populum ſuum. Et paulo poſt: Cum nudaveris, inquit, patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filium ejus, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Nimirum quem a ſacerdotali jam officio quieſcere voluit ſacra prius veſte nudavit, eaque filium induens, pro patre miniſtrare conſtituit. In ablatione igitur veſtis claret amiſſio dignitatis. In tripartita quoque reperitur hiſtoria, quia cum fames Hieroſolymorum provinciam occupaſſet, in Cyrillum, qui tunc Hieroſolymis præerat, revera tamquam in Epiſcopum, neceſſitate ciborum turba reſpiciebat egentium. Cumque pecuniæ ad conſulendum deeſſent, vaſa ille ſacra, ac vela diſtraxit: ſicque populo, qui laborabat inopia, ſubſidia miniſtravit.*

(a) Gen. 37.
(b) Nu. 20.

VIII. *Qua de re Conſtantius Imperator ad iracundiam provocatus eſt, ob id maxime, quod Acacius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus contra Cyrillum noſcitur machinatus. Sacram namque veſtem, quam famoſiſſimus Imperator Conſtantinus ad honorem Hieroſolymorum Eccleſiæ dederat Macario illius pontifici civitatis, auro ſcilicet, ſericoque contextam, ut ea circumamictus miniſterium ſacri Baptiſmatis adimpleret, Cyrillum aſſeruit vendidiſſe, eamque tunc emiſſe quemdam Thimelicum ſaltatorem. Dumque indutus ea ſolito more ſaltaret, ut ille teſtabatur, protinus cecidit, & contritus, ac divina ultione percuſſus ſpiritum exhalavit. Hoc igitur Acacius Cyrillo crimen obiecit, ſicque illum Epiſcopali dignitate depoſuit. Si ergo ſummi illi Pontifices, Aaron videlicet, & Cyrillus poſt amiſſionem veſtium perdiderunt etiam conſequenter ſacerdotalium infulas dignitatum: quid mihi parvulo & indigno aliud datur intelligi, niſi quia dum ornamentis ſacerdotalibus exuor, ſacerdotali proculdubio dignitate deponor? Præterea monaſterium hoſpitando, & confiſcando muneribus abſtuliſtis; de Epiſcopatu quoque quidquid proventus inveniri poterat, conſumpſiſtis. Quid ergo reſtat, niſi ut miles emeritus abiiciat cum chlamide cingulum, qui militaris ſtipendii perdidit donativum? Cedant igitur jam in uſus veſtros Epiſcopatus ſimul & monaſteria, nec mihi quiſpiam de cætero inane beneficii nomen obiiciat, ſed veſtris luce clarius innoteſcat. Noverit itaque veſtra utriuſque benignitas, quia hæc vobis ita irrevocabiliter reddo, quod donec vita comes fuerit, ulterius non tenebo.* Iſta ad Pontificem Petrus.

IX. Quid autem Nicolaus Papa reſponderit, non extat reſcriptum aliquod; certum tamen eſt, miſſionem Petrum non accepiſſe, ſed vel Romæ apud Pontificem in Geſtis ſynodalibus laboraſſe, vel legationibus inſeruiſſe. Porro tantum abeſt, ut Pontifex ejuſmodi viros a munere Cardinalatus abſolverit, ut alios his ſimiles diligenter quæreret, quos in ſacrum Senatum cooptaret. Sic igitur imitatus prædeceſſorem, qui creavit ipſum Petrum Damiani Cardinalem Oſtienſem; ipſe virum, qui omnium conſenſu optimus omnium habebatur, ſen-



tentia quoque prædeceſſoris plurimum commendatus erat, Deſiderium Caſſinenſem Abbatem mox creat presbyterum Cardinalem. Sed quomodo id ſe habuerit, ab eodem Leone, qui res ab ipſo geſtas ab infantia eſt proſecutus, ſic accipe (a):

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 12.

X. Deſiderius Abbas Caſſ. creatus Card. titul. S. Ceciliæ.

*Mandat Nicolaus Papa deinde ad monaſterium domno Abbati Deſiderio ſibi in Picenum agrum proficiſcenti quam primum occurrat, ut proximo Martii menſis jejunio & presbyteri gradum & Cardinalis pariter officium ſumat. Dominica igitur prima Quadrageſimæ paratis omnibus neceſſariis, Deſiderius iter arripiens, apud Farfenſe monaſterium Apoſtolico ſe conjunxit. A quo amiciſſime, honorificeque ſuſceptus, Auximum ſimul cum eo profectus eſt. Ibi ſecundo Quadrageſimæ ſabbato, id eſt pridie Nonas Martii, Cardinalis presbyter ab ipſo ordinatus, ſequenti Dominica Abbas quoque conſecratus eſt, privilegiumque amplum ſatis & honorificum de ſuorum conſuetudine prædeceſſorum conſecutus eſt. Præterea de Cardinalatus ipſius dignitate, & ſanctiſſimi patris Benedicti honorificentia per totam Campaniam, & Principatum, Apuliam quoque atque Calabriam vicem ſuam illi idem Apoſtolicus plena auctoritate commiſit. Poſt hæc accepta licentia, Romam rediens, proxima Dominica mediæ Quadrageſimæ in Eccleſia ſancti Petri ſolemniter Miſſas celebravit, atque Romanorum innumera turba proſequente, ad titulum ſanctæ Cæciliæ trans Tiberim maxima cum laude deductus eſt: ſicque ad monaſterium in beati Benedicti feſtivitate remeavit. Et quoniam ab eodem Pontifice Paſchalis feſtivitatis gratia invitatus fuerat, Romam reverſus eſt.* Hæc Leo; cætera vero Deſiderii ſuis locis inferius.

XI. Concil. Rom generale.

Hoc eodem anno, menſe Aprilis (ut habet ejuſdem Pontificis Conſtitutio de electione ſummi Pontificis edita) Romæ in

PAGIUS II. A. num. XI. ad XXXV. Concilium Romanum, [1] in quo CXIII. Epiſcopi interfuere hoc anno menſe Aprili, ut in Chron. Virdunenſi habetur, coactum fuiſſe, indubitatum reddit Decretum de Electione Romani Pontificis in eodem emiſſum, cujus initio legitur. *Anno ab Incarnat. milleſimo quinquageſimo nono, menſe Aprili, indictione XII. propoſitis ſacroſanctis Evan-*

*Berengarius in Concilio Rom. hæreſim abjurat.*

NOTÆ [1] Concilii hujus Romani diverſas in multis a vulgatis ſubſcriptiones exhibent veterum Monumentorum Collectores doctiſſimi PP. Martene & Durand. ex Codice MS. Monaſterii Floreſienſis deſcriptas, inter quas apparet nomen *Benzonis Epiſcopi Albenſis*. Cum autem de Libro a Benzone hoc ſcripto rerum ab Henrico III. Imperatore geſtarum ſermo a nobis ſæpe faciendus ſit; ideo de auctore iſto vel ipſi Cl. Ludevvig, qui ineditum illud Opus vulgavit in Reliquiis ſuis tomo IX. ignoto, quædam in præſenti promenda ſunt. Epiſcopatum ille geſſit Albæ Pompejæ in Langobardia, ut inter cætera idem Benzo declarat, commemorans cathedralem Eccleſiam ſuam S. Laurentio dicatam quod de cathedrali Albæ Pompejæ aſſerunt Ughellius, & Auguſtinus Alberti in Opere *Idea delle Catedrali d' Europa. &c. pag.* 57. Jam inde ſub Nicolao II. Pontifice tumultuari illum cœpiſſe colligo ex cardinali Aragonio, qui in vita Nicolai II. ſcribit: *In quo* (concilio, nempe in Romano ſub Nicolao) *cervicoſos Lombardiæ antiſtites, Guidonem videlicet Mediolanenſem, cum C. Taurinenſi, G. Aſtenſi, B.* (Benzone) *Albenſi &c. fretus religioſorum auxilio ſedere coegit*. Dein Henricianas partes palam ſectatus, Cadalo Antipapæ contra Alexandrum II. adhæſit. Ex quo factum fuiſſe credo, ut ab eodem Alexandro depoſitionis ſententiam promeruerit, quemadmodum ipſe de ſe non obſcure prodit, appellans ſeſe ſine Epiſcopatu Epiſcopum. Deſtinatus fuit ab Henrico, ſeu a Regni adminiſtratoribus, Romam, ut animos civium diſponerent ad Cadoli receptionem, quibus in ſuas partes pertractis, ipſe dein electum ſuum Romam valida armatorum manu deduxit. Tum juſſum Cadalum ſecedere Parmam ſecutus fuit, nec redeuntem iterum Romam deſeruit, eidemque & cancellarii munus præſtitit. Poſt obitum Godefridi Barbati Etruriæ & Lotharingiæ Ducis legatione functus eſt a Cadolo ad Henricum, ut labentes res ejus ſuſtineret. Ivit in Germaniam, rediitque bona ſpe plenus, futurum renuncians, ut quantocius omnia componerentur in duobus conciliis, altero quidem in Germania ſtatim celebrando, quod Osborienſe fuiſſe concilium credo, altero vero in Italia Mantuæ agendo. Quid in his conciliis actum ſit, ſuo loco adnotabitur. Dein proſtratis Cadoli rebus, eoque e vivis ſublato, Benzo partibus Henricianis nihilo ſecius inſiſtens, antipapæ Guiberto ab eodem Henrico promoto favit. Videtur tamen in ſecundo hoc ſchiſmate Benzo in epiſcopatu ſuo, cui forte ab Imperatore reſtitutus fuit, ſe continuiſſe, quod ſenio & morbo laſſeſceret. Hinc ad Synodum Moguntinam, poſt aſſumptionem Guiberti in Germania celebratam, venire recuſavit. Nec plura de illo comperta ſunt. Librum ſcripſit de rebus Henrici III. imperatoris, in quo tamen nihil tractat niſi de ſchiſmate Cadoli & Guiberti. Utile eſt opus præſertim in iis quæ memorat de ſchiſmate ejuſdem Cadoli, de quo Authores parcius diſſerunt, & multa de eo prodit aliis incomperta. Stylo utitur tropis & rithmis inferto; adeoque obſcurus eſt interdum, Oedipo lectore indigens. Quoad ſchiſma Guiberti pauca in eo ſunt, quæ alibi pariter non legantur. Idem Opus inter Scriptores rerum Germanicarum Menkenio vulgatos tom. I. relatum eſt.

Hujus Romani concilii accuratiorem epocham ſervat nobis ejuſdem Nicolai II. conſtitutio de electione Romani pontificis, quæ integra exhibetur in Codice Uldarici Babenbergenſis ab Eccardo tom. II. Cap. Hiſtor. Medii Ævi col. 21. vulgato; ita enim legitur ibi: *Anno ab Incarnatione MLVIIII. Idus Aprilis indictione XII.* MANSI

in Laterano celebratum liquet ab eodem Nicolao Papa generale Concilium, ad quod reus dicturus cauſam vocatus eſt Berengarius ille Turonenſis patria, Archidiaconus Andegavenſis ſæpe damnatus hæreſiarcha. De numero Epiſcoporum, qui huic Concilio interfuerunt, Algerus ſic habet: (a) *Quod ut certius innoteſcat Fidelibus, Berengarii Andegavenſis hæretici confeſſio, quam de hujus rei Catholica Fide ſcripſit Romæ præſente Nicolao Papa, & coram centum tredecim Epiſcopis jurejurando firmavit, ad medium deferatur, &c.* Eadem de numero habet Lanfrancus, idemque Concilium a Guitmundo hujus temporis nobiliſſimo ſcriptore Generale nominatur. Ait enim: *Reverſuſque aliquanto poſt ad vomitum ſuum, agente ſanctæ recordationis Nicolao Papa, in generali Concilio Romæ iterum confutatur, &c.* In fragmentis vero hiſtoriæ Francorum ad Glabrum appoſitis hæc leguntur de ipſo: *Qua de cauſa a Nicolao Papa evocatus Romam petiit, ubi præſentia ejuſdem Papæ, & multorum Epiſcoporum examinatus, ſuum confitens anathematizavit errorem, Joannem Scotum igni comburens, cujus lectione ad hanc nefariam devolutus fuerat ſectam, &c.*

(a) *Alger de ſacram. l. 1. c. 19.* Berengarius vocatur ad Synodum.

XII. Joannes Scotus detectus Hæreſiarcha.

Porro quod ad Joannem Scotum pertinet, male quidem audiſſe apud Nicolaum Primum Pontificem hujus nominis, ſuo loco ſuperius dictum eſt: qui, licet virulenta adeo adverſus Fidem Catholicam ſcripſerit; quia tamen illa non ita vulgavit, ut omnibus comperta fierent: hinc accidit, ut bonæ æſtimationis fuerit apud multos, qui ei etiam martyrii titulum nimia facilitate tribuerunt. Fortaſſe potuit id eſſe odoratus Paſchaſius Rathbertus Abbas Corbejenſis, qui eodem tempore vixit, ac ſcripſit luculentum commentarium de corpore & ſanguine Domini, parato veneno parans antidotum. De utroque autem iſta Lanfrancus: (b) *Igitur cum a quodam Rhemenſi clerico Romam perlatas* litteras ſcilicet Berengarii *recitator legeret, intellecto quod Joannem Scotum extolleres, Paſchaſium damnares, communi de Euchariſtia fidei adverſa ſentires, promulgata eſt in te damnationis ſententia &c.* De facta autem tunc in eodem Concilio per ipſummet Berengarium combuſtione librorum, habet iſta Lanfrancus: *A beatæ memoriæ Nicolao totius Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & a centum tredecim Epiſcopis Romæ audita, examinata, atque damnata ſunt. Tu quoque inclinato corpore, ſed non humiliato corde ignem accendiſti, libroſque perverſi dogmatis in medio ſancti Concilii in eum conjeciſti, jurans per id, quod rebus omnibus incomparabiliter majus eſt, fidem a Patribus, qui præſentes erant, traditam inviolabiliter ſervaturum, veteremque doctrinam tuam de corpore & ſanguine Domini ab illa die aliis non prædicaturum.* Quibuſdam verbis conceptum fuerit ejuſmodi Berengarii jusjurandum, cum in pleno Concilio eſt deteſtatus errorem, Fidemque Catholicam profeſſus, hic ex Lanfranco, qui recitat, deſcribendum putamus. Sic ſe habet:

(b) *Lanfr. de Euchar contra Bereng.* Pœnitentia Berengarii.

XIII. (c) *Apud Ivon. p. 2. c. 10.* Profeſſio Berengarii.

*Ego (c) Berengarius indignus diaconus Eccleſiæ ſancti Maurilii Andegavenſis, cognoſcens veram & Apoſtolicam Fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus ſum. Quæ aſtruere conatur, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem, ſolummodo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri JESU Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari,*

PAGIUS *Evangeliis, præſidente quoque Reverendiſſimo ac beatiſſimo Nicolao Apoſtolico Papa in Baſilica Lateranenſis Patriarchii,* &c. Hoc in Concilio Berengarius hæreſim ſuam denuo abjuravit, & de eo Anonymus Chiffletianus hæc habet: *Nicolaus Papa eidem Beringerio Romæ in generali Synodo audientiam conceſſit, cauſamque ejus cum centum tredecim Epiſcopis Synodali judicio ventilavit. Sed ille iterum cum ſectam ſuam defendere non valeret, tandem quaſi correptus libros propriæ hæreſeos in conſpectu domni Apoſtolici, & totius Synodi manu propria concremavit: & errore abnegato, Catholicam profeſſionem, quam in Turonenſi Concilio* (anno MLV. habito) *fecerat, ſub jurejurando iterum renovavit: ita pronuncians. Ego Berengarius, indignus,* &c. ut legere eſt apud Baronium num. XIII. *Formam hujus juramenti & anathematis ita Sancta Epheſina Synodus quibuſlibet abdicandis hæreſibus cap. 15. præſcripſit, & de hæreſi infamatos, nonniſi per hujuſmodi abdicationem hæreſis, expurgari debere decrevit: unde & a Beringerio talem receperunt ſatisfactionem. Hanc juratoriam Profeſſionem Berengerii Domnus Papa Nicolaus ſtatim per diverſa tranſmiſit regna; ut omnes gratias agerent pro ejus converſione, quoniam pridem multum ſcandalizati ſunt de ejus averſione. Sed Beringerius more ſuo ad proprium vomitum redire non timuit,* quod ſuo loco narrabimus.

III. *Joannis Scoti librum comburit.*

Ea fidei Profeſſio ab *Humberto* Epiſcopo Sylvæ Candidæ compoſita, ut teſtatur Lanfrancus apud Baronium num. XIV. & ſeqq. ubi licet *Lanfrancus* Humbertum ſemper *Epiſcopum*, numquam Cardinalem appellet; eum tamen Cardinalem tunc fuiſſe mox conſtabit. Librum *Joannis Scoti* cognomento Erigenæ Berengarius combuſſit, ut refert Baronius num. XI. quo ex libro hæreſim ſuam hauſerat. *Joannis Scoti* librum de Euchariſtia diverſum non eſſe ab eo, qui modo ſub *Bertrami*, modo ſub *Ratramni* nomine apparuit, primus omnium detexit Marca, ut ſuo loco oſtendimus. Verum, ut obſervat Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 1053. veroſimile non videtur quod ait Marca, Opus iſtud jam inde ab ortu ſuo ſub ementito *Bertrami* nomine delituiſſe; id agente ſcilicet Joanne ipſo Scoto, ut hac tanquam larva tectus,



*ri, vel frangi, vel Fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedi, & ore, & corde profiteor de ſacramento Dominicæ menſæ eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus auctoritate Evangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique * firmavit: ſcilicet panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus, & ſanguinem Domini noſtri JESU Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolum in ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & Fidelium dentibus atteri, jurans per ſanctam, & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Evangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus, & ſectatoribus ſuis, æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire, * ac prædicare præſumpſero, ſubjaceam canonum ſeveritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.* Hucuſque ex ſcripto Berengarius recitavit, confirmavit, & ſuo chirographo roboravit, quod jubente Nicolao Papa, univerſoque Concilio ab Humberto Epiſcopo Cardinali ſcriptum, & ab ipſo Papa, univerſoque Concilio recognitum, atque probatum antea fuerat. Teſtatur hæc idem Lanfrancus cum iſta, mox ſubiicit cauſam ejuſmodi conſcribendi, per Humbertum confeſſionem retexens, his verbis Berengarium ipſum compellans:

* formavit.

* aut.

XIV. * ſpretus ab Berengarius noluit defendere hæreſim.

*Cum ergo veniſſes Romam fretus, * iis, qui plus impenſis a te beneficiis, quam ratione a te audita, opem tibi promiſerant, non auſus defenſare, quod antea ſenſeras; poſtulaſti Nicolaum Pontificem, ejuſque Concilium, quatenus fidem, quam teneri oporteret, verbis tibi traderet, ſcriptura firmaret. Injuncta eſt hujus rei cauſa Humberto Epiſcopo. Itaque verba fidei ſuperius comprehenſa ſcripſit, recitavit, aſſenſu omnium ad legendum, & confitendum tibi tradidit. Tu vero acquieſcens accepiſti, legiſti, confeſſus es, te ita credere jurejurando confirmaſti, tandem manu propria ſubſcripſiſti. Nicolaus Papa gaudens de converſione tua, jusjurandum tuum ſcriptum miſit per urbes Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & ad quæcumque loca fama tuæ pravitatis antea potuit pervenire: ut ſicut Eccleſiæ ſcandalizatæ prius dolebant de te averſo atque adverſo; ita poſtea gauderent, gratiaſque Deo agerent de te reverſo atque converſo. Cur ergo ſcriptum hoc magis adſcribis Humberto Epiſcopo, quam tibi? quam Nicolao Pontifici? quam ejus Concilio? quam denique omnibus Eccleſiis, quæ id cum debita reverentia ſuſceperunt, & pro converſione tua Deo gratias retulerunt? &c.*

XV. Berengarius in hæreſim relabitur.

*Quid igitur? verſipellis homo, verſutus hæreſiarcha, veternoſus ſerpens non ſic depoſuit ibi vetera ſpolia, ut etiam venena dimiſerit, ſed ut innovatus ſquamis in percuſſores ardentius inſiliret, quod declaravit eventus. Etenim ut abunde Lanfrancus docet, poſt Romanum Concilium, ubi quæ vellet ſcribendi liberam facultatem nactus eſſet infelix, ſcripſit invectivam adverſus eam, quam in hoc ipſo Concilio legit, probavit, juramento firmavit, atque ſubſcripſit, Fidei Catholicæ confeſſionem converſus in Humbertum, qui eam ſcripſiſſet, & in Romanam Eccleſiam, cujus auctoritate feciſſet. Quod ubi novit Lanfrancus, mox ſparſo veneno paravit antidota, ſcribens, ad eumdem Berengarium egregium commentarium, quo arrogantis hæreſiarchæ retundit audaciam, refellit errores, diſſol-*



PAGIUS ctus, hæreſeos invidiam declinaret. Primis enim temporibus, nulla *Bertrami* mentio, perpetua Joannis Scoti. Hincmarus, Berengarius, Lanfrancus, Guitmundus, Durandus, Aſcelinus, Synodi Romanæ, Vercellenſis, Pariſienſis, omnes Joannem Scoti Operis illius agnoverunt auctorem: ac ne ſemel quidem exprobrata eſt, aut commemorata nominis illa fictio, quam ignorare non poterant, ſi librum, quem ſciebant, dicebantque eſſe Joannis Scoti, alterius inſcriptum nomini videbant. Primus Sigebertus Opus hoc *Bertramo* adſcripſit, & poſtea *Ratramno* Anonymus Cellotianus, quem *Herigerum* eſſe probavit Mabillonius, attribuit. His adde Librarios aut poſſeſſores librorum MSS. unius Scriptoris opera alteri ſæpe aſſignaſſe, ut innumeris exemplis liquet. Baronius num. XVIII. ait, *Berengarium* abſque ulla prævia habita in Synodo de hæreſi altercatione, ſtatim ſponte damnaſſe errorem & deceptum Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 33. qui ſcribit, *Albericum* Diaconum Caſinenſem adverſus eum diſputaſſe. Verum Leoni Oſtienſi fidem adſtruit Anonymus Chiffletianus, mox laudatus, qui ſi Baronii tempore lucem vidiſſet, eum ab ea ſententia avertiſſet.

IV. *Electio Summi Pontificis Cardinalibus attribuitur.*

In hac Synodo Romana, ad frequentia ſchiſmata præcavenda, Nicolaus II. de Romani Pontificis electione decretum edidit, quo ſtatuit, ut vacante Sede *Cardinales Epiſcopi diligentiſſime ſimul conſideratione tractantes, mox ſibi Clericos Cardinales adhibeant, ſicque reliquus Clerus & populus ad conſenſum novæ electionis accedant.* Paulo poſt: *Eligant autem de ipſius Eccleſiæ gremio, ſi repertus fuerit idoneus, & ſi de ipſa non invenitur, ex alia aſſumatur, ſalvo debito honore & reverentia dilecti filii noſtri Henrici, qui impræſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente ſperatur, ſicut jam ſibi conceſſimus, & ſucceſſorum illius, qui ab hac Apoſtolica ſede perſonaliter hoc jus impetraverint.* Hæc Nicolai II. Conſtitutio a Chronographo Virdunenſi integra recitatur, & ex hoc tempore Cardinalium S. R. E. dignitas longe majori in pretio eſſe cœpit, ut ab Hiſtoricis notatum. Electionem autem hoc tempore ad Cardinales, nudam vero Electi approbationem ad populum pertinuiſſe, eruitur ex De-

*ſolvit fallacias, blaſphemias, redarguit convertens eas in caput ipſius, nullumque docet hactenus extitiſſe procaciorem hæreticum, qui eas auſus fuiſſet in Romanam Eccleſiam jactare blaſphemias, quas ipſe perjurus & fœdifragus præſumpſiſſet.* Nam *ubi ad illa ſuæ confeſſionis verba venit quibus dicitur: Conſentio, inquit Burgundus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: hic mox ipſe Berengarius iſta ſubiecit: Revera non ſanctam Eccleſiam experta eſt ipſa veritas, ſed Eccleſiam malignantium, Concilium vanitatis, non Apoſtolicam, ſed ſedem ſatanæ.* In quem mox iſta Lanfrancus:

XVI. Blaſphemiæ in Rom. Eccleſ. refelluntur.

*Non deberes dicere: Conſentio*, inquit *Burgundus, ſed conſentio ego Berengarius. Tua enim hæc verba fuerunt, hæc te credere, ſanctum Concilium fefelliſti: hæc te ſervaturum jurejurando firmaſti. Venerabilis Humbertus, quem quaſi exprobrando Burgundum nominas (quaſi non poſſit Deus in Burgundia habere ſervos ſuos) nihil aliud fecit, niſi quod ſcripturam ipſam præcipiente Synodo, manu in manum tibi porrexit. Verum o infelix anima, de hæreſi ad perjurium prius tranſiſti; nunc iterum de perjurio ad hæreſim remeaſti. Propterea traditus in reprobum ſenſum, ſanctam Romanam Eccleſiam vocas Eccleſiam malignantium, Concilium vanitatis, Sedem ſatanæ; & hoc impio ore garriſti, quod garriſſe nemo legitur, non hæreticus, non ſchiſmaticus, non falſus aliquis Chriſtianus. Quotquot enim a primordio Chriſtianæ Eccleſiæ, Chriſtiani nominis dignitate gloriati ſunt, etſi aliqui relicto veritatis tramite, per devia erroris incedere maluerunt; Sedem tamen S. Petri Apoſtoli magnifice honorarunt, nullamque adverſus eam hujuſmodi blaſphemiam vel dicere, vel ſcribere præſumpſerunt.*

XVII. *Quod indubitatum habet, qui eorum ſcripta legit, quæ diverſis temporibus, ac diverſis de cauſis Sedes Apoſtolica ab eis vel tranſmiſſa, vel porrecta recepit. Denique ipſe Dominus honorifice alloquitur eam in Evangelio ſuo, dicens: (a) Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo: Et quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Quæ tametſi de paſtoribus ſanctæ Eccleſiæ dicta eſſe credantur; præcipue tamen de Romana Eccleſia intelligenda eſſe ſacri canones, & Pontificum decreta teſtantur.* Hæc Lanfrancus. Quibus intelligas, Novatores Berengarii erroris hæredes ejuſdem mores pariter aſſecutos. Porro vir doctiſſimus atque ſanctiſſimus eodem commentario eumdem redarguens de blaſphemiis in Romanam Eccleſiam, iſta habet: *Dum ipſum Humbertum contra Catholicam veritatem ſcripſiſſe aſſeris, non ipſum ſolum, ſed Romanos Pontifices, Romanam Eccleſiam, multoſque ſanctos Patres redarguis; incurriſque in illud, quod beati doctores ſi non iiſdem verbis, iiſdem tamen ſententiis multis in locis concorditer aſtru-*

(a) Matt. 16.

xe-

PAGIUS Decreto electionis Gregorii VII. his verbis expreſſum: *Nos S. Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Accolythi, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis, Abbatibus, Clericis & Monachis conſentientibus eligimus nobis in Paſtorem & Summum Pontificem*, &c. Denique Petrus Damiani, Alexandro II. Pontifice in lib. 1 Epiſt. XX. ait, electionem Pontificiam *per Epiſcoporum Cardinalium fieri debere principale judicium*, ita ut *ſecundo loco jure præbeat Clerus aſſenſum; tertio popularis favor attollat applauſum; ſicque ſuſpendendam eſſe cauſam, uſque dum Regiæ Celſitudinis conſulatur auctoritas, niſi periculum fortaſſis immineat, quod rem quantocius accelerare compellat.* Ab hoc tamen jure Clerum Cardinalibus inferiorem, populumque deinde excluſum fuiſſe ſeculo ſequenti videbimus.

V. *Decretum in favorem Henrici IV. datum.*

Quid contineret Decretum a Nicolao II. in favorem Henrici Regis emiſſum docet Sanctus Anſelmus Lucenſis Epiſc. lib 2. contra Wichbertum, & ſequaces ejus. Nam pag. 221. inquit; *ſunt item qui objiciunt, Nicolaum juniorem decreto Synodi conſtituiſſe, ut obeunte Apoſtolico Pontifice ſucceſſor eligeretur, & electio ejus Regis notificaretur. Facta vero electione, & ut prædictum eſt, Regi notificata, ita demum Pontifex conſecraretur. Quod ſi admittendum eſt, ut ratione factum dicatur; objicimus ad hoc confutandum, præfatum Regem, & Optimates ejus ſe ea conſtitutione indignos feciſſe. Primum, quia poſtea præfatum Nicolaum, Colonienſem Archiepiſcopum pro ſuis exceſſibus corripuiſſe, graviter tulerunt, eumque hujus gratia, quantum in ſe erat, a Papatu depoſuerunt, & nomen ejuſdem in Canone conſecrationis nominari vetuerunt, ideoque decretum ejus de jure irritum eſſe debebit.* Et poſt multa adverſus decretum illud in medium adducta, ſubdit: *Patet præfatum decretum nullius momenti eſſe, nec unquam aliquid virium habuiſſe. Et hæc dicens non præjudico beatæ memoriæ Papæ Nicolao, nec quidquam ejus honori derogo, Patrum ſententias Dei ſpiritu conditas ſequendo; homo quippe fuit, eique, ut contra fas ageret, ſurripi potuit.* Baronius num. XXXI. & ſeq. idem de verbo ad verbum refert ex Deuſdedit Cardinali, cujus Collectio Canonum, ſeu libri IV. de Rebus Eccleſiaſticis extant MSS. in Biblioth. Vaticana. Quare idem Opus duobus Auctoribus attribuitur, *Deuſdedit* nempe & *Anſelmo Lucenſi*. Cujus autem verus fœtus ſit, alibi inquiram. Hoc tempore Archiepiſcopus Colonienſis Sanctus *Anno*, quem Henricus III. moriens Henrici filii educationi præpoſuit, *ea quæ in regno præter æquum & bonum perperam gerebantur*, vehementer deteſtabatur, & ab Henrico IV. *graviſſimis* ſæpe numero diſſidebat *inimicitiis*, inquit Auctor Anonymus Vitæ Sancti Annonis apud Surium ad diem IV. Decemb.

Qua-



*xerunt: Hæreticum eſſe hominem, qui a Romana & univerſali Eccleſia in Fidei doctrina diſcordat &c.*

XVIII. De Alberico Diacono Caſſinenſi.

Adverſus autem ejuſmodi virulentam Berengarii ſcriptionem non ſolum Lanfrancus ſcripſit, ſed alii, qui tunc in Eccleſia Catholica florebant viri ſanctiſſimi atque doctiſſimi, ut Guitmundus de quo dicturi ſumus, Algerus monachus Cluniacenſis, quorum ſumma cum laude meminit Petrus Cluniacenſis, ſcribens adverſus hæreticos Petrobruſianos. Scripſiſſeque adverſus Berengarium Albericum Diaconum Caſſinenſem, teſtatur Leo Oſtienſis; qui tamen adverſus veritatem hiſtoricam ſuperius ex Lanfranci, & aliorum ſcriptis firmiſſime ſtabilitam, eidem plus, quam par eſt tribuit, dum de ipſo Romanoque Concilio hæc ſcribit: (a) *Ejus temporibus facta eſt Synod. in Urbe Roma contra Berengarium diaconem Eccleſiæ Andegavenſis, qui inter multa quæ nitebatur aſtruere ſacrificium corporis & ſanguinis Domini figuram eſſe dicebat. Eique cum nullus valeret obſiſtere, Albericus idem evocatur ad Synodum. Quo cum veniſſet, poſt multos verborum conflictus cum neuter cederet, Albericus unius hebdomadæ acceptis induciis, librum adverſus eumdem Diaconem edidit de corpore Domini, ſanctorum Patrum teſtimoniis roboratum in quo omnes aſſertiones ejus deſtruxit, æternaque oblivione delevit.* Hæc Leo, ſed glorianter nimis, ac valde mendaciter. Nam ut audiſti, Berengarius abſque ulla prævia habita in Synodo de hæreſi altercatione, ſtatim ſponte damnavit errorem.

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 33.

XIX. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. uſus.

Sed redeamus ad Lanfrancum, amantiſſimum veritatis, qui eodem commentario dum provocat Berengarium ad miracula, in confirmationem Catholicæ veritatis, diverſis temporibus in Eccleſia frequenter edita; hanc de Eccleſiaſticæ hiſtoriæ efficacia dignam tanto viro ſententiam habet: *Quæ miracula facta eſſe ignorat nullus, quiſquis in Eccleſiaſticis hiſtoriis, ſeu ſanctorum Patrum Geſtis eſt aliquantulum ſtudioſus. Quæ ſcripturæ tametſi illam excellentiſſimam auctoritatis arcem non obtinent, qua donatæ ſunt, quas propheticas, ſeu Apoſtolicas nuncupamus; hoc tamen probare ſufficiunt, quod hanc fidem, quam nunc habemus, omnes Fideles, qui nos præceſſerunt, a priſcis temporibus habuerunt.* Hæc Lanfrancus. Extat eodem argumento contra Berengarium ſcripta epiſtola a ſancto Wolphelmo Abbate, hujus temporis auctore, quam (b) Conradus monachus, qui & ipſe eodem tempore claruit, ejuſque auditor fuit, atque vitam ipſius exacte conſcripſit, in eadem dignum contexuit tanto viro opus. Ubi etiam narrat, atque redarguit ejuſdem Berengarii aliam hæreſim, qua negabat Chriſtum ingreſſum ad Diſcipulos januis clauſis, contemnens ob id Evangelicam veritatem. Quibus videas cerebroſum hæreſiarcham laxaſſe penitus habenas impudentiæ, & cujus generis ſint homines, qui adverſus iſta adeo probata delirant.

(b) apud Sur. t. 2. die 22. April.

XX. Fides Catholica miraculis confirmata.

At quoniam ipſa miracula divinitus edita, teſtante etiam perfido Pharaone, (c) digitus Dei eſſe operando noſcuntur, ſicut & nominantur: quæ digito iſto ſuo his diebus ſcripſerit ipſe Deus, & ſubſcripſerit veritati, videamus. Prætermittimus antiquiora, recenſemus ea tantummodo, quibus, dum iſta, urgente nefando Berengario, in controverſiam præter morem ſunt adducta, Deus intelligatur ſicut aſtipulatus veritati, ita refragatus errori. Petrus Damiani in epiſtola, quam dedit ad Deſiderium Caſſinenſem Abbatem Synodo abſoluta, reſcribens ad litteras, quas ab eodem acceperat, dum Synodus haberetur, de eo quod tunc accidiſſet, iſta habet ipſo exordio: *Recordatus ſum litterarum, quas tu quidem ſub interrogatione miſiſti; ſed his ego, ſynodali præpeditus inſtantia, adhuc non reſpondi. Et hæc in illis (ſi reminiſci valeo) continebantur epiſtolis: Quia zelotypa quædam mulier habens virum ex adulterii fraude ſuſpectum, qualiter eum ſibi vendicare poſſet proprio thoro contentum, a vicina petiit muliere conſilium. Quæ nimirum perverſa, & ultricibus flammis evidenter obnoxia, hoc eam ſacrilegium venenata ſerpentis antiqui ſuadela perdocuit, ut corpus Dominicum quaſi communicatura perciperet, quod caute reſervans viro ſuo poſtmodum non ſine quibuſdam maleficiis propinaret. Quod videlicet a ſacerdote perceptum, uſque dum occaſio præberetur, palliolo reſervatum non ſine magno dedit ſtupore miraculum. Hæc enim particula Dominici corporis inventa eſt uſque ad medietatem in*

(c) Exod. 8.



car-

PAGIUS Quare quando Nicolaus II. hunc Sanctum corripuit, eum de re, de qua agebatur, male edoctum fuiſſe oportet. Poſt Nicolai II. mortem, qui Schiſma conflarunt, hac ejus Conſtitutione præſertim innitebantur. Sed eos graviter deliquiſſe Sanctus Anſelmus Lucenſis oſtendit in Opere laudato, & Tom. VI. Antiq. Lect. Caniſii recitato. Porro Decretum cujus meminit Nicolaus II. Henrico IV. in hoc Concilio Romano conceſſum eſt, antequam quidquam de electione Summi Pontificis decerneret. Neque enim aliud Concilium Romanum ante illud, in quo Conſtitutio de electione Romani Pontificis condita, haberi potuit. Ad hoc pariter Concilium revocanda Epiſtola VIII. Nicolai II. ad Epiſcopos Galliæ & Aquitaniæ, in qua referuntur Decreta aliqua in ea Synodo promulgata, ut videre eſt Tom. IX. Concil. pag. 1105.

*carnem converſa, altera vero medietas panis ſpeciem non mutavit. Itaque (ſi rite reminiſcor) hoc propoſuiſti: deinde quid portenderet, inquiſiſti. Super qua quæſtione quia non neceſſe eſt diutius immorari; brevi compendio quid mihi videatur, expediam. Idcirco Deus omnipotens ſacroſanctum illud myſterium in carnis ſpeciem vertit, ut perfidiam reprobæ mulieris augeret, dum viſibilem Domini corporis oſtenderet veritatem, quatenus quæ purum panem, ut videbatur ante, credebat; veræ carnis ſpeciem cerneret: ſicque ſacrilegam cœpti ſceleris audaciam ſub ipſo judicio condemnaret. Quod autem medietas ſic remanſit, ad evidentioris judicii teſtimonium profecit, ut dum in una eademque ſubſtantia hinc panis, illinc carnis adeſſe conſideras ſpeciem, in utroque veræ carnis, verique panis indifferenter intelligas veritatem: quia & ipſe eſt panis, qui de cœlo deſcendit; & ipſa nihilominus caro, quæ de virginalis uteri materia prodiit.*

XXII. Aliud de S. Eucharistia miraculum. *Nam & veſter ille finitimus piæ recordationis Amalphitanus Epiſcopus (nomen neſcio) Stephano Romano Pontifici, me præſente, ſub jurejurando teſtatus eſt, quia cum aliquando ad menſam Domini ſacrificaturus accederet; ſed ſuper ſacramento Dominici corporis incredulus hæſitaret: in ipſa confractione ſalutaris hoſtiæ rubra prorſus ac perfecta caro inter ejus manus apparuit, ita ut digitos illius cruentaret; ſicque ſacerdoti ſcrupulum dubietatis auferret. Unde notandum eſt, quam ſit immane periculum indignis manibus attrectare tam terribile ſacramentum &c.* Porro Amalphitanus Epiſcopus ille Petrus nomine dictus eſt, quem legatione functum Conſtantin. una cum Humberto Epiſcopo Cardinali, ſuo loco ſuperius dictum eſt. Sed ad ipſum Romanum Concilium redeamus.

XXIII. Quid Papa conceſſit Henrico Regi. Conſtat etiam in eodem Romano Concilio editam eſſe Conſtitutionem de electione Romani Pontificis, de qua Petrus Damiani in Diſputatione Advocati regii cum defenſore Romanæ Eccleſiæ, hæc habet ex perſona ejuſdem regii Advocati: *Verumtamen tu hoc negare non potes, quod pater domini mei Regis piæ memoriæ Henricus Imper. factus eſt Patricius Romanorum, a quibus etiam accepit in electione ſuper ordinatione Pontificis principatum. Huc accedit (quod præſtantius eſt) quia Nicolaus Papa hoc domino meo Regi privilegium, quod ex paterno jam jure ſuſceperat, præbuit, & per ſynodalis inſuper decreti paginam confirmavit.* Et inferius: *Synodalis etiam decreti pagina, quam cum Concilii totius aſſenſu beatus Papa conſtituit, cui propriæ manus articulum indidit, quam tot Epiſcoporum venerandus celebriſque conventus ſubſcriptione firmavit, anathematis vinculo juxta morem carere non potuit.* De hoc conceſſo Henrico Regi de Pontificis Romani electione privilegio, nec Eccleſiæ Romanæ Defenſor Petrus ipſe negavit; ſed quomodo Principes regni abuſi eſſent illo reſpondit, dum libera jura Romanæ Eccleſiæ defendit. Quod enim ejuſdem Regis ope proxime præcedenti ſchiſmati finis impoſitus eſſet, legitimuſque Pontifex, Eccleſiæ Romanæ pace reddita, conſtitutus; gratitudinis ergo quod datum fuerat eadem ex cauſa patri privilegium, hoc Nicolaus una cum ſancta Synodo propagandum putavit in filium. Quod quidem cum ad ædificationem Eccleſiæ collatum eſſet, & eo ad deſtructionem miniſtri regii uti vellent; jure privari ipſo meruerunt, ut, quæ dicentur ſuo loco, ſignificabunt.

Ut autem ipſius privilegii conceſſionem factam in hoc Concilio a Nicolao ſummo Pontifice Henrico Regi, exactiſſime diſquiramus, hæc accipe: Non ita quidem apparet conceſſiſſe illi Pontificem atque Concilium jus eligendi Romanum Pontificem, ut eo privari voluerit Romanum Clerum; immo ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Epiſcopos voluit id potiſſimum pertinere, inde ad cæteros, quos ſive jura, ſive conſuetudo hactenus admiſiſſent, ne cuiquam præjudicium inferretur. Nec quidem quis dixerit (quod nec Adverſarius ipſe jura regia defendens dicere auſus eſt) plura modo eſſe Henrico Regi conceſſa, quam ejus patri Henrico Imp. data fuerant a prædeceſſoribus Romanis Pontificibus nimirum, quod hactenus factum vidimus, ut illum eligeret Imperator, in quem primo (ſi per pacem licuiſſet) ſuffragia Romanorum concurrerent: ſicque primum Clerus eligeret, & Cleri electioni Imperator ipſe faveret; ſin minus id Clero facere licuiſſet, ipſemet Clerus refunderet tunc liberam in Imperatorem electionem, ut quem vellet eligeret nomine tamen Romani Cleri, ut quæ ſunt ſuperius dicta in electionibus Romanorum Pontificum, docent. In hoc autem Concilio de Romanorum Pontificum electione Conſtitutio edita eſt, perneceſſaria temporibus iſtis, quibus vis tyrannica vigeret. Quæ ſic ſe habet: (*a*) XXIV.

(*a*) *In nomine diſt.* 23.

XXV. Decretum De electione Romani Pont. *In nomine Domini noſtri & Salvatoris JESU Chriſti. Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo quinquageſimonono, menſe Aprili, Indictione duodecima, propoſitis ſacroſanctis Evangeliis, præſidente quoque reverendiſſimo ac beatiſſimo Nicolao Apoſtolico Papa in baſilica Lateranenſis Patriarchii, quæ cognominatur Conſtantiniana; conſidentibus etiam reverendiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, presbyteris,*



*diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apoſtolica decernens de electione ſummi Pontificis, inquit:*

XXVI. *Novit beatitudo veſtra, dilectiſſimi fratres Coepiſcopi (inferiora quoque membra Chriſti non latuit) defuncto piæ memoriæ domino Stephano prædeceſſore noſtro, hæc Apoſtolica Sedes, cui auctore Deo deſervio, quot adverſa pertulerit, quot denique per ſimoniacæ hæreſeos trapezitas repetitis malleis, crebriſque tunſionibus ſubjacuerit, adeo ut columna Dei viventis jam jam pene videretur concuſſa nutare, & ſagena ſummi piſcatoris, procellis intumeſcentibus, cogeretur in naufragii profunda demergi. Unde, ſi placet fraternitati veſtræ, debemus, auxiliante Deo, futuris caſibus prudenter occurrere, & Eccleſiaſtico ſtatui, ne recidiva (quod abſit) mala prævaleant, præcavere. Quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum aliorumque ſanctorum Patrum auctoritate, decernimus atque ſtatuimus, ut obeunte hujus Romanæ univerſalis Eccleſiæ Pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſime ſimul de electione tractantes, mox * ipſi clericos Cardinales adhibeant, ſicque reliquus Clerus, & populus ad conſenſum novæ electionis accedat, nimirum præcaventes, ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et ideo religioſiſſimi viri præduces ſint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem ſequaces. Certus vero atque legitimus electionis ordo perpenditur, ſi perſpectis diverſorum Patrum regulis, ſive geſtis, etiam illa beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententia recolatur:* Nulla, *inquit*, ratio ſinit, ut *inter Epiſcopos habeantur, qui nec a clericis ſunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a* Comprovincialibus *Epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati (b). Quia vero Sedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur Eccleſiis, atque adeo ſupra ſe Metropolitanum habere non poteſt; Cardinales Epiſcopi procul dubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Epiſcopum ad Apoſtolici culminis apicem provehant.*

* Chriſti.

(*b*) *Ivon. par.* 5. *c.* 80.

XXVII. *Eligatur autem de ipſius Eccleſiæ gremio, ſi reperitur idoneus; vel ſi de ipſa non invenitur, ex alia aſſumatur, ſalvo debito honore, & reverentia dilecti filii noſtri Henrici, qui in præſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, ſperatur, ſicut jam ſibi conceſſimus, & ſucceſſoribus illius, qui ab Apoſtolica Sede perſonaliter hoc jus impetraverint. Quod ſi pravorum atque iniquorum hominum ita perverſitas invaluerit, ut pura, ſincera, atque gratuita fieri in Urbe non poſſit electio; Cardinales Epiſcopi cum religioſis clericis, Catholiciſque laicis, licet, paucis jus poteſtatis obtineant, eligere Apoſtolicæ Sedis Pontificem, ubi congruere viderint. Plane poſtquam electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas, vel qualiſcumque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, ut is, qui electus eſt, in Apoſtolica Sede juxta conſuetudinem auctorizari non valeat: electus tamen ſicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius. Quod beatum Gregorium ante ſuam conſecrationem feciſſe cognovimus.*

*Quod ſi quis contra hoc noſtrum decretum, ſynodali ſententia promulgatum, per ſeditionem, vel præſumptionem quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, ſeu intronizatus fuerit; auctoritate divina, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum ſuis auctoribus, fautoribus, & ſequacibus a limine ſanctæ Dei Eccleſiæ ſeparatus, abiiciatur ſicut Antichriſtus, invaſor, & deſtructor totius Chriſtianitatis. Nec aliqua ſuper hoc audientia reſervetur, ſed ab omni Eccleſiaſtico gradu, in quocumque fuerat prius, ſine retractatione deponatur. Cui quiſquis adhæſerit, vel qualemcumque tamquam Pontifici, reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præſumpſerit, pari ſententia ſit mancipatus.* XXVIII.

*Quiſquis autem hujus noſtræ decretalis ſententiæ temerator extiterit, & Romanam Eccleſiam ſua præſumptione confundere, & conturbare contra hoc ſtatutum tentaverit; perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur, & cum impiis, qui non reſurgent in Judicio, reputetur, Omnipotentis iram contra ſe ſentiat, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum Eccleſiam præſumit confundere, in hac vita, & in futura furorem ſentiat. (a) Fiat habitatio ejus deſerta, & in tabernaculis ejus non ſit qui inhabitet. Fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua: commotus commoveatur ipſe & filii ejus, & mendicent, & eiiciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam ejus, & diripiant alieni labores ejus. Orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa ſint ei contraria; & omnium Sanctorum quieſcentium merita illum confundant, & in hac vita ſuper eum apertam vindictam oſtendant. Obſervatores autem hujus noſtri decreti omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ab omnium peccatorum vinculis abſolvat.* Hactenus Nicolai Conſtitutio, labefactata tamen, ut dicetur, dolo malo ſchiſmaticorum. XXIX.

(*a*) Pſ. 198.

De qua quod in primis dicendum occurrit, eſt illud, quod tam ſalubre ad ſchiſmata vitanda remedium, converſum eſt nequitia Principum ad deteriora, quam XXX.

quam umquam fuerint, ſchiſmata excitanda: nam eam corrumpentes ſchiſmatici inde Reges & Imperatores anſam arripuere confirmandi Pontifices: & ſi creatos a Romano Clero Pontifices non ſuſciperent, tunc quem vellent in Romanam Sedem intruderent. Ita quidem poſt hæc peſtilentiſſimus Cadalous, ita funeſtiſſimus Guibertus & alii hoc ipſo ſæculo creati ſunt pſeudopontifices. Quod enim revera ejuſmodi germanum Nicolai Papæ decretum nullo pacto Imperatori faveret, ut intrudendi Pontifices eidem tribuerit facultatem; eidem qui ſupra nefandiſſimus Guibertus Antipapa decretum ipſum corrupit, aliqua addendo, & minuendo. Quod teſtatur Deuſdedit presbyter Cardinalis tituli ſanctorum Apoſtolorum in Eudoxia, in libello, quem contra invaſores, ſimoniacos atque ſchiſmaticos paulo poſt edidit, cum ejuſdem Guiberti ſchiſma vigeret, ubi hæc habentur de eodem Nicolai Papæ decreto:

XXXI. Decretum Nicol. depravatum. *Sunt autem qui obiiciunt, Nicolaum Juniorem decreto ſynodico ſtatuiſſe, ut obeunte Apoſtolico Pontifice, ſucceſſor eligeretur, & electio ejus Regi notificaretur. Facta vero electione, & (ut prius dictum eſt) Regi notificata, ita demum Pontifex conſecraretur. Quod ſi admittendum eſt, ut ratione factum dicatur, obiicimus ad hoc confutandum, præfatum Regem, & optimates ejus ſe ea conſtitutione indignos feciſſe: primum, quod poſtea, cum præfatus Nicolaus Colonienſem Archiepiſcopum pro ſuis exceſſibus corripuiſſet, graviter tulere, eumque hujus rei gratia (quantum in ſe erat) a Papatu depoſuere, nomenque ejuſdem in canone conſecrationis nominari vetuere; ideoque decretum ejuſdem jure irritum eſſe debebit; qui cum toto orbe Papa haberetur, juxta eorumdem ſententiam eiſdem Papa non fuit, quaſi non ex Dei, ſed ex eorum tantum penderet voluntate quempiam quodlibet eſſe vel non eſſe. Romanus enim Pontifex (ut ſapientes norunt) non modo deponi non poteſt, ſed etiam Chriſtiano jure a quolibet non poteſt judicari. Deinde quia cum in eodem decreto cautum eſſet, ut Romæ Pontificis electio a Romano Clero & populo ageretur, & poſtea notificaretur ipſi; præfatum violantes decretum, elegere (quod eis non licebat) prius Cadaloum Parmenſem, poſtea Guibertum Ravennatem, induentes eos Apoſtolicis inſignibus, vocantes Apoſtolicos, Apoſtatas & Antichriſti præcurſores. Præterea autem præfatus Guibertus, aut ſui ut ſuæ parti favorem adſcriberent, quædam in eodem decreto addendo, quædam mutando, ita illud reddiderunt a ſe diſſidens, ut aut pauca, aut nulla exemplaria ſibi concordantia valeant inveniri.*

XXXII. *Quale autem decretum eſt, quod a ſe ita diſcrepare videtur, ut quid in eo potiſſimum credi debeat, ignoretur?* Et inferius: *Excommunicatio autem, quæ in præfato decreto terribiliter profertur, a Guiberto, aut a ſuis fautoribus indita ſolummodo creditur: quoniam in antiquioribus hujus decreti exemplaribus longe aliter habetur. Et hæc quidem ſuper eos veniet, qui eam in ſui favorem ibidem indidere, & ſuper eos, qui eam timendam dicere præſumunt. Super illos quidem, ut incidant in foveam, quam fodere, & ut apprehendat eos captio, quam occultavere &c.* Ex quibus intelligis Lector ejuſmodi a Gratiano editum Nicolai decretum haud eſſe integrum, purumque, prout ab eodem Pontifice in Synodo eſt conſtitutum, ſed a ſchiſmaticis labefactatum, atque additione corruptum. Hic omittimus dicere, quod idem Deuſdedit Cardinalis etiam pluribus probare nititur, non potuiſſe eumdem Nicolaum ejuſmodi ſanciviſſe decretum per quod relaberetur in manus Principum jus ſuper electionem ſive confirmationem Romanorum Pontificum, cum tam in Orientali, quam Occidentali Eccleſia ſacris Conciliorum decretis, id non eſſe conceſſum laicis Principibus, nec in minoribus Epiſcopatibus, jura quæ citat, admoneant: quod tantum occaſione ſchiſmatis ingruentis viſum ſit aliquando uſurpatum exemplum, toleratum vero, dum iidem poteſtate regia hanc ſubire ſervitutem ſint coacti Pontifices, ut de his eſt querela ſancti Gregorii de ſuis temporibus ſuo loco ſuperius recitata. At de his alias pluribus, redeamus ad alia in eadem Romana Synodo ſtatuta decreta.

XXXIII. Contra ſimoniacos decretum. Prærerea contra ſimoniacos ab eodem Pontifice conſtat conſtitutum fuiſſe decretum, ex quo tria, quæ ſubſequuntur, capita (a) Gratianus in ſuo Decretorum libro deſcripſit his ipſis verbis: *Statuimus decretum de ſimoniacis tripartita hæreſi; id eſt, de ſimoniacis ſimoniace ordinatoribus, vel ordinatis, & de ſimoniacis ſimoniace a non ſimoniacis; & de ſimoniacis non ſimoniace a ſimoniacis. Simoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores ſecundum Eccleſiaſticos canones a proprio gradu decidant. Simoniaci quoque ſimoniace a non ſimoniacis ordinati ſimiliter ab officio male accepto removeantur. Simoniacos autem non ſimoniace a ſimoniacis ordinatos a miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere.* Et inferius:

(a) c. Statuimus 1. q. 1. Ivo par. 5. c. 79.

XXXIV. *De (a) cœtero ſtatuimus, ut ſi quis in poſterum ab eo, quem ſimoniacum eſſe non dubitat ſe conſecrari permiſerit: & conſecrator, & conſecratus non diſparem da-*

(b) 1. q. 1. c. de cætero & ſeq.



*damnationis ſententiam ſubeant, ſed uterque depoſitus pœnitentiam agat, & privatus propria dignitate perſiſtat.* Et ſequenti capite ita:

*Erga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſervanda habendam eſſe decernimus, ſed juxta canonum ſanctiones & decreta ſanctorum Patrum eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe, Apoſt. auctoritate ſancimus.* Hactenus apud Gratian. De his etiam Petrus Damiani in epiſtola ad Florentinos, cum ab eodem Nicolao Pontifice ait in hoc Concilio decretum editum contra ſimoniacos, teſtatur his verbis: *Conſtitutum eſt in Romano, ſanctæ memoriæ Nicolao Pontifice præſidente, Concilio, ut quicumque per eos nempe ſimoniacos, eatenus fuiſſent in cujuſlibet Eccleſiaſtici gradus dignitate promoti, in percepti honoris miniſterio permanerent; ex tunc vero & deinceps, quicumque ſe paterentur a ſimoniaco provehi, nihil penitus deberent ex ea promotione lucrari, & ſic miniſtrandi jura deponerent, tamquam ſi hæc nullatenus percepiſſent.* Ita ibi.

XXXV. Qui igitur decretum edidit contra ordinatos a ſimoniacis Nicolaus, ipſos Epiſcopos ſimoniacos convictos gradu depoſuit. Ita quidem feciſſe reperitur in Aldredum Archiepiſcopum Eboracenſem, qui Romam accipiendi cauſa pallium venerat. Rem geſtam ita deſcribit Willelmus Malmesburienſis in Epiſcopis Eboracenſibus (a): *Diſpoſitoque apud Regem conſilio, Aldredus Romam pertendit, comitatus duobus electis Epiſcopis, Giſone Vvellenſi, & Vvaltero Herefordenſi, necnon & Toſtino Comite Northumbrorum. Comitem Nicolaus Papa gratioſe ſuſcepit, & eum in Synodo, quam contra ſimoniacos coegerat, ſibi a latere aſſidere fecit: Giſonem, & Vvalterum voti compotes reddidit, qui eſſent, non uſquequaque contemnendæ ſcientiæ, & nullius notati ignominia ſimoniæ. Aldredum ſuapte reſponſione culpabilem utrobique repertum, omni honore ſeverus expoliavit. Ita differenti effectu cum regrederentur, una pariter ærumna omnes involvit. Nam prædonibus irruentibus, præter ſimplices veſtes expoliatis omnibus ad * nummum valens, corporibus tamen illæſis Romam refugere. Hæc calamitas peperit Aldredo recuperandorum occaſionem honorum.*

(a) VVil. de geſt. pont. Angl. l. 3.

* nimirum.

Nicolaus privatum reſtituit Archiepiſcopum Eboracenſem.

XXXVI. *Toſtinus quoque gravibus verborum contumeliis Apoſtolicum aggreſſus in ſententiam ſibi placitam reduxit, parum metuendam a longinquis gentibus ejus excommunicationem, quam propinqui latrunculi deriderent: in ſupplices enim furere, in rebelles parum valere: aut ſua ſibi per ejus auctoritatem reddenda, quæ per ejus fraudulentiam conſtaret amiſſa, aut futurum, ut hæc Rex Anglorum audiens, tributum ſancti Petri merito Nicolao ſubtraheret; ſe non defuturum rerum veritati exaggerandæ. Hoc minarum fulmine Romani territi Papam flexerunt, ut Aldredo Archiepiſcopatum redderet, & pallium; eſſe impium, ſi & inglorius & vaſtatus repatriaret. Fecit ille quod monebat ratio, hac moderationis libra adjecta, ut Vvigornienſi ſedi proprius Antiſtes accederet. Abierunt ergo domum incolumes, magna & diffuſa omnes Apoſtolici liberalitate de damno priori conſolati. Conſecuti ſunt abeuntes Romanorum Legati, qui ſanctiſſimum Vvlſtanum per*

PAGIUS VI. Duæ Synodi ſedente Nicolao II. Romæ habitæ. A num. XXXV. ad XXXIX. Baronius, Coſſartius Tom. X. Concil. aliique paſſim duas Synodos Romanas Nicolao II. ſedente habitas in unam confundunt, in eam ſcilicet, quæ currenti anno congregata; cum tamen poſterior anno milleſimo ſexageſimo primo habita fuerit. Is error proceſſit ex initio Præſulatus *Aldredi*, qui ſecundæ Romanæ Synodo interfuit, male collocato. Supponit enim Baronius, aliique cum eo, *Aldredum* tempore prioris Synodi Romanæ jam Eboracenſem Epiſcopum fuiſſe; cum tamen indubitatum eſſe debeat, eum tantum exeunte Decembri anni milleſimi ſexageſimi ad eam dignitatem evectum, & Concilium Romanum, cui adfuit, pertinere ad annum MLXI.

VII. Aldredus Archiep. Eboracenſ. priori non potuit intereſſe. *Aldredus* enim Epiſcopus Wigornienſis *Kinſio* demortuo in Archiepiſcopatum Eboracenſem ſucceſſit; Kinſium autem *undecimo Kal. Januarii* anni MLX. e vivis exceſſiſſe, fidem faciunt Florentius Wigornienſis, Simeon Dunelmenſis, Hovedenus, & Radulphus de Diceto pag. 478. qui addunt, *Aldredum* in Nativitate Domini Archiepiſcopum Eboracenſem electum eſſe. Adhæc Annaliſta Mailroſenſis, Godwinus in Præſulibus Angliæ, & Wartonus in parte II. Angliæ Sacræ pag. 250. *Kinſii* mortem, & *Aldredi* electionem cum eodem Chriſti anno connectunt, nec ullus ex antiquis Angliæ Scriptoribus aliter loquitur. Tradunt vero omnes, *Aldredum* ab Eduardo Angliæ Rege Romam ad Nicolaum II. miſſum eſſe, ſed ex iis aliqui fabulas ſecuti ajunt, eum Romæ ſimoniæ accuſatum fuiſſe. Id inter alio ſcripſit Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 271. quod tamen poſtea ipſemet damnavit in Vita ſancti Wulſtani Epiſcopi Wigornienſis, Aldredi ſucceſſoris lib. 1. cap. 10. ut videre eſt apud Wartonum laudatum: *Ille*, inquit Malmesburienſis in ejus Vita, *Romam pro more profectus, Nicolaum tunc temporis Papam votis ſuis primo abhorrentem invenit. Nam nec ille VVigornienſi Præſulatui renunciare, nec Papa, niſi recederet, Eboracenſi eum Pallio inſignire volebat. Adeo illum amor VVigorniæ devinxerat, ut majoris honoris nomen ejus pretio ſupponeret. Diu igitur multumque conflictu habito, Aldredus reflexo pede Sutrium venit, Toſtino Comite, qui cum eo venerat, magnas efflante minas. Quod nummi, quos Anglia quotannis Romano Papæ penſitat, hac occaſione ulterius non inferrentur. Verumtamen prædonibus irruentibus uſque ad dolorem & miſerationem videntium nudati, Romam redire contendunt quæ*

*per conſenſum Aldredi VVigorniæ ordinarunt Epiſcopum*. Hæc ibi.

XXXVII Gerardus comes Galeriæ excommunicatur. Porro graſſatorum præcipuum, qui Anglos iſtos deprædati ſunt, fuiſſe Gerardum Comitem Galeriæ, Petrus Damiani teſtatur in Defenſione Romanæ Eccleſiæ adverſus regium Advocatum, eumque in hac eadem Synodo excommunicatum affirmat his verbis: *De Gerardo liceat tantummodo dicere, Eccleſiæ hominem non fuiſſe, & Chriſti nequaquam pertinuiſſe Fidelibus. Illud enim unum caput anathemati maledictionique ſubjacuit omnium fere Pontificum, quicumque Romanæ Eccleſiæ ſuis temporibus præfuerunt. Deinde paulo antequam moreretur, propter Ducem Anglorum, & Archiepiſcopum, quos a beati Petri Liminibus redeuntes invaſit, ſpoliavit, & uſque ad mille Papienſis monetæ libras appendentia rapuit. Propter hoc itaque in plenaria Synodo Papa Nicolao præſidente, excommunicatus eſt, & extinctis luminibus perpetuo anathemate condemnatus*. Hæc Petrus Damiani in controverſia ſynodali regii Advocati cum Eccleſiæ Defenſore.

XXXVIII. Porro meminiſſe debet Lector, hunc illum eſſe Gerardum Comitem Galeriæ, quem diximus faviſſe Benedicto pſeudopontifici, ejus factione ad culmen Pontificatus evecto; idque teſtificatione Leonis (a) Oſtienſis. Quomodo autem Eduardus Rex Anglorum anno ſequenti legationem miſit ad Nicolaum Potificem, ſuo loco dicturi ſumus. Jam quæ ſunt reliqua Synodi proſequamur.

(a) Leo Oſt. l. 2. c. 102.

Cum autem (quod unum deſiderari a bonis omnibus videbatur) Nicolaus Pontifex remiſſius agere viſus eſſet in Epiſcopos inſectandos, qui introductam haberent fœminam, ne ex hoc publico judicio infamaretur dignitas Epiſcopalis, decantareturque ubique locorum, quod ſynodali ſententia ſciretur publice definitum; Petro Damiani mandavit, ut Pontificia auctoritate cum illis ſecretius ageret, eoſque ad meliorem frugem converteret. Qui rem aggreſſus, cum non ex ſententia ſuccedere tentata ſenſiſſet, ad Nicolaum converſus, libellum obtulit, quo ipſum hortatus eſt, ut poſtpoſito omni humano reſpectu, adverſus hujuſmodi Apoſtolico zelo ſuccenſus inſurgeret, non reveritus potentes, qui Dei Eccleſiam turpitudine coinquinarent. Libellus autem forma expreſſus epiſtolari ſic ſe habet:

*Domino Nicolao ſummo Pontifici Petrus peccator monachus debitæ ſubjectionis obſequium*. XXIX.

*Nuper habens cum nonnullis Epiſcopis*

ex

PAGIUS *quæ res rigorem Apoſtolicæ Sedis hactenus inflexit, ut Aldredus Pallium Eboracenſe mereretur, VVigornienſis Eccleſiæ diſceſſionem pactus*. Certe aliqui ex Auctoribus laudatis egregias *Aldredi* virtutes deprædicant, aſſeruntque eum primum fuiſſe ex Præſulibus Angliæ, qui orationis cauſa paulo (ſc. ante ſuam ad Archiepiſcopatum Eboracenſem provectionem) ad civitatem Hieroſolymorum profectus fuerit. Non mirum autem Baronium numero XXXV. Malmesburienſem in lib. de Geſt. Pontif. ſecutum eſſe; quia ejus tempore nec Vita ſancti *VVlſtani* ab eodem Malmesburienſi elucubrata, nec varii alii Auctores Anglici, qui modo extant, lucem viderant.

VIII. *In ſecunda ſimoniæ accuſatus non fuit.* Sed venio ad Concilium Romanum anno MLXI. coactum, cui *Aldredus* interfuit. Aelredus Abbas Rievallenſis in Vita Sancti Eduardi Regis, qui hoc tempore in Anglia regnabat, apud Seldenum in Decem Scriptoribus Hiſt. Anglic. pag. 386. ait: *Rex ſanctus de omnibus curam gerens, omnia ſecundum Catholicæ veritatis regulam fieri volens, omnibus etiam prodeſſe deſiderans, ut ipſe de ſuis ſecurior efficeretur, & aliis ad ſalutem doctrina Apoſtolicæ præberetur cum Aeldredo Eboracenſi Archiepiſc. duo mittuntur* (Romam nempe) *in Pontificatum electi, Guiſo ſcilicet ad Eccleſiam Vellenſem, VValterus vero ad Herefordenſem. Qui præſente eo cum quo venerant Archiepiſcopo, a domino Papa munere conſecrationis ſuſcepto* IN CONCILIO QUOD IN LATERANENSI PALATIO, *Dei, ut credimus, tunc nutu, forte convenerat, cum ceteris Patribus honorifice conſederunt. Dein tempore opportuno cum literas Regis in medium protuliſſent, cetera, quæ eis fuerant imperata, adjiciunt. Favet votis Regiæ ſanctitatis ſummi Pontificis, totiuſque ſacri Conventus unanimis rationabiliſque ſententia. Acceptaque ſancti Patris Epiſtola, nihil omnino adverſi toto illo itinere paſſi cum ſummo tripudio Regi, patriæque redduntur*. Non dicit Aelredus Aldredum ſimoniæ apud Pontificem accuſatum fuiſſe, quia hoc mere commentitium, & Concilium Romanum, cujus meminit, non poteſt idem eſſe cum Concilio Romano hoc anno habito, ut hactenus paſſim creditum fuit. Refert poſtea Aelredus literas Sancti Eduardi Regis ad Nicolaum Papam directas, quas *Aldredus* Romam anno MLXI. detulit, & Privilegium Nicolai Papæ Sancto Eduardo conceſſum, quo Privilegia Regibus Anglorum, ut petierat Eduardus, confirmat. Illud *Aldredus* Roma in Angliam tulit, perperamque Baronius tam literas illas, quam Privilegium anno ſequenti num. IX. & ſeqq. refert, ſi *Aldredus* Concilio Romano hoc anno indicto interfuit; cum illud menſe Aprili currentis anni habitum fuerit. Quare tam Epiſtola illa, quam Privilegium cum anno MLXI. & Concilio Romano ſecundo copulari debent.

IX. *Quæ Aldredo in Synodo Rom. II. fuerint objecta.* Quod Baronius ex Malmesburienſi de Geſt. Pontif. refert de *Aldredo* & *Torſtino* Comite, a Sancto Eduardo Rege Romam miſſis, quod ſcilicet Roma redeuntes a latronibus ſpoliati fuerint, & cum Romam reverſi eſſent, Nicolaum Papam Pallium, quod antea Aldredo dare recuſarat, conceſſiſſe, verum eſt, nec negari poteſt; cum etiam legatur in *Defenſione Romanæ Eccleſiæ adverſus Regium Advocatum*, cujus verba recitat Baronius num. XXXVII. Sed quomodo id ſe habuerit, narrat Thomas Stubbs in Actis Pontificum Eboracenſium: *Sequenti anno* (nempe anno MLXI.) *cum Torſti Comite Romam perrexit, & cum a Nicolao Papa Pallium peteret, objectis ſibi duabus cauſis,*

*vide-*



Petri Dam. libellus in Epiſcop. impudicos. *ex veſtræ majeſtatis auctoritate colloquium; ſanctis eorum femoribus volui ſeras apponere, tentavi genitalibus ſacerdotum (ut ita loquar) continentiæ fibulas adhibere. Sed quoniam hæc ſecta eſt, cui ab omnibus contradicitur, aliud quidem quodcumque veſtræ Conſtitutionis imperium ſub ſpe perficiendi fidenter indicimus. Hujus tamen capituli nudam ſaltem promiſſionem tremulis prolatam labiis difficilius extorquemus. Primum, quia faſtigium caſtitatis attingere ſe poſſe deſperant: deinde quia ſynodali ſe plectendos eſſe ſententia, propter luxuriæ vitium non formidant. Noſtris quippe temporibus genuina quodammodo Romanæ Eccleſiæ conſuetudo ſervatur, ut de cæteris quidem Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudiis examen, prout dignum eſt, moveat; de clericorum vero libidine, propter inſultationem ſæcularium diſpenſatorie conticeſcat. Quod certe ſatis correctione dignum eſt; ne unde vulgus omne conqueritur, inde potiſſimum a magiſtris Eccleſiæ in judiciis taceatur. Si enim malum hoc eſſet occultum, fuerat fortaſſe utcumque ferendum; ſed heu ſcelus! omni pudore poſtpoſito, peſtis hæc in tantam prorupit audaciam, ut per ora populi volitent loca ſcortantium, nomina concubinarum, ſocerorum quoque vocabula ſimul & ſocruum, fratrum denique & quorumlibet propinquorum. Et ne quid his aſſertionibus deeſſe videatur; teſtimonio ſunt diſcurſio nuntiorum, effuſio munerum, cachinantium joci, ſecreta colloquia; Poſtremo ubi omnis dubietas tollitur, uteri tumentes, & pueri vagientes.*

XL. *Ergo præ pudore neſcio, quomodo ſupprimatur in Synodo, quod publice vociferatur in mundo: ut non modo peccantes, ut dignum eſt, non notentur infamia; ſed hi quoque, qui ultores eſſe debuerant, videantur in culpa. Non hic pudor faciem (a) Phinees ſacerdotis operuit, qui nimirum coeuntem cum Madianitide Iſraelitem coram omni multitudine in locis genitalibus, arrepto pugione, transfodit. Porro autem nos contra divina mandata perſonarum acceptatores, in minoribus quidem ſacerdotibus luxuriæ inquinamenta perſequimur; in Epiſcopis autem (quod nimis abſurdum eſt) per ſilentii tolerantiam veneramur. Sed ecce hic Phinees &c.* *Oſtendens divinæ Scripturæ exemplis, adverſus potentiores acrius inſurgendum: docenſque exemplo Heli, quam damnandum, quamque plectendum ſit in ſacerdote ſilentium. Ubi tamdem aculeata invectiva proſcidit ejuſmodi delinquentes Epiſcopos rurſus ad Nicolaum Papam converſus hæc ait:*

(a) Nu. 25.

XLI. Hortatur Petrus Nicolaum ut ſit ultor in Ep. *Tu autem domine mi venerabilis Papa qui Chriſti vice fungeris, qui ſummo paſtori in Apoſtolica dignitate ſuccedis, noli peſtem hanc per ignaviam ad incrementa perducere, noli connivendo & diſſimulando graſſanti luxuriæ fræna laxare: ſerpit enim hic morbus ut cancer, & virosa propago ad infinita porrigitur, niſi Evangelica falce, quod male pullulat, amputetur. Abſit igitur, ut ſanctum cor veſtrum ſegnis Heli torpor emolliat, ſed potius ad ſceleris ultionem ingenui Phinees zelus accendat. Deponantur hi, qui Eccleſiaſticæ caſtitatis non verentur fœ-*

*da-*



PAGIUS *videlicet quod de minori ad majorem ſedem abſque conſenſu Papæ transferebatur, & quod adhuc Epiſcopatum non dimiſiſſet, a quo transferebatur, Pallium impetrare non potuit. Priorem tamen Epiſcopatum Apoſtolicus ei ex gratia conceſſit, & ſic infecto negotio rediit. Et cum jam unius diei iter feciſſet, incidit in latrones, a quibus nimis crudeliter tractatus, cæſiſque ſuis & vulneratis, ipſe uſque ad extrema ſpoliatus eſt. Cumque conſuluiſſent eum, qui cum eo erant, quid facto opus eſſet, ipſe conſtanti corde reſiſtens, reſpondit: Non nunc, inquit, nunc ſecuriores ex infortunio, quod nobis accidit, redeamus ad Petrum, qui non derelinquet Vicarium ſuum. Et converſus in Urbem rediit, & totum infortunium ſuum coram Apoſtolico retulit. Itaque Papa Nicolaus ſuper eum pietate commotus, & totius Curiæ interceſſione pro eo exoratus, & Archiepiſcopatum ei dato Pallio confirmavit, & ordinandi pro ſe alterum ad Epiſcopatum VVigornienſem poteſtatem dedit.*

X. *Duplex Aldred. ab urbe Romana diſceſſus diſtinguendus.* Nec eſt quod quis dicat, Aelredum num. VIII. laudatum rem hanc aliter narrare, ac ſcribere, *acceptaque ſancti Patris Epiſtola, nihil omnino adverſi toto illo itinere paſſi cum ſummo tripudio Regi, patriæque redduntur;* Aelredus enim tacet priorem diſceſſum Aldredi ab Urbe Romana, infortuniumque, quod illi in itinere contigit, & loquitur tantum de ſecundo, poſtquam Pallium obtinuit, & literas Nicolai Papæ ad Regem Angliæ accepit. Nam tunc & ipſe, & Wellenſis & Herefordenſis Epiſcopi ejus comites *nihil omnino adverſi toto illo itinere paſſi* ſunt; cum contra *Aldredus* & *Torſtinus* Comes in priori diſceſſu, cujus non meminit Aelredus a *Gerardo* Comite Galeriano, aliiſque prædonibus deprædati Romam refugere coacti fuerint, unde poſtea abierunt domum incolumes, poſtquam ſcilicet *Aldredus* Pallium a Nicolao II. obtinuit; Synodo Romanæ ab eo indictæ præſens fuit; & *Gerardus* Comes in ea condemnatus: *Propter hoc itaque*, inquit Auctor Defenſionis Romanæ Eccleſiæ adverſus Regium Advocatum, apud Baronium num. XXXVII. In PLENARIA SYNODO, *Papa Nicolao præſidente, excommunicatus eſt*. Hanc quidem excommunicationem Baronius, aliique paſſim ad Synodum Romanam currentis anni referunt, ſed uti jam demonſtravi, *Aldredus* nonniſi ſub exitum ſequentis Chriſti anni Archiepiſcopus Eboracenſis electus, & poſtea Romam a *Sancto Eduardo* miſſus. Certum itaque & indubitatum, Nicolao II. Eccleſiam Romanam adminiſtrante, duo Romana Concilia congregata eſſe ac utrique magnum numerum Epiſcoporum interfuiſſe; cum prius hoc anno coactum centum & tredecim Epiſcoporum fuerit; poſterius vero a laudato Defenſore *Plenarium* appelletur, quod citius quam anno MLXI. indici non potuit.

A num.

*dare munditiam; & dejecti deterreant, quos male ſtantes ad turpis luxuriæ contumeliam provocabant. Ad ultionem igitur ſe canonicus vigor exerat, & petulantium clericorum mala compeſcat: quatenus & beatitudini veſtræ (quod abſit) nævus non obrepat infamiæ, & ſolitus nitor Eccleſiaſticæ reſplendeat diſciplinæ. Veſtra quippe clementia non ignorat, quoniam Achab Rex Iſrael, dum Regi Syrorum Benadad inordinata pietate pepercit, divini adverſum ſe furoris ſententiam provocavit. Cui nimirum vir Dei ait: (a)*

(a) 3. Reg. 20.

XLII. *Hæc dicit Dominus: quia dimiſiſti virum morte dignum de manu tua; erit anima tua pro anima ejus & populus tuus pro populo ejus. Hic ipſe quoque vir Dei cum diceret ſocio ſuo in ſermone Domini: Percute me noluiſſetque ille percutere, ait: Quia noluiſti audire vocem Domini; ecce recedes a me, & percutiet te leo. Cumque paululum receſſiſſet ab eo (ut Scriptura teſtatur) venit in eum leo, atque percuſſit. Quibus utique ſacri eloquii verbis quid aliud innuitur, quam quia incompoſita pietas proculdubio meretur iram Dei, dum non promulgat in reos ſub diſtricti juris æquitate cenſuram? Meritoque debet ſuperni Judicis ſubire vindictam, qui neglexit in ſubditos exercere diſciplinam; illique leoni, qui circuit quærens quem devoret, merito traditur, qui ab infligendo pœnitentiæ vulnere per torporis deſidiam cohibetur. Sic igitur ingenuus veſter ſpiritus, & ad tollendum caſtitatis opprobrium ſe ferventer accingat, ſic ſe in ultionem Nicolaitæ hæreſis ſtrenuæ ac viriliter erigat, ut juxta ſponſionem Phinees pacem ſui fœderis vobiſcum Deus omnipotens ſtatuat: immo ſicut Eliam, cæſis typice quadringentis quinquaginta ſacerdotibus cœlo vos non equis igneis, ſed Angelis comitantibus introducat.* Hactenus ad Nicolaum libellus Petri.

XLIII. Contra Concubinatum clericorum conſtitutio.

Qui cum eſſet probatæ caſtitatis Pontifex, (ut idem Petrus Damiani epiſtola de ejus electione ſuperius recitata teſtatur) haud ſocors deſtitit conſulere hac ex parte Eccleſiæ honeſtati. Quamobrem in hoc etiam Romano Concilio Conſtitutum de honeſtate clericorum edidiſſe certum eſt. Citatur illud ab (b) Alexandro ejus ſucceſſore, recitaturque ad omnes Epiſcopos inſcripti decreti breve fragmentum his verbis: (c) *Nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem. Unde etiam ipſa ſancta Synodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: Quicumque ſacerdotum, &c.* Ut apud Gratianum recitatum habetur decretum.

(b) Diſt. 32. c. præter hoc.

(c) Ead. diſt. c. nullius.

XLIV. Legatio Nicolai Papæ ad Mediolanenſes.

Verum ſanctiſſimi paſtoris zelus contineri non potuit termino illo ambitus ſynodalis: ſed cum percepiſſet Mediolanenſem Eccleſiam, ſicut ſimoniaca labe, ita & clericorum impuritate labefactatam, penituſque collapſam, ad eam reſtituendam Legatos decernit viros ſanctiſſimos atque doctiſſimos, nimirum ipſum Petrum Damiani Cardinalem Oſtienſem, & Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, qui poſtea ipſi Nicolao in Pontificatu ſucceſſit, dictuſque eſt Alexander. Præceſſiſſe autem legationem Mediolanenſium ad ipſum Pontificem, antiqua Geſta Romanorum Pontificum, quæ collegit Nicolaus Aragonius Cardinalis edocent, in quibus iſta: *Legati Mediolanenſes venerunt ad eumdem Pontificem Nicolaum, ſuppliciter exorantes, ut Mediolanenſis Eccleſiæ contritionibus dignaretur miſereri & compati. Hujus rei gratia venerabilem virum Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum Nicolaus Papa illuc deſtinavit, & vices ſuas in corrigendis ac ſtatuendis bis, quæ ad Eccleſiam illam pertinebant, ei conceſſit.* Hujus quidem legationis extat plena relatio in epiſtola, quam tunc idem Petrus ſcripſit ad Hildebrandum, qui ex ſubdiacono ab eodem Nicolao nuper in Archidiaconum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fuerat exaltatus. Mutuati ſumus eam ex codice baſilicæ Vaticanæ, ſicut & alias, cui ejuſmodi præpoſita eſt inſcriptio: Actus Mediolani, &: De privilegio Romanæ Eccleſiæ liber:

XLV. Relatio Petri Dam. de ſua legatione.

*Domno Hildebrando venerabili Archidiacono Petrus peccator monachus ſinceriſſimæ devotionis affectum.*

*Privilegium Romanæ Eccleſiæ quantas habeat vires ad ſervandam canonicæ æquitatis & juſtitiæ regulam, quantum vigorem ad diſponendam Eccleſiaſtici ſtatus contineat diſciplinam; ſolus ille dilucide comprehendit, qui Eccleſiaſticis conſuevit inſudare negotiis. Quod utique privilegium, qui inexpertus eſt, parvipendit, exercitatus amplectitur. Quia ſicut arma non curat, qui certamen ignorat; ſic e diverſo telis inhianter accingitur, qui ad reportandos ex more victoriarum titulos animatur. Armis autem privilegium Romanæ Eccleſiæ non incongrue comparavimus; quia dum hæc una per cathedram B. Petri totius Chriſtianæ religionis caput effecta, cunctis in orbe terrarum principetur Eccleſiis, velut dux ante aciem Fidelium cuneis fulta, ac ſpecialis prærogativæ auctoritate munita, & Evangelico mucrone veritati reſiſtentium cervicem obtruncat, & ad invictiſſime dimicandum totam Chriſti militiam in unius charitatis ac fidei unanimitate confirmat. Hoc tu ſubtiliter, & alia multa perpendens, frequenter a me charitate, quæ ſuperat omnia poſtulaſti, ut Romanorum Pontificum decreta, vel geſta percurrens; quidquid Apoſtolicæ Sedis auctoritati ſpecialiter competere videretur, hinc inde curioſus excerperem, atque in parvi voluminis unionem novæ compilationis arte conflarem. Hanc itaque tuæ petitionis inſtantiam cum ego negligens flocci penderem, magiſque ſuperfluitati, quam neceſſitati obnoxiam judicarem: divinitus, ut reor, actum eſt, ut Mediolanenſem urbem beatiſſimi Nicolai Papæ legatione functus adirem.*

XLVI. Turbæ Mediol. Eccleſiæ.

*Erat enim inter Clerum & populum propter duas hæreſes, Simoniacam videlicet, & Nicolaitarum ſatis turbulenta ſeditio. Nicolaitæ autem dicuntur clerici, qui contra caſtitatis Eccleſiaſticæ regulam feminis admiſcentur. Qui plane tunc fornicatores fiunt, cum fœdi commercii copulas ineunt; tunc Nicolaitæ jure vocantur, cum hanc lethiferam peſtem velut ex auctoritate defendunt. Vitium quippe in hæreſim vertitur, cum perverſi dogmatis aſſertione firmatur. Quid plura? Nobis digna Sedis Apoſtolicæ veneratione receptis, ac negotiis, quæ nos attraxerant, intimatis, poſt diem alterum factione clericorum repente in populo murmur exoritur: Non debere Ambroſianam Eccleſiam Romanis legibus ſubjacere; nullamque judicandi, vel diſponendi vim Romano Pontifici in illa ſede competere. Nimis indignum, inquiunt, ut quæ ſub progenitoribus noſtris ſemper extitit libera; ad noſtræ confuſionis opprobrium nunc alteri (quod abſit) Eccleſiæ ſit ſubiecta. Poſtremo tumultuantium clamor attollitur ex diverſis partibus ad Epiſcopale palatium convenitur: dein tintinnabula perſtrepunt, prægrandis æreæ tubæ, qui illic eſt, tota civitas clangoribus intonatur. Intentabant mihi (ut ita loquar) omnia mortem, & ut ab amicis meis mihi ſæpe ſuggeſtum eſt, nonnulli meum ſanguinem ſitiebant. Augebatur autem hujus ignis incendium hoc permaxime, quia congregatis quaſi ad Synodum totius Ambroſianæ parochiæ clericis; ego in medio reſidens, ſive potius præſidens reverentiſſimum Mediolanenſem Archiepiſcopum ad ſiniſtram; prudentia quoque ac ſanctitate conſpicuum Anſelmum Lucenſem Epiſcopum poſuiſſe mihi accuſabar ad dexteram. Hinc porro quanta a frementi populo dici potuerunt, non eſt neceſſe apicibus tradi, quod nimirum per ſe valet intelligi. Ut autem ad compendium veniam, aſcendi pulpitum, ac ſedato vix populo, hujuſmodi ſum verbis exorſus.* Quæ male ſub titulo epiſtolæ Nicolai Papæ ad Mediolanenſes recitata reperimus (a).

(a) c. comes ſine diſt. 22.

XLVII. Concio Petri Dam. ad Mediolanenſes.

*Noverit charitas veſtra, dilectiſſimi, non me pro Romanæ Eccleſiæ huc honore veniſſe, ſed veſtram gloriam quærere, vel ſalutem, & gratiam, quæ in Chriſto eſt, cum ejus auxilio, ſi permittitis, providere. Quo enim pacto honore indiget parvuli hominis, quæ laudes atque præconia ex ipſius ore ſortita eſt Salvatoris? Quæ autem provincia per omnia regna terrarum ab ejus ditione extranea reperitur, cujus arbitrio ipſum quoque cœlum ligatur, & ſolvitur? Omnis autem ſive Patriarchatus cujuſlibet apicem, ſive Metropoleon primatus, ſive Epiſcopatuum cathedras, vel Eccleſiarum cujuſcumque ordinis dignitates, ſive Rex, ſive Imperator, ſive cujuſlibet conditionis homo purus inſtituit, & prout voluntas, aut facultas erat, ſpiritualium ſibi prærogativarum jura præfixit: Romanam autem Eccleſiam ſolus ille fundavit, & ſuper (b) petram Fidei mox naſcen-*

(b) Matt. 16.

PAGIUS XI. *Eccleſia Mediolanenſis cum Romana conciliatur.*

A num. XLIV. ad LXI. Nicolaus II. *Petrum Damiani* Cardinalem Oſtienſem & *Anſelmum* Lucenſem Epiſcopum, ſuum poſtea in Pontificatu ſucceſſorem Mediolanum miſit, ut eam Eccleſiam ſimoniaca labe, & Nicolaitarum ſpurtitia infectam cum Romana conciliaret. Vix autem unus repertus eſt, qui non aut Ordines emiſſet, aut fæda feminarum conſuetudine uſus eſſet. Primus omnium *Guido Archiepiſcopus* ſolemnibus verbis profeſſus eſt, ſe ab hujuſmodi flagitiis temperaturum, indeque Clerici omnes. Verum poſt Petri diſceſſum *Guido* Clericorum aſſiduis ſtimulatus querimoniis ac pene convitiis, in priſtinum rediit, ut fuſe Baronius narrat, refertque Petri Epiſtolam *Hildebrando Venerabili Archidiacono* datam, qua plena hujus Legationis relatio continetur. Recte porro Baronius num. XLIV. ex hujus Epiſtolæ inſcriptione deducit, *Hildebrandum*, ex Subdiacono a Nicolao II. nuper in Archidiaconum S. R. E. exaltatum fuiſſe. Leo enim Oſtienſis lib. 2. cap. 101. dum loquitur de Hildebrando ad Agnetem Imperatricem a Stephano IX. anno ſuperiori miſſo, diſerte aſſerit, tunc *Eccleſiæ Subdiaconum* fuiſſe, quod & refert Petrus Damiani de eadem re verba faciens, uti apud Baronium anno MLVIII. num. IV. & XII. legere eſt. Quare non dubium, quin Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. ut in Pontificatu vocatus eſt Hildebrandus, cap. 2. hallucinatus fuerit, cum ait, Leonem IX. *Hildebrandum* Romanæ Eccleſiæ *Archidiaconum* inſtituiſſe, quando eum in Galliam Legatum miſit. Petrus enim Damiani & Leo Oſtienſis Paulo Bernriedenſi antiquiores, & non ſemel inſinuavimus, Auctores coætaneos & fere coætaneos in rebus ſuo tempore geſtis narrandis hallucinari. Hildebrandus itaque a Leone IX. *Subdiaconus* quidem creatus, ut aſſerit idem Paulus, ſed nonniſi a Nicolao II. ad *Archidiaconatus* dignitatem evectus. Quantum pro Simoniacis & concubinariis Clericis ad ſaniorem mentem reducendis Sanctus *Arialdus* & Sanctus *Erlembaldus* collaborarint, in eorum Vitis legendum, ſatiſque oſtendit Petrus Damiani in Epiſtola ad eos anno ſequenti data, in qua ait: *Nicolaitarum hæreſis, quæ vobis nobiſcum laborantibus videbatur avulſa, repullulat.*

ſcentes erexit, qui beato vitæ æternæ Clavigero, terreni ſimul & cœleſtis imperii jura commiſit. Non ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud Verbum, per quod conſtructum eſt cœlum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundavit Eccleſiam. Illius certe privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium, quia quiſquis cuilibet Eccleſiæ jus ſuum detrahit, injuſtitiam facit: qui autem Romanæ Eccleſiæ privilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum auferre conatur; hic proculdubio in hæreſim labitur: & cum ille notatur injuſtus; hic eſt dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui adverſus illam agit, quæ mater eſt Fidei; & illi contumax invenitur, qui eam cunctis Eccleſiis prætuliſſe cognoſcitur.

XLVIII. Primordia Eccl. Mediol. Ut autem, omiſſis aliis ad id quod nunc agitur, veniamus; non debet ignorare ſancta veſtra devotio, quia B. Apoſtolorum principes Petrus & Paulus, ſicut per ſuum ſanguinem Romanam Eccleſiam conſecrarunt; ita mox inter ipſa naſcentis Fidei rudimenta hanc Mediolanenſem Eccleſiam per ſuos diſcipulos lucrati ſunt Chriſto. Nazarius quippe martyr inſignis (ſicut ſcripturæ teſtantur) Petri auctoritate baptiſma a Lino ejus ſucceſſore ſuſcepit: qui poſtmodum cum beato Celſo in hac ſancta urbe martyrio coronatus eſt. Sancti vero martyres Prothaſius atque Gervaſius beatum Paulum Apoſtolum magiſtrum ac præceptorem habuiſſe noſcuntur; ſic beato Ambroſio & ipſo teſtante: Iſti ſunt, inquit, qui monita pia ſecuti, reſpuentes prædia, & divitias, ſecuti ſunt Domini noſtri veſtigia. Sicut ergo Salvator noſter binos ante faciem ſuam Diſcipulos miſit; ita quodam modo uterque ſanctus Apoſtolus ex magiſterio ſuo in hanc urbem prædicatores ſanctæ Fidei geminos deſtinavit. Cum ergo veſtræ ſalutis auctores ex Romanæ Eccleſiæ prodierint diſciplina; conſequens eſt juxta æquitatis ordinem, ut Eccleſia Romana mater, Ambroſiana ſit filia. Ut autem hic ordo inter utramque, Ambroſianam videlicet, & Apoſtolicam Sedem non noviter oriri, ſed antiquitus obtinuiſſe non dubitetur: B. Ambroſius, cum hanc Nicolaitarum ſordem ad multorum fœtere perniciem in hac urbe doleret, eamque per ſe ſolus coercere non peſſet, Sedis Apoſtolicæ mox quæſivit auxilium. Cum videlicet is, qui tunc præerat, Papa Siricius tres perſonas presbyterum diaconum, & ſubdiaconum ad correctionem ulciſcendi hujus ſceleris deſtinavit. Cum his itaque beatiſſimus Pontifex quos corrigere non potuit, velut ſcatentem vermibus ſentinam ex urbis hujus ſagena projecit. Unde & ipſe ſanctus Ambroſius in omnibus ſequi ſe magiſtram Romanam profitetur Eccleſiam. Scrutamini itaque ſcripturas veſtras, & per quos vultis, diligenter inquirite; & ſi non poteſtis apud voſmetipſos invenire, quod loquimur, mendacii radurguite: ſi autem poteſtis, nolite veritati reſiſtere, nolite matrem veſtram crudeliter impugnare, ſed ex cujus uberibus lac ſuxiſtis Apoſtolicæ Fidei, ejus ſemper gaudete ſolidæ doctrinæ dapibus recreari.

L. His itaque rationibus de prærogativa, & principatu Sedis Apoſtolicæ redditis, populus omnis benevolus redditus, & executurum ſe quidquid ingererem, unanimiter pollicetur. Tunc nimirum liquido perſenſi, in Eccleſiaſticis cauſis quantum Romanæ Eccleſiæ noſſe privilegium, valeat; quamque hoc ſanctitas tua non otioſe depoſcat. Quod utique, Deo annuente, implere ſtudebimus. Sed tamen hujus rei geſtæ prius ordinem digeramus. Quid multis moror? Adeſt clericorum perplurimus ille conventus, communiter, & ſigillatim quiſque perterritus: vix e tanto nomero quiſpiam promotus ad ordinem ſine pretio reperitur. Erat enim genuinus, immo inordinatus ordo, & inevaſibilis regula illius Eccleſiæ, ut quicumque ad quemlibet ordinem, vel etiam ad Epiſc. conſecrandus accederet, præfixum prius abſque ulla controverſia canonem daret. Hic plane quot curis afflictus, quot ſim cogitationum ſtimulis tædiatus, quod denique ſuſpiria ex imis viſceribus traxerim; fœcunda etiam lingua non explicat. Tam latæ ſiquidem diœceſis, tam nobilis urbis omnes Eccleſias ſacris myſteriis profanare, quodammodo Chriſtianæ religionis videbatur everſio. Sed & litigioſum erat indulgere paucis, cum fere omnium eſſet culpa communis; nec legitimum videbatur, diverſam in eos prodere ſententiam, cum eſſet una omnibus cauſa. Hoc etiam noſtras augmentabat moleſtias, quia niſi qualemcumque diviſionis calculum cauſa iſta ſuſciperet, niſi cum magna hominum ſtrage furentis populi jurgia non ceſſarent.

LI. Conſulitur in futurum. Tunc inter multas diſceptationes proceſſit in medium illa Innocentii Papæ ſententia, ab antiquioribus inventa: Quod a multis peccatur, inultum eſt. Illa quoque diſcretio ad memoriam rediit, qua ſancti uſi ſunt Pontifices, & authentici canonum conditores de Donatiſtis, Novatianis, ac reliquis, qui apud diverſas hæreſes ordinati ſunt. Item etiam nos non præteriit, quod veſtra memoria Nonus Leo Papa pleroſque ſimoniacos, & male promotos tamquam noviter ordinavit. Quomodo hoc, ſuo loco ſuperius dictum eſt. Recitat hic Petrus ſancita Patrum ad hæc ſpectantia, atque demum ſubiicit iſta: In arcto itaque poſiti, quia

non



non poteramus mala illius Eccleſiæ mera canonum auctoritate corrigere: ſtuduimus ſaltem perverſis ejus uſibus finem imponere, ac gratuitum promotionis ordinem futuris temporibus providere. Exegimus igitur ex tunc & deinceps gratuitæ promotionis inviolabilem ſponſionem, prius per monimenta litterarum, deinde per manum, poſtremo per Evangelicum ſacramentum. Et quidem ſponſio ſtylo digeſta, ut apud nos habetur, hic ſimpliciter tranſcribatur.

LII. Sponſio Archiepiſcopi Mediolan. Guido divina gratia Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus omnibus Chriſti fidelibus ejuſdem Eccleſiæ filiis, & Clero & populo æternam ſalutem in Domino.

Non ignorat ſancta devotio veſtra, dilectiſſimi fratres, & filii, quam reproba, quam deteſtabilis, Deo odibilis, ignominioſa, atque perverſa, omniumque ſanctorum canonum auctoritate damnata conſuetudo in hac ſancta Eccleſia, cui Deo auctore, deſervio, antiquitus inolevit, quamque lethalis atque peſtiferæ lepræ animas innocentium contaminatione perfuderit ſimoniacæ videlicet hæreſis damnata, ſemperque damnanda venalitas, & pernicioſa negotiatio hujuſmodi quæ in hac ſancta Eccleſia conſuetudinaliter obtinebat, ut quiſquis ad clericales ordines provehendus accederet, de ſubdiaconatu quidem duodecim nummos, de diaconatu vero decem & octo, poſtremo de presbyteratu ſuſcipiendo vigintiquatuor, quaſi per præfixam condictionis regulam daret. Hoc itaque modo Simon magus, heu proh dolor! hanc ſanctam Ambroſianam Eccleſiam perverſitatis ſuæ velut officinam fecerat. Follem, malleos, & incudem trapezita ac monetarius iniquitatis habebat; nihilque aliud niſi animarum omnium omne periculum fabricabat. Noſtris vero temporibus, quia Salvator noſter pius ac miſericors plebem ſuam, quam pio cruore redemerat, ſub hac mortiferi languoris atrocia perire condoluit, velut ad obviandum, ac viriliter obſiſtendum voraci ac virulento draconi, veſtros animos, viſitante Spiritus ſancti gratia, concorditer incitavit; ita ut quibuſdam ex noſtris Sedem Apoſtolicam adeuntibus, tantum hujus terræ periculum ſanctus ac Deo dignus Nicolaus Papa cognoſceret, atque ad compeſcendum, & funditus extirpandum hoc facinus dominum Oſtienſem Petrum Epiſcopum deſtinaret.

LIII. Quapropter, dilectiſſimi fratres, & in conſpectu Dei omnipotentis, & Filii ejus JESU Chriſti, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, & Spiritus ſancti, qui hanc peſtem ſpecialiter damnat, ac deſtruit, ſub teſtimonio omnium Angelorum cunctorumque Sanctorum Dei præſente jam dicto domno Petro Epiſcopo, & etiam venerando domno Anſelmo Lucenſi Epiſcopo, & omnibus vobis, damno, deteſtor, ac reprobam judico hanc perverſam quæ hactenus viguit in hac Eccleſia, negotiandi conſuetudinem, omnemque ſimoniacam hæreſim. Inſuper obligo non ſolum me, ſed & omnes clericos meos, qui nunc ſunt, omneſque ſucceſſores noſtros, & inviolabili nodo firmiſſimæ promiſſionis aſtringo, ut nec ego, nec quiſquam ſucceſſor meus, nec Inquiſitor, nec * Todolanus, nec aliquis hujuſmodi de promovendis ad Eccleſiaſticos ordines aliquid tollat. Quod ſi, ſuadente diabolo, ſive aliquis noſtrum, qui nunc ſumus, ſive ſucceſſorum noſtrorum, qui poſt nos futuri ſunt, hujus ſaluberrimæ promiſſionis violator extiterit, & aliquid in conferendis ordinibus tollere peſtifera negotiatione præſumpſerit; dator ſimul & acceptor cum ipſo hæreſis hujus auctore Simone, perpetuo anathematis vinculo conſtringantur, & a Dei omnipotentis, omniumque Sanctorum conſortio ſeparentur, cum Juda & Caipha, cum Dathan & Abiron ſub æternæ damnationis atrocitate damnentur.

Nicolaitarum quoque hæreſim nihilominus condemnamus, & non modo presbyteros, ſed & diaconos, & ſubdiaconos ab uxorum, vel concubinarum fœdo conſortio, noſtris ſtudiis in quantum poſſibilitas nobis fuerit, ſub eodem quo ſupra, teſtimonio arcendos eſſe promittimus. Quod ut verius credatur, nos cum noſtris clericis propria manu ſubſcribendo firmamus, ſigilli quoque noſtri formam imprimi jubemus. Inſuper hoc addentes, ac ſub ejuſdem ſponſionis vinculo inviolabiliter promittentes, ut nec de Abbatiis ordinandis, nec de Capellis, vel quibuſlibet Eccleſiis inveſtiendis, vel ordinandis, ſive tradendis, nec de Epiſcopis promovendis, nec de ſacroſancto chriſmate, nec de conſecratione Eccleſiarum vel nos vel noſtri familiares aliquid omnino tollamus. Spiritus ſanctus, qui ſanctorum chariſmatum auctor eſt, nos, noſtroſque ſucceſſores ab omni vinculo præfatæ maledictionis eripiat; ita tamen, ut hanc ſaluberrimam Conſtitutionem perſeveranter implere concedat, qui cum Patre & Filio vivit in ſæcula ſæculorum. Amen. LIV.

Ego Dei gratia Guido Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus hanc ſponſionem a me factam firmavi, roboravi, atque ſubſcripſi. LV.

Odalricus Vicedominus & presbyter ſubſcripſi.

Fribertus presbyter ſubſcripſi.

Arderatus presbyter ſubſcripſi.

Ariprandus indignus diaconus ſubſcripſi.

Ardericus Diaconus ſubſcripſi.

Am-

*Ambroſius diaconus ſubſcripſi.*
*Ago diaconus ſubſcripſi.*
*Adam ſubdiaconus ſubſcripſi.*
*Arnulphus ſubdiaconus ſubſcripſi.*
*Eiprandus ſubdiaconus ſubſcripſi.*
*Landulphus ſubdiaconus ſubſcripſi.*
*Acto ſubdiaconus ſubſcripſi. Et alii ſubſcripſere.*

LVI. Juramentum Archiep. Mediolan.

*Poſtmodum accedens idem Archiepiſcopus ad ſacrum altare, præſente domno Lucenſi, juravit, in manu mea, dicens: Si hæc de ſimoniaca, & Nicolaitarum hæreſi delenda, & funditus deſtruenda fideliter non obſervavero; ab omnipotenti Deo & omnibus ſanctis ſim excommunicatus & anathematizatus, & ab omni Chriſtianorum conſortio efficiar alienus. Similiter & Vicedominus & Cancellarius ejus, & omnes alii qui aderant clerici, manus ſuas in manus meas dederunt, & eadem excommunicationis & anathematis verba dixerunt. Deinde acceſſit Arnulphus nepos Archiepiſcopi, honeſtus videlicet & prudens clericus, cujus unam manum Archiepiſcopus tenuit, alteram ipſe ſuper ſanctum Evangelium poſuit & juravit, dicens: Dominus meus Archiepiſcopus, qui hic eſt ab hodie, & antea, & quod promiſit de caſtitate clericorum, fideliter obſervabit. Inſuper & numquam conſecrabit alicujus ordinis clericum ſuæ diœceſis præter monachos, quem ante promotionem non faciat jurare, quod in hoc breviculo ſcriptum eſt. Sic me Deus adjuvet, & ſancta iſta Evangelia.*

*Breviculus ſacramenti eorum qui promoventur.*

*Pro ſuſcipiendis Eccleſiaſticis gradibus, ſive per me, ſive per ſubmiſſam perſonam, ſive per quodlibet ingenium nec dedi, nec promiſi, nec per promiſſionem daturus ſum aliquid. Sic me Deus adjuvet, & iſta ſancta Evangelia.*

LVII. Pœnitentia Archiep.

*Hoc facto domnus Archiepiſcopus illico in pavimentum cum omni humilitate proſternitur & injungi ſibi penitentiam pro venalitatis hujus nefandæ commercio deprecatur: cujus videlicet ſceleris, licet in illa Eccleſia non ipſe primus extiterit, auctor non tamen, ut debuit, fuerat extirpator. Centum itaque annorum ipſi pœnitentiam indidi; redemptionemque ejus taxatam per unumquemque annum pecuniæ quantitate præfixi. Mox majorem Eccleſiam ſimul ingreſſi, pulpitum aſcendimus. Tunc coram copioſo populo & Clero, clericum ſuum, tactis ſacroſanctis Evangeliis, jurare feci, quod ipſe Archiepiſcopus, donec adjuvet, in quantum poßet (recepta bonorum ſuorum damnatione, ſi nollet) iſtas duas, Nicolaitarum videlicet, & ſimoniacam hæreſes omni ſtudio, totiſque viribus ſincere ac fideliter extirpare contenderet, ita ut nec presbytero, nec diacono, nec ſubdiacono fœminam cum gradu ſimul habere permitteret: a conferendis etiam Eccleſiaſticis ſacramentis venalitatis omne commercium funditus probiberet. Idipſum jusjurandum contra ſimoniacos & Nicolaitas permaxima pars populi non modo civilis, ſed & ſuburbani jam dederat, quorum videlicet multitudo, ut fertur, numerum excedebat.*

*His ita geſtis, conſideratiſque ſanctorum Patrum ſententiis, quo ſuperius memoravimus, aliorumque, quos ſtudio brevitatis omiſimus, viſum eſt nobis, ut omnes illi clerici, accepta pœnitentia, inter Miſſarum ſolemnia reconciliarentur, ornamenta de manu Epiſcopi recipientes, ſicut Fulbertum Epiſcopum ſupra notavimus dediſſe conſilium; hoc tamen prius, quod infra ſcriptum eſt, ante ſanctum altare legentes:*

LVIII. Jusjurandum Clericorum.

*Ego Arialdus dictus Diaconus de Capella Mediolanenſis Archiepiſcopi, hac ſcriptura, quam manu mea ſcripſi profiteor me eam fidem tenere, quam ſacroſancta ſeptem Concilia Evangelica & Apoſtolica auctoritate firmarunt, & quam B. Pontif. Romani promulgata prædicatione lucidiſſimæ veritatis, expoſuerunt. Anathematizo quoque generaliter omnes hæreſes, extollentes ſe adverſus ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam; ſpecialiter vero ac nominatim Simoniacam hœreſim, quæ in ipſam Eccleſiam conatur introducere ſacrorum ordinum, ſive officiorum maledictam venalitatem; deinde Nicolaitarum æque abominabilem hæreſim, quæ impudenter latrat, ſacri altaris miniſtros debere vel poſſe licenter uti conjugibus, quomodo & laicos. Unde quia his diebus hæ duæ hæreſes, ſcilicet ſimoniacorum & Nicolaitarum gravius Eccleſiam Dei vexant, & impugnant; ſimoniacos omnes, & Nicolaitas cum dogmatum auctoribus ſectatoribuſque ſuis æterno anathemate dignos eße pronuntio, jurans per ſanctam homouſion Trinitatem.*

LIX. Pœnitentia Clericorum.

*Pœnitentia clericorum talis eſt: Hi nimirum, qui ſolum conſtitutæ a diabolo regulæ canonem dederunt; ita ut nonnulli eorum vix peccatum hoc eſſe cognoſcerent, quinque annorum pœnitentiam acceperunt, hoc modo, ut omni tempore, æſtate ſimul & hieme duos dies jejunent in pane & aqua: duabus autem anni Quadrageſimis, Natalem videlicet, & ſanctum Paſcha præcedentibus, tres dies per hebdomadam jejunent in pane & aqua. Eorum autem, qui plus dederunt ſeptem annorum eſt pœnitentia, ſub eadem videlicet jejunii quantitate diſtincta. Poſt quod ſeptennium, quamdiu vixerint, ſextam feriam*



*riam jejunabunt. Qui autem jejunare facile non poteſt, unum ex his diem per omnem hebdomadam redimere licentiam habet, ita ut unum Pſalterium meditetur, aut medium cum quinquaginta * metanœis aut unum pauperem paſcat, & lotis pedibus, nummum porrigat. Hoc inſuper domno Archiepiſcopo permittente, quod omnes orationis cauſa procul ipſe diriget, ſive videlicet Romam, ſive Turonum: ipſe autem Archiepiſcopus profecturum ſe ad beati Jacobi venerabilem tumulum, qui eſt in Hiſpania, diſponebat. His itaque tali modo reconciliatis, decretum eſt, ut non mox paſſim omnibus redderetur officium, ſed his dumtaxat, qui & litteris eruditi, & caſti, & morum gravitate viderentur honeſti: cæteris autem ſufficeret, quod ſanctæ Eccleſiæ per divinam gratiam eſſent rurſum inſerti, a qua eatenus fuerant diræ ſententiæ falce præciſi. Illi etiam ipſi, quibus miniſtranda licentia redditur, non ex male mercata veteri ordinatione ad miſſum reparantur officium; ſed ex illa potius beati Apoſtolorum Principis efficaciſſima auctoritate, qua in beatum Apollinarem repente uſus eſt, dicens: Surge, accipe Spiritum ſanctum, ſimulque pontificatum.*

* pœnitentiis.

LX. Petrus legatus ſua ſubiicit judicio Apoſt. ſedis.

*Ecce omnem diſcretionis illius ordinem apud Mediolanenſem Eccleſiam habitum, breviter expoſuimus: adhuc tamen utrum Sedis Apoſtolicæ judicio placeat, ignoramus. Nos enim, ſi quid erravimus, ad Petri magiſterium corrigendi libenter accedimus & retractationis opprobrium non veneremur. Hæc eſt enim illa (ut ita loquamur) officina fabrilis, cui nimirum is, qui fabri dicebatur filius, præſidet: ad cujus regulam omnis merito moneta reducitur: ad cujus rectitudinis lineam, quidquid uſpiam depravatum fuerit, reformatur. Utrum autem ego in reconciliatione illorum erraverim neſcio. Unum autem per omnipotentis Dei clementiam ſpero, quia poſt tot jurationis genera, quibus Archiepiſcopus hæc pia juſſa firmavit, poſt ſacramenta tam multiplicis populi per Evangelium data, poſt juramenta certa omnium clericorum ante ſanctum altare, litteris, & proprio ore prolata, utræque iſtæ hæreſes ſic in illa Eccleſia ſunt per argumenta providæ correctionis attritæ, ut auctore Deo noſtris temporibus non ſint ad rediviva certamina reparandæ. Apoſtolica tamen Sedes hæc apud ſe tractanda diſcutiat, & utrum puncto, an lima digna ſint, ex auctoritatis ſuæ cenſura diſcernat.* Hæc ad Hildebrandum Archidiaconum Petrus Damiani Cardinalis Oſtienſis. Poſt hæc in eodem codice poſita ſequitur ejuſdem Petri epiſtola ad clericos illos Mediolanenſes, qui adverſus pullulantes iterum ſuccisos ſurculos, ut penitus eos extinguerent, laborabant. Incipit epiſtola: *Omnipotenti Deo gratias agimus, dilectiſſimi &c.*

LXI. De munere accepto Petri pœnitentia.

Sed his plane attexenda ducimus, ut memoria digna, quæ idem Petrus de ſeipſo, & contra ſeipſum ſcribit ad Dominicum & alios eremi accolas, nimirum de accepto munere Mediolani ab Abbate S. Simpliciani, cum in ſeipſo fuerit ejuſmodi factum deteſtatus, & ultor implacabilis non quieverit, donec tamdem illud ipſum largitori invito & renitenti reddiderit. Exemplum dignum tanto Sedis Apoſtolicæ Cardinali ſic ſe habet: *Dico vobis, quid mihi nuper acciderit. Mediolanenſem urbem, Domini Nicolai Papæ legatione functus, adivi; ibi dum eſſem, Abbas S. Simpliciani vaſculum mihi argenteum loco muneris miſit. Quod dum oblatum repente vidißem, primo quidem aſpernatus abhorrui, & cur ille mihi munus offerret, ſubtiliter inquiſivi. Suſpicatus quippe ſum, quod negotium fortaſſis haberet, atque ideo anticipando præveniens, muneribus occuparet. Mox quippe eſt apud nos, miniſtris videlicet Apoſtolicæ Sedis, ab his, quorum negotium pendet, nihil prorſus accipere; ab his autem, qui omnino quieti ſunt, ſi dare voluerint, non abiicere. Et hæc regula non omnium noſtrum, ſed illorum dumtaxat eſt, qui meliuſcule ſe ab aviditate cuſtodiunt. Quid plura? Convenitur ad commune colloquium: cur donum ſit largitus, inquiritur: utrum cauſam habeat, ſciſcitatur. Undique quietus, ex omni parte reperitur ſecurus; ita ut re ipſa reſpondere videretur: (a) In medio populi mei habito. Adhuc tamen quæſivi, utrum dum ad Eccleſiaſticos ordines aſcenderet, ſive cum monaſterii regimen accepiſſet, venalitatis forte commercium irrepſiſſe cognoſceret: cumque hæc omnia funditius abnegaßet ille; & non pro talibus ſe dediſſe munus aſtrueret, ſed ob hoc ſolum, ut in noſtram amicitiam aditum repeririret: reſpondi, ut, quod ſuum eſt, tollens, amicitiam noſtram non more ſacularium mercede redimeret, ſed quod inter fratres eſt legitimum, gratuito poſſideret.*

(a) 4. Reg. 4.

LXIII.

*Inter hæc tamen, (ut vobis in aure loquar) mens mea talis erat, ut poſtquam etiam diſtricte requirens, nihil in eo noxium reperi; ſi ille mihi ad ingerendum munus importunus exiſteret, ejus violentia mihi nullatenus diſpliceret. Volebam ſiquidem vim mihi fieri, & velut invitus ad vota compelli. Cumque ille ad recipiendum quod ſemel dederat, ſe prorſus averteret, & ne aurem quidem petitionibus inclinaret: ego jam ſecurus & audacior factus, ut ſua reciperet, ingerebam. Interea dies elabitur. Cumque*

*que peculiaribus Pſalmis nocturnus meditator inſiſterem, cœpit me conſcientia acrius remordere, & quaſi ſub quodam ratiocinio convenire: Si ille, ut videtur, bonus eſt vir, tu innocenti homini ſuam voluiſti pecuniam tollere, cum illi Capitulum non obſiſtat, in quo tuum ſit neceſſe auxilium expectare. Porro ſi negotium habet, indignum eſt & ſancto fratri linguam tuam venalem facere, quæ tamquam utriuſque communis, ſibi quoque debet, ut tibi gratuito miniſtrare. Cumque hæc adverſum me pugna perſeveranter ingrueret, jamque ego clamorem cogitationum remordentium non perferrem; recedente crepuſculo, mox ad hominem properans, indicavi, eique tabeſcentis conſcientiæ vulnus aperui. Cumque utriuſque noſtrum hinc jam verba confligerent; & ille, quod ſemel dederat, non recipere, ego me aſſererem non tenere: tamdem amicæ contentioni hunc terminum poſui: Duo, inquam, mihi ſunt nova monaſteria, unum ad calcem jam, Deo auxiliante, perduxi; alterum vero * nec dudum Epiſcopali benedictione firmatum. Sanctorum itaque locorum ſi placet participium ſuſcipe, atque * ut tibi libet, quod animæ tuæ proficere debeat, munus tranſmitte pro benedictione. Hoc igitur argumento cupiditatis meæ turpitudinem palliavi, & tamquam non accipiens aſtutus accepi.*

* jam

* utrilibet

LXIV. *Poſtmodum vero ad eremum rediens, cellam quidem feſtinus intravi, ſed me ipſum intrare vix potui; & qui extra me inordinate ſum fuſus, juſto judicio in me ſum (ut ita loquar) ſatis difficulter ingreſſus. Inter cætera vero tanta animum meum illius muneris caligo confudit, & tamquam vermis ſcatens mea corrodere viſcera non ceſſavit, ut teſte conſcientia, mallem me lepra percuſſum, quam illo munere ſauciatum. Attendebam illius tantum fratris liberalitatem, qui nihil mihi debebat, & obtulit; hinc meam avaritiam, quæ, quod per officium non merebatur accepit. Tædebat me tunc oblitum quod per virum ſapientem dicitur (a). Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandam collecta. Et cum juxta (b) Apoſtolum beatius ſit magis dare, quam accipere; illum beatum, me miſerum reputabam. Heu me inquam cum a ſuſcipiendis muneribus excutiendam manum Scriptura præcipiat: quomodo tu manum excutis, ut abiicias, quam potius incutis, ut accipias, ſtringis, ut rapias, retrahis, ut poſſidenda recondas? Etenim avaritia in manu accipientis viſcus eſt, quæ, quidquid apponitur, excuti non permittit, ſed more picis hærere compellit. Quid ergo? rixam mentis meæ ultra non perferens, ſancto fratri munus ſuum remittere ſtudui. Deinde, auxiliante Deo, contra ſordes munerum jam cautius vigilabo &c.* Ita unum hoc ſauciatæ conſcientiæ ſuæ medicamentum, ut redderet acceptum, invenit.

(a) Eccl. 4.

(b) Act. 20.

LXV. Epiſt. Petri poſt reditum ad Guidonem Archiep. Mediol.

At nec illud vitare potuit Petrus, quin ab Archiepiſcopo Guidone allatas acceperit binas ſtolas: licet allata ab aliis diverſis diverſa munera rejeciſſet; ſed mox ubi reverſus, percuſſus aculeo conſcientiæ, hanc ad eum brevem ſcripſit epiſtolam:

*Domno Guidoni reverentiſſimo Archiepiſcopo Petrus peccator monachus devotiſſimæ ſervitutis obſequium.*

*Noverit ſanctitas veſtra, venerabilis pater, quia me nimis pœnituit, atque (ut ita loquar) cor meum valde percuſſit in eo, quod liberalitati veſtræ tam largæ, tamque munificæ, non peperci. Ad inſtar enim futuræ reſurrectionis, binis me ſtolis induere decreviſtis. Ego autem veſtra oppreſſus auctoritate nihil reſtiti, non manum retraxi, ſed ſervorum Dei genuini rigoris oblitus, facile cuncta ſuſcepi. Quod plane cum recolo, conſcientia mordente redarguor, rubore perfundor; ſicque ſub propriis, tamquam ſub alienis reprehenſionibus erubeſco. Neque hoc fruſtra. Si enim David (c) cor ſuum (Scriptura teſte) percuſſit, quia dumtaxat oram chlamydis Saul ſilenter abſcidit; quid ego, qui non veſtis particulam cultro, ſed etiam pretioſas a domino veſtes extorſi, & ſub non impendendæ, ſed percipiendæ charitatis obtentu, dum me indui, alium ſpoliavi? Qui profecto ſi vere ſacerdos eſſem, juſtitia magis indui, quam textilibus ornamentis ambirem.*

(c) 2. Reg. 24.

LXVI. *Inter hæc tamen, dum tribunalibus meæ mentis examinandus aſſiſto, meque ipſe diſtricta prorſus animadverſione diſcutio; hoc mihi defenſionis eſt, & pro me ſtat, quia nonnulla mihi tum temporis munera ſunt oblata, quæ tamen apud nos ſurreptionis aditu non reperto, ad eos, qui miſerant, ſub omni ſunt celeritate remiſſa. Unde poſſum forte colligere, quia charitas, quæ dominum meum, ut benedictionem conferret, admonuit, eadem in ſervo ſuo, ut collatam ſuſciperet, acquievit. Sed dum beneficii veſtri recolimus modum, ad illud Zachariæ (d) mens redit oraculum: Erat, inquit, Jeſus indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli. Qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe, dicentes: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Deinde (ut Scriptura proſequitur) indutus eſt mutatoriis. Felix ille dies in quo veſtium iſta permutatio celebrabitur, & & corpus JESU, quod eſt Eccleſia omni luctus atque triſtitiæ ſqualore depoſito, beatæ immortalitatis gloria veſtietur, ſicut in illo dedicationis Pſalmo jam gratulabunda præcinit, dicens: (a) Commutaſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia, ut cantem tibi gloriam. Sed cui ego de talibus loquor? Sufficit mihi tamen modo dicere, quia tu, venerabilis pater, Angelus Domini mihi factus es, qui pro amore JESU mihi ſordida detrahens, eumdem ipſum me infulis ſacerdotalibus adornaſti.*

(d) Zach. 3.



(a) Pſal. 29.

*Quibus tamen ego muneribus non prorſus ingratus, hanc viciſſitudinem compenſavi, ut in pluribus non tantum noſtris, ſed & extraneis atque longinquis & eremis, & monaſteriis veſtrum nomen adſcriberem, Fratrumque vos orationibus humilis devotionis ſtudio commendarem.* Hæc Petrus, in eremum jam reverſus: qui ex quo ſe abdicarat ab Epiſcopatu Oſtienſi, & Cardinalatu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad præſtitutum regreſſus eſt habitum, atque titulum, ut non ſe amplius Epiſcopum, ſed tantum monachum nominaret; nec ea functione legationis paſſus eſt foris ſplendoribus illuſtrari, cui erat omnis gloria ejus ab intus; ut poſteris eſſet exemplo, ex virtutibus magis, quam ex fulgore veſtium, & comitantium pompa legationis ad præſtandum quod quæritur, vires acquirere. Scimus prædeceſſori Nicolai Stephano Papæ tribui unionem Eccleſiæ Mediolanenſis cum Romana: verum quantum ex recitata relatione Petri aſſequi licet, ex tumultuantibus Mediolanenſibus, eos nondum conciliatos fuiſſe Eccleſiæ Romanæ, poſſumus exiſtimare.

LXVIII. Jam vero ad ipſum Nicolaum Pontificem redeamus, ejuſque veſtigia aſſectemur, quem poſt celebratum Romæ Concilium in Apuliam eſſe profectum, & Northmannos fideles Eccleſiæ Romanæ redditos conciliaſſe, (b) Leo Oſtienſis teſtatur. Porro profectio iſta Pontificis in Apu-

(b) Leo Oſt. l. 3. c. 12.



PAGIUS XII. *Fœdus Nicolai II. cum Norman.*

A num. LXVIII. ad LXXV. Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 12. de Deſiderio Presbytero Cardinali verba faciens ait: *Quoniam ab eodem Pontifice* (ſc. Nicolao II) *Paſchalis feſtivitatis gratia invitatus fuerat, Romam reverſus, poſt feſtum Urbem una egrediens, Melfiam una Apuliæ adiit Urbem: ubi tunc idem Apoſtolicus Concilium celebrare decreverat.* [1] Narrat autem Baronius ex Nicolao Aragonio Cardinali Nicolaum II. ad Nortmannorum preces ſe ſe in Apuliam contuliſſe, eos a vinculo excommunicationis abſolviſſe, eiſque præter Beneventum, totam Calabriam & Apuliam conceſſiſſe. Addit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 15. *accepta prius ab eis cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate; cenſuque quotannis per juga boum ſingula denariis duodecim.* Antea dixerat: *Richardo Capuanum Principatum & Roberto* (ſc. Guiſcardo) *Apuliæ atque Calabriæ atque Siciliæ Ducatum confirmavit*, quia ſcilicet Guiſcardus de Sicilia ſibi ſubjicienda conſilium inierat, quam poſtea occupaſſe ſuo loco videbimus.

XIII. *Nicolaus II. duo Concilia in Apulia celebrat.*

Nicolaus II. dum in Apulia verſaretur, Concilium celebravit non tantum *Melphi*, uti decreverat, ſed etiam *Beneventi*, quæ Urbs ad Sedem Apoſtolicam ab aliquot annis pertinebat. Coſſartius Tom. IX. Concil. duo illa Concilia exhibet. Concilium Beneventanum his verbis inchoatur: *Anno dominicæ Incarnat. MLIX. menſe Auguſto initiante, indictione XII. currente*, &c. Legitur ibi poſtea Joannem Abbatem Monaſterii, ſcilicet Sancti Vincentii ſuper Vulturni fluminis fontes ſiti, conqueſtum eſſe de Alberto Monacho, quod cellam Sanctæ Mariæ monaſterio ſuo ſubripuiſſet, & Pontificem Joannem Abbatem Sancti Vincentii ex eadem S. Mariæ cella in perpetuum inveſtiviſſe. Præſentes fuerunt *imprimis dominus Humbertus, Bonifacius, Joannes Cardinales Epiſcopi, Deſiderius Abbas & Presbyter Ildebrandus Subdiaconus, Cardinales; Voaldaricus Beneventanus, Petrus Amalphitanus*, &c. *Archiepiſcopi*. Hildebrandum enim uſque ad præſentem annum *Subdiaconum* tantum extitiſſe, & a Nicolao II. *Archidiaconum* creatum fuiſſe, mox diximus. Ex hac vero Synodo intelligimus, eum hanc dignitatem poſt menſem Auguſtum conſecutum eſſe, ideoque & literas Petri Damiani, quibus *Archidiaconus* dicitur, poſt initium menſis Auguſti ſcriptas. Notabile etiam eſt, quod Humbertus, qui in Actis hujus Concilii inter Cardinales Epiſcopos memoratur, ipſemet eadem his verbis ſubſcribat: *Ego Humbertus dictus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Sylvæ Candidæ interfui, & ſubſcripſi.* Poſt ſubſcriptiones Salernitani, Neapolitani & Surrentini Archiepiſcoporum legitur: *Ego Bonifacius dictus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Albanenſis interfui.* Quare hallucinati ſunt Viri doctiſſimi, qui arbitrati ſunt Humbertum anno tantum ſequenti Cardinalem renunciatum fuiſſe, quod ante tempus illud *Epiſcopus Sylvæ Candidæ* paſſim appellatus reperiatur, cum id unum & idem ſit. Porro *Tranenſis* Epiſcopus, de quo Petrus Damiani apud Baronium num. LXXII. in Concilio Melphitano depoſitus eſt.

XIV. *Concilium Melphitanum.*

Quoad Concilium *Melphitanum*, geſta in eo unus nos edocet Guillelmus Apulienſis in Poemate de Rebus in Italia a Normannis geſtis, qui cum Urbano II. Eccleſiam Romanam regente floruerit, teſtis oculatus fuit. Poſtquam lib. 2. narravit, Robertum *Cariatum* Calabriæ citerioris urbem, in ora littorali maris Jonii poſitam obſidione cinxiſſe, ut aliis urbibus terrorem iniiceret, de Concilio Melphæ celebrato canit.

*Interea Papa Nicolai forte ſecundi*

*Com-*

NOTÆ [1] QUamquam Nicolaus II. Apuliam hoc anno poſt paſcha contendit; hanc tamen profectionem non ſtatim poſt Feſtum illud ſuſcepit; cum VI. Non. Maii Romæ adhuc verſaretur, ut ex duplici ejus Diplomate apud Ughellium conſtat. Horum alterum extat tom. I. in Pennenſ. pag. 1116. & alterum in Theatinis pag. 676. novæ edit. MANSI

Legatio Northmannor. ad Nicolaum Pap.

Apuliam qua occaſione contigerit, vetus hiſtoria Romanorum Pontificum, quam Nicolaus Aragonius Cardinalis in lucem prodidit, ita inſinuat: *Northmanni ad præſentiam ejuſdem Præſulis Nuntios tranſmiſerunt, rogantes, ut in Apuliam deſcenderet, & ſatisfactione ſuſcepta, eos Eccleſiæ reconciliare paterna charitate deberet. Quibus verbis auditis, poſt deliberationem Concilii Pontifex ab Urbe Roma exivit, & in partes Apuliæ venit. Accedentes igitur Northmannos ad præſentiam, & reſtitutis omnibus terris beati Petri, quas abſtulerant, in libera poteſtate ſummi Pontificis a vinculo excommunicationis abſolvit, & in gratiam Sedis Apoſtolicæ paterne recepit. Quia vero potentia & vires eorum tunc temporis in Urbe Romana magnates cæteros ſuperabant, & in cauſis Eccleſiæ contra illos, qui Apoſtolicæ Sedis jura violenter occupaverant, Romano Pontifici magnum ſolatium, & opportunum auxilium manu valida poterant exhibere: omnino fidelitate ab eis ſuſcepta, præter Beneventum, totam Apuliam & Calabriam eis conceſſit.* Hæc ibi.

LXIX. Concil. Malphiæ. Porro tunc his de rebus Concilium fuiſſe Malphiæ ab eodem celebratum, Leo Oſtienſis ſic narrat: *Poſt feſtum Urbe egrediens, Malphiam, unam Apuliæ adiit urbem, ubi tunc idem Apoſtolicus Concilium celebrare decreverat. In qua etiam Synodo dum Richardus Capuanus Princeps cum aliis pluribus interfuiſſet, a ſupradicto Pontifice admonitus, monaſterium ſanctæ Mariæ in Calena cum pertinentiis ſuis beato Benedicto per ſcriptum ſolemniter obtulit.* Hæc Leo, intentus potius rebus Caſſinenſibus, quas enarrandas ex inſtituto ſuſceperat; adeo ut res pontificias non niſi per occaſionem attigerit. Qui & inferius, quomodo idem Pontifex tranſegerit cum Northmannis, hæc ait: (a) *Per hos etiam dies* Nicolaus Papa *& Richardo Capuanum principatum, Roberto* Guiſcardo ſcilicet, *Apuliæ, Calabriæ, atque Siciliæ Ducatum confirmavit, accepta prius ab eis cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate, cenſuque quotannis per juga boum ſingula denariis duodecim.* Hæc Leo.

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 15.

Sicilia etiam data Roberto.

Extat adhuc ejuſdem Roberti juramentum iteratum, deſcriptum in Vaticano codice, qui inſcribitur *Liber cenſuum* &c. Quod hic tibi ut monimentum egregium deſcribendum putavimus. Sic enim ſe habet: LXX.

Juramentum de ſolvendo canone.

*Ego Robertus Dei gratia & ſancti Petri Dux Apuliæ, & Calabriæ, & utroque ſubveniente, futurus Siciliæ, ad confirmationem traditionis, & ad recognitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego proprie ſub dominio meo teneo, & quam adhuc ulli Ultramontanorum umquam conceſſi, ut teneat; promitto me annualiter pro unoquoque jugo boum penſionem ſcilicet duodecim denarios Papienſis monetæ perſoluturum beato Petro, & tibi domino meo Nicolao Papæ, & omnibus ſucceſſoribus tuis, aut tuis, aut tuorum ſucceſſorum Nuntiis. Hujus autem penſionariæ redditionis erit ſemper terminus, finito vero anno, ſanctæ Reſurrectionis die Dominico. Sub hac conditione hujus perſolvendæ penſionis obligo me, & omnes meos, ſive hæredes, ſive ſucceſſores tibi domino meo Nicolao Papæ, & ſucceſſoribus tuis. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.* Huic juramento aliud additum eſt, quod Fidelitatis nominari conſuevit, illudque eidem Nicolao Pontifici idem Robertus Guiſcardus ſic exhibuit:

LXXI. Juramentum fidelitatis Roberti Guiſcardi.

*Ego Robertus Dei gratia & ſancti Petri Dux Apuliæ & Calabriæ; & utroque ſubveniente, futurus Siciliæ, ab hac hora & deinceps ero fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi domino meo Nicolao Papæ. In conſilio, vel in facto, unde vitam,*



PAGIUS

*Comperit adventum, dimittitur obſidione*
*Plurima pars equitum, comitatur pars minor illum*
*Melphia ſuſcipit hunc, & ibi ſuſceptus honore*
*Magno Papa fuit: hic Eccleſiaſtica propter*
*Ad partes illas tractanda negotia venit:*
*Namque Sacerdotes, Levitæ, Clericus omnis*
*Hac regione palam ſe conjugio ſociabant:*
*Concilium celebrans ibi Papa faventibus illi*
*Præſulibus centum jus ad Synodale vocatis*
*Ferre ſacerdotes monet, altariſque miniſtros*
*Arma pudicitiæ: vocat hos & præcipit eſſe*
*Eccleſiæ ſponſos, quia non eſt jure Sacerdos*
*Luxuriæ cultor. Sic extirpavit ab illis*
*Partibus uxores omnino Presbyterorum,*
*Spretores minitans anathemate percutiendos.*
*Finita Synodo, multorum Papa rogatu*
*Robertum donat Nicolaus honore Ducali.*
*Hic Comitum ſolus conceſſo jure Ducatus*
*Eſt Papæ factus jurando jure fideli.*
*Unde ſibi Calaber conceſſus & Appulus omnis*
*Eſt locus, & Latio patriæ dominatio gentis.*
*Romam Papa redit, cum magno Dux equitatu*
*Obſeſſum repetit Cariatum*, &c.

Epiſcopi in Apulia, quæ Græcorum jugum excuſſerat, uxores non accipiebant, quia apud hos hujuſmodi incontinentia nunquam tolerata. Non loquitur de *Ricardo* Guillelmus, quia totus eſt in Rebus Apulis narrandis; is vero Capuæ in Campania Principatum ſortitus eſt. Non itaque in Synodo, ut paſſim Viri docti ſcripſere, ſed poſt eandem *Robertus* a Pontifice Ducatus Calabriæ honore donatus eſt. *Cariatum* certis conditionibus Roberto Duci ſe dedidit, primaque Calabriæ urbs fuit, quæ ſe ejus dominationi ſubjecit, ut habet ibidem Apulienſis. *Rogerius* Roberti frater, capto *Squilacio*, (ultima hæc urbs in Calabria, quæ Græcorum partes defenderit), in Siciliam de-





*aut membrum perdas, aut captus ſis mala captione, non ero. Conſilium quod mihi credideris, & contradices, ne illud manifeſtem, non manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ubique adjutor ero ad tenendum, & ad acquirendum regalia ſancti Petri, ejuſque poſſeſſiones, pro meo poſſe, contra omnes homines; & adjuvabo te, ut ſecure & honorifice teneas Papatum Romanum, terramque ſancti Petri, & principatum: nec invadere, nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præſumam abſque tua, tuorumque ſucceſſorum, qui ad honorem S. Petri intraverint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi concedes, vel tui conceſſuri ſunt ſucceſſores. Penſionem de terra S. Petri, quam ego teneo, aut tenebo, ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo, ut illam annualiter Romana habeat Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt dominatione, cum earum poſſeſſionibus dimittam in tua poteſtate. Et defenſor ero illarum ad fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu, vel tui ſucceſſores ante me ex hac vita migraveritis, ſecundum quod monitus fuero a melioribus Cardinalibus, clericis Romanis, & laicis, adjuvabo, ut Papa elegatur, & ordinetur ad honorem ſancti Petri. Hæc omnia ſupraſcripta obſervabo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi, cum recta fide; & hanc fidelitatem obſervabo tuis ſucceſſoribus, ad honorem S. Petri ordinatis, qui mihi firmaverint inveſtituram, a te mihi conceſſam. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.* Hactenus Fidelitatis juramentum. Sed illud in utroque mirum, quod ſecundum appoſita verba illa, *Et utroque interveniente Deo, atque ſancto Petro videlicet, futurus Siciliæ Dux* res accidit, ut prævia pietate, ipſe magna ex parte ſit potitus Sicilia, ut idem qui ſupra, ejus temporis ſcriptor Leo Oſtienſis teſtatur.

LXXII. In hoc eodem Concilio in Apulia celebrato depoſitum throno fuiſſe Tranenſem Epiſcopum, quem puto illum quem, conniventem cum Græcis ſuperius vidimus, ex Petro Damiani conſtat: qui de ipſo in epiſtola ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales hæc obiter habet: *Numquam certe vidiſſe me memini pontificales baculos tam continuo radiantis metalli nitore contectos, ſicut erant, qui ab Eſculano atque Tranenſi geſtabantur Epiſcopis: uterque tamen, alter in Apulis finibus, Nicolao præſidente, alter in Lateranenſi Eccleſia coram Alexandro Papa, Romanis ſcilicet Pontificibus, ſunt dejecti; nec eis profuit, quod pontifices ligneè auratis uſi ſint baculis, dum ſacerdotii meritum non nitor efficiat veſtium, ſed ſpiritualium norma virtutum.* Hæc Petrus.

At quid poſt hæc Nicolaus? Cum adeo indigna paſſi eſſent prædeceſſores Romani Pontifices a Comitibus Tuſculanis, & aliis Comitibus diverſorum vicinorum oppidorum Romæ degentibus, a quibus tot ſæpe ſunt intruſi Pontifices, immo elevata monſtra ad Sedem Apoſtolicam occupandam; & adhuc recentia eſſent vulnera ſacroſanctæ Apoſtolicæ Sedi per eoſdem Romanam Eccleſiam invadentes: & quod nuper accidiſſet Anglo Comiti & Archiepiſcopo Eboracenſi per Gerardum Comitem Galeriæ, in itinere tanta ignominia, atque ſcandalo ſpoliatis: Nicolaus Pontifex non abſque nutu Dei conſilium iniit, ejuſmodi nefarios homines, eorumque loca munita manu evertere potentiori. Quod egregie per Northmannos, quos ſecum ex Apuliæ duxit, perficiendum curavit, Deo in omnibus feliciter patrocinante. Rem tanti ponderis ſic breviter ex antiquis Actis Romanorum Pontificum idem qui ſupra Nicolaus Aragonius Cardinais enarrat: LXXIII.

Nicolaus vindicat a tyrannis Rom. Eccleſ.

*Poſt hæc autem ordinatis & diſpoſitis omnibus, quæ ad Beneventanum patrimonium pertinebant, Nicolaus Papa reverſus eſt Romam. Northmanni ad ipſius commonitionem collecto exercitu ſubſecuti ſunt ejus veſtigia. Et tranſeuntes Campaniam, Præneſtinorum, Tuſculanorum, & Nomentanorum terras hoſtiliter invadentes, eis tamquam contumacibus, & a domino ſuo, nempe Pontifice rebellantibus, damna graviſſima intulerunt. Deinde fluvium Tiberis cum immenſa militia, & fortitudine armatorum peditum, & ſagittariorum* LXXIV.

Compreſſi tyranni & Demolita præſidia.



PAGIUS

ſcendit, & quidem anno ſequenti, uti elicio e Malaterra lib. 1 cap. 37 & lib. 2. cap. 1.

XV. Melphia Urbs diverſa ab Amalphia

Sed redeo ad *Concilium Melphitanum*, ut refellam errorem, qui in Tom. IX. Concil. pag. 1105. irrepſit. Ibi enim dicitur, Concilium iſtud *Amalphiæ* celebratum, idque teſtari Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 12. licet hic diſerte aſſerat, Nicolaum II. Concilium *Melfiæ*, non vero *Amalphiæ* congregare decreviſſe. Nam hæ duæ urbes valde inter ſe diverſæ, *Amalphia* urbs maritima & Archiepiſcopalis in Principatu citeriori Regni Neapolitani poſita; *Melphis* vero, ſeu *Melphia* Lucaniæ urbs, in qua Nicolaus II. Epiſcopatum erexit, & Romano Pontifici immediate ſubjecit, ut docet Ughellus Tom. I. pag. 992. & ſeq. qui addit, *Balduinum* primum ejus Epiſcopum hoc anno die XVIII. Auguſti una cum aliis Præſulibus interfuiſſe conſecrationi Eccleſiæ ſancti *Angeli* a Nicolao II. peracta. Hæc prima Normannorum in Apulia, in cujus extremo limite, Calabriam verſus jacet, Sedes, ut ſe adverſus Græcos tuerentur, ædificata, ſeu potius inſtaurata, ut auctor eſt Malaterra lib. 1. cap. 9. De *Melphia* legendus Apulienſis lib. 1. pag. 5. & lib. 3. pag. 28.

*copioſa multitudine tranſeuntes, Galeriam, & univerſa Comitis Gerardi caſtella uſque ad Sutrium devaſtarunt. Poſt multa denique damna, & expoliationes, Capitaneoram cervicoſitate valde destructa, redire ad mandatum, & ſubjectionem domini Pontificis coacti ſunt, liberata Urbe ab eorum tyrannide, & in ſuum ſtatum Eccleſia reſtituta.* Hæc ibi. Divinum plane conſilium. Nam poſthac aliquandiu non ſunt auditæ adeo frequentes illæ tyrannicæ invaſiones, quas a Comitibus Tuſculanis Romana Eccleſia tanto cum dedecore pati conſueverat.

LXXV. Conc. Pariſienſe. Eodem anno celebratum eſt Concilium Pariſienſe, ubi convenientibus Galliarum Epiſcopis vigintiduobus, ſimulque Principibus, Henricus Francorum Rex filium ſuum Philippum impuberem Regem conſtituit, atque ſolemni ritu coronandum curavit: cujus Acta ex antiquis monimentis eruta Papirius Maſſonus ita in ſuos Annales intulit, ex Rhemenſi Eccleſia accepta, quæ ſic ſe habent:

* MLIX. *Anno milleſimo * ſexageſimo, Indictione* XII. *Henrico regnante trigeſimoſecundo, & quarto Kal. Junii in die Pentecoſtes, Philippus Rex hoc ordine in majori Eccleſia ante altare ſanctæ Mariæ a venerabili Archiepiſcopo Rhemenſi conſecratus eſt. Inchoata Miſſa, antequam Epiſtola legeretur, dominus Archiepiſcopus vertit ſe ad eum, & expoſuit ei Fidem Catholicam, ſciſcitans ab eo, utrum hanc crederet, & defendere vellet. Quo annuente, delata eſt ejus profeſſio, quam accipiens ipſe legit, dum adhuc ſeptennis eſſet, eique ſubſcripſit. Erat autem profeſſio ejus hæc:*

LXXVI. Philippus Franc. Rex ungitur. *Ego Philippus, Deo propitiante, mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto coram Deo & Sanctis ejus, quod unicuique de vobis mihi commiſſis canonicum privilegium, & debitam legem, atque juſtitiam conſervabo, defenſionem, adjuvante Domino, quantum potero, exhibebo, ſicut Rex in ſuo regno unicuique Epiſcopo & Eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet: Populo quoque vobis credito me diſpenſationem legum in ſuo jure conſiſtentem noſtra auctoritate conceſſurum. Qua perlecta, poſuit eam in manus Archiepiſcopi. Deinde accipiens Archiepiſcopus baculum ſancti Remigii, diſſeruit quiete & pacifice quomodo ad eum pertineret electio Regis, & conſcratio, ex quo ſanctus Remigius Ludovicum baptizavit & conſecravit. Diſſeruit etiam, quomodo per illum baculum hanc conſecrandi poteſtatem & totum Galliæ principatum Hormiſdas Papa ſancto dederit Remigio, & quomodo Victor Papa ſibi & Eccleſiæ ſuæ conceſſerit. Tunc annuente patre ipſius Henrico, elegit eum in Regem poſt eum.* Hæc ibi de initiatione Philippi Regis.

Quod autem hic de Victore Papa una cum Hormiſda mentionem haberi vides, ſic accipias, quod ipſe Rhemenſis Archiepiſcopus tempore Victoris electus, ab eo accipiens pallium, eamdem ex more conſecrandi Regem acceperit poteſtatem. Fuit hic Willelmus nomine, de quo ſuperius. Cœterum quod ad tempus ſpectat, hoc potius anno, quam ſequenti hæc facta eſſe, cum numerus Indictionis ſignificat, tum etiam Hermannus hujus temporis ſcriptor firmiter aſſeverat; ſequenti vero defunctum eſſe Henricum & filium ſolum regnare cœpiſſe. Quod & Sigebertus affirmat, aſſerente auctore, qui ad Aimoinum affixit appendicem, hoc anno Redemptoris milleſimo quinquageſimonono unctum eſſe Regem Philippum, filium Henrici Regis; ſequenti vero, nempe ſexageſimo poſt milleſimum mortuum ipſum Henricum parentem ejus. Quin etiam in fragmento hiſtoriæ Francorum ad Glabrum appoſito, hoc pariter anno eſſe defunctum Henricum traditur. Porro defuncto ipſo parente Henrico, Philippus tutorem accepit a patre relictum Balduinum Comitem Flandriæ, qui amitam ejus habebat uxorem, qui pie ſancteque opus exegit, omni fide pupillo Regi regnum conſervavit atque defendit. LXXVII

Porro ad hunc eumdem Rhemenſem Archiepiſcopum Nicolaus Papa epiſtolam ſcripſit, qua eum de nonnullis admonuit, valde inſtans, ut Henricum ipſum LXXVIII.

pſum

PAGIUS XVI. *Henricus Philippum in conſortium Francorum regni adſciſcit.* A num. LXXV. ad LXXVIII. Recitatur Tom. IX. Concil. Conventus Remenſis, quando Philippus Rex Galliæ præſente Henrico patre, Remis coronatus eſt: *Anno Incarnat. dominicæ MLIX. indictione XII. Henrici Regis anno XXXII. Pontificatus domini Gervaſii* (Archiepiſcopi Remenſis) *quarto, & quarto Kalendas, die Pentecoſtes, XXIII. Maij*, Philippus Rex *conſecratus eſt*. Sed oco, *quarto Kalendas*, legendum, *X. Kalendas Junii*, in quem diem hoc anno Pentecoſtes Feſtum incidit, in diem nempe XXIII. menſis Maij. Is Henrici Regis annus XXXII. ab anno MXXVII. proficiſcitur, indeque intelligimus, *Henricum* Francorum Regem eo Chriſti anno poſt diem XXIII. menſis Maij in conſortium Regni a Roberto patre adſcitum fuiſſe; cum hoc anno eadem die annum Regni XXXIII. nondum inchoaſſet, quando Pilippum filium, *dum adhuc ſeptennis eſſet*, ut in eo Conventu legitur, coronavit. Adfuere honoris & amoris gratia Sedis Apoſtolicæ Legati, Epiſcopi viginti duo, ac Proceres quamplurimi in Actis coronationis memorati.

Anno ſequenti *Henricus* Galliæ Rex fundavit monaſterium *ſancti Martini de Campis* in urbe Pariſienſi, & in illud multas poſſeſſiones contulit, facta Canonicis poteſtate Abbate obeunte alium eligendi. Charta dicitur ſcripta, *anno ſupradicti Regis XXVII.* (ſed legen- XVII. *Moritur.*

dum,



pſum Francorum Regem adhuc ſuperſtitem ob quædam perperam facta corripiat. Extat ipſa epiſtola edita a Papirio Maſſono, quo nomine ipſi bene precamur. Sic enim ſe habet:

Nicolai Pap. epiſtola ad Rhemenſem Archiep. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Voillelmo venerabili Archiepiſcopo ſalutem cum benedictione Apoſtolica.*

*Licet de veſtra fraternitate quædam ſiniſtra, nec ſine diſcuſſione dimittenda pervenerint ad Apoſtolicam Sedem, ſcilicet quod ejus invaſoribus faverit, quod pontificales actus poſtpoſuerit; tamen quia teſtimonio perſonæ non levis defendaris ſcilicet, potius de fidelitate S. Petri laudaris.* * *Præmiſſa tranſimus, & ut verum ſit de vobis teſtimonium, optamus. Vos autem omni conamine ſtudete ita vivere, ut veſtri non habeant inimici, unde nos poſſint in vos contriſtare. Scitis enim quam benigna vobis fuerit, communis mater ſancta Romana Eccleſia, quamque de te magna ei fiducia, ut tua ſolertia Francorum poſſet ſuccurrere pene lapſæ Eccleſiæ. Proinde agere ſtude, quod de te ſperavit Apoſtolica Sedes.*

* prætermiſſa.

LXXIX. *Et veſtrum Regem glorioſum caſtiga, precare, admone, ne pravo nitatur peſſimorum conſilio, qui noſtra diſcordia putant ſe Apoſtolicam cenſuram evadere, caveatque ſacris canonibus, immo beato Petro reſiſtere, noſque, qui eum ſicut pupillam volumus amare oculi, contra ſe movere. Satis enim mirari poteſt, ſi pro aliquo ſtulto, ſicut eſt, quem voluit ordinari, Matiſconis Epiſcopus, vult Dominum & ſanctum Petrum offendere, veſtram charitatem atque ſinceram dilectionem circa ſe parvi pendere. An putat aliquis, membrum Antichriſti, quod plus non poſſit ei prodeſſe gratia beati Petri, quam omnium impiorum perfida fidelitas? Agat itaque glorioſus Rex, ut libet, contra nos: quamvis pro illo ejuſque exercitu Deum ſemper precari parati ſimus. De Duce vero Godefrido nemo vos terreat, cum fuerit opus vos venire Romam: quia non tantum vobis impedimentum non faciet, ſed etiam fideliter ſervitium impendet. Salutant vos chariſſimi fratres noſtri Cardinales Epiſcopi, necnon humilitas chariſſimi noſtri filii Hildebrandi.* Hactenus Nicolaus ad Rehemenſem Archiepiſcopum. Ex quibus intelligas, Henricum Regem adverſantem Apoſtolicæ Sedi meruiſſe quam citius e medio tolli, & tribunali incorrupti Judicis præſentari.

LXXX. Nicolaus Pap. cohibet Burchardum Halberſt. Epiſc. Eodem anno Nicolaus Papa Burchardum Halberſtadenſem Epiſcopum, invadentem jura aliena, cohibuit. Rem geſtam Lambertus ſic narrat: *Nicolaus Papa eodem anno ab Abbate Meginhero interpellatus propter decimationes Saxoniæ, litteras & mandata direxit Burchardo Halberſtadenſi Epiſcopo, ne ſtatutos Patrum terminos transgrederetur; neve monaſterium Herveldenſe ſuperfluis concertationibus inquietaret. Si pergeret moleſtus eſſe, neceſſario ſe Apoſtolicæ auctoritatis virga uſurum adverſus ejus inobedientiam: præſertim cum monaſterium illud ſub juriſdictione eſſe Romani Pontificis, tot prædeceſſorum ejus privilegia teſtarentur. Abbati quoque epiſtolam ſcripſit verbis conſolatoriis, quæ uſque in præſentiarum in Chartario ſervatur Herveldenſis monaſterii.* Sed quomodo demum, qui contempſit obedire, præcipiente Romano Pontifice, ipſum Deum eſt expertus ſeverum ultorem, cum ejus judicium appellavit Abbas, idem auctor narrat. Qui & addit hoc eodem anno ſexto Kal. Octobris defunctum eſſe ipſum Abbatem Meginherum vitæ ſanctitate clarum, hoc tanto ejus elogio dignum: *Vir*, inquit, *magnarum in Chriſto virtutum, & vere (quod omnium modernorum Abbatum pace dixerim), unicum ſua ætate in Teutonicis regionibus recte ac monaſtice vivendi exemplar.* Subdit vero de eadem cauſa cum Halberſtadenſi Epiſcopo hæc memoratu digna:

LXXXI. *Is (ut prædictum eſt), cum Burchardo Halberſtadenſi Epiſcopo diuturnam traxerat litem propter decimationes Saxoniæ, quas ille Herveldenſi monaſterio ereptas, per occaſionem Epiſcopalis regiminis ſibi vendicabat. Contra cujus improbitatem cum nec forenſes, nec Eccleſiaſticæ leges quidquam valerent, & Abbas ſæpe quermonia in jus delata ſurdis tribunalibus fabulam narraſſet; tamdem brevi, antequam vita excederet, mandavit ei per Fridericum Palatinum Comitem, ſe quidem tamquam viribus imparem cauſa cadere; Deo tamen vires ad tuendam æquitatem non defuturas eſſe. Proinde parati ambo eſſent, ut intra paucos dies ad tribunal æquiſſimi Judicis Dei cauſam dicerent; victurum ibi eſſe, non qui plus poſſet, ſed cujus cauſa juſtior eſſet. Nec fefellit eventus.* Nam

PAGIUS dum, XXIX. a poſteriori ejus epocha, ab anno nempe MXXXI. deducta). *Actum anno ab Incarnatione Domini MLX. indict. XV.* (legendum, indict. XIII.) *Pariſius publice. Signum Henrici Regis. S. Philippi Regis. S. Annæ Reginæ.* Obiit poſtea Henricus Rex eodem anno MLX. Vitriaci die IV. menſis Auguſti. Cum vero Philippus filius ob ætatem Regno Francorum adminiſtrando haud par eſſet, *Henricus* teſtamento cavit, ut *Balduinus* V. Flandriæ Comes filii, Regnique tutelam ſuſciperet. Is per annos ſeptem Francorum Regnum ſapienter & ſtrenue rexit, morienſque Philippo Regi jam adoleſcenti quietum Regnum reliquit. Ordericus Vitalis lib. 3. ait: *Hujuſmodi tutela tanto Duci bene competebat, quippe qui Adhalam* (ideſt Adhelam) *Rotberti Regis Francorum filiam in conjugium habebat:*

ex

LXXXII Dira Dei vindicta in Halberſt. Epiſc.

*Nam poſt dormitionem Abbatis pauci dies interceſſerant, & ecce Epiſcopus, cum prædictæ rei gratia Synodum indixiſſet, & admoto jam equo, illuc properare vellet, repente divina animadverſione ictus corruit, reportatuſque ad cubiculum, adſcitis ocyus presbyteris ſuis per Deum obteſtabatur, ut decimationes ſuas Herveldenſi monaſterio reſtituerent, atque omnem in perpetuum ſuper hac re litem præciderent, ſcirentque cunctis qui eadem tentaſſent, ſic infeliciter rem ceſſuram, ut ſibi ceſſiſſet, qui injuſtæ exactionis tam acerbum vindicem ipſum experiretur Dominum. Cumque Migdeburgenſis & Hildenesheimenſis Epiſcopi viſitatum eum adveniſſent, cum magno ejulatu fatebatur, ſe juxta prædictum eximii Abbatis ad tribunal Dei jamjam abripi, & pro invaſis rebus alienis rationem exigi; rogabatque obnixe, ut miſſis Herveldiam nuntiis, veniam ſibi pro admiſſo ſupplices precarentur. Nec multo poſt diruptis miſerabili genere morbi viſceribus, expiravit. Uto quoque Archipresbyter ejus, quo ille potiſſimum incentore in hinc ſævitiam inarſerat, quique exactor atque adminiſter hujus calumniæ vehementiſſimus extiterat, eodem anno ſubitanea morte, ſine confeſſione, ſine ſacra communione interiit, a diabolo (ut fama vulgatior loquebatur) ſuffocatus.* Hæc Lambertus, qui his omnibus præſens aderat. Quod ſi Deus unius monaſterii jura invadentes quantumlibet pœnitentes adeo acerbe punit; quid erit de Principibus bona omnia omnium monaſteriorum, & Eccleſiarum ſibi auctoritate hæreſis vendicantium? An non requiret iſta Deus, qui de verbis ipſis etiam levibus in die Judicii non levem quæſtionem habendam eſſe (*a*) prædixit? *Væ* (*b*) *mundo a ſcandalis.*

(*a*) *Mat.* 12.
(*b*) *Ibid.* 18.

LXXXIII. Iſacius Comnenus Imp. ſe abdicat Imp.

Quod ad res Orientis pertinet: hoc eodem anno Iſacius Imp. Dei vindicta vehementer exagitatus, ſponte depoſita purpura, ſucceſſore delecto Conſtantino Duca, monaſticum ſumens habitum, in monaſterio Studii monachis ſerviens, illic reliquum vitæ tempus abſolvit. Hec pluribus Curopalata, dum ait: *Fulmine ſiquidem percuſſus Imperator dejectus eſt equo, & humi, ſpumas ex ore edens uti epilepticus devolvebatur. In parvum autem navigium impoſitus ad Regiam defertur incolumis: attonitus tamen, & ob afflatum ſeipſum minime ſentiens, morboque dies aliquot detentus mortem expectabat. Et idcirco ad placandum ſibi Deum pœnitentiam amplectitur, & Imperatoriam poteſtatem, quam ſibi injuria vendicarat, libens deponit. Hoc certe recte faciens, & monaſticæ ſe vitæ dedicat, priorem faſtum ac delicias voluntario contemptu, ac modeſtia corrigens. Et quod magis oſtendit, illum vere totoque ex animo pœnituiſſe eorum quæ patrarat, Imperatorem delegit, non Joannem ſibi ſanguine conjunctum, non nepotem ex ſorore Theodorum Docianum, non filiæ maritum, neque alium aliquem ſibi conſanguinitate proximum, ſed præſidem Conſtantinum, cui jam inde a ſuis majoribus Ducas cognomen erat, tamquam peritum & conſcium, & adjutorem, quippe qui optime noſſet rationes parandæ copioſæ pecuniæ ad Imperii conſervationem.*

Conſtantinus Ducas Imp. creatur.

LXXXIV. *Comnenus autem monaſticas veſtes indutus, cum parum expectaſſet, ſi quo modo a morbo liberaretur; ubi novit ſe inſanabili morbo captum, adhuc ipſo vexatus, Studii monaſterium ingreditur, multum Æcatherina Auguſta ejus conſilium adjuvante, & pro terrarum Imperii amiſſione cæleſtis gaudii fructum ipſi promit-*

PAGIUS *ex qua Rotbertum Freſionem, Reginam Anglorum, & Udonem Treverenſium Metropolitam, alioſque magnæ nobilitatis viros genuerat.* Sed ibidem librariorum errore mors Henrici conſignatur, *anno ab Incarnatione Domini MLIX. indictione XIII.* Legendum enim, *anno MLX.* ut indictio XIII. demonſtrat.

XVIII. *Conſtantinus Ducas ſit Imperator.*

Ad num. LXXXIII. & ſeq. Iſaacius Comnenus Conſtantino Duca Imperatore deſignato in Studienſe Monaſterium ſe ſe recepit, poſtquam regnaſſet *biennium & tres menſes, homo ſtrenuus, ingenio arroganti, in rebus gerendis celerrimus, rei bellicæ peritiſſimus. In literis non quidem verſatus, ſed literarum ſtudioſus, & doctorum amans,* inquit Zonaras in Iſaaco Comneno. [1] Pſellus vero in Iſaaco Comneno ait, Iſaacium morbo affectum Monachum induere ſtatuiſſe, mutationis vitæ propoſitum Patriarcham laudaſſe, ſed Æacaterinam Auguſtam ejus uxorem, ut eum ab eo conſilio averteret, nihil omiſiſſe. Iſaacius tamen in ſententia perſtitit, accerſiitque Conſtantinum Ducam, Virum ſane illuſtrem, & qui generis nobilitate primas facile ferret. *Cum itaque accerſitus fuiſſet, Comneno, ut videbatur, jam ſpiritum agente; ſtetit ille rubore ſuffuſus, innatoque pudore oculos oppletus, manus ex more tegens.* Tum Comnenus ei commendavit Æacaterinam uxorem, filiamque Mariam, fratremque & ſobrinum. *Necdum*

NOTÆ [1] Conſtantinus Ducas imperium inivit ſequenti anno & quidem poſt diem XXII. Julii quantum colligo ex Charta quadam Neapolitana anni 1065. quam Muratorius in Antiquit. Ital. to. 1. col. 197. vulgavit. Cedo mihi illam: *Imperante Domino noſtro Duce, Conſtantino Magno imperatore anno quinto, die XXII. menſis Julii, Indictione III. Neapolis.* MANSI



*mittente, cum annos duos ac menſes tres imperaſſet; & in habitu monaſtico pauciores his ſupervixit, omnem præſtans præfecto monaſterii obedientiam, ita ut janitor eſſet, & alia miniſteria obiret propter multam animi æquitatem & modeſtiam. Caſtiſſimus autem fuiße dicitur, & ſupra quam credi poſſit, continens &c.* Defuncti autem viri conjugem Æcatherinam Auguſtam poſt perſoluta poſtrema, adhuc memoriam anniverſariis ſacris ſolemniter fuiſſe proſecutam, idem teſtatur auctor. Sed hæc de his ad inſtitutum ſatis.

Se-

PAGIUS *dum tamen imperii inſignia in illum contulerat, ſed in promiſſis tota rei molitio erat. Convaleſcit tantiſper Imperator, ac cum videretur halitum recepiſſe, anceps animi erat ejus rei cauſa, quam egerat, quemque in imperium provexerat, ipſi quoque male cedebat, animique anxius erat. Timebat enim non ne imperii compos efficeretur, ſed ne inde male ſecum poſtea ageretur, ac ſuſpectus foret.* Reliquis itaque valere juſſis *Pſelli* conſiliis nititur, qui ipſum roborat, ſolaturque, eique Antiſtitem advocat, cunctaque prænat, quæ vel tempus vel amicitiæ ratio exigebat. Tandem Imperator comam ponit, atque Monachi habitum induit, *videnſque Imperatorem, ac ex animo rerum ſumma illi confirmata, ſtatim e Regia diſcedit, conſcenſaque nave ad Studii monaſterium ſecedit.* Poſt abdicatum a patre Imperium Maria Comnena cum matre in Monaſterium conceſſit.

I. SExageſimus ſupra milleſimum ſequitur annus Redemptoris, Indictione decimatertia, quo Nicolaus Papa ſexto Idus Januarii Florentiæ cum eſſet., monaſterio ſanctæ Felicitatis iſta conceſſit :

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Teibergæ Abbatiſſæ monaſterii ſanctæ Felicitatis juxta Florentiam ſiti, ſibique ſucceſſuris, & in ſancto propoſito permanſuris in perpetuum.*

*Quoniam Omnipotentis dignatio ſuo gratuito munere, nullo digno præcedente opere, ad hoc noſtram humilitatem dignata eſt provehere, quatenus per nos ubique terrarum proprio ſanguine redemptæ Eccleſiæ lumen adminiſtraret indeficiens; profecto rationabile ducimus, cooperante ipſo, de quo loqui præſumimus, ſecundum proprias vires unicuique acceptum talentum diſtribuere, ne apparente ipſius Majeſtate (quod abſit) ſine acquiſito lucro velut inutilis ſervus videamur remeare. Quod utique per divinam miſericordiam conſequi poſſe ſperamus, ſi membris ejus adhuc per fidem in terra cœleſtia anhelantibus, præſidia quæ poſſumus, ſereno affectu ſuppeditare curamus. Sic enim, ſic profecto & ſupernum noſtræ fragilitati conciliamus auxilium, & pura intra cordis hoſpitium manente intentione, hominum conſequimur favorem honeſtum. Cum licet univerſis debitores ſimus Gentibus, fidei lumine clarentibus; domeſticis quoque noſtris benevolentiæ ſtudio ſingularem curam impendimus, Magiſtrum Gentium ſequentes qui bonum opus adimpleri præcepit in omnes, ad domeſticos fidei maxime.*

II. *Monaſterium itaque ſanctæ Felicitatis cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, quod noſtra Epiſcopalis ſimplex adhuc diſpenſatio quorumdam prædeceſſorum noſtrorum negligentia deſtructum, coaptato nobilium ſanctimonialium plurimarum collegio reædificare curavit ex integro; nunc etiam ſecundum Apoſtolicæ Sedis, cui deſervimus, valentiam, per noſtras manus dedicatum, ſtabilitate perſeveranti roboramus, & confirmamus, atque ut perpetua vigeat religione, ſequeſtrata pravorum infeſtatione, omnipotentis Dei committimus tutelæ. Cui etiam, ſicut dignum nobis videtur, quia incuria Florentinorum Epiſcoporum ſua prædia nequiter ſunt diſtracta, & ſacrilegorum quorumdam temeritate invaſa; concedimus & Apoſtolica auctoritate ſtabilimus manſos, & fundos, venerabili loco pia devotione oblatos, & offerendos, ubicumque veraci relatione ejus nomini fuerint titulati, ſuoque juri religioſa ſollicitudine inveſtiti, atque inveſtiendi. Liberum præterea idem reddimus monaſterium, atque abſolutum ab omni ſæculari & mundana conditione, ſive diſtrictione, ne liceat alicui magnæ, parvæque perſonæ a nobis reſtituta prædia, firmiterque ſtabilita, Decimales,* proventus ſcilicet, *quoque quoſdam a nobis conceſſos aliquo ingenio invadere, aut aliqua fraude ſurripere, ſive diminuere, Fiſcum denique, ſeu debitam ſubjectionem exigere: ſed maneat venerabilis locus, noſtra tutela firmatus in ſancto propoſito; nullique alii ſit obnoxius, niſi Florentino Epiſcopo, qui memor noſtræ devotionis, ſuæque fragilitatis, juſtitiæ norma ſervata, ſecundum Doctoris Gentium præceptum, eiſdem ſanctimonialibus honorem congruum exhibendo, nil præter blandum dominium requirat ex debito.*

III. *Si autem (quod non credimus) aliquis temerarius hanc Apoſtolicam ſanctionem crudeli mente tentaverit infringere, noſtramque inſtitutionem ſecundum locum lædendo caſſare, niſi admonitus reſipuerit, ac digne emendaverit, anathematis gladio percutiatur ab omnipotenti divinitate, jaculata ſibi de cœlo ultione in hac præſenti carne, interficiatque eum Deus ſpiritu oris ſui, dum venerit judicare ſæculum. Qui vero noſtræ roborationis pius conſervator extiterit, in ſecundo adventu mereatur illam melliſluam vocem audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Præterea ut hæc pagina fidem legentibus aſtruat, & propriæ manus ſubſcriptione & Apoſtolici ſigilli munire ſtuduimus impreſſione.*

*✠ Sigillum Nicolai Papæ.*

*Ego Bonifacius Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Petrus Lavicanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Brunus Præneſtinus Ep. ſubſcripſi.*

*Ego Petrus peccator monachus ſubſcripſi.*

Hic eſt Petrus Damiani, quem vides ſeorſum a Cardinalibus ſubſcribere diplomati voluiſſe, & abſque titulo Oſtienſis Epiſcopatus, quo ſe exuiſſe contenderat, ex quo libellum renunciationis dediſſet Nicolao Pontifici, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Poſt ſubſcriptiones iſta ibi leguntur.

IV. *Datum Florentiæ vi. Idus Januarii, anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti M. LIX. per manus Humberti ſanctæ Eccleſiæ Silvæcandidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii, anno primo Pontificatus domini Papæ Nicolai Secundi, Indictione xiii.* Ita quidem adamuſſim omnia reſpondent quæ ad tempus ſpectant: nam annus Chriſti milleſimus quinquageſimusnonus adhuc erat annus; ſexageſimus enim annus Incarnationis a die Annuntiationis Dei genitricis Mariæ numerandus erat; eratque ahuc & annus primus Nicolai: nam ſecundus hoc anno eodem menſe Januario (neſcitur verus dies) numerari incipiebat. Indictio vero decimatertia utrique convenit tempori notato, tam Pontificis, quam Domini Incarnationis.

V. Florentia autem recedens, Romam rediens, inde Caſſinum Nicolaus Papa ſe contulit. Quid tunc egerit, Leo Oſtienſis ſic narrat (a): *Sequenti tempore jam dictus Pontifex ad has iterum partes adveniens, domnum Oderiſium Oderiſii Marſorum Comitis filium, & hujus monaſterii a puero monachum, diaconum in Lateranenſi Eccleſia apud acerras poſitus ordinavit. Poſtmodum autem in Aquinenſi oppido, depoſito Epiſcopo Angelo, eo quod neophytus,* nempe ex laico ordinatus, *& Eccleſiaſticarum rerum male prodigus, & agentibus nequitiis ſuis, a ſanctæ memoriæ Leone Papa fuiſſet excommunicatus, domnum Martinum, Florentinum genere religioſum plane ac prudentem, inter primores hujus monaſterii monachum Epiſcopum conſecravit. Petrus etiam Venefranæ & Iſernienſis Sedis Epiſcopus, natione Ravennas, noſter monachus tempore ipſo ſacratus eſt.* Hæc de rebus geſtis Nicolai Papæ cum monachis Caſſinenſibus: de reliquis altum ſilentium.

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 14.

Nicolai Pap. res geſtæ cum Monachis Caſſinenſibus.

VI. Inter monimenta autem Petri Damiani reperitur ipſe, cum jam ſe abdicaſſet ab Eccleſiaſticis curis, abſens ab Urbe, ſolitarius degens in monaſterio, interpellatus ſcripſiſſe ad eumdem Nicolaum Pap. pro Anconitanis jam excommunicatione mulctatis. Quidam enim inter eos exortus tyrannus, ad defectionem cives adegerat; premente vero eodem tyranno populum, iidem exurgendi haud liberam nacti fuerant hactenus poteſtatem gementes interea, quod Apoſtolica cenſura perculſi æternæ damnationi obnoxii permanebant. Quorum miſeratus conditionem acerbiſſimam Petrus, iſta pro illis ad Nicolaum Pontificem ſcripſit:

*Domno Nicolao beatiſſimo ſummæ Sedis Antiſtiti Petrus peccator monachus devotiſſimæ ſervitutis obſequium.*

VII. *Quod in partibus noſtris proſperitatis veſtræ fama percrebuit, magna cor noſtrum lætitiæ jucunditate perfunditur; totiſque in Domino, qui iſtorum auctor eſt munerum, viſceribus gratulamur; ita ut dum mens intrinſecus jubilat, lingua etiam in hanc vocem divinæ laudis erumpat: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. De Anconitanis autem, venerabilis domine, quotidie pereuntibus nimis doleo, & de confuſo atque commixto peccatorum, innocentiumque periculo medullitus contremiſco. Ecce enim per conditionem carnis eorum quotidie corpora moriuntur, & per ſententiam veſtram Petri gladius in animarum eorum mortem graſſatur. Et nos quidem dormimus, ſed evaginatus Sedis Apoſtolicæ mucro non dormit; qui tot hominum millia una cruentæ mortis ſtrage proſternit; non quidem in corporibus aliquando morituris, ſed heu (proh dolor) quod intolerabile eſt, in animabus ſine fine victuris. Enimvero audacter dicam, quia poſtquam dominus meus ad Apoſtolatus culmen aſcendit, numquam aliquid fecit, quod a nobis, qui in ejus debemus invigilare cuſtodia, tantopere debeat formidari. Vobis enim ſubiici, vobis urbem tradere, vobis ſe & ſua voluerunt humiliter ſubjugare; ſed eorum culpis obſtantibus, non modo janua illis miſericordiæ veſtræ non patuit; quin etiam prolata ſententia a regno Dei, & a liminibus Eccleſiæ, tamquam e diverſo rebelles & contumaces excluſit.*

Ep. Petri Damiani pro Anconitanis.

VIII. *Abſit autem a domino meo, ut cum vibrata tyranni cujuſpiam dextera, poſt cædem duorum, vel trium hominum non compeſcatur, illius, qui totius Chriſtianæ magiſter eſt pietatis, gladius paſſim in tot animarum internecione graſſetur.*

---

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6553.

SÆC. XI.

☉ 5. BA. ☽ 16. P. 26. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1060.

NICOLAI II. PAPÆ 2.

HENRICI IV. REG. 4.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 1.

Anno Eræ Hiſpan. MXCVII. Anno Hegiræ CCCCLII. inchoato die 5. Febr. fer. 1. A.C. 1060.

I. ANum. III. ad XIII. *Aldredus* Epiſcopus Wigornienſis die Nativitatis Chriſti currentis anni electus eſt Archiepiſcopus Eboracenſis, & Romam delegatus a *Sancto Eduardo* Anglorum Rege ad Nicolaum II. Papam, ut ab eo peteret confirmationem Privilegiorum Regni Angliæ, quam anno ſequenti obtinuit, Palliumque ab eodem Nicolao II. ſuſcepit. Eodem anno MLXI. in Angliam rediit detulitque litteras Nicolai II. ad *Sanctum Eduardum* datas, & confirmationem Privilegiorum ab eo poſtulatam. Baronius tam literas Nicolai II. quam præfatam confirmationem hic recitat. Verum ex dictis anno ſuperiori num. VII. & ſeqq. conſtat ipſo fine præſentis anni Romam *Aldredum* Legatum miſſum, & nonniſi cum præfatis literis & Diplomate in Angliam anno ſequenti reverſum eſſe.

*Aldredus Archiep. Eboracenſis ad Nicolaum II. delegatus.*

*tur. Nam & Abner, cum in ipſo belli* (a) 2. Reg. 2. *certamine diceret ad Joab, (a) Num uſque ad internecionem tuus mucro deſæviet? protinus ille reſpondit: Vivit Dominus, ſi locutus fuiſſes, mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum. Abſit, inquam, ut dum unius hominis placere vult oculo, tanta eorum, pro quibus Chriſti effuſus eſt ſanguis, pareat multitudo. Vicem quippe illius tenes, qui adbuc pauper & tenuis ſummis Principibus & magiſtratibus libera voce non timuit di-* (b) Act. 5. (c) Ibid. 4. *cere: (b) Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Et rurſus, (c) Si juſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quam Deum, judicate. Quapropter ſi placet domino meo, adſcitis domno Hildebrando ſaniſſimi & puriſſimi conſilii viro, reverentiſſimis etiam Humberto & Bonifacio Epiſcopis, qui veſtri videlicet acutiſſimi & perſpicaces ſunt oculi; cum his utique conſilii veſtri communicate myſterium, ſimulque tractate, quo medicamine mors atque perditio tot pereuntium deſinat animarum. Moderetur itaque ſolito more Sedis Apoſtolicæ prolata ſententia, ſeſeque Eccleſiaſtici vigoris temperet diſciplina, ut quos hoſtilis diſpergere crudelitas nititur, in ſacerdotalis miſericordiæ gremio colligantur. Parce ori meo, clementiſſime pater, & non procacis linguæ ſtrepitum, ſed devoti conſidera cordis arcanum. Nec a ſervo tuo te pigeat humiliter argui, cum* (d) 1. Pſal. 1. *ipſe omnipotens Deus hominibus dicat: (d) Venite & arguite me.*

IX. Legatio Regis Angl. ad Nicolaum Papam. Cum iſta agerentur, ſanctus Eduardus Anglorum Rex legationem miſit ad Nicolaum Papam una cum litteris: de qua legatione agit Ealredus, in vita ejuſdem Regis hæc inquiens: *Nuntios Romam tranſmiſit, talem epiſtolam Papæ deferentes.*

*Summo univerſalis Eccleſiæ patri Nicolao Eduardus Dei gratia Anglorum Rex debitam & ſubjectionem & obedientiam.*

Epiſt. S. Eduardi Regis ad Nicolaum Papam. *Glorificamus Deum, quia curam habet ſuæ electæ Eccleſiæ, quoniam in loco boni prædeceſſoris vos optimum ſucceſſorem conſtituit. Quapropter juſtum judicamus, apud vos, velut ad ſolidam petram * acuere, & probare omnes bonas actiones noſtras; & veſtram notitiam, atque ſocietatem in bono habere, quatenus eas donationes & privilegia, quæ obtinuimus apud prædeceſſorem veſtrum, renovetis & augeatis nobis. Videlicet, ut quod ille injunxerat nobis ſub nomine obedientiæ & pœnitentiæ propter votum quod voveram ire Romam; & in remiſſionem omnium peccatorum meorum conſtruere cœnobium monachorum in honorem Apoſtoli Petri, ratum faciatis, & privilegia poſſeſſionum, & dignitatum ejuſdem loci confirmetis, renovetis, & decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo, & confirmo donationes, & conſuetudines pecuniarum, quas habet ſanctus Petrus in Anglia. Et ipſas pecunias collectas cum regalibus donis mitto vobis, ut oretis pro me, & pro pace regni mei; & continuam ac ſolemnem memoriam inſtituatis totius gentis Angliæ coram corporibus ſanctorum Apoſtolorum.* Hucuſque Regis epiſtola ad Nicolum Pontificem. Pergit autem auctor. Reſcripſit autem illi Papa in hunc modum:

* accedere.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei glorioſiſſimo ac piiſſimo, omnique honore digniſſimo ſpeciali quoque filio noſtro Eduardo Anglorum Regi viſitationem omnimodam, ſalutem melliſluam, & benedictionem Apoſtolicam.*

*Omnipotenti Deo referimus grates, qui veſtram prudentiſſimam excellentiam in omnibus ornavit & decoravit erga beatum Petrum Apoſtolorum principem, & nobiſcum habere dilectionem, & in omnibus Apoſtolicis conſentire cenſuris. Litteras igitur veſtræ nobilitati tranſmittimus, & per eas ſanctorum Apoſtolorum ſocietatem & noſtram vobis damus, orantes miſericordiam illius, qui eſt Dominus omnium, & Rex ſuper omnia ſolus, ut ipſe vos participes faciat ex omnibus, ſi qua ſunt coram Deo bonis operibus noſtris; & fratres nos, & ſocios in ſua dilectione conſtituat in omni tempore amplius, ac non minorem partem obſequii noſtri vobis in ſuo regno conſignet, quam nobiſmetipſis provenire optamus. Erimus etiam deinceps pro vobis ſine dubio orantes aſſidue, ut ipſe Deus ſubiiciat hoſtes & inimicos, qui contra vos voluerint inſurgere; & confirmet vos in paterno ſolio, & propria hæreditate: Ac beatus Petrus ſit vobis cuſtos, & adjutorium in omni tribulatione.* X. Nicol. Pap. Epiſtol. ad Regem Angl. S. Eduard.

*Renovamus ergo & confirmamus ac augemus vobis privilegia veſtra, ſcilicet, ut abſoluti ſitis ab illo voto, quod timebatis; & ab omnibus aliis peccatis & iniquitatibus veſtris, auctoritate illius, qui me, licet indignum, ſuæ ſanctæ præeſſe voluit Eccleſiæ. Præterea in loco quem ſub nomine ſanctæ pœnitentiæ conſtituendum, & meliorandum ſuſcepiſtis: quoniam (ut fertur) primo antiquitus conſecrationem a B. Petro accepit, cujus licet indigni, Vicarii ſumus, & quia regia antiquitus ſedes eſt; ex auctoritate Dei & ſanctorum Apoſtolorum, atque hujus Romanæ Sedis & noſtræ concedimus, permittimus, & ſolidiſſime confirmamus, ut amplius in perpetuum regiæ conſtitutionis locus ſit, atque repoſitorium regalium inſignum, & habitatio perpetua monachorum, qui nulli omnino perſonæ niſi Regi ſubdantur, habeantque poteſtatem ſecundum Regulam S. Benedi-* XI. Privilegium monaſterii.



*cti per ſucceſſiones eligere ex ſe idoneos Abbates; neque introducatur per violentiam extranea perſona, niſi quam concors congregatio eſſe prælegerit. Abſolvimus etiam eum locum ab omni ſervitio & dominatione Epiſcopali, ut nullus Epiſcopus illuc introeat ordinaturus, aut precepturus aliquid, niſi ex petitione & conſenſu Abbatis, monachorum.*

XII. *Et habeat idem locus liberum procinctum, id eſt ambitum & cœmeterium mortuorum circa ſe, abſque Epiſcopali vel cujuſlibet reſpectu, vel exactiono, & omnia, quæ ad libertatem & exaltationem illius loci, ad honorem Dei pertinentia, per noſtram auctoritatem accedere poſſunt, hilari & promptiſſima voluntate concedimus. Poſſeſſiones autem, quas antiqui Reges, ſeu quicumque alii homines, vos quoque & veſtri Barones ad eumdem locum contuliſtis, & chartas quæ ex eis factæ ſunt, divina & noſtra auctoritate roboramus, & ratas ac ſtabiles eſſe decernimus, & infractores earum, vel invaſores, aut diminutores, aut diſperſores, venditores etiam æterna maledictione cum Juda proditore damnamus, ut in beata partem non habeant reſurrectione; ſed a B. Petro Apoſtolo ſe judicandos ſciant, quando ſedebit cum ſuis Coapoſtolis, judicans (a) duodecim tribus Iſrael. Vobis vero & poſteris veſtris Regibus committimus ad vocationem & tuitionem ejuſdem loci, & omnium totius Angliæ Eccleſiarum, ut vice noſtra cum conſilio Epiſcoporum & Abbatum conſtituatis ubique, quæ juſta ſunt, ſcientes pro hoc vos recepturos dignam mercedem ab eo, cujus regnum & imperium non deſinet, nec minuetur in ſæculum.* Hucuſque litteræ Apoſtolicæ ad S. Æduardum Anglorum Regem. (a) Matt. 19.

Hoc eodem anno in Hiſpania Jaccæ in quam Oſcæ tranſlata ſedes, Concilium eſt celebratum, cui interfuerunt Epi- XIII.



PAGIUS II. *Concilium Jaccetanum.* Ad num. XIII. Concilium Jaccetanum, quod hoc anno Baronius cum Surita in Indice refert anno MLXIII. celebratum. Moretus enim lib. 2. Inveſtigat. cap. 11. pag. 494. laudat Chartam Dedicationis Eccleſiæ Jaccenſis, datam a novem Epiſcopis, qui Concilio interfuere, in qua legitur: *facta charta dedicationis anno MLXIII. era MCI.* quo ſcilicet tempore *Ramirus* in Aragonia regnabat. Huic Concilio præfuit *Auſtindus* Archiepiſcopus Auxitanus in Aquitania, quia Oſca, quæ ſedes erat Epiſcopalis, tunc a Mauris occupabatur, & Archiepiſcopus Auxitanus hoc munere in Navarra & in Aragonia fungebatur, ut alibi monſtravi. Eſt autem *Jacca* Aragoniæ urbs ad Aragonium Fl. poſita. Surita lib. 1. cap. 18. ſcribit, in hoc Concilio abrogatum eſſe Gothicum Officium, & Romanum admiſſum, agente Ramiro Aragoniæ Rege. *Alphonſus* VI. Caſtellæ Rex idem poſtea tentavit, ſed Caſtellanos vix adducere potuit, ut ſacros ritus mutarent, uti infra videbimus. In Regno Aragoniæ invenio huic mutationi diu refragatos eſſe Monachos nominatiſſimi monaſterii Sancti Joannis Pennatenſis. Martinezius enim in illius Hiſtoria aſſerit, ſe in ejus Archivis inſtrumenta reperiſſe hoc modo conſignata: *Cum intravit lex Romana* (ideſt, Officium Romanum) *in Sanctum Joannem XI. Kal. Aprilis, ſecunda ſeptimana quadrageſimæ, feria tertia: vel era MCXX.* ſed legendum, era MCIX. & prior numerus X. in I. mutandus; qui error a librariis non raro admiſſus. Laudati enim characteres annum Chriſti MLXXI. certo deſignant, non vero annum Chriſti MLXVIII. ut memoriæ lapſu corrigit Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 1197. Sed non minus Aragonenſes pertinaces fuere in Antiquis Ritibus defendendis, ut habet idem Coſſartius, ſaltem id conſtat de præfatis Monachis, uti anno MLXIII. num. X. magis videbitur. Porro ſedes Epiſcopalis in eo Concilio ex urbe Oſca, vulgo *Hueſca*, Jaccam tranſlata.

III. *Berengarius ad vomitum redit.* Anno ſuperiori *Liuppoldo*, ſed *Liudboldo* Archiepiſcopo Moguntino demortuo, ut habet Chronographus Hildensheimenſis, idque menſe Decembri, ut tam Lambertus, quam Marianus Scotus in Chronicis tradunt, *Gozechinus* Scholaſticus egregiam, prolixamque Epiſtolam ad *Valcherum* itidem Scholaſticum, ſuum olim diſcipulum, circa præſentis anni initium dedit, quam Mabillonius Tom. IV. Analect. publici juris fecit. In ea Gozechinus ait, ſe apud Leodium literas docuiſſe, & Moguntiam tandem receſſiſſe, tædio victum rerum humanarum, variarumque turbarum, quas rerum novitas, ac præſertim perverſa Berengarii doctrina, non ſat cito coercita faceſſebat. Pluribus Auctor ſui temporis mala deplorat, & Henricum Imperatorem hujus nominis II. Henrici Regis hoc tempore regnantis patrem, & Liudboldum mox memoratum ſummopere laudat. Hæc ejus de Berengario verba: *Vide ſi placet quam ſanæ doctrinæ, quam ſalubris diſciplinæ, Theologi de Turonenſi emergant academia, cui præſidet ille Apoſtolus Satanæ Berengarius. Vide, inquam, quam peſtilentes, imo letiferi ſcorpiones & reguli de cavernis erumpant totius noſtri temporis Babylonia, qui Hæreſiarchæ ſui muſto ebrii, & veneno delibuti, de ſacris ſacrilegas introducunt novitates quæſtionum, ad nihil utiles, niſi ad ſubverſionem audientium: quorum ſermo ut cancer ſerpit: quia ſcientia, quæ inflat, non ædificat, ſed ſubvertit.*

IV. *Laudantur Liudboldus Archiep. Moguntiæ & Henricus II. Imp.* De Henrico vero Imperatore & Liudboldo Archiep. ait: *Poſtquam clariſſima duo Eccl. luminaria, quæ nimis ſero Deus accendit, & nimis mature in abſcondito faciei ſuæ, a conturbatione hominum abſcondit, Henricum dico ſecundum Imperatorem, & Liudboldum Moguntinæ Sedis Protopræſulem, in quos aurei ſeculi fines cum maxima ſui decoris ſpecie devenerunt: hæc, inquam, clariſſima duo luminaria, poſtquam ab his tenebris ad veram lucem, a qua etiam huc alluxerunt Orbi terræ, ut oramus & optamus, aſſumta ſunt: quidquid divinæ religionis, quidquid æquitatis & juſtitiæ, quidquid liberalium ſtudiorum, quidquid moralis diſciplinæ ubique vigebat, ſicut tunc temporis Eccleſia & vario virtutum decore & multiplici liberalium literarum propagine florebat, cum eis pariter ſepulta, imo in cœlum recepta ſunt: ita ut nihil eorum pene remanſerit in terra præ-*

Concil. Accitanum in Hiſpania.

Epiſcopi, Auſtindus Archiepiſcopus Auxitanus, Sancius Epiſc. Aragonius, Paternus Cæſarauguſtanus, Arnulphus Rotenſis, Gometius Calaguritanus, Vuillelmus Urgelitanus, Heraclius Bigerrinenſis, Stephanus Olorenſis, & Joannes Leontinenſis. In quo in primis ſacri ritus, temporum injuria depravati, vel aboliti ſunt reſtituti, diſciplina Eccleſiaſtica reſarcita, moreſque ad normam ſacro-

PAGIUS

*ter admodum pauca, & hæc ut umbræ inanis veſtigia.*

V. *Nicolaus PP. Romæ Epiſcop. ordinat pro Eccleſia Siſtariᴄenſi.*

Nicolaus Papa literis Clero, plebique in civitate Siſtaricenſi conſiſtentibus datis, & a Boucheo lib. IX. Hiſt. Provinciæ ſect. I. relatis ſignificat ſe Gerardum ab Hugone Cluniacenſi ſuas vices in partibus illis fungente, ab Arelatenſi Archiepiſcopo, & quibuſdam aliis Epiſcopis electum eis ordinaſſe Epiſcopum, *cui*, inquit, *dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes præſumat in eum, qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque inliteratum, vel qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente vel curæ aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad ſacros Ordines permittat accedere. Sed ſi quos hujuſmodi forte compererit, non audeat promovere. Afros paſſim ad Eccleſiaſticos ordines prætendentes, nulla ratione ſuſcipiat; quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati.* Gerardus cognominatus *Caprerius*, ut ſcribit Bertrandus Epiſcopus Siſtaricenſis in Inſtrumento anno MCLXX. ſcripto; & in Archivis Eccleſiæ Forcalquerienſis aſſervato, *electus in ipſo* (nempe Epiſcopatu Siſtaricenſi, ideſt ad Epiſcopatum) *apud urbem Avenionem in Concilio Magno, quod ibi celebravit cum omnibus Epiſcopis totius Provinciæ Hugo Cluniacenſis Abbas fungens legatione Domini P. P. Nicolai, ad quem a prædicto Legato miſſus jam dictus Gerardus, in Epiſcopum fuit conſecratus. Hunc Romæ redeuntem, ut ipſe narrat, Siſtaricenſes non permiſerunt tranſire per civitatem ſuam, veniens Forcalquerium honorifice, & cum magno gaudio receptus fuit ab eis ibi.* Addit Bertrandus, Gerardum Canonicos Siſtaricenſes & Forcalquerienſes ſeparaſſe, & dignitates inter eos diviſiſſe, *cum utraque ſit* CATHEDRALIS, *& pro ſede* EPISCOPALI *habita ab anteceſſoribus noſtris: nam & hoc inſimul commune habebant, quando una erant Eccleſia.* Ideo autem Siſtaricenſes noluerunt eum recipere, quia deſtruxerant tam laici, quam Epiſcopi præcedentes totum Epiſcopatum, *de quibus ipſe* (nempe Gerardus) *dicit, Erant una vice uxorati publice.* Ita Bertrandus.

VI. *Epiſcopus ille in Concilio Avenionenſi antea electus.*

Hoc autem Concilium *Avenionenſe*, cujus, ſicuti nec Epiſtolæ Nicolai Papæ citatæ, ulla mentio Tom. IX. Concil. celebratum fuit currenti anno; nam ipſemet Boucheus aſſerit, ſe illud legiſſe in exemplari ſibi oſtenſo a Polycarpo Riviera Cartuſiano, viro Erudito. Illud tamen, ſicut & autographum, alias in Archivis Capituli Forcalquerienſis aſſervatum, nunc deperdita ſunt, ſed literæ Nicolai Papæ & Inſtrumentum Bertrandi Siſtaricenſis Epiſcopi Concilium illud Avenione congregatum fuiſſe, nos dubitare non patiuntur. Fallitur tamen Boucheus, qui illud cum altero Concilio Avenione anno MLXXX. coacto confundit, & iſtud ad præſentem annum retrahit. Sunt enim duo Concilia in eadem urbe diverſis annis habita, ut ex iis, quæ de utroque ſuperſunt, manifeſtum redditur. Porro præter Siſtaricenſem Epiſcopatum ſunt alii, in quibus duæ Eccleſiæ Concathedrales reperiuntur. Matthæus Paris ad annum MCXXXII. de Roberto Epiſcopo Ceſtrenſi verba faciens, ait: *habet Epiſcopatus ille uſque hodie tres Sedes, Ceſtrenſem, Lichifeldenſem, & Conventrenſem.* Ughellus in Italia Sacra affirmat, an. MLXXVI. Epiſcopatum Capuanum in duas Sedes diviſum fuiſſe, ex quibus antiquior Capuæ remanſit, & recens *apud Pontem Caſulinum* conſtituta. Denique San-Marthani in Epiſcopis Adurenſibus pag. 15. teſtantur, eos duas Sedes Cathedrales habere. Mirum autem videri non debet hoc anno duos Sedis Apoſtolicæ Legatos in Galliis viſos eſſe, quorum alter apud Turonas, alter Avenione Concilium celebravit; ut enim obſervat Sirmondus in Notis ad Epiſtolas Gothofridi Vindocinenſis literas convocationis Synodi totius legationis referens, Legatio Aquitanica Metropoles Bituricenſem, Burdigalenſem, Auxitanam & Turonenſem complectebatur; Gallica omnes alias.

VII. *Concil. Turonenſe.*

Hoc anno Stephanus Presbyter Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Vicarius celebravit *Concilium Turonenſe*, [1] cui decem Epiſcopi interfuere, in eoque decem Capitula ad diſciplinam *Eccleſiaſticam* pertinentia conſtituta, ut legitur in Actis ejuſdem Concilii Tom. IX. Concil. pag. 1109. recitatis, in cujus Præfatione dicitur celebratum *anno MLX. indictione XIII. Kalend. Martii, Luna XIII. IV. feria.* Refertur ibidem Epiſtola ejuſdem Legati ad Archiepiſcopum Dolenſem miſſa, qua ei præcipit, ut interſit Synodo, *quæ antiquo more Romæ poſt Paſcha celebrabitur.* Romæ enim ſingulis fere annis Synodus habebatur, cujus nulla apud Auctores mentio, niſi forte in iis de rebus, de quibus agunt, actum fuerit.

VIII. *Rogerius Calabriæ Comes Saracenos in Sicilia perſequitur.*

Hoc tempore Saracenorum in Sicilia res ad ſummas anguſtias redactæ erant, ut narrat Noweirius Arabs in Hiſtoria Siciliæ. Proceres enim Panormitani, Amira ſeu Præfecto Saracenico expulſo, Urbis dominium invaſerant, quidam Alcaidus a Saracenis deficiens *Trapanum* ſibi ſubjecerat, aliuſque Alcaidus arcem a Siculis *Ennam* appellatam, & a Noweirio *Caſan Tani*, a Latinis Caſtellum Joanni occuparat, quemadmodum & Agrigentum. Denique alius Dux

NOTÆ

[1] ANte hanc Turonenſem Synodum Stephanus concilium alterum hoc anno pridie Kal. Febr. Indict. 13. ſecunda feria Viennæ in Gallia celebravit, cujus tres Canones contra Simoniacos evulgarunt Collectores Anecdot. tom. 4. col. 93.

Hujus autem Stephani occaſione animadvertere libet ſcriptam ab illo Epiſtolam ad archiepiſcopum Dolenſem de qua hic Pagius, ſed in ea non iniungitur archiepiſcopo ut Romanæ Synodo poſt Paſcha celebrandæ interſit prout ſcribit Pagius, ſed potius abſolvit illum ab iniuncto per Papam mandato ut Romanæ illi Synodo intereſſet, invitans potius ad Turonenſem, dominica ante mediam Quadrageſimam a ſe celebrandam. MANSI



crorum canonum revocati. Inſuper ne alio, quam Romano more ſacræ preces in Eccleſia perſolverentur: & ut qui Oſcæ erat Epiſcopatus transferretur in Jaccam. Hæc ſummatim de Concilio ſcripta reperimus.

An-

PAGIUS

Dux Saracenus Syracuſas & vicina loca Catanam uſque ſuæ ditioni ſubjecit. Sed audiendus Malaterra lib. 2. cap. 1. *Rogerius Comes Duce relicto in Apulia* (nempe Roberto Guiſchardo) *Rhegium in prima ſeptimana ante quadrageſimam remeavit; ad quem Becumen* (legendum cum Scriptoribus Arabicis, Benhumena) *Admiraldus Siciliæ a Belcamendo* (legendum, *Bennameto*, Malaterra enim Arabum nomina non raro deformat) *quodam Principe prælio fugatus, eo quod maritum ſororis ſuæ, honeſtum ſuæ gentis juvenem, vocabulum Bennclerum, occiderat, apud Rhegium profugus venit Comitem verſus, impugnationem Siciliæ multis exhortationibus incitans.* Tum cap. 4. *De cujus adventu Comes non minimum gaviſus, eum honorifice ſuſcepit, ejuſque conſilio, necdum hyeme tranſacta, hebdomada videlicet proxima ante Quadrageſimam, cum centum ſexaginta militibus ipſum Becumen* (ideſt Benhumenam) *ſecum ducens, pharumque tranſiens Siciliam invadit.* Omnia deprædatus Melazzum uſque, oppidum maritimum, ad Meſſanam accedit, & Meſſanenſes in ſe irruentes internecione delet. *Meſſanenſibus*, ſubdit Malaterra cap. 6. *ſuorum vulnera flentibus, Comes penes civitatem tranſiens, in inſula ſancti Hyacinthi, haud longe ab urbe hoſpitatum vadit, ſummoque diluculo Meſſanam quaſi viribus exhauſtam oppugnare vadit. Sed Meſſanenſibus quamvis paucis qui adhuc ſupererant, cum ipſis mulieribus armatis, turres & propugnacula ſe ſe certatim, ut pro vita defendentibus, Comes ne Sicilia tali facto excitata ſuper eum irruat, ad tentoria ſua rediens, de tranſitu verſus Rhegium tractare cœpit. Mare vero turbatum cum periculoſum tranſitum oſtentaret, Comes ſapienti uſus conſilio, totam prædam, quam ceperat ſancto Andronio ad Eccleſiam ſuam reædificandam juxta Rhegium dandam propoſuerat. Deſtructa quippe erat noviter, ſicque meritis ejuſdem ſancti, ut credimus, aura proſpera flante, mare ſedatum ſe ſe tranſmeabile præbens, impune tranſire permiſit.*

IX. *Meſſanam capit.*

Dein cap. 8. *Comes igitur Rogerius toto menſe Martio & Aprili per Calabriam*, &c. *diſponens*, &c. *expeditionem iterum verſus Siciliam certatim parat. Majo itaque intrante Dux* (Robertus ſci.) *ab Apulia cum maximo equitatu Rhegium veniens, etiam navalem exercitum per mare venire fecit.* Sarracenorum Admiralius claſſem, ut tranſitum ejus impediret, miſit; ſed, ut ſubdit Malaterra cap. 10. *Comes mare incautis hoſtibus, impune tranſiens, ad locum qui communiter monaſterium dicitur, applicuit, naveſque remittens, ne forte aliquis ſuorum ad eas refugeret, Meſſanam oppugnatum vadit: quam inermem inveniens; nam jamdudum defenſores ejus peremerat, urbe capta turres & propugnacula ejus diruit, quos invenerunt interfectis, quibuſdam vero ad Panormitanas naves transfugientibus anno ab Incarnatione domini milleſimo & ſexageſimo.* Maurolycus ait, Rogerium Comitem *ad Palatium Præſulis* deductum eſſe, indeque Rochus Pyrrhus in Sicilia Sacra infert ſuperfuiſſe adhuc domum Palatium Epiſcopale nominatam. Verum fallitur Vir de Hiſtoria Sicula bene meritus; *Præſulis* enim nomine ibi Mahumetanorum caput, a Latinis *Præſulem* aut *Prælatum* dictum, ab Arabibus vero *Emam*, intelligit, recteque Vatierus in Verſione Gallica Elmacini, & in Vita Tamerlani *Emam* Mahumetanum *Prælati*, vel *domini Prælati*, nomine deſignat. Denique fallitur Chronographus Barenſis, qui hanc expeditionem in annum ſequentem differt, ut Peregrinius in Notis obſervavit.

I. *Nicolai Pap. obitus.* ANnus incipit Redemptoris milleſimus ſexageſimus primus Indictione decimaquarta, novi oborti ſchiſmatis perturbationibus turbulentus. Moritur ſiquidem hoc anno menſe Junii in fine ipſius Nicolaus Papa, cum ſediſſet annos duos, & menſes ſex. ☞ Petrus Damiani in epiſtola ad Mainardum Urbinatem Epiſcopum de eodem Nicolao ſecundo Papa hæc præclara admodum narrat: *Porro Mainardus Silvæcandidæ Epiſcopus mihi retulit, quia Nicolaus Papa piæ memoriæ, qui ante triennium ex hac in Domino luce quievit, numquam in toto anno prætermittebat diem, quin pedes duodecim pauperibus ſemper ablueret. Quod ſi facere, per totum non occurreret diem lucidum pietatis opus explebat in nocte.* Hæc Petrus. ☜

Porro poſt tres ferme menſes vacationis Sedis eligitur Romæ a ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus legitimo ritu Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, patria Mediolanenſis, dictuſque eſt Alexander Secundus. Quod indigno ferentes animo miniſtri pueri Regis quod ſcilicet non ex Regis electione creatus Pontifex eſſet, mox eligendum curant Cadalum quem alii nominant Cadaloum, Parmenſem jam epiſcopum, pſeudopontificem. De his enim hæc breviter Leo Oſtienſis ejus temporis auctor: (a) *Defuncto autem (ut ad ſuperiora redeam) Apoſtolico Florentiæ, duobus ac ſemis annis in Pontificatu peractis; cum ingens inter Romanos ſeditio de ordinando Pontifice cœpiſſet oriri, Hildebrandus Archidiaconus habito conſilio cum Cardinalibus, nobilibuſque Romanis, ne diſſenſio increſceret, Anſelmum Lucenſem Epiſcopum poſt menſes ferme tres in Romanum Pontificem eligunt, Alexandrumque vocari decernunt, noſtro Deſiderio*, Abbate Caſſinenſi presbytero Cardinali tituli ſanctæ Cæciliæ *Romam cum Principe proficiſcente* Roberto Guiſcardo videlicet, qui jam hoc ipſum ſuo juramento promiſerat Nicolao præſto fore Cardinalibus, legitime eligere volentibus Romanum Pont. *Quod cum Imperatrix* (*pergit Leo*) *audiſſet una cum filio tulere graviter, hæc ſine ſua auctoritate geſta fuiſſe; Cadalumque Par-*

(a) *Leo Oſt. l. 3. c. 20.*

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MXCIX. Anno Hegiræ CCCCLIII. inchoato die 26. Januar. fer. 6. A.C. 1061.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6554.

☉ 6. G. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1061.

ALEXANDRI II. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 6.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 3.

I. *Nicolao II. ſuccedit Alexander II.* AD num. I. Nicolaus II. *Florentiæ* finem vivendi fecit, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 20. qui addit, *duobus ac ſemis annis in Pontificatu peractis*, cui omnes fere Catalogi conſentiunt annos duos, menſes ſex & dies viginti quinque a Leone Oſtienſi neglectos, ei tribuentes, ſicuti & Benno Pſeudo-Cardinalis. Quare cum *Anſelmus* natione Mediolanenſis, & Lucenſis Epiſcopus die prima menſis Octobris Pontifex Romanus renunciatus fuerit, poſtquam Sedes vacaſſet menſes duos & dies VIII. uti habet quartus Catalogus, vel verius, ut habet ſextus, menſes duos & dies novem, perſpicuum fit, *Nicolaum* hoc anno die vigeſima ſecunda menſis Julii naturæ debitum ſolviſſe, annoque MLVIII. die vigeſima octava menſis Decembris electum fuiſſe. Licet enim ipſemet *Nicolaus* annos ſuos a die inthronizationis in reſcriptis ſuis deduxerit, Auctores tamen Catalogorum eoſdem, ſicuti & Deceſſoris ab ejus electione repetiere; alioquin annos duos, menſes ſex & dies viginti quinque non ſediſſet; cum anno MLIX. die octava menſis Januarii nondum inthronizatus eſſet. Sedem autem poſt Nicolai mortem ceſſaſſe *menſes ferme tres*, docet Leo Oſtienſis citatus; quod confirmat Auctor Diſceptationis inter Regis Advocatum & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem apud Baronium anno MLXII. num. XLIX. qui ait: *Conſtat tres plus minus menſes interim decurriſſe, ex quo ſancta memoria Papa Nicolaus occubuit, uſque ad Kalendas Octobris, cum iſte* (nempe Alexander II.) *ſucceſſit*. [1] Papebrocius quidem in Conatu Chronico-Hiſt. Nicolai II. mortem cum die XXIV. menſis Junii, & Alexandri II. initium cum die triceſima menſis Septembris copulat, & Nicolao II. annos tantum duos, menſes IV. & dies XXV. aſſignat; ſed hæc documentis mox in medium allatis manifeſte adverſantur. [2] Interpontificium ad menſes duos & dies novem contrahimus, quia tam Leo Oſtienſis, quam Au-

NOTÆ [1] OBiit Nicolaus die 19. Julii, ut habet vetus Necrologium Caſſinenſe Rer. Ital. t. VII. p. 944. num. 1. Ex quo patere arbitror interpontificum inter Nicolaum & Alexandrum ad menſem & dies 19. prorogatum fuiſſe. MANSI

[2] SI Ughellium accuratius evolviſſet Pagius, certo noſſet Alexandrum II. annos numerare cæpiſſe a die inthronizationis, ut docet ejus bulla apud eundem in Salentin. tom. 7. p. 382. quæ data legitur *Capuæ 4. Id. Octob. anno 7. Pontificatus Ind. 7.* notæ iſtæ temporum congruunt anno 1068. quare ea menſis die ejus anni pontifex nondum cæperat annum octavum. MANSI





*Parmenſem Epiſcopum a Placentino dumtaxat & Vercellenſi Epiſcopis, ipſa die feſtivitatis Apoſtolorum Simeonis & Judæ in Papam eligi faciunt &c.* Sed antequam reliqua perſequamur, iſta quomodo ſe habuerint, dilucidius ſunt explicanda.

II. *Legatio factioſorum Romanorum ad Henricum Regem.* Exulceratis animis procerum Romanorum, qui Comites dicebantur, ut Tuſculani, Galeriani, & aliorum ob ea, quæ agente Nicolao Pontifice, a Northmannis (ut vidimus) graviſſima paſſi erant, in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales redditi infenſiſſimi legationem ad Henricum Regem adornant; adduntque ad pueri Regis animum alliciendum illecebras, coronam auream, & cum ea inſignem titulum Patriciatus.

*Pſeudo-Synodus Baſileenſis.* Qui autem hac eſt perfunctus legatione, fuit ille ſceleſtiſſimus graſſator, Comes Galeriæ, in Romana Synodo a Nicolao Pontifice excommunicatus. De hac Romanorum legatione mentio habetur apud Hermannum, deque Synodo eam ſecuta, his verbis: *Romæ Papa Nicolao defuncto, Romani coronam, & alia munera Henrico Regi tranſmiſerunt, eumque pro eligendo ſummo Pontifice interpellarunt. Qui ad ſe convocatis omnibus Italiæ Epiſcopis, generalique conventu Baſileæ habito, eadem impoſita corona Patricius Romanorum appellatus eſt &c.* Tacet auctor pudenda, quæ in eadem Synodo ſunt conſtituta, utpote perpetua oblivione delenda, atque abolenda ſilentio. Sed quæ de ipſa a Petro Damiani ſunt ſcripta in ſchiſmaticorum opprobrium, in medium adducamus; ita tamen ut primum, quæ in antiquis Geſtis Romanorum Pontificum, a Nicolao Aragonenſi collectis de alia legatione miſſa ſcripta leguntur, hic recitemus. Sunt iſta:

*Cum autem in Urbe Romana hæc agerentur, Longobardorum Epiſcopi, tam ſimoniaci & incontinentes, quam alii facinoroſi, auctore Guiberto Parmenſi (conſtitutus erat hic Cancellarius Regis, homo nequiſſimus (ut idem auctor habet in Nicolao) convenerunt in unum, & conſimilium clericorum multitudine congregata, communiter ſtatuerunt, ut aliunde non deberent Papam recipere, quam de paradiſo Italiæ (ita Longobardiam nominabant) & talem perſonam, quæ infirmitatibus eorum compateretur, & condeſcenderet. Quo facto, aliquos ex ipſis ad Imperatricem ultra montes miſerunt, qui ejus animum quibuſdam veriſimilibus figmentis allicerent, & ſibi propitiam facerent. Venientes autem ad eam, ſuggeſſerunt, quod filius ejus ita in honorem Patriciatus deberet ſuccedere, ſicut in regia dignitate. Præterea impudenter aſſerebant, quod Nicolaus Papa ſtatuerat decretis ſuis, quod nullus deinceps haberetur Romanus Epiſcopus, niſi prius a Cardinalibus eligeretur, cui poſtea accederet conſenſus Regis.* Hæc de legatione ad Henricum: ordinatio autem ſchiſmatici pontificis, quam ſubiicit, poſtea contigit. Non enim in Synodo facta eſt, ſed ſeorſum, & ut dicemus inferius. Porro iſti fuiſſe noſcuntur Epiſcopi, qui Baſileam ex Italia conveniſſe dicuntur. — III. *Guiberti Cancellarii ſtudia in Rom. Eccl.*

IV. Quæ autem probroſa in eadem pſeudoſynodo facta ſint, in diſputatione illa, habita inter regium Advocatum & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem, auctore Petro Damiani, a nobis ſuo loco inferius recitanda, hæc deſcripta leguntur: *Defenſor Romanæ Eccleſiæ dixit: Ecce compellis me vulgato ſermone deponere, quod ob Imperialis palatii reverentiam, decreveram ſilentio præterire. Sed juxta veſtræ ſcilicet exactionis in-*

PAGIUS Auctor Diſceptationis, citatæ non aſſerunt illud fuiſſe trium menſium, ſed trium ferme menſium, ideſt, circiter trium menſium; cum particula *ferme* tam defectum, quam exceſſum ſignificet, ut innumeris exemplis patet.

II. *Incertum, an Alexander II. annos Sedis ſuæ a die electionis numeraverit.* Dies inthronizationis *Alexandri* II. incertus, & incompertum an Sedis ſuæ annos a die electionis, vel a die inthronizationis deduxerit. In Bullario quidem Caſſinenſi Conſtitutio CVIII. indicare videtur, eum ab inthronizatione annos ſuos dinumeraſſe; his enim verbis clauditur: *datum in caſtro Caſino die Kalendarum Octobrium, per manus Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, atque vice domni Annonis Colonienſis Archiepiſcopi Bibliothecarii anno decimo Pontificatus domini Alexandri Papæ ſecundi, ab Incarnatione vero domini milleſimo ſeptuageſimo primo, indictione nona.* Si enim annos Sedis ſuæ a die prima Octobris deduceret, is Chriſti annus non decimus, ſed undecimus eo die inchoatus numerandus fuiſſet. Verum cum indictio IX. poſt Kalendas Septemb. cum anno MLXXI. conjungi non poſſit, incertum, an in anno Incarnationis, an in indictione mendum cubet, ideoque an Alexander II. a die prima Octobris, quo Summus Pontifex electus fuit, annos ſuos repetierit. Papebrocius laudatus ait, Alexandrum II. die XXX. menſis Septemb. coronatum; ſed illud ex dictis corruit. Denique Ptolomeus Lucenſis in Chronico, quod ab Alexandro II. inchoat, notat hunc Pontificem Lucenſem Epiſcopatum uſque ad mortem retinuiſſe, & Civitatem illam multis Privilegiis decoraſſe. Florentinius in Comment. Rerum ad Mathildam Comitiſſam ſpectantium pag. 135. & ſeqq. Reſcripta hujus Pontificis refert his verbis ſubſcripta: *Ego Alexander ſanctæ Rom. & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul, & Lucenſis Epiſcopus.*

III. A num. II. ad XXVIII. *Defuncto Apoſtolico Florentiæ*, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 20. *cum ingens inter Romanos ſeditio de ordinando Pontifice cœpiſſet exoriri, Hildebrandus Archidiaconus*

Pſeudo-ſynodi infame decretum

*inſtantiam jam proferatur in medium opus egregium veſtrum, ſæculis omnibus inauditum. Rectores enim aulæ regiæ, cum nonnullis Teutonici regni ſanctis (ut ita loquar) Epiſcopis conſpirantes contra Romanam Eccleſiam concilium collegiſtis, quo Papam*, Nicolaum videlicet, *quaſi per ſynodalem ſententiam condemnaſtis, & omnia, quæ ab eo fuerant ſtatuta, caſſare incredibili prorſus audacia præſumpſiſtis. In quo nimirum, non dicam judicio, ſed præjudicio idipſum quoque privilegium, quod Regi prædictus Papa contulerat (ſi dicere liceat) vacuaſtis. Nam dum, quidquid ille conſtituit, veſtra ſententia decernente, deſtruitur; conſequenter etiam id, quod ab eodem Papa Regi præſtitum fuerat, aboletur. Sed abſit a nobis, ut propter cujuſlibet hominis inſolentiam Rex, qui innocens erat, quantum ad nos, rem ſui juris amittat: & quem, auctore Deo, votis omnibus præſtolamur, ad Imperiale faſtigium, non permittemus ob alienam culpam regiæ dignitatis, incurrere detrimentum.* Hæc de Pſeudoſynodi decreto perinfami Defenſor Romanæ. At cum iſta de Catholico Rege, nomine ipſius Regis edita vulgarentur, plane erubuerunt, qui ſanioris mentis eſſent, Germaniæ Epiſcopi; quorum etiam niſu factum eſt (quod ſuo loco dicemus) ut Cancellarius ille Parmenſis auctor malorum omnium eo munere privaretur: inſuper, ut Rex ipſe, qui fœmineo regi videretur imperio, ab ipſo matris gremio abſtractus abduceretur. Sed hæc anno ſequenti: modo reliqua anni hujus, ipſo ſervato ordine rerum geſtarum, proſequamur.

V. Stephani Card. legatio repulſa.

Ubi tanta iſta Cardinalibus innotuiſſent, ad tantum facinus perpurgandum, & Eccleſiæ Romanæ viduatæ paſtore conſulendum, ad eumdem Regem legationem decernunt. Delectus ad munus Stephanus presbyter Cardinalis, vir laudatiſſimus, qui ex Cluniacenſi cœnobio ad eum dignitatis apicem virtutum merito fuerat ſublimatus. Sed regiis miniſtris obſtantibus, contra jus Gentium, ad audientiam non admiſſus, ad ſuos vacuus redire compulſus eſt, prout exprobraſſe legitur. Defenſor Romanæ Eccleſiæ in eadem diſceptatione cum regio Advocato habita, in qua iſta leguntur ingeſta: *Sed ut totam inauditæ calamitatis noſtræ proferamus hiſtoriam; Stephanus Cardinalis presbyter Apoſtolicæ Sedis, vir videlicet tanto gravitatis & honeſtatis nitore conſpicuus, tantis denique (ſicut obſcurum non eſt) virtutum floribus inſignitus, cum Apoſtolicis litteris* (ita dicebantur litteræ, miſſæ nomine Apoſtolicæ Sedis, quamvis Sede vacante) *ad aulam regiam miſſus, ab aulicis adminiſtrantibus non eſt admiſſus, ſed per quinque fere dies, ad beati Petri & Apoſtolicæ Sedis injuriam, pro foribus manſit excluſus. Quod ille, utpote vir egregius & patiens, æquanimiter tulit: Legati tamen officium, quo fungebatur, implere non potuit. Clauſum itaque, ſignatumque myſterium conſilii, ut juſſus erat, gerulus retulit, quia regiis eum præſentari conſpectibus curialium plectenda temeritas non admiſit. In qua nimirum inopinatæ præſumptionis audacia, tanta diſputandi videtur ineſſe materia, ut & Demoſthenis eloquentiam vincat, & Tullianæ copiam facultatis excedat &c.*

PAGIUS

Cadalus Sedem Romanam invadit.

*eonus habito conſilio cum Cardinalibus, nobilibuſque Romanis, ne diſſenſio increſceret, Anſelmum Lucenſem Epiſcopum poſt menſes ferme tres in Romanum Pontificem eligunt, Alexandrumque vocari decernunt; noſtro Deſiderio* (Abbate Caſinenſi & Presbytero Cardinali) *Romam cum Principe* (nempe Normannorum) *proficiſcente. Quod cum Imperatrix audiſſet, una cum filio tulere graviter hæc ſine ſua auctoritate geſta fuiſſe: Cadalumque Parmenſem Epiſcopum a Placentino duntaxat, & Vercellenſi Epiſcopis ipſa die feſtivitatis Apoſtolorum Simonis & Judæ* (die ſc. XXVIII. Octob. currentis anni) *in Papam eligi faciunt*. Cadalus Pſeudo-Pontifex in Pſeudo-Synodo Baſileenſi electus *Honorii* II. nomen ſumſit. Onuphrius in Annotatione ad Platinam pag. 171. ait ſe legiſſe antiquum *Cadoli* Diploma, in quo ita ſe ſe appellat, ſed illud nunquam prælo datum fuit; quamvis alio monumento non conſtet, *Cadalum* Honorium II. nuncupatum fuiſſe. [1] *Agnes* Imperatrix, ejuſque germani exiſtimarunt, fœdus Normannicum a Nicolao II. in præjudicium juris Imperatorii concinnatum fuiſſe, quod Richardus Normannorum Princeps Romæ *Patriciatum omnibus modis ambiret*, inquit idem Oſtienſis cap. 23. cum tamen fœdus illud ad defenſionem Eccleſiæ Romanæ a variis Italiæ Proceribus vexatæ compoſitum fuiſſet. Quam inique Concilium illud congregatum fuerit, & Pſeudo-Pontifex intruſus, apud Baronium legendum. [2]

NOTÆ

[1] NEmo huc uſque, quem ſciam, prodidit poſt obitum Nicolai II. Romanos (ideo facile ut tollerent ſuſpicionem ab Agnete Imperatrice in eos conceptam, quaſi Ricchardo Normanno Patriciatum ambienti faverent) ſolemni inſtituta legatione clamidem, mitram, annulum, & patricialem circulum ad Henricum III. puerum regem Agnetis filium miſiſſe; id autem narrat Benzo l. 7. c. 2. p. 398. Ex his diſcas patricii Romanorum inſignia. MANSI

[2] CAdalum Pſeudo-Pontificem Honorii II. nomen aſſumpſiſſe, non ex diplomate tantummodo Panvinio viſo atque inedito conſtat; ſed & authoritate Bertholdi Conſtantienſis ad hunc annum. Idem pariter legas in Chronico Regio S. Pantaleonis ab Eccardo in Corpore Hiſtoricorum tom. I. vulgato, cujus hæc ſunt verba: *Honorio II. qui & Chadelo*. MANSI



VI. Stephani Card. laudes.

Porro de Stephano hoc laudatiſſimo Cardinali, quod reperimus vetus monimentum, hic reddendum antequam e manibus effluat, ejuſdem videlicet ſepulcrale epitaphium ſcriptum a ſancto Alphano Archiepiſcopo Salernitano hujus temporis auctore, ex bibliotheca Caſſinate depromptum:

*Stephane qualis in æde Petri quantuſque ſacerdos*
*Extiteris, novit Gallia cum Latio.*
*Edidit hæc, & nutrivit, * timuit: Hoc amavit*
*Hoc te dilexit, compſit, & auxit idem.*
*Judicio canonum noras terrere nocentes,*
*Et ſine lege reos legibus erigere.*
*Nobilitas, gravitas, probitas, & mentis acumen,*
*Et virtus animi magna fuere tibi.*
** Quinque manere cum ſol deberet; in urna*
*Clauſus es hac. Requiem det tibi Chriſtus. Amen.*

Creatio Alexand. Pap.

At quæ ejuſdem Stephani legationem ſecuta ſint, videamus. Hæc cum relatione Stephani didiciſſent ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nec ſic quidem juſta indignatione perciti ob acceptam injuriam permoti ſunt, ut in contemptum Regis, quem vellent, crearent Romanum Pontificem, ſed potius, quem putarent omnino ipſi poſſe placere; adeo ut prætermiſſis reliquis omnibus, qui e gremio eſſent, eligerent regiæ aulæ ipſius alumnum, familiarem Regis Anſelmum, patria Mediolanenſem, tum vero Lucenſem Epiſcopum, putantes rem gratam Regi facturos, cum audiret electum virum probum, ſuum ipſius domeſticum atque familiarem. Ita plane hoc conſilio rem geſtam aperit Defenſor Romanæ Eccleſiæ adverſus regium Advocatum his verbis: *Porro autem, quod in conſtituendo Pontifice Romana Eccleſia a charitate regia non receſſit, hoc etiam indicio eſt, quia cum in Clero ſuo religioſiſſimis & ſapientibus viris abundaret: non de propriis, ſed eum, qui Regi tamquam domeſticus & familiaris erat, elegit*. Sed & cur non amplius expectaverint, idem ibi hanc ſuperius cauſam adducit: *Glorioſo Regi, nobis eligendo Pontificem, abſit ut nos intulerimus injuriam, cum ad hoc nos (ſicut ſuperius dictum eſt) neceſſitas impulerit, non rapina. Ad hoc*, inquam, *nos invitos attraxerit periculum civilis belli, non lædendi, vel minuendi livor Imperii.* Ita plane, qui præceſſerant motus & turbines, minitari hoc videbantur. Quonam autem die hoc anno Alexander creatus fuerit, in eadem concertatione inferius hæc dicuntur: *Conſtat enim tres plus minus menſes intercurriſſe, ex quo ſanctæ memoriæ Papa Nicolaus occubuit, uſque ad Kal. Octob. cum iſte ſucceſſit.*

VII.

His auditis in aula regia, conclamata ab omnibus Regis injuria, quod ipſo neſciente Pontifex Romanus electus eſſet, Cancellarius * Cunipertus Parmenſis ejuſmodi optata arrepta occaſione, nihil morandum ratus, mox eligendum ab ipſo Rege Papam affirmans, ſuæ civitatis intimum familiarem proponit Cadalum, alias Cadaloum, vel Cadalaum Parmenſem Epiſcopum, qui a nulla Synodo, nec a pluribus, quam a duobus Epiſcopis fuit electus Pontifex, nempe Vercellenſi & Placentino, publico concubinatu turpiſſime infamatis; & ne deeſſet ejus electioni omne, quod nefandiſſimum eſſet, Gerardus ille Comes Galerienſis excommunicatus Romæ in Synodo ob deprædatos ab ipſo Anglos, interfuit, ut obiicit Defenſor Romanæ Eccleſiæ Advocato regio, addens, ſicut promotores, ita & promotum fuiſſe jam antea excommunicatum. Facta ſunt hæc de promotione Cadaloi eodem menſe Octobris, die vigeſimaoctava ejuſdem, in feſta die ſanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ. Sed ut iſta certius pernoſcamus, reddenda eſt hic epiſtola Petri Damiani, quam ad ipſum Cadaloum, poſtquam eſt electus ab eis Pontifex, ſcripſit: ex ea enim rerum geſtarum ſeriem plenius intelligemus. Accepimus eam ex ſcripto codice ſancti Petri baſilicæ Vaticanæ. Sic enim ſe habet, ſimplici ſtylo, ſed nervoſo conſcripta:

* Guibertus.

Cadalous Parm. Ep. electus Pſeudopapa.

*Cadaloo dicto Epiſcopo Petrus peccator monachus, quod dignum & juſtum eſt.*

Epiſt. Petri Dam. ad Cadaloum Pſeudopap. electum.

*Qui non corripit puerum ova furantem, magnum poſtea latronem patitur equorum ſtabula perfringentem. Si a corinetis ſuis matrona potens negligit arcere petulcum, quid mirum, ſi in eam quoque ille poſtmodum veſaniæ ſuæ porrigat appetitum? Utque de Scripturis aliquid inferam: David Rex (a) qui in Abſalom fratricidium non ulciſcitur, ab ipſo deinceps ejectus, regalis ſolii dignitate privatur. Adonias (b) filius, Haggith, dum in ſuperbiæ faſtum protervus erigitur, dum connivente patre, paratis equis & curribus regnum ſibimet pollicetur; ad hoc quandoque progreditur, ut Abiſai Sunamitidem in conjugium quærat, ac paternos inceſtare thalamos concupiſcat. In multis tibi, frater Romana pepercit Eccleſia, frequenter a te legitimi rigoris cohibuit diſciplinam; adeo ut aſſerant, qui ſe interfuiſſe fatentur, quod in tribus jam Conciliis ſynodalibus, Papienſi ſcilicet, Mantuano, & Florentino per-*

(a) 2. Reg. 13.

(b) 3. Reg. 1. 2.

* *





*ſpi-*

ſpicua damnationis in te ſententia claruit; ubique tamen Sedes Apoſtolica maternæ pietatis affectu tibi clementer indulſit.

VIII. Sed dum illa ſtuduerit canonum circa te coercere vigorem; tu non vereris adverſus eam hoſtilem redhibere tyrannidem. Porro autem ſi Scripturæ ſeries diligenter attenditur, ter unctus in Regem (a) David fuiſſe reperitur, prius ſcilicet a [(a) 1. Reg. 16.] Samuele in Bethleem, ſecundo (b) a [(b) 2. Reg. 2.] viris Juda in Hebrom, (c) tertio coram univerſis tribubus Iſrael rurſus in Hebron. [(c) 2. Reg. 5.] Et ut de piſcatore noſtro, cui tantopere vis ſuccedere, ſimile quid perhibeam, tres Petrus ſedes obtinuit, quas diverſis ſui Præſulatus privilegiis inſignivit: Antiochenam ſcilicet, ubi poſtquam ipſe ſuæ fidei poſuit fundamentum, Ignatium vice ſua mox ordinavit Epiſcopum: Alexandrinam quoque, ubi ſanctus Evangeliſta Marcus, poſtquam novæ fidei ſemen ſparſit, eam beati Magiſtri ſui Petri glorioſo nomine fideliter dedicavit. Poſtremo Romanæ Urbi per quinque annorum luſtra præſedit: quam etiam cum Coapoſtolo ſuo Paulo pretioſo triumphalis victoriæ ſanguine purpuravit. Sed cur nos vel illum ter unctum, vel iſtum ter præſidentem in allegationem hujus diſputationis adducimus, niſi ut tu interim ad conſcientiam redeas, teque totidem vicibus etſi non judicio ſacerdotum, ſed canonum auctoritate depoſitum, quam procul a ſanctis viris ſis, & ipſe perpendas? Licet enim illorum utriuſque terna promotio, tamquam una dumtaxat, nullum vel regni, vel ſacerdotii fuerit incrementum, quodammodo tamen plenioris fuit ſanctitatis indicium. Sicut enim ille pietate vel juſtitia Reges; ſic & iſte tranſcendit omnes privilegio ſacerdotes. Hinc eſt quod cum reliquis Sanctis hoc non impedimus, ſolius B. Petri feſtive cathedram celebramus. Cum itaque ſacerdotium tuum tanta laboret infamia; quo pacto præſumpſiſti, vel (ut mitius loquar) acquieſcere potuiſti, ignorante Romana Eccleſia, Romanum te Epiſcopum eligi? taceamus interim de Senatu, de inferioris ordinis Clero, de populo.

IX. Quid tibi de Cardinalibus videtur Epiſcopis? qui videlicet & Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibuſdam aliis prærogativis, non modo quorumlibet Epiſcoporum, ſed & Patriarcharum, atque primatuum jura tranſcendunt? Salvo quippe univerſalis Eccleſiæ ſacramento iſti ſunt oculi unius lapidis, id eſt, Romnæ Eccleſiæ, de quibus per Zachariam dicitur: (d) Ecce, inquit lapis, quem [(d) Zach. 3.] dedi coram Jeſu. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt, ipſi lucernæ unius candelabri. De quibus ipſe poſtmodum loquitur dicens: (e) Vidi & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper [(e) Ibid. 4.] caput ipſius, & ſeptem lucernæ ſuper illud. Ipſi ſunt & candelabra, in quorum medio JESUS, juxta beati Joannis verba, diſcurrit, & hunc ſermonem, qui illic præſto ſubiungitur, in te quodammodo ſpecialiter dirigit: Memor eſto, (f) [(f) Apoc. 2.] inquit, unde excideris, & age pœnitentiam. Plane ſi pœnitentia jure plectendus eſt, quiſquis cuilibet injuriam irrogat ſacerdoti; qua tu ſententia dignus es qui illud præjudicium ſacerdotibus intuliſti; quorum conſilio, & judicio ſtatus ac diſciplina debet totius Eccleſiæ gubernari? Et cum canonica decernat auctoritas, ut vel humilis cujuſcumque Eccleſiæ Clero liceat liberum de illo, qui ſibi præferendus eſt, habere judicium: qua tumoris audacia tu præſumpſiſti te violenter illis ingerere, qui præter communem Eccleſiæ regulam, ſuper ipſos quoque pontifices authenticam prævalent promulgare cenſuram?

X. Cur per ambitionem adipiſcendi culminis, inaceſſibiliſque faſtigii, totum fere mundum in condemnationis tuæ jurgium concitaſti? ut illud Jeremiæ prophetæ quodammodo vociferantes exclament: (g) [(g) Jer. 22.] Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini. Hæc dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur: & tu e contra ejuſdem Prophetæ verbis apte valeas reſpondere: (h) Væ mihi mater mea, [(h) Ibid. 15.] quare me genuiſti virum rixæ, virum diſcordiæ in univerſa terra: non fœneravi, nec fœneravit mihi quiſquam: omnes maledicunt mihi. Reaſſume illud quoque propheticum: (i) Maledicta dies, in [(i) Jer. 20.] qua natus ſum, dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Ubi præſto ſubiungit: Maledictus vir, qui annuntiavit patri meo, dicens: Natus eſt tibi puer maſculus, & quaſi gaudio lætificavit eum. Sit homo ille, ut ſunt civitates, quas ſubvertit Dominus, & non pœnituit eum. Audiat clamorem mane, & ululatum in tempore meridiano, qui non me interfecit a vulva, ut fieret mihi mater mea ſepulcrum, & vulva ejus conceptus æternus. Non hic dies illa in qua natus eſt homo, maledicitur, ſed proſperitas potius, qua lenocinante in peccatum lapſus, eſt condemnatus. In qua videlicet die tu quodammodo moreris in vulva, ſi ab ea, quam cæperas, immo in qua male naſcebaris, deſiſteres culpa. Cum te videlicet alieni, & non filii Apoſtolicæ Sedis eligerent, & ab ea potius, quam tenebas, ſede deponerent, quam ad aliam, non per judicium, ſed per ſtrepitum promoverent. Sicut ſcriptum eſt: Dejeciſti eos, dum allevarentur.

Se-



XI. Sæculares a liminibus Eccleſiæ coercemus, qui dimiſſis uxoribus propriis, extraneis fœderantur: ſed quanto deterius adulterium ille committit, qui abſque ſynodali ſententia, relicta ſua, alieni juris Eccleſiam more prædonis invadit? Hoc adulterium deplorat Propheta, cum dicit: (a) Contritum eſt cor [(a) Jer. 23.] meum in medio mei, & contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino a facie Domini, & a facie verborum ſanctorum ejus. Cur autem tanto doloris tædio contabeſcat, protinus aperit, cum ſubiungit: Quia adulteriis plena eſt terra, quia a facie maledictionis luxit terra, arefacta ſunt arva deſerti. Quod autem genus hominum hoc perpetret adulterium, unde & terra lugeat, & corda hominum velut arva deſerti ab inundatione prædicationis areſcant, aperit illico, cum conſequenter adiungit: Propheta namque & ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inveni malum eorum, dicit Dominus. Sed quid ejuſmodi adulteris ſacerdotibus & prophetis immineat, mox ſubſequendo declarat: Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris; impellentur enim & corruent in ea. Afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum. Prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael: & in Prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacii. Audis ſimilitudinem adulterantium, audis iter mendacii? alterum ſcilicet pendet ex altero. A tramite quippe veritatis aberrant, qui per luxuriantis concupiſcentiæ ambitum caſtitatis Eccleſiaſticæ mundiciem fœdant. Nunc Eccleſiam, proh dolor, uſque ad verticem conſtupratam dolemus, quod Jeruſalem dudum (b) Jeremias, [(b) Jer. 2.] contigiſſe conqueritur: Filii, inquit, Mempheos & Taphnes conſtupraverunt te uſque ad verticem. Jeruſalem namque uſque ad verticem conſtupratur, quando a minimis quibuſque Eccleſiis uſque ad Apoſtolicam Sedem, quæ omnium caput eſt Eccleſiarum, luxuria venalitatis extenditur. Sed hujus adulterii dulcedo in quantam vertatur amaritudinem, illico vox divina ſubiungit: (c) Ecce, inquit, ego potabo eos abſinthio, & potabo eos felle. [(c) Ibid. 9.]

XII. Fac itaque, frater, juxta vocem Prophetæ, dicentis: (d) Redite prævaricatores ad cor. [(d) Iſ. 46.] Diſcute, obſecro, conſcientiam tuam, & prudenter examina, qua quiete, quo refrigerio potitus es, poſtquam te huic periculoſo negotio, tamquam Scyllææ voraginis fluctibus immerſiſti. Dilapidantur æra cupidinis, exhauriuntur folles diverſi generis metallo turgentes; profligantur in cuneos militum erogandæ pauperibus Eccleſiæ facultates. Cunctis ſubjectus obtemperas, ut cunctis in dignitate præcellas, & ambitio dominationis juri te mancipat ſervitutis. Unum te non lateat, quia quiſquis Eccleſiæ per venalitatem ſemel irrepſerit; donec illi præfuerit, redimere non ceſſabit. Juſto quippe Dei judicio agitur, ut quiſquis regimen Eccleſiæ nundinatus aggreditur, quietis vel opulentiæ commodum quod ſperaverat, de ſuo commercio non lucretur; ſed ſedens in cathedra peſtilentiæ fabriles ſemper malleos verſat, ut immundæ prælationis, rivus per ſordida convexa decurrens, unde funeſtus oboritur, ſuo ſemper fonti reſpondeat. Enimvero, cum religioſus quiſque vir ſubire tam laborioſæ Sedis onus abhorreat; illicque conſtitui vix ullis hominum precibus acquieſcat: cur tu onus onerum (ut ſanctus Leo Papa dicebat) non modo non paras aufugere, ſed ultro etiam preces, & pretium offerendo, anxie te conaris intrudere? ut liquido videatur tibi ſententia illa congruere, quam per (e) Ezechielem adverſus Jeruſalem divinus ſermo pronuntiat: [(e) Ezec. 16.] Omnibus, ait, meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis. In eo enim quod dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te contrarium.

XIII. Præterea, ſi eos ſacri canones hæreticos notant, qui cum Romana Eccleſia non concordant; qua tu judicaberis dignus eſſe ſententia, qui ſibi reſiſtenti, & obſtinatiſſime reluctanti non paſtor, ſed tyrannus ingereris, eamque, quam ſupra petram fidei Petrus prædicator erexit; tu cum ſatellitibus ſatanæ novus prœliator evertis? & ut immeritum paſtoris nomen obtineas, ipſam confundere ac dilacerare paſcuam cum ſuis gregibus non formidas? Sed vide quid tibi, tuiſque ſimilibus Dominus per Prophetam dicat, (f) Væ paſtoribus, qui diſpergunt, & dilacerant [(f) Ezec. 34.] gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. Ideo hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad paſtores, qui paſcunt populum meum. Vos diſperſiſtis gregem meum, & ejeciſtis eos, & non viſitaſtis eos, ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum. Hoc autem quod tu moliris, non eſt gregem Domini viſitare, ſed potius inſtar prædonis, ac furis perdere & mactare. Sicut in Evangelio Dominus dicit. (g) [(g) Joann. 10.] Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat. Numquid ad hoc natus es, ut mundum in bella concutias, Apoſtolorum labores & opera deſtruas, totamque Chriſti Eccleſiam tua, unius videlicet hominis ambitione confundas? & hæc fortaſſe turbatio tui nominis eſt intentata præſagio. * Cadalous quippe vocaris. Et [* al Cadalaos.] prima quidem pars hujus nominis manifeſte denuntiat caſum, ſecunda populum: Λαος ſiquidem Græce, Latine populum ſonat. Et quid aliud in hoc exprimitur no-



mi-

mine, niſi quod Scriptura dicit: *Quia videlicet ruina populi ſunt ſacerdotes mali?* Hoc itaque modo, qui ſanctæ Eccleſiæ fueras filius, adverſus eam factus es gladius; & forte tu ille gladius, de quo Ezechiel propheta dicit: (a) *Gladius, gladius exacutus eſt & limatus.* Cur autem duo hæc iſte gladius habeat, hoc eſt, ut limatus ſit & acutus, ſecutus exponit. *Ut cædat*, inquit, *victimas, exacutus eſt, ut ſplendeat, limatus eſt:* Nonne in te videntur iſta congruere, qui videlicet, ut ſolus valeas dignitate ſplendere, totum regnum laboras in prælium, velut occiſionis victimas congregare? ſed adhuc audi, quod * præſto ſubjungit: *Qui moves ſceptrum filii mei, ſuccidiſti omne lignum, & dediſti ad lævigandum, ut teneatur manu.* Deinde ſequitur: *Iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, ut ſit in manu interficientis.* Tu profecto, tu ille es gladius, qui Filii Dei moves ſceptrum, hoc eſt, qui eum, in quo ille regnat, & imperat, commoves populum. Sceptrum Filii Dei eſt Eccleſia Catholica, hæc regnum, hæc eſt & noſtri Redemptoris imperium: quam tu movere merito diceris, dum eam vexare, & conturbare contendis. Non eſt mihi propoſitum Prophetæ verba more commentantis exponere, ut debeam de lignis quoque, unde poſt Arcam Noe nunc fabricatur Eccleſia, diſputare: ſufficiat mihi dumtaxat illa perſtringere, quæ tuæ videantur veſaniæ convenire. Porro autem, quia conatus tuus iſte numquam perveniet ad effectum, ſed infauſtum poſtremo concludetur in exitum; & qui Romanis arcibus ſuperbus inveheris, ad ſolum proprium cum ignominia reverteris: audi quod ſequitur. Nam poſtquam divina vox ait: *Mucro, mucro, evagina te ad occidendum, lima te, ut interficias, & fulgeas:* paulo poſt ſequitur: *Revertere ad vaginam tuam, in locum, in quo creatus es, in terra nativitatis tuæ judicabo te, & effundam ſuper te indignationem meam, & ignem furoris mei ſufflabo in te.*

(a) Ezec. 21.

* idiotiſmus.

XIV. Habes nunc forſitan mitram, habes juxta morem Romani Pontificis rubeam cappam: cave, ne hanc adverſum te ſententiam divinus per eundem Prophetam ſermo decernat: (b) *Tu autem profane, impie dux Iſrael, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita, hæc dicit Dominus: Aufer cidarim, tolle coronam, nonne hæc eſt, quæ humilem ſublevavit, & ſublimem humiliavit?* ac ſi patenter enuntiet, quia quiſquis ad hanc cidarim, vel ſacerdotalem coronam arroganter anhelat, jure deprimitur: qui autem indignum ſe vociferans renuit, merito ſublimatur.

(b) Ezec. 21.

XV. Multum ſane lætificat, quod hujuſmodi te pontifices elegerunt, Placentinus videlicet, & Vercellinus, qui nimirum multum petulci, & prolectarii, ſicut norunt diſputare de ſpecie fœminarum, ſic utinam potuiſſent in eligendo Pontifice perſpicax habere judicium. Ecce iterum duo ſenes illi, de quibus locutus eſt Dominus: (c) *quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone a ſenibus judicibus, qui videbantur regere populum.* Ecce iterum Suſanna in judicium accuſata producitur: ecce falſum innocenti crimen intenditur, & ſanguis innoxius condemnatur. Sed numquid deerit etiam Daniel, cujus repente ſpiritus ſuſcitetur, falſorumque teſtium nequitias ulciſcatur? Aderit utique aderit verus ille vir deſideriorum, de quo dicitur in Propheta (d): *Ecce veniet deſideratus cunctis Gentibus:* aderit, inquam, potentior ille Daniel, qui & impios ſenes perperam judicaſſe convincat, & Suſannam noſtram ab injuſta ſententia damnationis abſolvat. De cujus repentino judicio alius Propheta dicit (e): *Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet: non revertetur furor Domini uſque dum faciat, & uſque dum compleat cogitationem cordis ſui.* Salva plane digna reverentia Regibus noſtris, quibus utique ſive pro ſexus, ſive pro ætatis infirmitate ſurripi potuit: præter illos, quicumque te ad hoc flagitium impulere, filii Caiphæ, primogeniti dicendi ſunt ſatanæ, adjutores Antichriſti, adverſarii veritatis. Itaque libet exclamare, o cœlum, o terra! cum quibus ſcilicet & omnia turbanda ſunt elementa. O tragædia omnibus ante nos ſæculis inaudita! ut alienus Epiſcopus, propria ſede contempta, ignorante Deo, neſciente Petro, neſciente Romana Eccleſia, ſuper Romanam conſtituatur Eccleſiam? & quod non fert Eccleſia cujuſlibet infimæ dignitatis, perferat illa, quæ mater eſt & magiſtra totius Chriſtianæ religionis?

(c) Dan. 13.

(d) Agg. 2.

(e) Jer. 23.

Sed quiſpiam fortaſſis obiiciat, inordinatæ huic ordinationi aliquem interfuiſſe Romanum. Erubeſcat ad hæc lingua phrenetica, & quæ neſcit eſſe facunda, diſcat eſſe vel muta: neſcit quid utiliter dicere? ſciat ſaltem ſine damno tacere. Nimirum cum electio illa per Epiſcoporum Cardinalium fieri debeat principale judicium: ſecundo loco jure præbeat Clerus aſſenſum: tertio popularis favor attollat applauſum: ſicque ſuſpendenda eſt cauſa, uſque dum regiæ celſitudinis conſulatur auctoritas, niſi (ſicut nuper contigit) periculum fortaſſis immineat, quod rem quantocyus accelerare compellat. Porro autem, ſicut diabolus divino nomini pluralem numerum indidit, ut diceret mulieri (f): *Eritis ſicut dii, ſcientes bonum & malum;* ita tu Grammaticorum regulis novum aliquid addidiſti, ut in declinatione jam pueri dicant, Papæ, Paparum: Per te itaque ſenex jam mundus addiſcit, quod hactenus ignoravit: & ſicut juxta (a) Pauli vocem, ſummus pontifex in ſancta per annos ſingulos ingrediebatur in ſanguine alieno; ſic & tu nunc miſerorum hominum, velut porcorum ſuccidium, ſuccidium facis, & ſanguinem fundis, ut ad beati Petri ſanctuarium cruentus ingrediaris. Cave frater, cave, ne velut hoſtis inſurgas tam præcipitanter in Petrum, qui certe & Ananiam cum conjuge verbi ſui telo confodit, & Simonem arroganter aſtra petentem in gehennæ profunda demerſit.

XVI.

(f) Gen. 3.



(a) Heb. 2.

XVII. Quod mihi a ſenioribus intimatum eſt, refero. In Babyloniæ partibus poſſeſſionem Apoſtolica Sedes habebat, unde tantum balſami redditum per annos ſingulos capiebat, quod indeficiente fomite ſufficeret lampadi, quæ videlicet ante altare beati Apoſtolorum Principis rutilabat appenſa; quam poſſeſſionem, accepta pecunia, Papa diſtraxit, canonemque aromatis, quem accipere ſolebat, amiſit. Aliquanto poſt, cum idem Papa prædicto ſacroſancto altari quaſi devotus aſſiſteret & oraret; ecce quidam terribilis & grandævus ſenex, in cujus etiam facie barbiraſium videbatur, elato brachio colaphum ipſi vehementer incuſſit, & ait: *Tu extinxiſti lucernam meam ante me, & ego extinguam lucernam tuam ante Dominum;* moxque diſparuit. Ille vero protinus corruit, & paulo poſt diem clauſit extremum. Sic, ſic nimirum meretur corripi, qui illi ſe præbet adverſum, qui cœli terræque primus paſtor obtinet principatum. Quis oro, duorum Paparum duriori tibi videtur auſteritate plectendus? utrum ille, qui ſacri altaris præſumpſit lucernam extinguere; an tu, qui totam univerſalem Ecleſiam per furtivæ promotionis exordium niteris obſcurare? Qui enim juxta (b) Veritatis vocem, *intrat per oſtium, paſtor eſt ovium: qui autem intrat aliunde, fur eſt & latro:* ſed ſicut per paſtoris oſtium, qui jam utique præſidet, domui lumen infunditur; ita per tuum aliunde non aliud niſi fumus & caligo, chaos, & horror ingeritur tenebrarum.

(b) Joan. 10.

XVIII. Huc accedit, quod dum in imis eſt quiſpiam, ejus quodammodo vitia deliteſcunt, cum vero ad dignitatis culmen aſcendit, in ſuperficiem mox erumpunt, & quæ fuerant, eatenus inaudita, jam per ora rumigeruli populi trita vulgantur. Quot hominum millia, nunc tua facta dinumerant, qui uſque ad hoc tempus ea funditus ignorabant? Nam præbendarum Eccleſiæ tuæ vel Eccleſiarum damnanda commercia, aliaque longe turpiora, quæ nos erubeſcimus dicere, hactenus in tuo tantum narrabantur oppidulo; nunc alter ad alterum ubique regni hujus & mercatores loquuntur in foro, & foſſores in agro; pueri, qui rhetoricantur in ſcholis, cives, qui glomerantur in triviis, omnes pene te lacerant, teque dijudicant. Hoc ſiquidem tibi contigiſſe comprobatur, quod tranſgreſſori cuilibet per (c) Jeremiam dicitur: *Propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ;* cui paulo poſt etiam dicitur: *Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ apud me, dicit Dominus quia oblita es mei & confiſa es in mendacio. Unde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, & adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus fornicationis tuæ.*

(c) Jer. 13.

XIX. Verumtamen ſi ego te conveniendum eſſe decernerem, his quidem in os ſermonibus objurgarem: Nonne tu, quæ gratis offerenda ſunt in Eccleſia, diſtraxiſti? Nonne hæc & illa cælo terraque teſtibus commiſiſti? quæ videlicet ſi ego tibi dicerem, non me latet, quoniam dum negare hæc, mundo teſte, non poſſis, protinus ad futuræ correctionis patrocinium convolares. Quilibet enim culminis appetitor, dum de vita tranſacta, conſcientia remordente, confunditur, emendationem ſibimet in poſterum pollicetur; ſed dum culmen celſitudinis occaſio ſit peccandi, quomodo per ſcopuloſi montis prærupta non offendat, qui per plana gradiens impingebat?

XX. Poſſem præterea reſpondere, quod per Prophetam Dominus dicit tibi, tuique ſimilibus: (d) *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietatem ſuam & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* De qua varietate & alibi dicit: (e) *Numquid avis diſcolor hæreditas mea? numquid avis tincta per totum?* ſed culpæ varietatis præſto ſubinfert ſententiam ultionis: (f) *Venite*, inquit, *congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad devorandum.* Quibus autem hujuſmodi animadverſio devorationis immineat, illico ſubdens manifeſtat: *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam; conculcaverunt partem meam, dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis, poſuerunt eam in diſſipationem.* Quæ videlicet omnia nihil aliud utique deſignant niſi Eccleſiam a malis paſtoribus diſſipatam. Quoniam & hoc te noſſe credo, dum verbis pluribus indigeant, non expono. Hoc tantum te latere non patiar, quia & tu, & quicumque tibi ſimiliter per ambitionem Eccleſiæ culmen appetitis, Dominum proculdubio neſcientes, Eccleſiam laceratis. Unde per eumdem (g) Prophetam dicitur: *Quia ſtulte egerunt paſtores, & Dominum non quæſierunt:* pro-

(d) Ibid.

(e) Ibid. 12.

(f) Ibid.

(g) Jer.

propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus eſt.

XXI. Spondes quidem nunc emendationem, ut concupitam obtineas dignitatem: humiliter loqueris, ut ad celſitudinem proveharis. Humilitas hæc quia de radice ſuperbiæ naſcitur, ad ſatisfaciendam idonea non videtur. Illud interim ad memoriam redit quod in libri (a) Geneſeos reperitur hiſtoria: Quia Dinam, Liæ filiam cum vidiſſet Sichem filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit, & rapuit, & dormivit cum ea vi opprimens virginem. Et conglutinata eſt anima ejus cum ea triſtemque blanditiis delinivit, eamque tam impatienter amavit, ut non modo ſe, ſed & omnes ſuæ civitatis maſculos circumcideret, ut ejus dumtaxat potuiſſet coniugium obtinere: ſed ſatisfactio non Deo placuit, non fratrum illius corda placavit: quia non ob religionem, ſed ad potiendam carnis facta eſt voluptatem. Fratres enim illius ſævientes ob ſtuprum, omnes qui circumciſi fuerant, gladiis peremerunt. Tu ergo tu novus es Sichem, corruptor Dinæ, violator Eccleſiæ: circumcidis carnem, ut carnis valeas explere libidinem: pravos te polliceris mores abſcindere, ut in pravitate poſt modum impune te liceat permanere. Sed ecce Simeon & Levi Sichem gladiis impetunt, quia vetus & novum Teſtamentum dum te ſuis ſententiis damnant, quaſi totidem te gladiis armati fratres obtruncant. Sive ut vindices propius requirantur, Petrus & Paulus, qui mundi ſunt judices, ipſi quoque fient tuæ tranſgreſſionis ultores. Fœdam enim rem operatus es in Iſrael.

(a) Gen. 34.

XXII. Sed ne quis mihi fortaſſe obiiciat, quod interfectores illis Sichem, Simeon videlicet, & Levi, obeunte Patriarcha Jacob, reprobationis meruere ſententiam: ſciat illic prophetico ſpiritu futuram potius mortem Salvatoris attendi, quam peractam digne ſtragem luxurioſi hominis condemnari. De Simeon enim Scribæ ſunt Judæorum; de Levi vero tribu principes ſacerdotum, de quibus utique ſcriptum: (b) Quia convenerunt principes ſacerdotum & Scribæ, ut JESUM dolo tenerent & occiderent. De quo conſilio dicitur: In concilio eorum non veniat anima mea; & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia, inquit in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum, virum ſcilicet illum, de quo Sapientia ait: (c) Opprimamus virum juſtum, quia contrarius eſt operibus noſtris. Murum autem ſuffoderunt, hoc eſt, illud fortiſſimum & ſpirituale propugnaculum, quod cuſtodit Iſrael. Ut igitur expoſitoribus cætera relinquamus, ſufficiat hic intelligi, non vindictam ſtupri, ſed peremptorum Chriſti ſacrilegia condemnari. Quam plane vindictam Judith quoque Deo placitam docuit, dicens: (d) Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudaverunt femur virginis in confuſionem, & dediſti mulieres illorum in prædam, & filias eorum in captivitatem, & omnem prædam in diviſionem ſervis tuis, qui zelaverunt zelum tuum.

(b) Matt. 26.

(c) Sap. 2.

(d) Judit. 9.

XXIII. Porro autem non es contentus menſura hominis, ſed in humano genere mons videri appetis; & quaſi in promontorium ſuperbiæ, in * faſtigii te cacumen attollis, non vis eſſe de vallibus, de quibus dicitur: (e) Valles abundabunt frumento. Sed audi quid tibi Dominus per Prophetam dicat: f) Ecce ego ad te, mons peſtifer, ait Dominus, qui corrumpis univerſam terram, ut extendam manum meam ſuper te, & evellam te de petris, & dabo te in montem combuſtionis, & non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, ſed perditus in æternum eris. Et iterum: Ecce ego ad te ſuperbe, dicit Dominus, quia veniet dies tuus, tempus viſitationis tuæ, & cadet ſuperbus & corruet, & non erit qui ſuſcitet eum. Tantumne in te damnationis ardor inferbuit? huccine te ſuperbiæ faſtus, & celſitudinis ambitio provocavit, ut Reginam Eccleſiarum, ſive (ut ita fatear) regnorum omnium temerares imperium? Sed (g) deſpexit te, ſubſannavit te virgo filia Sion, poſt te caput movit filia Hieruſalem, cui exprobraſti, & quam blaſphemaſti: ſuper quam exaltaſti vocem, & elevaſti altitudinem oculorum tuorum. Ad ſanctum Iſrael in multitudine, (h) inquiens, quadrigarum mearum ego aſcendam multitudinem montium, juga Libani, Romanam videlicet Eccleſiam, in mundi totius dominam conſtitutam, & nitore virginalis pudicitiæ candidatam. Sed audi, quid tibi per eumdem Prophetam divina vox dicat: Habitationem tuam, & egreſſum tuum, & introitum tuum cognovi, & inſaniam tuam contra me. Cum fureres adverſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: moxque ſententiam in concluſione ſubnectit: Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam veniſti. Sed ecce nos, multo adhuc plura dictante materia, necdum explevimus votum, & jam excedimus epiſtolare compendium.

* faſtus

(e) Pſal. 64.

(f) Jer. 51.

(g) Iſ. 37.

(h) Ibid.

XXIV. Rogandus eſt ergo dumtaxat omnipotens Deus, ut & te ad humilitatis revocet ſpiritum, & ſopitis erroribus ſimultatum, in Eccleſia ſua pacis atque concordiæ, quæ per te ſciſſa eſt, ſtabiliat fundamentum. In fine libet hæc plangere:

Heu



De Eccl. Rom. ab Antipapa invaſa luctus.

*Heu Sedes Apoſtolica,*
*Orbis olim gloria,*
*Nunc proh dolor, efficeris*
*Officina Simonis!*
*Terunt incudem mallei,*
*Nummi ſunt tartarei.*
*Juſto Dei judicio*
*Fit iſta conditio,*
*Ut quiſquis Apoſtolicam*
*Sedem ſemel comparat,*
*Redimere non deſinat,*
*Donec male pereat.*
*Cathedram peſtilentiæ,*
*Preſſus anathemate*
*Tenet cum ſacerdotibus,*
*Chriſti peremptoribus.*
*Fit tibi terra ferrea,*
*Cæli ſedes ænea.*
*Diligenter igitur intende quod dico.*
*Deſinit eſſe reus, qui punit flendo reatum.*
*Sacrilegat cæptam geminata ſuperbia culpam.*
*Cæde necans Urbem, nunc auro deſtruis orbem:*
*Heu gladio ferri gladius truculentior auri!*
*Is animam penetrat, carnem foris ille cruentat,*
*Vimque tenet jaculi radiantis vena metalli.*
*Nil differt ferro perimatur quiſque vel auro.*
*Quid juvat an fulvis, furviſve quis occidat armis?*
*Hos homicida vibras, miſeros & utroque trucidas.*
*E cælo rueras, ſed adhuc draco lubricæ ſufflas:*
*Ore vomens rabiem tetrum diffundis odorem.*
*Fractus adhuc reptas, & flammas naribus efflas.*
*Squamea colla tumes, ſtrages & prœlia frendes.*
*Offa picis dirum perimat conjecta chelydrum.*
*Deſinat horrenda ſquamis attollere colla:*
*Ut populus vivat, vitam mala beſtia perdat.*
*Torva draconteas reprimat jam vipera chelas.*
*Te ſuper aggeſtus lapidum cumuletur acervus.*
*Ruder erit lapidum concors ſententia Patrum.*
*Hæc ſcrobis antra lues tumido ne gutture ſuffles.*
*Mille vorax hominum crepet inſatiabile monſtrum:*
*Te ſuper infernæ ſua claudant ora cavernæ;*
*Ne reditus pateat, ſed mundi bella quieſcant.*
*Fumea vita volat, mors improviſa propinquat.*
*Imminet expleti præpes tibi terminus ævi.*
*Non ego te fallo, cæpto morieris in anno;*

Hactenus ad Cadaloum Petrus, qui cum deploret ſtatum Sedis Apoſtolicæ, Simone cudente nummos, eoſque ſpargente in accipientes; ſpectare hæc ad ipſum ſchiſmaticum papam, non autem ad legitimum Pontificem, idem ipſe aliis ſuis ſcriptis inferius recitandis ſæpe demonſtrat.

XXV. Quod autem pertinet ad pronuntiatum de exitu ejuſdem ſchiſmatici vaticinium, alibi ipſe declarat, non de vitæ præſentis exitu intellexiſſe, ſed ejus depoſitione, cum eſſe deſineret, quod affectabat, Romanus Pontifex in Concilio condemnandus. Et revera illud mirandum accidit, ut ea die, qua male exaltatus eſt pontifex, feſto ſanctorum Simonis, & Judæ, ſolemni ritu deponeretur: ut eſſe penitus deſierit papa Romanus. Sed de his inferius.

XXVI. Peſtilens homo Cadalous tantum abeſt, ut ex Petri litteris ceſſaret exterritus, ut etiam ipſe turpiſſimus turpiſſime viveret, & ita viventibus conniveret; ſicque, ut hac velut arte quadam illorum omnium incontinentium clericorum conciliaret ſibi animos (erat horum ingens numerus) libidini fræna laxaret, ut qui antea Nicolaitæ (ut vidimus) dicebantur, dicendi eſſent a propagatore Cadaloitæ. Ita Petrus in epiſtola ad Cunipertum Taurinenſem Epiſcopum, cum ait: *Sed nunc accidit, ut hoc inſigne vocabulum, novum, ſi prævalent, accipiat incrementum: & qui hactenus dicti ſunt Nicolaitæ, amodo vocentur & Cadaloitæ. Speratur enim, quia ſi Cadalous, qui ad hoc gehennaliter æſtuat, univerſali Eccleſiæ Antichriſti vice præſidebit, ad eorum votum luxuriæ fræna laxabit.*

Cadalous turpiſſimus.

XXVII. Rurſum vero ad ſchiſma roborandum, ut Romanorum conciliaret, ſibi animos, a quibus reciperetur in Urbem, & ſederet in ſolio Petri, ingentem pecuniarum vim in ipſos effundit. Nam in epiſtola ad Alexandrum Papam & Hildebrandum Archidiaconum Petrus Damiani hæc habet: *Nunc etiam cum Simon ille, veternoſus ſcilicet trapezita, malleum, & incudem reparat, cum Romanam Urbem veluti officinam ſibi per monetarios peſtiferæ negotiationis uſurpat; quo vos Petrus vobiſcum fugiens attrahit; illic eſſe Romanam Eccleſiam, omnibus indubitanter oſtendit.* Hæc Petrus, ſignificans Alexandrum Papam poſt creationem ſuam, timentem Romanos il-

Cadalous auro expugnare nititur Eccl.

los

los potentiores, qui Cadaloo faverent, ab Urbe fugam arripuiſſe.

XXVIII. *Petrus Dam. deponit Epiſcopatum.* Convenit eum extra Urbem poſitum tunc ipſe Petrus Damiani, qui ab eo impetrare ſtuduit, quod ab ejus prædeceſſore negatum fuerat, nempe ut ſe abdicaret ab onere Epiſcopatus Oſtienſis; inſuper & deponeret procurationem, quæ a Nicolao Papa ipſi injuncta fuerat Eccleſiæ Eugubinæ. Diu multumque in his altercatum, importunitate nimia Petro ſuam cauſam agente, reſiſtente ipſo Pontifice, & contradicente magnopere Hildebrando. Sed ſancto ſeni indulgendum videbatur Alexandro, qui jam ex Mediolanenſi legatione, cum datus ipſi fuerat collega, eum colere; eique primas deferre didicerat; ſed Hildebrandus adverſabatur. Cum ille perſoluto reverentiæ digno officio Alexandro Pontifici, projecta ad pedes ejus ſarcina Epiſcopatus cum ulterius eum Pontifex, quamvis rogans, manere ſecum ſuadere nullatenus potuiſſet, feſtinus eſt reverſus in ſolitudinem mœrentem relinquens Papam, qui eum retinere ſecum potius voluiſſet; indignantem vero Hildebrandum fruſtra agentem, ut teneretur invitus, cogeretur reluctans, atque vinciretur compedibus obedientiæ, probe ſcientem, quam eſſet Eccleſiæ Romanæ proficuum, perditiſſimis hiſce temporibus eum aſſiſtere ipſi ſummo Pontifici.

XXIX. Quibus omnibus ſuperior factus Petrus, vincens firmo animi propoſito quæque adverſantia ſui animi inſtituto, reverſus in ſolitudinem, epiſtolam apologeticam ſcripſit unam ad ipſos duos, Alexandrum videlicet Papam, & Hildebrandum. Extat ipſa jam cuſa apud Margarinum in bibliotheca ſanctorum (a) Patrum. Eſt ejus exordium: *Ferunt qui in rimandis rerum naturis deſudavere &c.* Sed deceptum in titulo, dum ad Hildebrandum Papam, nempe Gregorium Septimum eam putavit datam epiſtolam, quam non ad unum, ſed plures ex ejus contextu conſtat eſſe ſcriptam: errare eum fecit mendoſa inſcriptio ejuſdem epiſtolæ, quæ ab eo ſic ponitur.

(a) *Tom.* 3. *col.* 864.

XXX. *Dilectiſſimo Sedis Apoſtolicæ electo, & virgæ Aſſur Hildebrando Petrus &c.* In Vaticano autem codice baſilicæ S. Petri ita emendatius: *Dilectiſſimis, Apoſtolicæ Sedis electo, & virgæ Aſſur Hildebrando &c.* Sunt & aliæ ejuſdem Petri litteræ ad ambos ſimul datæ, ut illæ, quibus agit de epiſtola a ſe ſcripta ad Colonienſem Archiepiſcopum, cujus eſt titulus iſte: *Ad patrem, & filium, Papam & Archidiaconum Petrus &c.* Quod vero violentum oppugnatorem ſui propoſiti Petrus eumdem Hildebrandum pateretur Aſſur virgam appellat: immo & in ipſa epiſtola ſatanam ſanctum nominat, ſatanam, utpote adverſarium; ſanctum, quod non inimico animo, ſed bona ageret intentione quod ageret; ſancta quippe ſimultas inter eos intercedebat, dum ille vellet anhelantem ad ſolitudinem retinere, iſte nollet penitus retineri.

XXXI. *Hildebrand. Cancellarius creatus. Hildebrandi inſignia merita.* Sed antequam ipſam hic deſcribamus epiſtolam, primum omnium quod ad ipſum ſpectat Hildebrandum, ſcire debes, quia Alexander ubi creatus eſt Pontifex nihil antiquius habuit, quam ut Hildebrandum jam Archidiaconum crearet Cancellarium: penes quod officium univerſa Romanæ Eccleſiæ adminiſtratio verteretur. Pollebat Hildebrandus ad ea cuncta explenda ingenii viribus, & quod magis æſtimari debet, gratia Spiritus Sancti: quæ abunde inhabitabat in eo, adeo ut ſupra homines divinum quidpiam præſeferret ejuſdem ſancti ſpiritus donis. Nam audi, quæ tunc contigiſſe, certa aſſertione S. Ugonis Abbatis Cluniacenſis recitat Willelmus (b) Malmesburienſis ſæculi hujus hiſtoricus, qui ait: *Verum quia Hildebrandi mentio ſe ingeſſit, de eo dicam, quæ non frivolo audita hauſi, ſed ſeria relatione ejus audivi, qui ſe illa ex ore Hugonis Abbatis Cluniacenſis audiſſe juraret: quæ ideo admiror, & prædico, quia cogitationes aliorum prophetico mentis intuitu pronuntiabat. Alexander Papa efficax ipſius ſtudium conſpicatus, Cancellis Apoſtolorum præfecerat. Circuibat ergo pro ſui contuitu officii provincias, ut perperam acta corrigeret. Accurrebatur ab omnibus ordinum hominibus, deciſiones diverſorum negotiorum poſtulantibus. Cuncta ei ſubmittebatur ſæcularis potentia tum pro ſanctitatis, tum pro miniſterii ejus reverentia. Unde die quadam cum ſolito major ad equitandum eſſet turma; Abbas prædictus in extremo agmine cum monachis ſuis ſenſim progrediebatur. Viſoque*

(b) *VVill. de geſt. Reg. Angl. l.* 3. *Quæ S. Hugo de Hildebrando.*

PAGIUS IV. *Petrus Damiani in eremum ſeceſſit.* A num. XXVIII. ad LVIII. *Petrus Damiani*, qui a Nicolao II. impetrare non potuerat, ut Epiſcopatum Oſtienſem deponeret, & ad eremum Fontis Avellani ſecederet, illud tandem ab Alexandro II. obtinuit, licet ab Epiſcopali onere prorſus liberatus non fuerit, ut legere eſt in Annal. ubi & dicitur, *Alexandrum*, ubi creatus eſt Pontifex, *Hildebrandum* Archidiaconum Cancellarium renunciaſſe, penes quod officium univerſa Romanæ Eccleſiæ adminiſtratio vertebatur. Ciampinius Vir Clariſſ. in Catalogo *Bibliothecariorum S Rom. Eccleſiæ*, ipſo initio recte oſtendit, *Cancellarii* officium a Bibliothecarii munere prorſus diſtinctum fuiſſe, licet aliqui Viri doctiſſimi utrumque in unum confuderint. Illud certe vel ſolus *Hildebrandus* oſtendit, quem conſtat Sanctæ Rom. Eccleſiæ *Biliothecarium* nunquam extitiſſe.



*ſoque eminus tanti viri honore, quod tot mundanæ poteſtates nutum illius præſtolarentur, hujuſmodi ſententias ventilabat animo homuncionem exilis ſtaturæ, deſpicabilis parentelæ, Dei judicio tot divitum ſepiri famulitio, tumere illum proculdubio & metiri altiora merito pro tot obambulatorum obſequio. Vix hoc (ut dixi) mente verſarat, cum Archidiaconus reflexo equo, & calcaribus incitato a longe clamans, & Abbatem * obuncans: Tu, tu, inquit, male cogitaſti falſo infamans hujuſce duntaxat rei innocentem. Non enim mihi gloriam hanc (ſi gloria dici poteſt, quæ cito tranſit) vel ego imputo, vel ab aliis imputari volo, ſed beatis Apoſtolis quorum exhibetur privilegio. Suffuſus ille pudore, nec quidquam inficiari auſus, hoc ſolum retulit: Quæſo domine, quomodo noſti cogitatum meum, quem nulli communicavi? Ab ore tuo, ait, quaſi per fiſtulas ad aures meas omnis illa cogitatio deducta eſt.*

*

XXXII. *Item in eadem provincia Eccleſiam urbanam ingreſſi, ante aram continuatis & junctis lateribus ſe proſtraverant. In multam horam protracta oratione, reſpexit Archidiaconus Abbatem, turbulento rictu infrendens. Ille cum diutius oratum eſſet, fores egreſſus, cauſamque commotionis percunctatus, reſponſum accepit: Si me amare vis, cave, ne me ulterius hac injuria expugnes. Dominus meus JESUS Chriſtus, ſpecioſus ille præ filiis hominum poſtulationibus meis viſibiliter aſtabat, intendens dictis & ſerenis favens oculis, ſed tuæ orationis addictus violentia me deſeruit, ad te converſus. Ita plane etiam in carne hic vivens Dominus facere conſuevit, ut de ſe ardentius concitaret deſiderium. Sic namque repuliſſe (a) viſus eſt Chananæam, ſic repuliſſe (b) Mariam ne tangeretur ab ea: ſic denique finxiſſe ſe longius ire, duobus illis diſcipulis Emauntem ſe conferentibus. Sed pergit: Puto quod tu ipſe non diffiteberis, eſſe genus injuriæ, ſi amico eripias auctorem ſalutis ſuæ. Præterea prænoveris mortalitatem hominum, & huic loco imminere excidium. Cujus conjecturæ ſignum habeo, quod Angelum Domini ſuper altare ſtantem vidi evaginatum gladium ſtringere, & huc atque illuc rotare. Futuræ cladis notabilius habeo indicium, quod jam ſpiſſus & nebuloſus aer provinciam iſtam circumvolat, ut vides. Maturemus igitur profugium, niſi cum aliis velimus ſubire exitium. His dictis introeuntes diverſorium ad curam corporis aſſedere. Continuoque dapibus appoſitis exortus in domo luctus aviditatem eſurientium repreſſit. Siquidem unus & alter, & mox plures e familia dubium qua pernicie, interempti, animas ſubito amiſerunt. Tum eadem peſte per vicinas ædes graſſante, aſcenſis mulis diffugiunt, feſtinationem viæ ſtimulis timoris accelerantes.* Hæc ex S. Hugonis relatione Willelmus; quibus tu diſcas ejuſdem Hildebrandi ſanctitatem, qua univerſum Catholicum orbem in ſui admirationem convertit: unde tu magis magiſque redarguas portentoſas illas ſchiſmatici Bennonis calumnias in eum excogitatas. Coluit eum inter alios ſanctus Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus, cujus extat ſcriptus hymnus ad ipſum, cum Apoſtolico pectore fulmine anathematis per Alexandrum Papam adminiſtrato perterrebat ſchiſmaticos. Accepimus eum una cum aliis ejuſdem viri ſanctiſſimi metricis monimentis ex Caſſinenſi bibliotheca, qui ſic ſe habet:

(a) *Matt.* 15.
(b) *Joan.* 20.

Ad Hildebrandum Archidiaconum.

*Quanta gloria publicam*
*Rem tuentibus indita*
*Sæpe jam fuerit, tuam*
*Hildebrande ſcientiam*
*Nec latere putavimus,*
*Et putamus. Idem ſacra*
*Et Latina refert Via,*
*Illud & Capitolii*
*Culmen eximium thronus*
*Pollens Imperii docet.*
*Sed quid iſtius ardui*
*Te laboris & invidæ*
*Fraudis aut piget, aut pudet?*
*Id bonis etenim viris*
*Plus peſte ſubita nocet.*
*Virus invidiæ latens*
*Rebus in miſeris ſuam*
*Ponit invaletudinem,*
*Hiſque non altis necem*
*Et pericula confert.*
*Sed ut invidearis, &*
*Non ut invideas, decet*
*Te peritia quem probi*
*Et boni facit unice*
*Compotem meriti ſui.*
*Omne judicio tuo*
*Jus favet, ſine quo mihi*
*Nemo propoſiti mei,*
*Vel favoris inediam*
*Præmiumve poteſt dare.*
*Cordis eximius vigor*
*Vitæ nobilis optimas*
*Res ſecuta probant quidem*
*Juris ingenium modo*
*Cujus artibus uteris.*
*Ex quibus caput urbium*
*Roma juſtior & prope*
*Totus orbis, eas timet*
*Sæva barbaries adhuc*
*Clara ſtemmate regio.*
*His & Archiapoſtoli*
*Fervido gladio Petri*
*Frange robur & impetus*

*Illius, vetus ut jugum*
*Uſque ſentiat ultimum.*
*Quanta vis anathematis?*
*Quidquid & Marius prius,*
*Quodque Julius egerant*
*Maxima nece militum,*
*Voce tu modica facis.*
*Roma quid Scipionibus,*
*Cæteriſque Quiritibus*
*Debuit mage, quam tibi,*
*Cujus eſt ſtudiis ſuæ*
* ** Nactæ via potentiæ*
*Qui probe quoniam ſatis*
*Multa contulerant bona*
*Patriæ, perhibentur &*
*Pace perpetua frui,*
*Lucis & regionibus.*
*Te quidem potioribus*
*Præditum meritis manet*
*Glorioſa perenniter*
*Vita, civibus ut tuis*
*Compareris Apoſtolis.*

XXXIV. Hactenus Alphani Jambi ad Hildebrandum Archidiaconum, cujus ore Papa anathema promulgaret; & quem ob virtutes eximias etiam ipſe Alexander ſummopere coleret, & obſervaret, prout Petrus Damiani ejuſmodi diſticho luſit, cujus titulus:

De Papa & Hildebrando.

*Papam rite colo, ſed te proſtratus adoro:*
*Tu facis hunc dominum: te facit ipſe deum.*

Ac rurſus lepide ſatis, ſed argute valde, vincere ſe Hildebrandum, quamvis valde potentem, ab ipſo vero vinci non poſſe, his ſalibus mordens, ſcripto ad eum pentaſticho docet: cujus titulus eſt:

De Hildebrando parvæ ſtaturæ, ſed magnæ prudentiæ viro.

*Parva tigris miſſas æquat properando ſagittas.*
*Vile quidem ferrum, ſed quod domat omne metallum;*
*Sed trahit hoc validus ſua poſt veſtigia magnes.*
*Hunc, qui cuncta domat, Siſiphi menſura coarctat.*
*Quemque tremunt multi, nolens mihi ſubditur uni.*

XXXV. Ita quidem Hildebrandum ſtatura puſillum, ſed ingenii acumine vehementem oſtendit, adeo ut ferro comparet, quod licet vile, domat metalla omnia. Verum quod ipſe Petrus eum ſuperet, ſe ex Petri nomine (quod petra eſt) magneti comparat, qui ferrum vincat ad ſe trahens. Rurſum vero, quod fruſtra laboret Hildebrandus ſtatuere Petrum ipſum ubi velit, eleganter comparat Siſipho, inanes labores circa petram impendenti: ſicque vinci omnimode Hildebrandum a Petro, urbane ſatis concludit ultimo verſu. Contra vero in eumdem, cum invitus ejus arctaretur imperio, ut remaneret in Urbe, licet miſſionem ab Alexandro obtinuiſſet, & negaret ipſe, quod Papa conceſſiſſet, cum ſic etiam ipſi videretur imperare Pontifici, hoc luſit diſticho:

*Vivere vis Romæ, clara depromito voce.*
*Plus domino Papæ, quam domno pareo Papæ.*

Ac rurſus, cum violentum ipſum pateretur, Deum implorans, ad eum miſit quod ſequitur diſtichon:

*Qui rabiem tigridum domat, ora cruenta leonum,*
*Te nunc uſque lupum, mihi mitem vertat in agnum.*

Quid tandem? Obtinuit importunitate, immo extorſit ab invitis, quod voluit. Reverſus autem in eremum, quem perſtrinxit verſibus, haud pepercit epiſtola, in cujus inſcriptione, ut vidimus, Virgam Aſſur cognomine nuncupavit: ſed quæ in epiſtola non ſine ſtomacho ab ipſo ſcripta habet, jam audiamus, cujus ferme exordio iſta: XXXVI.

*Benedicta omnipotentis diſpenſatio Conditoris, quia ad vos nuper aſcendens, duorum Epiſcopatuum, unius regendi,* nempe Oſtienſis, *alterius viſitandi,* nempe Eugubini *mole depreſſus, prærupta Alpium juga tranſivi: moxque ſarcinæ tribulationis abjecta, exoneratus, & liber ad dilectam ſolitudinem tamquam fugitivus poſtliminio repedavi. Libet itaque ſub quadam mentis energia, quaſi diu ſtipitibus attritos agitare pedes, duriſque catenis edomitas ſublevare cervices, illudque propheticum alacriter decantare: (a) Dirupiſti, Domine, vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* (a) Pſal. 115. *Noſtis plane, certumque tenetis hæc in me fuiſſe: projecta onera, non ſuſcepta, & (ut ita loquar) retiaculum non ingreſſus ſum, ſed violenter opertus. Quapropter occaſione nacta, pondus libenter abjeci, quod ultro me recuſante, non ſubii. Et quia vos Apoſtolica Sedes, vos Romana eſtis Eccleſia, ad deponendum, reddendumque, quod bajulare nequiveram; integrum mihi viſum eſt, non adire fabricam lapidum, ſed eos potius, in quibus viget ipſius Eccleſiæ ſacramentum. Sub perſecutione quippe Judaica, ubi erant Apoſtoli, illic etiam primitiva dicebatur Eccleſia. Nunc etiam cum Simon ille, veternoſus ſcilicet trapezita, malleum & incudem reparat, cum Romanam Urbem velut officinam ſibi per mo-* Ubi Papa ibi Roma.

*ne-*



*netarios peſtiferæ negotiationis uſurpat: quo vos Petrus vobiſcum fugiens attrahit, illic eſſe Romanam Eccleſiam, omnibus indubitanter oſtendit. Unde ego cum Eccleſiaſticum vobis regimen renuntiare diſpoſui: non erravi; quia Romanæ (quæ vos eſtis) Eccleſiæ quod ſuum erat, digne reſtitui, & (ut vobis me confeſſum eſſe profitear) pro hac refutatione centum annorum pœnitentia eſt mihi conſequenter injuncta, per illa nimirum remedia, quæ monaſticis ſunt regulis inſtituta. Quod ſi parum videtur, vos etiam ſuperaddite, ultra etiam carcerali, ſi placet, cuſtodiæ mancipate. Poſt tot enim vagationis, & noxiæ libertatis exceſſus quid reſtat, niſi ut me relegationis, atque ſilentii cenſura coerceat?*

XXXVII Quæ in Hildebrandum Petrus. Poſt hæc autem ad Hildebrandum ipſum Archidiaconum, quem expertus eſſet ſuis votis obniti, converſus, ita illum exagitat: *Sed adhuc fortaſſe blandus ille tyrannus, qui mihi Neroniana ſemper pietate condoluit, qui me colaphizando demulſit, qui me certe aquilino (ut ita loquar) ungue palpavit, hanc querulus erumpet in vocem: Ecce latibulum petit, & ſub colore pœnitentiæ, Romæ ſubterfugere quærit acceſſum, lucrari machinatur de inobedientia otium, & cæteris in bella ruentibus, hic ſibi degeneris umbræ quærit opacum. Sed ego ſancto ſatanæ meo reſpondeo, quod filii (a) Ruben & Gad Moyſi ductori ſuo reſpondiſſe dicuntur:* (a) Num. 32. *Nos,* inquiunt, *armati & accincti pergemus ad prœlium ante filios Iſrael, donec introducamus eos in loca ſua, &c. Hoc itaque modo comitaturus quidem vos arma corripio, ſed vobis, duce Chriſto, poſt bella victoribus, mox recedo.*

XXXVIII. Petri Dam. juſtum propoſitum. Ita quidem Petrus abdicavit ſe ab Epiſcopatu, ut tamen recedens in ſolitudinem certare non prætermiſerit adverſus ſchiſmaticum pſeudopontificem pro Apoſtolica Sede, pro qua ſemper, cum juſſus eſt ab Alexandro, legationes ſubiit, miſſus trans montes. Sic namque in propoſito ſibi fuiſſe alibi narrat, ut manens in ſolitudine, ſemper cum obedientia juberet, inde recederet, vel occaſione Synodi celebrandæ, vel ſuſcipiendæ legationis. Jam enim antea ea conditione incolendi eremum firmo mentis propoſito ſtabilivit, permotus oraculo viri ſanctiſſimi, de quo in epiſtola ad Theuzonem hæc inter alia: *Sæpe rogatus, ut pro neceſſitatibus Eccleſiaſticis, vel fœderanda pace procederem, cum mihi detrimentum eſſe pernoſcerem, licet alii proveniret; hunc Fratrem ea fide conſului, ut illi divina gratia dignaretur infundere, quod mihi decerneret expedire. Protinus ſancta ſimplicitas ad id quod propoſitum erat, compendioſæ reſ-*



*ponſionis clauſulam fixit: Quid, inquit, prodeſt candelæ ſi aliis luceat, cum ſe interim eadem flamma conſumat? Hoc reſponſum, fateor, lætus arripui, & tamquam divinitus datum, ſalva tantummodo charitate & obedientia, ſervare decrevi.* Hæc ipſe. Sed & ſententia ſancti Hieronymi ſe ad hoc permotum in dicta epiſtola ad Alexandrum & Hildebrandum, affirmans hæc ſubiicit: *Deponenda eſt ergo ſarcina, quam bajulare non poſſumus, meliuſque eſt pondus abiicere quam cum detrimento Domini, cujus ſum ſervus, fractis cervicibus interire. Sufficit nunc ad hoc teſtimonium ſolum beati Hieronymi, quod necdum hora tranſacta, ſub oculis habuiſſe me memini. Dum enim de otioſo paſtore Eccleſiæ ſcriberet, adiecit illico: Igitur indignantis Domini ferietur reſponſione: (b) Serve* (b) Luc. 19. *nequam, quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum uſuris exegiſſem illam? quod idem Doctor protinus exponens ait: Id eſt, depoſuiſſes ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu ignavus negotiator denariorum tenes pecuniam, alterius locum, qui pecuniam, duplicare poterat, occupaſti. Hoc ego ſancti viri conſilium, fateor libenter arripui, & onus cui ſuccumbere compellebar, abjeci. Primo pecuniam, quam duplicare non poteram, negotiator ignavus ad altare depoſui.* Hæc Petrus poſt recenſita plurimorum ſanctorum virorum, qui ſe ab Epiſcopatu abdicarunt, quæ ipſe eſſet imitatus, exempla.

Excuſavit ſe etiam eadem epiſtola apologetica, quod vivere neſciret cum eis, XL. Qualis ſtatus curiæ Romanæ. quibuſcum adeo moribus diſſentiret: deplorans namque ejus temporis Eccleſiæ ſtatum, hæc addit: *Fuit enim olim, ſed jam elapſum eſt tempus, ut modeſtiæ pudor, mortificationis inſigne, digna ſeveritas, & ſacerdotalis ingenii valeret ſervari cenſura. Nam ut me ſolum digne coarguam, videtis ipſi, quia protinus ut ad vos veni, ecce ſales, ecce facetiæ, lepores, urbanitates, dicacitates, volumina quæſtionum, omneſque verborum inanium peſtes inſolenter erumpunt, quæ nos non jam ſacerdotes, ſed potius oratores ac rhetores, ſive (quod inhoneſtum eſt) ſcurras oſtendunt. Mox enim ut verba conferimus, paulatim quædam lenocinia confabulationis adulterinæ ſubrepunt, & omnem animi vigorem indecenter emolliunt, & ſeveritatis robur in excuſſum riſum, & turpes jocos diſſolvunt. Hinc eſt, quod mens extra ſe ſparſa confunditur, acies cordis obtunditur, lux divini amoris extinguitur, terror in alios & reverentia ſacerdotalis amittitur; & quod periculoſum eſt, recte vivendi linea, quæ aliis ad exemplum proponenda*



*fue-*

fuerat, non tenetur. Quod ſi nos pudore, vel metu hæc declinare contendimus: mox inhumani rigidi, & quos Hircanæ genuerint tigres, ſaxei judicamur: reprimo calamum. Nam ut turpiores attexantur ineptiæ, rubore ſuffundor, videlicet, venatio, aucupium, alearum inſuper furiæ, vel ſcachorum, quæ nimirum de toto quidem ſacerdote exhibent mimum, ſed præcipue in oculis, manu & lingua quaſi mimum verum ſimul efficiunt: ſicque conditos, & qui ſuavius ſapiant, cibos dæmonum menſis apponunt.

XLI. De Ludo Scachorum Epiſ. interdicto. Hic plane, ſi quod mihi de venerabili Florentiæ civitatis Epiſcopo contigerit, recolo, alienum eſſe ab ædificatione non credo. Dum aliquando illi eſſem comes itineris, veſpertinum tamdem ſubeuntes hoſpitium, ego me in presbyteri cellam ſemovi; is vero in ſpatioſa domo cum commeantium turba reſedit. Mane autem facto a meo agaſone ſignificatum eſt, quod prædictus Epiſcopus ludo præfuerat ſcachorum. Quod profecto verbum velut ſagitta cor meum acutiſſime pupugit, & indignationis vulnus inflixit. Hora autem, quæ mihi videbatur, electa, convenio hominem, & acriter invehor, hoc mihi ſermonis initium arripiens, ajo: Librata manu virgas & exero, & plagas infligere quæro, ſi ſit qui terga ſubiiciat. Et ille: Si auferatur, inquit, culpa, non recuſabitur pœnitentia. Recte ne, inquam, tuique erat officii veſpere in ſcachorum vanitate colludere, & manum Dominici corporis oblatricem, linguam inter Deum & populum mediatricem ſacrilegi ludibrii contaminatione fœdare? præſertim cum canonica decernat auctoritas, ut aleatores, Epiſcopi deponantur? & quid prodeſt ei, quem efficaciter auctoritas damnat, etiamſi extrinſecus judicium non accedat? Ille autem ex diverſitate nominum defenſionis ſibi faciens ſcutum, ait, aliud eſſe ſcachum, aliud aleam; aleas ergo auctoritas illa prohibuit, ſcachos vero tacendo, eſſe conceſſos. Ad quod ego: Scachum, inquam, Scriptura non ponit, ſed utriuſque ludi genus aleæ nomine comprehendit.

XLII. Quapropter dum alea prohibetur, & nominatim de ſcacho nihil dicitur, conſtat proculdubio, utrumque genus comprehendi uno vocabulo, unius ſententiæ auctoritate damnatum. Tunc ille (ut mitis animi, & perſpicacis ingenii) redditis rationibus humiliter acquievit: culpam nullatenus iterandum, certa pollicitatione conſtituit: injungi ſibi pœnitentiam poſtulavit. Cui mox præcepi, ut ter Pſalterium meditando percurreret, ac duodecim pauperum pedes ſub totidem numiſmatum erogatione, eorumque recreatione lavaret. Hac ſcilicet ratione perſpecta, ut quoniam hæc culpa manibus, & ſermonibus commiſſa erat, lavando pauperum pedes, ſuas potius a culpæ contagio manus ablueret, & imprimens alienis veſtigiis ora, pacem ſibi cum Domino, quem per flendos jocos offenderat, reformaret. Hoc autem diximus, ut quam inhoneſtum, quam abſurdum, quam denique fædum ſit hoc ludibrium in ſacerdote, ex alterius emendatione noſcatur. Hæc Petrus. Quem ſciolus quiſpiam redarguat hallucinatum, dum ſub aleis redigit ſcachos, quos non ut aleas, dubia fortuna volvit, ſed humani ingenii acumen exercet. Sit utcumque velit, ad Pauli (a) ſententiam redigendi proculdubio ſunt ſacerdotes, qua ait, non licere, quæ non expediunt; non licere, quæ non ædificant. Juxta quam S. Bernard. jocos in ore ſæcularium eſſe jocos; in ſacerdotum vero ore blaſphemias eſſe pronuntiat. Quod autem in mimum transformari contendat, qui ſcachis ludit, ad illud plane videtur alludere, quod tota illa ludendi ſeries belli ſpeciem repræſentet, & ille denique victor exurgat, qui Regem ligneum ſic obſederit, ut nullum, quo pergat, effugium habeat. Sed ad propoſita redeamus.

(a) 1. Cor. 10.

XLIII. De conviviis reprehendenda. Eadem illa ſua, quam diximus ad Alexandrum, & Hildebrandum Apologia, inter alias illam excuſationem attexuit, quod minime ferre poſſet menſarum luxum, quem apud Cardinales atque Epiſcopos viderat frequentari: Quotidie, inquit, regales epulæ, quotidie apparatus, quotidie nuptiale convivium; & unde refrigerari debuerant indigentes, rubentium * tabularum reficiant geſtatores: & cum Epiſcopus diſpenſator promptus debeat eſſe pauperum, ad eorum menſam affluentibus deliciis alieni ructant, cum & illi, quorum eſt tota ſubſtantia, procul excluſi, famis inopia contabeſcant. Inter hæc omnia porro mala & illud excedit, & diabolicam propemodum videtur æquare nequitiam, quia prædiis in militiam profligatis, omniumque poſſeſſiones terrarum, inſuper & decimæ ac plebes adduntur in beneficiis ſæcularibus. Quæ profecto liberalitas inhoneſta & indigentibus adimit unde vivant, & diœceſanos deterret, ut decimas non perſolvant. Una res ſcilicet & illis ſubtrahit corporale ſubſidium, & iſtis periculum providet animarum. Ad finem perorans hæc habet, deprecans quietem & pacem.

* trabeatum

XLIV. Nolite mihi de cœtero eſſe moleſti, ut quietis portum, in quem, Chriſto per vos gubernante, relapſus ſum, deſeram, & ſpumantes procellarum cumulos, confragoſa volumina, Scylleam voraginem denuo ſulcare contendam. Quamvis enim ego miſer, ille ſit ſanctus, quia tamen patet mihi quodammodo cum Samuele cauſa non diſpar; promatur ſuper utrumque ſen-



ſententia. Ille ſiquidem principatus deſeruit dignitatem (a), David tamen unxit in Principem; nos etiam ad ejus exemplum, Apoſtolicæ Sedis, auctore Deo, cupimus ordinare Pontificem, & protinus a pontificatus arce recedere. Hæc Petrus, quod eſſet Epiſcopus Oſtienſis, cujus eſſet, conſecrare Pontificem, ſignificans ſe huic muneri non defuturum, ſed eo impleto, mox in eremum reverſurum. Nullus enim poterat alius creari Oſtienſis Epiſcopus, niſi cum ipſe Pontifex conſecratus eſſet. Hæc enim apposite voluit expreſſiſſe, ne ſe abdicando videretur ſubterfugiſſe, quo minus Alexandrum conſecraret Romanum Pontificem. Qui electus Pontifex differre conſecrationem voluit, quouſque ſynodali decreto ſua ipſius electio canonice facta cognoſceretur, atque rata pariter haberetur; quod fieri contigit anno ſequenti.

(a) 1. Reg. 16.

XLV. Quæ Alexander Pap. ad Petrum. Alexander autem his acceptis a Petro litteris, ad eum prolixiorem officii plenam reſcripſit epiſtolam, illud ab eo exigens, ut quia jam non liceret ipſius frui verbis, litteras ſaltem legere concederetur. At licet illæ Alexandri Papæ ad Petrum non extent litteræ; ex iis tamen, quas ad ipſum reddidit Petrus, poſſumus earum ſaltem aſſequi argumentum. Extant ipſæ in codice ſancti Petri baſilicæ Vaticanæ, eſtque ipſarum exordium. Redditas mihi ſanctitatis veſtræ litteras &c. Et paulo inferius: Dixiſtis enim, etſi non his verbis, quia propter contemplationis ſtudium, cui vigilanter inhæreo, non deberem prorſus omittere, quin vos aliquando dictaminibus viſitarem. Ego ſiquidem, quantum ad te, venerabilis pater, qui de ponderis Epiſcopalis abiectu mecum unanimiter concordaſti, contemplandi quidem atque dictandi perfruor otio, ſed a moleſtiis adventantium cauſarumque negotiis ingruentibus non reſpiro.

XLVI. Porro autem, dum intra cellulæ meſepta concludo, velut in portus ſinu, vel in litorea ſtatione conſiſto. Sed quid prodeſt? Nam dum illic jam quaſi ſecurus quieſcentis otii potiri tranquillitate deſidero; ecce ſævientis mundi me flabra concutiunt, cauſarum inundantium fluctus ferventius intumeſcunt, flatibus injuriarum procelloſis illidor, violenta prædiorum, vel quorumcumque proventuum diminutione perturbor, dicens cum Propheta (b): Expectavimus pacem, & non eſt bonum: tempus curationis, & ecce turbatio. Interea non deſunt, qui de animarum quoque ſuarum exigant ſalute conſilium; & inſuper (quod durius eſt) a non Pontifice pontificale nituntur extorquere judicium: & hoc modo, qui Epiſcopatum fugio, Epiſcopatum non evado, & ſub ſacerdotali fatigor onere, qui ſacerdotalis ſolii dethronizatus ſum dignitate. His itaque vallatus anguſtiis nitor ad contemplationem, moxque collabor, & tento, ſed præſto deficio: contemplationis ſumma non penetro, in compunctionis lacrymas non erumpo. Mens enim terrenis obtenebrata negotiis, fruſtra ſe in contemplationis culmen attollere nititur, dum actionum ſæcularium merito, quaſi congeſtis lapidum ruderibus aggravatur. Hæc & alia reſpondens ad ea, quæ de ipſius contemplatione ſcripſerat Alexander.

(b) Jer. 8.

XLVII. De penuria miniſtrorum. Sed & inferius de inopia miniſtrorum ſic queritur: Et hæc eadem terrena turbatio, quæ videlicet a contemplationis intuitu mentis obruit aciem, ſcribendi quoque mihi nihilominus adimit facultatem. Hac accedit, quoniam licet ego dictare forte quid valeam, deeſt antiquarius, qui tranſcribat. Sed cur ego negatæ tranſcriptionis queror incuriam, cum non modo quiſpiam quæ ſcribo, transferre, ſed nec celeri quidem vacet lectione percurrere? Eccleſiarum plane quoque rectores, quibus potiſſimum hujus rei cura debuiſſet incumbere, tanto mundanæ vertiginis quotidie rotantur impulſu, ut eos a ſæcularibus barbiraſium quidem dividat, ſed actio non diſcernat: nec ſacra meditentur eloquia Scripturarum, ſed ſcita legum, & forenſe litigium. Multitudini ſacerdotum non ſufficiunt tribunalia judicum & aulæ regiæ dum clericorum & monachorum evomunt turbas, brevitatis ſuæ conqueruntur anguſtias: clauſtra vacant, Evangelium clauditur, & per ora Eccleſiaſtici ordinis forenſia jura decurrunt, &c. Iſtæ juſtæ querelæ Petri ad Alexandrum, quibus ſtatus præſentis Eccleſiæ deſignatur, atque magnopere deploratur.

XLVIII. De Comitatu Oſtienſi alii tradito. Quod autem Alexander Papa Comitatum Oſtienſem, qui ejus Eccleſiæ videbatur annexus, in alium tranſtuliſſet, eo nuntio ſe magnopere lætatum eſſe ſignificat, rogans eum, ut hoc ipſum faciat de Eccleſia Oſtienſi. Ait enim prope finem epiſtolæ: O quam jucundum, quam ſuave nuntium, quam denique dulcis ad aures meas nuper fama devenit, quæ vos Oſtienſem Comitatum mihi ſubtraxiſſe, & alii tradidiſſe perhibuit. Romanus enim quidam velut accuſans te apud me, & tamquam mihi condolens atque compatiens, quod factum erat, innotuit: ſed quem accuſare ſe credidit, neſciens commendavit. Ego quidem primo, quaſi graviter tuli; ſed erumpentibus quibuſdam lætitiæ ſignis, vel ſuperficietenus quidem mœrorem ſimulare non potui. Ultro etiam divinam imploro clementiam ut Epiſcopatum quoque quantocyus ordinare non differas, & ſterile arenoſi littoris ara-

*aratrum mihi de manibus tollas. Non eſt enim hujus temporis, ut qui puritatis & innocentiæ tramitem tenere deſiderat, Eccleſiæ bajulare regimen acquieſcat.* At id minime aſſecutus eſt Petrus. Alexander enim quantumlibet ipſi de abdicatione Epiſcopatus acquieviſſet; tamen tanti viri reverentiæ cauſa alium, ipſo vivente, ſubrogare Epiſcopum penitus recuſavit. In fine autem: *Ne, quæſo, miremini, ſi tenor hujus epiſtolæ ſtylo currat incurio: quia dum manus ad jaciendos apices properat, hinc Cadalous draco videlicet teterrimus ſufflat; illinc virulenta ſerpentium turma de cavernis ſuis egreſſa conſibilat. Quos quia non poſſumus incantationibus frangere, paramus ſquamea colla gladiis obtruncare.* Alludens puto ad ſcripta illa, quæ diximus adverſus eumdem pſeudopapam ſchiſmaticum elaborata.

XLIX. Quod autem accepiſſet Petrus, ab Alexandro ipſo proxime Synodum celebrandam, verſiculis octo in fine ejuſdem epiſtolæ additis, voluit ipſum Pontificem monuiſſe de ſervanda incorrupta juſtitiæ ſtatera, ſic ſcribens: Sed quia Synodus imminet, pedeſtres etiam verſiculos ſubdo:

Ad Pap. Alexand. admonitio.

*Sedis Apoſtolicæ qui vult retinere vigorem*
*Æqua libret rigide pondera juſtitiæ.*
*Juris enim pariles neſcit ſuſpendere lances,*
*Quem favor inflectit, ſpes vel avara trahit.*
*Muneribus plenæ qui laxat ora crumenæ,*
*Juſtitiæ vacuam perdit inops animam.*
*Cœli Roma ſeras tenet, & regit orbis habenas:*
*His ſi plura velit, tartara ſola petit.*

Iſta Petrus verſibus ſerio ludens. Qui poſtquam ſe abdicans Epiſcopatu in eremum eſt reverſus, ad Cardinales Epiſcopos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ litteras ſcripſit, proficuas ipſis quidem, utpote qui conſideraret, quod ſi quæ proxime inhærent capiti membra, ſana eſſent, de reliquis inferioribus Eccleſiæ membris bene ſperandum eſſet. Quamobrem, quos vidiſſet apud eos pravos mores excreſcentes, litteris corrigendos putavit; quibus & cautos alios redderet, ne in eos incurrerent, memores celſitudinis ampliſſimæ dignitatis gradus, in quo eſſent divinitus collocati, quem haud diſpari vitæ cultu deberent inficere, atque ſe exponere, ut in ſcena, ludibrio detrahentium; ſed ut bonum Chriſti odorem bene cunctis olere. Epiſtola eſt prolixa ſatis, ſed ex ipſa tantum, quæ pertinent ad inſtitutum hic attexemus. Sic ſe habet exordio:

L. *Cardinalibus Epiſcopis Apoſtolicæ Sedis Petrus peccator monachus ſalutem in Domino.*

Cardinales Epiſc. abſens Petrus Dam. admonet.

*Sicut verba præſentibus indicia ſenſuum; ſic inter abſentes litteræ ſunt inſtrumenta verborum. Bellatoriæ artis induſtria ſicut in bello diſcitur, ut in pace poſtmodum doceatur: ſic aliquando dum docetur in otio, cautius exercetur in bello. In conflictu Sedis Apoſtolicæ, in quo vos adhuc unanimiter deſudatis, concertator & ipſe pugnavi. Sed ecce cum militari cingulo ſim ſolutus, & in municipii pace compoſitus, libet docere, quod didici. Inter omnes itaque vitiorum circumfrementium acies, inter denſiſſimas jaculorum ingruentium more grandinum tempeſtates, adverſus avaritiam vobis eſt attentius vigilandum, ejuſque ſagittis ſemper opponendus eſt clypeus; quæ nimirum ad hoc præcipitanter anhelat, ut lethale miſeris vulnus infligat.* Pluribus, autem admonet, ne munera accipiant, ad hocque ſuadendum, ex divinis Scripturis argumenta complura affert, quæ nimiæ prolixitatis cauſa vitandæ deſcribere prætermittimus. Additque de ſimoniaca labe, aitque: *Non ille ſolummodo dicendus eſt ſimoniacus, qui dat, vel accipit de ſacris ordinibus pretium, ſed qui vendit Synodum, qui diſtrahit ſacerdotale judicium.* Sed cur hæc ſcribat, in exemplum delinquentem adducit, dum hæc inferius ſubiicit, dicens: *Vidi, plane, dum Epiſcopalis apicis officio fungerer, quemdam de fratribus noſtris (nomen quidem ſupprimo, vitium noto) qui ſic ſubſaltabat, atque gliſcebat, dum præfixum ſynodalis Concilii tempus inſiſteret, ac ſi trituræ in fine vindemialis proventus articulus immineret. Accingebat enim ſe muneribus colligendis; ad quæ utique præſcindenda non aciem ferri, ſed falcem exacuebat eloquii.* Pluribuſque ſcelus exaggerans, junctum his vitæ luxum deteſtans hæc addit:

LI. Luxus reprehenditur Epiſcopor.

*Porro autem, qui ejuſmodi ſunt, non ea ad hoc conquirunt, ut inopiam, & indigentiam naturæ neceſſitatem ſuſtentaculis fulciant, ſed ut turritæ dapibus lances Indica pigmenta redoleant, ut in cryſtallinis vaſculis adulterata melle vina flaveſcant. Ad hoc certe ditari cupiunt, ut quocumque deveniunt, præſto cubiculum operoſis & mirabiliter textis cortinarum phaleris induant, ſicque parietes domus ab oculis intuentium, tamquam ſepeliendum cadaver obvolvant. Mox etiam tapetis prodigioſas imagines præferentibus ſedilia ſternunt,* περιπετάσματα *laquearibus*

* id eſt aulæa ſeu vela pretioſa.



*bus, ne quid occiduum dilabatur, opponunt. Deinde clientium turba dividitur; alii ſiquidem domino ſuo reverenter aſſiſtunt, nutumque ejus, ſi quid forte jubeatur, curioſa nimis, velut rimatores ſiderum, obſervatione cuſtodiunt: alii Marthæ miniſterio dediti, velut hirundines inquieti per diverſa diſcurrunt. Inter has autem deliræ ambitionis inſanias quid ſibi dorſalia quærunt, quæ a ſuis conſpici dominis non merentur? grave quidem diſpendium ſui patiuntur ornatus, dum in occipitio, vel cervicibus oculi non erumpunt. Et quam utile divitiarum genus, quod dum nullum uſum præter ſolam habeat pulchritudinem, ſpecie tamen ſua nequeat paſcere poſſidentem; alienorum nempe dumtaxat oculorum famulatur illecebris, dum non ad aſpectum, ſed poſt tergum ſui appenditur poſſeſſoris. Cui non diſſimilis & illa creditur eſſe dementia, dum lectulus tam operoſis decuſſatur impendiis, ut ornamentum ſacroſancti cujuslibet, vel etiam ipſius Apoſtolici præcellat altaris. Et quam videtur abſurdum, ut ſtratus ille diligentius excolatur, ubi corruptibilis caro ſoporis quiete reſolvitur, quam ara Crucis, in qua videlicet hoſtia Domini corporis immolatur? Hoc ergo modo cum ſobrietas ſoleat commendare pontefices Cardinales, effuſis nunc opibus facti ſunt belluones. Regalis itaque purpura quia unicolor eſt, vilipenditur; pallia vero diverſis fucata nitoribus ad ſublimis lectuli deputantur ornatum. Et cum domeſtici murices noſtris aſpectibus ſordeant, transmarinorum pelles, quia magno pretio coemuntur, oblectant. Ovium itaque ſimul & agnorum deſpiciuntur exuviæ, ermelini, gibelini, martores exquiruntur, & vulpes. Cum illa ſcilicet in ſacris honorentur eloquiis, & vel Eccleſiæ, vel perſonam exprimant*
(a) Joan. 10. *Salvatoris:* (*a*) *Oves*, inquit, *meæ vocem meam audiunt. Et:* (*b*) *Ecce agnus*
(b) Ibid. 1. *Dei, ecce qui tollit peccata mundi: De iſtis vero vel taceatur omnino, & indigna ſint, quæ Scriptura commemorat: vel ſi eorum reperitur ulla memoria, ſiniſtram probantur habere figuram, ſicut eſt illud:*
(c) Luc. 9. (*c*) *Vulpes foveas habent, &c.*

Et inferius perſtringit illos Epiſcopos, qui ſacerdotali pompa velint ſe æquiparare ſummo Pontifici, vel ſæcularibus Principibus, ipſiſque Imperatoribus, dicens: *Tædet cœtera vanitatis attexere non ridenda, ſed gemenda ridicula. Faſtidium eſt tot ambitionis, ac prodigioſæ veſaniæ dinumerare portenta, papales ſcilicet infulas, gemmis micantibus, auriſque bracteolis per diverſa loca corruptas, Imperiales equos; qui dum pernices greſſus arcuatis crinibus glomerant, ſeſſoris ſui manus loris innexas indomita ferocitate fatigant. Omitto anulos enormibus adhibitos margaritis: prætereo virgas, non jam auro, gemmiſque conſpicuas, ſed ſepultas. Numquam certe vidiſſe me memini pontificales baculos, tam continuo radiantis metalli nitore contectos, ſicut erant, qui ab Eſculano, atque Tranenſi geſtabantur Epiſcopis: uterque tamen, alter in Apulis finibus, Nicolao præſidente, alter in Lateranenſi Eccleſia coram Alexandro, Romanis ſcilicet Pontificibus ſunt dejecti; nec eis profuit, quod pontifices lignei auratis uſi ſunt baculis, dum ſacerdotis meritum non nitor efficiat veſtium, ſed ſpiritualium norma virtutum, & non micantia margarita, vel gemmæ, ſed mores aurei deceant ſacerdotem. Sicut enim vera ſacerdotis humilitas Deum ſibi conciliat, & cætera ejus bona commendat; ſic arrogantiæ tumor, & vanitatis ambitio divinæ adverſum ſe indignationis iracundiam provocat; & contra bonum, quod aliquando forſitan operatus eſt, pugnat.* Hæcque ubi ex nonnullis Scripturæ divinæ locis Deo diſplicere demonſtret, ad poſtremum hortatur collegas Epiſcopos, ut propagationi Catholicæ Fidei totis nervis incumbant, atque lucro tantummodo ſtudeant animarum, ſic dicens:

*Nunc præterea Romana Eccleſia, quæ Sedes eſt Apoſtolorum, antiquam debet imitari curiam Romanorum. Sicut enim tunc terrenus ille Senatus ad hoc communicabat omne conſilium, in hoc dirigebat, & ſubtiliter exercebat communis induſtriæ ſtudium, ut cunctarum Gentium multitudo Romano ſubderetur Imperio: ita nunc Apoſtolicæ Sedis æditui, qui ſpiritales ſunt univerſalis Eccleſiæ Senatores, huic ſoli ſtudio debent ſolerter inſiſtere, ut humanum genus veri Imperatoris Chriſti valeant legibus ſubjugare. Et ſicut tunc Romanorum Conſules ex diverſis mundi partibus reportabant, peracta hoſtium cæde, victorias: ſic iſti nunc animas hominum de manu diaboli debent liberare captivas. Ad hos quippe victoriarum titulos, ad hos debent ſemper inhiare triumphos, videlicet ut antiquo prædoni animarum pereuntium manubias rapere, & Regi ſuo Chriſto ſigna gaudeant victricia reportare.* His autem divinæ Scripturæ teſtimoniis comprobatis, ita demum collegas ipſe compellat Epiſcopos: *Vos, inquam, o ſancti pontifices, vos potiſſimum, hujuſmodi debetis eſſe prædones, qui quotidie deſudetis animas hominum de manibus reprobi poſſeſſoris eripere, & triumphales Regi veſtro David manubias reportare. Nec tantum ſufficit, cum diabolo raptus ad Deum quiſque pia etiam devotione convertitur, niſi mox a ſtatus ſui duritia, quaſi crebro ſanctæ prædicationis malleo conteratur, &c.*

LIV. Animarum lucro debent vacare Epiſcopi.

Ad

IV. Ad finem vero longiorem epilogo ſtringens epiſtolam, ſic concludit: *Sed ut jam, quæ ſupra latius comprehenſa ſunt, brevis epilogi fine concludam, & cotis functus officio, dum ipſe non incidam, incidentis aciem ferri magis ac magis exacuam: Evellatur a corde noſtro radicitus avaritia, concurrentibus ſcilicet omnium Scripturarum teſtimoniis evidentiſſime condemnata, & cum (a) Achan filio Charmi quaſi tot patrum ſententiis, quot lapidibus obruta. Non acipiendis muneribus delectemur, ne in occulti cenſoris examine a ſacerdotali (quod abſit) deiiciamur ordine, ſicut (b) filii Samuelis ob hoc Judicialis amiſere culminis dignitatem. Non vendamus Synodum, nec ſynodale decretum redigamus ad pretii quantitatem, ne ſacri Concilii Spiritum ſanctum diſtrahere videamur auctorem. Sæcularis pompæ faceſſat ambitio, moderetur nitor, & inſolentia veſtium; epularum, ac potum ingurgitatio temperetur. In manus pauperum noſtra pecunia tranſeat; quæ per avaritiam turſerat, per miſericordiam exhauſta jam crumena follescat: noſtræ divitiæ, noſterque theſaurus lucra ſint animarum; & in arca noſtri pectoris pretioſa recordantur talenta virtutum. In hac etiam ara principaliter ſacrificium offeramus, & profligatis quæ circa nos ſunt, demum noſmetipſos Deo viventes hoſtias immolemus, quatenus qui ſacerdotes in oculis hominum cernimur; in obtutibus etiam occulti Judicis, veri ſacerdotii jure fungamur.* Hucuſque ad collegas Coepiſcopos Cardinales Petrus. Qui etſi iſta non ferens, atque redarguens, abdicans ſe, receſſit ab Urbe: non tamen ſe ab Eccl. ſegregavit, pro ea laborans adverſus ſchiſmaticos, & hæreticos, & eam deturpantes homines ſceleratos; probe ſciens, non periclitari fidem pravis moribus ſacerdotum. Quem imitari oportuiſſet noſtri temporis Novatores, qui imprudentes nimis dum inter utrumque æquilibrio rationis diſtinguere neſcierunt, cum pravos inſectati ſunt mores tunc exiſtentium ſacerdotum, Fidem quoque Catholicam mille lancinare blaſphemiis ſunt aggreſſi, eadem lance Fidem cum moribus appendentes; nihil enim ſtultius poteſt excogitari, quam divina cum humanis pari definitione cenſere, atque eadem ſententia condemnare.

(a) Joſ. 7.

(b) 1. Reg. 2.

In Novatores.

LVI. Ipſe autem Petrus reverſus in eremum, in contemplatione rerum divinarum aſſiduus, & vigilans in ſacrarum ſtudio litterarum ita fuit, ut tamen opus manuale, more veterum ſanctorum Patrum minime prætermitteret: cochlearia enim ex ligno elaborabat ad uſum menſæ quibus interdum donare conſuevit ſummum Pontificem. Cujus argumenti extant duo ejus epigrammata: atque primum his verſibus, ejuſmodi indito titulo:

De cochlearibus ad Pontificem miſſis:

*Dent alii fulvum trutina librante metallum:*
*Sed mundus vivit, quia ligno vita pependit.*
*Sic modicum magno lignum pretioſius auro.*

Et alia vice cum quinque itidem cochlearia miſit:

*Magna perexiguum manus aurea ſuſcipe lignum:*
*Nolo datum trutines, ſed dantis viſcera libres.*
* *Audeo quod parti, non eſt præſumere toti.* *
*Carmina quot ſcripſi, totidem tibi ligna polivi:*
*Chartula venalis, donantur, cætera gratis.*

Hiſce igitur, luſibus, & officiis demulcebat abſens Petrus Pontificis animum, ne videri poſſet illi, ſe aliquam in ſtomacho habere amaritudinem atræ bilis, quam jugi ſilentio decoqueret in ſolitudine.

LVII. Sed ad ipſum jam Alexandrum Pontificem redeamus, qui ipſo ſui Pontificatus exordio memor natalis ſoli, ſuorumque Mediolanenſium, inter quos natus, & in Clero educatus erat, quos non poſſet præſens, abſens litteris ſaltem alloqui, ut debitum charitatis officium ſolveret, minime prætermiſit. Quas quidem litteras in Caſſinate codice inter ſcripta Petri Damiani opportune repertas diligentia Conſtantini Cajetani monomachi Caſſinenſis hic deſcribere dignum duximus. Sic enim ſe habent:

Alexand. Pap. Epiſt. ad Mediol.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Mediolanenſibus, Clero & populo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Divini judicii diſpoſitione proviſum eſt, ut Mediolanenſis Eccleſiæ filius, & Ambroſianis uberibus ſublactatus, ad famulatum Apoſtolicæ Sedis indignus aſcenderem, ac matri omnium Eccleſiarum paſtoralis curæ ſollicitudine deſervirem. Unde cum totius univerſalis Eccleſiæ cura nobis non levis incumbat, propenſius circa vos ipſa natura nos provocat eſſe pervigiles: ut unde nos conſtat originis duxiſſe primordium, ibi etiam majoris ad æternam ſalutem habeamus ſollicitudinis incrementum. Nam & ignis ea primum ligna conflagrat, ex quibus oritur: & fons ante omnia illas terræ venas infundit, ex quibus profluens derivatur. Unde vos dilectiſſimi internæ dilectionis ſtudio cohortans rogo, ut ad cœlum ſe veſter ſpiritus erigat, deceptoria terrenarum rerum & caduca lucra contemnat, ab amore cœnoſi hujus mundi ſe prudenter expediat, ad Creatoris ſui deſiderium medullitus inardeſcat. Eſtis enim (ſicut beatus dicit (a) Apoſtolus) gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. Quibus ergo hæreditas incontaminata immarceſcibilis conſervatur in cœlis: abſit ut eorum mens per amorem rebus ſit involuta terrenis.*



(a) 1. Pet. 2.

LVIII. *Plane, quia etiam vulgaribus loquimur, vulgatum Scripturæ teſtimonium libentius exhibemus: Mementote itaque fratres mei, quod in Oratione Dominica dicitis. (b) Pater noſter, qui es in cœlis. Quem itaque Patrem vocamus, ad ejus hæreditatem tota mentis concupiſcentia feſtinare debemus. De terrena porro hæreditate ſcriptum eſt: Hæreditas, ad quam in principio feſtinatur, in noviſſimo benedictione carebit. Cur ergo, cum dicimus: Pater noſter, præſto ſubjungimus: Qui es in cœlis, & non potius, qui es in terris, videlicet, quæ nobis notiores ſunt? ſive, qui es in aquis aut in abyſſis, cum ubique Deus ſit, nihilque ab ejus præſentia vacuum ſit? ſed cum dicimus: Pater noſter, idcirco addimus: Qui es in cœlis; ut ad illam cœleſtem hæreditatem ſeſe noſter animus erigat, atque in tam ſublime germen adſcitus, ut ſit hæres Dei, terrena quælibet ignobiliter non requirat. Etenim vero pater fidei Abraham (c) plures habuit filios, ſed ſolus ille nobilis, qui fuit uxoris; qui vero ex concubinarum ſunt ignobilitate ſuſcepti, paternæ hæreditatis ſucceſſione leguntur excluſi. Porro autem, dum eos aluit Abraham, omnes dicebantur filii Abraham: at vero cum teſtamentum venit, qui eſſet legitimus hæres, qui fieri deberet exhæres, patenter oſtendit. Nam Scriptura teſtante, (d) dedit Abraham omnem hæreditatem filio ſuo Iſaac, filiis autem concubinarum dedit munera, & ſegregavit eos a filio ſuo Iſaac.*

(b) Matt. 6.

(c) Gal. 4.

(d) Gen. 26.

LIX. *Ecce itaque omnes dicebantur filii, ſed non omnes hæreditatis paternæ ſunt jura ſortiti. Sic profecto, fratres, quamplures ſunt hodie Chriſtianæ profeſſionis titulo decorati, qui videlicet in Chriſti hæreditate nequaquam mererentur adſcribi: & nunc quidem paterno vocabulo gloriantur, ſed nequaquam ad hæreditanda paterna bona perveniunt; quia velut ſpurii, non cæleſtia, ſed terrena ignobiliter concupiſcunt. Vos autem, dilectiſſimi, membra mea, viſcera animæ meæ, ſic ſatagite per viam mandati cæleſtis incedere, ut mens noſtra merito ſemper debeat de ſancta conſanguineorum ſuorum converſione gaudere. Speramus autem, in eo, qui de Virgine dignatus eſt naſci, quia noſtri miniſterii tempore ſancta clericorum caſtitas exaltabitur, & incontinentium luxuria cum cæteris hæreſibus confundetur. Omnipotens Deus dilectiſſimi fratres mei, ab omni vos pravitate cuſtodiat, & per juſtitiæ ſemitam ad cœleſtia vos regna perducat.* Hæc Alexander Papa ad clericos Mediolanenſes relapſos in priſtina; ſed ad correctionem eorum, qui magis diligerent officium dimittere, quam concubinam: hos a beneficio alienos eſſe præcepit: tam ad Clerum, quam ad populum reſcribens (e),

Caſtitatem Clericorum inſinuat.

(e) c. Si quis ſacerdotum & ſeq. diſtin. 81.

LX. Porro eodem tempore, ipſis primordiis ejuſdem Alexandri Romani Pontificis Mediolano Romam ſe contulit ſanctus Arialdus vir Apoſtolicus, qui ſolus cum Nazario adverſus Nicolaitas, & ſimoniacos in Eccleſia illa Mediolanenſi invaleſcentes ſtrenue laborabat, ve-



PAGIUS V. *SS. Arialdi & Herlembaldi labores adverſus hæreticos.*

A num. LX. ad LXIII. *Sanctus Arialdus* qui cum *Nazario* Clerico Mediolani Herlembaldo Duce collega, adverſus Sacerdotes concubinarios, & ſimoniacos ſtrenue laborabat, audita *Alexandri* II. creatione, Romam venit, ubi Pontifex *ſanctum Herlembaldum* defenſorem Eccleſiæ renunciavit, dato ei Vexillo, quod in manu tenens hæreticorum veſaniam reprimeret, ut ex Vita utriuſque Sancti, quam MS. Baronius habuit, quæque noſtra ætate Mediolani lucem vidit, idem Baronius oſtendit. Mos enim ferebat, ut Pontifices iis vexillum darent vel mitterent, qui in Paganos vel hæreticos pugnare debebant. Sic *Victor* III. Vexillum Sancti Petri *Roberto Guiſcardo* in Græcos ſchiſmaticos bellum moventi deferendum tradidit, ut docet Guillelmus Apulienſis lib. 4. de Geſt. Normann. Alexander II. idem Vexillum miſit *VVillelmo Normanniæ Duci* contra Haraldum pugnaturo, ut infra videbimus. Varia hujus rei exempla congerit Ducangius in Gloſſario voce *vexillum Sancti Petri*.

VI. *Vita S. Arialdi tam a Syro, quam a B. Andrea ſcripta.*

Baronius num. LX. & anno MLXVI. num. XVII. exiſtimat *beatum Andream* Abbatem Vallumbroſæ nullam de Sancto Arialdo Vitam ſcripiſſe, ſed quam habemus eſſe Opus *Syri* Presbyteri, ab eodem Andrea in lucem emiſſum. Contra vero Bollandus ad diem X. menſis Martii, in Comment. prævio ad Vitam B. Andreæ §. 2. putavit, *Syrum* nullam de Arialdo Vitam literis mandaſſe, ſed tantum in Epiſtola ad eundem Andream data ejus Martyrium retuliſſe. Verum certum eſt, Vitam beati Arialdi, quæ extat, a B. Andrea editam eſſe, & *Syrum* aliam Arialdi Vitam elucubraſſe, quæ ad nos non pervenit. Vitam autem Arialdi a Puricello in Monum. Baſil. Ambroſianæ publicatam, beati Andreæ fœtum eſſe, certum & indubitatum; ſed Vitam ejuſdem Sancti compoſitam pariter fuiſſe a Syro Presbytero, male Bollandus negavit; quod enim ad id probandum in medium adducit, contrarium oſtendit. Refert ipſe partem Epiſtolæ a Syro Presbytero *cum Herimberto ſocio de venera-*

S. Arialdus ad Alexandr. venit. veniens ad eumdem Alexandrum Papam una cum Herlembaldo Duce ſtrenuo germano Landulphi, ejuſdem Arialdi in opere ſancto collegæ. Cujus adventus quænam cauſa præceſſerit, audi a Syro presbytero in vita ipſius Arialdi ſanctiſſimi martyris, quam rebus præſens conſcripſit, ſic enim ait: *Per idem tempus Landulphus ſodalis ipſius Arialdi obiens, ſuperſtitem germanum nomine Herlembaldum prudentem & fidelem virum, licet laicum, reliquit. Hic nuper ex Hieroſolyma reverſus, volebat tunc ſæculum relinquere, & ſe tradere vitæ monaſticæ. Cujus fidem & conſtantiam beatus Arialdus agnoſcens; cæpit ei promittere, quod ſibi potiorem apud Dominum gradum acquireret, ſi monaſterium ingredi differret, & Fidem Catholicam ſecum defenderet, atque cum ipſo hæreticis & Chriſti hoſtibus reſiſteret.*

LXI. *Qui volens probare, utrum in his, quæ a beato Arialdo ſibi promittebantur, veraciter ſe auderet confidere: ſumptis aliquantis fidelibus, perrexit Romam, non per viam regiam gradiens, ſed per Dei cultores in eremo & monaſteriis circumquaque degentes, de re jam dicta omnes interrogans. Cumque cuncti in vera & pura fide accenſi, ſententiam ei concordiam una cum beato Arialdo promerent; tandem pervenit Romam. Ubi ſub inevitabili imperio ab Alexandro Papa & a Cardinalibus ei præceptum eſt redire, & Chriſti adverſariis in defenſionem juſtitiæ uſque ad proprii ſanguinis effuſionem viriliter cum beato Arialdo reſiſtere. Cui etiam Pontifex ſcilicet & Cardinales ex beati Petri parte mirificum vexillum dedere, ut quoties hæreticorum veſania ultra modum inſaniret, illud in manu tenens, eos reprimeret: quod conſtanter per decem & octo ferme annos implevit &c.* Hæc de Herlembaldi militia Pontificis Romani ſacro illuſtrata vexillo, qui vere Chriſti miles, Chriſtianæ perfecte militiæ numeros in omnibus adimplebat: quod diſces ex his, quæ inferius ſic ſubiicit auctor:

*Erat enim nobilis Herlembaldus coram ſæculo quaſi Dux in veſtibus pretioſis, & in equitibus & armis, ſed in abſcondito Deo ſicut eremita, agreſtibus indutus erat laneis. Hunc in pedum ablutione pauperum agere vidi, quod in alio nemine me reminiſcor vidiſſe. Nam cum alicubi per urbem vallatus magna multitudine fidelium ſibi gratis obſequentium incederet, & horrentes pauperes & debiles inſpiceret, clam alicui ex ſuis famulis innuebat perſiſtere, atque pauperem poſt ipſum in domum ſecum ducere. Dimiſſis igitur extraneis, allata aqua, cinctus linteo, egeni pedes nimia cum veneratione abluebat & extergebat. Poſt hæc autem corpore in ſolo proſtrato, ſub ipſius pedibus caput ponebat: Et tali modo mendicum & pauperem faciebat ſe modicum conculcare divitem. Denique honorifice & abundanter ipſum reficiebat ſecum; ſed & hoc opus ſanctum interdum in numerum duodenum explere vidi pauperum. Verumtamen Dei zelo ſic erat accenſus, ut de eo in ejus abſentia plerumque vir Dei Arialdus ſuſpirans diceret: Proh dolor! præter Herlembaldum & Nazarium clericum vix quemquam reperio, qui quoquo modo mihi ſub falſa diſcretione tacere non ſuadeant, quatenus ſimoniaci & adulteri libere poſſint peragere opera diaboli. Multa namque bona de hoc viro familiariter cognovi; ſed quia nuper in defenſione juſtitiæ martyrio eſt coronatus, in altero volumine ſcripta relinquo.* At de his inferius ſuo loco ſub Gregorio Papa Septimo dicendum. LXII.

Hoc

PAGIUS *nerabili Arialdo* ad Andream datæ, & Andreæ reſponſum. Ait Andreas: *Legente me olim* (poſt mortem nempe Sancti Arialdi) *ea quæ cum ſocio Herimberto de venerabili Arialdo ſcripſiſti, reperi vos multa præteriſſe quæ dici oporteret. Unde factum eſt, ut jubente beatæ memoriæ Rodulpho patre* (Abbate Vallumbroſæ deceſſore beati Andreæ), *cujus anima jam cum Chriſto gaudet* (anno nempe MLXVI. Rodulphi emortuali) *multa tam de his quæ omiſiſtis, quam de his quæ dixiſtis, exprimere conatus ſum. Quod ad te mittens*, &c. ad hanc B. Andreæ Epiſtolam Syrus reſpondet: *Miror, chariſſime, quod de his rebus requiras unum teſtem, quas teſtari poſſunt non ſolum multa millia fidelium; ſed etiam infidelium.* Poſtea Syrus varia Arialdi geſta a B. Andrea omiſſa adjicit, iſque ſecundis literis reſpondet, ſe multa *ſcienter* prætermiſiſſe.

VII. Quibus ex verbis manifeſte elicitur, tam *Syrum*, quam B. *Andream*, Arialdi Vitam ſeorſim compoſuiſſe, utriuſque ſcriptionem æque prolixam fuiſſe; ſed alterum alterius opus poliiſſe & amplificaſſe. Quare unus alterius Vitam ſupplevit complevitque, ideoque duplex Vita Sancti Arialdi olim conſcripta; licet nunc, quæ a B. Andrea promulgata, tantum extet, alteraque perierit. Verum quidem eſt B. Andream teſtari ſe nullam Vitam Sancti Herlembaldi condidiſſe, & cap. XVI. num. VI. apud Puricellum ſcribere: *Multa bona de hoc viro* (nempe Herlembaldo a paucis diebus occiſo) *familiariter cognovit: ſed quia nuper in defenſione juſtitiæ martyrio eſt coronatus, ea alteri tam volumini, quam Scriptori relinquo, quia B. Arialdi Vitam perficere velociter cupio.* Sed eum nullam de Sancto Arialdo Vitam in literas miſiſſe dici non poteſt. Baronius depravatum exemplar Vitæ Arialdi ab Andrea Abbate ſcriptæ nactus erat; nam num. LXII. laudatum ejus locum his verbis refert: *Sed quia nuper in defenſione juſtitiæ martyrio eſt coronatus, in altero volumine ſcripta relinquo.* Quo ex loco ſic depravato anno MLXXVI. num. LXXVII. Baronius colligit, *B. Andream* Vitam Sancti Herlembaldi, quam a ſe non viſam fatetur, ſcripſiſſe. Verum B. Andreas nullam de *Herlembaldo* Vitam edidit, & opinio *Nulla S. Herlembaldi vita a B. Andrea ſcripta.*

illa



LXIII. Dominici Loricati tempus, obitus Hoc anno, pridie Idus Octobris, migravit ex hac vita mirificus ille magnæ abſtinentiæ & auſteritatis vitæ vir Dominicus, Loricatus cognomento dictus, cujus res præclare geſtas ſcripſit Petrus Damiani ad Alexandrum Papam: ubi cum teſtetur, poſt annum ab obitu Rudolphi Epiſcopi Eugubini hunc eſſe defunctum; plane ad præſentem annum reiiciendus eſt ejus ad Deum tranſitus: quem magno animi ſui dolore idem Petrus Damiani poſt tres dies, ex quo Romam ſe contulit, ſe accepiſſe teſtatur jam prænuntiatum ab Hildebrando Archidiacono in hunc modum: *Somniaverat autem*, (inquit Petrus ad Alexandrum Papam) *quidam Frater de me, quod lumen oculorum amiſeram. Quod dum ego Hildebrando Romanæ Eccleſiæ Archidiacono in Lateranenſi palatio retuliſſem: Nequaquam*, inquit, *ut times, propinquæ eſt mortis indicium, ſed familiaris tibi aliquis extinguetur, qui tibi charus ſit ſicut oculus, & lumen tuum ac ſplendor in bonis operibus videatur. Et o verum, ſed amarius omni felle præſagium! Tertia die, poſtquam Romanis mœnibus ſum egreſſus, ecce mihi relatio crudelis occurrit, quæ mihi nil minus opinanti, cæcatum me remanſiſſe perhibuit, dominum ſcilicet & illuminatorem meum Dominicum ex hoc ſæculo nuper egreſſum &c.* Vita ejus inter Lipomani lucubrationes intexta legitur, ad quam amando Lectorem.



PAGIUS illa nonniſi in loco illo B. Andreæ corrupto fundata.

VIII. *Roberti Guiſcardi Normannorum Ducis victoriæ.* *Robertus*, Apuliæ & Calabriæ atque Siciliæ Ducatu ſibi a Nicolao II. confirmato, *reverſus in Apuliam, Trojam etiam cepit: ſicque ſenſim per intervalla temporum, regionem totam, Normannoſque omnes illarum partium præter Richardum* (cui Nicolaus II. Capuæ Principatum confirmarat) *ſuo imperio ſubdidit*, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 15. qui paulo poſt ſubdit: *Poſt hæc ad Saracenos expugnandos, Siciliamque capiendam ingens Roberti animus vertitur. Ad quam forti cum exercitu tranſiens, Meſſanam primo, quæ in portu ſita eſt, occupat.* Tarentum deinde obſidens in deditionem accepit. *Rurſus ad Siciliæ Panormique expugnationem cum navali profectus exercitu, intra quinque menſium ſpatium Catinam primo* (ideſt Catanum) *inde Panormum, deinde Nazarim cepit. Sicque Rogerium fratrem omni præficiens inſulæ, Panormi, ac Demenæ, & Meſſanæ ſibi medietate ſervata, acceptis Saracenorum obſidibus theſauro ingenti ditatus, Calabriam redit.* Hæc Leo Oſtienſis de Roberti Guiſcardi victoriis variis annis reportatis uno tenore narrat.

IX. *Saracenos Siciliæ ipſe & Rogerius frater perſequuntur.* Sed ut de iis tantum, quæ hoc anno in Sicilia geſta verba faciam, refert Malaterra lib. 2. Robertum & Rogerium fratres in Siciliam, & ante caſtrum Sancti Joannis cum exercitu veniſſe. Tunc Bechamel, ſeu Bennamet Saracenorum Præfectus *numeroſa Africanorum multitudine* (ab Africa miſſa; Siculi enim aliquo modo ab Africæ Calipha pendebant) *& Sicilienſium coadunata, bellum quod diu diſpoſuerat* (ab anno nempe ſuperiori) *hoſtibus offert anno ab Incarnatione domini milleſimo ſexageſimo primo. Porro Dux* (nempe Robertus) *exercitum ſemipartiens* (*erant enim tantummodo ſeptingenti,*) *& ex ipſis duas acies ordinans, unam fratri ut priori, ſicuti ſibi moris erat, ut hoſtem feriat, delegat, ipſe cum altera ſuos alacriter verbis exhortando ſubſequi non tardat. Similiter Bechamel, cum quindecim millia armatorum haberet, tres acies inſtituit: cum quibus primo quidem audaciſſime hoſtibus occurrens certamen iniit. Porro noſtri in primo, ex more congreſſu fortiter agendo plurimos ſternentes, reliquos in fugam vertunt, quos cadendo, verſus caſtrum Joannis perſequentes, uſque ad decem millia occiderunt, ſicque victoriam adepti, ſpoliis quidam ſunt ditati.* Subdit Malaterra Rogerium Comitem totam provinciam incendio devaſtaſſe, ſpoliis & præda exercitum recreaſſe, diverſas incurſiones feciſſe, ſed caſtrum Joannis capere non potuiſſe. At cum hyems immineret tam ipſe, quam Robertus frater *Meſſanam militibus, qui eam cuſtodiant, & his quæ militibus neceſſaria forent, munientes, pharo tranſmeato, Dux quidem in Apuliam hyemandi gratia ſeceſſit: Comes vero in Calabria remanet: media vero hyeme intra natale domini cum ducentis quinquaginta militibus iterum mare tranſiens, uſque ad Grigentinam urbem totam patriam ſollicitans prædatum vadit. Chriſtiani vero provinciarum ſibi cum maxima lætitia occurrentes, in multis obſecuti ſunt. Inde Traynam adveniens, a Chriſtianis civibus, qui eam incolebant, cum gaudio ſuſceptus urbem intrat: pro velleque ſuo ordinans, ibidem Natale Domini celebrant*, inquit Malaterra cap. 18. de Rebus hoc anno geſtis ſermonem habens.

*Andreas Rex Ungariorum*, inquit Lambertus in Chronico ad hunc Chriſti annum, *videns Belem* (Belam communius dictum) *quemdam propinquum ſuum regnum affectare, & Ungarios a ſe paulatim ad eum deficere, uxorem ſuam & filium Salomonem, cui Imperator filiam ſuam parvulam deſponderat, cum multis opibus ad Regem Henricum tranſmiſit.* Refert poſtea Lambertus Belam in bello adverſus Germanos in auxilium Andreæ miſſos geſto victorem fuiſſe, & Hungariam ſibi ſubdidiſſe. Alii Scriptores tradunt, *Belam* fratrem fuiſſe Andreæ Regis, & Andream hoc anno fato functum eſſe, quod & teſtatur Lambertus. X. *Bela Hungariæ regnum invadit.*

I. Cadalous Antipapa Victus Parmam redit.

ANnus ſequitur Redemptoris milleſimus ſexageſimusſecundus Indictione decimaquinta, quo nefandus Cadalus, ſive Cadalous, cum primum auro complures Romanorum animos expugnaſſet, ferro adhuc aperiens ſibi viam, ingredi tentavit in Urbem; ſed repulſus, ad propria confuſus reverti compellitur. De his enim hæc apud veterem Romanorum Pontificum collectorem ex codice Vaticano: *Cadalus menſis Aprilis decimaquarta Romam cum ſuo apparatu appropinquans, magnam cædem de prædictis Romanis, tam de amicis, quam de inimicis fecit. Hoc vero factum fuit anno milleſimo ſexageſimoſecundo, Indictione quintadecima.* Hæc quo ad tempus ibi. Res geſta autem ita in collectione Nicolai Aragonii Cardinalis: *Cadalus cum multa pecunia, & conducticiis militibus ex improviſo Romæ apparuit, ubi non defuerunt homines ſeipſos amantes, quos ſibi pecunia favorabiles fecit: inter quos Romanorum Capitanei, volentes Urbem deprimere, vires ei & auxilium præbuerunt. Cadalus autem eorum auxilio ſperans aliquid facere poſſe, in Prato Neronis caſtra metari præſumpſit, & in prima congreſſione victor apparuit: ſed poſt paululum inclyto Duce Godefrido adveniente, adeo coarctatus eſt atque contractus, ut abſque læſione proprii corporis abire retrorſum nullatenus potuerit, niſi humilibus precibus, & effuſis magnis muneribus. Rediens igitur Parmam ſicut ſpoliatus & profugus, ab iniquo perverſitatis ſuæ non deſtitit incœpto &c.* Hæc ibi, reliqua ſuo loco inferius. Ut plane accidiſſe illi apparuerit juxta vaticinium Petri Damiani in ejus epiſtola ſuperius recitatum, quo prædixerat, iſta dicens: *Qui Romanis arcibus ſuperbus inveheris, ad ſolum proprium cum ignominia reverteris.*

II. Sed nec quidem ſic quievit homo ſacrilegus. Malitia nullo coerceri poteſt adverſo caſu, quin non ebulliat in corde impii, & cum facultas datur, erumpat. Quamvis cum dedecore repulſus abſceſſerit, & vix elapſus cum ignominia ſit reverſus ad propria; rurſus tamen pecunias colligere parat, quarum ope inferatur in Urbem. Cum Petrus Damiani iſta audiens, poſteriorem ad eum ſcripſit epiſtolam, quam nos ex eodem codice baſilicæ Vaticanæ ſancti Petri hic tibi deſcribendam curavimus, quo improbi hominis conatus in omnibus habeas exploratos. Sic enim ſe habet:

*Petrus peccator monachus Cadaloo pſeudoepiſcopo quod meretur.*

Petri Dam. Epiſt. ad Cadaloum Antipapam. (a) Nahum. 1.

*Si Ninive poſt prædicationem Jonæ ita conſtanter a ſua ſe pravitate corrigeret, ut ſpretis ſemel vitiis, denuo ſe nullatenus implicaſſet: propheta: (a) Nahum adverſus eam nequaquam onus hoc levaret, ut in ipſo libri ſui principio protinus in hæc verba prorumperet: Deus æmulator & ulciſcens, ulciſcens Dominus, & habens furorem, ulciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. Scripſi tibi nuper, antequam Romam cum ſatellitibus ſatanæ fuiſſes aggreſſus, denuntians & obteſtans, ut te a tam cruentæ moliminis intentione compeſceres, ut intra menſuræ tuæ te ſepem reprimeres, & nec motum divini furoris adverſum te, nec mundum adverſus Eccleſiam in bella nefaria concitares. Verum tu, tamquam Veſevus gehennæ flammas eructans, non quieſcis, pecuniæ favillas (ut ita loquar) per*

PAGIUS SÆC.XI. Annno Eræ Hiſp. MC. Anno. Hegiræ CCCCLIV. inchoato die 15. Januar. fer. 3. A.C.1062.

1. Cadalus Antipapa fruſtra Romam obſidet.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6555.

☉ 7. F. ☽ 18. P. 31. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1062.

ALEXANDRI II. PAPÆ 2.

HENRICI IV. REG. 7.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 4.

ANum. I. ad XV. *Cadalus menſis Aprilis die XIV. Romæ cum ſuo apparatu appropinquans, magnam cædem de prædictis Romanis, tam de amicis, quam de inimicis fecit. Hoc vero factum fuit anno Dominicæ Incar. MLXII. indict. XV. qua dicti Imperatoris & Romanorum malitia non diu perſiſtente, Alexander in ſuo permanſit Epiſcopatu cum gloria laude & honore. Infelix vero Cadalus cum magno dedecore repedavit ad propria*, ut legitur in veteri Codice Vaticano MS. a Baronio & Papebrocio in Conatu Chronico-Hiſt. citato. Fuſius hæc refert Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 20. ubi de Agnete Imperatrice ejuſque germanis ait: *Eum* (nempe Cadalum) *Romam ad impugnandam Eccleſiam cum exercitu, multiſque pecuniis e veſtigio mittunt. Sed, favente Deo licet Romanorum plurimi illi gratia Regis adhæſerint caſtrumque illi ſancti Angeli ad urbis expugnationem tradiderint: cum ſemel ac ſecundo magnis inſtructus copiis adveniſſet, pecuniamque immenſam profligaſſet: magna ſtrage ſuorum non minus quam cæterorum facta, poſtremo clam egreſſus e caſtro ipſo turpiter cum paucis aufugit, neque ultra huc rediit. Quippe qui eodem anno, ipſo die vigiliarum Apoſtolorum Simonis & Judæ ab omnibus Teutonicis & Italicis Epiſcopis, qui tunc cum Rege aderant, juſto Dei judicio damnatus eſt atque depoſitus.* Recitat Baronius Epiſtolam tunc a Petro Damiani ad Cadalum ſcriptam.



*per populum ſpargis, & per æſtum cupidinis miſerorum hominum corda corrumpis. Tuam profligas Eccleſiam, ut obtineas alienam. Illinc aurum argentumque ſtateris appenditur; hinc ſtipulationes ratæ & firmæ procedunt. Sub hypothecario jure monimenta fiunt, ſicque prolabentis Eccleſiæ prædia diſtrahuntur.*

III. *Ducis poſt te caſtra, auro potius armata, quam ferro; & ſic nummi proferuntur e loculis, tamquam gladii vibrentur e thecis. Phalangas plane, quæ te ſequuntur ad tuæ ſigna militiæ, non tam litui, buccinæ vel tubæ clangor excitat, quam vena metalli vibrantis invitat: Habens enim (ut ajunt ruſtici) pugillum auri, frangis murum ferreum. Sed ſunt*
(a) Eccl. 5. *divitiæ (ait (a) Salomon) conſervatæ in malum domini ſui. Quid enim profuit aurum Ptolemæo, Regi ſcilicet Ægypti, qui poſt navale bellum, quod Julio Cæſari perfidus ac ſuperbus intulerat, enecatus fluctibus, neglectus atque deſpectus in litore ſine cuſtode jacebat, nec aliter eſt inter cæteros agnitus, niſi quia aurea erat lorica præcinctus? melius ei fuerat ſub pannoſo tegmine vivere, quam in purpura, vel auro perire. Imperator Nero aureis retibus piſcabatur, eaque (ut hiſtoriæ tradunt) blatteis e gurgite funibus extrahebat. Sed eum nullatenus potuerunt ab imminente diſcrimine neque divitiæ, neque deliciæ liberare. Nam cum a Romanis pro incomparabilis enormitate flagitii ad ſupplicium quæreretur, pavefactus e palatio fugiens, ipſe ſibimet in ſuburbio conſcivit interitum. Juſtinus Imperator tantam theſauri copiam poſſidebat, ut ad opum cuſtodiam uxor ejus arcas ferreas fabricaret: ſed poſtmodum impos mentis effectus, dum ſe perdidit, etiam poſſeſſa quælibet cum ipſis quoque regalibus ſceptris amiſit.*

IV. *Unde bene per Prophetam dicitur: (b)*
(b) Ezec. 7. *Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in ſterquilinium erit: Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam ſuam non ſaturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia ſcandalum iniquitatis eorum factum eſt; & ornamenta monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt. Gothorum Dux Alaricus (ut authentica teſtatur hiſtoria) dum inopinatas ſe poſſidere divitias gloriatur, apud Conſentiæ regionem ſubita morte defungitur. Gothi vero protinus Baſentium amnem a ſuo alveo per alium tramitem captivorum labore deflectunt; ſicque Alaricum cum multis opibus in eodem alveo, aqua deficiente, ſepeliunt; rurſumque fluvium proprio meatui juxta conſuetudinem reddunt: ac ne quis addiſcere locum poſſet, captivos omnes, qui interfuerunt, extinxerunt. Et o utinam ſic tuam tibi pecuniam tuus etiam miles infoderet, ne per eam, ſicut jam cœpit, ſtatus Eccleſiæ deperiret; ut quod magiſtro tuo dictum legitur, tibi quoque merito diceretur: Pecunia tua tecum ſit in perditione. Habuit porro mater Michæ (ſicut in libro (c) Judicum legitur) argentum,* (c) Jud. 17.
*unde conflatum eſt idolum. Sed abſit, ut tantum ex illa, quantum de tua pecunia prodierit ſacrilegium. Ex illa quippe ſumma in una tantum tribu Iſrael factum eſt ſcandalum: tua vero pecunia Chriſtianæ Fidei, & totius ſanctæ Eccleſiæ nititur evertere fundamentum.*

V. *Et, o ſcelus inauditum! Pilati milites (d) inconſutilem Domini non præſumunt ſcindere tunicam: & tu in duos Papas Catholicam partiris Eccleſiam. Illi pendentis in Cruce Salvatoris oſſa non frangunt: & tu ſectis Eccleſiæ membris, quæ proculdubio corpus ejus eſt, ſacramentum violas unitatis. (e) Captam bello Arcam Dei Iſrael Philiſtinorum Principes temerare non audent, ſed clauſam undique illibatamque conſervant: tu Chriſtianæ pietatis arcanum, & non lapidearum tabularum, ſed Verbi Dei vivi & permanentis cæleſte myſterium vexare ac ſolvere niteris frementium cuneis bellatorum. Si (f) Oza moritur, qui humerum ſupponit, ne Arca Domini corruat: quid illi merito fiet, qui ſe ſuper Eccleſiam Chriſti, ut in ejus ruina ipſe ſublimis videatur; exaltat? Audi quid tibi per (g) Abdiam divina vox dicat: Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum, exaltantem ſolium tuum, qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? ubi mox ſequitur: Si exaltatus fueris ut aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum; inde detraham te, dicit Dominus. Luce clarius conſtat, quia David in Regem per Samuelis miniſterium ungitur; Saul vero divini judicii ſententia reprobatur.*

(d) Joan. 19. (e) 1. Reg. 5. (f) 2. Reg. 6. (g) Abd. 1.

VI. *Sed donec Saul advixit, nec perexiguam quidem regni particulam David ſibimet uſurpare præſumpſit. Sed quid dicimus, quod David, vivente Saul, regii culminis apicem non aſcendit? cum & eo etiam jam defuncto, nequaquam mox ad obtinenda regalia ſceptra ſe contulit, ſed utrum jus ſaltem habitandi in qualibet regni urbe mereretur, humiliter inquiſivit, dicens: Num aſcendam in unam de civitatibus Juda? cui cum divinitus diceretur: Aſcende: non mox, in quam ſibi melius videretur, credidit aſcendendum; ſed geminat inquiſitionem, ut capiat certitudinem. Inquirit adhuc, quo potiſſimum aſcendere debeat, ne judicium ſe diſponentis in aliquo vel minimo (quod abſit) offendat. Quo, inquit, aſcendam? ait Dominus: (h) In Hebron. David* (h) 2. Reg. 2.
*ergo Rex in regno ſibi divinitus tradito non*

non modo regnare, ſed nec quidem bibitare præſumit, niſi divinæ juſſionis adhuc renovetur imperium: & nos qui ſacerdotes dicimur, alienas Eccleſias prædonum atque raptorum more pervadimus, eaſque mundo ſtupente, Deo prohibente, contra decreta legum, contra ſententias canonum venali commercio redimere feſtinamus. De quibus ſub adulterorum ſpecie per Jeremiam dicitur: (a) Saturavi eos & mœchati ſunt; & in domo meretricis luxuriabantur: equi amatores in feminas emiſſarii facti ſunt, unuſquiſque ad uxorem proximi ſui binniebat. Unde & ſequitur: Numquid ſuper bis non viſitabo, dicit Dominus? & in gentem talem non ulciſcetur anima mea?

(a) Jerem. 5.

VII. Peccatum peccatorum quod ſit.

Enimvero ſicut per auxeſim dicitur Sancta Sanctorum & Cantica Canticorum: ſic Romanam Eccleſiam venaliter diſtrabi, peccatum eſt utique peccatorum. Quamlibet quippe Eccleſiam redimens, ſimoniacus eſt: qui autem Romanam Eccleſiam ad taxationem pecuniæ redigit, quid aliud quam omnes per orbem terrarum Eccleſias, quibus illa prælata eſt, venaliter uſurpare contendit? Sane ſicut triginta denariis Judas Iſcarioth Dominum vendidit: ita triginta numero maledictiones ejus reperiuntur in (b) Pſalmo, quem adverſus eum Propbeta deſcripſit. Quæ ſcilicet maledictiones ab eo verſiculo incipiunt, ubi dicitur: Conſtitue ſuper eum peccatorem. Illic vero deſinunt, ubi ſubjunctum eſt: Operiantur ſicut diploide, confuſione ſua. Si ergo juxta peccati modum maledictionis ſive damnationis ponderatur elogium: quantæ perditioni Romanæ Eccleſiæ mercator erit obnoxius, qui dum unam negotiatur, omnes ſimul Eccleſias comparare convincitur? Quamobrem non dubites hanc in te redundare ſententiam, quam per Ezechielem Deus intentat, dicens: (c) Venit tempus, prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua, & non parcet oculus meus, nec miſerebor, ſed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcies, quia ego ſum Dominus percutiens te.

(b) Pſal. 118.

(c) Ezec. 7.

VIII. Defuncto Cæſare Auguſto (cujus videlicet tempore Salvator noſter naſci dignatus eſt) mœrens Romanus populus lugubre clamitabat, videlicet: Aut non naſceretur, aut non moreretur. De te autem Cadaloe merito dicitur, videlicet: Aut non naſcereris, aut illico morereris. Fuiſſet utique ſecundum Scripturam (d) conceptus tuus conceptus æternus; abortiſſet mater tua, non peperiſſet, & aborſum potius fudiſſet, quam ſobolem genuiſſet. Narrat Eutropius, quia paulo antequam Saguntini ab Hannibale famis inopia caperentur, ne ultimis cogerentur interire ſuppliciis; cum mulier quædam jam pene fuiſſet enixa, infans repente regreſſus in uterum, illius civitatis portendit exitium. Optaremus etiam, ut tu quoque in viſcera materna regreſſus, ſuper urbem unam potius triſte prodigium intentares, quam ad ætatis incrementa perveniens, totam Eccleſiam Catholicam non jam ſignificatione, ſed ipſa potius operatione deſtrueres. Ad hoc enim te furioſa dominandi libido, & non appetendæ ſublimitatis præcipitavit inſania, ut unius Epiſcopatus non ſis menſura contentus, ſed ſuper univerſalem Eccleſiam generalem ambias peincipatum, & ut ſolus emineas, totum orbem in præcipitium mergere non formidas.

(d) Jer. 20.

IX. Plane Diocletianus Imperator (ſicut biſtoriarum tradit antiquitas) regalis faſtigii inſigne depoſuit, & non procul a Salonis per novem fere annos uſque ad obitum privatus in amœna virentis hortuli cultura permanſit. Qui cum ab Herculeo atque Galerio ad recipiendum obnixa rogaretur Imperium; tamquam peſtem aliquam perborreſcens, hoc fertur dediſſe reſponſum. Utinam Salonæ poſſetis olera viſere, noſtris manibus inſtituta, profecto numquam judicaretis hanc ſarcinam noſtris iterum cervicibus imponendam. Cum pater Magni Conſtantini Conſtantius atque Galerius crearentur Auguſti, Romanus inter eos diviſus eſt orbis; ut Galliam, Italiam, Africamque Conſtantius; Illyricum, Aſiam, ſimul & Orientem Galerius obtineret. At Conſtantius Auguſti dumtaxat cum Galliis dignitate contentus, Italiæ ſimul & Africæ adminiſtrandæ ſolicitudinem recuſavit. Vir autem ille egregius & præſtantiſſimæ civilitatis, dum privatorum & provincialium divitiis ſtuduit, Fiſci commoda non admodum affectavit, melius judicans publicas opes a privatis haberi, quam intra ærarii unius anguſtias reſervari.

X. Reges ergo Gentium propter curarum ingruentium tædium amplioris regiminis jura contemnunt, Imperialium dignitatum apicem fugiunt; & ſacerdotes Dei, qui hæc ſpecialiter prædicare debuerunt, in ſuperbiæ ſe cornibus elevant, & non ſacerdotalem, ſed regalem, immo tyrannicam ferulam arripere ſuper humanum genus anbelant. Illi conceſſa ordini ſuo arma deponunt, ut quietis otio perfruantur: iſti conſtipati legionibus armatorum, velut hoſtium caſtra Chriſti Eccleſiam impetunt, & in gladio corruentium ſanguine, tamquam brutorum animalium pinguedine ſaginantur. Strix malefica etiam ſi alienum ſanguinem ſugit, ſuis tamen pignoribus parcit. Saturnus dum devorare proprium filium nititur, in ſuis ſe dentibus lapidem invenire miratur. Romanos certe tuos eſſe filios aſſerebas; quos tamen in ore gladii devorare non ut pater, ſed tamquam crudelis vitricus decreviſti. In fortibus quidem velut lapideam reperiſti duritiam; ſed ex miſeris atque debilibus gaviſus es triumphalem te reportare victoriam. In quo plane certamine & tu Regis Totilæ judicaris ſuperare tyrannidem, & tuus miles Gothorum excedit immanitatem. Ille namque (ſicut nota narrat biſtoria), cum Romam circumfuſis militibus obſideret, & incluſus populus tanta laboraret inedia, ut jam pignorum ſuorum matres decreviſſent artus abſumere; tamdem per Oſtienſem ingreſſus eſt portam, qui parcere Romanis civibus cupiens per totam noctem clangere tubam juſſit, ut dum irrupiſſe hoſtem buccina diutius intonante pernoſceretur, a Gothorum ſe gladiis, quibuslibet interim latibulis occultarent.



XI. Tu autem, mileſque tuus tantam plebis invalidæ atque imperitæ bellorum ſtragem dediſti, ut cæſorum numerus ignoretur. Certe dum Pompejus adverſus Cæſarem civili prœlio dimicaret, inter hortandum cuique tantum ajebat: Parce civibus; cum Cæſar e contrario inſiſteret, inquiens: Miles faciem feri. Tu itaque Cæſareæ crudelitatis inſtinctu dum accendis animoſa corda ſatellitum, retuliſti manubias, & ſpolia de cadaveribus peremptorum, ut de te per ſimilitudinem dici poſſit: (a) Et de prœliis Judæ narrabant Gentes. Et in bis omnibus nihil anniteris, niſi ut Præſulem Apoſtolicæ Sedis eiicias, & cathedram non vacantem alieni juris invaſor obtineas.

(a) 1. Mac. 3.

XII. Sed ut noveris, quia molimen hoc nequaquam tibi fauſtum concedat, in exitum, de proxima tibi atque contigua regione præbeamus exemplum. Convicina autem tibi regio Placentia eſt, cujus Epiſcopus non diu ante noſtram ætatem, ſubdolæ calliditatis artifex extitit, & ad inſtar tui, ſublimitatis, & gloriæ ſatis ſuperque ambitione flagravit, adeo ut prius ante ſe geſtandam (ſicut & tu nunc agere diceris) crucem argenteam impetraret. Qui etiam cum Imperatrice, quæ tunc erat, obſceni negotii dicebatur habere myſterium; deinde ſenſim ad majora proſiliens, tandem Apoſtolicam Sedem familiaris tibi pecuniæ patrocinio violenter invaſerit. Ejecto itaque Gregorio, Imperatoris Ottonis utique conſanguineo, Romanæ Eccleſiæ cathedram non ut ſacerdos magnus, ſed ut fur, atque tyrannus obtinuit. Sed paulo poſt reſipiſcente Quiritum populo, atque in zelum dignæ ultionis unanimiter exardeſcente, irruentes in eum manus iniiciunt, oculos eruunt, aures, nareſque præcidunt.

XIII. Expertus eſt itaque, quod & tunc ſibi, & nunc tibi per (b) Ezechielem prophetam Dominus comminatur, dicens: Venient ſuper te inſtructi curru & tota populorum multitudo: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te undique: & dabo coram eis judicium, & judicabunt te judiciis ſuis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: naſum tuum, & aures tuas præcident, & quæ remanſerit, gladio concident. Et ut attentione tua condignam proſequamur uſque ad finem biſtoriam, poſtquam Romani ita ut dictum eſt, rependiſſent pontifici; mox ante retro converſum in aſello glorioſum equitem poſuerunt, tenentemque ſui vectoris in manibus caudam, per publicam totius Urbis viam hæc ut caneret, impulerunt: Tale, inquiens, ſupplicium patiatur, qui Romanum Papam de Sede pellere nititur.

(b) Ezech. 23.

XIV. Audiat igitur tale quilibet Eccleſiæ fornicator exemplum, expaveſcat idipſum hodie ſuper divinæ ſeveritatis in vigilare judicium. Audiat quid per eumdem (c) Prophetam tibi divina vox dicat: Noviſſimum, inquit, tuum devorabitur igni, & denudabunt te veſtimentis, & tollent vaſa gloriæ tuæ & requieſcere faciam ſcelus tuum a te, quia hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odiſti, in manus, de quibus ſatiata eſt anima tua, & agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudum & ignominia pleuum, & revelabitur ignominia fornicationum tuarum: ſcelus tuum, & fornicationes tuæ fecerunt hæc tibi. Propriam quidem dimittere, & alienam Eccleſiam ſimoniacis contaminationibus profanare per extremæ fornicationis genus agnoſcitur. Porro autem ſi tu culmen Apoſtolicæ Sedis fueris, Deo mundum negligente, ſortitus; gliſcunt, & exultant omnes reprobi, omnes Chriſtianæ religionis tripudiant inimici. E contra quicumque Dei juſtitiam eſurientes ſitiunt, qui pietatis opera cernere concupiſcunt, te culmen adeptum totius Eccleſiæ præcipitium credunt. Hucuſque Petri epiſtola ad Chriſtianorum cæde madentem Cadaloum, poſtquam victus reverſus eſt Parmam, Roma tunc exultante poſt acceptam de pſeudopapa victoriam. In cujus memoriam hunc ſcriptum fuiſſe verſum in palatio Lateranenſi, teſtatur qui vidit, (d) Otto Friſingenſis.

(c) Ibid.

(d) Otto Friſ. l. 6. c. 34.

Regnat Alexander, Cadalus cadit, & ſuperatur:

Poſt

XV. Henric. Rex abſtrahitur a Matre. Poſt hæc autem in aula regia nova & inaudita prorſus contigiſſe leguntur, nimirum ut Anno Colonienſis Archiepiſcopus Henricum Regem puerum jam annorum decem a matre Agnete Imperatrice ſubductum, in S. Suitberti inſulam poſt Paſchales dies navi alio ſub prætextu perductum, invitum & reclamantem Coloniam uſque perduxerit, eumque blanditiis delinitum, cæterorumque Germaniæ Principum obſequio frequentatum & cultum retinuerit educandum. Hæc cum ejus temporis Scriptores referant, de cauſa, cur ad hæc facienda Colonienſis permotus fuerit, eſt diverſa ſententia. Lambertus affert eam, quod id fecerit, ob inductam in ſuſpicionem pudicitiam Imperatricis propter frequentiorem conſuetudinem cum Henrico Epiſcopo Auguſtenſi, regni negotia juſſu ejuſdem Agnetis adminiſtrante. Sed iſta non creditur; tum quod Agnes ipſa omnium pudiciſſima haberetur; tum etiam quod per ejuſmodi factum non adhiberetur remedium violatæ (ut ait) famæ Reginæ, quin potius ut magis augeretur, efficeret, relicta abſque filio, filiique aulicis ipſa libera abſque arbitris, vel teſtibus (ſi ita fuiſſet) lubrica vidua. Adeo ut hac ex parte potius fuiſſet abducenda, cuſtodiaque munienda mater ipſa Regis, quam ejus filius. Quamobrem certior illa veriorque cauſa probatur, ut eo modo regni regimen auferretur a matre, & ab illis, qui ab ea ejus adminiſtrationi præfecti erant, quorum arbitrio cuncta male miſcerentur, atque plane auditu nefanda perpetrarentur.

XVI. Quæ enim ſunt ſubſecuta, perſpicue iſta declarant: ſiquidem correcta ſunt mala illa, quæ ejuſmodi miniſtrorum nequitia fuerant, orbe terrarum deteſtante atque reclamante, commiſſa. Erat horum princeps Guibertus Parmenſis, de quo iſta in Geſtis Romanorum Pontificum in Nicolao Secundo a Nicolao Aragonenſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali collecta leguntur: *Eodem vero tempore Imperatoris Henrici relicta uxor cum parvulo filio gubernacula Italiæ regni tenebat, quæ inter cætera fœmineæ levitatis acta cuidam Parmenſi clerico Guiberto, nobili progenie orto, curam ipſius regni & Cancellariam commiſit.* Cujus favore ejuſdem civitatis Epiſcopo Cadalo ad Sedem Apoſtolicam invadendam adminiſtratæ ſunt vires. Cujus etiam ope pariter atque conſilio, infame illud atque pudendum conciliabulum Baſileæ (ut vidimus) fuerat contra Romanum Pontificem celebratum.

XVII. Guibertus Parmenſis cancellaria privatus. Quod autem iſta mox correcta fuerint, ubi Rex a matris cura fuit ablatus; plane ea peragendi fuiſſe cauſam oſtendunt. Siquidem ut eadem Pontificia habent Acta, Guibertus in ordinem ſtatim redactus eſt in Comitiis paulo poſt habitis omnium Principum Germanorum, in quibus (inquiunt eadem Acta) Annoni Colonienſi Archiepiſcopo adminiſtratio regni, & Regis cuſtodia fuit demandata, qui prædictum Guibertum Parmenſem, quem Imperatrix Cancellarium fecerat, ſine mora depoſuit, & in locum ipſius Gregorium Vercellenſem Epiſcopum ordinavit. Sed & vigilans ſtudium ejuſdem Colonienſis Archiepiſcopi, quo ut componerentur res Romanæ Eccleſiæ, atque ſchiſma penitus tolleretur, ſe contulit in Italiam, Romamque pervenit; plane dilucide ſatis cauſam inſinuant, cur e matris gremio filium ipſe eo modo ſubtraxerit. Quod licet audax Annonis facinus, hactenus intentatum, tamen a laudatis viris laudatum invenimus, & inter alios a Petro Damiani, dum hoc anno in Galliis legatione Pontificia fungeretur. Cujus extant litteræ ad eumdem Colonienſem Archiepiſcopum, dum eſſet in procinctu, conſcriptæ: quæ ſic ſe habent ex eodem codice baſilicæ Principis Apoſtolorum acceptæ:

*Domno Annoni reverentiſſimo Colonienſi Archiepiſcopo Petrus peccator monachus dignæ devotionis obſequium.*

XVIII. Epiſt. Petri Dam. ad Archiep. Colon. *In expeditionis exercitio conſtituti, digne non poſſumus iiſdem manibus, & ſtyli currentis articulum texere, & frœnis equorum fluitantibus, ut dignum eſt, deſervire. Sed licet melius ſit luculenter eloqui, quam mutire; verumtamen cum neceſſitas imminet, melius eſt utcumque mutire, quam penitus obmuteſcere. Cum nobis ad memoriam, venerabilis pater, labor tuus & ſtudium venit, nobilis*

PAGIUS II. *Damnatur in Concilio Osborienſi.* A num. XV. ad LXXII. *Sanctus Anno* Colonienſis Archiepiſcopus, ut Schiſma in ſuo ortu extingueret, *Henricum* Germaniæ Regem duodecim annorum puerum a matre *Agnete* Imperatrice ſubduxit, Conciliumque in Germaniæ loco, qui *Osborium* dicitur collectum. Ei Henricus Rex interfuit, *Cadalaus* damnatus, & Alexandri II. electio confirmata, ut narrat Baronius ex Petro Damiani in Epiſtola ad Cunipertum Taurinenſem Epiſcopum, qui & refert prolixam diſputationem Synodalem *inter Regis Advocatum, & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem*. Quare, confirmata electione Alexandri II. ab Henrico Rege omnia in integrum videbantur reſtituta. Illud hic non prætermittendum, in nullo ex noſtris Catalogis Cadali ſeu Honorii II. nomen legi; cum tamen alii Antipapæ in iiſdem ſæpe memorentur. Denique idem *Cadalus* in Osborienſi Concilio die XXVII. menſis Octob. in quam Vigilia SS. Simeonis & Judæ incidit, damnatus, ut patet ex verbis Leonis Oſtienſis, numero præcedenti recitatis.



*lis illa fides, atque prudentia Jojadæ ſacerdotis menti noſtræ ſubſequenter occurrit. Sicut enim ſacra (ut optime noſtis) teſtatur hiſtoria,* (a) 4. Reg. XI. *(b) Athalia uxor Joram, cum Ochoziam filium ſuum, Regem videlicet Iſrael videret extinctum, cœpit in omne ſemen regium immaniter fremere, poſteritatemque David crudelis Bellona tentavit funditus abolere. Sed inſignis ille ſacerdos Joas filium Ochoziæ pia & multis laudibus efferenda fraude ſurripuit, & occulte uſque ad ſeptennium intra templi ſepta ſervavit. Cui poſtmodum regalis ſceptri jura contradidit, eumque ad præſidendum Iſraelitico populo juxta proavorum ſuorum conſuetudinem roboravit. Mox vero, tamquam hoc egregio non ſufficeret ſacerdoti, confirmato Regis imperio, ad utilitatem ſacerdotii, ſive templi ſuam provexit induſtriam, & cum præfato Rege ad ordinandam & diſponendam conſacerdotum ſuorum ſe contulit diſciplinam. Nam & ſarta tecta templi, ut inſtaurarentur, inſtituit, & nonnulla, quæ ſacerdotibus competebant, edicta deprompſit.*

XIX. *Sciebat enim quod utraque dignitas alternæ invicem utilitatis eſt indigens: dum & ſacerdotium regni tuitione protegitur, & regnum ſacerdotalis officii ſanctitate fulcitur. Sed quid mihi per ſacræ lectionis ſeriem currere, niſi quia in te video ejuſdem operis ſimilitudinem noſtro tempore convenire? Servaſti, venerabilis pater, relictum tuis manibus puerum, firmaſti regnum, reſtituiſti pupillo paterni juris Imperium. Ad ſacerdotium quoque manum tuæ prudentiæ protinus extendiſti, dum & Parmenſis beſtiæ ſquamea colla Evangelici mucronis vigore præcidere, & Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem in ſuæ dignitatis elaboraſti ſolium reformare. Sed cœpto operi niſi poſtrema manus accedat, niſi adhibeantur adhuc illa, quæ reſtant, ſanctum veſtri operis ædificium minatur ut corruat.*

XX. *Cadalous enim ille ſanctæ perturbator Eccleſiæ, everſor Apoſtolicæ diſciplinæ, inimicus ſalutis humanæ, ille, inquam, radix peccati, præco diaboli, apoſtolus Antichriſti, ſagitta nimirum producta de pharetra ſatanæ, virga Aſſur, filius Belial, filius perditionis, qui adverſatur, & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, velut draco teterrimus adhuc ſufflat, adhuc fœtore venenatæ pecuniæ nares hominum fœdat, fidemque multorum vento perfidiæ vacillantem novus hæreſiarcha perturbat. Sicut enim Jovem in Danaes gremium per aureum imbrem deſcendiſſe fabularum commenta confingunt; ſic iſte per aurum de ſuæ Eccleſiæ ſacrilega dejectione quæſitum, adulterinum Sedis Apoſtolicæ concubitum quærit, & tamquam petulcus adulter ſuam explere libidinem in Romanæ Eccleſiæ violatione medullitus inardeſcit. Quamobrem, venerabilis pater, ut ſancti ſtudii tui labor ad effectum omnino perveniat, & per caudam tuitionis hujus, immo per unum putridum diaboli membrum apud opinionem hominum Romana Eccleſia non vileſcat, & hac occaſione (quod abſit) Chriſtianus populus in errore permaneat; neceſſe eſt, ut veſtra prudentia totis niſibus elaboret, quatenus generale Concilium quantocyus fiat, & pernicioſi hujus erroris ſpinas, in quo miſer mundus verſatur, evellat. Præterea libenter ad veſtræ ſanctitatis colloquium, ſi occaſio daretur, attingerem, ut communicandum conſilium, quod abſentia prohibet, viva conſerti ſermonis verba conferrent. Sed quoniam id fortaſſe non mereor; peto, quæſo, & humiliter ſuggero, ut ſancta veſtra prudentia Cadaloicam rabiem, qui latrare non deſinit, omnino conetur extinguere, quatenus Chriſtiana religio pacifica per vos valeat tranquillitate gaudere, ut regnum ac ſacerdotium optata per vos pace fruatur; is qui utriuſque dignitatis auctor eſt, pacis æternæ digna vobis prœmia largiatur. Sed dum equus offertur, dum ſocii omnes iter arripiunt:*

*Ecce brevem ſperno, * ſtrevæ veſtigia ſterno.*

Hæc Petrus ad Colonienſem Archiepiſcopum, & quidem non otioſe, ſed operoſe admodum: ſiquidem in opus ſtrenue Colonienſem Archiepiſcopum laboraſſe, quæ erunt dicenda, ſignificant.

XXI. Etenim nihil moratus, ubi Rex, & quæ ſpectarent ad regnum, collocata eſſent in tuto, ex Epiſcopis Germaniæ & Italiæ illis, quos tunc apud Regem reperiri contigit, ut Concilium cogeretur, operam dedit, cui & Rex ipſe etiam intereſſet. Sic igitur autumnali tempore Concilium collectum in Germaniæ loco, qui dicitur Osborium: ita namque apud Petrum Damiani dictum reperimus in duobus codicibus, quos vidimus. Concil. in Osborio. An autem mendoſe ita legatur, neſcimus; locus tamen nobis hactenus incompertus. At non incomperta, quæ in Synodo geſta ſunt, nempe damnatum fuiſſe ibidem Cadaloum, recitata ibidem ejuſdem Petri Damiani ſcriptione, qua texta haberetur longa diſputatio inter Advocatum Regium, & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem, ſicque omnium conſenſu conclamatam eſſe damnationem pſeudopontificis Cadaloi, Alexandri vero electionem comprobatam. Contigit autem ipſum Cadaloum damnari ipſis Vigiliis SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ,

anno jam vertente ab ipſius promotione facta (ut vidimus) eorumdem ſanctorum Apoſtolorum natali die, nempe vigeſimaoctava menſis Octobris. Porro concertationem illam inter Regium Advocatum, & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem, quam reperimus inter Petri Damiani ſcripta, ejuſdem auctoris eſſe non dubitamus: nam ab ejus ſtylo non abhorret, immo magnopere congruit. Verum ipſe non interfuit, neque intereſſe potuit, eodem tempore alterius legationis munere implicatus, ut, quæ inferius hoc eodem anno dicenda erunt, oſtendent. Quamobrem ab illo ad Synodum miſſam eſſe, & inter Acta ſynodalia, ubi probata fuit, relatam eſſe, par eſt credere. Sed accipe ipſam, quam ex duobus exemplaribus hic tibi deſcribendam curavimus. Sic enim ſe habet ejus titulus:

### Diſceptatio Synodalis inter Regis Advocatum, & Romanæ Eccleſiæ Defenſorem.

XXII. *Ipſo exordio Petrus Damiani ejuſdem operis auctor compellans impium Cadaloum Antipapam, poſt alia, quæ in eum dixerat, hæc habet: Sed ad hæc gloriaris, & jactas: Rex me & Imperatrix mater elegit, ad hunc apicem me regia celſitudo provexit: ſed cum hinc aula regia ſuum tueatur electum; illinc Romana Eccleſia proprium defendat Antiſtitem, jam in ſolio conſtitutum, dignum eſt, ut ſanctorum atque prudentium ſacerdotum multitudo conveniat, & hanc quæſtionem ventilans, ſub canonici juris auctoritate diſcernat. Quoniam & in proximo, ut ſperamus, fiet hic Osborienſe Concilium, hic jam ejuſdem Concilii conſtituamus velut in quadam tabella picturæ præludium. Juxta juſſionem ergo (a) Danielis, Patrum throni ſint poſiti, judicium ſedeat, libri aperiantur, & ſolutionis indiga quæſtio in medium deducatur. Hic itaque Romanæ Defenſor Eccleſiæ ſuas allegationes inferat: illic Advocatus Regius propriæ partis argumenta depromat. Taceat Parma cum ſuo hæreſiarcha, advocatio tantum regia, & Romana invicem colloquatur Eccleſia: ſanctorum vero ſacerdotum erecti ſint animi, ut & quæ utrimque dicenda ſunt, conferant, & peroratæ cauſæ judicialiter ſententiæ calculum ponant. Age igitur, Defenſor Apoſtolicæ Sedis incipiat; deinde Regius Advocatus, quæ ſibi videbuntur, oſtendat.*

(a) Dan. 7.

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXIII. *Cum beatitudo veſtra, venerabiles Patres, ſuper Apoſtolicæ Sedis negotio diſputat, ad cunctas Eccleſias pertinere, quod verſatur in manibus, non ignorat. Hac enim ſtante, reliquæ ſtant: ſin autem hæc, quæ omnium fundamentum eſt & baſis, obruitur; cæterarum quoque ſtatus neceſſe eſt collabatur. Omnis autem ſive Patriarchatus cujuſlibet apicem, ſive Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuum cathedras, vel Eccleſiarum cujuſcumque ordinis dignitates, ſive Rex, ſive Imperator, ſive cujuſlibet conditionis homo purus inſtituit, & (prout voluntas, aut facultas tulit) ſpiritualium prærogativarum jura præfixit: Romanam autem Eccleſiam ſolus ille fundavit, & ſupra petram Fidei mox naſcentis erexit, qui beato vitæ æternæ Clavigero terreni ſimiliter & cæleſtis imperii jura commiſit. Non ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud Verbum, per quod conſtructum eſt cælum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundavit Eccleſiam. Illius certe privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium, quia quiſquis cuilibet Eccleſiæ jus ſuum detrahit, injuſtitiam facit: qui autem Romanæ Eccleſiæ privilegium, ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæreſim labitur: & cum ille notatur injuſtus; hic eſt dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui adverſus illam agit, quæ mater eſt Fidei; & illi contumax invenitur, qui eam cunctis Eccleſiis prætuliſſe cognoſcitur. Cum hoc igitur veſtra ſanctitas indubitanter agnoſcat, vos, qui non quilibet, ſed nobiliores & egregii eſtis filii Romanæ Eccleſiæ, pietatis viſcera circa matrem veſtram compatientes oſtendite, & utrum deſtrui debeat, ſibimet eligendo Pontificem, judicate. Mirum quippe eſt, ſi, quod minoribus Eccleſiis canonicus vigor attribuit, illi ſoli, quæ caput eſt omnium, non permiſit.*

Cauſa Rom. Eccl. qualis.

### Regius Advocatus.

XXIV. *Prolixa declamatio dedit attentionem, benevolentiam, atque docilitatem, & hoc potius juxta conſuetudinem fori judicialis, quam ſecundum regulam Concilii ſynodalis: ubi ſcilicet non magnopere curare debemus elucubratæ locutionis urbanitatem, ſed vivæ ſententiæ potius puritatem. Ad querelam ergo coram ſanctis ſacerdotibus deponendam ſufficiat nobis dicere, quoniam inthronizaſtis Papam ſine conſenſu domini noſtri Regis, ad injuriam ſcilicet atque contemptum regiæ majeſtatis.*

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXV. *Ordinationem Papæ factam diffiteri nec poſſumus, nec debemus; Regis autem injuriam modis omnibus propulſamus. Sed*





*videamus primo ſi placet, utrum Papa ſine Rege potuerit fieri, & ſic poſtmodum de Regis diſputemus injuria.*

### Regius Advocatus

*Per te liquido novimus, quia illi debent Pontificem, cum ordinatur, eligere, quos ſibi, poſtquam ordinatus fuerit, canonica decrevit auctoritas obedire: Papæ vero, quia univerſalis eſt Pontifex, non modo Romanus populus, ſed Romanus Imperator, qui caput eſt populi, obedientiam det: cenſendum ne ergo eſt, ut Papam ſine capite ſuo populus eligat, & ei, quem non elegit Imperator, obediat? Conſtat ergo, quod niſi Romani Regis aſſenſus acceſſerit, Romani Pontificis electio non erit perfecta.*

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Perhibendum eſt itaque juxta veſtræ diſputationis articulum, quod neque Stephanus, nec Xyſtus, neque Cornelius, non denique Clemens, non Silveſter, non ipſe beatus Petrus Papali nomine digni ſunt, qui ab Imperatoribus eorumdem tempore electi non ſunt.*

### Regius Advocatus.

*Gentiles Reges non ſunt adhibendi ad hujus, de qua loquimur, electionis exemplum: qui quoniam ignorabant Fidem Chriſtianam, Chriſtianorum non poterant ordinare Pontificem. Cæterum Chriſtiani Principes ſemper Romanos elegere Pontifices.*

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXVI. *Qui mentitur in communi colloquio, mendax dicitur; qui autem in præſentia venerabilium ſacerdotum falſa protulerit, ſacrilegii procul dubio crimen incurrit. Dixiſti Chriſtianos Principes Romanos ſemper elegiſſe Pontifices; percurre mecum Eccleſiaſticæ antiquitatis hiſtorias, Romanorum Præſulum catalogum ſtudioſe diſquire, & cum perpaucis inveneris in electione ſua regium acceſſiſſe conſenſum, confitere te perſpicuum protuliſſe mendacium. Quis enim Rex Antonii filium Damaſum Hiſpanienſem? quis Innocentium Innocentii filium Albanenſem? quis denique Zoſimum Græcum Ebramii filium elegit? Quis præterea Leonem Quintiani filium de Tuſcia? quis Hilarium Criſpini filium de Sardinia? quis Cæleſtinum Priſci Romani civis filium? quis Bonifacium, quis Anaſtaſium æque Romanos? Denique multos attexerem, niſi faſtidium generarem. Sed ne me putes non habentem copiam, ab eorum enumeratione deficere. Quis Imperatorum elegit Simplicium Tiburtinum? Felicem natione Romanum? quis Gelaſium Afrum Valerii filium? quis Symmachum Sardiniæ provinciæ filium Fortunati? quis Hormiſdam filium Juſti, natione Campanum? Joannem origine Tuſcum, Felicem natione Samnitem, Bonifacium Gibaldi filium, Mercurium Projecti, Agapitum Gordiani, natura Romanos?*

XXVII. *Quis enim Regum electioni cujuſlibet iſtorum ſuum legitur adhibuiſſe conſenſum? cum eorum temporibus Romanæ Reipublicæ Chriſtiani Principes præfuiſſe legantur, id eſt, Valentinianus Senior; Valens frater ejus, qui occiſus eſt in pugna Gothica prope Hadrianopolim; Gratianus, qui a Maximo tyranno peremptus eſt; Valentinianus Junior, qui necatus eſt a comite ſuo Viennæ; deinde Arcadius, Honorius, Theodoſius; Joannes ille, qui apud Ravennam occiſus eſt; Valentinianus Tertius, qui in campo Martio eſt peremptus; Martianus, Leo Majorianus, Severus Anthemius, Olybrius, Glycerius, Zeno Nepos ille, qui in villa ſua occiſus eſt juxta Salonas, Auguſtulus, Anaſtaſius, Juſtinus, & cœteri Romani Imperatores; quos evitandi lacinioſi ſtyli cauſa prætereo. Da mihi ergo eorum, quos enumeravimus, aliquem vel præſulem requirentem, vel Principem aſſenſum in electione præbentem, & ego do manum, ac te perhibeo laureandum: alioquin ſi dare non poteris, in hoc te convictum per omnia perneceſſe eſt fatearis. Quod autem beato Gregorio legitur adhibuiſſe Mauritius Imperator aſſenſum, & perpauci alii Principes aliis promovendis: hoc dictavit perturbatio temporum & tempeſtas horrenda bellorum.*

### Regius Advocatus.

XXVIII. *Si mentiri eſt contra mentem loqui, temerarium eſt mendacii tam procaciter argui, qui non utique falſum, ſed verum me dixiſſe putavi: tamen aſſentior, & in hoc ſuperatum me eſſe non abnuo.*

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Edictum Conſtant.

*Ut autem id ipſum adhuc manifeſtius pateat, & te ſuper hac dimicandi materia perdidiſſe, tibimet ipſi clarius innoteſcat, lege Conſtantini Imperatoris edictum, ubi Sedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper omnes in orbe terrarum eccleſias principatum. Nam poſtquam ſupra corpus beati Petri baſilicam fundator erexit, poſtquam Patriarchium Lateranenſe in beati Salvatoris honore conſtruxit, mox per Imperialis Reſcripti ſeriem Romanæ Eccleſiæ conſtituit dignitatem. Ubi nimirum beato Silveſtro, * ſuiſque ſucceſſoribus obtulit, ut regali more, & au-*

* f. ejuſque

* rea corona * plectatur in capite, & cœteras regii cultus infulas uſurparent.

XXIX. Verum beatus Silveſter ornamenta, quæ ſacerdotali congruere judicabat officio, in proprios uſus aſſumpſit; coronam vero, vel cœtera, quæ magis ambitioſa, quam myſtica videbantur, omiſit. Cui etiam Conſtantinus Lateranenſe palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo jure conceſſit; regnum Italiæ judicandum tradidit. Nam & ipſius Regis hæc verba ſunt: Unde, inquit, congruum inſpeximus, noſtrum Imperium & regni poteſtatem Orientalibus transferri & tranſmutari regionibus, & in Byzantia provincia in optimo loco nomini noſtro civitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium. Quoniam ubi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, juſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Audiſti, quia terrenus Imperator non habet in Romana Eccleſia poteſtatem: quommodo ergo ſine illius arbitrio, qui poteſtatem ibi non habet, non licet eligi ſacerdotem? Ipſe vero Conſtantinopolim, velut in ſecunda Roma perpetuo regnaturus abſceſſit. Longe vero poſt Theodoſius Imperator beati Pauli baſilicam cœpit; quo defuncto, filius ejus Honorius eamdem baſilicam ad calcem uſque perduxit. Hi quoque Romanæ Eccleſiæ privilegium nihilominus firmarunt. Quomodo ergo prærogativam ſibi in Romani Pontificis electione relinquèrent, qui Romanam Eccleſiam nequaquam ſibi ſtuderunt ſubdere, ſed præferre? non præcipere, ſed parere? non præcellere, ſed ſubeſſe?

Regius Advocatus.

XXX. Aſſentior plane & ratum duco, quod loqueris: ſed eſto quod nunc regia celſitudo ex antiquorum conſuetudine Principum hoc ſibimet allegare non poſſit; verumtamen tu hoc negare non potes, quod pater domini mei Regis piæ memoriæ Henricus Imperator factus eſt Patricius Romanorum, a quibus accepit in electione ſuper ordinando Pontifice principatum. Huc accedit quod præſtantius eſt, quod Nicolaus Papa hoc domino meo Regi privilegium, quod ex paterno jam jure ſuſceperat, præbuit, & per ſynodalis inſuper decreti paginam confirmavit. Cum ergo privatus quiſque a ſuo decidere jure non debeat, donec ventilato negotio judicialis in eum ſententia promulgetur; quo pacto majeſtas regia prærogativam hanc ſuæ dignitatis amiſit, quam & ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate percepit, & ex paterno Imperialis faſtigii, jure ſuſcepit? quo inquam, modo in Romana Eccleſia dignitatis adeptæ locum ſine judicio perdidit, qui Romanam Eccleſiam non offendit?

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXXI. Privilegium invictiſſimo Regi noſtro ipſi quoque defendimus, & ut ſemper plenum, illibatumque poſſideat, optamus. Porro autem Romana Eccleſia multo nobilius atque ſublimius, quam mater carnis, mater eſt Regis: illa ſiquidem peperit, ut per ejus traducem revertatur in pulverem; iſta genuit, ut Chriſti ſine fine regnantis efficiat cohæredem. Et cuncti liquido novimus, quia Rex licet egregiæ indolis, tamen adhuc puer eſt. Quid ergo mali fecit Romana Eccleſia, ſi filio ſuo cum adhuc impubis eſſet, cum adhuc tutela egeret, ipſa tutoris officium ſubiit, & jus quod illi competebat, implevit? Quis neſcit, quia ſacerdotem eligere puer ignorat? Sæpe mater judicis tribunal irrumpit, teſtes adſciſcit, Notarios convocat; ſicque per aſtipulationes & rata, & inſuper apicum monimenta omnia bonorum ſuorum filio jura delegat: interim tamen uſque dum ille ad juvenilis ætatis incrementum perveniat, & rationis capax fiat, illa cuncta diſpenſat, omnia ordinat, ſicque quod jam alieni juris eſt patrimonium, ad propriæ diſponit proviſionis arbitrium. Numquid ob hoc dicenda eſt mulier illa filio ſuo conceſſa ſubtrahere? immo verius perhibetur, ut puto, pietatis ſtudio deſervire. Quia quæ rudis adhuc filius dilapidare ac prodigere poterat? hæc illa ſibimet apte diſpoſita, caute retenta, & rationabiliter ordinata conſervat. Carnalis ergo mater adjuvat filium in rebus terrenis; & mater Eccleſia filio ſuo Regi præbere non debet auxilium in ſpiritualibus donis? * Obtumeſcat ergo plectenda verſutia, quæ ſcilicet hoc damnat, quod prædicare debuerat; illi crimen imponere nititur, quæ pro beneficiis gloriam promeretur. Huc accedit, quia nonnumquam ob varietatem temporum * ſæpe mutandus eſt ordo cauſarum. Tunc enim, * quoniam Pontificem ſibi Romana percepit Eccleſia, tantæ ſimultatis fomes in * ſeditionis cives accenderat, tantus livor & odium tumultuantis populi corda turbaverat, ut de tam longinquis terrarum ſpaciis nequaquam regiæ clementiæ præſtolari poſſemus oraculum. Niſi enim quantocyus ordinaretur Antiſtes, pernicioſus in populo gladius mutuis vulneribus deſæviret, & non parva Romanorum civium ſtrages fieret.

* obmuteſcat
* videtur abundare
* f. quando
* f. ſeditiones.

Regius Advocatus.

XXXII. Obtende quod vis, argumentare quod placet, dummodo conſtet, quia nullatenus



nus debuit immutari, quod Papa conceſſit, quod decreto conſtituit, quod ſcriptione firmavit.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Quid mirum ſi hominis carnis adhuc fragilitate circumdati ſtatuta mutentur, quoniam omnipotens Deus, qui videlicet omnia quæ futura ſunt novit, ea quoque, quæ a ſemetipſo conſtituuntur, immutat? Nam ex eo quod promittit, aliquando aliquid minuit, vel etiam totum ſubrahit; aliquando mala minatur, & non infligit.

Regius Advocatus.

Ea quæ propoſuiſti ſcripta, declarentur exemplis. Quid eſt ergo quod Deus unquam promiſit, & minuit?

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXXIII. Si non excidit, reminiſci potes, quod dixit Dominus ad Noe: (a) Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, eruntque dies illius centum viginti annorum. Sed cum Scriptura commemorat quingentorum tunc annorum extitiſſe Noe, quando hæc ſibi Dominus loquebatur, ſexcentorum tunc jam eſſe, cum cataclyſmus erupit: liquido patet, viginti annos de præſcripti numeri ſpacio fuiſſe ſubtractos, vitæque ſpacium, quod humano generi Deus promiſit, imminuit, quia perverſitatis eorum reatus excrevit. Inde quoque per os (b) Patriarchæ Jacob promiſit Spiritus ſanctus, dicens: Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt. Et tamen nec temporibus Judicum legimus viros de tribu Juda ſemper ſuper Iſrael tenuiſſe ducatum, nec Reges ex eadem tribu principatum tenuiſſe uſque ad Chriſti reperiuntur adventum. Conſtat ergo quia Deus omnipotens ſæpe quod homini promiſit, imminuit, quoniam homo, quod Deo debuerat, non implevit.

(a) Geneſ. 6.
(b) Ib. 49.

Regius Advocatus.

Doce & ubi Deus promittit bonum aliquod, & efficaciter non implevit.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXXIV. Recordare quid dixit Dominus ad Joſiam (c) Regem Juda. Pro eo, inquit, quod vidiſti verba voluminis, & perterritum eſt cor tuum; & humiliatus es coram Domino, auditis ſermonibus contra locum iſtum, & habitatores ejus, & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleviſti coram me; idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulcrum tuum in pace. Et tamen paulo poſt Scriptura dicit: In diebus ejus aſcendit Pharao * Necho Rex Ægypti contra Regem Aſſyriorum ad flumen Euphratem, & abiit Joſias in occurſum ejus, & occiſus eſt * Magedo cum vidiſſet eum. Ad Sedeciam quoque Regem Juda per Jeremiam dicitur: (d) Audi verbum Domini Sedecia Rex Juda: Hæc dicit Dominus ad te: Non morieris in gladio, ſed in pace morieris, & ſecundum combuſtionem patrum tuorum Regum priorum, qui fuerunt ante, ſic comburent te, & væ Domine, plangent te, quia verbum hoc ego locutus ſum, dicit Dominus. Quod nimirum quomodo potuit fieri, qui ſeriem ſcrutatur hiſtoriæ, numquam poterit invenire. Nam poſtquam a Rege Babylonis ſemel eſt captus, Babyloniamque tranſlatus, numquam legitur ulterius ab ejus vinculis abſolutus. Juſto ergo Dei judicio ſubtrahit Deus nonnumquam homini bona quæ promiſit, cum rebellis homo illius ſervare mandata contemnit.

(c) 4. Reg. 22.
* al. Nechao
* Magedo
(d) Jer. 34.

Regius Advocatus.

Proſequere etiam, quomodo Deus quod minatus eſt, non infligit.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXXV. Nemo, qui limen eccleſiæ terit, ignorat, quia (e) Jonas ad Ninivem a Domino miſſus exclamavit, dicens: Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur. Sed quia civitas illa ad Deum toto eſt corde converſa, nequaquam juxta minacem Domini ſententiam excidii eſt everſione deleta. Cum ergo Deus omnipotens non modo verax, ſed & ipſa ſit veritas, inviolato conſilii ſui manente propoſito, exterioris judicii ſui ſæpe variat ordinem, juxta humani ſive probi, ſive improbi meriti qualitatem, quatenus & a pravitate correctus, quod Deus juſte minatur, evadat, & prolapſus in culpam, nullatenus quæ pollicetur bona percipiat; hinc eſt quod per Jeremiam dicit: (f) Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra, & audite vocem Domini Dei veſtri, & pœnitebit Dominum mali, quod locutus eſt adverſus vos. Hinc eſt, quod ad (g) Heli quoque per virum Dei Dominus ait: Loquens locutus ſum, ut domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo uſque in ſempiternum. Nunc autem, dicit Dominus, abſit hoc a me, ſed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me erunt ignobiles.

(e) Joan. 3.
(f) Je. 17.
(g) 1. Reg. 2.

Regius Advocatus.

XXXVI. Recte plane cuncta * propoſueras, perſpi-

* f. quæ propoſueras

ſpicuis roboraſti teſtimoniis Scripturarum; attamen ad ſuperiora pauliſper revertere, & juxta tuæ ſponſionis elogium de domini mei Regis injuria rationem redde.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Glorioſo Regi in eligendo Pontificem, abſit, ut nos intulerimus injuriam, cum ad hoc nos, ſicut ſuperius dictum eſt, neneſſitas impulerit, non rapina; ad hoc, inquam, nos invitos traxit imminens periculum civilis belli, non lædendi, vel minuendi hujuſmodi Imperii.

Regius Advocatus.

Civile bellum obiicis, imminens periculum in tuæ allegationis defenſione prætendis; dicatur etiam, ſi placet, quod
* excidium
cœlum rueret, terra * ſubcicinium pateretur: perge adhuc addens, quod pondus areſceret, terram diluvium inundaret. Quid mihi omnia hæc, dum conſtet, quia quidquid accideret, nullo modo ſancti Papæ ſententiam debuiſti infringere, nulla ratione ſynodalis decreti myſterium licuit violare? Sicut enim Scriptura perbibet, melius eſt ut oriatur ſcandalum, quam ut veritas relinquatur. Nam ſi hoc bellum timuiſſent beati Mar-
* facti fuiſſent.
tyres, * fierent proculdubio ſanctæ militiæ deſertores.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXXVII Non ignoras, quod inter omnes ſanctos Martyres Petrus & Paulus in Apoſtolici Senatus culmine poſſident principatum.

Regius Advocatus.

Hoc ſicut negare ſacrilegum eſt, ita etiam affirmare ſuperfluum.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Eorum ſunt nobis tenenda veſtigia, eorum forma juris eſt actibus imprimenda, ſub eorum magiſtra debemus vivere diſciplina.

Regius Advocatus.

Hoc utique clarum eſt, perſpicuum eſt; ſed quid a te portenti, quid præſtigii ſub hoc funiculo inductionis alatur ignoro.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XXXVIII. Tolle præſtigium, intellige veritatem, times me tamquam tibi tendiculas ſub-
(a) Gal. 2.
ſtruentem: audi Paulum (a) de capite ſuo Petro veraciter perbibentem: Petrus,
* venirent.
antequam * veniret quidam a Jacobo, cum Gentilibus edebat; cum autem veniſſent, ſubtrahebat ſe, & ſegregabat, timens eos qui ex circumciſione erant. Cernimus ergo Petrum non rigidum, ſed diſcretum. Timebat enim Judæos, ne per occaſionem Gentium a Fide recederent Chriſtianorum; & ne perderet gregem creditum, boni paſtoris eſt imitatus exemplum: factus eſt enim Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifaceret. Sicut Chriſtus apparuit in forma carnis peccati, ut a peccatis hominem liberaret: & cum legem Moyſi non ambigeret abolendam; conſulens tamen adhuc rudibus & infirmis fratribus, tenuit ad tempus umbram legis, ut eos quoque proveheret ad perfecte noſcendam plenitudinem veritatis. In hoc ergo beatus Petrus diſcretionis nobis regulam dedit, quatenus aliquando, ubi tamen non plurimum noceat, declinemus aliquantulum a tramite rectitudinis, ut conſulere valeamus infirmis.

Regius Advocatus.

Qui dicis, quod Petrus aliquando legem judaicam tenuit, cur non dicis, XXXIX.
quod in eadem Epiſtola legitur, nimirum quia (b) Paulus in facie eum repre- (b) Gal. 2.
hendit: In faciem, inquit, ei reſtitit, quia reprehenſibilis erat. Eique dixit: Si tu, cum ſis Judæus, Gentiliter, & non Judaice vivis, quomodo cogis Gentes Judaizare? Cum ergo illud præmiſiſti, iſtud quare ſilentio ſuppreſſiſti?

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Quod Petrus egit compaſſione miſericordiæ, hoc Paulus arguit pro magiſterio diſciplinæ: ille quod fecit diſpenſative ut infirmis tolleret, ſcandalum; hoc iſte corripuit, ne indiſcretus quilibet paſſim adduceret in exemplum: in Petro diſcamus, ut periculo.... imminente diſcreti Pauli ſermonibus inſtruamur, ut ſanis rebus vita noſtra mere deſerviat rectitudini.

Regius Advocatus.

Laudo quidem redditam rationem; ſed cum duorum Apoſtolorum propoſueris magiſterium, mirum * cum prætermiſſo Paulo, ſolum Petrum adduxeris in exem- * f. cur
plum.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Noli, frater, pueriliter currere, im- XL.
mo noli volare, ſed perge; pro gravitate quippe negotii prolatio eſt quoque moderanda ſermonis. Audi etiam conſequenter & Paulum, diſcretionis aureæ lineam noſtris oculis opponentem, ejuſdemque diſpenſativæ compaſſionis auctorem. Sicut etiam Apoſtolicorum Actuum (c) te- (c) Act. 16.


ſtatur hiſtoria, perambulabat Paulus Syriam, & Ciliciam, confirmans eccleſias, pervenitque in Derben, & Lyſtram: & ecce diſcipulus quidam erat nomine Timotheus, filius mulieris viduæ Fidelis, pater autem gentilis. Hunc ergo, ut ad compendium veniamus, Apoſtolus circumcidit, quoniam Judæos, immo Judæis, qui in illis erant regionibus, timuit. Cur itaque circumcidit Fidelem hominem, non Judæum, qui videlicet incircumciſus erat, & natione gentilis, niſi ut diſcretionis ſtudio deſerviret, ne Judæi Fideles in ſcandalum corruentes a Fide recederent? Hoc etiam nunc ad memoriam redit, quo-
(a) Ib. 18. niam aliquando juxta morem (a) Nazaræorum comam ex voto nutrivit, & poſtquam navigaſſet in Syriam, in Cenchris poſitus caput juxta legis mandata totondit. Refert adhuc Lucas ſacræ ſcriptor hiſtoriæ: Cum veniſſemus, inquit, Jeroſolymam, libenter ſuſceperunt nos fratres, & ſequenti die Jacobus, & omnes ſeniores, qui cum eo erant, Evangelio il-
(b) Ib. 21. lius comprobato dixerunt ei: (b) vides frater, quot millia ſunt in Judæis, qui crediderunt in Chriſto, & omnes æmulatores ſunt legis.

XLI. Audierunt autem de te, quod diſceſſionem doceas, a Moyſe eorum, qui per Gentes ſunt Judæorum, dicens non debere, eos circumcidere filios ſuos, nec ſecundum conſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? utique oportet convenire multitudinem; audient enim te ſuperveniſſe. Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis quatuor viri votum habentes ſuper ſe, his aſſumptis ſantifica te cum ipſis, & impende in illis, ut radant capita; & ſcient omnes, quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. Tunc Paulus aſſumptis viris, poſteriori die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoque eorum oblatio. Cur itaque Paulus juxta cærimonias Judæorum caput raſit, nudipedalia exercuit, ſacrificia obtulit, & legem deſtruens, legis præcepta ſervavit? cur, inquam, hæc omnia, niſi ut his qui ex Judæis Fideles extiterant, ſcandalum tolleretur? formam ſuſcepit ægritudinis, ut morbos auferret ægrotis; ſervavit
(c) Phil. 3. cærimonias legis, de quibus tamen in Epiſtola dicit: (c)

XLII. Quæ mihi fuerunt lucra, facta ſunt detrimenta, & propter Chriſtum arbitror velut ſtercora. Circumcidit hominem, & tamen hoc terribiliter clamat: Dico, inquit, vobis, quia ſi circumcidamur, Chri-
(d) Gal. 5. ſtus nihil nobis proderit. (d) Quod, quæſo, majus peccatum eſſe poterit, quam Chriſtum perdere, Chriſtianæ religionis regulam violare, Judaicæ legis ritus inducere, novam Evangelii gratiam impugnare? & tamen hæc Apoſtolus Paulus in ſuperficie feciſſe conſpicitur, ne in ipſis novæ Fidei rudimentis mentes adhuc teneræ ſcandala paterentur. Quantumnamque in exterioribus cernitur, Cherinthus, & Ebion nil pene pejus inveniuntur egiſſe, quam Paulus, qui nimirum in Chriſtum credentes, propter hoc ſolum a Patribus anathematizati ſunt, quia legis cærimonias Chriſti Evangelio miſcuerunt, & ſic nova confeſſi ſunt, ut vetera non mutarent. Sed ecce cum dicitur, quoniam Jacobus, & omnes ſeniores hoc Paulo conſilium dederunt; omnes ergo Diſcipuli, quod Paulus fecit, pariter fecerunt; unumque ſcilicet habent in hoc meritum, & qui fecit, & qui faciendi dedere conſilium.

Si ergo ipſi Principes mundi, quorum XLIII.
legibus parent non modo regna terrarum, ſed ipſa etiam celſitudo cælorum, non dubitavere pro paucis, qui tunc erant, hominibus, in tam periculoſo negotio condeſcendere: cur nobis utique parvulis, & infra eorum veſtigia longe jacentibus non licuit innumerabili Romanæ Urbis multitudini ſubvenire? Sed quid Apoſtolos loquimur ſcandalum caviſſe debilium, & noviter converſorum; cum & ipſe illorum Magiſter & Dominus, cujus nimirum omnia ſæcula ſubſternuntur imperio, ad noſtræ imitationis exemplum, ſcandalum præcaverit Judæorum? (e) Simon, in- (e) Mat.
quit, Reges terræ a quibus accipiunt tri- 17.
butum, a filiis ſuis, an ab alienis? quo reſpondente, ab alienis: Jeſus ſubjungit: Ergo liberi ſunt filii. Ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, mitte hamum, & eum piſcem, qui prius aſcendet, tolle, & aperto ore ejus invenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me & te. Ad molliendum ergo rigorem rectitudinis, ad tuendam virtutem diſcreptionis, ſi tibi Petrus non ſufficit ad exemplum, junge & Paulum. Quod ſi procaci contumaciæ nequeunt uterque ſufficere, pudeat te ultra Jeſum per dicacitatis ineptiam
proſilire: (f) Finis enim legis Chriſtus (f) Rom.
ad juſtitiam omni credenti. 10.

Regius Advocatus.

Diſcretionis virtutem tot Scripturarum XLIV.
teſtimoniis approbatam improbare non poſſumus; ſed abſit, ut ulla virtus ſit tam ſublimis, tamve præcipua, cujus tuendæ ſtudio in anathematis barathrum corruere debeamus. Nam cum omne, quod nobis ex divina lege præcipitur, ad hoc procul dubio tendat, ut nos Creatori noſtro ſocietate æterna conjungat; ſi nos ab eo, quod abſit, per maledictionis ſententiam contingat abſcedere, quæ virtus, quæ diſcretio, quæ, ſicut dicitur, pia compaſſio tam incomparabile damnum nobis

*bis poterit compenſare? Sane ſi propter hoc ſolum virtus appetitur, ut omnipotentis Dei ſocietas acquiratur, qualis jam illa virtus eſſet, quæ nos a divini contubernii ſocietate repellat?*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Hæc cur proſequaris, quia nobis occulta ſunt, evidenter expone.*

Regius Advocatus.

XLV. *Synodalis enim decreti pagina quam cum Concilii totius aſſenſu beatus Nicolaus Papa conſtituit, cui quippe manus articulum indidit, quam tot Epiſcoporum venerandus celebriſque conventus ſubſcriptione firmavit, anathematis vinculo juxta morem carere non potuit. Unde vos pro compaſſione, vel condeſcenſione, neſcio quam dicitis furentis populi, nequaquam voſmetipſos deberetis tam inenodabiliter ſententiæ nexibus irretire. Ridiculum quippe eſt, ſic obrutum de voragine marini fluctus eruere, ut ipſe compellatur ereptor undoſis procellarum ſpumantium cumulis ſubdere.*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

XLVI. *Cum hæc inconſultius loqueris, Andabatarum adverſum me more confligis, qui nimirum dum clauſis ſemper oculis pugnant, alios quidem vulnerant, ſed quomodo ſeipſos a vulneribus tueantur ignorant. Dicis, quia nequaquam debemus in anathema corruere, etiamſi per hoc valeamus infirmis fratribus ſubvenire. Huc vibraſti gladium, tentaſti vulnus infligere, ſed tibimet ubi clypeum opponeres, non vidiſti. Numquid tibi jam de memoria excidit, quod ſuperius protuli, quoniam beatus Paulus (a) in Epiſtola* (a) Gal. 5. *ſua dicit, quia ſi circumcidamur, Chriſtus nihil nobis proderit? Et tamen quod tam diſtricte probibuit, ipſe pro charitate fratrum infirmantium, ne ſcandalum paterentur, implevit. Quod enim majus, ſive deterius poterit quis anathema ſubire, quam cui negatum eſt, Chriſtum pro ſui reatus damnatione prodeſſe? Nam cui Chriſtus non prodeſt, procul dubio anathema eſt: nihilque eſt aliud anathema aliquem fieri, niſi a Chriſti, in quo benedicuntur omnes gentes, ſocietate repelli. Si ergo Paulus hoc anathema pro charitate fratrum ſubire non timuit, immo prorſus evaſit, cum non qualemcumque hominem, ſed Chriſtianum utique diſcipulum circumcidit; tu quæſo, ubi cordis oculos amiſiſti, qui, quod Apoſtolus fecit, non faciendum eſſe teſtaris? ipſe enim dicit: (b) Quæcum-* (b) Rom. 15. *que ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.*

Regius advocatus.

*Veriſimile eſt, quod ſicut Paulus Coapoſtolum ſuum Petrum de Judaizandi rediviva uſurpatione corripuit; ita nihilominus & in ſemetipſum, poſtquam diſcipulum circumciderat, reprebendat: nec mihi hoc aliter umquam poterit perſuaderi, niſi fortaſſis in ejus verbis aliquatenus valeat inveniri.*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Ut nullus ambiguitatis nævus in tua mente remaneat, ut nulla cor tuum ſuper boc negotio deinceps caligo confundat, audi quid idem Paulus ad Romanos dicat (c): Veritatem dico, in Chriſto non* (c) Rom. 5. *mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, quoniam triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo; optabam enim ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ. Ecce Paulus cum non ſit ſicut nos, neceſſitate coactus, ſponte ac voluntarie deſiderat anathema eſſe pro fratribus; & tu mihi proponis anathema timendum, ubi me perſpicis & inevitabili prorſus neceſſitate fuiſſe conſtrictum, & charitatis ſtudio, ne tanta fratrum multitudo corrueret, inclinatum. Audi etiam quid Moyſes pro populo Iſraelitico poſtulans dicat (d); Obſecro* (d) Exod. *Domine, peccavit populus iſte peccatum* 32. *maximum, feceruntque ſibi deos aureos; aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facias, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Quod nimirum pleniter fiet, cum reprobis in Judicio dicet: Ite maledicti in ignem æternum. Ecce hic Paulus optat anathema pro fratribus fieri: ecce illic Moyſes poſtulat ex Dei libro pro populi, quem ducebat, charitate deleri; & ſola Romana Eccleſia quæ pietatem, & charitatem toto terrarum orbe ſpiritualiter & principaliter docet, ex imminentibus vibratis undique gladiis filios ſuos, quos quotidie per ſacri baptiſmatis myſterium generat, liberare non auderet? Maledictus vir, ait (e) Saul,* (e) 1. Reg. *qui comederit panem uſque ad veſperam,* 14. *donec ulciſcar me de inimicis meis.*

XLVIII. *In hoc, ſicut legitur, anathema Jonathas cecidit, ſed eum ab imminenti mortis ſententia, charitas, qua pro populo ſtrenue dimicaverat, liberavit. Vis audire quid etiam de ipſo Jeſu totius benedictionis auctore idem Apoſtolus dicat? Chriſtus, inquit, (f) ut nos liberaret a ma-* (f) Gal. 3. *ledicto legis, factus eſt maledictum. Si ergo ipſe auctor benedictionis æternæ, ut nos a vinculo maledictionis abſolveret, maledictioni non dedignatus eſt ſubjacere: ſi Sancti quique vel novi, vel veteris Teſtamenti, dum ſui capitis imitantur exemplum, & infirmis ſubvenire*

*fra-*



*fratribus in periculis concupiſcunt, anathematis ſubire ſententiam nullatenus per horreſcunt: cur uni mihi niteris imputare peccatum, & charitatem ad hoc me induxiſſe non perſpicis, quæ operit multitudinem peccatorum? Quomodo autem me cujuſlibet hominis ſententia ligat, quem charitas ipſa, quæ Deus eſt, liberat? Erubeſcat igitur humani anathematis imputator, cum per charitatis gratiam mecum ſit æternæ benedictionis indultor.*

Regius Advocatus.

XLIX. *Cuicumque in diſputatione certanti veritas ipſa defecerit, ineptum eſt adhuc per ambages, atque verſutias pertinaciter niti; ridiculum eſt diutius verbis prolixioribus immorari: de vinculo ſiquidem anathematis, quo te hactenus arbitrabar aſtringi, ita te naviter expediſti, ut nihil de cætero tibi valeat obiici, nihil ſuper hoc capitulo rationabiliter poſſit opponi. Verumtamen adhuc video mihi materiam ſupereſſe, quam tibi valeam non ſine cauſa reluctatori obiicere. Dicitis quia neceſſitate conſtricti, & velut anguſti temporis brevi ſpacio coarctati nequaquam potuiſtis in electione Pontificis expectare conſenſum regiæ majeſtatis. Quod profecto frivolum eſſe perſpicuum eſt. Conſtat enim tres plus minus menſes interim decurriſſe, ex quo ſanctæ memoriæ Papa Nicolaus occubuit, uſque ad Kalen. Octobr. cum iſte ſucceſſit. Videamus ergo ſi per tam moroſam longitudinem trimeſtris videlicet ſpacii non potuerit ab aula regia pragmaticæ ſanctionis vobis apocha reportari.*

*Defenſor Romanæ Eccleſiæ.*

L. *Ecce compellis me vulgato ſermone depromere, quod ob Imperialis palatii reverentiam decreveram ſilentio præterire: ſed juxta veſtræ ſcilicet exactionis inſtantiam jam proferatur in medium opus egregium veſtrum, ſæculis omnibus inauditum. Rectores enim aulæ regiæ cum nonnullis Teutonici regni ſanctis (ut ita loquar) Epiſcopis conſpirantes contra Romanam Eccleſiam Concilium collegiſtis quo Papam quaſi per ſynodalem ſententiam condemnaſtis, & omnia quæ ab eo fuerunt, ſtatuta, quaſſare incredibili prorſus audacia præſumpſiſtis. In quo nimirum non dicam judicio, ſed præjudicio idipſum quoque privilegium, quod Regi prædictus Papa contulerat, ſi dicere liceat, vacuaſtis. Nam dum, quidquid ille conſtituit, veſtra ſententia decernente, deſtruitur; conſequenter etiam id, quod ab eo Regi præſtitum fuerat aboletur. Sed abſit a nobis, ut propter cujuſlibet hominis inſolentiam Rex, qui innocens erat, quantum ad nos, rem ſui juris amittat, & quem auctore Deo votis omnibus præſtolamur ad Imperiale faſtigium, non permittemus ob alienam culpam regiæ dignitatis incurrere detrimentum. Sed ut totam inauditæ calamitatis noſtræ percurramus hiſtoriam, Stephanus Cardinalis presbyter Apoſtolicæ Sedis, vir videlicet* Stephani Cardinalis laudes. *tantæ gravitatis & honeſtatis nitore conſpicuus tantis denique, ſicut non obſcurum eſt, virtutum floribus inſignitus, cum Apoſtolicis* libris ad aulam regiam miſſus, ab* * litteris *aulicis adminiſtratoribus non eſt admiſſus, ſed per quinque fere dies ad B. Petri & Apoſtolicæ Sedis injuriam, pro foribus manſit excluſus.*

LI. *Quod ille, utpote vir gravis & patiens æquanimiter tulit. Legati tamen officium, quo fungebatur, implere non potuit. Clauſum itaque ſignatumque myſterium Concilii, cujus erat gerulus, retulit, quia regiis eum præſentari conſpectibus Curialium plectenda temeritas non permiſit. In qua nimirum inopinatæ præſumptionis audacia tanta diſputandi videtur ineſſe materia, ut & Demoſthenis eloquentiam vincat, & copiam Tullianæ facultatis excedat. Unde ſi vellemus injuriam noſtram diſtrictius perſequi, jure poſſemus obtendere, quia vos Romanæ Eccleſiæ voſmetipſos dono privaſtis, qui ſcilicet ei præjudicii veſtri gratis contumeliam intuliſtis. Ille quippe fœdus amicitiæ violat, qui gratis amicum per offenſionis moleſtiam pulſat. Nam & Dominus Judæis per Jeremiam ait: (a) Ec-* (a) Jer. 31. *ce feriam domui Iſrael, & domui Juda fœdus novum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, pactum quod irritum fecerunt. Ille ergo irritum reddit beneficii pactum, qui prior violat amicitiæ ſacramentum. Verumtamen Romana Eccleſia non vult exaggerare quod pertulit, ſed perſeverare cupit in munere, quod regio culmini liberaliter prorogavit.*

Regius Advocatus.

*Quod domino noſtro Regi reverenter adſcribis innocentiam, digne facis: quod autem adminiſtratoribus aulæ publicæ devolvis e diverſo calumniam, videtur injuſtum. Quidquid enim circa vos in ejuſmodi caſibus actum eſt, ad hoc nos Regiæ munus impulit, Imperiale præceptum, non propriæ libertatis arbitrium.*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Et ego tibi ſecundum cordis tuis duritiam reſpondebo: dico enim quod Dei omnipotentis obtemperare ſermonibus aliquando peccatum eſt.*

Regius Advocatus.

*Ad hoc quod aſſeris, mens humana concutitur, & Chriſtianæ pietatis ferre non valet auditus.*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

LII. *Quia hoc tantopere miraris, illud etiam conſequenter adiicio, quia propter hoc quod Deo quidam promptus obedivit, funditus periit: alius ob id quod obtemperare contempſit, ad cumulum gratiæ plenioris aſcendit.*

Regius Advocatus.

*Incredibile eſt valde quod dicis, verumtamen ſi vales exemplis approbare quod loqueris, dic quis umquam Deo obedivit, ac propterea periit?*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

LIII. *Non te latet quod Judæ Iſcharioti, qui jam accepto conſilio eum traditurus erat, ait Dominus: (a) Quod facis, fac citius. Poſtmodum quoque, cum ad ejus oſculum accedere præſumpſiſſet, adiicit: Amice, ad quid veniſti? ſubauditur, perfice. Sed quia miſer hic ſermonibus efficaciter obedivit, irrevocabiliter periit.*

(a) Joan. 13.

Regius Advocatus.

*Hujus propoſitionis ratione reddita, redde conſequenter alterius, quis ſcilicet Dei omnipotentis obedientiam ſprevit, & propter hoc copioſiorem gratiam meruit.*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

LIV *Si placet, hoc in memoriam revoca, quod Dominus ad Jeremiam dixit: (b) Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces in domum Domini in unam exhedram theſaurorum, & dabis eis bibere vinum. Et paulo poſt Propheta ſubjungit: Et poſui coram filiis Rechabitarum ſcyphos plenos vino & calices, & dixi ad eos, bibite vinum. Qui reſponderunt: Non bibemus vinum, quia Jonadab pater noſter præcepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos & filii veſtri uſque in ſempiternum. Unde poſtmodum Jeremias ait eis: Hæc dicit Dominus Deus exercituum: non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. At ecce ille male obediens, perfunctus obedientiæ munere cucurrit ad laqueum: iſti feliciter inobedientes, perpetuum ſui Conditoris meruere conſpectum. Hoc etiam ad hoc valet, quod ſuperius dictum eſt, quia cum Papam ſine conſenſu Regis eligimus, non debetis quod extrinſecus actum eſt, diiudicare, ſed potius quo animo, & qua intentione ſit factum, diligenter attendere.*

(b) Jer. 35.

Regius Advocatus.

*Hæc argumenta nobis domeſtica ſunt, & numquam deficiunt, quia de promptuariis proferuntur; ſemper enim poſſumus in pravi operis exhibitione delinquere, ſed quia occulta eſt, ad puræ mentis debemus patrocinium convolare.* LV.

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Cenſeſne ſemper debere juxta rerum, atque verborum ſuperficiem judicari? quid enim juxta verborum ſtrepitum magis eſt abſonum, quam cum Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus mediatorem Dei & hominum dicitur tradidiſſe? Ecce Chriſtum tradidit Judas, tradidit & Deus Pater; numquid non quaſi ſimilis caſus videtur? ergone traditor eſt Judas, & traditor Deus Pater?*

Regius Advocatus.

*Unde probas quia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus tradiderint Salvatorem?*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Audi Apoſtolum dicentem: (c) Qui proprio Filio ſuo non percepit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum. Cui & Salomon ait: (d) Cum ſis juſtus, & omnia juſte diſponas, ipſum qui non debet puniri, condemnas. Quod autem ſe Filius tradidit, idem dicit Apoſtolus: Qui me dilexit, & tradidit, ſemetipſum pro me. Quod autem & Spiritus ſanctus tradidit Filium, Sapientia perhibet dicens: Unigenitus eſt enim ſpiritus Sapientiæ, & non liberavit maledictum a labiis ſuis. Maledictum apud veteres dicebantur omnes, qui ſuſpendebantur in ligno. Chriſtus autem, ut Apoſtolus dicit, (e) ut nos liberaret a maledicto, factus eſt maledictum. Spiritus ergo ſanctus non liberavit maledictum a labiis ſuis, quia quæ per ora Prophetarum de Chriſti paſſione locutus eſt, non cohibuit, ſed ſuper eum ſine dimiſſione compleri cuncta permiſit. Ergo ſecundum te, qui non de cordis intentione, ſed ſemper ex operum vis ſuperficie judicare: ſi Pater tradidit Filium, & ipſe ſe tradidit Filius, & Spiritus ſanctus, Judas quid male fecit? Facta eſt traditio a Patre, facta eſt a Filio, necnon a Spiritu ſancto, facta eſt a Juda: una res a pluribus facta eſt, ſed eadem res in operatoribus decernenda eſt. Quod enim Deus omnipotens ex charitate; hoc* LVI.

(c) Rom. 8.
(d) Sap. 12.
(e) Galat. 3.



*Judas fecit ex cupidine acquirendæ pecuniæ. Quod Deus fecit ad ſalutis noſtræ remedium; hoc ille fecit ad explendum inſatiabilis avaritiæ votum. Vides ergo, quia non quid homo faciat, debemus attendere, ſed quo animo & voluntate faciat, diligenter examinare. Nam ſi ſola dumtaxat exteriora perpendimus, invenimus ipſum Dominum Salvatorem & dixiſſe quod prohibet, & feciſſe aliter quod jubet.*

LVII. *Quiſquis, ait, dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis: & tamen ipſo Reſurrectionis ſuæ die duobus de ſe dubitative loquentibus ait: (a) O ſtulti & tardi corde ad credendum! dixerat etiam in monte Diſcipulis: (b) Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. In paſſione vero poſitus percutienti ſe in maxillam puero ſacerdotis non modo non alteram præbuit, ſed inſuper dixit: (c) Si male locutus ſum, exprobra de malo, ſin autem bene, cur me cedis? Et quomodo jam verum eſt, quod de illo Lucas ait (d): Quod cœpit facere & docere, ſi quod docuit, non implevit? Sed proculdubio intelligendum eſt hoc eum præcepiſſe ad præparationem cordis, non autem ad oſtenſionem operis. Quomodo enim paratus corde non fuit in maxillam alteram cædi, qui pro hominum ſalute decreverat toto corpore crucifigi? Paulus etiam palma percuſſus juſſione pontificis, ait (e): Percutiet te Deus, paries dealbate. Quod minus intelligentibus videtur in verbo convicium, ſed in ſenſu prophetici tenet oraculi ſacramentum.*

(a) Matt. 24.
(b) Ib. 5.
(c) Jo. 18.
(d) Act. 1.
(e) Ib. 23.

LVIII. *Paries enim dealbatus hypocriſis eſt, ſacerdotalem ſub hoc nomine præferens dignitatem, ſed occultans intrinſecus luteam malitiæ turpitudinem: nam quod humilitatis fuit, mirabiliter cuſtodivit. Cum enim illi diceretur (f) Principi ſacerdotum maledicis? reſpondit: Neſcivi frater, quia princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices. Ubi patenter oſtenditur, quanta idem tranquillitate dixiſſet, quod iratus intuliſſe videbatur. Quibus Scripturarum teſtimoniis quid aliud edocemur, niſi quia non juxta verba nuda ſemper debemus ſententias judicare, ſed quo animo, qua mentis intentione proferantur, ſuſpicere?*

(f) Act. 23.

Regius Advocatus.

*Dubia quæ proponis, luculenter elucidas per exempla quæ ſubiicis: ſed quæſo te, ut ad ſuperiora pauliſper redeas, & cur nos calumnieris, vobis præjudicium intuliſſe, quæ regiæ ditioni paruimus, patenter exponas.*



Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*Recte plane ordinabiliter & congruenter, poſtquam omnis veſtræ partis objectio non rethoricis argumentis, non coloribus oratoriis, non denique dialecticis ſyllogiſmis, ſed vivæ potius atque perſpicuæ veritatis eſt ratione purgata: verſa vice jam dignum eſt, ut de veſtris exceſſibus vel breviter diſſeratur. Enimvero damnatio Papæ tam gravis & inexpiabilis, ut non humano, ſed divino dumtaxat ſit tractanda judicio. Reges autem noſtros tum ætatis infirmitas, tum fragilitas ſexus excuſat: quibus utique non reatus adſcribitur; ſed eorum Conſiliariis, ut dignum eſt, imputatur. Omiſſis itaque perverſitatibus cœteris, ut quid ignorante Roma, reprobum dominum, in Romanum Pontificem eligere præſumpſiſtis?* LIX.

Regius Advocatus.

*Electionem quidem, ut palam eſt fecimus, ſed longe prius Gerardo Comite, aliiſque Romanis, ut videbatur, civibus infatigabiliter inſiſtentibus ad hoc inducti ſumus. Nam & Abbas monaſterii, quod dicitur, Clivus Scauri, non defuit. Non ergo, ut aſſeris, ignorante Roma, ſed præſente, atque petente, Romani Pontificis electio facta eſt.*

Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

*In hoc pro me facis, dum Gerardo ſub anathemate conſtituto te communicaſſe teſtaris: nam ut de Abbate & aliis interim ſileamus, de Gerardo liceat tantummodo dicere, Eccleſiæ hominem non fuiſſe, & Chriſti nequaquam pertinuiſſe Fidelibus. Illud enim unum caput anathemati, maledictionique ſubjacuit omnium fere Pontificum, quicumque Romanæ Eccleſiæ ejus temporibus præfuerunt: demum paulo ante quam moreretur, propter Comitem Anglum, & Archiepiſcopum, quos a beati Petri Liminibus redeuntes invaſit, ſpoliavit, & uſque ad mille Papienſis monetæ libras appendentiæ rapuit. Propter hoc itaque in plenaria Synodo Papa Nicolao præſidente, excommunicatus eſt, & extinctis luminaribus ſub perpetuo fuit anathemate condemnatus. Perpendat igitur ſancta Synodus, ſi illius, ejuſque complicum rata jure videatur electio, qui tam terribiliter atque horribiliter eſt ab Eccleſiæ viſceribus evangelica atque canonica falce præciſus, ut ne in morte quidem de Chriſtianitatis fuerit titulo reformatus; & ſi per eum ordinari Romanam Eccleſiam dignum fuit, qui ejus ſemper cruentus extitit inimicus, qui eam ſemper eſt feraliter perſecutus.* LX.

LXI. (a) Joſ. 7. Et quomodo ſummam debet Eccleſiam ordinare, cui cujuſcumque limen eccleſiæ non licet attingere? Clamat Dominus ad Iſrael: (a) Anathema in medio tui Iſrael, nec poteris ſtare contra hoſtes tuos, dones deleatur ex te, qui hoc contaminatus eſt ſcelere. Et hoc quare? Quoniam Achan filius Charmi de anathemate Hiericho ducentos dumtaxat argenti ſiclos, regulamque auream quinquaginta ſiclorum, & coccineum abſtulerat pallium. Et ob hanc vilem videlicet ſummam auctor ſceleris non modo lapidatur, ſed & lapidum acervis obruitur. Si propter illum hominem qui dumtaxat unum ſacrilegium fraude commiſerat, Iſrael ante ſuorum hoſtium faciem ruiturus erat; quomodo ſtabit Eccleſia, ſi per virum tot criminibus involutum fuerit ordinata? præſertim cum & talem elegerit, in quem, teſte mundo, omnium vitiorum ſentina confluxit. Pſeudoepiſcopi apoſtolum Antichriſti adverſarium Chriſti amici puellarum mangonem eccleſiarum. Quis igitur iſtorum juſto videbitur examine præferendus? utrum is, quem elegit unus vir perpetuæ maledictionis anathemate condemnatus; an ille potius, quem Cardinales Epiſcopi unanimiter vocaverunt, quem Clerus elegit, quem populus expetivit non ab extremitate terrarum, ſed intra mœnia Romanorum, & in ipſius Sedis Apoſtolicæ gremio?

### Regius Advocatus.

Tot a te rationibus redditis poſſemus fortaſſis adhibere conſenſum, ſi ſemel emiſſam deceret regiam majeſtatem mutare ſententiam: principali quippe gloriæ velut inconſtantiæ nævus imprimitur, ſi quodcumque ſuæ conſtitutionis edictum leviter annulletur.

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

LXII. (b) 1. Reg. 15. Quis neſciat Rege Deum eſſe majorem? & tamen dicere non erubeſcit: (b) pœnitet me, quod conſtituerim Saul Regem. Et per Samualem ei denuntiat, dicens: Projecit te Dominus, ne ſis Rex ſuper Iſrael. Si pœnitere ſe Deus aſſerit, qui futura cuncta cognoverat; cur homo ſuam mutare in melius ſententiam erubeſcat, qui qualis & ipſe quoque ſit futurus ignorat? Ille de bono factus eſt malus; iſte videlicet Cadalous doloſus de malo utique quod jam erat, fit quotidie diaboli more deterior.

### Regius Advocatus.

LXIII. Quam inconſulte nunc loqueris, qui diabolum deteriorari poſſe teſtaris, qui certe tam malus eſt, ut deterior eſſe non poſſit.

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

Mentior, ſi quod propoſui, Scripturæ teſtimoniis comprobare non valeo. Nam Iſaia (c) teſte, dicebat ſuperbus in mundi principio: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Paulus (d) autem dicit, quod in fine mundi veniens adverſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Qui ergo tunc affectavit Deo ſe ſimilem eſſe, in fine mundi jam deterior factus qui vult prior eminere. Per quod manifeſto colligitur, diabolum adhuc in deteriora poſſe corruere: & quia diabolus interpretatur deorſum fluens, Cadalous a cadendo dictus, ruinam populi ſonat, ipſiſque nominibus aptiſſime invicem concordant. Dic ergo: quomodo iſte Pontifex eſſet, quem non Romanus populus, ſed unus homo cum ſuis complicibus, idemque non Romanus populus, ſed ſuburbanus (nempe Gerardus Galeriæ dominus. Eſt Galeriæ oppidulum prope Urbem ſitum, ideoque ſuburbanum appellatum) & non Eccleſiæ filius, ſed maledictus & anathematizatus elegit? Ille ne eſſet tuo judicio Pontifex, qui ſuam vendidit, ut Romanam Eccleſiam obtineret? qui Romanos occidit in ore gladii, ut Romanus Pontifex fieret? Dices me non debuiſſe Pontificem ſine conſenſu Regis eligere, & magni pendendum mihi fuiſſe, ut populus non periret.

(a) Iſ. 14.

(c) 2. T 2.

LXIV. Ecce hinc beatus Auguſtinus Hipponenſi eccleſiæ, Valerio vivente, præficitur: ecce illinc Ambroſius octavo die poſtquam baptizatus eſt, perceptis cunctis eccleſiaſticis gradibus Epiſcopus ordinatur. In quibus utique ob nihil aliud canonicæ auctoritatis ordo deſeritur, niſi dumtaxat, ut ſaluti populi conſulatur. Et tu mihi dicis in ſervando populo ipſi Regi me debuiſſe conſulere, ut ſibimet in dando conſenſu unius epiſtolæ gloria proveniret. Nam unde poſtmodum Romanus Imperator fieret, ſi tunc ſe Romanus populus mutuis vulneribus peremiſſet? Porro autem, quia in conſtituendo Pontifice Romana Eccleſia a charitate regia non receſſit, hoc etiam indicio eſt, quia cum in Clero ſuo religioſis viris & ſapientibus abundaret, non de propriis, ſed eum, qui Regi tanquam domeſticus & familiaris erat, elegit.

### Regius Advocatus.

LV. Præmiſſæ diſputationis epilogus. Quiſquis veritati, poſtquam patefacta claruit, obſtinate renititur, Dei omnipotentis adverſarius non immerito judicatur, cujus adverſum ſe iram inextinguibiliter provocat, ſi veritatem, quæ ipſe eſt, pertinaciter & arroganter impugnat. Nam ut ipſe diſputationis tuæ

velut



velut epilogum faciam, cum inter nos quæſtio moveretur, utrum ſine Regis aſſenſu Romani Pontificis fieri poſſit electio, recenſitis hiſtoriarum catalogis, tantam Romanorum Imperatorum atque Pontificum copiam coacervaſti, & velut nubem mihi teſtium oppoſuiſti, ut his conſpectis, ne muttum quidem me adverſum te ſuper hoc ulterius facere libuiſſet. De anathemate vero, quod Nicolaus Papa conſtituit, in quo etiam, ut verum fatear, totam victoriæ vim intentio noſtra poſuerat, tam invictis Scripturarum teſtimoniis, tam lucidis certe modo beatorum Apoſtolorum, modo ipſius Domini Salvatoris tuæ diſputationis aſſertio ſe purgavit exemplis, ut & nos eatenus ignota doceret, & vos ab illius ſententiæ vinculo patenter abſolveret.

LXVI. Deinde a domini noſtri Regis quam dicebamus, injuria, quæ ſcilicet nos adverſum vos acrius accendebat; tam ſtrenue ſe purgavit oratio, ut evidenti clareſcat indicio, quia in eo, quod ſibi Pontificem populus Romanus elegit, majeſtati regiæ potiſſimum miniſtravit, nec ei, ſicut dicebatur, privilegium tulit, ſed potius roboravit, dum non de Romana Eccleſia, ſed ex aula regia ſacerdotem ad Apoſtolicæ Sedis culmen evexit. Poſtremo de electione Parmenſis Epiſcopi quid dicimus? loquar, an ſileam? Sed juxta Scripturam (a) conceptum ſermonem tenere quis poſſit? Et certe ubi nuda veritas cernitur, temporis ignominia eſt, ſi commentæ fallaciæ deſervitur. Ipſi plane liquido novimus anathematizatum eſſe Gerardum, nec ignoramus ejus inſtinctu potiſſimum hunc Epiſcopum in hoc negotium fuiſſe pellectum; & ut ita loquar, arbor quæ de venenata radice anathematis oritur, antequam pernicioſum prorumpat in fructum; modis omnibus ne noceat, evellatur, teſtante Veritate, quæ dicit: (b) Omnis arbor, quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur.

(a) Job. 4.

(b) Mat. 3.

### Defenſor Romanæ Eccleſiæ.

LXVII. Ecce audivit beatitudo veſtra, venerabiles Patres, quoniam qui inſpector eſt mentium, confœderat nos in concertatione verborum: videt enim nos non malitiæ cauſa confligere, ſed inveniendæ veritatis ſtudio deſervire: Ideoque dignatus eſt motam inter nos ſopire querelam, & ſuam nobis inſpirare concordiam: Pax enim noſtra, quæ fecit utrumque unum, conflavit & in eodem ſenſu corda duorum. Agamus ei gratias, qui prius * ſagenam Petri periclitari permiſit, & turbine ventorum, & procellis undarum: ſed ecce ut regrediens manum tetendit, Petrum erexit, ventis imperavit, & diſcrimina marina compeſcuit, confeſtim mare, quod in cumulos erigebatur, obruitur, tempeſtatis procella ſedatur, ventorum turbo reprimitur, & aura cœli facies ſerenatur.

* ſagena pro navicula ſuperius uſurpata a Petro Damiani, quibus intelligas ejus eſſe hoc opus.

### Clauſula dictionis.

LXVIII. Amodo igitur, dilectiſſimi, illinc regalis aulæ Conſiliarii, hinc Sedis Apoſtolicæ comminiſtri, utraque pars in hoc uno ſtudio conſpiremus laborantes, ut ſummum ſacerdotium & Romanum ſimul confœderetur Imperium, quatenus humanum genus, quod per hos duos apices in utraque ſubſtantia regitur, nullis, quod abſit, partibus, quod per Cadaloum nuper factum eſt, reſcindatur, ſicque mundi vertices in perpetuæ charitatis unione occurrant, ut inferiora membra per eorum diſcordiam non reſileant, & quatenus ab uno Mediatore Dei & hominum hæc duo, regnum ſcilicet, & ſacerdotium divino ſunt conflata myſterio; ita ſublimes iſtæ duæ perſonæ tanta ſibimet unanimitate jungantur, ut quodam mutuæ charitatis glutino & Rex in Romano Pontifice, & Romanus Pontifex inveniatur in Rege, ſalvo ſcilicet ſuo privilegio Papæ, quod nemo præter eum uſurpare permittitur. Cæterum & ipſe delinquentes, cum cauſa dictaverit, forenſi lege coerceat, & Rex cum ſuis Epiſcopis ſuper animarum ſtatu prolata ſacrorum canonum auctoritate, decernat. Ille tanquam parens paterno ſemper jure præemineat; iſte velut unicus ac ſingularis filius in amoris illius amplexibus requieſcat. Attalus plane Rex Aſiæ & Nicomedes Rex Bithyniæ in tantum Romanam Rempublicam dilexere, ut uterque moriens Romanum populum teſtamenti reliquerit hæredem.

LXIX. Sanctæ ergo Eccleſiæ Principes quam propenſiori invicem debent charitate congruere, quibus injunctum eſt, charitatem præcipue Chriſtiano populo prædicare; ut ex eorum, quæ procedat ex pietate concordia, ſancta univerſalis gratuletur Eccleſia, ac gemino utriuſque ſtudio Chriſtianæ religionis refloreat diſciplina. Verum nos piſcatoris noſtri naviculam ex hiatu Scyllæ voraginis extrahentes, dum ſucceſſorem Petri fidei, labente veſtigio merſum ad litora quieta deducimus, pium ereptori noſtro celeuſma cantemus: Te Deum laudamus: Te Dominum confitemur. Hactenus ſynodalis diſceptatio, cui in codice mox ſubſcripti leguntur hi verſus.

*Ultio divina, populi Cadaloe, ruina,*
*Te manet, at diro medium tranſverberet ictu:*
*Altipetax Simonem ſequeris Simon aſtra petentem:*
*Te quoque tartareus ſimul abſorbebit hiatus.*

Que-

LXX. Declaratur vaticinium Petri Dam.

Quemnam autem poſt concertationem iſtam recitatam exitum Cadaloi cauſa fuerit conſecuta, ex ejuſdem Petri Damiani epiſtola ad Cunipertum Taurinenſem Epiſcopum evidenter ſatis apparet, cum de ſua prædictione de ipſo facta reddidit rationem. Quod enim ipſum eodem interiturum anno fore prædixerat; intelligere voluiſſe ea, quam tyrannice occupaverat, dignitate privandum fore eodem anno, ſignificat iſtis verbis: Etiam mihi iidem ejus fautores inſultant; eumque non eſſe mortuum juxta cujuſdam a me facti verſiculi prophetiam exprobrant: dixeram enim inter cætera.

*Non ego te fallo, cœpto morieris in anno.*

LXXI. *Sed ut me comprobent non eſſe mentitum, audiant admirabilem divinæ diſpoſitionis eventum. Cadalous ſiquidem ipſo feſtivitatis die ſanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ, quaſi in papam, Deo reprobante, ac repellente, fuit electus; eodemque vertente anno, in prædictorum Apoſtolorum vigiliis, ab omnibus Teutonicis & Italicis Epiſcopis & Metropolitanis, qui cum Rege tunc aderant, damnatus eſt & depoſitus. Quamobrem juxta* (a) *Ezechielem prophetam fimum boum pro ſtercoribus humanis Deus ipſi quodammodo contulit, dum carnis interitum honoris ruina mutavit. Tunc quippe mortuus eſt in honore, cum honoris ſynodali judicio perdidit dignitatem. Nunc autem, non dicam biothanatus, ſed potius millies mortuus toto terrarum orbe deridetur, exploditur, maledicitur, anathematizatur. Audiant hoc inſultantes mei, & dum divinæ diſpenſationis proſpexerint ordinem, me mendacii non accuſent.* Hæc Petrus, expreſſis verbis agens de damnatione Cadaloi in Synodo facta hoc anno ante diem ejus promotionis. Quod etiam aſſerit Leo Oſtienſis his ipſis pariter verbis: *Quippe qui eodem ipſo die vigiliarum Apoſtolorum Simonis & Judæ ab omnibus Teutonicis & Italiæ Epiſcopis, qui tum cum Rege aderant, juſto Dei judicio damnatus eſt atque depoſitus.* Hæc ipſe. Quibus evidenter apparet, hoc ipſo anno in dicto Concilio Cadaloum fuiſſe damnatum, atque e Pontificio throno ſynodali ſententia ad ima depoſitum. Sed non quievit ejuſmodi confoſſa vulneribus fera beſtia, verum eo magis accenſa furore in Romanam Eccleſiam, ipſumque Alexandrum inſaniit, & inſiliit, ut quæ inferius ſuis locis erunt dicenda, monſtrabunt. Jam vero quæ ſunt reliqua anni hujus, Annalibus intexamus.

(a) Ezec. 4.

LXXII. Legati Apoſt. Sedis in Angliam miſſi favent electioni S. Vulſtani.

Eodem anno Alexander Papa miſit legationem in Angliam ad Eduardum Regem; de qua Rogerius agens ſic ait: *Hoc eodem anno Legati Sedis Apoſtolicæ in Angliam ad Eduardum Regem miſſi agunt, ut ſanctus Vulſtanus Vvigornienſis Eccleſiæ Epiſcopus eligeretur. Res vero geſta ita ab eo deſcribitur: Contigit namque eo tempore (hoc ſcilicet anno milleſimo ſexageſimoſecundo) & Legatos Apoſtolicæ Sedis ejus electioni intereſſe, Armenfredum ſcilicet Sedunenſem Epiſcopum, & alium, qui a domino Papa Alexandro pro reſponſis Eccleſiaſticis ad Regem Anglorum Eduardum miſſi, regio præcepto Vvigorniæ per totam fere Quadrageſimam degebant, expectantes reſponſum ſuæ legationis uſque ad curiam regalem proximi Paſchæ. Hi videntes dum ibi morarentur, ejus laudabilem vitam, in ejus electionem non tantum conſentiebant, immo tam Clerum, quam plebem maxime ad hanc inſtigabant, ſuaque auctoritate electionem firmabant. Illo vero obſtinatiſſime renuente, ſeque indignum acclamante, & cum ſacramento etiam affirmante, ſe multo libentius decollationi, quam tam altæ ordinationi ſuccumbere velle; cum ſæpe a viris religioſis ſuper hoc conventus, ad conſentiendum minime perſuaderi poſſet: tandem a viro Dei Vulſio incluſo, qui tunc plus quadraginta annis ſolitariam vitam egiſſe noſcebatur, acriter pro inobedientia & obſtinatione correptus, divino etiam oraculo territus, conſentire cum maximo cordis dolore compulſus eſt, & Epiſcopatu ſuſcepto, Dominico die quo ſanctæ Mariæ Nativitas celebratur, conſecratus, vita, & virtutibus clarus, Vigornienſis Eccleſiæ Præſul effulſit. Conſecratus eſt ab Aldredo Eboracenſi Archiepiſcopo, eo quod Stigando Doroberniæ Archiepiſcopo officio Epiſcopali tunc a domino Papa interdictum erat, quia Roberto Archiepiſcopo vivente Archiepiſcopatum ſuſcipere præſumpſit.* Hæc ibi.

LXXIII. Sed proſequamur aliam ab eodem Papa hoc eodem anno miſſam legationem in Galliam, eam expetente ſancto Hugone Abbate Cluniacenſi, ad propulſanda mala illa, quæ tyrannide Principum Cluniacenſes monachi paterentur.

LXXIV. Hoc eodem itaque anno, Petrus Damiani Epiſcopus Oſtienſis, ſed eremi in-

co-

PAGIUS III. *Legatio Gallica Petri Damiani.*

A num. LXXIV. ad LXXXV. *Petrus Damiani* poſtquam in eremum Pontis Avellani ſeceſſit, varias Legationes obire coactus fuit. Prior videtur ea qua ad Cluniacenſe monaſterium directus eſt, de qua Baronius hoc anno agit, quamvis ad ſequentem, ut ſtatim videbimus, pertineat. De ea mentionem facit Auctor coætaneus Anonymus in Relatione miraculorum Sancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, qui extat in Bibliotheca Cluniacenſi ubi pag. 460. ait: *Tempore quodam neceſſe fuit ſancto viro pro tuendis filiis ad Eccleſiam matrem recur-*

*rere*



Alexand. Papa mittit Petr. Dam. in Gallias.

cola inde ab Alexandro Papa ad publicas negotiorum functiones abducitur; legatio enim in Gallias ipſi ab eodem Pontifice creditur. Hoc id quidem contigiſſe anno, quæ recitata ſunt ſuperius in ejus epiſtola ad Colonienſem Archiepiſcopum data, ſignificant. Exiſtimaſſem omnino ipſum ad dictam Synodum adverſus Cadaloum habendam fuiſſe hoc an. Legatum miſſum, & eam adverſus Regium Advocatum, quam recitavimus, diſceptationem habuiſſe, niſi certo certius appareret ex ipſius Petri litteris ad Cluniacenſes datis, ipſum ad propria rediiſſe, tunc temporis quo in dicta Synodo Cadalous eſt condemnatus: adeo ut impoſſibile omnino fiat, ut Petrus eidem Synodo Legatus Sedis Apoſtolicæ interfuerit. Non igitur ad Synodum in Germania congregatam, ſed ad alia conficienda negotia in Gallias, miſſum, ex iiſdem ipſius litteris ſatis poſſumus intelligere.

LXXV. Scribens enim ad Cluniacenſes in Gallia monachos, cum in eremum rediiſſet, ſe invitum ac retinentem evulſum ab eremi monaſterio ea promiſſione firmatum, quod menſis Auguſti principio reverſurus eſſet, cunctis negotiis abſolutis, in monaſterium; ſed promiſſionem non ſervatam, conqueſtus eſt his verbis: *Promiſſum mihi fuerat*, inquit, *quod in Kal. Auguſti forem regreſſurus ad propria; ſed profligato poſtmodum trimeſtri curriculo & quanta potui celeritate curavi, & tamen vix ante quintum Kalend. Novembris diem Fontis Avellani, unde proceſſeram, cacumen aſcendi.* Hæc ipſe ad Cluniacenſes, cum jam in Italiam rediiſſet, & dicto die amatam eremi ſolitudinem repetiiſſet, nempe quinto Kalend. Novembris, cum tunc temporis, nempe ſexto Kalend. ejuſdem Cadalous in Germania (ut vidimus) damnaretur. Hæc quæ ad tempus ejuſdem legationis pertinent, dixiſſe ſatis.

LXXVI. Amaro quidem animo ſe ſuſcepiſſe pro commodis Cluniacenſium hanc provinciam, abductum ex eremo diutius exoptata, teſtatur hexaſticho illo, quo urbane luſit. Cujus hic titulus.

Contra Cluniacenſem Abbatem, qui eum in Gallias duxit.

*Mors mea, grandæva m perimis Cluniace ſenectam.*
*Efficis ut non ſim, dum petis, ut bene ſis.*
*Ut tibi mella fluant, epulæ, pigmenta rubeſcant;*
*Amplique conditos præbeat olla cibos.*
*Scabra ſit ut noſtris deſit vel cantabra menſis.*
*Dum tibi ſervo dapes, me manet atra fames.*

LXXVII. Legatio pro Cluniacenſibus.

Jure quidem eam appellat legationem mortem ſuam ob vitæ diſcrimina, quæ ſubiit. Perdifficilem ſiquidem atque periculoſam eam fuiſſe liquet ob inſidias Cadaloi pſeudopontificis. Nam cum præ cæteris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus eumdem Petrum pateretur infeſtum, a quo litteris perſtrictus admodum eſſet; ut eum ea legatione fungentem capere poſſet, nihil penitus prætermiſit. De his enim ipſe Petrus eadem ad Clunia-

PAGIUS *rere, & Romanæ ſedis patrocinium advocare. Quapropter urbis illius refugium petens, magno labore & difficultate a latere avulſum domnum Petrum, Oſtienſem videlicet Epiſcopum, cognomento Damianum, obtinuit, ut ſibi daretur pro magno Petro præliaturus, & adverſarios proſtraturus mirabili ſua prudentia atque facundia. Erat namque vir ille abſtinentiæ ſingularis, uſu & ferreorum vinculorum nexu undique ſic attritus, ut vix poſſet inveniri modus, quo ejus corporis imbecillitas foveretur, ad equitandi onus grave utcumque tolerandum.* Laborem tum a ſe impenſum ipſemet Petrus Epiſt. II. lib. VI. ad Sanctum Hugonem Abbatem memorat: *cum jam me ſenectus incurva deprimeret, & effato viribus corpore nutabunda gradientis veſtigia ſub incertis greſſibus vacillarent; ego ad tuæ juſſionis Imperium animam meam, ut ita loquar, in manibus meis poſui, æſtivis adoperta nivibus Alpium prærupta conſcendi, & pro utilitate venerabilis monaſterii tui propinqua ſatis Oceano Galliarum intima penetravi.* Diu ſe ibidem moratum conqueritur in Epiſt. V. ejuſdem libri ad Monachos Cluniacenſes: *Promiſſum mihi fuerat, quod in Kalendas Auguſti forem regreſſus ad propria: ſed profligato poſtmodum trimeſtri curriculo, & quanta potui celeritate curavi, & tamen vix ante quintum Kalend. Novem. diem, Fontis Avellani, unde proceſſeram, cacumen aſcendi.*

IV. *Synodum Cabilone, celebrat cauſa monaſterii Cluniac.*

Baronius cauſam hujus Legationis *Gaufredum* Comitem Andegavenſem fuiſſe putat, quod in Vita Sancti Hugonis ab Hildeberto Epiſcopo Cenomanenſi ſcripta num. XXXIII. legatur, *Sanctum Hugonem* Turonas veniſſe, cum monaſterium ſancti Martini ab eodem Comite tyrannica præſumptione affligeretur, ut ex eadem Vita Baronius num. LXXIX. narrat. Verum inter Comitem illum Andegavenſem, & Sanctum Hugonem nulla controverſia fuit. Hujus itaque legationis cauſa, annuſque legitur in Synodali definitione inter Hugonem Abbatem Cluniacenſem, & Drogonem Epiſcopum Matiſconenſem, recitata in eadem Biblioth. Cluniac. pag. 509. & Tom. IX. Concil. pag. 1177. Anno MLXIII. Drogo Epiſcopus Matiſconenſis, in cujus Diœceſi Cluniacum poſitum, jus ſibi in illud tentavit arripere, contra Sedis Apoſtolicæ Privilegia. Ad beati Majoli Baſilicam pervenit, *ſed reſiſtentium ſibimet infractus obſtaculo intrare non potuit.* Tunc Hugo *Romanam Synodum impiger adiit, querelam ſuam coram ſancto Concilio fidelis relator expoſuit, novo periculo ſancti loci ruinam procul dubio minitanti, ut obviaret, oravit. Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus ſe protinus obtulit, ſe ſeque ad ſubveniendum monaſterio, per tam longi, tam aſperi, tam duri itineris pericula deſtinavit. Enimvero apud Cabilonenſem civitatem, ex auctoritate Apoſto-*

*licæ*

niacenſes epiſtola habet iſta. *Noſter animus, dum poſt tot intumeſcentium vada torrentium, poſt tot nivalium Alpium ſcopuloſa præcipitia, poſt tot etiam (quod pejus erat) Cadaloici furoris conglobatas inſidias ſuſpectus incederem; denſam (ut ita loquar) inteſtini certaminis grandinem pertulit &c.*

LXXVIII. Cauſam autem ejuſmodi decernendæ legationis aliam non reperimus, quam Cluniacenſium monachorum, toto Chriſtiano orbe fama notorum anguſtias: quarum cauſa ſanctus Hugo, eorumdem Cluniacenſium Abbas hoc ipſum expetierat ab Alexandro Romano Pontifice: quo nomine ipſe Petrus ſe in eumdem Hugonem animo infenſiore fuiſſe, aliquando fatetur; ſed ea ex parte ipſi plurimum debere, quod aperuit invito viam, ut ſanctorum inviſeret contubernia, ipſum videlicet famoſiſſimum Cluniacenſe cœnobium. Fuiſſe autem religioſiſſimum monaſterium illud, ſub ſpeciali protectione ſancti Petri, idem Petrus Damiani docet in epiſtola ad Deſiderium Caſſinenſem Abbatem, cujus eſt exordium: *Cum in meo pectore*. In qua plura de congreſſu cum ſancto Hugone Cluniacenſium Abbate obiter commiſcet. Extat ipſa epiſtola prolixa ſatis, cura & opera Margarini una cum aliis, pleriſque auctoris ejuſdem epiſtolis tomo tertio bibliotecæ, quam tu conſulas.

LXXIX. *Quæ Gaufredus comes in Cluniacenſes.* Sed quænam fuerint ejuſdem Cluniacenſium monachorum anguſtiæ, ut tanti viri legationem exegerint, nobis hactenus incompertum: *illæ tantum notæ ſunt*, quæ in rebus geſtis ejuſdem Hugonis per Hugonem monachum, auctorem ejus operis innoteſcunt: nimirum quod infenſiſſimum & omnino implacabilem paſſi ſunt adverſarium Gaufredum Comitem Andegavenſem: de quo iſta ibi ſcripta leguntur: *Turonos*, inquit, *venerat Hugo pater, ut pro Abbatia majoris monaſterii, quam violentia Comitis Andegavenſis Gaufredi, cognomento Barbati, nimis oppreſſerat, interceſſor adeſſet. Cum omni itaque humilitate Comitem exorans, quia duriorem invenit, ejus ſe advolvere pedibus vir ſanctus non erubuit. Sed cum nulla ratione ab oppreſſione monaſterii eum poſſet compeſcere, atque cum multa indignatione recedentem retinere vellet, fibula, qua ejus chlamys ſtringebatur, dirupta eſt. Abeunti itaque prophetica voce illud Samuelis illico inclamavit; (a) Sciſſum eſt a te regnum hodie. Qui mox juxta viri Dei vaticinium, perdidit dominium, a fratre ſuo Fulcone captus, & in carcerem conjectus: unde etiam ſenſu jam debilitatus, non niſi morte ſolutus exivit.* Hæc ibi.

(a) Reg. 15.

LXXX. Porro ſive in his, ſive majoris momenti negotiis ipſi Petro Legato Apoſtolico laborandum immenſo labore fuit; qui Dei ope omnia confecit ex ſententia, ut apparet ex ejus verbis ejuſdem epiſtolæ ad Cluniacenſes ſcriptæ, quibus hæc inter alia: *Ego etiam (b) Berzelai non ſuppar exemplo, in hoſtili vobis perſecutione ſuccurri: ſed Deo largiente, triumphum ad propria reportavi.* Et inferius de iiſdem: *Vos*, inquit, *draconteis per me nexibus expediti, pellem inſtar leonis beneficii redditoris pro beneficio reddite &c.* Hæc & alia in dicta epiſtola, quam reverſus ad Cluniacenſes reddidit, cujus eſt titulus: *Vere ſanctis & angelica veneratione colendis Cluniacenſis monaſterii Fratribus Petrus peccator monachus jugem in Domino ſervitutem. Nolo vos lateat dilectiſſimi &c.* In qua inter alia iſta de Cluniacenſibus laude digniſſima:

(b) 2. Reg. 9.

LXXXI. *Porro autem, dum tam diſtrictum tamque*

PAGIUS *licæ Sedis Synodum congregavit, cauſamque Cluniacenſis monaſterii, pro qua præſertim componenda devenerat, divina auxiliante Clementia, optimo judicialis calculi fine concluſit. Inquiſiti ſunt omnes Epiſcopi, ſi Privilegia, quæ audierant, rata decernerent, omnes uno ore concorditer laudaverunt; atque ut perpetuo ſervanda atque illibata permaneant communi judicio decreverunt. Tandem ſancto decernente Concilio, ad hunc deciſionis finem cauſa perducta eſt, ut præfatus Epiſcopus propria manu ſuper ſanctis Evangeliis ſuperpoſita juraret, ſicque ſedis Apoſtolicæ Legato, ſanctoque Concilio ſatisfaceret. Sic itaque per Synodale Concilium perpetua monaſterii libertate firmata, ſanctumque locum ſoli ſubjacere Romanæ Eccleſiæ communi ſanctorum Epiſcoporum decernente ſententia, mox inter Epiſcopum & Abbatem omnis controverſiæ querela ſopitur.*

V. *In eo Concilio alia negotia tractata.* Hæc de verbo ad verbum, ſummarie tamen, ex Synodali definitione citata *Cabilone* habita, excerpſi, ex qua & liquet, hæc anno ſequenti contigiſſe, quo *Concilium Romanum* centum & amplius Epiſcoporum celebratum fuit. Porro in hac Synodo Cabilonenſi alia quoque ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia tractata ſunt, uti cauſa *Haderici* Aurelianenſis Epiſcopi, quod patet ex Epiſt. XXIII. Alexandri II. ad *Gervaſiam Remenſem Archiep.* data, qua ei gratias agit, quod illum, qui Carnotenſem Eccleſiam Simoniace invaſerat, inde ejiciendum curarit, & *Hadericum* Aurelianenſem eadem de cauſa amoveri petit, quem ait, fraudulentia ſua *in Cabilonenſi Synodo* Petrum Oſtienſem Epiſcopum, *a quo eadem Synodus celebrata eſt*, decepiſſe. Ad hanc etiam Petri Damiani legationem & Concilium Cabilonenſe Coſſartius revocat Epiſtolam XXI. Alexandri II. *ad Archiepiſcopos Galliæ* datam, in qua mandat, ut Petro Damiano Oſtienſi Epiſcopo, Legato Sedis Apoſtolicæ, in omnibus fidem habeant, & debite obediant: *Quiſquis enim*, inquit, *faſtu ſuperbiæ, quod abſit, inflatus illius judicio contradictor vel adverſator extiterit: uſque ad dignam ſatisfactionem, noſtram vel Romanæ Eccleſiæ gratiam non habebit.*



*Cluniacenſium laudabilis inſtitutio.* *que frequentem ſanctæ veſtræ converſationis ordinem recolo, non adinventionis humanæ ſtudium, ſed ſancti Spiritus magiſterium ineſſe perpendo. Nam tanta erat in ſervandi ordinis continua jugitate prolixitas, tanta præſertim in Eccleſiaſticis officiis protelabatur inſtantia, ut in ipſo Cancri, ſive Leonis æſtu, cum longiores ſunt dies, vix per totum diem unius ſaltem vacaret horæ dimidium, quo Fratribus in clauſtro liceret miſcere colloquium. Hoc autem tam continui laboris exercitium ad hoc eſt, ut reor, ſolerti ſatis ac provida magiſterii arte proviſum, ut levium, atque infirmorum Fratrum fragilitatem reprimat, & delinquendi propemodum occaſionem tollat, quatenus etiam, ſi velint, præterquam cogitatione peccare vix poſſint. Fragilium igitur imbecillitati conſulitur, dum in perſolvendo continui ordinis penſo totum non modo diurni, ſed & nocturni temporis ſpacium profligatur &c.* Hæc & alia multa de Cluniacenſibus laude digniſſima Petrus.

LXXXII *Quæ Petro contigere in legatione Gallicana.* Sed non prætereamus, quæ in eadem legatione eidem Petro acciderunt in itinere Gallicano, hic deſcribere, quæ pietati conducunt, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ in divinis precibus recitandis inſerviunt. Scribit enim ea ipſe in epiſtola ad Deſiderium Caſſinenſem Abbatem, atque in epiſtola ad Archiepiſcopum Biſuntinum. Atque primum hæc ad Deſiderium habet his verbis: *Jam ſane quomodo prædiximus, Adlardus, dum in Burgundiæ regno mihi conviator incederet: In hoc, inquit, loco per quem nunc tranſitum habemus, aliquid contigit, quod ſi dixerimus, non videtur otioſum. Frater quidam noſtri cœnobii piæ mentis & rectæ converſationis hic aliquando tranſibat, & ecce crinitus quidam, quaſi ex Hieroſolymitana peregrinatione veniens palmam ferebat in manu. Cumque peregrinus & monachus invicem obvii ſeſe altrinſecus pertranſiſſent, ait ille:* Completorium *in lecto, nec ſalus eſt, nec profectus. Quod Frater audiens admiratus expavit: ac repente poſt terga reſpiciens, eum videre non potuit; mox enim ut verbum protulit, omnino diſparuit. Ille vero ad conſcientiam mox reverſus invenit, quod pridiano veſpero laſſus de via redierat, & feſſa membra in lectulum proiiciens, jacendo horas canonicas compleverat. Utrum ille Angelus fuerit, an re vera (ut videbatur) homo, Dei duximus relinquendum eſſe judicio.* Et rurſum de eodem in itinere comite hæc habet ejuſdem argumenti:

LXXXIII. *Adlardi nempe prudentis ac religioſi viri, qui Bremenſi preæminet monaſterio, didici relatione quod ſcribo, quod etiam inditum litteris eſſe dicebat: clericus, inquit, Colonienſis Eccleſiæ, undam fluminis tranſibat. Et ecce beatus Severinus ejuſdem Eccleſiæ nuper Epiſcopus equi ejus habenas apprehendit, eumque retinens ſiſtit. Cumque ille ad ſtuporem verſus & graviter admiratus, cur ille tam clarus & tam celebris famæ ibi moraretur perquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me ſunt, non auditu diſce, ſed tactu. Cumque datam manum fluctibus impoſuiſſet Epiſcopus; tantus eam ardor abſorbuit, ut undique carnes ejus reſolutæ diffluerent, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem clericus:* Cum nomen, inquit, *tuum in tanta benedictione ſit apud nos, & fama tua conſonis totius Eccleſiæ præconiis celebretur; cur te peſtilens hæc vorago conſtringit, tantoque, proh dolor, incendio cruciaris? Ad quem ſanctus Epiſcopus: Nihil, ait, in me remanſit ultione plectendum præter hoc tantum: quia dum in aula regia conſtitutus, Imperialibus me conſiliis vehementer applicui, canonicæ Synaxis officia per diſtincta horarum ſpacia non perſolvi. Mane quippe omnia coacervans ſimul, tota die negotiis ingruentibus, ſecura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris hujus fero ſupplicium. Tu vero omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, ut manum tuam in ſalutis priſtinum reſtituat ſtatum. Quod cum factum fuiſſet:* Vade, inquit, *fili, obſecra fratres noſtros clericos Eccleſiæ, & alios ſpirituales viros, ut pro me preces fundant, indigentibus ſubſidia conferant, ſacrificiorum votis inſiſtant. His peractis, ego mox de vinculo pœnæ hujus indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum civium choris lætus adjungar.* Hæc ad Petrum Adlardus.

LXXXIV. Verum quod ad Severini nomen pertinet, mendum irrepſiſſe neceſſe eſt affirmare: ſiquidem nullus nuper Colonienſis Eccleſiæ Epiſcopus ejus nominis fuiſſe reperitur, ſed hoc titulo poſt Evicgerum ſanctus Heribertus, qui ſedit annos vigintitres, inde Peregrinus, ſive Pilegrinus dictus, qui ſedit annos ſexdecim, poſt hunc Herimannus annos præfuit decem & novem, poſt quem Anno, qui hoc vivebat tempore. Severinus autem Colonienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſanctus jam annis ſeptingentis inter Sanctos cultus, creatus reperitur anno Redemptoris trecenteſimo quadrageſimoſexto Colonienſis Epiſcopus (ut in (a) Notis diximus) ut nihil ſit, quod de eo illa eſſe dicta ullatenus poſſit exiſtimari. Quamobrem pro Severino puto legendum eſſe Peregrinum ſive Pilegrinum; nuper revera Colonienſem Epiſcopum, utpote qui creatus eſt anno Domini milleſimo vigeſimoprimo, pervenitque uſque

(a) Rom. Mart. die 23. Octob.

que a milleſimo vigeſimoprimo, pervenitque uſque ad milleſimum trigeſimumſextum, quem & Conſiliarium liquet fuiſſe Imperatoris.

LXXXV. Non ſedentes ſed ſtantes divinæ laudes perſolvantur.

Dum idem legationis munus obiret ipſe Petrus, tradit ſe in Gallia fuiſſe exceptum hoſpitio ab Waltero Archiepiſcopo Biſuntino, celebris famæ Antiſtite, quem ſummis laudibus celebrat. Corripuit tamen eum, quem correctione ex eo dignum putavit, quod pateretur Eccleſiæ miniſtros ſedentes pſallere. Ait enim, ad ipſum poſtea ſcribens: *Unum præterea torporis ac deſidiæ ſignum in Eccleſia tua vidi, quod & tunc, prout expeditionis dictabat hora, corripui, & nunc apicibus tradere non ſuperfluum duco. Plerique ſiquidem ibi clericorum reſident, dum vel canonica horarum celebrantur officia, vel etiam ipſa Miſſarum offeruntur terribilia ſacramenta. Cujus corporis ignaviam per Galliarum partes nonnullis ineſſe etiam monachis deprehendi: quod profecto pravæ conſuetudinis vitium & correctione dignum, & de ſtadio militantis Eccleſiæ in his qui incolumes ſunt, conſtat penitus eradendum, &c.* Hæc ipſe, qui haud viſus ſibi ſatis tunc corripuiſſe de his Epiſcopum, reverſus ad eumdem, eodem argumento prolixam ſatis eam epiſtolam ſcripſit, cujus eſt exordium: *Non ignoras venerabilis pater &c.* Qua ex pluribus divinæ Scripturæ locis laboravit oſtendere, nullo modo neque clericis, neque laicis in Eccleſia ſedendum (niſi laborat quis infirmitate) dum divina officia perſolvuntur: quod ut primum ipſe in ſua Eccleſia corrigat, inde in aliis quoque corrigendum procuret, admonuit. Ipſe autem Petrus Damiani poſt hæc ex eremo Romam coactus eſt proficiſci ad conſecrationem Alexandri Papæ, eo quod ipſe eſſet Epiſcopus Oſtienſis, cujus tantum muneris, conſecrare Pontificem. Quando autem id acciderit, nobis incertum; quod factum, certum.

LXXXVI. Agnes Auguſta Romam pœnitentiæ cauſa contendit.

Hoc eodem anno ad finem dilabente pervenit Agnes Auguſta Romam ad Limina Apoſtolorum, illic perpetuo permanſura. Ita quidem caſuum varietate mirum in modum agitata, ſapienter vitam inſtituit, ut ſeſe totam divino obſequio manciparet, quod didiciſſet illud eſſe vere regnare, cum Dei ſervituti ſe, ipſi inhærendo, ſpontanee ſubjugaret, illud propheticum mente retinens ac ore concinens (a): *Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum.* Verum ejus peregrinationis & manſionis in urbe illa aſſeritur cerra cauſa, quod cum eadem Auguſta faviſſet nefariæ Cadaloi promotioni, pœnitens facti, peccatum ingens ingenti ſatisfactione voluit redimere. De ipſa enim hæc habet B. presbyter pœnitentiarius in S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi rebus geſtis: *Huic nefariæ præſumptioni Cadaloi mater ipſius Agnes Imperatrix interfuit. Quæ ſancti Spiritus illuſtratione compuncta, apud ipſum Papam Alexandrum confeſſionem poſtmodum fecit, pœnitentiam accepit. Huic præ cæteris injunctum eſt, quatenus Romæ moraretur, ibique S. Petro vigiliis, orationibus, & jejuniis ſatisfaceret, ac prodeſſet Eccleſiæ conſiliis & auxiliis, prout valeret.* Hæc ipſe. Quæ quidem ab ipſa abundantiſſime præſtita eſſe, quæ dicentur inferius, docent. De ejuſdem vero abrenuntiatione ſæculi extant S. Alphani Archiepiſcopi Salernitani hujus temporis auctoris hi duo verſus in prece metrica.

(a) Thren. 3.

*Deprecor, Agnetis Reginæ fac memor ut ſis:*
*Quæ Regum Regi ſeque ſuumque dedit.*

LXXXVII.

Sic igitur mentis firmato conſilio, ſtabilitoque de ſæculi hujus abdicatione propoſito, feſtine in Urbem advolat, ubi offerat piſcatori quod acceperat Imperium a piſcatore, receptura cum fœnore a Chriſto cœleſtia regna permanſura perpetuo. Sed quæ de ipſa Lambertus ejuſdem temporis ſcriptor habeat, rem a principio repetens, accipe: *Imperatrix nec filium ſequi, nec injurias ſuas jure Gentium expoſtulare voluit, ſed in propria recedens, private deinceps ætatem agere diſpoſuit. Nec multo poſt tædium paſſa ærumnarum ſæculi, domeſticis quoque erudita calamitatibus, quam cito & velociter exufflante ſpiritu Dei exiccetur fœnum temporalis gloriæ, cogitavit ſæculo renuntiare, ſtatimque ad explendum quod cogitaverat, præceps abiſſet, niſi in ea impetum ſpiritus amici maturioribus conſiliis inhibuiſſent.* Hæc ipſe. At de profectione Romam ad Limina Apoſtolorum Sigebertus hæc habet anno præſenti: *Imperatrix neceſſitatem vertens in voluntatem, ut obſtrueret os loquentium de ſe iniqua, non ſolum honore regni, ſed etiam honore ſæculi rejecto, Romam ad Limina Apoſtolorum ſe contulit, ibique uſque ad finem vitæ omnibus bonis exemplo & miraculo fuit.* Hæc Sigebertus. Redarguitur vero ab his omnibus Urſpergenſis Abbas, dum ejuſdem Auguſtæ adventum Romam ponit anno Domini milleſimo ſexageſimo-nono. ☞ Ex ratione autem computus Lamberti dicendum eſſet, eam non ante annos ſexaginta ſex poſt milleſimum eſſe profectam in urbem. Cum enim anno Domini milleſimo ſeptuageſimoſecundo agens de ejus reditu in Germaniam, dicat illum contigiſſe poſt annos ſex ab ejus in urbem adventu, utique illuc profectam eſſe di-

cere



cere opus erit, dicto anno milleſimo ſexageſimoſexto. ☜

LXXXVIII.

De eadem, quod Romam veniens, ibi Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum magni nominis & ſanctitatis virum nacta, fecerit in Confeſſione Petri Apoſtoli confeſſionem ſuorum omnium peccatorum, teſtatur idem ipſe Petrus in epiſtola ad ipſam poſtea ſcriptam, quam acceptam nuper a Caſſinenſi bibliotheca induſtria domini Conſtantini Cajetani monachi Caſſinenſis, hic tibi deſcribendam putavimus, egregium antiquitatis monimentum, quo potiſſimum tamquam ſcopa omnis pulvis aſperſus de tantæ feminæ fama evertatur. Sic enim ſe habet:

*Scuto bonæ voluntatis Dei coronatæ Agneti Auguſtæ Imperatrici, Petrus peccator monachus ſervitutem.*

LXXXIX. Petri Dam. Ep. ad Agnetem Aug.

*Regina Saba (a) venit in Hieruſalem audire ſapientiam Salomonis: Imperatrix Agnes Romam adiit addiſcere ſtultitiam piſcatoris. Nam ſicut Paulus ait: (b) Quia non cognovit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes. Illa, ſicut ſacra teſtatur hiſtoria, ingreſſa eſt cum multo comitatu & divitiis, camelis quoque portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas pretioſas; iſta vero cum Hermiſinde cognata ſua non diſpari ſancti Spiritus fervore ſuccenſa, tamquam Maria (c) Magdalena cum altera Maria veniunt ad ſepulchrum, non ut corpus JESU perungant fomentis aromatum, ſed ut pedes ejus fluentis irrigent lacrymarum. Non enim jam quærunt viventem cum mortuis, ſed adorantes tenent veſtigia reſurgentis. Carnalis plane Salomon Reginæ Sabæ quæſtionem nodos & myſteria reſeravit ænigmatum: noſtra vero Regina nihil ſibi ſolvi propoſuit, niſi ſuorum vincula peccatorum. Salomon inquam fuit figura Chriſti, & quædam velut imago ſive prophetia perſonam noſtri Salvatoris expreſſit. De illo quippe dicitur, (d) quia locutus eſt tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia. Ubi præſto ſubjungitur: quia diſputavit etiam ſuper lignis a cedro quæ eſt in Libano uſque ad hyſſopum, quod egreditur de pariete, & diſſeruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus: quæ ſcilicet Redemptori noſtro non ambiguum erit cuncta congruere, cui vacat hæc diligenti conſideratione tractare. Ipſe nimirum tria millia parabolas eſt locutus, qui & per myſtica patrum præcedentium facta, per allegorica Prophetarum oracula, vel etiam per conſonantis Evangelii documenta, dum ſub figurarum velamine pene cuncta diſſeruit; quaſi tria millia in verbis ſuis parabolas numeravit. Unde & in Evangelio Matthæus ait (e) Hæc omnia locutus eſt JESUS in parabolis & ſine parabolis non loquebatur eis. Cujus etiam carmina quinque millia ſunt, quia chorus Virginum ſub quinario numero deſcribitur ante thronum ejus (ſicut Joannes in (f) Apocalypſi dicit) canticum novum jugiter modulari.* Et poſt plura alia de collatione Chriſti cum Salomone iſta ſubjungit:

(a) 3. Reg. 10.
(b) 1. Cor. 1.
(c) Matt. 28.
(d) 3. Reg. 4.
(e) Matt. 14.
(f) Apoc. 5.

XC. Qualis Agnes Auguſt. venerit & cur advenerit.

*Ad hunc ergo tu nuper Salomonem, o Regina, veniſti, non ut illa Sabæorum in curribus & equitibus, & elephantis; ſed in lacrymis potius, gemitibus & lamentis. Tu ergo veraciter es Regina Saba; Saba ſiquidem interpretatur humilis vel campeſtris. In campum quippe certaminis deſcendiſti, ut manus manibus conſeras, & pro caſtris Chriſti ſtans, non enerviter cum hoſte confligas. Veniſti,* inquam, *non ut ænigmatum tibi myſteria ſcrupuloſa diſſolveret, ſed ut per ſimplicis Clavicularii ſui miniſterium regni cœleſtis aditum reſeraret. Veniſti humilis ad humilem, pauper ad pauperem, & quaſi . . . . . & incultis gregum paſtoribus adorare veniſti puerum in præſepio vagientem. Veniſti nempe. Tu & quique circa te, mirandum valde ſpectaculum, & imitandum Salvatoris eras ædificationis exemplum.* Videtur ſignificare, veniſſe Romam Agnetem Imperatricem Natalis diei Domini tempore. Pergit de habitu quo eſt Urbem ingreſſa: *Veſtis enim pulla & lanea, is cui inſidebas, non dicam, equus, ſed potius burdo, vel burricus, vix menſuram deſidis excedebat aſelli. Mutaveras enim coronam velo, purpuram ſacco, & manus, quæ in modum * columbæ geſtare conſueverat, ſceptrum, attrita jam erat portare pſalterium. Revera, quia omnis gloria filiæ Regis ab intus. Vernantium decor ille gemmarum, & coruſcantium auro veſtium cultus jam ad interiora migraverat, & in occulti ſpeculatoris obtutibus interior ſponſæ ſpecies relucebat; cui Sponſus (g) tota, inquit, pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Et iterum: (h) *Pulchra es amica mea, ſuavis & decora.*

* columnæ.
(g) Cant. 4.
(h) Ibid. 5.

XCI.

*Delicatam porro cervicem illam, ex qua cum bracteolis aureis & rutilantibus margaritis dudum murena pendebat, nunc margo laneæ veſtis exaſperat. Unde miniſtri cœleſtis illius Sponſi tibi blandiuntur & dicunt: (i) Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Et Sponſus adhuc: (k) Coronaberis, inquit, de vertice Sanir, de capite Amana & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Amana quippe mons eſſe Ciliciæ dicitur, qui & Taurus a compluribus appellatur; Sanir & Hermon terræ Judaicæ montes ſunt, in quibus leones & pardi habitare creduntur. Per hos*

(i) Ibid. 1.
(k) Ibid. 4.



ergo

ergo montes Reges & Principes, diverſæque mundi hujus intelligendæ ſunt poteſtates, quæ velut montes ſeſe in ſuperbiæ culmen attollunt, & malignis ſpiritibus tamquam pardis atque leonibus habitaculum faciunt. De his ergo montibus coronaberis, quia quotquot mundi Principes ac poteſtates ad Deum per tuum convertentur exemplum; pro his omnibus æternæ gloriæ tibi cumulabitur præmium. Eris quoque non modo coronata, ſed & ipſa corona, Propheta teſtante,
(a) Iſ. 62. qui ait: (a) Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

XCII. Conſil. Agnetis Aug. in dedicando ſe Deo.

Amiſiſti Regina virum, poſt quem dedignata es thalamos iterare vel proci cujuſlibet fœdus admittere, niſi qui priorem virum excellentioris gloriæ dignitate tranſcenderet. Quid ergo faceres? Vir ille tuus Imperator extitit, regiæ dignitatis apicem tenuit, & quod in hominibus ſingulare eſt, Romani Imperii monarchiam diſpenſavit. Quia igitur in tantæ celſitudinis arce præeminuit, eo ſuperior, quiſpiam in humano genere reperiri non potuit. Quæ ergo in terris idoneum, & qui tuis placeret oculis invenire non poteras virum: in cœleſtis Sponſi provolaſti violenter amplexus, violenter in-
(b) Matt. 11. quam: (b) Regnum quippe cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. O beata iſta ſuperbia, o beata mentis elatio & omnibus digna præconiis! quæ dum carnalis thalami vitam contempſit, in dotalitium regis æterni glorioſa tranſivit. Carnalis plane virginitatis arcanum corrupit ſponſus terrenus; Sponſus autem ille cœleſtis eas etiam quas ſibi violatas aſſociat; in virginale decus illico ſine difficultate reformat, ut nimirum contracti ſqualoris inquinamenta deponant, & velut aridæ prius arbuſculæ denuo comantes in priſtinam decoris gratiam revireſcant. Porro autem cum carnali viro noptura exornatur; mox apud affines & notos undique pecunia quæſita congeritur, & quidquid valet acquiri, ſacculis illico vel obſignandis capſidilibus infercitur: ut quo magis ad virum mulier ornata deproperat, eo & glorioſior appareat, & ille propenſius, in ejus amore ſedulus infervefcat.

XCIII. Profuſa Agnetis Aug. munificentia.

Tu contra, ut nuptialia cum cœleſti Sponſo fœdera contrahas, regalis ærarii congeriem prodigis; radiantia quoque cum auro vel argento margarita diſpergis, aulæa tua blattina, vel potius deaurata templorum laquearibus appenduntur, ornamenta regaliæ ſacris famulantur altaribus. Nullis ut ita fatear) parcitur rebus, & hoc ſolum indigentibus & Eccleſiis confertur, quod extra tui juris peculium reperitur. Cuncta projicis, cuncta dilapidas, ut ad Sponſi cœleſtis amplexus exornata prorſus, immo nuda pervenias. Hæc autem non propter te, venerabilis Imperatrix, ediſſero, quam & his verbis potius offendere pertimeſco: ſed ob id potius, ut dum tuæ virtutis inſigne utcumque depromitur, non parva legentibus ædificatio procuretur. Ubi enim tanta ſublimitas pro ſuî Creatoris amore ad pavimentum uſque dejicitur; quæ cervix ſuperbiæ protinus a ſui rigoris tentigine non flectatur? Quæ tumidæ cujuſlibet mentis inflatio præſto non folleat, cum tantæ gloriæ Principem nunc velut deſpicabile mancipium cernat? Quis præterea rerum tranſeuntium pertimeſcat inopiam, cum ſpontaneam videat in ea muliere pauperiem, quam tot utique regnis paulo ante aſpexerat imperantem? Aut quis inculti habitus injuriam perhorreſcat, cum aureo ſubtegmini & regalibus pompis a regia majeſtate vile ſtamen prælatum eſſe conſiderat?

XCIV. Agnetis Mira abſtinentia.

Veniam ad menſam & ad famelicam (ut ita loquar) epularum affluentium ubertatem. Quale, rogo, eſt, congeſtam ante ſe ſtruem lancium & renidentium carnium epulas per menſas circumquaque transmittere, & carnium nec ipſam quidem pinguedinem deguſtare? contrectare manibus dapes, & eas in ore non ponere? immo ipſum panem vel quælibet incultioris apparatus edulia cum timore ſummotenus ligurire? Unde mihi ſæpe conqueſta es, eatenus non poſſe cobibere te ab edendi prurigine, ut ex his quæ appoſita cerneres, non aliquid tibi quandolibet immoderatius indulgeres: hinc ſæpius lacrymæ, hinc gemitus, hinc profunda ſuſpiria. Lugebas enim, quia quantavis diſciplinæ cautela cujuſlibet diſtrictionis inſtantia naturam funditus ſuperare non poſſes: ſed ſicut & tunc forte non tacui, jejunium Regina tuum multiplex eſt. Nos enim aliquando jejunamus a cibis, ſed tu jejunas a purpura, jejunas a corona, atque a quotquot magnificis Imperialis gloriæ pompis. His enim abſtinere, non immerito jejunium nuncupatur, quibus utique mens quæque carnalis delectabiliter paſcitur. Nam ſi ſimplex aqua a David projecta, Scriptura teſte, (c) in ſacrificium vertitur, tot rerum honorumque contemptus (c) 2. Reg. 23. quantam apud Deum gloriam promeretur? O quam gravis eſt, quamque laudabilis abſtinentia, aſſuetam juvenculam a virili jejunare complexu. Numquid & hoc grave jejunium non eſt, ut quæ conſueveras iſtos in honorum culmen attollere, illos inſolentes a dignitate privare; nunc regulis contenta domeſticis, aſpectus hominum fugias, & in orationibus, & pſalmodiæ ſedula modulatione perſiſtas? Et quia fueras olim Suſanna cum viro: me-



merito nunc facta es Anna poſt virum. Et quia tunc conjugalem pudicitiam immaculate ſervaveras, nunc cum filia Phanuel (quod templum Domini dicitur) in Eccleſia perſeveras.

XCV. Agnetis Aug. ſcrupulus ejus mentis candorem patefacit. * ipſam egeriem

Hinc eſt quod a me per venerabilem Rainaldum Comanum Epiſcopum requiſiſti: Utrum liceret homini inter ipſum debiti naturalis * egregium aliquid ruminare pſalmorum?. Ad quod ego, quod ad tempus occurrebat, expoſui. Quoniam Job Deus omnipotens viſitavit in ſterquilinio conſtitutum, & beata martyr Agnes, cujus & tu æquivoca es, in obſoletis ac ſordidis lupanarium locis & Angelum ſimul & angelicum reperit indumentum. Nam & Apoſtolus ubique nos præcipit orare,
(a) 1. Tim. 2. cum dicit: (a) Volo ergo vos viros orare in omni loco, levantes puras manus ſine diſceptatione. Quamquam hæc magis eo loci verſanda tunc in corde, quam explicanda ſermone. Hoc ego quamquam ſilentio dignum fuerit, & nequaquam per multorum ora vulgandum, idcirco dixerim, ut liquido legentibus innoteſcat, quantus ſancto pectori divini amoris candor incaleſcat, ut ne ad brevem quidem punctum a divinis obticeſcere laudibus acquieſcat. Quid ad hæc dicent, qui de Eccleſia non oratorium, ſed locutorium, & non oraculum, ſed conciliabulum faciunt? ac per hoc in ea domo ſæcularia verba permiſcent, quæ dumtaxat ob hoc conſtructa dignoſcitur, ut in ea prorſus a negotii ſæcularis actione vacetur?

XCVI. Ad S. Petri Confeſſionem Petro confitetur peccata ſua.

Sed ut hi, qui ad Apoſtolorum Limina confluunt, ſanctæ devotionis tuæ ſalubriter imitentur exemplum; ſub arcana quoque beati Petri Confeſſione ante ſacrum altare me ſedere feciſti, ac per lugubres gemitus & amara ſuſpiria, ab ipſa quinquenni infantia teneræ adhuc & nuper ablactata cæpiſti: & tamquam illic ipſe beatus Apoſtolus corporaliter præſideret, quidquid ſubtile vel minutum in humanitatis tuæ potuit titillare viſceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid præterea ſubrepere potuit in ſermone ſuperfluum, fidelibus eſt relationibus evolutum. Ad quod mihi viſum eſt, ut nullum aliud pœnitentiæ pondus injungerem, niſi ut illud divinæ legationis elogium iterarem: Age quod agis: operare quod operaris; vel illud quod iis, qui Thyatiræ erant, per Angelum mittitur:
(b) Apoc. 2. (b) Non mittam ſuper vos aliud pondus: tantum id quod habetis, tenete. Nam Deo teſte, ne unum quidem diem jejunii vel cujuſlibet afflictionis indidi, ſed ut in cæptis ſolummodo ſanctis perſeverares operibus, imperavi. Et utinam a quibuſdam homicidis vel diverſorum criminum reis illi gemitus, illi fletus in confeſſione prorumperent, ſic tabeſcentis ac acerrimo dolore tranſfixæ mentis ſpiritus fremeret, ſic male ſibi conſcia pectora ſingultirent, ſicut illic plangebantur vel inanium phantaſmata cogitationum, vel quarumlibet puerilium ineptiæ levitatum. Hoc provocentur exemplo, qui ad veneranda Sanctorum corpora pia devotione feſtinant. Illic itaque proprii reatus morbos, quaſi noxios humores evomant, quibus per conatus puræ confeſſionis geſtis pœnitentiæ ſalutaris antidotum ſumant. Illic baptiſmum pœnitentiæ ſtatuant, in quem per judicium officii ſacerdotalis immerſi vetuſti hominis indumenta reponant, jamque de veteribus novi vivant.

Tu autem domina mea (nam quia te XCVII.
Redemptoris mei ſponſam eſſe non ambigo, meam te vocare dominam nullatenus erubeſco) domina, inquam, mea fige pedem in radice perſeverantiæ, & in amore illius, ad quem per manus ſacerdotum & pauperum quotidie cuncta tranſmittis, medullitus inflammare, ut illud tibi jure contingat, quod in lege præcipitur, videlicet (c) Ut qui captam in bello mu- (c) Deut. 21.
lierem forte diligeret, eamque ſuſcipere voluiſſet uxorem; prius ejus cæſariem radat, ungueſque præcidat, ac veſtem in qua capta eſt, auferat. Sicque ad ingenuitatem Iſraelitidis ex more proſilientem, jure ſibi matrimonii copularet. Jam igitur ungues tui cum cæſariæ cæpere præcidi, jam veſtis, qua tegebaris, auferri, quia quidquid in tui cultus ornatibus pulchrum, quidquid in facultatibus pretioſum te velut ambire vel comere in exterioribus cernitur, in pietatis opera quotidie profligatur. Reſtat ergo at ad intimi Sponſi tui jam pervenire dulcedinem, & ſuaviſſimam illam confederati ſpiritus cupias unitatem. (d) Qui enim adhæret (d) 1. Cor. 6.
Domino, unus cum eo ſpiritus eſt. Videlicet ut ille divini amoris ſapor tuis viſceribus influat, illa ſuavitatis flamma tui pectoris arcana ſuccendat, quam & miſer mundus, & mens quæque carnalis ignorat. Ut illud Canticorum ardenter exclames: (e) Guttur dilecti mei ſuaviſ- (e) Cant. 5.
ſimum, & totus deſiderabilis: & ille tibi viciſſitudine grata reſpondeat: (f) (f) Ibid. 4.
Favus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

XCVIII. Petrus roborat eam in tolerantia adverſitatum per exempla.

Nec turberis, ſi quæ te adverſitas feriat: ob id enim fit, ut internus ille diſpoſitor ad hanc te dulcedinem trahat. Nam & mater cum ablactare vult filium, aliquando fel uberibus adhibet, ut dum aſpernatur illud quod horret, compellatur ad alimentum ſe transferre quod roboret. Iſraeliticum populum idcirco Rex Ægypti percellere ac lacerare permittitur, ut ad repromiſſionis arva contendere feſtinantius provocetur. Porro ut de te ſileam, quod talione vicaria & odiſti mundum, & peroſa jam exploderis a mundo;

*do; numquid & ipſis Regibus, a quibus mundus iſte diligitur, & quibus captioſa fraude blanditur, non quantocyus in amaritudinem vertitur? ut nimirum hodie qui ex hoſtibus victoriæ ſigna reportet, trihumphalis eum gloriæ pompa præcedat: & cras illum ignobiliter terga vertentem hoſtilis mucro transfodiat? (a) Balthaſar nempe ipſo die, quo vaſa templi Domini jam temulentus concubinarum labiis fædare præſumpſit, Medorum gladiis Dario victoriam obtinente ſubjacuit. Galba Rom. Imp. quatuor tantummodo menſibus imperavit, & in Romano foro, gladio percuſſus occubuit. Taceo Neronem, prætereo Ottonem, quos a ſemetipſis interfectos, Romanæ Reipublicæ teſtantur hiſtoriæ. Nonne Vitellius interemptus eſt a ducibus Veſpaſiani? Nonne & Pertinax occiſus eſt a militibus Prætorianis? Macrinus, Antoninus, Alexander, Philippus, Gallienus: nonne omnes hi Imperatores militaris impetus gladii pertulerunt? Domitianus præterea ſuorum conjuratione confoſſus eſt. Probus dum caſtra ſuper Tigridem haberet, cæleſti fulmine repente peremptus eſt. Sed qui vult plenius noſſe, ſeriatim Romanæ antiquitatis percurrat hiſtorias, ibique liquido videbit, quam pauci Reipublicæ Principes communi morte defecerunt. Nam & Gordianus, & Philippus, Decius, Gallus, Voluſianus, Gallienus, Quintillus, Aurelianus, Numerianus, Licinius, Conſtans, Conſtantinus Junior, Julianus, Valens, Gratianus, Valentinianus Junior, Joannes, Valentinianus Tertius, Majorianus, Anthemius, Nepos, omnes iſti Romani Imperii rectores, nonne initio ſeditioſa ſuorum ſunt fraude necati, vel in procinctu hoſtilibus perierunt gladiis interempti?*

(a) Dan. 5.

XCIX. *Sed & quibuſdam quid profuit, quod eorum in hoc ſæculo prolixius duraverit annoſa vita? Nam ut infinita prætere am, Valerianus Imperator in Meſopotamiam cum Sapore Rege prœlium commiſit, & perdidit; quem ille protinus captum irrevocabilis cuſtodiæ vinculis mancipavit: qui nimirum ignobili (ſicut tradit hiſtoria) apud Parthos ſervitute conſenuit, & quoad vixit, huic probroſæ addictus eſt pœnæ, ut ejuſdem provinciæ Rex, incurvato eo, pedem cervicibus ejus imprimeret, & ſic in equum arrogantia tumidus aſſiliret? Quis eſt enim, cui ſe fortuna non transferat, & modo de adverſis ad proſpera, modo de proſperis in adverſa ſcenica ſe varietate convertat? Quanta plane gloria, quantus ſuorum favor arriſit Hannibali, cum apud Cannas Paulum Æmilium cum tot Romanorum militum agminibus ſtravit, cum denique tres anulorum aureorum modios, quos equitum Romanorum, Senatorum, & militum manibus detraxerat, Carthaginem deſtinavit? plurimas etiam Italiæ ſibi civitates ſubdidit, adeo ut jam Romani cives Italiam relinquere decreviſſent, & ſtatum labentis Imperii funditus deſperarent. Sed quam in contrarium ſucceſſus iſte converſus eſt, cum Mago frater ejus a Scipione apud Carthaginem Hiſpaniæ capitur, Aſdrubalis alterius fratris caput mucrone reſectum ante ipſius Hannibalis caſtra proiicitur? ipſeque deinceps poſt inevaſibile fugæ periculum, ut veneno ſe perimat, imminente neceſſitate compellitur? Quam & in contrarium verſa eſt illius eximii fortuna Pompeii, qui poſt tot triumphos, claraſque victorias, quas diverſo terrarum orbe confecit, poſtquam vigintiduos Reges in ſolo Orientali climate ſuperavit, vilis Achillæ gladio detruncatus occubuit? Cæſar etiam, quem victoriæ cupidum totus occiduus orbis ſatiare non potuit, cui velut quidam contradictionis obex (ut ita loquar) importunus & arrogans oceanus obſiſtebat, cujus ora flammantia innumerabilium ſtrages Gentium non complebat, Senatorios intra Curiam pertulit gladios, a quibus utique vigintiduabus plagis confoſſus interiit.*

*Numquid & mulieres ab hujus mundanæ deceptionis rotali vertigine reperiuntur immunes? Cleopatra nempe magnifice toti dominabatur Ægypto: quod videlicet regnum centum millia villarum includere perhibetur. Huc acceſſit, quod Antonius, qui Orienti ſimul imperabat & Aſiæ, Octaviani Auguſti ſororem repudio ſprevit, & hanc ſibi infauſtis auſpiciis in matrimonium copulavit. Verum ad quem finem tam glorioſi, tamque magnifici conjuges pervenerunt? Antonius ſiquidem ab Auguſto apud Actium navali prœlio ſuperatus in Ægyptum fugit, ibique deſperatis rebus, ipſe ſibi propria deliberatione mortem conſcivit. Sed & Cleopatra poſtmodum non diſſimili neceſſitate coacta in pretioſi viri ſui ſepulcrum ſe ſponte projecit, aſpidemque propriis uberibus adhibens, dum & ille ſanguinem ſugeret, & hæc in ſe venena contraheret, expiravit. Semiramis etiam poſt obitum viri ſui quot ſtrages dederit, quot ſibi regna ſubdiderit, quo demum fine deceſſerit, liquido veterum teſtantur Annales.* C.

CI. Recentioribus monet exemplis.

*Cum ergo fallax hujus mundi felicitas tot calamitatibus ſit obnoxia, cum potentia temporalis tot caſibus varianda ſubiacet, & rerum ordo ſeſe ut ſcenicæ vertiginis alternitate confundat: quis ſanæ mentis a rebus tam frivolis, tamque fugacibus animum non avertat? Nam ut & ipſa, quæ tibi ſunt notiſſima, non prætere am, cum quanta gloria Papa Victor & vir tuus Imperator Henricus uterque vir ſanctæ memoriæ tum erant & ætate virentes, & dignitate florentes, cum luna ſereniſſimo terram fulgore perfundens eclipſim paſſa repente contabuit, & rutili ſplendoris ſpeculum non dicam pallore, ſed obſcuritate mutavit? quod profecto ſicut in proximo patuit, nil aliud, quam vicinum utriuſque Principis interitum præſignavit. Nam eodem anno uterque defunctus eſt. Quod autem poſtea ante hoc ferme, biennium luna in ſanguinem verſa eſt (quia ſanguis peccata ſignificat: Libera, me, inquit David, de ſanguinibus Deus) in quantum mihi videtur, nil aliud, niſi ſanctam ſignificavit Eccleſiam, Cadaloici ſceleris ſanguine cruentandam. Cadalous enim millies anathematizatus, dum pro venaliter acquirenda Romana Eccleſia infinitas per populos pecunias ſpargit; corda hominum per avaritiam in æris ſpeciem, velut in ſanguinem vertit. Sicque dum peſtilentes homines metalli hujus non deſinunt habere rubedinem, ſplendor Eccleſiæ quodammodo vertitur in cruorem. Cor enim quod cupit, ejus ante Dei oculos ſpeciem induit. Sed hæc alias.*



CII. *Ut igitur ad id, unde digreſſus ſum, redeam: omnes homines, ſive potentes, ſive ſint inopes, eamdem ſortiuntur originem, nec diſſimilem habituri ſunt finem. Inter hos autem eſt quædam vitæ diverſitas; ut alii ſe glorientur eſſe ſpectabiles, alii ſe doleant indigentes: ſed hæc humanæ vitæ varietas momentanea brevitate concluditur; ut & elati quique diutius de ſua proſperitate non gaudeant, & inglorii ſuæ dejectionis incommodum feſtinanter evadant. Quod eſt ergo principium noſtrum, & qui finis, quæ (ſicuti dictum eſt) variare non poſſumus; ſed omnes in commune mortales hæc indifferenter poſſidemus? Sed audi ſapientem virum in libro Sapientiæ perhibentem: (a) Sum, inquit, & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomni convenientis: & ego natus accepi communem ærem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans: in involumentis nutritus ſuum & curis magnis; nemo enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium. Ubi & protinus additur: Unus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. Si ergo unus, quod dicitur introitus ad vitam, & exitus ſimilis diligenter attenditur, varietas illa, quæ verſatur in medio, tamquam volax fugacis ſomnii vanitas contemnatur. Hoc etiam quod præmiſſum eſt: Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis & delectamento ſomnii convenientis, ſi non pigeat, vigilanter adverte. Quæ mens hæc audiens typho ſuperbiæ valeat ſuperbire? Et quis continuo non compellatur ſeſe noſſe putredinem, dum tamen obſcenam ortus ſui conſiderat fœditatem? dicens intra ſe: Quid ſuperbis terra & cinis? quod etiam poſt exitum futurum eſt, primo vermis, deinde pulvis. Erubeſcat ergo cordis elata ſuperbia, & qui ſe conſiderat inter ortum & exitum communi cum cæteris naturæ lege conſtringi: deſinat de ſublimiori gloriæ ſingularitate jactari.*

(a) Sap. 7. Ex humana miſeria ad mundi contemptum eam roborat.

CIII. Ad perſeverantiam exhortando perorat.

*Tu autem, venerabilis domina, quæ de cœno terrenæ ſuperbiæ ad ſublime veræ humilitatis faſtigium conſcendiſti: ita conſtanter in ejus arce perſiſte, ſic in ea, quam per ſpem ſemel ingreſſa es, terra viventium perſeverantiæ pedem immobiliter fige, ut in ſæcularis viæ lubricum non libeat ulterius declinare. Nam quæ dudum terreni fuerat uxor Imperatoris, nunc per ſanctæ profeſſionis dotem ſponſa facta es Redemptoris. Sic igitur ei te in vera cordis humilitate ſuppone, ſic illi glutino fervidæ charitatis unire, ut cum myſtica illa ſponſa congruenti valeas voce cantare (b): Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Et illud (c): Dilectus meus intra ubera mea commorabitur; ut quoniam cor hominis inter ubera ſitum latitat, continuus ſponſi tui amor a viſceribus cordis tui non recedat. Et cui nunc ſancta anima tua in amore conjungitur, nequaquam de cætero a dulcedinis ejus amplexibus avellatur, quatenus illud in te Iſaiæ vaticinium ſolemniter impleatur (d): Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus.* Hucuſque ad Agnetem Auguſtam Petrus, tanto catechiſta tantam feminam dignam, tantaque filia, germine dignus pater, qui in terram bonam & optimam verbi Dei ſemen ſparſit: Siquidem de virtute in virtutem calle Chriſtianæ vitæ perfectionis incedens, a claritate in claritatem ſpiritu Domini transformata in dies ſanctior Deo, Sponſo cœleſti pulchrior reddita, Romæ, quo venerat, & ubi cœperat, ſancto fine non diſpari tanto principio quievit in Domino anno Redemptoris milleſimo ſeptuageſimoſeptimo, ut epitaphii ad ejus ſepulcrum poſiti in baſilica ſancti Petri docet inſcriptio, quam Vegius in monumentis Vaticanæ baſilicæ, quæ collegit, libro tertio ponit, a nobis ſuo loco inferius recitandam.

(b) Cant. 3.
(c) Ibid. 1.
(d) Iſ. 62.

CIV. Non prætermittendum putamus, quod Agnes, antequam Romam ſe conferret, apud Frutuarium monaſterium, ita nominatum, aliquamdiu manſit, ut Otto Friſingenſis atque Urſpergenſis affirmant. Quod monaſterium eſſe ſub diœceſi Epiſco-

Monaſterium Frutuarenſe. ſcopatus Hiporedienſis accepimus. Petrus Damiani in epiſtola ad Adelaidem Duciſſam, quæ incipit: *Quidquid de caſtitatis injuria &c.* De ejuſdem monaſterii ſancta religione pluribus diſſerit, atque laudibus immenſis celebrat. Ubi ſe permanſiſſe dies ferme decem affirmat. Fuit celebre quidem Frutuarenſe monaſterium ſub nomine ſancti Benigni ſancta obſervantia monachorum, de cujus primordiis (*a*) Glaber agit, affirmans nimirum illud erectum a Willermo Abbate, cum Eccleſia ſancti Benigni martyris a ſancto Majolo ipſi credita eſſet: monaſteriumque erexit in paternæ hæreditatis fundo, Vulpia nominato, quod Frutuarenſe placuit appellari, cui præfecit Joannem Abbatem miræ ſanctitatis virum, ſub quo illud monaſtica floruit obſervantia, adeo ut omnibus eſſet venerationi, ſicut etiam admirationi. Nam ex eodem Frutuarenſi cœnobio, quod Agnes Auguſta (ut vidiſti) plurimum coluit, ſanctus Anno Archiepiſcopus Colonienſis, ut cæteris ſanctiori monachos accepiſſe legitur (*b*) duodecim pro inſtituendo monaſterio Sigebergenſi a ſe nuper erecto.

(*a*) *Glab. 3. cap. 5.*

(*b*) *Annonis vit. l. 1. c. 23. apud Sur. t. 6. die 24. Dec.*

CV. Hoc ipſo etiam accidiſſe tempore noſcitur ipſius Alexandri Romani Pontificis, ut cum Haraldus Norvegiæ Rex obedire negaret ſuo Archiepiſcopo Hamburgenſi ſive Bremenſi Adalberto, & idem Archiepiſc. de his conqueſtus eſſet apud Alexandrum Romanum Pontificem, ad eum Alex. Papa litteras direxerit, quas ex parte recitat Albertus Stadenſis Abbas in ſuo Chronico. Sunt hujuſmodi:

CVI. Alex. Pap. literæ ad Haraldum Regem Norvegiæ. *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Haraldo Northmannorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Quia adhuc rudes in Fide exiſtitis, & in Eccleſiaſtica diſciplina quodammodo claudicatis; oportet nos, quibus totius Eccleſiæ eſt commiſſum regimen, divinis admonitionibus vos frequentius viſitare. Sed quia ob longarum difficultatem viarum per nos hoc agere minime valemus; ſciatis nos * Alberto Bremenſi Archiepiſcopo Vicario noſtro hæc firmiter commiſiſſe. Prædictus itaque Archiepiſcopus legatus noſter ſuis nobis eſt conqueſtus epiſtolis, quod Epiſcopi veſtræ provinciæ aut non ſunt conſecrati, aut data pecunia contra Romana privilegia quæ ſuæ Eccleſiæ ſibique data ſunt, in Anglia, vel in Gallia, peſſime ſunt ordinati. Unde ex auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli vos admonemus, ut ſicut Apoſtolicæ Sedi reverentiam ſubjectionis debetis exhibere; ita præfatam venerabili Archiepiſcopo Vicario noſtro, & vice noſtra fungenti, vos veſtrique Epiſcopi impendatis &c.* Hucuſque ibi ex Apoſtolicis litteris.

* Adalberto.

CVII. Quænam iſta præceſſerint, ut Hamburgenſis Archiepiſcopus implorare ab Alexandro Pontifice auxilium cogeretur, ab (*c*) Adam ejus temporis ſcriptore ſic accipe: *In Norvegia quoque res magnæ geſtæ ſunt illo tempore, quo Rex Haraldus crudelitate ſua omnes tyrannorum exceſſit furores. Multæ eccleſiæ per illum unum dirutæ, multi Chriſtiani per eum necati ſunt per ſupplicia. Erat autem vir potens & clarus victoriis, qui prius in Græcia & in Scythiæ regionibus multa contra barbaros prœlia confecit.* Cum occiſo germano S. Olao Rege, fugit ipſe in Orientem. Pergit vero:

(*c*) *Adam. l. 3. c. 10.* Res Norvegianæ Eccleſiæ.

CVIII. *Poſtquam vero in patriam venit, numquam quietus fuit a bellis, fulmen Septemtrionis, fatale malum omnibus Danorum inſulis. Ille Orchadas inſulas ſuæ ditioni ſubjecit: ille cruentum imperium uſque ad Island extendit: propter avaritiam & crudelitatem ſuam omnibus erat inviſus. Serviebat etiam maleficis artibus, non attendens miſer, quod ſanctiſſimus germanus ejus talia monſtra eradicavit e regno pro amplectenda norma Chriſtianitatis certans uſque ad ſanguinem. Cujus egregia merita teſtantur hæc miracula, quæ quotidie fiunt ad ſepulcrum Regis in civitate Trondemis. Videbat hæc illa derelictus a Deo, nihilque compunctus, oblationes quoque atque theſauros, qui ſumma Fidelium devotione oblati ſunt ad tumulum fratris, ipſe Haraldus unca manu corradens militibus diſperſit. Pro quibus cauſis Archiepiſcopus zelo Dei tactus, Legatos ſuos ad eumdem Regem direxit, tyrannicas præſumptiones ejus increpans litteris, ſpiritaliter vero admonens de oblationibus, quas non liceret in uſus cedere laicorum, & de Epiſcopis ſuis, quos in Gallia vel in Anglia contra fas ordinari fecit, ſe contempto, per quem auctoritate Sedis Apoſtolicæ deberent juſte ordinari. Ad hæc mandata ad iram commotus tyrannus Legatos pontificis ſpretos abire præcepit, clamitans ſe neſcire quis eſſet Archiepiſcopus, aut potens in Norvegia, niſi ſolus Haraldus. Et alia plurima deinde fecit & dixit, quæ ſuperbiæ ejus proximam incendebant ruinam. Nam & Papa Alexander confeſtim miſſis ad eum Regem litteris, præcepit, ut tam ipſe, quam ſui Epiſcopi Vicario Sedis Apoſtolicæ dignam exhiberent ſubjectionis reverentiam.* Hucuſque Adam, ad ſignificandum qua occaſione recitatæ ſuperius litteræ ſcriptæ fuerint ab Alexandro Romano Pontifice ad eumdem Haraldum Regem.

CIX. Penſio Danica. Regnabat tum in Dania Sveno Rex, ad quem ejuſdem Alexandri Papæ extat epiſtola, ſeu potius fragmentum ex ea, in Vaticano codice, qui inſcribitur liber

Cen-



Cenſuum, qua exigit cenſum, quem majores ejus perſolvere ex eodem regno conſueverunt. Ita ſe habet:

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Svenoni Regi Danorum.* Inter cætera.

*Quapropter prudentiam tuam admonemus, ut cenſum regni tui, quem prædeceſſores tui ſanctæ Apoſtolicæ Eccleſiæ perſolvere ſoliti ſunt, nobis, & ſucceſſoribus noſtris tranſmittere ſtudeat: ita tamen, ut non ſicut oblatio in altari ponatur, ſed ut ſupra diximus, tam nobis, quam ſucceſſoribus noſtris, ut certius approbetur, præſentialiter offeratur.* Hæc ibi.

CX. Porro ad eumdem Regem extant duæ epiſtolæ Gregorii Septimi ſucceſſoris Alexandri, quibus inter alia ſignificat, quædam negotia ab eo tractari cœpta cum eodem Alexandro Pontifice, & inter alia de metropolitana Sede in Dania erigenda. Adam inſuper de eodem agens Rege, eumdem, ait, (*a*) adverſarium Archiepiſcopo Hamburgenſi Adalberto, reconciliatum tandem ipſi, magno fuiſſe adjumento ejus regionis eccleſiis: ſubditque iſta: *Denique, ſicut mos eſt inter barbaros, ad confirmandum pactum fœderis, opulentum convivium habetur viciſſim per octo dies. De multis rebus Eccleſiaſticis ibi diſponitur, de pace Chriſtianorum, de converſione Paganorum ibi conſulitur. Ita pontifex Adalbertus cum gaudio domum reverſus perſuaſit Cæſari, ut evocatus Rex Danorum in Saxoniam, uterque alteri perpetuam juraret amicitiam. Cujus fœderis beneficio multum lucri ſuſcipit noſtra eccleſia. Ea legatio Borealium nationum, cooperante Svenone Rege, proſperis ſemper aucta eſt incrementis.* Poſt hæc autem de eccleſiæ Slavorum felici progreſſu habet iſta: (*b*)

(*a*) *Adam. l. 3. c. 20.*

(*b*) *Id. l. 3. c. 21.*

CI. Slavorum Eccleſiæ progreſſus. *Trans Albiam autem in Slavonia res noſtræ magna adhuc gerebantur proſperitate. Godeſcalcus enim, de quo ſupra dictum eſt, vir prudentia & fortitudine prædicandus, accepta in uxorem filia Regis Danorum, Slavos ita perdomuit, ut eum quaſi Regem timerent, tributa offerentes, & pacem cum ſubjectione petentes. Qua temporis occaſione noſtra Hamburg. pacem habuit, & Slavonia ſacerdotibus & eccleſiis plena fuit. Godeſcalcus igitur vir religioſus ac timens Deum, Archiepiſcopo etiam familiaris Hamburg ut matrem colebat, ad quam ſolvendorum cauſa votorum ſolitus erat frequenter venire. In Slavonia ulteriori nemo umquam ſurrexit potentior, & tam fervidus Chriſtianæ religionis propagator. Etenim ſi vita ei longior concederetur, omnes Paganos ad Chriſti unitatem cogere diſpoſuit, cum fere tertiam partem converteret eorum, qui prius ſub avo ejus Miſtortoi relapſi ſunt ad paganitatem. Igitur omnes populi Slavorum, qui ad Hamburgenſem reſpiciunt diœceſim, ſub illo Principe Chriſtianam Fidem coluerunt devote, hoc eſt Vaigri & Obotriti, vel Keregi & Polabingi, item Linoges, Vernabi, Ghizini & Circipani uſque ad Peanum fluvium, quem noſtræ privilegia eccleſiæ vocant Penem: provinciæ jam plenæ erant eccleſiis, eccleſiæ autem ſacerdotibus, ſacerdotes vero libere agebant in his quæ ad Deum pertinent.*



CXII. *Quorum Mediaſtinus Princeps Godeſcalcus dicitur tanto religionis arſiſſe ſtudio, ut oblitus ordinis ſui, frequenter in eccleſia ſermonem exhortationis ad populum fecerit; ea quæ myſtice ab Epiſcopis dicebantur, vel ſacerdotibus, ipſe cupiens Slavonicis verbis reddere planiora. Infinitus erat numerus eorum, qui quotidie convertebantur, adeo ut pro ſacerdotibus in totas mitteretur provincias. Tunc enim per ſingulas urbes cœnobia fiebant ſanctorum virorum canonice viventium, item monachorum & ſanctimonialium, ſicut teſtantur hi, qui in Lybichi, Aldinburg, Leontio, Raziſpurg, & aliis civitatibus, ſingula viderunt. In Magnopoli vero, quæ eſt civitas Obotritorum, tres fuiſſe congregationes Deo ſervientium referunt.* Hæc & alia plura de progreſſu felici Slavorum eccleſiæ Adam, de quibus, ſi libet, ipſum conſulas.

CXIII. Hoc eodem anno (ut ad Alexandrum Romanum Pontificem revertamur) idem miſit pallium Petro Archiepiſcopo Dalmatiæ & Slavoniæ, his ad eum datis litteris, quas reperimus inter fragmenta Antonii Auguſtini Epiſcopi Tarraconenſis:



Ale-

PAGIUS VI. *Dalmatia duobus Metropolibus decorata.* A num. CXIII. ad CXVIII. Duæ erant in Regno *Dalmatiæ* & *Croatiæ* hoc tempore Metropoles ut oſtendit Lucius in lib. 2. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ cap. 2. & ſeqq. ante annum milleſimum inſtitutæ, nempe *Salonitana*, quæ *Spalatum* jamdiu tranſlata fuerat, cujus ſuffraganei erant in Dalmatia Epiſcopi Abſalenſis, Beglenſis, Arbenſis, Jadrenſis, Traburienſis & Raguſinus: in Croatia vero Nonenſis, Belgradenſis, & Tinienſis. Altera Metropolis *Diocletanæ* primum appellata, ſed Dioclea deſtructa Sedes *Antibarim* tranſlata, ubi cum Metropolita reſideret, Antibarenſis ſæpius vocabatur. Porphyrogenneta lib. de Adminiſtrando Imperio cap. 36. teſtatur, ſua ætate, ſæculo ſcilicet decimo, Diocletanam civitatem deſertam jacuiſſe, *nunc*, inquit, *habitatoribus vacua, in hodiernum uſque diem Dioclea appellatur.* Recitat Baronius Epiſtolam Alexandri II. *Ven. Archiepiſcopo Diocleenſis atque Antibarenſis Eccleſiæ* hoc anno datam, in qua ejus ſuffraganei diſerte memorantur, nempe Dioclienſis, Ecatarenſis, Palechienſis, Suatinenſis, Scodrienſis, *Dinnaſtrienſis*, Palatinenſis, Sorbienſis, Boſonienſis, & Tribunienſis; ex quibus nominibus aliqua corru-

*Alexander ſervus ſervorum Dei Petro venerabili Archiepiſcopo Diocleinſis atque Antibarenſis eccleſiæ ſalutem perpetuam in Chriſto.*

CXIV. *Si paſtores ovium ſole geluque pro Gregis ſui cuſtodia die ac nocte intenti ſunt, & ut, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus deficiat, oculis ſemper vigilantibus circumſpectant; quanto ſudore, quantaque cura debemus eſſe pervigiles nos, qui paſtores animarum eſſe dicimur? Attendamus igitur, ut ſuſceptum officium exhibere erga cuſtodiam Dominicarum ovium non ceſſemus, ne in die divini examinis pro deſidia noſtra ante ſummum paſtorem negligentiæ nos reatus excruciet, unde modo honoris reverentia inter cœteros ſublimiores judicamur. Igitur dilectiſſime frater, petitionibus tuis juſtis annuentes, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut per hujus privilegii noſtri paginam ſic ſanctiſſimam Diocleinſem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Antibarenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Ejaterenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Palechienſem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Suvatinenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Scodrienſem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Dinnaſtinenſem Eccleſ. cum omnibus ſuis pertinentiis, Polatinenſem Eccleſiam cum ſuis pertinentiis, Serbienſem Eccleſiam cum ſuis pertinentiis, Bolonienſem Eccleſiam cum ſuis pertinentiis, Tibunienſem Eccleſiam cum ſuis pertinentiis: monaſteria quoque tam Latinorum, quam Græcorum ſive Slavorum cures, ut ſcias & hæc omnia unam Eccleſiam eſſe, teque omnibus prædictis locis Epiſcopali regimine præeſſe.*

CXV. *Pallium autem fraternitati tuæ ex more ad Miſſarum ſolemnia celebranda, ſicut anteceſſoribus tuis conceſſum eſt concedimus, videlicet in Natali Domini, Epiphania, Cœna Domini, Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, ſic natali ſancti Joannis Baptiſtæ, natali Apoſtolorum Petri & Pauli, & quatuor feſtivitatibus ſanctæ Mariæ, ſcilicet Nativitate, Annuntiatione, Purificatione, Aſſumptione, & duobus feſtis ſancti Angeli, ſic pro natalitiis quoque duodecim Apoſtolorum, natali ſancti Gregorii, & ſanctorum Sergi & Bacchi, & feſtivitate omnium Sanctorum, atque natali tuo, & quoties ordinationem vel conſecrationem Eccleſiarum celebramus. Hortamur itaque charitatem tuam, ut mores vitæ tuæ tanto honori conveniant, quatenus auctore Deo, exemplis verbiſque poſſis eſſe conſpicuus. Vita igitur tua filiis tuis ſit regula, ut ſi quæ tortitudo in illis deprehenditur, in ea dirigatur. Cor ergo tuum neque proſpera, quæ corporaliter hic blandiuntur, extollant, neque adverſa adeiciant: ſed quidquid illud fuerit, virtutis puritate devincat.*

CXVI. *Nullum apud te locum ira, odium nullum furor indiſcretus inveniat. Sacræ benedictionis tuæ, juſtique judicii opus nulla venalitatis interventio commaculet. Sit in te & boni paſtoris dulcedo, ſit & judicis ſevera diſtrictio, unum ſcilicet, quod innocenter viventes foveat, aliud, quod inquietos a pravitate compeſcat. Miſericordem te, prout . . . patiatur, pauperibus exhibe, oppreſſis defenſio tua ſubveniat, opprimentibus modeſta ratio contradicat. Nullius faciem contra juſtitiam accipias. Nullum quærentem juſta deſpicias, cuſtodia in te æquitatis extollat, ut nec dives potentia ſua aliquid apud vos extra viam ſuadeat rationis ardore, nec pauperum de ſe ſua faciat humilitas deſperare, quatenus, Deo miſerante, talis poſſis exiſtere, qualem ſacra lectio præcipit, dicens: (a) Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Sed his omnibus uti ſalubriter poteris, ſi charitatem magiſtram habueris; quam qui ſecutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce frater chariſſime, inter multa alia iſta ſunt ſacerdotii, iſta ſunt pallii ornamenta, quæ ſi ſtudioſe obſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Crux etiam ante te, ſicut ante prædeceſſores tuos per Dalmatiam, & Slavoniam ubique geratur. Archiepiſcopatum quoque Eccleſiæ tuæ juxta formam ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum, a quorum auctoritate non debes aberrare, concedimus & confirmamus. Sancta Trinitas gratia ſuæ protectionis fraternitatem tuam circumdet, atque in timoris ſui vos viam dirigat, ut poſt hujus vitæ amaritudinem ad æternam poſ-*

(a) 1. Tim. 3.

PAGIUS rupta ſunt. Erant ergo hoc tempore decem tantum Suffraganei Archiepiſcopo Antibarenſi ſubditi, quibus duo alii poſtea adjuncti fuere, *Drivaſtenſis* nempe & *Zaculmienſis*, quorum meminit Diocles Presbyter in Regno Slavorum.

VII. *Proprio Regi paret.* In *Croatia* vero & *Dalmatia*, quæ in unum regnum coaluerant, regnabat *Creſimirus Petrus*, qui, ut notat idem Lucius pag. 83. primus reperitur Privilegia conceſſiſſe titulo Regis Croatorum, & Dalmatinorum, vel Dalmatiæ & Croatiæ, anno milleſimo quinquageſimo ſecundo quamvis ignoretur quando regnare cœperit, & a quo Regis titulum, Dalmatiæque acceſſionem conſecutus ſit; ſed Imperio Orientali ad deteriora prolabente non potuere Imperatores Græci non diſſimulare quod in regionibus a ſe remotioribus fiebat. Quia vero Normannorum potentia in Italia in dies creſcebat, *Dalmatæ* Græcis, Rege ipſo conſentiente, ſe ſe conjungere coacti ſunt, ut indicat Curopalates, qui ſcribit, Conſtantino Duca imperante Illyricas tunc civitates, ſcilicet Dalmatarum, ſe ſe Græcis adjunxiſſe, & ſo-



*poſſis ſimul dulcedinem pervenire. Bene valete.*

CXVII. *Subjacet his ſigillum, nempe circulus quadrifidus in formam Crucis cum nomine ejuſdem Pontificis Alexandri Papæ II. circumcirca ejuſmodi habens inſcriptionem.* ✠ EXALTAVIT ME DEUS IN VIRTUTE BRACHII SUI. *Poſt ſigillum iſta ſubiicitur ſubſcriptio poſt notam temporis: Pontificatus domini Alexandri Pap. II. Indict. xii. Datum Romæ xv. Kal. April.* Manus Petri Cancellarii vicedomini Annonis Colonienſis Archiepiſcopi anno ſexto.

CXVIII. ☞ Porro corrigendus eſt error in notam indictionis illapſus, ut non duodecima, ſed decimaquinta ſit ponenda. Sed & annus item primus Alexandri Papæ ponendus eſſet, dum data ponitur xv. Kal. Aprilis, ſiquidem annus ſecundus incipit ab ipſis Kal. Octobris; niſi ex his magis affimare libuerit, datum anno ſequenti. ☜

CXIX. Hoc eodem anno idem Alexander Papa pallium miſit Gebehardo Archiepiſcopo Salesburgenſi, cum ante annum cum dimidio, nempe anno Redemptoris milleſimo ſexageſimo ejus Eccleſiæ fuiſſet electus Præſul: qui ob zelum, quo flagravit erga Apoſtolicam Sedem, cujus jurium defenſor accerrimus fuit adverſus Henricum Regem & ſchiſmaticum Papam, meruit fieri Legatus ejuſdem Apoſtolicæ Sedis in Germania.

Ita plane magnam hoc nomine eadem Sedes Salesburgenſis ſibi laudem & præconia comparavit, tum ex hoc tanto præclaro Antiſtite, ſub Alexandro Secundo adverſus Henricum Regem agente; tum ex ſancto Eberhardo, tempore Alexandri Papæ tertii adverſus Fridericum Imperatorem decertante; cum Apoſtolicæ Sedis acerrime jura tuentes, ejuſdem Sedis Pontificum inventi ſunt conſtantiſſimi defenſores. Teſtantur hæc qui eorumdem ſanctorum Archiepiſcoporum (a) res geſtas ſunt proſequuti. Porro de eodem Gebehardo teſtatur (b) Gregorius Septimus, veniſſe Romam, & Synodo interfuiſſe, eumque ab eodem Alexandro Papa obtinuiſſe novi Epiſcopatus erectionem. Hæc Gregorius in litteris ad eum datis, cum eum duriuſcule reprehendit, quod clericos non cohiberet haud honeſte viventes, & ſui Suffraganei decimas retineret.

(a) *Extat t. 1. ant. lect.*
(b) *Greg. Sept. l. 1. ep. 30. l. 2. ep. 70.*

CXX. Creavit eodem anno idem Alexander Papa ſanctum Petrum Anagniæ Epiſcopum, hac prævia occaſione. Hildebrandus Archidiaconus, cum rerum Eccleſiæ Romanæ occaſione contigiſſet proficiſci Salernum; illic audita fama Petri monachi ibi degentis in monaſterio ſancti Benedicti, eumdem inde abſtractum duxit Romam, quem hoc anno Alexander Papa creavit Epiſcopum Anagniæ civitatis: cui ſumma cum laude præfuit annis quadragintatribus, clarus miraculis: de quo di-



PAGIUS & ſolita navium auxilia pro communi defenſione præbuiſſe receptis voluntariis Normannorum metu præſidiariis, & ſi *quæ recuſarunt, ſtipendiariæ factæ ſunt.* Dalmatia tamen ad Imperium reverſa, Magiſtratus quoque Imperiales ſortita eſt, conſentiente ſcilicet Rege Creſimiro. Lucius enim ex archivo monaſterii Sancti Chryſogoni pag. 84. documentum profert, in quo legitur: *MLXVII. regnante D. Conſtantino Duce magno Imperatore, Prioratum vero Jadræ retinente D. Leone Imperiali Protoſpatario, & totius Dalmatiæ Catipano.*

VIII. *Gebehardus Archiep. Salsburgenſis Sedi Apoſtolicæ addictus.* Ad num. CXVIII. Alexander II. Pallium dedit *Gebehardo* Archiepiſcopo Salsburgenſi, quem poſtea ſuum in Germania Legatum declaravit. *Gebehardus* enim Saxonibus Henrico IV. poſtquam Imperator dictus eſt, rebellantibus adhæſit, & Sedis Apoſtolicæ partes ſecutus eſt; quam ob rem cum ſibi ab Imperatore & Metropolitanæ ſuæ urbi Salsburgenſi hoſtilem vim metueret, *caſtrum Juvavenſe*, quod ab Hunnis ab aliquot ſæculis una cum urbe funditus everſum fuerat, ex ruinis ſuis reſtituit. Quod enim *Gebehardus* tunc factioni Saxonum adeo fuerit deditus, ut etiam ipſe in caſtris eorum verſatus ſit, teſtatur coætaneus Auctor Anonymus in Apologia pro Imp. Henrico IV. qui extat Tom. I. Scriptorum Rer. Germ. a Marquardo Frehero Francofurti editorum, qui ait: *Vidimus etiam in caſtris, quæ poſuerunt Saxones atque Thuringi ad locum Herosfeldiæ, Gebehardum, dictum quondam Salsburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, qui poſt multa Eccleſiæ ſtipendia, cœpit jam quaſi puer centum annorum militare in caſtris Saxonum, ac paulo poſt recepturus dignam factorum ſuorum remunerationem obiit, poſtquam a viris ſanguinum, ſuis ſcilicet participibus, effuſus eſt ſanguis multorum in circuitu Virtziburgenſis Eccleſiæ, velut in circuitu Hieruſalem.* Hæc, inquit Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. cap. 8. cauſa fuit reædificandi deſolati caſtri Juvavienſis, quod poſtea ſequentes Archiepiſcopi valde ampliarunt, muriſque & turribus, & propugnaculis, & omni apparatu bellico adeo munierunt, ut nunc non ſolum ab omni hoſtili incurſione tutiſſimum ſit; ſed & inexpugnabile videatur.

IX. *Concil. Aragonenſe.* Ad num. CXX. Hieronymus Blanca in Aragonenſibus Commentariis refert periocham Concilii Aragonenſis apud Sanctum Joannem Rupenſem ſeu Pennatenſem celebrati regnante in Aragonia Ranimiro. In eo decretum, *ut Epiſcopi Aragonenſes ex Monachis præfati cœnobii habeantur, & eligantur. Ranimirus Rex ſtans in medio Concilii, dixit: Ego laudo, & corroboro decreta genitoris mei Sanctii*, qui cognominatus eſt *Major*. Baronius Hieronymum Blancam ſecutus, hoc Concilium præſenti anno collocat, quia in ejus fine legitur: *Data eſt ſententia VII. Kal. Julii, era MLXII.* quam uterque Eram Incarnationis interpretatur. Verum nunquam in Actis publicis, literis, aut ſimilibus ſcripturis in Hiſpania repertis Era ſimpliciter prolata ſumpta fuit pro Era Incarnationis. Quare Era Hiſpanica hoc in loco corrupta, ut evidens eſt, quia era illa in annum Chriſti MXXIV. convenit, quo *Sanctius Major* Ranimiri pater regnabat. Is autem patri

dicendum ſæpe inferius pro rerum ab eo geſtarum & temporis ratione. Hæc ex vita ejus, quam ſanctus Brunus Signinus Epiſcopus ſcripſit.

Concil. Aragonenſe.

Hoc eodem anno in Hiſpania ſeptimo Kalend. Julii apud S. Joannem Rupenſem Concilium eſt celebratum ſub Ramiro Rege, multis convocatis Epiſcopis. Quid autem in eo ſtatutum ſit, nihil reperimus, niſi ut Aragonii Epiſcopi ſumerentur ex monaſterio S. Joannis, quod antea per Regem Sancium fuerat inſtitutum. De hujus inſtitutione Concilii habentur Acta in commentariis rerum Aragonenſium apud Hieronymum Blaccam, quæ incipiunt: Reſidente glorioſo Principe Ramiro &c.

Chri-

PAGIUS

tri anno MXXXV. demortuo ſucceſſit in regnum Aragonenſe. Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 1173. diligenter hoc Concilium exponit, exiſtimatque loco, *era MLXII.* legendum, era MLXXII. quæ in annum Chriſti MXXXIV. competit. At eo anno Sanctius Major *VII. Kal. Julii* adhuc vivebat annoque tantum MXXXV. e vivis exceſſit, ut eo anno oſtendimus. Quare Concilium iſtud, non multo poſt Sanctii Majoris obitum congregatum, cum Ranimirus filius ejus Decreta confirmet, ſed non citius quam anno eræ MLXXIII. quæ ideo in locum eræ MLXII. ſubſtituenda. De *Ranimiri*, ſeu *Ramiri* Regis morte anno ſequenti agemus.

X. *Victoria Richardi Normannorum Ducis de Græcis.*

Richardus Normannorum Princeps, Rannulfi filius, poſtquam Nicolaus II. Principatum Capuanum ei confirmavit, *ad excidendam Capuanam urbem animum cœpit intendere, Principatuſque dignitatem toto ambire conatu*, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 15. qui paucis interjectis ſubdit: *Campaniam poſtmodum petiit; totamque intra tres menſes obtinuit virtute mirabili.* Inde Capuam rediens ſibi portas, turreſque tradi poſtulat. *Capuani jam omni ſpe deſtituti, neque jam reſiſtere ultra valentes, turres tandem, ac portas, & ſe ipſos, ſuaque omnia Principi tradunt, anno Dominicæ Incarnat. milleſimo ſexageſimo ſecundo, cum jam decem ferme per annos viriliter Normannis reſtitiſſent.* Paulo poſt: *Ita Deo ſibi per omnia pro incolarum ſceleribus favente, omnes Capuani Principatus fines cum caſtris & oppidis intra breve ſibi intervallum temporis ſubdidit.*

XI. *Prima expeditio Francorum in Mauros Hiſpaniæ.*

Chronographus Malleacenſis de Goſfredo Pictavorum Duce verba faciens, ait: *Abiens in Hiſpaniam cum multis Normannis, Barbaſtam civitatem* (ſitam in Aragonio Regno juxta Catalauniæ fines) *nomini Chriſtiano, cunctis qui in ea erant prius perditis adquiſivit. Eodem anno Luna obſcurata eſt Kalendis Auguſti.* Auctor Fragmenti Hiſtoriæ Francicæ a Roberto ad mortem Philippi I. Regis apud Ducheſnium Tom. IV. pag. 88. mentionem facit trium expeditionum a Francis in Mauros Hiſpaniæ ſuſceptarum, & de priori ſcribit: *His temporibus Dux Aquitaniæ Guillelmus, & quidam alii Optimates Galliarum, quiſque de ſuo exciti loco, copioſum in Hiſpaniam conduxerunt exercitum. Cujus ditiſſimam urbem Barbaſtam, & quamplura capientes caſtella, maximamque ejuſdem provinciæ partem ferro & igni depopulantes, demum ad ſua reverſi ſunt, multamque & variam ſuppellectilem ſecum afferunt, multaque mancipia adducunt.* Sed cum hoc anno Kalendis Auguſti nulla eclypſis Lunaris viſa fuerit; imo nec ulla eſſe potuerit; cum plenilunium die vigeſima ſexta menſis Julii contigerit, uti in omnibus Tabulis Aſtronomicis notatur, Chronographus Malleacenſis de vera Lunæ eclypſi intelligi non poteſt, vel in anno rei geſtæ fallitur. Hinc Sigebertus in Chron. hanc Gallorum expeditionem in annum ſequentem differt, & Scriptores Hiſpanici eam anno circiter MLXXVII accidiſſe volunt. De ſecunda Francorum in *Mauros* expeditione anno MLXXXV. ſermo erit.

XII. *Saraceni in Sicilia ad magnas anguſtias redacti.*

Interim in Sicilia *Saracenorum* Res peſſimo loco erant. Noweirius Arabs de rebus ibi anno ſuperiori geſtis verba faciens in Hiſtoria Siciliæ, ait quod cum *Rogerius* & Franci, quo nomine *Normanni* appellabantur, maximam provinciæ partem occupaſſent, præcipuos Doctores ac Proceres Muſulmanos eam deſeruiſſe, & aliquos in Africam trajeciſſe, ubi *Almoezz* filium Badis Ziridis Africæ Calipham de ſtatu Siciliæ edocuere, ac ſignificarunt, in ea Muſulmannos diviſos, & Francos fere rerum Dominos. Quare Calipha magnam claſſem ſtatim adornavit, ſed cum ea paſſis velis in *Caſiram* inſulam, hodie *Pantalariam* dictam, ferretur, tanta tempeſtate jactata fuit, ut maxima militum pars perierit, & nonniſi aliqui, qui ſuperfuere, in Siciliam appulerint, ut narrat Malaterra. *Almoezz* Calipha hoc infortunio fractus, & aliunde in iis, quæ magis premebant occupatus, *Siciliæ* curam penitus abjecit, Francique ſeu Normanni in ea de Muſulmannis triumpharunt, & magnos progreſſus fecerunt.



I. Schiſma in Eccleſia Florentin.

CHriſti Redemptoris annus milleſimus ſexageſimus tertius cum prima numeratur Indictione, quo magno in Eccleſia Florentina conflato ſchiſmate, ad illud ſedandum Petrus Damiani miſſus, magnopere laboravit. Sed antequam de eo agamus, aſſectantes, tanti viri veſtigia, cum ipſo pariter inviſamus Caſſinenſe cœnobium. Ab Urbe enim Florentiam iturus: primo, Caſſinum, petiit quo tantopere a Deſiderio Abbate atque preſbytero Cardinali expeteretur, & uſque adeo, ut vel minis idem Deſiderius virum ſanctum urgeret, nimirum quod (ut ejuſdem Deſiderii verbis utar, & Petri referentis ea) *Niſi monaſterium Caſſinenſe inviſerem, orationem ſancti loci, ſi te vivente defungerer, non haberem.*

II.

*Quæ videlicet minæ, cum eas ad mentem revoco, non ut acus pungunt, ſed conti potius more vel ſpiculi viſcera mea tranſfodiunt. Geminæ ſiquidem neceſſitatis undique coarctor obſtaculis, & propinqui obitus me reddit ætas matura ſuſpectum, & tot ſanctorum Fratrum oratione fraudari non leve periculum. Veniens itaque medullitus pertimeſco, ne, dum monaſterium quæro, extra monaſterium moriar &c.* Hæc ex epiſtola ejuſdem Petri ad Deſiderium ab eremo jam antea miſſa, quæ incipit: *Non ignorare te patior venerande pater &c.* Porro & cum in Urbe eſſet Petrus, idipſum importunius a Deſiderio exactum, eumque voti compotem factum, Leo (a) Oſtienſis affirmat, qui dum ſub anno quinto ejuſdem Abbatis Petrum veniſſe Caſſinum narrat: hoc plane anno opportuit contigiſſe. Etenim ordinari illum Abbatem (b) contigit anno Redemptoris milleſimo quinquageſimooctavo. At quam non otioſus, ſed operoſus fuerit valde Petri acceſſus ad cœnobium Caſſinenſe, idem Leo ſic narrat:

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 21.

(b) Id. l. 3. c. 9.

Petrus Dam. Caſſini quid egerit.

*Porro domnus Petrus Damiani, cujus jam ſupra meminimus, ad monaſterium veniens, cum verbo pariter, & exemplo quoſcumque poſſet ferventer accenderet: tamdem permiſſione domni Abbatis ab omni congregatione obtinuit voluntaria oblatione, in remiſſionem peccatorum omnium, ut ſexta feria per totum annum pane & aqua contenti, diſciplinam ſinguli facta confeſſione perciperent. Inſuper & triduanum jejunium in capite Quadrageſimæ per annos ſingulos agerent.* Hæc Leo.

III.

At vero quod ad triduanum jejunium exordio Quadrageſimæ pertinet, eos ad obſervantiam ſui monaſterii redigiſſe, cognoſcitur, de qua ipſe in epiſtola ad Fratres in Gamugni eremo conſtitutos hæc habet: *Hoc tamquam regulare conſtitueramus edictum, ut ſub diſtricti cenſura rigoris Quadrageſimale celebraretur initium; nimirum ut per triduum non niſi modicum panis cum aqua omnes Fratres comederent; nulla niſi lectionum ſive orationum verba proferrent, nudis pedibus lugubres atque mœrentes incederent, expleto communi modulatione pſalterio, mutua ſe ſcoparum caſtigatione purgarent.* Hæc ipſe Petrus. Cujus tanta æſtimatio in Eccleſia Dei erat, ut quæ ipſe facienda moneret, tamquam oracula divina pii quique perciperent. Ex ſermonibus autem, quæ familiariter contulit cum Deſiderio Abbate, occaſio eidem Petro data eſt, ut poſtquam inde diſceſſiſſet, ſcriberet ad eum illam epiſtolam, cujus eſt exordium: *Qui ſolus de nimii fluctus procellis eripitur.* Ubi circa finem ejuſmodi elogio exornat una cum Caſſinenſi cœnobio eoſdem monachos Caſſinenſes, dicens:

IV. Caſſinenſium laudes.

*Igitur ut jam omnes communiter alloquar, nolo vos lateat, venerabiles Fratres mei, quia ex quo glorioſi cœnobii veſtri limen exceſſi, vos jugiter præ oculis habui, vos intimæ dilectionis viſceribus aſtrinxi: atque ut fatear, redeunti mihi a Caſſino ſacratiſſimo idem mihi contigit, quod mulieri, quæ revertebatur a tabernaculo (c) Silo, ut nimirum vultus mei non ſint amplius in diverſa commutati. Vobiſcum ſane præſentaliter habito, vobis ſemper aſſiſto. Alioquin ſi propterea non ſum vobiſcum, quia corporalibus oculis vos non intueor: ergo nec ipſi oculi ſunt in capite, quia caput cernere nequeunt, vel ipſi ſibimet oculi abſentes ſunt, quia nec quiſquam ſe, nec uterque ſe invicem mutua contemplatione poſſunt conſpicere. Beati ſiquidem, qui inter vos & in ſanctis operibus veſtris moriuntur. Pia nimirum fide credendum eſt, quia ſcala illa, quæ de Caſſino monte olim in cœlum videbatur erecta, adhuc palliis ſtrata, lampadibus coruſcat; & ſicut tunc excepit Ducem, ita nunc exercitum*

(c) 1. Reg. 1.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hiſp. MCI. Anno Hegiræ CCCC-LV. inchoato die 4. Jan. fer. 7. An. Hegiræ CCCC-LVI. inchoato die 25. Decemb. fer. 5. A.C. 1063

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6556.

☉ 8. F. ☽ 19. P. 20. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1063.

ALEXANDRI II. PAPÆ 3.

HENRICI IV. REG. 8.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 5.

A num.

*rum tranſmittat ad cœleſtia ſubſequentem. Nec ab ejus glorioſo tramite exorbitant declinantes jam defuncti, cujus in hoc exilio dum viverent, veſtigia ſunt ſecuti,* Sancti Patris ſcilicet Benedicti. *Hoc eſt intimi fervoris incendium illud, quod mihi inextinguibiliter flagrat in corde. Hæc perpes fabula, quæ meo verſatur in ore. Inter cunctos autem virtutum flores, quos in illo agro pleno, cui benedixit Dominus, reperi; hoc fateor mihi non mediocriter placuit, quod ibi ſcholas puerorum, qui ſæpe rigorem ſanctitatis enervant, non inveni; ſed omnes aut ſenes, cum quibus vir nobilis ſedebat (a) in portis eccleſiæ, aut juvenili decore lætantes, qui nimirum, ut filii prophetarum idonei ſunt ad Eliam per deſerta quærendum, (b) aut certe adoleſcentiæ adhuc flore vernantes, qui juxta Apoſt. Joannem, (c) vicere malignum &c.* Qui igitur exoptatus diu & expectatus inviſit ſanctos monachos Caſſinenſes, ejuſmodi perſoluto charitatis officio, Romam rediit ad Alexandrum Pontificem, inde poſt negotium Florentinum reverſurus in cupitam toto animo ſolitudinem.

(a) Prov. 13.
(b) 4. Reg. 2.
(c) Joan. 2.

V. At vero ipſe Alexander Papa dimiſſurus Petrum Damiani ad eremum anhelantem (ibat enim juxta illud myſticum Ezechielis viſum & revertebatur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis) ut aliquid, quod eſſet Eccleſiæ profuturum, ex ſolitudine ipſius eliceret, præcepit ipſi, ut litteras ſcriberet, quæ eſſent ejuſmodi, ut quæ aſſervari perpetuo, dignæ eſſent. Cum ita admonitus Petrus opportuna oborta occaſione, ubi Florentiam pervenit, audita morte Rudolphi Epiſcopi Eugubini ejus vitam ſcribere, atque ad eumdem Pont. mittere, dignum exiſtimavit. Qua enim gloria majori Pontificia corona niteſcit, quam ſi ex Catholicæ Eccleſiæ agro, quos tempus præſens profert, vernantibus undique floribus exornetur? ſunt ſancti viri vere flores, de quibus jam erumpentibus gaudens ſponſa Chriſti Eccleſia dicat: (d) *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Ex iiſdem namque Apoſtolica corona contexitur, qua gaudens (e) Paulus Apoſtolus dicat de ſuis: Gaudium meum & corona mea, Cui qui invident, vide, ne partes habeant cum eo, qui partes Eccleſiæ odit diabolo dracone peſſimo, qui apertis faucibus partui (f) Eccleſiæ inhiat, ut deglutiat; ſed qui habitat in cœlis, irridebit eos. Petrus igitur ad Alexandrum Papam in primis Rudolphi Eugubini Epiſcopi tunc defuncti vitam ſcripſit; inſu-

Papa. Alex. ſcripta exigit a Petro Damian.
(d) Ezoc. 1.
(e) Cant. 2.
(f) Phil. 4.
(g) Apoc. 12.

PAGIUS I.
*Legatio Florentina Petri Damiani.*

ANnum. V. ad LXII. Hoc circiter anno magnum in Eccleſiâ Florentina conflatum ſchiſma, diſſidentibus ab Epiſcopo Monachis, inter quos primum locum tenuiſſe Sanctum Joannem Gualbertum Ordinis Vallis Umbroſæ in Hetruria fundatorem, in Vita ejus his verbis aſſeritur: [1] *Vir beatus Epiſcopum Florentinum, nomine Petrum, patria Ticinenſem, non ſolum ſimoniæ; ſed etiam hæreſis, propter illud vitium cum ſuis fratribus reum aſſerebat, nec ab eo ſacramenta percipienda dictabat. Inde vero vehemens orta eſt contentio in Clero & populo Florentino, aliis Epiſcopum defendentibus, aliis Monachos laudantibus, quod tanta libertate illud vitium deteſtarentur.* Et Epiſcopi parens, utpote *homo ſimpliciſſimus* faſſus dicitur, ſe *Regi ter mille libras dediſſe*. Alexander II. miſſo B. Petro Damiani, conatus eſt partes diſſidentes conciliare, ſed re infecta coactus eſt redire, ut fuſe narrat Baronius. Monachi Epiſcopum ſuum necdum ab Eccleſia Catholica condemnatum, clamabant eſſe vitandum, benedictiones illius & ſacramenta eſſe maledictiones & ſacrilegia: ac propterea prohibebant populum accipere Sacramenta ab Epiſcopo aut ordinatis ab eo. Hinc plurimi abſque ſacramento Euchariſtiæ moriebantur; neque baptizati Chriſmate ungebantur. Hæc Petrus Damiani Opuſculo 30. de Sacramentis per improbos adminiſtratis late deducit, quod Florentinis miſit. Correpti Monachi juſta Petri Damiani reprehenſione, quod zelo non recte ordinato proſecuti cauſam Epiſcopi eſſent; Romam profecti, coram Pontifice Epiſcopum accuſarunt, & *Petrus Monachus* Vallis Umbroſæ poſt ſacrificium Miſſæ, indutus adhuc veſtibus ſacris, ſolum caſula depoſita, per ignem illæſus tranſiit; ut pluribus deſcribit Deſiderius Abbas Caſinenſis, qui eundem Petrum Epiſcopum Albanenſem, dum ſcriberet, adhuc ſuperfuiſſe affirmat. Petrus enim Epiſcopatus & Cardinalatus dignitate poſtea auctus, & *Igneus* vulgo cognominatus, ut narrat Baronius num. LX. Deceptus vero Cardinalis doctiſ-

NOTÆ

LOnge hic a ſcopo chronologico aberrat Pagius, cum prodigium ignis a S. Petro monacho patratum diu poſt hunc annum acciderit; qua de re dubitare nos minime permittit adnotatio quædam Codicis membranace Bibliothecæ Laurentianæ Plut. XX. num. 22. hoc eodem ſæculo ſcripti atque continentiis Commentarium quemdam in evangelium S. Matthæi, quam offendit Cl. Lamius, vulgavitque in erudito opere de eruditione Apoſtolorum pag. 279. edit. Florent. Ita enim ibi: *Incipit textus miraculi quod dominus ad detractionem ſimoniaca hæreſis operari dignatus eſt in epiſcopatu Florentino ab Incarnatione ſua milleſimo LXVIII. Idus Februario feria IV. prima hebdomada in Quadrageſima in monaſterio de Septimo.* Temporis notæ ad amuſſim congruunt. Tum ſubditur epiſtola Cleri, & Populi Florentini ad Alexandrum Papam de miraculo S. Petri Ignei. Ex his certus annus & tempus miraculi eruitur.

*Et Petrus Monachus &c.* Cave credas hæc a Petro Monacho Romæ acta fuiſſe, ſed Florentiæ ignis experimentum ab eo ſumptum, non obſcure indicant literæ Cleri Florentini ad Alexandrum, quas Baronius hic recitat. MANSI



ſuper attexuit & aliam ejus, qui ante annum ex hac vita in cœlum migravit, Dominici Loricati. Incipit autem Petri ad Alexandrum epiſtola: *Præcepit mihi beatitudo veſtra venerabilis pater &c.*

VI. Scripta quidem ea videtur eſſe Florentiæ, ubi aliquot diebus ipſum oportuit commorari, ad dirimendam diſcordiam inter ejus civitatis Epiſcopum & populum, cujus partem aliquam in ſuum Eſcopum monachi concitabant: inter quos primum locum tenuiſſe ſanctum Joannem Gualbertum, in vita ipſius aſſeritur verbis iſtis: *Vir beatus Epiſcopum Florentinum Petrum nomine, patria Ticinenſem, non ſolum ſimoniæ, ſed etiam hæreſis propter illud vitium cum ſuis Fratribus reum aſſerebat, nec ab illo ſacramenta percipienda dictabat. Inde vero vehemens orta eſt contentio in Clero & populo Florentino, aliis Epiſcopum defendentibus, aliis monachos laudantibus, quod tanta libertate illud vitium deteſtarentur.* Hæc de controverſiæ cauſa. Cum autem illic eſſet Petrus Damianus, eos conciliare pace ſtuduit; ſed id efficere minime potuit, eo quod adverſus monachos ſteterit, ex eo præſertim redarguens eos, quod indemnatum Epiſcopum adhuc eſſe vitandum, ut ſimoniacum populo ſuaderent, aſſerentes cunctas illius benedictiones & ſacramenta eſſe maledictiones & ſacrilegia; ob idque prohiberent populum accipere ſacramenta ab Epiſcopo vel ordinatis ab eo, tamquam nullius eſſent illa momenti, ex quo fieret, ut baptizati minime chriſmate ungerentur, & plurimi abſque ſacramento Euchariſtiæ interirent, ne acciperent illud a quovis ab Epiſcopo ordinato. Quæ cum arguerentur a Petro, paſſus & ipſe calumniam eſt, quaſi vinctus eodem crimine teneretur, qui ejus criminis reum in defenſionem acciperet. Diſceſſit re infecta, immo viſus eſt majoris contentionis fomitem miniſtraſſe. Cujus rei gratia in ſui defenſionem & monachorum juſtam reprehenſionem ſcripſit epiſtolam apologeticam tam ad populum univerſum, quam ad monachos ipſos. Hanc tibi prodimus acceptam ex codice baſilicæ S. Petri in Vaticano, ex qua rerum geſtarum cognitio ſincera depromitur hiſtoria epiſtolari, cæteris digniore:

Monachi contra Epiſcop. Florent.

*Dilectis in Chriſto civibus Florentinis Petrus peccator monachus fraternæ charitatis obſequium.*

VII. *Nuper, ut recolitis, dilectiſſimi ad vos venientes, laborioſe ſtuduimus inter Epiſcopum veſtrum voſque componere pacem, & amicitiæ quæ reſciſſa fuerat, fœdera reformantes, in unum vos ſpiritum ſequeſtra pace conflare. Sed quoniam adjuvandi prædicti apud vos ſacerdotis intuitu plura protulimus, quæ ſiniſtra ſaltem interpretatione perverti, & a turbis valent vulgaribus vitiari; ne nos indigna notemur infamia, & illi (quod abſit) mendacii crimen incurrant: quod ore coram vobis frequenter expreſſimus, etiam ſtyli currentis articulo commendemus, ut quod audiſtis ore prolatum, videatis apicibus exaratum, & verba noſtra commentari, vel ab his diſcrepare, mendax quiſque non audeat, dum in nobis & manus ſcribens & lingua loquens indiſſona ſibimet unitate concordant.*

Apologia Petri Dam. ad Florentinos.

VIII. *Anathematizamus itaque & irrecuperabiliter condemnamus ſimoniacam hæreſim, primam omnium hæreſeon, ex imis diaboli viſceribus erumpentem, ſeque adverſus naſcentis Eccleſiæ regulam exitialiter extollentem, quæ nimirum ex ipſo diaboli felle progreditur, & in perditionis filios peſtilentiſſime derivatur. Cujus ſcilicet auctori per Petrum dicitur: (a) In felle amaritudinis & obligatione peccati video te eſſe. Quia vero fel columba non habet, Spiritus autem ſanctus in columbæ ſpecie ſuper Dominum venit: is vero qui amaritudine fellis intumuit, columbini Spiritus capax eſſe non potuit. Quapropter omnes nefandæ hujus hæreſeos peſte corruptos hæreticos eſſe indubitanter aſſerimus, eoſque damnabiles atque cum ſuis arcendos honoribus, juxta ſacrorum canonum ſententiam judicamus. Veruntamen tantam gratiæ plenitudinem ſanctæ Eccleſiæ eſſe confidimus, ut in ea proculdubio & per malos bona, & per inquinatos munda, & per execrabiles ſacramenta conferri poſſe credamus. Hæc eſt enim vere corpus Chriſti, & juxta (b) Apoſtolum, columna & firmamentum veritatis. Et hæc non noviter ex noſtra temeritate decernimus, ſed ex ſanctorum Catholicorum Patrum auctoritate jam decreta firmamus. Quod in libello quoque, cui Gratiſſimus nomen indidimus, multis novi ac veteris Teſtamenti teſtimoniis approbatur.*

(a) Act. 8.
(b) 1. Tim. 3.

IX. *Sed condemnatis omnino ſimoniacis, ac indubitanter inter hæreticos deputatis, ſicut in præfato libro digeſſimus; licet eorum ſacramenta canonum poſſent ſanctione defendi, ut eos tamen magis ac magis ſynodalis cenſura confunderet, conſtitutum eſt a Romano, ſanctæ memoriæ Nicolao*

PAGIUS

ctiſſimus a quodam moderno Scriptore, qui Petri Ignei Vitam, Clementis VIII. temporibus in lucem emiſit, quando ait, *Petrum Igneum* e gente Aldobrandina originem traxiſſe. Quæ tamen fabula, inquit Ughellus in Epiſcopis Præneſtinis de hoc Sancto loquens, ita placuit, ut Petrus ipſe Cardinalis Aldobrandinus, alioqui Princeps ſapientiſſimus, illum in nova Clementina Aula cum Aldobrandinæ gentis inſignibus, elegantique epigrammate depingendum curarit.

colao præſidente, Concilio: *Ut quicumque per eos fuiſſent eatenus in cujuſlibet Eccleſiaſtici gradus dignitate promoti, in percepti honoris miniſterio permanerent. Ex tunc vero & deinceps quicumque paterentur ſe a ſimoniaco provehi: nihil penitus deberent ex ea promotione lucrari, & ſic miniſtrandi jura deponerent, tanquam ſi hæc nullatenus percepiſſent.* Hac itaque ratione jam non modo ſimoniacos reprobamus, ſed & per eos exhibita ſacramenta contemnimus. Hæc itaque ſi obliti non eſtis, omnia me vivis vocibus proferentem frequenter audiſtis: non enim alia ſcribimus, quam quæ locuti ſumus. Si ergo ego & vos de ſimoniacis eorumque reprobandis in poſterum conſecrationibus una ſententia utrique congruimus: cur adhuc invicem litigamus?

X. Et plane ſuper Ep. veſtro quæſtio, quem nonnulli veſtrum opinantur venaliter irrepſiſſe; nonnulli vero gratis & per oſtium introiſſe conſtantis animi libertate confirmant: illi turbulentis jurgando conviciis quod opinantur, allegant; iſti quod ſe ſcire fatentur, crimen invectum refellendo propulſant. Et quis ego ſum, qui inter hos pugnantium globos ſignium manum mittam, & tam ferale ſcelus homini, antequam probetur, adſcribam? Nam licet error ſemper ſit, & ubique vitandus: tolerabilius tamen eſt, ſi quis juſtificat peccatorem, quam ſi præjudicet innocentem. Synodus annualiter imminet, Sedes Apoſtolica cunctis adeuntibus patet. Romanam ergo pulſet Eccl. quiſquis ſe juſtam adverſus Epiſcopum habere querelam ſperat. Nec enim nos homunciones exigui in andronarum angulis reddere poſſumus irritum, quod in ipſo ſummo totius mundi cardine non ambigimus conſtitutum. Cernitis itaque me ſimpliciter hæc ſola conſcribere, quæ me præſentem audiſtis proferre. Erubeſcat ergo fabricator quiſque mendacii, qui dum me vidit in cauſa nutantis controverſiæ non leviter judicantem, impudenter clamat ſimoniacæ hæreſeos exiſtere defenſorem. His ergo paucis rationem me vobis reddidiſſe ſufficiat, ne longior ſtylus fatigari vos nimia prolixitate compellat.

XI. Convertit peculiarem ad Monachos orationem.

Hinc ad commonachos meos articulum transfero, a quibus profecto procedere totam hanc jurgandi materiam, non ignoro. Dicunt enim, quia per hujuſmodi ſacerdotes nec chriſma confici, nec Eccleſiæ dedicari, nec clericalia jura conferri, nec Miſſarum ullo umquam tempore poterunt ſolemnia celebrari. Et tam hæc impudenter allegant, ut etiam compulerint in tribus plebibus, ſine conſperſione chriſmatis catechumenos baptizari. Sed cum Chriſtus proculdubio denominetur a chriſmate; nihil aliud tollunt baptiſmo niſi Chriſtum, qui chriſmatis ſubtrahunt ſacramentum. Et certe ſi me forte non fugit, nulla umquam hæreſis in tantam prorupit audaciam, at a baptiſmi lavacro chriſma, hoc eſt, ut a Chriſtiano Chriſtum dividere præſumpſiſſet. Quod ſi contempta propria, ab alia Eccleſia furtive delatum chriſma credatur, ſicut a quodam ſacerdote eorum fautore confingitur: ecce quantum ad illos pertinet, in ſpiritualibus rebus committitur adulterium, & in ſacrilegium vertitur ſacramentum: nimirum dum propriæ Eccleſiæ chriſma proiicitur, & ab aliena clandeſtinæ fraudis ingenio ſubrogatur.

XII. Beatus denique Papa Gregorius in ſupremo homiliæ ſuæ ultimæ articulo ſic ait: *Sed hæc omnipotens Deus, qui per me in veſtris auribus loquitur, per ſe in veſtris mentibus loquatur.* Cum igitur hoc librum ſuum fine concludit, omnipotentem Deum cuncta quæ in eo ſcripta ſunt, per ſe locutum evidenter oſtendit. Hic itaque per quem talis inhabitator eloquitur, in homilia de ſacerdotibus facta, per impoſitionem manus ſimoniaci Spiritum ſanctum cælitus dari, manifeſtiſſime confitetur. *Nam qui*, inquit ſupra; *in templo Dei hodie columbas vendunt; niſi qui in Eccleſia pretium de impoſitione manus accipiunt, per quam videlicet impoſitionem Spiritus cælitus datur?* Ubi adhuc eamdem ſententiam replicat, & tanquam tardioribus, vel adhuc dubitantibus rurſus inculcat, dicens: *Columba igitur venditur, quia manus impoſitio, per quam Spiritus ſanctus accipitur, ad pretium præbetur.* Sed quia de his in libro noſtro multa conſcripſimus, hic in talibus non diutius immoramur: ſolummodo qui legit intelligat.

XIII. Præterea major eſt Eccleſia, quam Ramatha, major eſt Chriſtus, quam Samuel: ſi ergo in Saul, quem malus exagitare ſpiritus conſueverat, cum veniſſet in (a) Ramatha, ubi Samuel cum David prophetabat, Spiritus ſanctus inſiliit, ita ut ſe veſtimentis exueret, & nudus tota die ac nocte cum cæteris concinens prophetaret: quid mirum, ſi Spiritus ſanctus in Eccleſia ſuper quemlibet reprobum veniat, & non per ejus meritum, ſed per ejus miniſterium chariſmatis ſui dona transfundat? Si, inquam, divinus Spiritus illum repente corripuit, atque ab eo per tam diuturni ſpacium temporis non receſſit, qui vas erat omnino diaboli, quemque nequitiæ ſpiritus non clam, ſed aperte per corpus ſimul & animam poſſidebat: quid novi, ſi cloacam reprobi cujuſlibet hominis ſplendor ille cæleſtis irradiat: quem tamen nullum ſqualoris obſcuri contagium fœdat? Sed nunc cur iſta proſequimur, cum conſecrationem ſimoniacis nuper fuiſſe probibitam, ſuperius præfati ſimus? Pla-

(a) 1. Reg. 19.



XIV. Baptiſmus eſſe non debet ſine chriſmate.

Plane, quia iidem ipſi, qui baptiſmum fieri ſine chriſmate docuerunt, adhuc adverſus eos, qui ante Synodum gratis a ſimoniacis ordinati ſunt, ſufflant, eoſque ſuis ordinationibus eſſe cohæreticos dogmatizant; eorum quoque Miſſas, & omnia per eos facta miniſteria blaſphemant, anathematizant, conſpuunt, abiiciunt, & explodunt, eorumque benedictionibus terribiliter maledicunt, cum dicat Apoſtolus: (a) *Quia maledici regnum Dei non poſſidebunt.* Et his ſuis maledictionibus, illud Malachiæ prophetæ teſtimonium adhibent, quo dicitur: (b) *Maledicam benedictionibus veſtris:* non attendentes, quod Dominus in libro Numeri de ſacerdotibus ait: (c) *Invocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.* Sacerdos quippe Dominum ſuper homines verbis invocat; ſed ipſe ſuper eum Dominus benedictionem efficaciter format. Effectus itaque benedictionis non in merito ſacerdotis conſtat, ſed hanc invocatio divini nominis adminiſtrat, ut quod ex ore ſonat hominis, intus impleat Creator, & per indigni ſæpe hominis miniſterium divina virtus ſuum veraciter efficiat ſacramentum. Sed fatui & imperiti quilibet homines in hoc prophetiæ verbo caligantes errant, neſcientes ſcilicet quæ loquantur, vel de quibus affirment.

(a) 1. Cor. 6.
(b) Mal. 2.
(c) Num. 6.

XV. Quo ſenſu benedictio & maledictio in S. Scripturis accipiatur.

In ſacris quippe Scripturis ita maledictio aliquando pro ſterilitate, ſicut & benedictio pro rerum temporalium ubertate accipitur. De qua nimirum benedictione in libro Regum dicitur: *Benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus, nuntiatumque eſt David Regi, quia benedixit Dominus Obededom, & omnia ejus per Arcam Domini: dixitque,* (d) *Ibo & reducam Arcam in domum meam.* Item cum Pſalmiſta præmitteret: (e) *Viduam ejus benediceus benedicam,* ut oſtenderet, de qua benedictione diceret, protinus addit: *pauperes ejus ſaturabo panibus.* Et alibi: (f) *Benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis.* Ubi patenter oſtenditur, quia benedixit, hoc eſt, multiplicavit. Cui ſimile eſt, quod filii Joſue dixerunt ad Joſue: (g) *Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis & funiculi unius cum ſim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Deus?* Benedictio igitur aliquando multitudinem, aliquando ſignificat ubertatem. At contra contemnenti mandata cuilibet reprobo per Moyſen dicitur: (h) *Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ.* Unde paulo poſt: *Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem.* Quamobrem & in hoc (i) Malachiæ teſtimonio, ut non intelligamus maledictionis vel anathematis jacula intorqueri, ſed famis & inopiæ ſupplicium inſectari, præmittit dicens: *Si nolueritis ponere ſuper cor, ut detis gloriam nomini meo, mittam in vos egeſtatem.* Moxque ſubjungit: *Maledicam benedictionibus veſtris.*

(d) 2. Reg. 6.
(e) Pſal. 131.
(f) Pſal. 106.
(g) Joſ. 17.
(h) Deut. 28.
(i) Mal. 2.

XVI. Cum ergo egeſtatem præmittit, quid maledicere benedictionibus velit, luce clarius innoteſcit; ac ſi dicat: Si contempſeritis præcepta mea in cordibus veſtris ponere, quod præcipue pertimeſcitis, ſub egeſtate vos & inopia faciam penuriæ ſuſpirare, ut ipſa vos terræ veſtræ ſterilitas feriat, dum in profundis bonorum operum frugibus vitium vos ſterilitatis accuſat, & inopia vos cruciet corporum, qui videlicet alimenta negligitis animarum. Et ut hoc ejuſdem Prophetæ vobis verba clarius approbemus, longe poſtmodum dicit: (k) *Gens tota, inferte omnem decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero benedictionem uſque ad abundantiam.* Porro ſi maledictionem anathematis illic Dominus voluiſſet intelligi, non diceret: *Maledicam benedictionibus veſtris,* ſed potius, maledicam vobis, qui ſcilicet benedicere non merentes audetis.

(k) Ib. 3.

XVII. Et ut quod dicimus, ex Evangelio manifeſtiſſime comprobemus; nihil aliud ficulneæ dixiſſe Dominus legitur, niſi hoc ſolum: (l) *Jam non amplius in æternum quiſquam fructum ex te manducet.* Quæ nimirum verba Petrus maledictionem appellavit, cum & poſtmodum dixit: (m) *Rabbi, ecce ficulnea, cui maledixiſti, aruit.* Talis & maledictio primo homini data eſt, cum dictum eſt: (n) *Maledicta terra in opere tuo, quæ ſpinas ac tribulos germinabit tibi.* Sed & iſta ſterilitatis maledictio benedictionem ubertatis excludit, ſicut in (o) Pharaonis ſomnio vaccæ vaccas, & ſpicæ devorant ſpicas. Sicut ergo hic præcepta ſervantibus non aliam, quam benedictionem promittit abundantiæ: ita illic non ſervantibus e contrario maledictionem promittit inopiæ. Alioquin quo pacto Deus omnipotens ſacerdotis malediceret, benedictioni, quam virtus ſui conſecrat nominis? Cum enim, ſicut ſupradictum eſt; ſuper quem nomen Domini invocatur, indubitanter ab ipſo Domino benedicitur: quomodo conſequens eſt, ut eam benedictionem Dominus maledicat, per quam ipſe hominem per invocationem ſui nominis benedicit.

(l) Mar. 11.
(m) Matt. 21.
(n) Gen. 3.
(o) Ib. 41.

XVIII. Hinc eſt quod auctoritas canonum etiam a peſtilentioribus hæreticis baptizatos prohibet iterum baptizari, ne videlicet nomen Dei, quod invocatum eſt ſuper illos videatur annullari, vel irritum duci. Quiſquis præterea, dum ſacerdotes quibuſlibet obtrectationibus lacerat, eorum nihilominus & ſacramenta blaſphemat: quid etiam beatus Judas Apoſtolus de blaſphemantibus in Epiſtola ſua loqua-

tur, attendat. Nam cum præmiſiſſet de quibuſdam, qui dominationem ſpernunt, majeſtatem autem blaſphemant, præſto ſubintulit: Cum Michael, inquit, Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus inferre judicium blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Dominus. Si ergo ſummus Angelus in diabolum judicium blaſphemiæ non præſumpſit inferre: quomodo non paveſcat homo ſacramenta, quæ virtute ſancti Spiritus plena ſunt, irridere? (a) Nam cum Veritas dicat: Qui peccat in Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futurum; timendum valde eſt, ne illum ab eis conſtet offendi, ſine quo peccatorum offenſio nequeat relaxari.

(a) Mar. 3.

XIX. In Monachos detractores.

Sed cur de ſola ſacerdotum, ſive ſacramentorum obtrectatione conquerimur, cum ab eis monachis ſcilicet omnia pene dilacerari, omnia conſpui, omnia dicuntur irriſione publica ſubſannari? Non eſt, inquiunt, Papa, non Rex, non denique Epiſcopus, non ſacerdos. Unde factum eſt (ut dicitur) ut mille circiter homines his nugis, næniiſque decepti, ſine ſacramento Dominici corporis & ſanguinis deceſſerint. Opinantur enim per hujuſmodi temporis ſacerdotes nullam in ſacramentis fieri poſſe veritatem. Sed & quamplures reperiuntur Eccleſiæ, quas non modo ſuis ingreſſibus indignas ducunt, ſed ne ſalutationis quidem obſequio idoneas arbitrantur. Nam & ſalutare deſpiciunt, quas utique dedicatas ab indignis neſcio quibus Epiſcopis ſuſpicantur.

XX. Sedem Apoſtolic. proponit conſulendam. (b) Act. 25.

Enimvero, ut Lucas narrat, ait (b) Paulus: Cæſarem appello: Cui inquit Feſtus: Cæſarem appellaſti, ad Cæſarem ibis. Eſtne ſceleratior Papa, quam Nero? Credimus monachos iſtos ſanctiores eſſe, quam Paulum? Cum ergo Paulus, qui tertii cœli tribunal ante conſcenderat, Neroniano aſpectui non ſit dedignatus aſſiſtere: quis eſt monachus, qui pro ſuæ ſanctitatis arrogantia Sedis Apoſtolicæ debeat judicium reprobare? Ubi ſcilicet non hominis meritum, ſed Eccleſiaſticæ dignitatis attenditur inſtitutum. Ipſi quidem in angiportuum angulis judicant & ſynodalia jura detrectant. Dijudicant monachos, clericalia cuncta corrodunt, & ſolis laicis, qui videlicet acrius & mordacius inſequendi ſunt, parcunt. Vident monachum incedentem: Aſpice, inquiunt, unum ſcapulare: presbiterum vel Epiſcopum abire proſpiciunt, barbitonſos ſe videre fatentur.

XXI.

A quibus etiam ſi benedictio quæritur, nullatenus reſpondetur, protinus avertunt oculos, aſſerentes ſcilicet eos quibus reſpondeatur, indignos. Nos etiam ſi compeccatoribus noſtris communicamus, & ſimul veſcimur, obtrectationum mox ſale conſpergimur, laceramur parique cum illis ſententia damnationis involvimur. Immo nos, nos inquam ipſiſſimi ſumus, qui eorum indigni judicamur alloquio, qui eorum ſociale contubernium non meremur. Sed hæc non monachorum eſt regula, ſed ſuperſtitio Phariſæorum. Murmurabant (inquit (c) Evangeliſta) Scribæ & Phariſæi, dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et hæc eſt radix & tota materia, unde feralis in Dominum furor Judaici livoris incanduit, hinc in mortem ejus viperini fellis malitia conſpiravit: nimirum quia ſe putabant legalium cæremoniarum eſſe cuſtodes, Dominum autem arguebant amicum Publicanorum, & ſabbata violantem. Delectat me cum Domino meo perferre calumniam, & malo cum illo in domo Levi carnaliter vivere, quam in tabernaculis peccatorum, hoc eſt, cum ſanctis Deo repugnantibus habitare: qui nimirum ſpreta regula Chriſtianorum, Stoicorum dogma ſequuntur, dum eſſe prorſus æqualia peccata omnia definiunt. Nos autem inter David ſanctum, reprobumque Saulem Jonatham medium conſtituamus, qui licet Saulem veritatis & fidei ſinceritate tranſcendat, David tamen merita, pietatemque non æquet.

(c) Luc. 7.

XXII. Reprimit Monachorum arrogantiam

Admonendi ſunt itaque Fratres noſtri, ne nimis juſti, nimis ſint ſapientes, de quorum primo Salomon: (d) Noli, inquit, eſſe nimium juſtus; de ſecundo dicit Apoſtolus: (e) Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Mala ſapientia, quam caligo erroris obnubilat: bona ſimplicitas, quæ a Catholicæ Fidei tramite non declinat: odioſa ſanctitas, quæ in hæreſim labitur; & dum per triti itineris ductum dedignatur incedere, per anfractus & ruinoſa declivia compellitur aberrare. Nimia vitæ munditia in hæreticæ contagionis illuviem Novatianos, qui & Cathari dicuntur, immerſit. Nimia ſanctitas Luciferianos tanquam pernicioſos palmites ab Eccleſiaſtici corporis unitate præcidit: qui dum perhibent, non licere, quod licet, ac per hoc jactant defenſores ſe eſſe juſtitiæ, hoſtes adjudicantur Eccleſiæ.

(d) Eccl. 7. (e) Rom. 12.

XXIII. Corrigit dicacitatem Monachorum

Unde ſibimet extrinſecus velut ranæ in paludibus garriunt, quæ dum incœperint, importune vociferantes, omnia confundunt. Ejuſmodi quippe genus hominum ranis, ſeu locuſtis merito comparatur: quia ſicut Ægyptum tunc illa animalia percuſſerunt, ita per hos nunc vaſtatur Eccleſia. Nam de locuſtis Scriptura dicit, (f) quia operuerunt univerſam faciem terræ, vaſtantes omnia; moxque ſubjungitur: Devorata eſt ergo herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit. Locuſtæ ſiquidem univerſam terræ ſuperficiem vaſtant, & herbas cum pomis arborum devorant, cum detractores quilibet,

(f) Exod. 10.



vel infirma noſtra quaſi herbas humilium corradunt, vel ſicut fructus arborum, opera perfectorum dilacerando corrodunt, & livido mordacis invidiæ dente conſumunt. Contra quos dicit Apoſtolus: (a) Capite nos. Neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus. Et alibi exprobans ait: (b) Invicem mordetis, invicem læditis, videte, ne ab invicem conſumamini. Sed cum nos in ſacro videlicet ordine conſtituti deberemus eſſe venatores Dei, ſicut per Jeremiam dicitur: (c) Mittam venatores meos, & venabuntur eos: nos relicta præda ſæcularium, nudatis dentibus in invicem ringimus, & quaſi rabidæ caniculæ mutuis nos morſibus laceramus. Reprimatur jam præſumptio tumida, exæquet ſe Fratribus ſanctitas oneroſa. Qui vult eſſe ſanctus, ſit ſibi coram Domino; nec per arrogantiam fratri præferatur infirmo. Catulus itaque, cujus eſt officium extraneos pellere, nequaquam contemptis illis, aggrediatur domeſticos lacerare, ne qui quietus poterat dormire ſub tecto, excluſus foribus compellatur habitare ſub dio. Ita his ſymbolicis figuris excommunicationem a Pontifice comminatus.

(a) 2. Cor. 7. (b) Gal. 5. (c) Jer. 16.

XXIV. Theuzo Monachus malorum omnium auctor.

Sed majori exarſit indignatione Petrus in eum, quem putavit malorum omnium auctorem Theuzonem monachum incluſum, de quo iſta ſuperius in ejuſdem ſancti Joannis Gualberti Actis ſcripta leguntur: Theuzo is ſenex dicebatur, & apud beatæ Mariæ Eccleſiam Florentiæ in quadam cellula ſe incluſerat; permultique ad eum confluebant, ſalutaria ab illo conſilia expetentes. Valde autem ſimoniæ labem deteſtabatur, qua tunc multi in Eccleſia Dei contaminati erant. Ab illo igitur Joannes ſciſcitabatur, num ſub Abbate ſimoniaco intra ſuum monaſterium Chriſto militare deberet, vel quid faciendum eſſet. Conſulit ille, ut cum ſocio palam in foro civitatis coram omnibus proclamet, Epiſcopum & Abbatem ſimoniæ vitio obnoxios teneri, ac deinde loco cederent. Quod conſilium tametſi a communi legum abhorreret, ſimpliciter ille ſecutus eſt, &c. Magis, inquam, ex his in Theuzonem ipſe Petrus excanduit, quem cum Florentiæ adiiſſet, ab eo exceptus eſt clamoribus contentioſis. Cumque re ipſa didiciſſet ipſum arrogantia plenum hominem, faſtuque tumentem; quo ipſum curaret, atque ad monaſticam legitimam diſciplinam componeret, humilitatem atque manſuetudinem in primis colendam inſinuans, prolixam ſatis epiſtolam ſcripſit, qua cum multis eum perſtringat enthymematibus, magis autem exemplis plurimorum in eremo degentium Sanctorum legitime vitam anachoreticam affectantium urget. Eſt plane tanto auctore digna epiſtola, cujus eſt titulus hujuſmodi:

XXV.

Domno Theuzoni eremitæ Petrus peccator monachus reſumendæ charitatis aculeum. Epiſtola autem ſic incipit: Minus ſe proximum amare convincitur, qui perlatæ læſionis injuriam ſic in auctorem expoſtulare diſſimulat, ut omnino ſe ſub ſilentii cenſura conſtringat, &c. Inferius vero poſt acerrimas reprehenſiones illud exprobans, quod cum monachus ſit, judicare ſibi ſumpſerit presbyteros, Epiſcopos, & ipſum etiam Romanum Pontificem; ait:

Quæ in Theuzonem Petrus.

Sed quorſum iſta? quia diceris omnes Fratres tuos tam auſtera, tam ſupercilioſa judicare ſententia; ut per totius anni curriculum, non niſi ſemel, & tunc non a tui monaſterii ſacerdotibus, ſed aliunde quæſitis percipias ſacramenta. De eo quod dicis, quis hunc ordinavit presbyterum? reſpondetur. Ille Epiſcopus, & ipſum, ais, ad Epiſcopatus officium qualiter, aut quis promovit? Papa ſcilicet: qualiter autem ipſi viderint. Moxque ſubjungis: Eſto tandem, quod Papa gratis Epiſcopum conſecravit; numquid & Papa ipſe gratis ad Apoſtolicæ Sedis apicem aſcendit? Hac igitur interminabilium quæſtionum pernicioſa caligine, quantum in te eſt, ſæculum omne confundis, & velut mare de temetipſo tempeſtatem generans, nec ipſe quieſcis nec alios vivere in tranquillitate permittis. His enim & hujuſmodi ineptis hæſitationibus ſæpe & ſchiſmata peſtilenter emergunt, quæ incautas hominum animas a Catholica veritate præcidunt.

XXVI. (d) Rom. 14.

Ut enim verbis te Apoſtolicis alloquar: (d) Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? ſuo enim domino ſtat aut cadit. Stabit autem: potens eſt Deus ſtatuere illum. Non enim omnes qui in Prætorio ſunt, judiciales calculos ſortiuntur; neque omnes qui ſunt intra Eccleſiam, claves Eccleſiæ ſuſceperunt. Cum ad aliena judicanda quis arroganter extenditur; ad ea profecto conſideranda, quæ ſua ſunt, obtuſior invenitur. Tunc enim ſocialis vitæ eſt ordo diſpoſitus, ſi unuſquiſque proprii juris limite ſit contentus. Ubi autem alter alterius terminum ſupergreditur; omnis profecto recte vivendi linea neceſſe eſt confundatur. Sufficiat ergo nobis conſiderare quæ noſtra ſunt, ne dum aliena immoderate proſequimur, a noſtri laboris fructu & digna mercede evacuemur, &c. Hæc ipſe Petrus & alia multa in Theuzonem eremitam, zelum quidem habentem, ſed ut proclamat Petrus, non ſecundum ſcientiam, quem arguit turgidum mente virum, imperita cum arrogantia omnia perturbantem: quem & propriæ exiſtimationis inflatum vento, humilem ſpiritu tota illa prolixa epiſtola reddere conatus eſt. Sed an ſit aſſequutus, dicemus: cauſæ enim illius adverſus Epiſcopum rationabilior proſecutio per monachos

chos illos facta, illum malorum omnium incentorem tamdem quieviſſe, ſuadet exiſtimare.

XXVII. Theuzo juſtiſſime reprehenſus. Cæterum quam tunc perverſi ſpiritus fuerit iſte Theuzo, utpote ſpiritu contradictionis arreptus & agitatus, vel ex eo poteris intelligere, dum (ut olim Sextus & Pyrrho omnia in dubitationem revocantes philoſophi) ipſe in controverſiam revocare non erubeſceret: An Sancti re vera eſſent, quos univerſa Eccleſia hactenus coluiſſet ut Sanctos. Nam audi quæ idem Petrus inter alia in eadem epiſtola ad ipſum data recenſet: *Tandem cum in arcto poſiti multiplicium objectionum vallaremur anguſtiis, ubi ratiocinandi copia ſuppetere deſiit: ad Sanctorum mox exempla confugimus, ut illis ſaltem fides adhibeatur, quorum auctoritas ad probationem cujuſque negotii incunctanter admittitur.*

XXVIII. *Cumque ſuper quodam diſceptationis articulo S. Romualdus in teſtimonium adduceretur; præſto quæſitum eſt: Utrum ipſo Romualdus aut tunc extiterit ſanctus, vel nunc ſit in paradiſo receptus. Et licet contra Fidem totius Eccleſiæ noſtrarum provinciarum hæc de ſancto viro quæſtio moveretur; ad aſtruendam tamen partis noſtræ ſententiam, illos in teſtimonium Sanctos adſcivimus, quorum celeberrima vetus opinio etiam apud plebejos, quos libet & ignaros nutare non poſſet, Leonem videlicet atque Gregorium clariſſimos olim Romanæ Sedis Antiſtites, quorum quidem alter authentica canonum decreta promulgat, alter Eccleſiam perſpicuis ac profundis cœleſtis eloquentiæ fontibus irrigat. Sed & his nominatis, tantumdem eſt: nam & ſuper his nihilominus quæſtio geminatur; quo pacto quis certum teneat, utrum & iſti tales fuerint, quibus ſine retractatione debeat fides accommodari, ſive qui digni ſint inter Sanctorum catalogum percenſeri. Cumque hæc & alia in ſermocinationis decurſu impudenti effluerent &c.* Pluribus enim hominis arrogantiam inſectatur, & unde ipſi morbi hujus origo manarit, ſapienter aperit, ut curaret. Sic Petrus, partes agens ſapientis medici, cujus optanda ſint vulnera ad

(a) Pſ. 140. Theuzo converſus. ſalutem, de quo Pſalmographus: (a) *Corripiet me juſtus in miſericordia.* Cujus viri ſanctiſſimi epiſtola, veluti cœlitus ſtrepente tonitru perterrefactus Theuzo, quem nimius, & inconſideratus zelus jam per abrupta ferebat, in ſe reverſus amplius mutire non auſus, quæ ſancti eſſent anachoretæ munera explens, ut ſibi ipſi vacans, peccata lugendo Deum placaret, in primis ſtuduit; quod adeo diligenter eſt proſecutus, & feliciter aſſecutus, ut reliquis ſit factus exemplum perfectiſſimi anachoretæ, poſteriſque fuerit ſemper memoria venerandus.

XXIX. Profecerunt pariter ex Petri ad eos miſſa Apologia venerandi monachi illi, qui etſi juſtam cauſam fovere ſibi viderentur, minus tamen juſte eam hactenus proſecuti fuiſſent; juſta enim juſte tractanda, admonet (b) Sapientia. Contra vero ipſe Petrus juſte adverſus eos tunc agebat, quod non eſſet monachorum vitare Epiſcopum, quem Eccleſia non damnaſſet; nec deberent aſſumere ſibi judicium, quod non monachorum, ſed tantummodo eſſet Apoſtolicæ Sedis; neque præjudicare, antequam Romanus Pontifex judicaſſet. Correpti vero Petri juſta reprehenſione iidem monachi, ejus admonitione Romanum Pontificem adire inſtituerunt, atque cauſam, quam juſtam putabant, juſte proſequi aggreſſi ſunt; ſero tamen intelligentes, nimio zelo percitos, a legitima canonum deviaſſe ſententia, cum per ignorantiæ abrupta neſcientes præcipites ſe dediſſent.

(b) Sap. 11. Revocantur Monachi ad rectitudinem judicii.

XXX. Quid autem poſt hæc egerint iidem monachi adverſantes Epiſcopo, apud Alexandrum Romanum Pontificem, Acta ſancti Joannis Gualberti ita ſignificant: (c) *Poſtea vero monachi cum amicis ſuis Romam profecti, Petrum Florentinum Epiſcopum publice & quidem conſtanter hæreticum, & ſimoniaca labe fœdatum proclamant, & ejus rei confirmandæ cauſa, offerunt ſe paratos ad ſubeundos ignes. Verum Alexander Pontifex, qui tum in Patriarchio reſidebat, nec accuſatum deponere voluit, nec ut monachi ignem ingrederentur, admittere. Maxima enim Epiſcoporum pars, qui ad Synodum generalem convenerant, Epiſcopo favebat, & monachis adverſabatur. Sed Hildebrandus Archidiaconus, qui poſtea fuit Gregorius ejus nominis Septimus Romanus Pontifex, partibus beati Joannis ſtudebat, eaſque tuebatur. Porro Dux quidam Godefredus uſque adeo Epiſcopo favebat, ut mortis minas monachis intentaret.* Hæc ibi; reliqua autem petenda ex amplioribus Actis ejuſdem ſancti Joannis Gualberti, quæ habentur in monaſterio Vallis umbroſæ ab Attone Piſtorienſi Epiſcopo ſcripta. Sed primum quæ in hoc tam celebri Romano Concilio, generali dicto, ſint conſtituta videamus,

(c) *Vita S. Joan. Gualb. c. 17. apud Sur. t. 4. die 18. Julii.* Monachi Pap. adeunt.

XXXI. Conc. Lateranenſ. ſub Alexandro. Nobilis plane Synodus iſta, cui amplius quam centum Patres interfuerunt, in qua inter alia de ſimoniacis occaſione permotæ de Florentino Epiſcopo controverſiæ, decretum Pontificium ſtabilitum eſt, quod extat in Vaticana bibliotheca hactenus integrum aſſervatum, ab eodem Pontifice in Eccl. publice promulgatum una cum aliis canonibus in eodem concilio conſtitutis, quos hic tibi reddendos curavimus hactenus incompertos. Sic igitur de his ſe habet ejuſdem Pontificis Conſtitutio:

*Ale-*



*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis Catholicis, cunctoque Clero & populo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Alex. PP. Epiſt. de reb. ſtatutis in Synodo. *Vigilantia univerſalis Eccleſiæ regiminis aſſiduam ſollicitudinem debentes omnibus, quæ in Conſtantiniana Synodo nuper celebrata coram centum amplius Epiſcopis, licet nobis immeritis præſentibus, ſunt canonice inſtituta, vobis notificare curamus; quia ad ſalutem veſtram executores eorum vos eſſe optamus, & Apoſtolica auctoritate jubendo mandamus.*

XXXII. *Primo namque inſpectore Deo, ſicut a S. Papa Leone, & a ſanctæ memoriæ Papa Nicolao primum ſtatutum eſt, erga (a) ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſervanda habendam eſſe decernimus; ſed juxta canonum ſanctiones & decreta ſanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac in Eccleſia non præeſſe, Apoſtolica auctoritate ſancimus.*

(a) *c. erga ſimoniacos 2. q. 1.*

Canones Rom. Conc. Generalis. *De his autem qui non per pecuniam, ſed gratis ſunt a ſimoniacis ordinati, quia quæſita jam a longo tempore diutius ventilata eſt quæſtio: omnem nodum dubietatis abſolvimus, ita ut ſuper hoc capitulo neminem deinceps ambigere permittamus. Quia igitur uſque adeo hæc venenata pernicies hactenus inolevit, ut vix quælibet Eccleſia valeat reperiri, quæ hoc morbo non ſit aliqua ex parte corrupta; eos qui uſquemodo gratis ſunt a ſimoniacis ordinati, non tam obtentu juſtitiæ, quam intuitu miſericordiæ, in acceptis ordinibus manere permittimus, niſi forte alia culpa ex vita eorum ſecundum canones eis obſiſtat.*

XXXIII. *Tanta quippe talium multitudo eſt, ut dum rigorem canonici vigoris ſuper eos ſervare non poſſumus, neceſſe ſit, ut diſpenſatione ad piæ condeſcenſionis ſtudium noſtros animos ad præſens inclinemus. Ita tamen, ut auctoritate ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli omnimodis interdicamus, ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum ex hac noſtra permiſſione regulam ſibi, vel alicui ſumat, vel præfigat. Quia non hanc aliquis antiquorum Patrum jubendo, aut concedendo promulgavit, ſed temporis nimia neceſſitas permittendo a nobis extorſit. De cœtero (b) autem ſtatuimus, ut ſi quis in poſterum ab eo, quem ſimoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permiſerit, & conſecratus, non diſparem damnationis ſententiam ſubeant, ut uterque depoſitus agat pœnitentiam, & privatus ab ea, propria dignitate perſiſtat.*

(b) *c. locatur. 1. q. 1.*

XXXIV. *Præter hæc (c) autem præcipiendo mandamus, ut nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit, concubinam indubitanter habere, vel ſubintroductam mulierem. Unde ſancta Synodus hæc a capite ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: Quicumque ſacerdos vel diaconus poſt Conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ Leonis, aut Nicolai de caſtitate clericorum concubinam duxerit palam, vel ductam non reliquerit: Ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino * interdicimus, ut non cantet Miſſam, neque Evangelium, neque Epiſtolam ad Miſſam legat, neque in preſbyterio ad divina officia cum his, qui præfatæ Conſtitutioni obedientes fuerint, maneat; neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat.*

(c) *c. propter hoc mandamus diſp. 32.*

* contradicimus.

XXXV. *Et præcipientes (d) ſtatuimus, ut hi prædictorum ordinum, qui iiſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes, caſtitatem ſervaverint, juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad Apoſtolicam communem vitam ſummopere pervenire ſtudeant, quatenus perfectionem cum his conſecuti, qui centeſimo fructu ditantur, in cœleſti patria mereantur adſcribi.*

(d) *c. eodem §. præcipientes.*

*Ut decimæ (e), primitiæ, ſeu oblationes vivorum & mortuorum reddantur a laicis, & in diſpoſitione Epiſcoporum ſint: quas qui tenuerit, a ſanctæ Eccleſiæ ſeparetur communione.*

(e) *c. eodem in fin.*

*Ut per laicos (f) nullo modo quilibet clericus, aut presbyter obtineat Eccleſiam, nec gratis, nec pretio.*

(f) *c. per laicos 16. q. 7.*

*Nec aliquis (g) presbyter duas Eccleſias obtineat.*

(g) *c. eod. 16. q. ead.*

XXXVI. *Ut per ſimoniacam hæreſim nemo ordinetur, vel promoveatur ad quodlibet officium Eccleſiaſticum, neque Eccleſiis præficiatur.*

*Et ut de conſanguinitate ſua (h) nullus uxorem ducat, uſque ad ſeptimam generationem, vel quouſque parentela cognoſci poterit. Quod prius a Nicolao Secundo ſtatutum fuit.*

(h) 35. q. 2. c. 17.

*Et ut (i) laicus uxorem ſimul habens & concubinam, non communicet Eccleſiæ.*

(i) *c. eod.*

*(k) Ut nullus habitum monachalem ſuſcipiat, ſpem, aut promiſſionem habens, ut Abbas fiat.*

(k) *c. per laicos 16. q. 7.*

*Ut nullus laicus ad quemlibet gradum Eccleſiaſticum repente promoveatur, niſi prius mutato habitu ſæculari, divina conſecratione inter clericos fuerit comprobatus. Vos ergo hæc & alia ſanctorum Patrum ſtatuta fideliter & Chriſtiana reverentia obſervate, ſi vultis ſanctæ Eccleſiæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis pace & communione atque benedictione & abſolutione gaudere. Valete.* Hæc de his, quæ in Concilio ſunt ſtatuta, ſummatim Alexander univerſæ Eccleſiæ.

XXXVII. Quod autem ſpectat ad quartum canonem, quo decernitur, Ut clerici ſi-

mul

Petrus pro vita communi canonicorum apud Alex. Pap. laboravit.

mul manducent & dormiant, bonaque in communi poſſideant; ſcias id factum ſuggeſtione Petri Damiani, ſcriptis ſuis Alexandrum Pontificem ad hæc ſancienda rogantis. Extant adhuc ipſæ litteræ, quibus iſte præponitur titulus: *Ut canonicis, a quibus in congregatione vivitur, proprietatis habendæ licentia denegetur.* Deinde: *Domino Alexandro beatiſſimo Papæ Petrus peccator monachus ſervitutem. Quantum ad noſtræ intelligentiæ modulum, nullum in humano genere malum pernicioſioris eſt criminis, quam defenſio proprietatis &c.* Prolixior eſt diſputatio in ſæpius citato codice bibliothecæ ſancti Petri in Vaticano. Non de monachis, ſed de clericis hujuſmodi eſt ſancitus canon, at nec de omnibus clericis, ſed his, qui collegiatis ſervirent Eccleſiis, quos frequentiore uſu canonicos appellare conſuevimus, ob id ſcilicet, quod hiſce tenerentur canonibus obligati, ad quorum præſcriptum vitam ducerent clericalem in omnibus regularem, nihil ſibi proprium vendicantem. Ad finem vero prolixioris diſputationis, adverſus proprietarios clericos inſtitutæ, Petrus ita perorat, dicens: *Veruntamen ut hæc apud inobedientium clericorum, immo nummicolarum rebellionem efficaciter valeant, ſancti Apoſtolatus veſtri vigor impellat.* Quod dicti ſuperius canonis ſanctione factum audiſti. In hoc eodem Concilio canon ille de celebratione Miſſarum ab eodem Alexandro ſancitus eſſe putatur, qui recitatur a Gratiano verbis iſtis: (a) *Sufficit ſacerdoti unam Miſſam in die uno celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit. Non modica res eſt, unam Miſſam facere, & valde felix eſt, qui unam digne celebrare poteſt. Quidam tamen unam faciunt pro defunctis, & alteram de die, ſi neceſſe fuerit. Qui vero pro pecuniis ſive * adulationibus ſæcularium una die præſumit facere plures Miſſas, non æſtimo evadere damnationem.* Hæc ibi.

(a) c. Sufficit de conſecr. diſt. 1.

* al. oblationibus

XXXVIII. Quod autem ad ea, quæ ſunt reliqua cauſæ monachorum adverſus Petrum Florentinum Epiſcopum, ſpectat: petamus cuncta ex amplioribus Actis prolixioris vitæ ſancti Joannis Gualberti, quæ ex ejus monaſterio antiquitus ſcripta accepimus: incipientes ab his, quæ narrantur de miſſis monachis a ſancto Joanne ad dictum Romanum Concilium. Quæ ſic ſe habent:

XXXIX. Acta in Rom. Conc. in cauſa Ep. Florent.

*Interea autem beatus Joannes cum ſuis Monachis conſtantior effectus, & in expurgationem ſimoniacæ hæreſis magis magiſque propter Deum ſuccenſus, quoſdam monachos ſuos, tempore Synodi tunc in Urbe celebrandæ, Romam miſit, cum certis devotis clericis Florentinis, ad proclamandum ſuper dictum Petrum Epiſcopum Florentinum: cum quibus monachis & clericis properat ipſo itinere & negotio vice beati Joannis venerabilis vir domnus Rodulphus nomine, ſapiens & religioſus Abbas monaſterii Muſitani. Et coram ſanctiſſimo Papa Alexandro eumdem Petrum tunc Epiſcopum Florentinum, ſimoniacum & hæreticum publice dixerunt; & ad hoc examinandum & probandum, fide formati, ſpe certi, & charitate fervidi in ignem ſe intraturos promiſerunt.*

XL. *Sed præfatus ſanctus Alexander Papa Secundus nec accuſatum Petrum Epiſcopum eo tempore voluit deponere, nec igneam examinationem ſuſcipere; quoniam maxima pars Epiſcoporum illius Petri parti favebat, & monachis vehementer obſiſtebat. Et interim cum accuſatione rite facta, res agitari cœpiſſet: cœperunt multi ſibi timentes valde ſævire contra monachos. Inter quos quidam Cardinalis Petrus Damiani nomine Epiſcopus Oſtienſis, compulſus (ut viſum fuit) & rogatus ab æmulis adverſæ partis, obſtitit noſtræ parti, ut relatum extitit, & ſurgens locutus eſt cum domno ſanctiſſimo Papa Alexandro Secundo, dicens: Domine & pater ſancte, iſti ſunt locuſtæ, quæ depaſcuntur viriditatem ſanctæ Eccleſiæ. (b) Veniat Auſter, & perferat eas in mare rubrum. Sanctus vero Papa Alexander præfatus contemperando ſe utriſque, benigne reſpondit, dicens: Iſti homines non omnino ſunt repellendi, quia boni homines ſunt, & ea quæ dicunt, ſimpliciter, & bona intentione loquuntur.*

(b) Exod. 10.

XLI. *Inter omnes autem vir quidam Rainaldus nomine, Epiſcopus Comanus vehementius reſtitit noſtris, & per indirectum poſt multam verborum contentionem domno Rudolpho Abbati propoſuit quamdam quæſtionem, quam omitto, quia non facit, ad propoſitum, de quo loqui intendo. Cum itaque pene omnes furerent contra monachos, & dignos judicarent morte eos, qui temerarie, contra Prælatos Eccleſiæ armari auderent; cœperunt monachi ut agni inter lupos vexari, miniſque turbari, & clamare cum Pſalmiſta ad Dominum, dicentes: (c) Exurge Domine adjuva nos: (d) Exurge, quare obdormis Domine: Exurge Deus, judica cauſam tuam.*

(c) Pſal. 7.
(d) Ib. 43. & 73.

XLII. *Interea ſurrexit in Concilio quidam vir egregius & excellentiſſimus, alter quaſi Gamaliel, nomine ſcilicet Hildebrandus monachus, & Archidiaconus Eccleſiæ Romanæ & Cardinalis, qui prius fuit Prior monaſterii Cluniacenſis ordinis ſancti Benedicti, qui poſt deceſſum præfati ſanctiſſimi Papæ Alexandri Secundi, Apoſtolica eſt dignitate præditus. Et quia placuit ſibi, ut fieret defenſor cauſæ Chriſti, factus eſt poſtea Vicarius ejuſdem*

dem



*dem Chriſti, hoc eſt Papa, & vocatus eſt Gregorius Septimus. Qui dum eſſet Cardinalis, hanc controverſiam prudenter audiens, & auctoritatem canonum ſapienter perpendens, monachorum in univerſis auditoriis defenſor nobiliter extitit, quos non pedetentim ratiocinando, ſed aperte, & fortiſſime defendit contra omnium opinionem.* Hucuſque de rebus tunc geſtis in Romano Concilio in cauſa Epiſcopi Florentini.

At quoniam contigit potiri litteris illis tunc ea de re a Florentinis datis ad Alexandrum Romanum Pontificem, quas ad verbum recitat S. Atto Piſtorienſis Epiſcopus in vita uberius ſcripta ejuſdem ſancti Joannis hic eas deſcribere operæ pretium duximus; quæ ſic ſe habent:

*Alexandro primæ Sedis reverentiſſimo & univerſali Epiſcopo Clerus & populus Florentinus ſinceræ devotionis obſequium.*

XLIII. Epiſt. Florent. ad Alex. Pap.

*Jamdiu tædium & laborem noſtrum, nec non certamen monachorum contra ſimoniacam hæreſim paternitas veſtræ bene novit. Et nunc quoque dignum eſt, ut qualiter Deus excelſus pie ac miſericorditer ſcrupulum hujus rei de cordibus noſtris abraſerit, pernoſcatis. Signa enim & mirabilia Dominus noſter de nobis fecit, & per ea cæcitatem ignorantiæ, & dubietatis caliginem, ac tenebras erroris de pectore hominum pepulit, & fidem nobis augendo & dilatando, & in ſe ſolidando lucem mentibus ſuæ veritatis clementer infudit. Paſtor quidem bonus de cœlo venit, & ovibus aſſiſtentibus, atque ad ſe totis medullis clamantibus, ſententiam ſereno clariorem, ſoleque lucidiorem omnique dicto apertiorem, omnique viſu certiorem de medio ignis populo ſuo dedit.*

*Quid vero plebi Florentinæ de Petro Papienſi, qui ſe noſtrum Epiſcopum haberi volebat, tenendum ſit, in ſuo tremendo judicio declaravit. Sed licet miraculorum narratio videatur aliquantulam protelari; tamen unde ad hæc ventum eſt, nequaquam inutiliter putamus debere ſuccincte perſcribi.*

XLIV. *Quadam etenim die omnes Florentinæ civitatis clerici una congregati, cœpimus tam de clericis locis ſuis expulſis, quam etiam de nobis ipſis ante Papienſem Petrum conqueri. De abjectis enim, quia conſilium & ſolatium eorum amiſeramus; & quia etiam Prior & Archipresbter noſter metu hæreſis e civitate ſeceſſerant: de nobis autem, quia bona pars civium noſtrorum nos hæreticos acclamabat. Nam videns nos ire ad eum, dicebat: Ite, ite hæretici ad hæreticum; ite quia per vos hæc civitas voragini dabitur, qui Petrum Apoſtolum expugnantes, Simonem magum pro eo inducendo colitis. Quid plura? Rogamus eum, ut tam nos, quam ſe ab hac infamia liberet, dicentes: Ecce nos (ſi te mundum ſenſeris) ſi tu nobis juſſeris, Dei pro te judicium ſubire non dubitamus; aut ſi probationem, quam monachi hic & Romæ facere voluerunt, recipere vis; ad eos imus, eoſque obnixe rogamus. Ad hæc ille inquit, neutrum ſe jubere, neutrum ſe velle, neutrum recipere. Quin etiam edictum a Præſide per Legatos ſuos impetravit; ut quicumque laicorum, quicumque clericorum, ſive Epiſcopo non cederet, ſive ſuo imperio non obediret, ad Præſidem vinctus duceretur, ſed & traheretur. Si autem quis noſtrum his minis territus, de civitate fugeret, ad dominium poteſtatis aſſumeretur quidquid poſſediſſet. Clerici vero, qui ſub tutela regiminis beati Petri Apoſtoli, agendo contra ſimoniacam hæreſim, in Oratorium ejus confugerant, aut ſibi conciliarentur, aut ſine ſpe audientiæ extra civitatem pellerentur.*

Inter cives Florent. & Epiſc. controverſiæ.

XLV. *Hincque factum eſt, ut veſperaſcente ſabbato initii jejunii, cum apud prædictam Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ipſi clerici Lectionum, ac Reſponſoriorum ſequentis Dominicæ recordarentur, municipalis Præſes, eo quod ſe cum ſalva reverentia Petri Apoſtoli, ſimoniaco hæretico non poſſe obedire reſponderit: illos extra immunitatem Oratorii, beatum Petrum Apoſtolum parvipendens, eiiceret. Fit denique pro hoc ſcelere concurſus Catholicorum virorum, & maxime feminarum, velamina capitum proiicientium, & ſparſis crinibus flebiliter incedentium, pectora pugnis, miſerabiles ad Deum voces mittendo, dure tundentium, ut ſuper virorum ac filiorum morte triſte lamentantium: nam in plateas luto plenas ſe proſternentes, ajebant: Heu, heu, o Chriſte, tu hinc eiiceris; & quomodo nos deſolatas relinquis? Tu nobiſcum habitare non ſineris; & nos quomodo hic habitamus? Videmus quia hic nobiſcum habitare voluiſti; ſed vadis, quia Simon magus te non permittit. O ſancte Petre, numquid a Simone mago tu vinceris, quia ad te confugientes non defendis? Nos putavimus ipſum in infernalibus pœnis vinctum & catenatum; ſed ecce cernimus illum ad tuum dedecus hoſtiliter ſuſcitatum.*

XLVI. *Virorum quippe alii ad alios dicebant: Videtis, & aperte videtis: Chriſtus hinc diſceſſit, abiit, quia legem ſuam adimplens, ſe pellenti non reſiſtit. Et nos, viri fratres, civitatem hanc, quo hæretica pars ea non gaudeat, incendamus, atque cum parvulis atque uxoribus noſtris, quocumque Chriſtus ierit, ſecum eamus: ſi Chriſtiani ſumus, Chriſtum ſequamur. His ergo ejulatibus, hiſque doloribus nos quoque clerici commoti, qui ipſi Papienſi videbamur eſſe fautores & aſſeclæ, &*

qui

*qui ab aliis hæretici acclamabamur, eo quod ipſum ſequebamur; obſeramus Eccleſias, & mœrore projectorum non tangimus campanas, populis non Pſalmos, non denique canimus Miſſas.*

XLVII. *Nec mora, nobis congregatis, fit Domino inſpirante, Concilium, ad quod Dei monachos, qui in Septimo, in monaſterio ſancti Salvatoris degunt, communi voto quoſdam noſtrum mittimus, petentes, & orantes, dubietatem hujus rei velle prodere, & veritatem cognoſcere, agnitamque firmiter promittentes tenere. Reſponſum autem eſt nobis, quia ſi Catholicam Fidem pro viribus vellemus tenere atque defendere, & ſimoniacam hæreſim impugnando deſtruere; virtus Salvatoris tam hujus negotii dubietatem, quam etiam cæcitatem de cordibus noſtris eliminaret. Fatemur, promittimus de hac re hoc ſequi, quod & ipſi, ſi ſuum factum compenſarent dictis. Quid plura? ſtatuitur dies omni voto quæſita, in qua & dubietatem prodidimus, atque veritatem, quam monachi dicebant, pro poſſe defendendo tenemus.*

XLVIII. *Quarta namque feria in prima hebdomadæ Quadrageſimæ dies conſtituitur, ſecunda & tertia feria ſpecialiter Deum per hoc oramus; & ut Deus, qui unica eſt veritas, veritatis hujus reſeraret oſtium, obſecramus. Illuceſcente vero quarta feria, a quodam noſtrum itur ad virum Papienſem, qui rogans eum, inquit: Fac domine, pro Dei tremore, proque remedio animæ tuæ: ſi eſt de te quod monachi dicunt, noli clericos, noli populum in eundo laboribus afficere, noli Deum experiendo tentare, ſed hujus negotii veritatem, ad Dominum te convertendo, pande; aut ſi hoc te noſcis immunem reatu, nobiſcum venire dignare. Ad quem ille reſpondit: Nec ego illuc, neque te, ſi me diligis, ire volo. Ad hæc dictum eſt ſibi: Profecto Dei judicium, quia omnes vadunt, videre ibo; & quid ibi agatur, ſolerter ſcire curabo, & quodcumque Deus Judex juſtus in judicio ſuo recto monſtraverit, ſecundum meum valere defenſabo. Nec tibi moleſtum meum ſit iter, quia te hodie, qualis ſis, ſententia Dei recte oſtendet. Aut enim te hodie magis quam umquam fueris, habebimus charum, aut viliorem & contemptum.*

XLIX. *Nos interim, quaſi cœleſti præmoniti oraculo, non expectabamus nuntium: curritur a nobis clericis ac laicis & fœminis ad Septimum, in quo eſt ſancti Salvatoris monaſterium. O mira Domini potentia, miraque clementia, qui voluntates non ſolum expeditis mulieribus, ſed etiam prægnantibus vires ad eumdem donavit! Numquid enim longitudo matronas? numquid via cœnulenta multitudine aquarum delicatos terruit? numquid pueros jejunium exaſperavit? Congregatis denique omnibus clericis & laicis promiſcue ſexus & ætatis fere tribus millibus apud prædictum monaſterium; interrogamur a ſervis Dei: Cur fratres veniſtis? Reſpondetur a nobis, ut illuminemur, & errorem relinquentes, veritatem ſequamur. Quomodo, inquiunt, illuminari vultis? Nos, inquam, reſpondentes, ut copioſo probetur igne, quod de Papienſe Petro dicitis. Quem, inquiunt, fructum hoc facto habebitis? aut quem honorem inde Deo reddetis? Reſpondemus omnes: Erimus vobiſcum rectam Fidem defendentes, & ſimoniacam hæreſim abominando, Deo gratias ſemper agentes.*

*Quid longius immoramur? fiunt ſtatim a populo duæ ſtrues lignorum altrinſecus juxta ſe in longitudine poſitæ; ſigillatim vero longitudo utriuſque pedum decem, latitudo autem ambarum ſigillatim quinque pedum, & dimidium dimidii pedis; altitudo denique utriuſque ſeparatim fuit quatuor pedum & dimidii; inter utraſque vero pyras in longitudine ſemitæ unius brachii extitit, & ipſa ſtrata ſiccis lignis, & ad ardendum bene paratis. Interea fiunt pro hac re pſalmodiæ, Latinæ ſupplicationes, monachus intraturus ignem eligitur juſſu Abbatis, celebraturus Miſſam ad altare procedit. Miſſa vero cantatur cum magna devotione ſupplicatione omnium. Chorus monachorum & clericorum, nec non & laicorum ex corde lacrymatur. Ut autem ventum eſt ad Agnus Dei: quatuor monachi, unus imaginem Crucifixi, alter aquam ſanctificatam, tertius duodecim cereos benedictos, quartus thuribulum thure plenum bajulantes, procedunt ad ſuccendendum præſcriptas lignorum pyras.* L. Examen per ignem paratur.

*His igitur viſis, clamor omnium in cœlum attollitur, Kyrie eleiſon flebiliſſime pleno ore cantatur: Jeſus Chriſtus creberrime, ut exurgat, cauſamque ſuam defendat, oratur: Maria ejus mater, ut hoc ſibi ſuadeat, multum a viris, plurimumque a fœminis ſupplicatur Petri Apoſtoli nomen, quo Simonem perdendo damnet, millies ingeminatur: Gregorius Urbis Præſul, ut ad ſuas verificandum properet ſanctiones, ſuppliciter obſecratur. Interea dum pro ingenii capacitate ab omnibus oratur: presbyter perceptis ſalutaribus myſteriis, & expleta Miſſa, exutaque caſula, cæteriſque ſacerdotis indumentis ſibi retentis, crucemque Chriſti portans, cum Abbatibus & monachis Litanias faciendo, ad ſtrues lignorum, jam rogos fieri incipientes appropinquat; ibique Deus quam multipliciter ac uniformiter ab omnibus adoratur: nulla lingua id fari, nullus ſenſus colligendo valet meditari. Tandem ſilentium cunctis imponitur; & ut conditionem rei, pro qua hæc fiebant,* LI. Vota aſtantium promuntur.



*fiebant, intente audiamus, & bene intelligamus, monemur. Eligitur denique Abbatum unius clamoſus voce, apertus lingua, qui aperte ad intelligendam orationem, in qua conditio petitionis ad Deum continebatur, populo legit. Collaudantibus autem cunctis conditionem, iterum alius Abbatum ſilentium petit, elevanſque vocem, alloquitur omnes, dicens: Viri fratres, & ſorores, pro ſalute animarum veſtrarum, teſte Deo, hoc facimus, ut deinceps a ſimoniaca lepra, quæ fere jam totum ſordidat mundum, caveatis. Hujus autem lepræ contagium tam magnum eſſe ſciatis, quod iſtius immanitati cætera crimina comparata ſunt quaſi nihil.*

LII. *His ergo expletis, cum utrique rogi jam ſe ex majori parte in flammivomos convertiſſent carbones, & cum mediæ ſemita ignivomarum copia prunarum valde æſtuaret, ut uſque ad talos pedes euntis (ſicut poſt ei probatione patuit) in prunas infigi poſſent; ſacerdos & monachus juſſu Abbatis hanc orationem cum magna voce, audientibus & flentibus fere tribus millibus, fudit ad Dominum:*

Precatio periculum facientis. *Domine Jeſu Chriſte verax lux hominum in te credentium, tuam miſericordiam peto, tuam clementiam exoro, ut ſi Petrus Papienſis, qui Florentinus Epiſcopus dicitur, interventu pecuniæ, id eſt munere a manu (quod eſt ſimoniaca hæreſis) Florentinam arripuit ſedem: nunc tu Fili æterni Patris, ſalus mea, in hoc tremendo judicio ad adjuvandum me feſtina, & me illæſum ſine aliqua macula mirabiliter conſerva, ſicut quondam illæſos ſervaſti tres pueros in camino ignis ardentis, qui cum eodem æterno Patre & Spiritu ſancto omnia cooperaris, & vivis & regnas in ſæcula ſæculorum.*

LIII. *Cumque omnes qui aderant, reſpondiſſent, Amen: pacis oſculum Fratribus dedit & accepit. Atque interrogamur omnes: Quamdiu vultis ipſum in igne manere? Reſponſum eſt ab omnibus: At, at, quid dicitis? ſufficit domini, ſatis cum ſolemni gravitate pedetentim ignem flammaſque tranſire. Jubetur quidem ſacerdoti & monacho voluntati noſtræ ſatisfacere. Tunc ipſe ſacerdos contra ignis ardorem ſalutare ſignum faciens, ✠ crucemque Chriſti bajulans, ipſam flammarum multitudinem non attendens, intrepidus mente, hilaris vultu, cum quadam celebritate gravitatis, illæſus in corpore, illæſus & in omnibus quæ ſecum portabat, in virtute Jeſu Chriſti mirabiliter ignem pertranſiit. Nam flammæ undique concurrentes, & circumquaque exurgentes Albam quaſi byſſinam intrabant, & implendo inflabant; ſed naturæ ſuæ immemores nihil ipſi ultionis inferre poterant: manipulum denique & ſtolam, eorumque fimbrias more ventorum ſuſtollendo, huc illucque varie ferebant, ſed calore perdito, ipſas in nullo comburere volebant. Pili quoque pedum ejus inter flammoſos carbones immittebantur; ſed o mira Dei potentia, o Chriſti laudanda clementia! eorum nulli ardore ignis lædebantur; inter capillos nempe flammæ circumſurgentes intrabant, eoſque flando levabant & relevabant; ſed nec ſummitatem alicujus eorum vires ſuas oblitæ adurendo retorquere valebant. Erant quippe flammæ ex omni parte ipſum concludentes ad Salvatoris miraculum, non ad ardoris incendium: ardorem Catholicæ Fidei ſentiebant, ideoque non ardebant. Deus profecto noſter ignis conſumens aderat: ideoque ipſo nolente, corporeus ignis nihil nocere poterat. Proculdubio verum erat, quod a ſervis Dei dicebatur, quia illorum teſtis, veritate juvante, ab igne miraculoſe liberatur. Veritas enim ſemper liberat quos falſitatis macula non coinquinat.*

Iudicium per ignem exhibetur.

*Poſtquam autem egreſſus eſt de igne, dum iterum vellet focum repedare; capitur a populo, deoſculantur præ deſiderio pedes ejus; præ gaudio quidem beatum ſe quiſque putabat, qui veſtimentorum quamcumque particulam deoſculari valebat. Gravi namque premebatur anguſtia populorum, ſed magna cum difficultate liberatur viribus clericorum. Laus Deo ab omnibus una, præ gaudio, etiam flendo, cantatur, certi jam, quia verbum Dei numquam mutatur. Simon Petrus magnis laudibus ſublimatur, Simon denique magus ut ſtercus pedibus conculcatur. Nomen Petri Apoſtoli in ore omnium ſuper mel & favum cum laudibus magis magiſque dulceſcit; nomen impii Simonis ſuper fel & ſulphur cum vituperationibus magis magiſque putreſcit. Magnitudinem quippe horum Chriſti ſignorum, copiamque gaudii noſtri, & quotidianam gratiarum actionem, nec ſenſus cordis cogitare, nec linguæ plectrum exprimere, nec manus ſicut eſt, umquam ſufficit ſcribere.* LIV. Exultatio aſtantium de victoria.

*Sed quia ſapienti de multis pauca ſufficiunt: demum ad paternitatem veſtram ſupplicando convertimur. Per Chriſtum vero beatitudinem veſtram oramus, cujus Vicarium tam in cœlis, quam etiam in terris vos eſſe cognoſcimus; dignamini plebi tam longa peſte demolitæ conſilium pariter & defenſionis auxilium impendere: dignamini nos miſeros ab importunis luporum faucibus abſtrahendo eripere. Dignamini deprecamur, arma contra hoſtes Petri Apoſtoli movere, acies inſtruere, vires ſumere, ſancta bella committere, & nos oves Chriſti beato Petro, tibique vice ejus commiſſas, contra ſimoniacos prœliando de captivitate liberare. Pleriſque enim noſtrum beatus ipſe Apo-* LV. Apoſtrophe ad Papam.

*Apoſtolus, ut olim a Nerone in cruce confixus, ita viſu noctis apparet, & paſſionem ſuam oſtendendo, ut a ſimoniacorum ſocietate declinemus, pie ſuadet: Sicut* (inquiens) *me Simoni imago numquam conjunxi; ſic quoque vos, ſi Chriſti eſſe vultis, ſi oves paſcuæ ejus eſtis, ſi me Clavigerum regni cœleſtis creditis, ſi me vobis portas regni cœlorum aperire cupitis: ſimoniacis nolite ſociari, nolite conjungi, nolite communicare.*

LVI. Peroratio.

*Nunc itaque domine pater ſancte, quia fiducia recuperationis noſtræ ſecundum Deum in ſancta Sede Romana eſt poſita; vos, qui ipſi præſidetis, oramus, ut rapacibus lupis ex adverſo aſcendatis, atque auctoritate ſacerdotalis culminis pro ovibus vice Petri creditis, opponatis. Iterum atque iterum cernui ſollicitudinem veſtram oramus pater, ut quod paſtoris eſt, nobis dilaniatis ovibus ne pigritemini clementer impendere.* Hucuſque Florentinorum litteræ ad Alexandrum Pontificem. Subiiciuntur vero mox iſta:

LVII. Petrus igneus honoribus auctus.

*His autem cognitis, dominus Alexander Papa præfatum Petrum ſimoniacum de omni Epiſcopali officio deponere curavit. Eo tempore Comes Bulgarus religionem & ſanctitatem atque conſtantiam adverſus hæreticos beati Joannis, ſuorumque monachorum agnoſcens, in monaſterio Ficedenſi venerabilem Petrum, qui per ignem mirifice tranſierat, rogavit ſanctum Joannem in Abbatis officium conſtituere: cujus petitionibus annuens, eidem loco prædictum virum in Abbatis officium præfecit. Qui poſtmodum inde abſtractus, & Romam Deo volente deductus, poſt cuſtodiam vaccarum & aſinorum, quam in Vallumbroſa juſſu beati Joannis humiliter tenuit, poſt gradum Præpoſiti penes Paſſinianum, & Abbatis officium in prædicto Ficedo decenter extitit Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis.* Hæc ibi, atque de Petro hactenus, qui unus ex tanta multitudine monachorum ob inſignem virtutem obedientiæ & humilitatis, ad tantum eſt delectus experimentum. Etenim nobili ortus genere ex ſtemmate dominorum Aldobrandinorum (ut in vita ejus edita nuper aſſeritur) inſignitus inſuper ſacerdotio; tamen vaccarum & aſinorum miniſterio inſervire gaudebat. Sic quidem ſervus fidelis in noviſſimo loco recumbens, meruit a patrefamilias illud audire (a): *Amice aſcende ſuperius.* Porro locus ille, in quo tam admirandum contigit exerceri certamen, ejuſmodi fuit epigrammate perpetuæ memoriæ conſignatus:

(a) Luc. 14.

*Hunc lapidem ſi quis conſpexerit eſſe locatum*
*Hoc a ſacrata Religione loco;*
*Indicat hic paries depictus imagine tanta*
*Quid fuit, aut cur ſit candidus iſte lapis.*
*Lis erat & magno ſurgebant prœlia bello.*
*Hinc atque hinc pariter maxima turba cadit.*
*At monachi noſtri, Umbroſaque e valle Joannis*
*Exploratores conſtituere focos:*
*Tunc monachus juſſu medium ſe mittit Abatis:*
*Et potuit nulla parte nocere focus.*
*Aſt ille ejectus Petrus fuit illico ab omni*
*Sede ſua ſacra, pontificiſque loco.*
*Cauſaque nam fuit hæc ſcelerata, quod ille malignus*
*Tunc erat hæreticus, Simoniacus erat.*
*Ergo nunc notum eſt, lapis hic quod fixus habetur*
*In terra, cunctis ſic venerandus erit.*

LVIII. Petrus Epiſc. Flor. reconcilatus monachis.

Porro ipſum Petrum Florentinum Epiſcopum denique reconciliatum fuiſſe, & in communionem receptum ab iiſdem monachis, diploma Petri ejus nominis ſecundi Abbatis quod confecit de reſtitutione hoſpitalis, his verbis videtur oſtendere, quibus ait: *Pro anima Hugonis Marchionis, ſuæque genitricis Vuillæ hujus monaſterii ædificatricis, nec non pro ſalute Godefredi excellentiſſimi Ducis, quin etiam pro anima ſuæ dilectiſſimæ conjugis Beatricis, atque pro ſalute Petri Florentini venerabilis Epiſcopi, a quo quamdam decimationem, quam eidem hoſpitali contulimus, gratia hujus hoſpitalitatis acquiſivimus &c.* Et inferius prope finem eorumdem pariter meminit. Accepimus ex eorum monaſterio dictum diploma per Conſtantinum Cajetanum monachum congregationis Caſſinenſis; cui poſt ejuſdem Petri Abbatis ſubſcriptionem, Theu-

zo

PAGIUS II. *Concil. Rom.*

Baronius num. LVIII. affirmat, *Petrum Florentinum Epiſcopum*, quem Acta Sancti Joannis Gualberti tradunt, ab *Alexandro Pontifice de omni Epiſcopali officio depoſitum fuiſſe*, poſtmodum *reconciliatum fuiſſe, & in communionem ab iiſdem Monachis receptum*. Verum Ughellus in Archiepiſcopis Florentinis Tom. III. Ital. Sacræ id negat, contenditque alium mox ſubſtitutum Epiſcopum, etiam *Petrum* nomine. Porro hujus Epiſcopi Florentini occaſione celebratum eſt *Romæ* Concilium centum & amplius Epiſcoporum adverſus Simoniacos, quod Baronius a num. XXXI. ad XXXVII. integrum recitat, aitque; Canonem IV. quo decernitur, ut Clerici *ſimul manducent & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant*, conditum eſſe ſuggeſtione Petri Damiani, *ſcriptis ſuis Alexandrum Pontificem ad hæc ſancienda rogantis*, quibus verbis Baronius intelligit Opuſculum ejuſdem

Petri



zo monachus & ſacerdos ſubſcriptus legitur, quem Valliſumbroſani monachi beatum colunt; primum quidem eremitam, inde cœnobitam. ☞ Ita quidem eſſe oportuit, ſi unus idemque tantum (quod putavimus) Theuzo fuerit. At vero ferunt, eodem tempore duos fuiſſe celebres ejuſdem nominis monachos, quorum alter anachoreticam vitam duxerit Florentiæ in monaſterio ſanctæ Mariæ ordinis monachorum ſancti Benedicti Congregationis Caſſinenſis; ad huncque ſcripſiſſe Petrum Damiani: cujus litteris meliori frugi redditus, tandem confectus, ſenio ſancto fine quieverit circa annum Salutis milleſimum ſeptuageſimum, cujus & corpus aſſervari aſſerunt ſub altari primario, ubi & hujuſmodi legitur epitaphium exaratum:

*Theuzonis monachi venerabilis oſſa quieſcunt.*
*Præſenti in tumulo, ſancta qui vixit in æde*
*Quinquaginta annis eremi velut incola fervens, &c.*

LIX. Alter vero traditur ab iiſdem fuiſſe monachus Vallumbroſanus, diſcipulus S. Joannis Gualberti, idemque Abbas Razolenſis in monaſterio S. Pauli, non longe a Florentina civitate, obiiſſeque circa annum Domini milleſimum nonageſimumquintum: quem & Vallambroſani monachi venerari dicuntur. Hæc de his ad evitandum in æquivocis confuſionem, atque ſeligendos ipſos ab invicem, dando unicuique ipſorum, quod ſuum eſt. ☜

Joann. Gualbertus magni nominis abbas.

Ut autem ad Joannem Gualbertum redeamus, tantæ fuit æſtimationis ob egregiam vitæ ſanctitatem, ut eum etiam Epiſcopi conſulerent, ejus cupientes monitis roborari. Legimus ejuſdem Sancti epiſtolam datam ad Volaterranum Epiſcopum, paræneticam illam quidem, qua etiam ipſum adverſus ſimoniacos fortiter agere multis hortatur. Incipit: *Petitionibus veſtris conſulere &c:*

LX. Petrus cognomento igneus.

Ipſe autem Petrus, qui per ignem tranſiit illæſus, Epiſcopatus & Cardinalatus dignitate, (ut diximus) auctus, pluribus legationibus functus, pervenit ætate uſque ad annum Repemptoris milleſimum octogeſimumoctavum; quo anno Abbas Urſpergenſis ſic de ipſo: *Petrus Albanenſis Epiſcopus obiit. Iſte per judicium ignis, immenſam pertranſiens illæſus pyram veſtimentis etiam per flammam volitantibus, ſed in nullo læſis, Petrum Florentinum Epiſcopum declaravit ſimoniacum, unde & ipſe poſtea Igneus eſt appellatus.* Hæc ipſe. At hiſtoria hæc majorem adhuc ſibi vendicat auctoritatem ex teſtificatione Deſiderii Abbatis Caſſinenſis Cardinalis tit. S. Cæciliæ, qui & Victor Tertius ejus nominis eſt appellatus Papa. Ipſe enim in libro tertio dialogorum totam hanc texit



 hi-

PAGIUS Petri XXIV. contra Clericos proprietarios, qui ſcilicet pecuniam aliaque bona ſeorſum poſſidebant, idque ſibi licitum aſſerebant ex libro ſuæ Regulæ. Capite primo hujuſcemodi Canonicos oppugnat verbis Auguſtini, cap. 2. verbis Hieronymi & Proſperi, ſeu potius Juliani Pomerii, cujus ſunt libri de Vita contemplativa, & cap. 3. Regulam ipſam Canonicorum, quam interpolationibus auctam exiſtimat, acrius carpit.

III. *Petrus Damiani ſcribit adverſus Canonicos.*

Initio capitis queritur Petrus Damiani, quod Canonici, cum illis objiciuntur Auguſtinus, Hieronymus & Proſper ſeu Julianus Pomerius, quos ſuperioribus capitibus 1. & 2. deſcripſit, ſtatim librum offerunt ſuæ Regulæ; quam partim approbandam, partim rejiciendam cenſet. *Cum hæc*, inquit, *illis objicimus ipſi Regulæ ſuæ librum nobis protinus offerunt, ad Regulæ ſuæ auctoritatem redeunt, eaque ſibi proprietatis peculium concedente, pati ſe præjudicium conqueruntur. Quam nimirum Regulam nos nec funditus improbamus, nec auctoritatem illi omnino tribuimus. Probamus enim inquantum ſanctis Eccleſiæ doctoribus conſonat, abjicimus autem atque conſpuimus inquantum authenticis eorum inſtitutionibus non concordat.* Ut opinionem ſuam confirmet, complures ex ipſa Regula textus allegat, hac ad illos tranſitione præmiſſa: *ſed jam ipſa illorum Regula deducatur ad medium, & utrum indifferenter tota, an caute atque ſuſpecte ex parte duntaxat ſuſcipi debeat in una ſaltem paginula diſcernamus.*

IV. Nicolaus Deſnoſius Canonicus Regularis Opus edidit *de Canonicis* in libros quinque diviſum, & lib. 2. cap. 14. ait ignoraſſe Petrum Damiani Regulam, qua ſe Canonici tuebantur, ipſummet Aquiſgranenſis Concilii Ludovico Pio imperante habiti textum eſſe, atque ex eodem Concilio de verbo ad verbum decerptas fuiſſe periochas, quæ Canonicis proprietatem permittunt, ut ex cap. CXX. intelligitur. Illud certe ſi noviſſet, ſubdit Deſnoſius, Canonicos, quibus tot Patres indulgentiam proprietatis conceſſerant, haud adeo ſevere carpſiſſet, abſtinuiſſetque a conviciis in ipſam Regulam, ratus in ea nec *abſurdum* quidquam, aut *ineptum* ac *frivolum* inveniri, nec eſſe *reptantium portenta verborum, & ignominioſa atque confuſa locutionis opprobrium;* ipſas quoque ſententias, quæ paſſim in prædicto ſparſæ Concilio reperiuntur, *ineptias* nuſquam appellaſſet. Interpolatam putavit illam Regulam, quæ Canonicis plus indulgebat, quam textus Proſperi ſeu Juliani Pomerii ferret. At hæc indulgentia inſtar interpolationis haberi non debet in Regula Canonicorum, quam Synodus Aquiſgranenſis promulgavit; prius enim conceſſa legitur in Regula Canonicis Metenſibus a *Sancto Chrodegango* eorum Epiſcopo, qui ſeculo VIII. floruit, præſcripta, imo in Regula Romana, quam idem Chrodegangus Romæ conſuluit.

*Regula Canonicorum defenditur.*

V. *Berengarius ab Alexandro II. admonetur.*

Anonymus Chiffletianus, poſtquam narravit Berengarium ſedente Nicolao II. hæreſim ſuam abjuraſſe, hæc ſcribit: *Sed Beringerius more ſuo ad proprium vomitum redire non timuit, ultra omnes hæreticos, Romanos Pontifices, & ſanctam Romanam Eccleſiam verbis*

*& ſcri-*

hiſtoriam, nempe de Petro Florentino Epiſcopo ad Concilium convocato, ibique ab officio ſuſpenſo, donec rei veritas eluceſceret: Cum expoſcente neceſſitate, dum populus in partes diviſus inter ſe hac de cauſa ſæpe confligeret, miraculum grande editum, quo Petrus per ignem illæſus tranſiit; additque illud amplius, quod cum jam ex igne egreſſurus eſſet, atque mappulam e manu lapſam, & in ignis medio remanſiſſe intellexiſſet; per eaſdem reverſus eſt flammas mappulam recepturus. Hæc vero ipſe pluribus.

LXI. Quid in monachos Papa.

Porro diſplicuit Alexandro Papæ, per monachos populum concitari, atque vetita tentari, eoſdemque occaſionibus hujuſmodi clauſtra egredi, miſcereque ſe contentionibus popularibus; quamobrem de ipſis, ne clauſtra facile egrederentur, iſta decrevit:

(a) c. Iux. 16. q. 1.

*Juxta (a) Chalcedonenſis tenorem optimi Concilii monachis quamvis religioſis, ad normam ſancti Benedicti intra clauſtra morari præcipimus; vicos, caſtella, civitates peragrare prohibemus, & a populorum prædicatione omnino ceſſare cenſuimus; niſi forte quis de anima ſua ſollicitus, ut eorum habitum aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere voluerit.*

LXII. Agnes deſtituta a ſuis affligitur.

Hoc eodem anno, Synodo abſoluta, recedentibus ab Urbe Rainaldo Comano Epiſcopo, necnon Petro Damiani, quem patrem ſpiritualem elegerat ſibi Agnes Auguſta, ſimulque chariſſima Hermiſinda Comitiſſa cognata ejus ad propria remeante; cum ejuſmodi deſtituta ſolatiis ipſa aliquid humani pateretur, Petrus Damiani eam litteris eſt conſolatus, quas acceptas ex Caſſinenſi bibliotheca hic tibi reddimus, atque in lucem edimus. Sic ſe habent:

*Dominæ ſuæ Imperatrici Agneti Petrus peccator monachus ſervitutem.*

LXIII. Petrus Dam. conſolatur mœrentem Auguſtam.

*Arbitror venerabilis domina, quod ex quo domnus Rainaldus Comanæ ſedis Epiſcopus, & ſancta mulier Hermiſinda relicta quondam germani tui, ego quoque ſervus tuus ad propria quique receſſimus, mens tua nunc fluctuat, & velut omnium deſtituta ſolatio, ſola ſe remanſiſſe deplorat. Gravat forte longioris cenſura ſilentii, & tædium eſt, ſuorum deeſſe præſentiam, quos ſæpe refugiens dum adeſſent, remotioris anguli latibulum expetebas. Toleramus enim ſæpe quod gratis offertur: perfruimur quod difficilius obtinemus: parvipendimus quod abundat; & quod deeſſe conſpicimus, inbianter optamus. Verum pia mens tua, quæ divini amoris igne ſuccendi votis omnibus æſtuat, nequaquam humanæ ſocietatis abſentia contabeſcat, immo quanto ſibi terrena ſolatia deeſſe conſiderat, tanto magis de propinquo ſancti Spiritus paracliti præſentia confidat.*

LXIV.

*Unde Salvator cum iturum ad Patrem ſe poſt reſurrectionis gloriam declararet, & ex*

PAGIUS

*& ſcriptis blaſphemare præſumpſit. Nempe ſanctum Leonem Papam, non Pontificem, ſed Pompificem & pulpificem appellavit; ſanctam Romanam Eccleſiam vanitatis concilium & Eccleſiam malignantium; Romanam Sedem non Apoſtolicam, ſed ſedem Satanæ dictis & ſcriptis non timuit appellare. Sed hæreſim ſuam, poſt tot Synodicas damnationes & adjurationes clanculo per diſcipulos ſuos uſquequaque non ceſſavit diſſeminare, & quoſlibet incautos veneno ſuæ hæreſeos inficere. Unde venerabilis Papa Alexander ſucceſſor Nicolai Papæ literis eum ſatis amice præmonuit, ut a ſecta ſua ceſſaret, nec amplius Sanctam Eccleſiam ſcandalizaret. Ille autem ab incepto deſiſtere noluit, hocque ipſum eidem Apoſtolico literis ſuis remandare non timuit.*

VI. *Concil. Rotomagenſe adverſus eum.*

Hoc anno *Maurilius* Rotomagenſis Archiepiſcopus graſſanti hæreſi Berengarianæ frænum injecturus, Synodum habuit comprovincialium Epiſcoporum, in qua Catholica Fides aſſerta eſt: & contra ſentientes diris addixit, in hæc verba: *Corde credimus, & ore profitemur, panem in menſa Dominica propoſitum, panem tantummodo eſſe ante conſecrationem: ſed in ipſa conſecratione ineffabili potentia divinitatis converti naturam & ſubſtantiam panis in naturam & ſubſtantiam carnis; carnis, vero non ullius alterius, ſed illius, quæ concepta eſt de Spiritu ſancto, nata ex Maria Virgine, quæ etiam propter nos & propter noſtram ſalutem flagellis cæſa jacuit in ſepulchro, tertia die reſurrexit a mortuis, & ſedet ad dexteram Dei patris. Similiter vinum, quod aqua mixtum in calice ſanctificandum proponitur, vere & eſſentialiter converti in eum ſanguinem, qui per lanceam militis de vulnere Dominici lateris in reſurrectionem mundi feliciter emanavit. Anathematizamus contra hanc ſanctam & Apoſtolicam fidem ſuperbe atque hæretice ſentientes, & impia temeritate garrientes.* Tum ſtatuto edito decretum eſt, ut impoſterum ordinandi Epiſcopi hanc fidei formulam palam profiterentur. Hujus Synodi Rotomagenſis nulla fit mentio in poſtrema Conciliorum editione, ſed eam ex Codice MS. eruit Mabillonius Tom. II. Analect. Prevotius in ſuis ad librum de Officiis Eccleſiaſt. Notis, obſervat extare in antiquis Codicibus eburneis Eccleſiæ Metropolitanæ Rotomagenſis formulam Profeſſionis fidei de veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia contra Berengarium latam in Concilio Provinciali, *præſidente huic ſanctæ Sedi venerabilis memoriæ Maurilio*, quam eam eſſe exiſtimo, quæ a Mabillonio publicata fuit.

VII. *Salomon in regnum Hungariæ reſtituitur.*

*Bela*, qui Regnum Hungariæ invaſerat, hoc anno obiit, ut teſtatur Lambertus Schafnaburgenſis in Chron. qui addit, *Hungaros* legationem ad *Henricum* Germaniæ Regem miſiſſe, qua teſtati ſunt, ſe *Salomoni* Andreæ Regis filio ſubditos, fideleſque futuros. *Ita Rex Henricus Ungariam cum exercitu ingreſſus, Salomonem in ſolium patris reſtituit, juncta ei in conjugium ſorore ſua*, inquit Lambertus. Ea autem *Juditha* appellata, ad quam extat Epiſtola Gregorii VII.

VIII.

*Piſanos* jam hoc tempore bellis maritimis adverſus Pyratas Hetruſcum mare infeſtantes, & ad-



(a) Joan. 16.

*hoc diſcipulorum animos non mediocriter perturbandos eſſe conſpiceret: præſto ſubjunxit (a) Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis ut ego vadam. Niſi enim abiero, Paraclytus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Si ergo illuminator mentium Spiritus Apoſtolicis illabi pectoribus plena diffuſione non poterat, niſi Veritas ipſa, quæ eis illum miſſurus erat, corporalem ſui præſentiam ab eorum ſubtraxiſſet obtutibus; quanto magis neceſſe, ut purus homo ab hominum ſe frequentia ſubtrahat, quatenus ſuperni muneris capax fiat? ſicque mens humana, dum vacat ab aſpectibus hominum, ſancti Spiritus mereatur ingreſſum? Eorum ergo qui tecum converſabantur abſentiam, nolit deputare jacturam; immo ſalutis occaſio, perfectionis lucrum, & perfectum noſtri meriti deputetur argumentum: quia dum ſtrepitus humani ceſſat alloquii, conſtruitur in te per ſilentium templum Spiritus ſancti.*

LXV. (b) 3. Reg. 6.

*Hinc eſt quod de Iſraelitici templi conſtructione ſacra teſtatur hiſtoria, (b) quia malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo Domini cum ædificaretur; templum quippe Dei per ſilentium creſcit, quia cum mens humana per exteriora ſe verba non fundit, in ſublime faſtigium ſpiritualis ædificii ſtructura conſurgit; tantoque ſuccreſcens in altiora ſuſtollitur, quanto per ſilentii cuſtodiam circumcluſa ſeſe extrinſecus fundere prohibetur. Cuſtos enim juſtitiæ ſilentium, & per Jeremiam dicitur: (c) Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini: bonum eſt viro cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius & tacebit, quia levabit ſe ſupra ſe. Solitarius plane dum tacet, ſe elevat ſupra ſe, quia mens humana dum intra ſilentii clauſtra undique circumcluditur, in ſuperiora ſublimis erigitur, ad Deum per cœleſte deſiderium rapitur, & in amorem ejus per ardorem ſpiritus inflammatur. Et tamquam fons vivus dum per verborum rivulos effluere non ſinitur hinc inde, undis excreſcentibus ad altiora cumulatur. Templum ergo tui pectoris nunc per ſilentium creſcat, virtutum ſpiritualia tamquam cœleſtium lapidum in te ſtructura conſurgat, ubi ſupernus ille Sponſus, quem totis viſceribus diligis, velut in thalamo tuo delectabiliter requieſcat. Memento itaque quod Apoſtolus ait: (d) Quia fundamentum nemo poteſt ponere aliud præter id quod poſitum eſt, Chriſtus Jeſus. Si quis poſuerit ſuper hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretioſos, lignum, fœnum, ſtipulas; qualecumque fuerit, ignis, probabit.*

(c) Thren. 3.

(d) 1. Cor. 11.

LXVI.

*Quid enim per aurum, argentum, lapides pretioſos, niſi robur & ornamenta virtutum? quid per ligna, fœnum & ſtipulas, niſi fragilitas innuitur? Attende*

PAGIUS

*Piſani jam hoc tempore celebret.*

& adverſus Saracenos Siciliam incolentes celebres fuiſſe, demonſtrat Inſcriptio, quæ in veſtibulo Cathedralis Eccleſiæ Piſanæ legitur, quam hic refero:

*Annus, quo Chriſtus de Virgine natus ab illo*
*Tranſierat mille decies ſex treſque ſubinde*
*Piſani cives celebri virtute potentes*
*Iſtius Eccleſiæ primordia dantur in ipſo*
*Anno, quo Siculus eſt ſtolus factus ad oras,*
*Quod ſimul armati multa cum claſſe profecti*
*Omnes majores, medii, pariterque minores*
*Intendere viam, primum ſub ſorte Panormam*
*Intrantes rupta portum pugnando cathena*
*Sex capiunt magnas naves, opibuſque repletas,*
*Unam vendentes, reliquas prius igne cremantes,*
*Quo pretio muros conſtant hos eſſe levatos.*
*Poſt hunc digreſſi portum, terraque potiti*
*Qua fluvii curſum mare ſentit Solis ad ortum,*
*Mox equitum turba peditum comitante caterva*
*Armis accingunt ſe ſe, claſſemque relinquunt.*
*Invadunt hoſtes contra ſine more fluentes:*
*Sed prior incurſus mutans diſcrimine caſus*
*Iſtos victores, illos dedit eſſe fugaces,*
*Quos cives iſti ferientes vulnere triſti*
*Plurima præ portis ſtraverunt millia mortis,*
*Converſique cito tentoria littore figunt*
*Ignibus & ferro vaſtantes omnia circum.*
*Victores victis ſic facta cæde relictis*
*Incolumes multo Piſas rediere triumpho.*

Fuſius hæc narrat Fiorentinius in Commentariis de Rebus ad Mathildem Comitiſſam pertinentibus, lib. 1. pag. 80. & ſeqq.

IX. *Saraceni a Rogerio Comite in Sicilia victi.*

Interea, cum *Almoezz* Africæ Calipha hoc anno e vivis exceſſiſſet, poſtquam in ea per annos LIX. regnaſſet, ut eruitur ex Hiſtoria Africana Noweirii cum ejus Hiſtoria Sicula collata, *Tamim* filius in Caliphatum paternum ſucceſſit, & validam claſſem, qui duo ejus filii, *Job* & *Ali*, præerant, in Siciliam miſit. Jobus ad *Urbem* ideſt, Panormum appulit, & *Ali* Agrigentum; ſed neutri res ex voto ſucceſſit, ut habet idem Noweirius, conſentiens Malaterræ lib. 2. cap. 33. qui ſcribit: *Africani ergo & Arabici cum Sicilienſibus plurimo exercitu congregati, ut bellum Comiti inferant, advenire nunciantur anno Verbi incarnati MLXIII.* quod cum accepiſſet Rogerius *Ciramim*, ſeu *Ceramium* venit quod munitum oppidum tunc Saraceni oppugnabant, & exercitu in duas acies diviſo Saracenos adoritur, ſuaque præſentia univerſum exercitum roborat, ac illuſtrem victoriam reportat: *Comes*, inquit Malaterra, *de collato ſibi beneficio non ingratus exiſtens, in teſtimonium victoriæ ſuæ, per quemdam ſuorum nomine Meledium, camelos quatuor, quos inter reliqua ſpolia hoſte triumphato, acceperat, Alexandro Papæ, qui tunc temporis vices beati Petri prudenter & catholice exequebatur, apud Romam repræſentat. Apoſtolicus vero plus de victoria a Deo de Paganis*

*de ergo ut ædificium, quod in te ſit, non ex fragili ſit materia, quæ flammis eſſe poſſit obnoxia, quæ ventis ſit impellentibus ruitura. Lignum plane, fœnum & ſtipulas facile poteſt vorax flamma conſumere; aurum vero vel argentum, ſive lapides pretioſi neſciunt incendio ſubjacere. Et vere per eumdem Apoſtolum dicitur: (a) ſumentes ſcutum Fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Ignis ergo, quem clandeſtinus hoſtis immittit, inveniat in te pretioſa metalla virtutum, non ſtipulas fomites vitiorum, ut furentibus flammis, quas callidus inſidiator exufflat, non materia putris & fragilis enerviter cedat, ſed impenetrabilis ac robuſtæ ſoliditatis vigore obſiſtat, ut illa virtus Altiſſimi, quæ virginalis uteri viſceribus obumbravit, mentem quoque tuam in perpetuo vernantis pudicitiæ virore cuſtodiat, eamque (quod abſit) aduri ſpiritalis nequitiæ vaporibus non permittat.*

(a) Epheſ. 6.

LXVII. *Conſolare igitur, venerabilis domina, & a corde tuo omne tædium noxii mœroris expelle: Chriſtus ſit confabulator tuus, Chriſtus tibi contubernalis ſit & conviva: immo Chriſtus ipſe tuæ ſint deliciæ, ipſe quotidianæ refectionis epulum, ipſe tibi ſit intimæ dulcedinis alimentum. Cum illo ſimul lege, cum illo jugiter pſalle, cum illo denique te in pavimento oratura proſterne, cum illo te erige, cum illo te dormituram lectulus capiat, cum eodem ſopor inveniat, ejus te pudicus atque virgineus amplexus aſtringat, ut in te quoque veraciter impleatur quod per Iſaiam dicitur: (b) Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus; & tu ſpecialis dicere valeas, quod generalis Sponſa dicit in Canticis: (c) Dilectus meus inter ubera mea commorabitur. Conſtat enim quod inter ubera pectoris cor hominis ſitum eſt. Dilectus ergo inter ſponſæ ubera commoratur, cum a fideli qualibet anima Chriſtus toto corde diligitur. Huic ergo Sponſo dicit anima ſancta tua: (d) Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, & lectulus noſter floridus. Ipſe enim ſpecioſus forma præ filiis hominum.*

(b) Iſ. 62. (c) Cant. 1. (d) Ibid.

*Et quia propter ejus amorem regales infulas contempſiſti, Imperiale faſtigium deſpexiſtis: ipſe corona, ipſe tibi ſit inſuper purpura, ipſe totius gloriæ præparet beata ornamenta, ut merito debeas cum Propheta cantare: (e) Induit me Dominus veſtimento ſalutis, & indumento lætitiæ circumdedit me, quaſi ſponſus decoratus corona, & quaſi ſponſa ornata monilibus ſuis. Hic in te ſocietatis humanæ conſoletur abſentiam, hic tibi, vel pro omnium viſitatione & allocutione ſufficiat. Hic velut alter, ſed longe præſtantior Helcana veraciter dicat non jam (f) Annæ, ſed Agnæ: Cur fles, & quare non comedis, & quamobrem affligitur cor tuum? numquid non ego melior ſum, quam decem filii? Et quoniam Helcana Dei zelus dicitur: Zelus Dei, dilectio Redemptoris animum tuum in omni mœrore & anguſtia in Deo conſoletur, ut in eum te in omni quam pateris adverſitate proiicias, ſub ejus umbraculum ac humanæ perſecutionis ardore confugias, ut in ejus amplexibus ſecura ſuaviter quieſcas: quatenus ipſe vel ſeipſum quietis intimæ præbeat portum, qui pro te dignatus eſt in mundanis fluctibus inundantium procellarum perferre naufragium.* Hæc Petrus.

(e) Iſ. 61. (f) 1. Reg. 1.

Qui cum audiſſet ex eo etiam ipſius Agnetis Auguſtæ augeri mœrorem, quod cenſu ſubtracto, reddita pauperior eſſet, & quod vilis habita, jam nullius æſtimationis penes ſuos ſe eſſe cognoſceret: his occurrens ſapientiſſimus catechiſta Petrus, verbo Dei eam ſtuduit ſublevare, iſtam ſubjungens epiſtolam:

*Dominæ ſuæ Imperatrici Agneti Petrus peccator monachus quidquid ſervus.*

LXIX. *Quoniam a ſancta præſentia veſtra remotus ſum, & hoc tempore vobiſcum eſſe non poſſum, ſatis doleo, & quotidiana lamentatione ſuſpiro. Interim tamen antequam ad vos redeam, hortor ſanctam patientiam veſtram, ut ei grave non ſit aſpera quæque ac dura perferre, & pro amore cœleſtis Sponſi ſolitudinem, vel etiam neceſſarii ſumptus inopiam ſuſtinere. Cum enim Chriſtus pro te pertulerit crucem; quid mirum, ſi tu ſuſtineas pro illius amore pauperiem? ſi ille, cui Virtutes & Dominationes famulantur in cœlo, ſputa, flagella, opprobria, colaphos, & alapas patiebatur in mundo: quid magnum ſi tu, quæ terra es, Imperialis gloriæ vanam proiicias pompam, & non mundi Reginam, ſed quod longe glorioſius eſt, te præbeas æterni Regis ancillam? recordare quod dicit Apoſtolus: (a) Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium ejus portantes: non enim habemus hic civitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Felix nimirum tale commercium, ubi datur, lutum, tollitur aurum, pro tenebris lucem, pro terrenis honoribus cœleſtis gloriæ comparamus dignitatem. Sicut enim per Prophetam dicitur (b): Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tamquam flos fœni. Aruit fænum, & flos ejus cecidit; qui autem ſervat verbum Domini, manet in æternum.*

Agnetem Aug. paupertate laborantem conſolatur Petrus Dam.

(a) Heb. 13. (b) Iſ. 40.

LXX. *Porro autem qui hodie induitur purpura, cras includitur ſepultura: hodie quis hominibus dominatur, cras autem vermis factus, & putredo corrumpitur: hodie regalibus infulis redimitur, cras vilibus panniculis exanime cadaver obvolvitur: Hodie ſplendet coronatus in regalis excellentiæ ſolio, cras fœtet marcidus in ſepulcro. Hæc igitur & hujuſmodi, domina mi, ſubtiliter penſa, & hujus vitæ labores cum Jeſu æquanimiter tolera. Cum ipſe, qui judicatus eſt, judicaturus advenerit; tu velut una de ſapientibus virginibus ornatis lampadibus ei decenter occurras; & pro temporali purpura ſtolam immortalitatis accipias, ac pro corona, quæ terreno fuerat fabricata metallo, illud diadema ſuſcipias, quod in cœlo factum eſt de lapide pretioſo.* Hucuſque ad Agnetem Auguſtam Petrus.

LXXI. Hoc anno (quod ad res pertinet Orientales) Chriſtiani (c), qui erant Hieroſolymis, abſolvunt a Calypha Ægypti imperatum opus ædificandi quartam partem murorum Hieruſalem, pecunia collecticia Chriſtianorum, potiſſimum vero Imperatoris Conſtantinopolitani Monomachi; atque impetrarunt a Calipha, ut eam partem ipſi poſſiderent Chriſtiani, necnon etiam, ut nullum alium, quam ſuum ipſorum Patriarcham haberent judicem. Ex quo factum, ut illa quarta pars civitatis ceſſerit dominio Patriarchæ: cujus rei cauſa graves lites poſtea obortæ ſunt inter Reges Chriſtianos Hieroſolymorum & Patriarcham, de quibus ſuo loco inferius agendum. Porro iſta omnia uberius Willelmus Tyri Archiepiſcopus tractat.

(c) VVill. Tyr. de bello ſacro l. 9. c. 17. & 18.

Mil-

PAGIUS *nis conceſſa, quam de ſibi tranſmiſſis donariis gaviſus, benedictione Apoſtolica, & poteſtate, qua utebatur, abſolutionem de offenſis, ſi reſipiſcentes in futurum caveant, Comiti & omnibus, qui in lucranda de Paganis Sicilia, & lucratam in perpetuum ad fidem Chriſti retinendo auxiliarentur, mandat: Vexillumque a Romana Sede, Apoſtolica auctoritate conſignatum; quo præmio de beati Petri freti præſidio tutius in Saracenos debellaturi inſurgerent.* Notabilis antiqua hæc indulgentia illis ab Alexandro II. conceſſa, qui contra infideles pugnarent, aut adverſus eoſdem opem ſuam conferrent. Tum Malaterra cap. 34. refert, Piſanos Panormum aggreſſos, in ejus portum irrupiſſe, & poſtea receſſiſſe. Et denique cap. 35. ait, Saracenos cum Ceramium rediiſſent, cladem nuper acceptam ulturi, a Roberto & Rogerio fratre cæſos fuſoſque fuiſſe: *Noſtri victores effecti*, inquit Malaterra, *triumphalibus ſpoliis ditantur, Trahinam cum gaudio remeantes.*

X. Mortuus eſt hoc anno *Ranimirus* ſeu *Ramirus* Sanctii Majoris filius, qui *fuit in Aragonia Regum primus*, inquit Toletanus lib. 6. cap. 1. Is quidem annum mortis non memoravit, ſed tumulus ejus, ut teſtatur Moretus, etiamnum extat in Eccleſia Sancti Joannis Pennatenſis cum antiquiſſima inſcriptione, ex parte quidem deleta, ſed in qua adhuc legitur: *Hic requieſcit Ranimirus Rex qui obiit VIII. Idus. Maji die V. feria.* Reliqua corraſa, ſed cum feria quinta cum octavo Idus Maji per hæc tempora concurrere non poſſit niſi præſenti anno, manifeſtum eſt, erraſſe eos, qui mortem ejus uſque ad annum MLXVII. aut circiter cum Mariana lib. IX. cap. VII. diſtulere. Epitaphium enim confirmat Epiſtola autographa *Sanctii* Epiſcopi Aragoniæ (ſic enim quandoque Epiſcopus Jaccæ appellabatur) in monaſterio Sancti Joannis Pennatenſis aſſervata, & a Moreto, ut ipſemet lib. 2. cap. 11. teſtatur, viſa, in qua legitur: *Hoc factum eſt Kal. Auguſti era M. C. IX. anno nono regni ejuſdem glorioſi Principis Sanctii Ranimires, primo vero ingreſſionis Rom. Officii in Sancto Joanne anno*, anno ſcilicet Chriſti MLXXI. Quare *Sanctius* Ranimiri filius præſenti anno Regnum exorſus eſt, patrique ſucceſſit. Porro cum Officium Romanum in Concilio Jaccetano currenti anno celebrato, a Ranimiro Rege admiſſum fuerit, ut anno MLX. num. II. diximus, iſque die octavo Maii vivere deſierit, patet illud Concilium ante diem illum *Jaccæ* congregatum fuiſſe, & Officium Romanum in celeberrimo Sancti Joannis Pennatenſis monaſterio anno tantum MLXXI. locum habere cœpiſſe. Surita lib. I. cap. 18. qui pluribus de eo Concilio agit, valde *Ranimirum* Regem laudat, quod primus ex Hiſpaniarum Regibus Officium Romanum ſuis juſſionibus aſſeruerit. Huc revocandum quod Baronii ordinem ſequentes anno MLX. de Concilio Jaccetano diximus.

*Obitus Ramiri Aragoniæ Regis primi.*

I. Conc. generale Mantuanum indicitur.

Milleſimus ſexageſimusquartus annus ſurgit, cum Indictione ſecunda, quo increbreſcentibus turbis in Alexandrum Pontificem per Cadaloum ſchiſmaticum excitatis, ad eas ſedandas opus fuit eidem Alexandro generale Concilium, cui ipſe pariter intereſſet, Mantuæ celebrandum indicere. Quod enim qui erant ex parte adverſa, vidiſſent damnatum Cadaloum in Synodo, Alexandrum vero receptum; novas in ipſum Alexandrum ſtruunt calumnias, nempe ipſum collata pecunia thronum Apoſtolicum conſcendiſſe: quibus vulgatis, agebant illud, ut aliquos abriperent ab Alexandro, alios mutuo inter ſe digladiantes, dum alii defenderent, impugnarent alii, conſtituerent. Hac arte agentes, ut magis magiſque ſuas partes ſchiſmatici roborarent, nondum priori conflata in Alexandrum invidia ob electionem ſuam abſque Regis participatione reſtincta. Ad quæ tanta avertenda mala remedium illud unum inventum, ut collecto Mantuæ generali Concilio, illic Alexander tanta ſe calumnia perpurgaret. Delectus ad Synodum locus ille opportunus exiſtimatus, non ſolum iis, qui in Longobardia erant, Epiſcopis ſed etiam trans Alpes poſitis convocatis.

II. De legatione Annonis & Conc. tempore.

Quod in primis ad tempus ſpectat, hoc ipſo anno idem Mantuæ congregatum *fuiſſe Concilium*, apud *Hermannum* ſatis expreſſum habes, dum ſub hujus anni laterculo Mantuæ ponitur congregatum eſſe Concilium: ſed & apud Lambertum id ea ratione conſequi poteris, dum hoc anno legationem Annonis Colonienſis Archiepiſcopi ponit, quem inde conſtat ad Mantuanum Concilium perrexiſſe; ut merito dicendum ſit, tunc Mantuanum Concilium eſſe collectum, cum legatio Colonienſis Romam miſſa cognoſcitur.

Quæ concilium præceſſerint.

De his autem antequam agamus, quæ Synodum præceſſerint, quidve ad eam decernendam legationem Regem impulerit, inſinuandum. Romani ſiquidem cum faverent Henrico, in ipſius gratiam electionem potius Cadaloi amplexabantur; de quibus non ſine ſtomacho ſcripſit Petrus Damiani in epiſtola ad Hildebrandum & Stephanum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quæ incipit: *Querelam omnipotenti Deo & vobis &c.* In qua hæc habet in fine: *Romani quippe nolunt Alexandrum ſed Aerarium, hunc ſcilicet, quem Apoſtolus reprobat* (a), *non eum qui per Apoſtolorum, Apoſtolicorumque Pontificum tramitem currat.*

(a) 1. Tim. 4.

III.

*Nolunt*, inquam, *Alexandrum Evangelicum, Eccleſiaſticæ menſæ proponentem, ſed ſordentis avaritiæ potius æra librantem. Petri reſpuunt ſucceſſorem, & alumnum Simonis amplectuntur, pro venalitate ſpiritus pecunias offerentem.* Quid inſuper? Godefredum Tuſciæ Marchionem Beatricis virum, de quo multa ſuperius, quem vidimus aſtitiſſe pro Alexandro, liberaſſeque eum ab illo priori incurſu Cadaloi in Urbem facto, jam communicaſſe cum nefando Cadaloo, conſtans erat aſſertio omnium, adeo ut eo deficiente ab Alexandro, omnes reliquos Italiæ Principes ipſum fore ſequuturos, magnopere timeretur. Cum Petrus Damiani ad eum has reprehenſorias valde litteras dedit:

Do-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6557.

☉ 9. DC. ☽ 1. P. 11. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1064.

ALEXANDRI II. PAPÆ 4.

HENRICI IV. REG. 9.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 6.

SÆC. XI An. Eræ Hiſp. MCCII. Anno Hegiræ CCCCLVII. inchoato die 13. Decemb. fer. 2. A.C. 1064

1. Concil. Mantuanum.

ANum. II. ad XXXVI. narrat Baronius *Cadaloum* pſeudo-Papam iterum in Concilio Mantuano hoc anno habito condemnatum fuiſſe, & *Alexandrum* II. in univerſa Eccleſia Pontificem deinceps agnitum. Verum *Synodum Mantuanam*, ideoque & *Cadoli* Antipapæ damnationem pertinere ad annum milleſimum ſexageſimum ſeptimum, nos certo docet Landulphus Junior, ſeu a Sancto Paulo, qui res Mediolani geſtas literis mandavit. Is apud Puricellum in Vita Sancti Arialdi Martyris cap. 38. narrata morte ejus, quæ anno MLXVI. contigit, ait: *De cujus morte doluit Alexander Papa unde anno ſequenti, ſcilicet MLXVII. cum idem Papa iret ad Synodum, quam* MANTUÆ *celebravit, Mediolanum venit, multaque fecit ſtatuta de ſtatu Mediolanenſis populi & Cleri.* Quare Sigebertus in Chron. qui hoc tempore vivebat, & poſt eum Nauclerus & Matthæus Paris in Chron. recte Concilium hoc anno ſuo reddidere. Hæc Sigeberti verba ad annum MLXVII. *Roma duobus de Papatu contendentibus, Mantua Synodus colligitur, & mediante Annone Colonienſi Archiepiſcopo, Alexander ſe jurejurando de ſimonia expurgans in Sede Apoſtolica ſubrogatur, Cadolus ut ſimoniacus repudiatur.* Baronium, alioſque decipit Continuator Hermanni Contracti, nec in Hiſtoria, nec in notatione temporum accuratus; ad quod cum animum Puricellus laudatus non advertiſſet, videretque Ptolomeum Lucenſem in Chron. Concilium Mantuanum memorare ad annum MLXIX. exiſtimavit hæc totidem Concilia eſſe in ea urbe celebrata; cum tamen vel ex ipſa Ptolomei lectione pateat, cum de eo

Con-





Petrus redarguit Godefred.

IV.

*Domino Godefredo excellentiſſimo Duci & Marchioni Petrus peccator monachus, zeli ferventis obſequium.*

*Nova ſane & inaudita de vobis apud nos fama percrebuit, quæ nobis non parvi mæroris moleſtiam intulit, viſcera tremefacta concuſſit, os noſtrum a ſolita gloriæ veſtræ laude compeſcuit, & tabefactum cor velut acutiſſimo doloris intimi pugione transfodit. Vos ſcilicet communicaſſe cum Cadaloo, quem ut liquido noſtis jam dudum univerſalis Eccleſia tamquam lethale virus evomuit, & ut revera putridum membrum de propriis viſceribus amputavit, in gebennalis barathri profunda demerſit, & quaſi ſtercus hominum intra latrinæ cuniculos obrutum, ne naribus hominum de cætero fœteat ſpiramen, obſtruxit. Huic itaque tali viro veſtram communicaſſe prudentiam, foſſores in agro, mercatores in foro, milites vociferantur in publico. Heu prob dolor vir eminentiſſime, ubi tunc erant uberes illi lacrymarum rivi, quos velut torrentem de ferventiſſima tui pectoris charitate conſueveras profundere, & ſancti Spiritus amore ſuccenſus non ceſſabas madefacta fletibus ora rigare? Huccine redacti ſunt tot eleemoſynarum fructus, quibus utique per continuum Quadrageſimalis jejunii curſum liberalis piiſſimæ clementiæ tuæ charitas non modo indigentium recreavit inopiam, ſed etiam ad noſtri Redemptoris exemplum & pedes lavit, & oſcula defigere non erubuit? Unde timendum vobis eſt, quod per Aggæum* (a) *de illo viro dicitur, qui habuit pecuniam, & miſit eam in ſacculum pertuſum. In pertuſum quippe ſacculum quidquid per oris aditum mittitur, per eruptionis exitum neceſſe eſt elabatur. Et quid prodeſt, ſi primo per conſtipationem pecuniæ crumenta turgeſcat, & per jacturam incuriæ vacua facta mox folleat?*

(a) Agg. 1.

V.

*Et quidem adverſus Antichriſtum hunc viriliter dimicaſti; ejuſque conatibus ſacrilegis atque perverſis cum ſereniſſima atque clariſſima uxore tua frequentius obſtitiſti. Nunc autem neſcio quis ſanctæ religionis veſtræ conſtantiam ab hac intentione compeſcuit, tantumque ſanctitatis honeſtæ vigorem peſtifera ſuggerendo mollivit, & quaſi cœptum opus obruere perſuaſit. Unde & Salomon ait:* (b) *Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis: Quia videlicet qui cœpta bona diſtricte non exequitur, diſſolutione negligentiæ manum deſtruentis imitatur. Dic mihi vir magnifice, ſi quis honeſtis ac pudiciſſimis thalamis tuis inferre moliretur injuriam; quis neceſſarius tuus, quis domeſticus auderet illi familiaritate conjungi? quis illorum præſumeret in amicitiæ fœdere copulari? Si ergo homo cum adverſario domini ſui concordiæ fœdus inire non audet: quo pacto ſublimitas tua illi communicare non timuit, qui ſponſam Chriſti, ſanctam ſcilicet Eccleſiam, quaſi per obſceni lenocinii ſtuprum violare præſumpſit? Dei quippe hoſtis eſſe convincitur, qui ejus inimico in amicitia ſociatur.*

(b) Provi 18.

VI.

*Hinc itaque* (c) *Joram Rex Iſrael vir utique funeſtus & impius cum Eliſæum* con-

(c) 4. Reg. 3.





PAGIUS

Concilio Mantuano verba facere, in quo *Cadolus* damnatus, & *Henricus* Rex Germaniæ Eccleſiæ reconciliatus.

II. *Suo anno reſtitutum.*

Vidit hunc errorem vulgarem Franciſcus Maria Fiorentinius in Comment. Rerum ad Mathildem Comitiſſam ſpectantium lib. 1. eumque non vulgaribus argumentis confutavit. Ipſemet enim Alexander Papa in Epiſtola ad Gervaſium Remenſem Archiep. ordine XII. *Antiqui hoſtis invidia*, inquit, *Antichriſtum per iniquitatis conceptionem ſuorum viſcerum egerens de ſentina, tantis eo ingruentem Romanam Eccleſiam per quinquennium, nunc callida tergiverſatione, nunc hoſtili invaſione oppreſſit periculis, ut inteſtina noſtra ſpecialis Eccleſiæ negotia, vix poſſemus ventilare, nedum longinqua ad plenum extricare. Verum poſt longam tempeſtatem, & crebras procellas, ſereno, nube expulſa, Deo jubente, reddito, forenſibus jam occurrere valemus.* Quare cum Cadolus anno MLXII. Eccleſiæ Romanæ vexandæ initium fecerit, quinquennium illud nonniſi anno MLXVII. abſolutum, & tunc Concilium Mantuanum a Pontifice indictum. Præterea, Baronius num. XXXIV. ex Actis a Nicolao Aragonenſi collectis refert, *vix elapſo ſpatio unius anni* Cadolum ad Urbem remeaſſe, & a Cencio Præfecti filio in caſtellum Sancti Angeli receptum fuiſſe: *In quo loco per duos annos a fidelibus Papæ Alexandri obſeſſus, & calamitatibus multis afflictus, exinde egredi non potuit, donec ab eodem Cencio trecentis libris argenti ſe redemit*, ſubdit idem Nicolaus, qui addit, eum poſtea inde occulte diſceſſiſſe; Leo vero Oſtienſis apud Baronium num. XXXV. *turpiter* inquit, *cum paucis aufugit, neque ultra huc rediit.* Cadolus ergo nonniſi ſub finem anni MLXIII. Romam rurſus aggreſſus eſt; quod ſi ibidem per biennium a Catholicis obſeſſus fuit, hoc anno ad Concilium *Mantuanum*, quo eum Henricus Rex vocavit, venire non potuit, fruſtraque laudatus Nicolaus eum contumacem appellat; ſi obſeſſus in caſtello Sancti Angeli inde exire non potuit. Inſuper ſi paucos poſt Concilium *Mantuanum* dies Cadolus interiit, id accidit, quando hoc anno in eodem caſtello obſidione cingebatur, ideoque in illis Actis perperam diceretur, *Cadolaum* poſt duos annos inde aufugiſſe.

III. *Ejus epocha magis confirmata.*

Baronius num. II. ut probet Concilium *Mantuanum* ad præſentem annum pertinere, laudat Hermannum Contractum, quo nomine ejus Continuatorem intelligit; ſed is de rebus hoc & ſequentibus annis Romæ geſtis parum edoctus fuit, ut eum legenti patebit. Imo idem Continuator varia alia in literas miſit, quæ falſa eſſe certis documentis conſtat. Citat etiam Baronius Lambertum ad hunc Chriſti annum, qui tradit, *Sanctum Annonem* Colonienſem Archiepiſcopum in Italiam directum, quem liquet inde ad *Mantuanum* Concilium perrexiſſe. At *Anno* bis in Italiam miſſus, anno

nem-

*conſuleret, dicens: Quare congregavit dominus tres Reges hos, ut traderet eos in manu Moab? Reſpondit Eliſæus: Vivit Dominus exercituum, in cujus conſpectu ſto, quod ſi non vultum Joſaphat Regis Judæ erubeſcerem, nec attendiſſem quidem ad te nec reſpexiſſem.* (a) 2. Par. 19. *(a) Hincque eidem Joſaphat, quia auxiliabatur Achab, Jehu filius Hanani propheta, dixiſſe legitur: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris. Ideo iram Domini merebaris, ſed bona opera inventa ſunt in te, eo quod abſtuleris lucos de terra Judæ, & præparaveris cor tuum, ut requires Dominum Deum patrum tuorum.* (b) 3. Reg. 20. *(b) Hinc eſt quod Achab, qui Benadad Regem Syriæ, quem bello contriverat, abire permiſit illæſum, ex ore Prophetæ quod dignum erat audivit: Quia dimiſiſti, inquit, virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus.* (c) 1. Reg. 15. *Hinc eſt, quod (c) Saul regnum perdidit impie pius in Agag Regem Amalec, in quem ſicut dignum fuerat, non vindicavit.*

VII. *Quod ſi ſuam nunc in te Deus omnipotens expoſtularet injuriam, hanc tibi apponeret dignam redargutione querelam. Ego te, inquiens, præ cunctis regni tui Principibus extuli: Ego per cunctos Romani fines Imperii inſignem atque conſpicuum feci: Ego tibi in peregrinæ terræ partibus multo plures, quam de paterno jure ſucceſſivas divitias contuli, nullumque te præter regalis Imperii principatum non dicam præcedere, ſed nec æquiparare permiſi. Quod ſi hæc pauca ſunt, adde quod acuti cordis ingenium, & facundiam ad loquendum, & vires ad bellandum tradidi, ac rigida multorum hoſtium pedibus tuis colla ſubſtravi. Ego tibi hæc omnia cum multis aliarum virtutum dotibus contuli. Et tu adverſarium meum, a me projectum, a membris meis prorſus abſciſſum, communi ſacerdotum meorum ſententia condemnatum in communionem ſuſcipere decreviſti?*

VIII. *Si hæc*, inquam, *tibi Deus per ſemetipſum, vir inſignis, opponeret, quid excuſationis obtenderet, quod tergiverſationis aufugium prudentiæ tuæ ſubtilitas inveniret? Hæc & his ſimilia quæ tibi poſſent obiici, vir inſignis atque ſublimis, attende reatus admiſſi piaculum, dignæ pœnitentiæ fletibus ablue; lethalis amicitiæ fœdus abrumpe. Te deliquiſſe palam omnibus confitere, & in gratiam Sedis Apoſtolicæ, cujus nobilis, & præclarus es filius ſub celeritate revertere; quatenus cum quod a membris diaboli laudabatur, exploſeris, & ipſe per lamenta pœnitentiæ ſponte corrigeris, ſimul cum Rege David non modo veniam a Deo, ſed & gratiam conſequaris. Parcat ori meo ſublimitas tua, vir magnifice, ac non adverſum ſe, ſed pro ſe locutum eſſe conjiciat, & quod a me dictum eſt, non livoris vel odii fomitem, ſed medicinalis curæ potius exiſtima uſtionem.* Hactenus Petrus ad Godefredum, nec quidem fruſtra: nam totis iſte niſibus procuravit, ut fieret Synodus generalis, cui & ſuam civitatem Mantuam præparavit.

IX. Petri Dam. zelus pro Eccl. Cujus quidem celebrandæ cauſa laboravit idem Petrus Oſtienſis Epiſcopus, qui zelo exæſtuabat præ cæteris ob Eccleſiam Dei: quam videns jam faucibus ſchiſmaticorum abſumi, mutuaque Catholicorum lancinari diſcordia, nullumque poſſe ſufficiens ab aliquo remedium adhiberi, ſed poſſe iſta omnia regia potentia cohiberi: ſacerdotali conſtantia, dicendi libertate pollente, ad ipſum Regem litteras dedit, & quidem ipſas comminatorias, urgens eum collabenti Eccleſiæ ſubvenire, & vires ſchiſmaticorum infringere. Quas ipſas ex Caſſinenſi bibliotheca acceptas diligentia Conſtantini Cajetani monachi, cui hoc nomine plurimum debemus, hic tibi deſcribimus, ſic ſe habent:

X. *Domino Henrico præcellentiſſimo Regi Petrus peccator monachus ſervitutem.*

*Subditi quique timent Regem; Rex neceſſe*

PAGIUS nempe currenti, annoque poſtea MLXVII. quo in Lombardiam cum Alexandro Papa & Gothefrido Tuſciæ Duce profectus eſt, & Concilio *Mantuano* interfuit. Lambertus ad hunc Chriſti annum de primo Annonis in Italiam adventu verba facit, ut videre eſt apud Baronium num. XXIV. Addit Lambertus: *verum ubi ipſe* (ſc. Anno) *peracta legatione regreſſus eſt in Galliam, Parmenſis Epiſcopus* (nempe Cadolus) *armata multitudine non modica Lucenſem Epiſcopum* (ſc. Alexandrum II. Papam) *Sede Apoſtolica per vim deturbare aggreſſus eſt. E contra fautoribus illius ad arma impigre concurrentibus, congreſſio facta eſt, multique hinc & inde vulneribus acceptis corruerunt.* Paucis interpoſitis: *Anſelmus tamen, qui & Alexander, & virtute militum & favore Principum Sedem obtinuit. Alter vero etſi per contumeliam repulſus, tamen quoad vixit, ab jure ſuo non cedebat*, &c. Ubi Lambertus uno tenore narrat, quæ hoc & ſequentibus annis contigere; quod decepit Baronium, qui ex Lamberti verbis laudatis deducit, Concilium Mantuanum in quo Alexander II. verus Pontifex agnitus, & Cadolus damnatus, hoc anno congregatum fuiſſe; cum tamen, ut mox diximus, quæ refert Nicolaus Cardinalis Aragonius, cui magnam fidem habendam ipſemet Baronius cenſet, huic opinioni adverſentur. Miſſus itaque hoc anno Romam ab Henrico Rege *Sanctus Anno*, ut teſtatur etiam Otto Friſingenſis apud Baronium num. XXXIII. & peracta legatione in Germaniam reverſus eſt. Porro Mantuam ad Mathildem Comitiſſam pertinuiſſe, alio loco oſtendimus.

IV. Interim *Cadolus* in caſtello Sancti Angeli tan-



*ceſſe eſt metuat Conditorem. Sed cum Scriptura dicat:* (a) Luc. 12. *(a) Cui plus committitur, plus exigetur ab eo; etiam in hoc expedit, Regem propenſius formidare, quod illi, quem cordis occulta non fallunt, cogitur rationem reddere de pluribus. Cum igitur Rex in judicio diſcutiat hominem, Deus Regem: dignumne eſt, ut pulvis timeat pulverem, & idem pulvis in Rege divinam deſpiciat majeſtatem? In diebus tuis, o Rex, obortum eſt tale periculum, quod omnium pene tranſcendit nequitias ſæculorum. Apoſtolica nimirum Sedes per hæreſiarcham Parmenſis Eccleſiæ ſcinditur, religio Chriſtiana confunditur, Apoſtolorum labor evertitur, & univerſalis ſplendor Eccleſiæ per tenebroſi unius hominis ſchiſmatici concupiſcentiam obſcuratur. Quid ad hæc dices, qui Eccleſiaſticæ defenſionis officio fungeris? qui in paterni vel aviti ſceptri jura ſuccedis?*

XI. (b) Reg. 12. Petri Dam. Epiſtola ad Henricum Reg. comminatoria. *An plane forte robur ætatis adhuc tibi deeſſe conquereris? ſed ecce (b) Joas Rex Juda tener adhuc de ſarto tecto templi cum ſacerdotibus diſputat, eoſque collatam a populo vetat retinere pecuniam, ſed totam artificibus in operam judicat exhibendam. David* (c) 1. Reg. 14. *(c) vix dum adoleſcentiæ limen egrediens, adverſus Goliath non cum gladio, ſed cum lapillis quaſi pueriliter dimicat; ſed & caput tamquam vir fortis ictu pugionis obtruncat.* (d) 4. Reg. 22. *Adoleſcentulus adhuc (d) Joſias omnia vaſa Baal de templo Domini cum ſacerdotibus proiicit, & in convalle Cedron, flamma vorante, ſuccendit. Illi igitur honorabant templum, quo ſanguis brutorum animalium fundebatur: tu non ſuccurris Eccleſiæ, in qua pro ſalute mundi Chriſti corpus offertur? Nam ut ad Gentilium quoque recurramus hiſtoriam: Annibal ille, qui Carthaginenſium dux factus eſt, cum adhuc novem eſſet annorum, Amilcari patri juravit ad aras, quia cum primitus poſſet, adverſus Romanos acriter dimicaret. Imbelles pueri bella jam ſpirant pro terrenæ unius civitatis honore: & tu te non excitas ad procinctum, pro tuenda univerſalis Eccleſiæ libertate?*



XII. *Quidam præterea Conſiliarii tui videlicet, aulici miniſterii diſpenſatores (ut fœda per populum vulgatur infamia) de perſecutione Romanæ gratulantur Eccleſiæ, utrique ſcilicet parti faventes, blandeque canentes, ut modo venerabilis Papæ fautores ſe per aſſentationis lenocinium aſſerant, modo primogenito ſatanæ falſi ſucceſſus læta promittant. Quod tamen de quibuſdam ſanctis viris, qui tuis conſuevere intereſſe conſiliis, nefas eſt credi.*

XIII. *Plane quiſquis ſanctam molitur dividere Eccleſiam: timendum ſibi eſt, ne ſecundum Evangelicam ſententiam & ipſe dividatur: Veniet, inquit,* (e) Luc. 12. *(e) dominus ſervi illius in die qua non ſperat & hora qua neſcit, & dividet eum, partemque ejus, cum infidelibus ponet. Porro de Phaleg* (f) Gen. 10. *(f) filio Heber ſcriptum eſt, quia, in diebus ejus diviſa eſt terra: de te quoque cavendum eſt ne dicatur, quia in diebus tuis diviſa eſt Eccleſia. Scribantur Annales, texatur hiſtoria quæ dicat, quia Nerva clementiſſimus Imperator pacificavit Eccleſiam, Conſtantinus confirmavit, Theodoſius exaltavit; & cum perventum fuerit ad te, glorioſum ne tibi erit, ſi dicatur: Henricus diviſit? Abſit hoc a te, ut hanc legat hiſtoriam poſteritas ventura de te. Noli ergo eſſe Phaleg, qui conjuncta dividas, ſed eſto Chriſti diſcipulus, qui diviſa conjungas. Ii vero, qui ad diviſionem Apoſtolicæ Sedis diabolico ſuccenduntur inſtinctu, Dathan,* (g) Num. 16. *(g) & Abiron atque Core ad memoriam revocent, & ex eorum perditionibus colligant, qui finis etiam ſe qui non diſſimilia ſectantur, expectet. Illi ſane ſchiſma fecerunt ſynagogæ, iſti diviſionem machinantur Eccleſiæ. Quamobrem ſicut illos viventes terra deglutiit; ſic iſti per ſchiſmaticæ nequitiæ meritum prudentes & ſcientes merguntur in tartarum. Nec glorientur, qui manifeſte Romanæ Eccleſiæ ſchiſma non faciunt, ſed tamen annuendo, vel negligendo ſcindentibus non reſiſtunt: quia non ſolum ille qui dixit* (h) Iſ. 14. *(h) In cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum; ſed & omnes fautores ejus repente ſunt e cœ-*



PAGIUS *Cadus hoc & ſequenti anno in Caſtello circumcluſus.* tanquam in carcere circumcluſus erat, nec locum evadendi inveniebat. Duravit carcer ille *per duos annos*, ut ex Nicolao Cardinali diximus, ideoque inde ante annum ſequentem in finem vergentem aufugere non potuit. Tum anno MLXVII. in Concilio Mantuano licet vocatus, non comparuit, incertum quo poſtea anno e vivis abierit. Lambertus laudatus ait, eum etiam poſt Alexandrum in Sede Apoſtolica confirmatum non deſtitiſſe Ordinationes facere, & ſua per Eccleſias Decreta deſtinare; ſed cum Nicolaus Cardinalis, Leo Oſtienſis & Auctor MS. libri Cenſuum a Baronio num. XL. citatus contrarium ſcribant, & idem Nicolaus teſtetur, paucos poſt dies peſſimam mortem incurriſſe, poſtquam veniam ab Alexandro Papa *condigna ſatisfactione præſtita* impetraſſet, ea in re non videtur Lambertus audiendus.

V. *Hujus quaſi carceris meminit Alexander II.* Eo tempore, quo *Cadolus* a Catholicis circumcluſus tenebatur, Alexander II. ſcripſit ad Gervaſium Archiepiſcopum Remenſem Epiſtolam inter Alexandrinas ordine VI. in qua inquit: *Annunciamus tibi, divina ſuffragante clementia, Cadaloi præſumptionem extollentem ſe adverſus Apoſtolicam ſedem, tanto amplius ad majorem ſui ignominiam deveniſſet, quanto ipſe ſperaverat altioris ſuperbiæ culmen aſcendiſſe. Siquidem proprii nominis ethymologiam evidenter intelligens, ad reparandam pecu-*

*e cœlo projecti; ita non modo Core, ſed & complices ejus ducenti videlicet quinquaginta viri cœleſtis ignis ſunt incendio devorati. Unde cavendum eſt, ne malitia ſubditorum redundet in Regem, etſi non delinquentem, non tamen pro viribus probibentem. Nam Gregoriana ſententia eſt: Facti culpam habet, qui quod poteſt, negligit emendare.*

XIV. *Cavendum eſt, inquam, o Rex, ne dum tu pateris dividi ſacerdotium: tuum quoque (quod abſit) dividatur Imperium. Nam ſicut ſacra teſtatur hiſtoria, mox ut (a) Saul apprehendit ſummitatem pallii Samuelis, & ſcidit; protinus illi Samuel: Sic, inquit, ſcidit Dominus regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro autem ſicut pallium illud veſtis erat Samuelis; ſic & ſancta Eccleſia veſtis eſt utique Redemptoris, cui per Prophetam dicitur: (b) Confeſſionem & decorem induiſti. Confeſſionem quippe Dominus induit, cum ſibi peccatores aſſociat pœnitendo ſanatos: decorem vero, cum ſibimet clementer agglutinat innocentes nitore juſtitiæ ſpecioſos. Pallium igitur Samuelis Saul abrupit, & regnum perdidit: Chriſti ſcinditur veſtimentum, & licet non ſcindentis, tamen ſcindere permittentis ſtabit Imperium? Inconſutilem veſtem Jeſu miles gentilis metuit ſcindere; & Chriſtiani non verentur Eccleſiam per errorem ſchiſmaticorum ſeparare? Cum ergo veſtis Chriſti ſancta dicatur Eccleſia, ſciſſio veſtis minatur diviſionem regiæ poteſtatis. Hinc eſt forte, quod urbes, oppida, ſive provinciæ hujus regni ab externis quotidie cernimus nationibus uſurpari. Balthaſar (c) nempe, quia vaſa Domini fœdanda labiis Gentilium protulit, mox ex ore Danielis audivit: Diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis. Heli ſacerdotii dignitate detruditur, dum non intentat filiis verbera, ſed blanditias: utcunque tamen corripuit illos, ſed lenitate patris, non auſteritate Pontificis; atque idcirco cervicibus effractis occubuit, quia peccantibus vehementer indulſit. Achias (d) propheta pallium ſuum in duodecim partes ſcidit, & dixit ad Ieroboam: Tolle tibi decem ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Diviſio ergo veſtis ſciſſuram regalis ſignificat ditionis. Quod quia nequaquam Dominus in die Salomonis implevit, ſed in populos ejus hæc ſententia viguit; de te quoque pium eſt credere, quod tibi, quia innocens es, regnum integrum permanebit, poſt te vero ſubjectorum tuorum meritis, niſi forte ſe corrigant, transferretur, & concedet in exteros.*

(a) 1.Reg. 15.
(b) Pſal. 103.
(c) Dan. 5.
(d) 3.Reg. 11.

XVI. *Sicut enim per Danielem dicitur (e): Dominatur Excelſus ſuper regnum hominum, & cuicumque voluerit, dat illud. Nam & Aſſyriorum regnum, & Lacedæmonum, aliarumque gentium per definita temporum ſpacia ſe tenuerunt, nec diutius præfixæ diuturnitatis terminum, ſicut eorum teſtantur Annales, excedere potuerunt. Hinc etiam Italico regno aliquando dominati ſunt Græci, aliquando Galli, plerumque Latini. Tu quæſo, glorioſe Rex, a pravis Conſiliariis, tanquam a venenatis ſerpentium ſibilis aures obtura: in virile te robur per ardorem ſpiritus excita, collapſæ matri tuæ Romanæ Eccleſiæ manum porrige, & tamquam Archangelus (f) Raphael a Sara filia Raguel dæmonium, a quo viduatur, expelle: ut ſicut Octavianus Auguſtus in hoc gloriatur elogio:*

(e) Dan. 4.
(f) Tob. 11.

XVII. *Urbem*, inquiens, *lateritiam: inveni, relinquo marmoream; ſic & tu multo glorioſius multoque nobilius dicere valeas: Romanam Eccleſiam jacentem quidem puer inveni, ſed antequam plene pubeſcerem, auctore Deo, in ſtatum priſtinum revocavi, ut de te quoque ſicut de illo celebri quandoque per populum devotione dicatur: Utinam aut non naſceretur, aut non moreretur. Immo ut de ſacris paginis adhibeatur exemplum, illud impleatur in te, quod David ſibi Deum Iſrael dixiſſe commemorat: Sicut lux (g) auroræ, oriente ſole mane abſque nubibus rutilat, & ſicut pluviis germinat herba de terra, &c. ſic cum eodem David non immerito valeas & ipſe cantare quod ſequitur: Cuncta enim ſalus mea & omnis voluntas, nec eſt quidquam ex eo quod non germinet.*

(g) 2.Reg. 23.

XVIII. *Utraque præterea dignitas, & regalis ſcilicet & ſacerdotalis, ſicut principaliter in Chriſto ſibimet invicem ſingularis ſacramenti veritate connectitur, ſic in Chriſtiano populo mutuo quodam ſibi fœdere copulatur utraque videlicet alternæ invicem utilitatis eſt indiga, dum & ſacerdotium regni tuitione protegitur, ac regnum ſacerdotalis officii ſanctitate fulcitur. Rex enim præcingitur gladio, ut hoſtibus Eccleſiæ munitus occurrat; ſacerdos orationum vacat excubiis, ut Regē cum populo Deum placabilem reddat. Ille ſub*

PAGIUS *cuniam in periculum capitis ſui a fautoribus ſuis diſtributam, cujuſdam turris præſidio gemebundus ſervatur. Unde per miſericordiam Dei ſperamus nullo modo poſſe evadere, donec quidquid contra ſanctum Petrum nequitia ſua præſumpſit, ſatisfecerit digna emendatione.* Recitat Epiſtolam illam Baronius num. XXXVI. & ſeqq. ſed corruptum exemplar nactus Gervaſium appellat *VVillelmum*, cum tamen certum ſit, Gervaſium hoc tempore Eccleſiæ Remenſi præfuiſſe.



*lance juſtitiæ negotia debet terrena dirimere: iſte fluenta cœleſtis eloquii debet ſitientibus propinare. Ille conſtitutus eſt, ut nocentes atque ſceleſtos legalium ſanctionum cenſura coerceat; iſte ad hoc ordinatus eſt, ut per claves Eccleſiæ quas accepit, alios zelo canonici vigoris aſtringat, alios per manſuetudinem Eccleſiaſticæ pietatis abſolvat. Sed audi Paulum (a) de Regibus diſputantem, & rectam regalis officii lineam jacientem: nam poſt multa ſic ait: Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Si ergo tu es miniſter Dei, quare non defendis Eccleſiam Dei? Cur armaris, ſi non prœliaris? cur accingeris, ſi congredientibus non reſiſtis? Qui ſub æſtivo meridiatur umbraculo, ſecurus poterit ..... Porro veraciter ſine cauſa gladium portas, niſi reſiſtentium Deo colla transfodias, nec vindex es in iram ei, qui malum agit, dum in adulterantes Eccleſiam non conſurgis, & cum (b) Simeone & Levi violatum ſororis opprobrium a dorſo Iſrael non repellis. Vertatur ergo docta manus ad capulum, & cum David (c) in Amalecitas impetu fulguris irrue; & ſicut ille latrunculos ſubegit, ſic tu hoſtes Eccleſiæ vibrato juſtitiæ mucrone transfige.*

(a) Rom. 13.
(b) Gen. 34.
(c) 1.Reg. 30.

XIX. Cadalous omnium nequiſſimus deſcribitur.

*Sentiat, ſentiat teterrimus ille draco, Cadalous ſcilicet perturbator Eccleſiæ, everſor Apoſtolicæ diſciplinæ, inimicus humanæ ſalutis; ſentiat* inquam *radix peccati, præco diaboli, Apoſtolus Antichriſti. Et quid plura dicam? Sagitta producta de pharetra ſatanæ, virga Aſſur, filius Belial, filius perditionis, qui adverſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur vorago libidinis, naufragium caſtitatis, & Chriſtianitatis opprobrium, ignominia ſacerdotum, genimen viperarum, fœtor orbis, ſpurcitia ſæculi, dedecus univerſitatis (attexantur adhuc epitheta Cadaloi, catalogus videlicet nominis tenebroſi) ſerpens lubricus, coluber tortuoſus, ſtercus hominum, latrina criminum, ſentina vitiorum, abominatio cœli, projectio paradiſi, pabulum tartari, ſtipula ignis æterni. Sentiat iſte motum regiæ majeſtatis, & terrenum metuat Principem, qui audacter provocat in bella cœleſtem. Et quia dixit inſipiens in corde ſuo: (d) Non eſt Deus: experiatur ineſſe regio pectori Chriſtiani Fidei pietatem, pro divinæ militiæ caſtris non enerviter confligentem.*

(d) Pſal. 52.

XX. *Regnum ergo tuum arma corripiat, ut cum Melchiſedech ſtet ſacerdotium, ſacerdotium oret, ut avitum David exaltetur imperium. Nam ad hoc pro te univerſalis orat Eccleſia, & ut labor tuus & quietem pariat, & orationibus illius gloria tibi triumphalis accreſcat, ſicut & Moyſes (e) orabat, eoque ſimul orante, vincebat: ſi vero remitteret manus Moyſes, ſuperabat protinus Amalec. Hinc & Apoſtolus ait. (f) Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti. Quare hoc? audi quod ſequitur: Ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate.*

(e) Exod. 17.
(f) 1.Tim. 2.

*Porro quia ſplendidæ memoriæ pater tuus magnificus Imperator ſublimiter exaltavit Eccleſiam; tu quoque ſicut ejus hæres imperii, ſic etiam in Eccleſiaſticæ cautionis jura ſuccede. Igitur in Eccleſiaſtici ſtatus incolumitate ſervanda clariſſima ſoboles paternis reſpondeat inſtitutis, ut ab arbore ſua non degeneret ramus in fructu, quam per traducem virtutis & gratiæ decus exornat; ſed ſicut olim per illum, nunc amodo per te & collapſa reſurgat Eccleſia, & Eccleſiaſtica, quæ confuſa eſt, refloreat diſciplina.*

XXI. *Durius forte locutus ſum Regi, præſertim cum Salomon dicat: (g) In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diviti, quia avis cœli portabit vocem tuam, & qui habet pennas, annuntiabit ſententiam. Et revera qui peculatus crimen incurrit, in * diacopſin cogitur reficere quod tulit. Sed tunc honor Regi deferendus eſt, cum Rex obtemperat Conditori; alioquin cum Rex divinis reſultat imperiis, ipſe quoque jure contemnitur a ſubjectis. Si quis enim propriis ſtudet, non Dei Rex eſſe convincitur, qui in die pugnæ non ſtat pro caſtris Eccleſiæ; & ſic propriis utilitatibus ſpecialiter metuit, ut ruinæ periclitantis Eccleſiæ non ſuccurrat.*

(g) Eccl. 10.
* f. τετραπλόον. id eſt, quadruplum.

XXII. *Sed & cum per Iſaiam Dominus dicat: (h) Venite & arguite me: cur homo ab homine deſpiciat argui, quem conſtat eadem mortalitatis lege conſtringi? & cum lege forenſi cautum ſit, ut qui peremptores parentum non ulciſcitur, in jus hæreditariæ ſucceſſionis nullatenus admittatur; ego qui in homicidam matris meæ, Romanæ ſcilicet Eccleſiæ ulciſci nequeo; ultores ſaltem impellere non tentabo? Deputa ergo me o Rex fideliter conſulentem, non procaciter obloquentem; vel ſi placet, præ dolore matris peremptæ inſanum, non adverſus excellentiam regiæ majeſtatis inſolenter elatum. Sed o utinam ego ante tribunal tuum adjudicer reus perduellionis, dum tu tamen in adverſarios Apoſtolicæ Sedis vindices arbiter æquitatis! in cervicis meæ jugulum ſecuris vibrata deſæviat; tantummodo ut Romana Eccleſia propriæ dignitatis apicem per te reparata conſcendat.*

(h) 1.Iſ. 1.

Por-

XXIII. *Porro ſi Cadaloum cito, velut alter Conſtantinus Arrium, deſtruis, & Eccleſiæ, pro qua Chriſtus mortuus eſt, pacem reformare contendis: faciat te Deus in proximo de regno Imperiale faſtigium ſcandere, & a cunctis hoſtibus tuis inſignes gloriæ titulos reportare: alioquin ſi adhuc diſſimulas, ſi mundi periclitantis errorem cum poſſis abolere, detrectas (& reliqua) cohibeo ſpiritum, & conſequentia, relinquo Lectoribus intellectum, Amen.* Hæc Petrus ſacerdotalis vigore conſtantiæ; nec quidem fruſtra. Emeriti enim ſenis toto orbe nota ſanctitas, laudata ab omnibus dicendi libertas, non ad indignationem movit animum Regis, ſed conciliavit ſibi potius reverentiam, atque elicuit obedientiam; adeo ut Regem ipſum cum Conſiliariis ſuis excitaverit ad conſulendum, quam citiſſime Eccleſiæ Romanæ, jam factione ſchiſmaticorum periclitanti.

XXIV. Legatio Annonis Archiep. Colon. ad Pap.

Quid igitur? Decernitur legatio Romam ad Alexandrum Pontificem, deligitur ad tantum opus, qui ſapientia cœteris atque auctoritate præſtaret Anno Archiepiſcopus Colonienſis, cujus illud in primis opera, ageretur, ut jura Regis in eligendo Romano Pontifice integra ſervarentur: ſic demum congregato ex Germaniæ atque Italiæ Epiſcopis generali Concilio cauſa ſchiſmatis cognoſci deberet, & condemnato eo, qui eſſet tantorum malorum auctor atque defenſor, optata diu pax Eccleſiæ redderetur, dum qui eſſet ab omnibus colendus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, perſpicue ab omnibus noſceretur. De his in hæc verba Lambertus hoc anno: *Cauſabantur Romani Principes, quod Rex eis inconſultis Romanæ Eccleſiæ Pontificem conſtituiſſet*, nempe ſchiſmaticum Cadaloum, *& ob eam injuriam defectionem meditari videbantur. Propter quod placuit Colonienſem Archiepiſcopum Romam mitti. Qui veniens eo, cum aliud turbatis rebus invenire non poſſet remedium; judicavit ordinationem*, Cadaloi videlicet, *quæ inſcio Senatu Romano facta fuiſſet, irritam fore; & ſic amoto Parmenſi Epiſcopo per electionem eorum Anſelmum Lucenſem Epiſcopum pro eo ordinari conſtituit, immo jam diu ante ordinatum ab omnibus recipi.* Hæc ſumma rerum hoc anno geſtarum.

XXV. In Geſtis Romanorum Pontificum, quæ Nicolaus Aragonius S. R. E. Cardinalis collegit, hæc de legatione Colonienſis Archiepiſcopi Romam habentur: *Præterea quia Colonienſi Archiepiſcopo bonum ſibi agere videbatur, ſi pro concordia Romanæ Eccleſiæ & Imperii ſtudium atque laborem aſſumeret: depoſitis Teutonici regni negotiis, Longobardiam intravit, & per Tuſciam tranſiens, ad Urbem Romanam feſtinanter acceſſit. Ubi benigne exceptus, Alexandrum Papam manſuete ac modeſte ita eſt allocutus: Qua ratione frater Alexander abſque mandato & aſſenſu domini mei Regis recepiſti Papatum? a longis namque temporibus a Regibus hoc abſque dubio eſt obtentum. Et incipiens a Patriciis Romanorum & Imperatoribus, nominavit eos, per quorum mandatum & aſſenſum plurimi Romanorum Pontificum in Sedem Apoſtolicam habuerunt ingreſſum. Archidiaconus Hildebrandus cum Epiſcopis Cardinalibus eidem Colonienſi ſic reſponderunt.*

*Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, quod in electione Romanorum Pontificum juxta ſanctorum Patrum canonicas ſanctiones, Regibus penitus nihil eſt conceſſum ſive permiſſum: & deductis in medium pluribus ſanctorum Patrum decretis, & præcipue illo Nicolai capitulo, in quo centum & tredecim Epiſcopi ſubſcripſerunt: poſt multas & varias altercationes, ita irrevocabiliter & ſufficienter eidem Colonienſi ſatisfecerunt, quod ex tunc rationabiliter reſiſtendi non habuit occaſionem. Quibus verbis expletis, dominum Papam Colonienſis rogavit, ut pro hac parte dignaretur, in partibus Lombardiæ Synodum celebrare, & electionis ſuæ factum oſtendere, & rationabiliter demonſtrare: quod licet inconſuetum, & a Romani Pontificis dignitate videretur alienum: conſiderata tamen inſtantis temporis malitia, petitioni ejus aſſenſum præbuit, & apud Mantuam Synodum convocavit.* Reliqua inferius ſuo loco. Indicta igitur Synodo Mantuæ, Alexander Papa voluit omnino eidem eſſe præſentem Petrum Damiani in eremo tunc temporis quieſcentem, quem ſuis accerſivit litteris, ut Romam ſe conferret, inde poſtea ſimul profecturi ad Synodum eſſent. XXVI.

Rurſus autem alias tunc temporis Hildebrandus Archidiaconus dedit ad Petrum litteras, quibus expoſtularet, quod ab eodem Petro olim ad Colonienſem Archiepiſcopum ſcriptæ fuiſſent litteræ, quibus nonnihil ipſe Pontifex Romanus perſtringeretur: occaſionem enim adventus ejuſdem Archiepiſcopi Romam ejuſmodi de Petri ad eum litteris ſparſa erant. His acceptis Petrus, ſuæ bene conſcius innocentiæ, rem graviſſime tulit, adeo ut non ſine ſtomacho ad ipſos Pontificem ſcilicet atque Archidiaconum ſcripſerit, purgans ſe etiam juramento: ſed hoc haud ſatis ſibi viſum, niſi miſſarum litterarum ad eos exemplar fideliſſime ſumptum mitteret. Ipſæ autem ad Alexandrum Papam & Hildebrandum Archidiaconum a Petro hoc tempore, antequam Mantuam ad Concilium irent, datæ litteræ ſic ſe habent, ſumptæ ex XXVII.



citato a nobis ſuperius codice baſilicæ S. Petri.

*Patri & filio, Papæ, & Archidiacono Petrus peccator monachus ſervitutem.*

XXVIII. Ad Alex. Pap. & Hildebrandum Archidiac. Petri Ep.

*Epiſtolam, de qua me inſugillaſtis, ad vos mitto, ut videatis, & quid in ea adverſus vos egerim, liquido comprobetis. Quod ſi aliam in illas partes epiſtolam miſi, vel in hac ipſa aliquid uſque ad unam litteram, me ſciente, actum eſt vel imminutum, aut alio modo tranſmutatum, & non ad vos ſimpliciter eſt miſſa, ſicut tunc domino Colonienſi pontifici eſt directa: (a) Naaman Syri me lepra perfundat, vel (b) Barieſu cæcitas oculos meæ frontis obducat. Jeſum teſtor & ſanctos Angelos ejus, quia in hac ego ſatisfactione non mentior. Si pro hac itaque epiſtola mori debeo: tendo cervicem, imprimite pugionem.* His pro ſua defenſione locutus, ad eum, quem horum omnium auctorem eſſe queritur Hildebrandum Archidiaconum, ſtylum aculeatum valde convertens hæc ait: *De cætero ſanctum ſatanam*, nempe adverſarium *meum humiliter obſecro, ut non adverſum me tantopere ſæviat; nec ejus veneranda ſuperbia tam longius me verberibus atterat: ſed jamjam circa ſervum ſuum miteſcat. Liventes quippe ſcapulæ jam deficiunt, & ſulcata tot plagis, totque terga vibicibus tumeſcentia non ſubſiſtunt. Unde vir ſapiens (c) flagelli, inquit, plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Age igitur, tempus eſt enim, ut & ego jam. Sed adhuc ſpiritum reprimo, labiis digitum ſuperpono; & licet feram tamen adhuc miſericordiam quæro.* Hæc de Hildebrando quem (ut ſuperius dictum eſt) ob eam cauſam Petrus paſſum ſe eſſe adverſarium queritur ſæpe, quod ipſi ſemper obſtiterit, ne vacationem ab Epiſcopatu a Pontificibus ſæpe petitam, ullo pacto plene potuerit obtinere. Pergit vero:

(a) 4. Reg. 5.
(b) Act. 13.
(c) Eccl. 28.

XXIX. *Quod autem me ad vos Romam venire, & vobiſcum ire Mantuam præcepiſtis; utriuſque mihi labor itineris, valde difficilis viſus eſt, & meæ ſenectuti nimium gravis. Unde Romam venire, quod vobis minus prodeſſet, omiſi: expeditionem vero Mantuani itineris magis vobis neceſſariam judicavi. Sed in deſtinando mihi ſanctæ veſtræ legationis oraculo, ſatis uterque inter vos inæqualiter diviſiſtis: nimirum ut unus mihi videatur paterni favoris affabilitate blanditus, alter hoſtilibus virgis terribiliter comminatus. Unus veſtrum me tamquam ſol coruſcatione fervidi ſplendoris irradiat; alter vero furens Eurus violentis impetus ſui flabris exufflat. Unde illud ad mentem redit, quod refertur in fabulis.*

XXX. *Dicitur enim, quia dum quidam indutus chlamyde viator incederet, Sol & Eurus eum quaſi materiam ſibi propoſuere certaminis, qui videlicet e duobus ei chlamydem facilius potuiſſet auferre. Hoc itaque inter eos fœdere conſtituto, ut eum, qui victor exiſteret, virens laurea coronaret. Cœpit Eurus violenter infremere, nubium volumina commovere: e contra viator chlamydem ſtringere, ſeſeque, ne veſtem perderet, undique conſtipare. Cumque diſcipulus Æoli caſſo labore deficeret, ſeſeque cœptum poſſe perficere funditus deſperaret: illico ſol aurea cœpit ora detegere, micantibus terram fervoribus illuſtrare. Mox viator, cum jam æſtibus nimii fervoris areſceret, uberque ſudor humefactis viſceribus ebulliret, projecit chlamydem, ut nimii caumatis temperaret ardorem. Ille ergo condicti certaminis meruit palmam, qui leniter egit, non qui vincere, furendo, & violentiam irrogando tentavit. Sed ut e Scripturis ſacris honeſtius proferatur exemplum: ſi Roboam (d) ſenum conſiliis acquieſcens, mitia reſpondiſſet, totum Iſrael ſui juris imperio ſubdidiſſet: ſed quia coævorum ſuorum ſuperbiæ credidit: diviſis a ſe decem tribubus, ſublimem regni potentiam humilem fecit. * Rhinoceros etiam qui rabida perſequentium canum ora celerrima pernicitate contemnit, capi ſe gremio blandæ virginis non paveſcit.* Ita Petrus ſalibus apologorum ſugillat Hildebrandi ſeveritatem, cui reſiſtat; commendat autem clementiam Alexandri, cui pareat, ad iter ſe Mantuanum accingendo.

Apologus Facetus.
(d) 3. Reg. 22.
*Monoceros, ſive unicornis

XXXI. Sed cum jam ſe, ut ſibi videbatur, abdicaſſet ab Epiſcopatu, atque in eremum contuliſſet: cur quæ eſſent Epiſcopi exigerentur ab eo eleganti ſimilitudine expoſtulat, ſubdens: *Sed qui cuncta quæ veſtra ſunt, reddidi: cur adhuc perſecutionem patior? Naturarum docti perhibent rimatores (neſcio utrum aſtipulentur etiam venatores) quia caſtor dum in nativo perpendat ingenio, ſe non ob aliud inſectari niſi pro teſticulis, ut medicinali ſerventur induſtriæ, præcidendis: ad ſtipitis truncum repente procurrit, ſeſeque violenter impingens, teſticulos proiicit: mox igitur longius provolans verſus ad venatorem in duobus ſe pedibus erigit, nec ſe habere jam, pro quo quæratur, oſtendit. Num quid ergo durior ſatisfactio quæritur hominis quam, exigatur ab animalibus brutis? Se ne modum excedat epiſtolare compendium: ad hæc expoſtulanda veſtrum in noſtras partes præſtolamur adventum.* Hucuſque Petrus, jam profecturus Mantuam ad Concilium. Nunc quæ ſunt reliqua ad idem ſpectantia, hinc inde collecta ſuo ordine proſequamur.

XXXII. Venerunt quoque Mantuam ad indictum Concilium Epiſcopi ab Hiſpania tres

tres pro reliquis legatione fungentes. Fuerunt hi, Manio Calaguritanus, Eximius Aucenſis, & Fortunius Alanenſis, deferentes libros Gothicos Ritualis ipſi Alexandro Pontifici ac univerſo Concilio, a quibus cogniti inventi ſunt Orthodoxi. Hæc ex antiquioribus rerum Hiſpanarum hiſtoricis Joannes Mariana.

Hiſp. Ep. veniunt Mantuam ad Conc.

Si ipſa tanti Concilii extarent Acta, nobis plane non adeo laborandum eſſet, ut ſummo cum labore hinc inde fragmenta venaremur. Deperditis autem illis, quæ illic geſta eſſe a diverſis ſumma brevitate enarrantur, hic deſcribamus. In eadem in primis Collectione Nicolai Aragonii iſta leguntur: *Statuto itaque termino exiens Alexander Papa ab Urbe cum Epiſcopis & Cardinalibus ad præfixum locum proſpere, Domino auxiliante, pervenit. Ibi autem omnes Epiſcopi Lombardiæ cum ſuis Eccleſiarum Præſulibus præter Cadaloum Parmenſem, quem idem Colonienſis adeſſe præceperat, qui remordente conſcientia, ſe abſentaverat, pariter convenerunt.*

XXXIII. *Cum in Synodo eadem cum Epiſcopis Alexander reſideret, cauſam electionis ſuæ ita* diſcrete rationibus manifeſtis comprobavit, atque ſe de omnibus, quæ ſibi ab æmulis malitioſe objecta fuerant, excuſavit ſufficienter, adeo quod Epiſcopos Lombardiæ, qui ſibi fuerant adverſati, benevolos redderet & ſubjectos. Sedato itaque per Dei gratiam Imperii, & Eccleſiæ ſcandalo, poſt ſolutionem Synodi Alexander Papa Romam, ac cæteri ad propria hilares redierunt.* Hæc ibi nimia brevitatis anguſtia circumſcripta. Addit autem Sigebertus, Alexandrum Pontificem a crimine ſimoniæ, quo imputatus fuerat, ſe purgaſſe, adhibito juramento. Cæterum Otto Friſingenſis cum agit de ejuſmodi legatione Romam miſſa ab Henrico Rege, nihil habet de accuſatione criminis ſimoniæ, quo poſtulatum referunt Alexandrum, ſed ipſum Regem ejus delicti reum conſtitutum affirmat, atque ea de cauſa ejuſdem Pontificis litteris Romam vocatum. His enim verbis perpaucis ejus legationis res geſtas perſtringit: *Miſſis*, inquit *a Rege, Annone Colonienſi, & Hermanno Bambergenſi pro juſtitia, juribus ſcilicet regni Romam Epiſcopis, peracta legatione revertentes, litteras ſummi Pontificis reportantes, Regem ad ſatisfactionem pro ſimonia, aliiſque multis, quæ ei objecta fuerant, invitantes.* Hæc Otto. Quæ autem iſta ſecuta fuerint, ignorantur. Porro in dicto Concilio omnium ſententia Cadaloum damnatum, omnes affirmant. At de ipſo Concilio hactenus.

* diſerte.

Summa totius legationis.

XXXIV. Cæterum eumdem impium Cadaloum, jam duobus in Conciliis condemnatum nec ſic quieviſſe, Scriptores ejus temporis tradunt, ſed armaſſe militem, aggreſſum Urbem, inde a Sede Petri Alexandrum exturbare conatum, Lambertus aſſerit, ſed eum contumelioſe pulſum atque victum affirmat. Hæc eſt poſterior aggreſſio illa, quæ in veteribus Geſtis Romanorum Pontificum a Nicolao Aragonenſi collectis ita deſcribitur: *Sed collecta iterato pecunia, vix elapſo ſpacio unius anni, Cadalous ad Urbem remeare occulte nihilominus attentavit, ibique Capitaneorum favore, & aliorum malignantium auxilio audaciam ſumpſit, & pecuniam perfidis Romanis militibus erogans, de nocte Leoninam civitatem intravit, & beati Petri Eccleſiam in opprobrium & confuſionem ſuam occupare præſumpſit. Mane autem facto, cum in Urbe Roma rumores hujuſmodi perſonarent, & populus Romanus ad Eccleſiam beati Petri conflueret: milites, qui cum Cadaloo venerant, tantus repente tremor & timor invaſit, quod eo penitus derelicto univerſi fugerent, & in cryptis & abditis locis ſe occultarent. Tunc Cencius Præfecti filius, vir nequam & peſſimus eidem Cadaloo aſtitit, eum in caſtellum ſancti Angeli recipiens, juramentum ipſi & defenſionem præſtitit. In quo loco per duos annos a fidelibus Papæ Alexandri obſeſſus, & calamitatibus multis afflictus, exinde egredi non potuit, donec ab eodem Cencio trecentis libris argenti ſe redemit.*

Cadalous rurſus furit in Rom. Eccl.

XXXV. *Sic itaque uno conſocio, & uno cliente contentus inops & egens inter oratores diſcedens occulte, in montem Bardonis, ac tamdem ad Burgum Barreti non ſine multa confuſione pervenit.* Hæc ibi. Agit de iiſdem Leo Oſtienſis, ſed jungens primam invaſionem Cadaloi cum poſteriori, eaſdem non, ut par erat, diſtinguit ab invicem; ait enim: *Sed Deo favente, licet Romanorum plurimi illi gratia Regis adhæſerint, caſtrumque illi ſancti Angeli ad Urbis expugnationem tradiderint, cum ſemel ac ſecundo magnis inſtructus copiis adveniſſet, pecuniamque immenſam profligaſſet, magna ſtrage ſuorum non minus, quam cæterorum facta: poſtremo clam egreſſus caſtrum ipſum, turpiter cum paucis aufugit, neque ultra huc rediit.* Hæc Leo.

XXXVI. Hoc illud tempus fuit, quo Alexander Papa ſcripſit epiſtolam illam, quam ex antiquis membranis primus in lucem edidit Papirius Maſſonus in Alexandro, ſicque ſe habet:

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimo confratri Vuillelmo Rhemenſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Alex. Papæ Epiſt. ad Rhemenſem Archiep.

*Viſis fraternitatis tuæ litteris, evidenter intelleximus, eam matri ſuæ ſanctæ*



*Romanæ Eccleſiæ ſinceram compaſſionem exhibere, ipſamque, ſi facultas daretur, præſentia corporis velle viſitare. Et quia ſollicitudinem tuam ejuſdem proſperitate lætari, quemadmodum de infortunio contriſtari non dubitamus; annuntiamus tibi, divina ſuffragante clementia, Cadaloi præſumptionem extollentem ſe adverſus Apoſtolicam Sedem, tanto amplius ad majorem ſui ignominiam deveniſſe; quanto ipſe ſperaverat altioris ſuperbiæ culmen aſcendiſſe. Siquidem proprii nominis etymologiam evidenter intelligens, ad reparandam pecuniam in periculum capitis ſui a fautoribus ſuis diſtributam, cujuſdam turris præſidio gemebundus ſervatur.*

XXXVII *Unde per miſericordiam Dei ſperamus, nullo modo poſſe evadere, donec quidquid contra ſanctum Petrum nequitia ſua præſumpſit, ſatisfecerit; digna ejus damnatione eſt. Quod igitur ſimoniacæ hæreſeos peſtem, quæ in partibus illis vires adhuc obtinet ejus dolo, velle inſequi ſignificaſti: non parum devotionis tuæ ſtudio congaudemus, in quo nimirum adeo ſpecialem dilectionem a nobis, & a filiis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ promeruiſti, ut a nonnullis te odio habentibus, odium quoque nobis evidentibus indiciis exhiberi declaretur. Super Aurelianenſem denique, qui ſimoniace Epiſcopatum obtinuiſſe, & inde perjurium tribus aliis ſibi adhibitis, incurriſſe probatur: ſententiam dare Archiepiſcopum Senonenſem, litteris noſtris admonuimus, quem nimirum ut cum ipſo convenias, & negotium illud pariter agas, Apoſtolica auctoritate hortamur. Abbatem quoque ſancti Medardi jam pridem excommunicationis vinculo innodatum omnibus modis operam dare ſtudeas, ut de Abbatia, quam injuſte retinet, eiiciatur, & alter digne & canonice ſubſtituatur.*

XXXVIII. *Cætera vero, quæ in litteris tuis continentur, ad præſens diſtulimus, præſertim cum in præſentia tui, quam deſideramus videre, id melius fieri exiſtimamus: non enim panis ſecuri, neque arbor cultro ſuccidi ſolet. De cauſa autem Amelrici iterum, & iterum te admonemus, ut quod in apertis litteris noſtris continetur, omni ſtudio, omnique ſollicitudine peragas.* Hucuſque Alexander ad Rhemenſem Archiepiſcopum.

XXXIX. Receptum his diebus ab Alexandro Hugonem cognomento Candidum, Cardinalem veniam petentem, eo quod ſtetiſſet a partibus Cadaloi, eadem citata nuper Acta ſignificant: ſed de illo primum iſta: *Eodem tempore Hugo Candidus quem Leo Papa Cardinalem creaverat, vir quidem ſeditioſus & duplex, a Romanæ Eccleſiæ unitate receſſit. De cujus reprehenſibili vita & morum perverſitate tacendum potius duximus, quam loquendum.* Hæc tempore Stephani. Et ſub Alexandro hæc de ipſo: *Præterea jam dictus Hugo Candidus poſt multas calamitates, quas ſub Cadaloo Antipapa ſuſtinuit, a domno Alexandro Papa veniam ſuppliciter poſtulavit, & condigna ſatisfactione præſtita impetravit.* His vero ſubiicit mox iſta: *Idem quoque Cadalous poſt paucos dies ex divino judicio peſſimam mortem incurrit.* Hæc de his tantum ibi.

Hugo Cardinalis recipitur ab Alexand.

Obitus Cadaloi.

XL. At in codice vaticano, qui inſcribitur liber Cenſuum, de eodem Cadaloo dum agitur, in fine de ipſo habetur; quod tamdem recedens a ſchiſmate, ab Alexandro per nuntios petierit, ut abſolveretur; quod promiſſa ſatisfactione impetravit; ſed poſt dies paucos malam mortem incurrerit: quomodo autem, non dicitur. Veruntamen ſcriptor temporis hujus Lambertus affirmat, quod Cadalous dum vixit, ſe gerere pro Pontifice, & quæ ſunt Pontificis, exercere non prætermiſit. Nam de ipſo iſta habentur hoc anno: *Alter vero, nempe Cadalous, etſi per contumeliam repulſus; tamen quoad vixit, ab jure ſuo non cedebat, huic ſemper derogans, hunc adulterum Eccleſiæ Dei, hunc pſeudoapoſtolum appellans. Miſſas quoque ſeorſum celebrans, ordinationes facere, & ſua per Eccleſias decreta & epiſtolas more Sedis Apoſtolicæ deſtinare non deſiſtebat.* Seque ipſum Honorium II. ejus nominis nuncupabat. Hæc autem, quæ ſpectant ad obitum Cadaloi, ad ſequentem potius annum, vel poſtea referenda noſcuntur, a nobis autem hic recitata, quod certus, quo id contigerit, annus nobis ſit incompertus.

XLI. Faviſſe tamen eidem Cadaloo animo obſtinato Henricum Ravennatem Archiepiſcopum, ejuſdem Alexandri Papæ ſcripta ſignificant, eumdemque ab eodem Pontifice ea ex cauſa una cum ipſo Cadaloo excommunicatum fuiſſe. Qui tantum abeſt ut reſipuerit, & abſolutionem quæſierit, ut potius animo perverſo & obſtinato excommunicationem contemnens, excommunicaret ipſe alios. In quem idem Pontifex ad Valerianum (a) Epiſcopum ita reſcripſit: *Audivimus quod Henricus Ravennas dictus Archiepiſcopus viſus ſit te excommunicare: Verum quia excommunicatus excommunicare non potuit, Apoſtolica auctoritate te, tuoſque abſolvendo, mandamus numquam curare.* Hæc apud Gratianum & alios collectores.

De Henrico Archiep. Ravennate.

(a) c. audivimus 24. q. 1.

XLII. Poſt hæc autem Epiſcopi Hiſpani Legati, qui Mantuano Concilio interfuerunt, reverſuri in Hiſpanias, duxerunt ſecum ab Alexandro Papa decretum Legatum a latere Hugonem Cardinalem: cujus auctoritate Barcinonæ Concilium congregatum eſt, in quo leges Gothicas, quibus Catalauni utebantur, penitus idem Legatus Apſtolicus abrogavit, novaſque ſanxit, quibus hactenus populus utitur. Ut autem & Gothici ritus adhiberi in ſacris ſoliti abrogarentur, ab illis obtinere non potuit, nec cogere voluit, cum iidem in Concilio Mantuano cogniti fuiſſent eſſe Catholici. Porro una cum legatione Hugonis is, qui miſerat eam Alexander Papa, receptus eſt in Hiſpania germanus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, Cadalous autem communibus omnium votis anathemate condemnatus; ac ita ubique terrarum.

XLIII. Celebris peregrinatio Hieroſolym. Hoc eodem anno celebris inſtituta eſt peregrinatio Hieroſolymam ſeptem millium virorum & amplius, ut tradit Marianus Scotus; primoreſque horum duces fuiſſe Germanicos Antiſtites Sigefridum Archiepiſcopum Moguntinum, Willelmum Trajectenſem, Guntherum Bambergenſem, atque Ottonem Ratiſponenſem Epiſcopos, eoſdemque profectos autumnali tempore, ſed hoc eorum imprudentiæ vitio datum, quod circumſpecte nimis ornati barbaros ad prædam allicerent, adeo ut confligendum ſæpe cum illis in Palæſtina fuerit: quæ certamina Lambertus exacte deſcribit, narratque eos in maxima adductos fuiſſe diſcrimina; & præter ſpem liberatos divino auxilio. At vero ex numero ſeptem millium & amplius virorum vix bis mille ſuperſtites remanſiſſe, qui ad propria ſunt reverſi, Marianus Scotus teſtatur. Unus ex iis Ingulfus nomine, Anglus natione, patria Londonienſis, ſcriba Willelmi Comitis Normannorum, poſtea Regis Anglorum in commentario hiſtoriæ, quam ſcripſit monaſterii ſui Croylandenſis, cui poſtea præfuit, hæc habet, ſummatim de his obiter agens:

XLIV. *Nuntiatur & per univerſam Northmanniam, plurimos Archiepiſcopos Imperii cum nonnullis aliis terræ Principibus velle pro merito animarum ſuarum, more peregrinorum, cum debita devotione Hie-*

*roſo-*

PAGIUS VI. *Legatio Hiſpanica Hugonis Card.* Ad num. XLII. *Hugonem* Candidum Presbyterum Cardinalem in Hiſpaniam legavit Alexander II. tum ad tollendum Schiſma, tum ut Divinorum Officiorum ritus Romana ex formula conſtitueret; quod diſcimus, tum ex Diago lib. 2. Hiſt. Comit. Barcin. cap. 57. tum ex Surita lib. 1. cap. 21. Agnitus fuit ab omnibus ut verus Pontifex Alexander II. & Officium Rom. uti jam decretum fuerat in Concilio Jaccetano anno MLXIII. coacto receptum in Concilio ab Hugone Legato. Sed contigere hæc omnia anno MLXVIII. teſtibus citatis Auctoribus, omnibuſque qui tradunt hæc peracta poſt Concilium Mantuanum anno MLXVII. congregatum. Adhæc *Sanctius Ranimirus* Aragonum Rex, in Privilegio Abbatiæ Leirenſis, quod extat apud Sandovallium in Notitia Epiſcoporum Pampilonenſium ait, *Hugonem* Cardinalem interfuiſſe Concilio *Leirenſi, anno regni ſui ſexto*, qui eſt annus Chriſti MLXVIII. cui Surita & qui Hiſtorias ſuas veterum Monumentorum fide compoſuere, Divinorum Officiorum mutationem aſſignant. Ad eum itaque annum Concilia varia durante ea Legatione in Hiſpania habita, revocanda, nec una Hugonis Legatio in duas dividenda, ut perperam Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 1181. qui cum non advertiſſet, *Concilium Mantuanum* ad annum MLXVII. pertinere, & legiſſet, *Hugonem* poſt illud Concilium in Hiſpaniam ab Alexandro II. Legatum miſſum, unicam Hugonis Legationem in duas diſtinguit, alteram, quæ hoc anno cum quo illud Concilium alligat, alteramque, quæ anno MLXVIII. acciderit. Recte tamen vidit Coſſartius *Concilium Barcinonenſe*, cujus hic meminit Baronius, ſpectare ad annum MLXVIII. ſicuti & *Toloſanum* ac quædam alia, de quibus eo Chriſti anno agemus. *Barcinonenſe* eo Chriſti anno habitum demonſtrat Diagus laudatus, aitque Eccleſiaſticorum Officiorum reformatione a Sanctio Ramiro ejuſque Proceribus admiſſa, *Hugonem* Legatum cum Aquilino Sancti Joannis Pennatenſis Abbate a Sanctio Ramiro Rege Legato ad Pontificem miſſo Romam perrexiſſe, & dum per urbem Barcinonenſem tranſiret, ibi per aliquot dies ſubſtitiſſe.

VII. *Concilium Barcinonenſe.* Præerat tunc Comitatui Barcinonenſi Raymundus Berengarii hujus nominis primus; *qui Vetulus dicebatur. Hic Raymundus Berengarii nimia claruit probitate, & inter alios Hiſpaniæ Principes ſuper Agarenos tantum habuit principatum, ut XII. Reges Hiſpaniæ* (idest Præfecti Saracenorum) *ſuo tempore annuatim ei tributum tanquam domino perſolverent. Hic denique Comes famoſiſſimus ſuam optans dominium decorare, coram Ugone Cardinali & Legato Romano, ac ſuis plurimis Magnatibus intra Barchinonæ Palatium, ſupra dictorum conſilio & aſſenſu, propria quadam inſtituit jura, quæ Barchinonæ Uſaticos nuncupamus, mandavitque, ut iis conſtitutionibus omnes comitatus ſub Barcinonenſis Comitatus imperio regerentur*, inquit Auctor Anonymus *de geſtis Comitum Barcin.* Videns Legatus hunc Principem ad ea, quæ Alexander II. optabat, valde propenſum, de Officio Gothico in eo Principatu abrogando cogitavit. Ejus conatum promovit *Adalmodis* Raymundi uxor in Francia nata, ubi Officium Romanum; *Gallicanum* dictum, in uſu erat, femina ingentis animi, & cujus res præclare geſtæ in monumentis Hiſpanicis ſæpe occurrunt. Legatus itaque Concilium *Barcinone* indixit, cui interfuere Epiſcopi & Abbates Principatus Barcinonenſis, & in quo, ut refert Diagus laudatus, communi conſenſu Officium Gothicum repudiarunt, & juxta ſacros Canones decrevere, ut impoſterum Clerici in perpetua continentia viverent, neque, ut ante factum fuerat, uxores ducerent. Sed Concilium illud, uti jam inſinuavimus, anno MLXVIII. celebratum.

VIII. Antequam ei finis imponeretur, ſubdit Diagus cap. 58. *Raymundus* Comes Conventum Procerum, quem Hiſpani *Cortes* vocant, convocavit, ut in eo de legibus Gothicis, quod jam

fa-



*roſolymam proficiſci. De familia ergo domini noſtri plurimi tam milites, quam clerici, quorum primus, & præcipuus ego eram, cum licentia domini Comitis noſtri & benevolentia in dictum iter nos omnes accinximus, & Alemanniam petentes equites triginta numero & amplius domino Moguntino conjuncti ſumus. Parati namque omnes ad viam, & cum dominis Epiſcopis connumerati ſeptem millia pertranſeuntes proſpere multa terrarum ſpacia, tamdem Conſtantinopolim pervenimus. Ubi* * *Alexim Imperatorem ejus adorantes, hagioſophiam vidimus, & infinita ſanctuaria oſculati ſumus. Divertentes inde per Lyciam, in manus Arabicorum latronum incidimus, eviſceratique de infinitis pecuniis cum mortibus multorum; & maximo vitæ noſtræ periculo vix evadentes; tamdem deſideratiſſimam civitatem Hieroſolymorum læto intuitu tenebamus. Ab ipſo tunc Patriarcha Sophronio nomine viro veneranda canitie honeſtiſſimo ac ſanctiſſimo, grandi cymbalorum ſonitu, & luminarium immenſo fulgore ſuſcepti ſumus. Ibi quot preces inoravimus, quot lacrymas efflevimus, quot ſuſpiria ſuſpiravimus, ſolus ejus inhabitator novit Dominus noſter Jeſus Chriſtus.*

* Ducam) pro Duca imperitus librarius Alexim poſuit, putans non convenire ſimul Ducam & Imperat. neſciens Ducam eſſe cognomentum Imp. illius. At Alexius longe poſt hæc tempora vixit.

XLV. *Ab ipſo itaque glorioſiſſimo Sepulcro Chriſti ad alia Sanctuaria civitatis inviſenda circumducti, infinitam ſummam ſanctarum Eccleſiarum, & Oratoriorum, quæ Achim Soldanus dudum deſtruxerat, oculis lacrymoſis vidimus; & omnibus ruinis ſanctiſſimæ civitatis, tam extra, quam intra numeroſis lacrymis compaſſi, ad quorumdam reſtaurationem datis non paucis pecuniis,* * *exire in patriam, & ſacratiſſimo Jordane tingi, univerſaque Chriſti veſtigia oſculari deſideratiſſima devotione ſuſpirabamus. Sed Arabum latrunculi, qui omnem viam obſervabant, longius a civitate evagari ſua rabioſa multitudine innumera non ſinebant. Vere igitur accedente, ſtolus navium Januenſium in portu Joppenſi applicuit. In quibus cum ſua mercimonia Chriſtiani mercatores per civitates maritimas commutaſſent, & ſancta loca ſimiliter adoraſſent, aſcendentes omnes, mari nos commiſimus, & jactati fluctibus procelliſque innumeris, tamdem Brunduſium appulimus, & proſpero itinere per Apuliam Romam petentes, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Limina, & copioſa ſanctorum Martyrum monumenta per omnes nationes oſculati ſumus. Inde Archiepiſcopi cæterique Principes per dexteram Alemanniæ repetentes, nos verſus Franciam ad ſiniſtram declinantes, cum inenarrabilibus gratiis & oſculis ab invicem diſceſſimus; & tandem de triginta equitibus, qui de Northmannia pingues exivimus, vix viginti pauperes peregrini & omnes pedites macie multa attenuati reverſi ſumus.* Hactenus Ingulfus. Quæ recitaſſe non pœnituit ad inſinuandum, quo ſtatu tunc Hieroſolymorum civitas eſſet cum Eccleſiis circumquaque disjectis. Præſtat modo audire, in quam magnum diſcrimen adducti fuerint omnes, antequam pervenerint Hieroſolymam; & quomodo præter ſpem fuerint divinitus liberati. Lambertus ejus temporis Scriptor rem geſtam narrans antiquioribus admirandis Dei operibus haud imparem, ſic recenſet:

* al redire.

XLVI. *Interea prædicti Epiſcopi Hieroſolymam pergentes, dum magnitudinem opum ſuarum gentibus per quas iter habebant, inconſultius oſtentarent; ultimum ſibi pe-*



*ri-*

PAGIUS *A Conventu in quo leges Gothicæ abrogatæ diſtinguendum.* factum fuerat de legibus Eccleſiaſticis in Concilio, fieret. Huic adfuere *Hugo Legatus* & Magnates numero XXI. quorum conſilio & aſſenſu Codex Legum, vulgo vocatus, *Uſatici Barcinonenſes*, quo etiamnum utuntur Catalani, a Principe conditus eſt, ut liquet etiam ex ejus Præfatione, in qua legitur: *Hæc ſunt Uſaria de curialibus uſibus, quos conſtituerunt tenere in eorum patria omni tempore domnus Raymundus Barchinonenſis vetus Comes, & Adalmodis ejus conjux, aſſenſione & exclamatione illorum terræ Magnatum, videlicet Pontii Vicecomitis Gerundæ*, aliorumque ibidem nominatorum; inter quos cum nullus Epiſcopus compareat, Baluzius lib. 4. Marcæ Hiſp. ad annum MLXVIII. recte concludit, Gothicarum Legum abrogationem, ſeu potius Additionem ad veterem legis Codicem, factam non eſſe in Concilio Eccleſiaſtico, deceptumque Baronium, alioſque qui eam attribuunt *Hugoni* Legato, cum id factum fuerit Principis auctoritate. Fallitur tamen Vir doctiſſimus in eo, quod ait, *Concilium Barcinonenſe* ex Conciliorum Collectione delendum eſſe; cum, teſte Diago laudato, omnes Scriptores Catalani ejus mentionem fecerint.

IX. *Fœdus adverſus Saracenos in Catalania ictum.* Idem Baluzius loco laudato, & in Appendice Marcæ Hiſpanicæ pag. 1126. recitat fœdus ictum inter Ermengaudum Comitem Urgellenſem, & Raimundum Comitem Barcinonenſem, actum *VIII. Kal. Auguſti anno tertio regni Philippi Regis*, hoc ſcilicet Chriſti anno. Eo ſe Comites ad mutuum auxilium obligaverunt adverſus inimicos & hoſtes ſuos, ſive Saraceni illi eſſent, ſive Chriſtiani. Nominatim vero cautum, ut *Raimundus* auxilio eſſet adverſus *Alchagibum* Iſmaelitam Ducem Cæſarauguſtanum, ea conditione, ut earum rerum, quæ adverſus hunc caperentur ab *Ermengaudo* tertia pars rediret ad Raimundum. Poſt quæ Ermengaudus profectus adverſus Saracenos anno ſequenti, *in obſidione Barbaſtrenſis caſtri* quod eſt ad Cincam fluvium in Aragonia, *quod a Saracenis adhuc detinebatur, plurimum laboravit, & eo anno, quo captum eſt caſtrum, ſcilicet Incarnationis Chriſti MLXV. mortuus eſt*, ut legitur in Geſtis Comitum Barcinonenſium cap. 12. de ea expeditione hæc habet Chronicon Malleacenſe: *Per hac tempora Ermengaudus Comes Hildergenſis*, (legendum, Urgellenſis) *poſt triumphos copioſos de Mauris & Sarracenis prælio inito ultimo innumerabilem*

*ſtra-*

In quanta diſcrimina prolapſi chriſtiani peregrini.

*riculum conſciverunt, niſi rem humana temeritate prolapſam divina miſericordia reſtituiſſet. Nam barbaros, qui ex urbibus & agris ad ſpectandos tam illuſtres viros catervatim profluebant, primo peregrini cultus ac magnifici apparatus ingens miraculum, deinde ut fit, non minor prædæ ſpes ac deſiderium cepit. Itaque cum, tranſita Lycia, in fines Sarracenorum introiiſſent, & jam in civitate, cui Ramulo nomen eſt, una vel paulo plus manſione abeſſent, proxima paraſceve ante Paſcha, circa tertiam diei horam incurſionem paſſi ſunt ab Arabicis. Qui comperto tam inſignium virorum adventu, undique ad ſpolia diripienda frequentes armatique confluxerant.*

XLVIII. *Plerique Chriſtianorum religioſum putantes manu ſibi auxilium ferre, & ſalutem ſuam, quam peregre proficiſcentes Deo devoverant, armis corporalibus tueri, prima ſtatim congreſſione proſtrati, vulneribus multis confecti, omnibus, quæ habebant a filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ expoliati ſunt. Inter quos Vuillelmus quoque Trajectenſis Epiſcopus brachio pene plagis debilitato, nudus ac ſemivivus relictus eſt, cœteri Chriſtiani jactu lapidum (quod genus teli forte locus ipſe affatim miniſtrabat) non tam periculum propulſabant, quam mortem, quæ præſens urgebat, differre conabantur. Pedem etiam paulatim ſubtrahendo ad villam declinabant, quæ ab ipſo itinere ſpacio mediocri diſtabat. Capharnaum hanc fuiſſe, ex ſimilitudine vocabuli conjiciebant.*

XLIX. *Quam ut ingreſſi ſunt, Epiſcopi omnes atrium quoddam occupant, humili ſeptum maceria, & tam fragili, ut etiam ſi nulla vis adhiberetur, ſola vetuſtate facile corrueret. In cujus medio domus erat, cœnaculum habens ſatis editum, & ad repugnandum quaſi ex induſtria præparatum. Hujus ſuperiora Epiſcopus Moguntinus cum clericis ſuis & Bambergenſis, inferiora cœteri Epiſcopi ſibi vendicant. Laici omnes ad arcendam vim hoſtium, & maceriam defendendam impigre diſcurrunt, & primam quidem certaminis procellam lapidum jactu, ut prædictum eſt, ſuſtinuere. Deinde cum barbari magnam telorum nubem in caſtra conjeciſſent, & ipſi plerumque impreſſione in eos facta, clypeos & gladios e manibus eorum vi extorſiſſent: non ſolum jam maceriam tueri ſufficiunt, ſed portis etiam interdum erumpere, & pugnam cominus laceſſere audent. Quorum impetum dum Arabes nullo jam loco, nulla acie ſuſtinere poſſent: conſilium tamdem a tumultuaria congreſſione ad obſidionem vertunt, & inedia atque laſſitudine conficere aggrediuntur, quos ferro expugnare non poterant. Itaque multitudinem, qua ſuperabundabant, conglobatis ſcilicet circiter duodecim millibus partiuntur, ut alii aliis viciſſim ad oppugnationis ſtudium ſuccedentes, nullam illis vel paululum reſpirandi copiam facerent, ſuſpicantes quod propter inopiam rerum omnium, quibus vita humana ſuſtentari ſolet, dimicandi laborem non diu toleraturi forent.*

L. *Ita Chriſtiani toto paraſceve, toto ſabbato ſancto uſque ad tertiam fere horam Paſchalis diei ſine intermiſſione oppugnabantur, nec eis hoſtilis improbitas vel modicum temporis punctum, quo ſaltem ſomni perceptione corpora recrearent, indulgebat. Nam & cibum & potum, mortem præ oculis habentes, non deſiderabant, nec ſi magnopere deſideraretur, quid ſumerent, omnium inopes habebant. Cum autem die tertio labore & inedia exhauſti ad extremum perveniſſent, & fortia plerumque conatos virtus jejunio infracta fruſtraretur, quidam ex numero presbyterorum exclamavit: Non recte eos agere, qui in armis ſuis pluſquam in Deo ſpei ac roboris ponerent, & calamitatem, quam eo permittente, incidiſſent, propriis viribus propulſare conarentur. Propterea placere, ſibi, ut ſe dederent, præſertim cum triduana jam abſtinentia militaribus rebus eos inutiles prorſus reddidiſſet. Non eſſe Deo difficile, ut deditis eis, & ab hoſte ſub jugum miſſis miſericordiam præſtaret, qui ſuos toties etiam in ultima neceſſitate concluſos mirabiliter liberaſſet. Ut hoc quoque inferret, barbaros nequaquam propter ipſos occidendos tanto molimine graſſari, ſed ut pecunias eorum auferrent, quibus ſi potiti fuiſſent, liberos eos deinceps intactoſque ſine vi, ſine moleſtia abire paſſuros.*

*Pla-*

PAGIUS *ſtragem Sarracenorum perficiens, dum victor regreditur, alium exercitum Maurorum offendit viventem* (legendum, venientem); *quem cum paucis ſuorum laſſus perſequens, multos eorum occidit, & ipſe cecidit. Caput vero ejus Sarraceni pro magno theſauro ſecum apportaverunt; quod aromatizatum Rex eorum auro cooperuit, & ſemper ſecum in præliis ferebat cauſa victoriæ.*

X. Robertus Apuliæ, & Rogerius Calabriæ Duces nihil ſibi in tota Siciliæ inſula tutum eſſe poſſe judicantes, ſi Panormo non potirentur, *anno dominicæ Incarnat. MLXIV. cum quingentis tantum militibus Pharum mare tranſmeantes, tota Sicilia.... impune peragrata, Panormum uſque perveniunt.. Per tres menſes commorati, Panormitanis fortiter repugnantibus, verſus urbem quidem minime profecerunt, ſed viciniora circumquaque loca plurima depopulatione vexaverunt. At cum viderent ſe verſus urbem minime tunc temporis prævalere poſſe*, &c. *haud procul ab Agrigentina urbe tentoria figunt. Porro cives ejuſdem urbis viribus ſuis plus ne-* Expeditio Roberti Ducis Apuliæ in Siciliam.

*ceſ-*



LI. *Placuit conſilium omnibus, ſtatimque ab armis ad preces verſi, per interpretem, ut in deditionem acciperentur, orabant. Quo comperto Dux Arabum citato equo in primos advolat, & cœteros quidem longius ſubmovet, cavens, ne temere admiſſa multitudine præda confuſe diſtraheretur. Ipſe decem & ſeptem honoratiſſimos gentis ſuæ ſecum aſſumens, caſtra ingreſſus eſt patientia, relicto ad portas, præſidii cauſa, filio ſuo, ne quis forte prædæ avidus poſt ſe non vocatus irrumperet. Cumque admotis ſcalis cœnaculum, ubi Moguntinus & Bambergenſis Epiſcopi latitabant, cum paucis aſcendiſſet, Bambergenſis Epiſcopus, cui, licet junior ætate eſſet, tamen propter virtutum prærogativam, & totius corporis admirandam dignitatem præcipuus a cunctis honor deferebatur, rogare eum cœpit, ut omnibus quæ haberent, uſque ad noviſſimum quadrantem ſublatis, nudos ſe abire ſineret. Ille & victoria elatus, & propter ingenitam morum barbariem, accepta quoque tot congreſſionibus clade nimium efferatus ait, ſe adverſus eos jam triduo non ſine grandi damno exercitus ſui ea mente bellum geſſiſſe, ut ſuis conditionibus erga victos uteretur, non quas ipſi conſtituiſſent.*

LII. *Ne ergo falſa ſpe eluderentur, ſe omnibus, quæ haberent, ſublatis, carnes eorum comeſturum & ſanguinem bibiturum. Nec moratus, linteum, quo caput more gentis obvolverat, expediens, facto vinculo in collum Epiſcopi conjecit. Epiſcopus ut erat liberalis verecundiæ, & maturæ admodum gravitatis, ignominiam non ferens; tanto niſu pugnum ei dedit in faciem, ut uno ictu conſternatum ad pavimentum uſque præcipitem daret, vociferans inſuper, prius eum pœnas pro impietate daturum, quod impuras manus in ſacerdotem Chriſti profanus & idololatra mittere præſumpſiſſet.* Cur vero ad hæc permotus fuerit Bambergenſis, Marianus Scotus iſta amplius addit de barbarorum Duce: *Qui cum vidiſſent Epiſcopos glorioſos cum multis militibus & dorſalia pendentia, extendit corrigiam circa collum Bambergenſis Epiſcopi Guntheri, conſiderans magnitudinem & pulchritudinem ejus ait: Tu & omnia iſta mea erunt. Epiſcopus vero per interpretrem ait: Quid mihi facies? & ille dixit: Iſtum pulchrum ſanguinem gutturis tui ſugam, & ſuſpendam te, ſicut canem ante caſtellum. Tunc Epiſcopus comprehenſo capite ejus ſtravit Ducem in terram, atque omnes alii ligati ſunt.* Hæc ipſe. Pergit vero Lambertus:

LIII. Audax tentatur facinus. *Irruunt protinus alii clerici & laici, & tam huic, quam cœteris, qui cœnaculum aſcenderant, adeo arctis nexibus manus a tergo conſtringunt, ut ſanguis pleriſque rupta cute per ungues proflueret. Perlato audacis facti indicio ad eos, qui in inferiori parte domus conſiſtebant; ipſi quoque his, qui apud ſe erant Arabum principibus idem faciunt. Deinde laici omnes ſublato in altum clamore, vocatoque in auxilium ſibi omnium rerum opifice Deo, rurſum arma capeſſunt, maceriam occupant, præſidium quod circa portas erat, conferta manu fundunt fugantque, & ſic alacres, ſic innovatis inopino ſucceſſu viribus ubique rem peragunt, ut nihil laſſitudinis, nihil incommodi ex triduana eis inedia & labore acceſſiſſe putares. Alacritatem tantam repente ex trepidis rebus & ultima deſperatione coortam nimium admirati Arabes, nec aliam novitatis hujus cauſam ſuſpicati, quam quod de principibuis ſuis ſumptum fuiſſet ſupplicium; infeſtiſſimis animis in pugnam ruunt, & facto grege per arma, per viros in caſtra perrumpere parant. Et acta res foret, niſi mature orto conſilio Chriſtiani vinctos eo loco principes ſtatuerent, ubi atrociſſima vis hoſtium & creberrimus telorum imber incumbebat, appoſito ſuper capita eorum ſpiculatore, qui diſtrictum in manibus gladium tenens clamitabat, per interpretem: Niſi ab oppugnatione quieſcerent, non armis ſe adverſum eos, ſed principum capitibus dimicaturos.*

LIV. *Tum ipſi principes, quos præter vinculorum acerbitatem imminens quoque gladius cervicibus vehementer angebat, cum magno ejulatu ſuos obteſtabantur, ut moderatius agerent, ne obſtinate hoſtibus certamen inferentes, eos ad ſupplicium necemque ſuam, cum inciſa ſpes eſſet veniæ, inflammarent. Patris periculo attonitus filius Ducis Arabum, quem ad portam atrii a patre cauſa præſidii relictum ſupra memoravi, citato gradu in confertiſſimos ſuorum cuneos ſe dedit, & furentis exercitus impetum voce & manu increpitans, retinuit, & tela in hoſtes jacere prohibuit, quæ non hoſtes, ut ipſi putabant, ſed principes ſui propriis pectoribus excepturi forent. Per hanc occaſionem paululum ab armis & incurſionibus, vacatione data, nuntius ve-*

*nit*

PAGIUS *ceſſario confidentes, per portos prorumpendo forti ſtrepitu ſuper illos proruunt*, &c. *uſque in portas ſuæ civitatis perſequuntur*. Subdit Malaterra Robertum Ducem expeditionis caput veniſſe in Calabriam, & expeditionem ſolviſſe. Hæc Auctor barbarus, ſed coævus. Cæterum *portorum* & *portuum* vocibus horum temporum Scriptores fauces & cluſuras montium ac clauſtra exprimunt, ut videre eſt apud Ducangium in Gloſſario.

Lichudis Patriarchæ Conſtantinop. obitus, de quo anno MLXVI. num. X. ad hunc annum retrahendus.

*nit in caſtra ad Chriſtianos, miſſus ab his qui in paraſceve omnibus amiſſis, nudi & ſaucii uſque Ramulo, pertenderant. Is amaritudine & metu confectis mentibus magnum attulit refrigerium, indicans ducem prædictæ civitatis, licet Paganum, divino tamen, ut putabatur, inſtinctu animatum cum ingentibus copiis ad ipſos liberandos advenire.*

LVI. Liberantur a paganis Chriſtiani.

*Nec latere potuit Arabitas advenientium hoſtium fama, ſtatimque omnes averſis ab aliorum oppugnatione ad ſeipſos ſalvandos cogitationibus, præcipiti fuga, quo quemque ſpes evadendi vocabat, dilabuntur. In ea trepidatione dum alii ad alia curanda diſcurrerent, unus vinctorum evaſit, opera uſus Sarraceni cujuſdam, quem ducem itineris Chriſtiani habebant, tanto omnium dolore, tanto gemitu, ut ab eo cujus indulgentia dimiſſus fuerat, vix manus inhiberent. Non multo poſt dux ipſe (ut nuntiatum fuerat) cum exercitu advenit, pacificeque in atrium a Chriſtianis ſuſceptus eſt: ſuſpenſis tamen omnibus inter ſpem & metum, ne forte non ſublata calamitas, ſed hoſtis tantum mutatus eſſet, & propter novitatem rei difficile credentibus, quod ſatanas ſatanam eiicere, hoc eſt Paganus Paganum ab infeſtatione Chriſtianorum cohibere vellet. Primo omnium vinctos ſibi præſentari juſſit, quos cum aſpexiſſet, & quæ facta fuerant ordine audiſſet: maximas Chriſtianis gratias egit pro magnifice geſtis rebus, & expugnatis reipublicæ acerrimis hoſtibus, qui regnum Babylonicum, jam per multos annos aſſiduis populationibus infeſtaſſent, & magnas plerumque adverſum ſe inſtructas acies, commiſſo certamine obtriviſſent. Traditos eos cuſtodibus Regi Babyloniorum vivos ſervari juſſit. Ipſe accepta a Chriſtianis quanta convenerat pecunia, ſecum eos Ramulo perduxit, inde adhibito eis expeditorum juvenum præſidio, ne qua denuo latronum incurſione periclitarentur uſque Hieroſolymam eos perduci juſſit &c.* De reditu jam texit hiſtoriam reliquam. Contigerunt iſta de liberatione obſeſſorum Chriſtianorum feria tertia poſt Paſcha. Porro quingentos tantum Byzantios aureos perſolutos Duci liberatori, Marianus affirmat.

LVII. Terræmotus Conſtantinopoli.

Quod item ad res pertinet Orientis, hoc eodem anno Indictione ſecunda maximo omnium terræmotu, qui umquam fuiſſent, vexatas Thraciam & Bythiniam, Conſtantinopolique proſtrata templa Nicææque templum item Sophiæ ingens corruiſſe, veterumque Regum monumenta collapſa, tradit Curopalates tantam cladem pluribus proſecutus, qui hoc anno cœptum vigeſimatertia menſis Auguſti, perſeveraſſe uſque ad annos duos affirmat.



I. Adverſus Nicolaitas inſtauratur certamen.

SEquitur annus Redemptoris milleſimus ſexageſimus quintus indictione tertia, quo damnato omnium conſenſu in Synodo Mantuana ſchiſmatico Papa, reverſis ad propria, ut vidiſti, cunctis Epiſcopis, Petrus Damiani Epiſcopus Oſtienſis S. R. E. Cardinalis ad eremum unde venerat, rediens, adverſus eos qui remanſerant Eccleſiæ corruptores, ſtylum exerit; quem ſemper adverſus ejuſmodi peſtiferos homines exacuerat, Nicolaitas, ſcilicet turpes Eccleſiæ clericos, qui tantum abeſt, ut errorem corrigerent, ut potius obſtinate defenderent. De his namque in epiſtola ad Cunipertum Taurinenſem Epiſcopum inter alia in Laudenſis Eccleſiæ clericos iſta: *Sed cur ego ad coacervandos canones ultra progredior, quandoquidem hos ignorare ipſi etiam nequeunt, qui tumida adverſus eos cervice confligunt? Aliquando cum me Laudenſis Eccleſiæ tauri pingues armata conſpiratione vallarent, ac furioſo ſtrepitu vituli multi tumultuantes infrenderent, tamquam ructum fellis in os meum evomerent, dicentes:*

II. *Habemus auctoritatem Triburienſis (ſi tamen ego nomen teneo) Concilii, quod promotis ad Eccleſiaſticum ordinem ineundi conjugii tribuat facultatem. Quibus ego reſpondi: Concilium, inquam, veſtrum, quodcumque vultis nomen obtineat, ſed a me non recipitur, ſi decretis Romanorum Pontificum non concordat. Aucupantur enim quædam quaſi canonum adulterina ſarmenta, eiſque præbent auctoritatem, ut autenticam canonum valeant evacuare virtutem.* Cæterum adſcititium, & omnino ſpurium Concilii Triburienſis nomine citatum canonem eſſe, non dubitamus. Siquidem quod extat Triburienſe Concilium tempore Arnulphi Imp. celebratum, tantum abeſt, ut concedat connubium ſacris miniſtris altaris clericis, ut (*a*) graviſſimis pœnis afficiat ſanctimoniales conjugium expetentes. Nec putandum in aliqua alia Synodo Triburienſi aliquid contra priorem temere eſſe decretum, niſi forte ab iiſdem ipſis ejuſdem hæreſis ſectatoribus aliquid, ut moris eſt hæreticorum, fuerit innovatum. Sed & quis dubitat ejuſmodi hæreticos in ſuam defenſionem ea cuncta penitus adduxiſſe, quæ Græci ex appoſitis canonibus Apoſtolorum, & ſpuriis additamentis ad Sextam Synodum excogitarunt? Nam accipe, quæ in ſuam defenſionem Nicolaitæ, ut iſti modo, tunc inducebant; ſic enim Petrus Damiani in epiſtola ad Petrum Archipresbyterum:

(*a*) *Conc. Tribur. c.* 23.

Quæ defenſores connubii clericorum hæretici.

III. *Sed dicunt: Nonne dicit Apoſtolus:* (*b*) *Propter fornicationem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque virum ſuum habeat? Vir uxori debitum reddat, & uxor viro. Ecce,* inquiunt, *hæc Apoſtolica verba generalia ſunt, & dum unicuique nubendi licentiam tribuunt, nos excipere non videntur. Ad quod ego: Si per hæc verba conjugalis incontinentiæ paſſim fræna laxantur, Epiſcopis etiam ſive monachis inſuper & Abbatibus libertas eadem non negetur; & quoniam uterque ſexus non diverſa lege conſtringitur, etiam ſacræ virgines ad ineunda conjugalis copulæ fœdera provocentur. Et quæ aures attentæ Eccleſiaſticis doctrinis hoc æquanimiter ferant, & non protinus expaveſcentes immane ſacrilegium perhorreſcant?* Ita Petrus ab abſurdo, auditu horendo, dictu nefando, cogitatu pavendo concuſſus horrore ſuccidens potius, quam ſolvens id ſatis ad confutationem eſſe putavit. Cum tamen Apoſtoli verba, ſicut ab Apoſtolicis viris, ſanctis Patribus orthodoxis germano ſunt ſenſu interpretata, ab ipſiſque defenſoribus Eccleſiaſtici cœlibatus adverſus hæreticos, ut ſancto Hieronymo in Jovinianum, pertractata, alium ſenſum recipiant, non autem qui ab hæreticis eſt allatus; cum alioqui traditio ipſa, ab omnibus ubique & ſemper in Eccleſia Catholica conſumata, ipſa ſit optima Apoſtolicarum legum interpres. Sed de his ſatis ſuo loco ſuperius.

(*b*) 1. *Cor.* 7.

Quomodo abuſi ſint verbis Apoſtoli.

IV. Petri Dam. labores in Nicolaitas.

Petrus igitur ſtrenuus Eccleſiæ Catholicæ agoniſta, cum vidiſſet crimen ob defenſionem ipſius jam apud nonnullos in hæreſim pertranſiſſe; feſtinus occurit, multiplici ſcriptione ejuſmodi errorem, ſimulque errantes exagitans, atque primum, ut vidimus, ad Nicolaum Romanum Pontificem adverſus hos ſcripſit; inde vero ad dictum Cunipertum Taurinenſem Epiſcopum eodem argumento prolixiores litteras dedit; quarum eſt exordium: *Hæc eſt vera charitatis & amicitiæ regula, &c.* Redarguit enim ipſum, quod cum caſtiſſimus eſſet, tamen non corriperet clericos ſibi ſubditos fornica-

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MCIII. An. Hegiræ CCCCLVIII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6558.

☉ 10. B. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1065.

ALEXANDRI II. PAPÆ 5.

HENRICI IV. REG. 10.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 7.

inchoato die Decemb. fer. 6. A.C. 1065

nicarios, quam ſcriptam conſtat poſt Cadaloum in Synodo condemnatum, ut in fine ipſius idem ipſe ejus auctor affirmat. Poſt hæc vero ſcripſit ad Adelaidem duorum regnorum Reginam, ut quod minus per Epiſcopos impleretur, per ipſam ſancta Eccleſia conſequi poſſet. Incipit epiſtola:

V. *Quidquid de caſtitatis injuria, quam eadem Regina virtutum a clericis patitur, venerabili Taurinenſi Epiſcopo ſcripſi, &c.* Paulo poſt vero: *Ille tamen, Cunipertus ſcilicet, unius Eccleſiæ cathedram tenet, in ditione vero tua, quæ in duorum regnorum Italiæ videlicet & Burgundiæ porrigitur, non brevi confinio plures epiſcopantur Antiſtites. Ideoque non indignum videbatur, ut tibi potiſſimum de clericorum incontinentia ſcriberem; cui videlicet ad corrigendum, idoneam ſentio non deeſſe virtutem: præſertim (quod ad laudem Dei dixerim) cum virile robur in pectore regnet fœmineo, & ditior ſis bona voluntate, quam terrena poteſtate. Unde quia juxta poetæ Gentilis eloquium, opus eſt huic tutore, quem defenſorem paro; hortor & peto, ut tu domino jungaris Epiſcopo Taurinenſi, quatenus mutuæ virtutis fulti munimine, furentis in Chriſtum luxuriæ valeatis aciem debellare, &c.* Ad poſtremum vero, hocque exiſtimo anno, adverſus eoſdem clericos uxoratos ad Petrum Lateranenſem Archipresbyterum, quem ſciret adverſus ejuſmodi facinoroſos clericos zelo legum paternarum æſtuantem acerrimum aſtare vindicem, & fortiſſimum aſſiſtere bellatorem, ſcripſit in hunc modum:

*Domno Petro Lateranenſis canonicæ Archipresbytero Petrus Peccator monachus fraternæ glutinum charitatis.*

VI. Ad Petr. Archipresbyt. Lateranenſ. Petrus Dam.

*Tantum valet jaculum, quanta virtus eſt bellatoris. Nam quantalibet limetur & exacuatur induſtria, ſi brachium vibrantis elangueat, inſignis victoriæ manubias non reportat. At ubi bellator eſt ſtrenuus, per obtuſum quoque gladium, cæſis hoſtibus, aliquando fit triumphus. Nam & Goliath inſigni munitus gladio, non modo perdidit, ſed percuſſus occubuit. Et (a) Samſon cum vili mandibula aſini, mille de Philiſthiin viros occidit. Hinc eſt, quod cum Jether (b) primogenitus Gedeonis gladium timuiſſet educere, Zebee & Salmana Reges Madian dixerunt Gedeoni: Tu ſurge & irrue in nos quia juxta ætatem robur eſt hominis. Itaque qui contra clericorum luxuriam tamquam tudites jaculum fabrico, in nullius eum melius quam in tuis manibus pono. Tanto quippe zelo vidi te ſemper adverſus eorum perditos mores medulliter inardeſcere, ut Phinees vel Eliæ judiceris incendio non egere. Adeo ut plus inſugillationis tuæ vereantur alloquium, quam ipſum quoque timeant Papale decretum. Nam velut egregius canis aulæ regiæ cuſtos nocturnos fures * baubatibus impetis, eoſque ne libidinis ſuæ facibus palatium regale comburant, mordicus apprehendis. Non enim te latet, quia presbyteris diaconis & ſubdiaconis tam diſtricte, tam rigide regula caſtitatis indicitur, ut omni Catholicorum Patrum concurrente judicio, a contrahendis nuptiis funditus abſcindantur. Et certe ſatis eſt ratione pleniſſimum, ut poſt Epiſcopos in his quoque tribus gradibus pudicitiæ candor effloreat, quo nimirum ſacris myſteriis familiarius appropinquant.*

(a) Jud. 15.
(b) Ibid. 8.

* latratibus.

VII. *Nam quia Dominicum corpus in virginalis uteri templo coaluit; nunc etiam a miniſtris ſuis continentis pudicitiæ munditiam quærit. Plane ſicut concipienti Deiparæ virgini non virile ſemen influxit, ſed virtus ſancti Spiritus obumbravit; ita nunc in altari poſitum ſacramentum, eadem ſancti Spiritus virtus eſt quæ vivificat, & neceſſe eſt, ut hoc pudica manus & impolluta contingat. Sed quoniam ſuper hoc themate prolixius jam alibi diſputavimus, & primo quidem piæ memoriæ Nicolao Papæ, deinde Taurinenſi Epiſcopo, poſtremo Comitiſſæ Adelaidè viritim ſcribentes diverſa Scripturarum exempla congeſſimus: ad illa te, frater venerande, tranſmitto, illis te velut armis militaribus induo, atque ut alter Joſue, urbem Jericho ſubvertere nitaris, imploro, impello.*

VIII. *Supereſt ergo, ut eoſdem clericos ipſe pauliſper aggrediar; quatenus quod in camino pectoris fervet, id labii quoque rimis patentibus evaporet. Convenio vos o proletarii, uxorii, ac mulierum dominantium ditionibus * inſerviti: Ut quid canonicæ ſanctionis jura confunditis, & a ſanctis Patribus inſtitutam pudicitiæ Eccleſiaſticæ regulam violatis? Proh pudor! libidinis veſtræ legibus colla ſubmittitis, & promulgata per ora doctorum ſancti Spiritus edicta calcatis. Ecce per vos Apoſtolorum labor evertitur, & ædificium, quod doctores Eccleſiæ fundaverunt, liquet quod vobis impugnantibus obruetur. Et ita fit, ut lex Eccleſiæ, quam clericalis ordo conſtituiſſe dignoſcitur, per eumdem rurſum ordinem e contrario deſtruatur, &c.* Clericalem ordinem appellat ipſam ſucceſſionem Eccleſiæ miniſtrorum ab Apoſtolis dimanantium. Ubi vero ejuſmodi clericos legitima diſputatione perurget; eumdem Petrum Archipresbyterum ita compellat:

* inſcripti.

IX. *Porro autem quia ſancti conventus rector conſtitutus es, noli diſſimulare culpam, ſed mox ut emerſerit, adhibe diſciplinam, ut cum Phinees te zelus ad æterni ſacerdotii jura promoveat, non cum Heli ſub torpore deſidiæ ignobiliter oſcitantem ultio repentina percellat, &c.* Monet autem, ut ſic eum zelus impellat, ut tamen iracundia non præcipitet, atque ut ad hæc agenda jæjunio ſe muniat, & frequenti ſacroſancti ſacrificii oblatione corroboret. Ita Petrus Damiani, ut alter Joannes Baptiſta vox clamantis in deſerto, ab eremo calami, ut tubæ Dei, ubique clangore perſonans, ubique perſtrepens, intonans atque reſonans, pios excitavit ad pugnam, reprobos timore concutiens, pavore diſiiciens, vel manus dare, & colla ſubiicere Eccleſiaſticæ diſciplinæ coegit, vel in fugam adegit, atque in abditiſſima quæque loca impudicitiæ thoros fecit abſcondere, ut jam non eſſet, qui auderet conſcia luce peccare, neque ultra, ut antea peccata defendere, & ſicut Sodoma prædicare. Sic igitur in ſuas domos ejuſmodi ſtercora ſuo putore Eccleſiam corrumpentia, & turpitudine conſpurcantia immiſſa ſunt verbi Dei verriculo, ubi amplius non viſenda maneant, in perpetuum igni inextinguibili conſumenda.



Nicolaitæ cohibiti.

X Inceſtuoſorum hæreſis.

Compeſcuit idem ipſe eodem tempore hæreſim Inceſtuoſorum dictam, quæ a quibuſdam Jureconſultis eſt excitata atque defenſa, qui auctoritate Juſtiniani Imperatoris eadem ratione, qua in ſucceſſionibus numerandos eſſe dicebant gradus conſanguinitatis. A quonam autem error originem duxerit, haud ſatis exploratum. Porro a Jureconſulto Florentino magnopere defenſam eſſe, teſtificatione ejuſdem Petri reperimus. Fuit autem præ cæteris in hoc certamine eidem Petro Damiani plurimum inſudandum, quod teſtantur ejus ſcripta eodem argumento elaborata. Siquidem cum adeo increbreſceret ejuſmodi error, ut ob acerrimos ejus defenſores tranſiret in hæreſim; compulſus eſt ipſe Petrus adverſus eos commentarium ſcribere, cujus iſte eſt titulus:

XI. Petri Dam. in inceſtuoſos.

*Petri Damiani humilis monachi de parentelæ gradibus.* Incipit autem: *Reverentiſſimis in Chriſto viris Ill. Cæſenati Epiſcopo & D. D. Archidiacono Ravennati Petrus peccator monachus digni famulatus obſequium.* Sed quænam ea ſcribendi neceſſitas incubuerit, ita ipſe præfando ſignificat:

*Ravennam (ut noſtis) nuper adii, quam mox periculoſi erroris ſcrupulo turbatam vacillare cognovi. Erat autem de conſanguinitatis gradibus diſceptatio plurima, atque eo jam res uſque proceſſerat, ut ſapientes civitatis in unum convenientes ſciſcitantibus Florentinorum veredariis, in commune reſcripſerint: ſeptimam generationem canonica auctoritate præfixam ita debere intelligi, ut numeratis ex uno generis latere quatuor gradibus, atque ex alio tribus, jure jam matrimonium poſſe contrahi videretur.*

XII. *Ad aſtruendam quoque præpoſteræ hujus allegationis ineptiam, illud etiam in teſtimonium deducebant, quod Juſtinianus ſuis interſerit Inſtitutis: Sed nec neptem, inquit, fratris vel ſororis ducere quis poteſt, quamvis quarto gradu ſit. Ex quibus nimirum verbis inductoria quædam argumenta colligebant, dicentes: Si neptis fratris mei quarto a me jam gradu dividitur, conſequenter etiam filius quinto, nepos item ſexto, pronepos autem meus ſeptem ab ea procul elongatus gradibus invenitur. Et quidem ego nudis verbis iſta dogmatizantibus reſtiti; ac prout in expeditione licuerat, emergentem (ut ita fatear) hæreſim canonicæ teſtimoniis auctoritatis attrivi. Quo tamen vos minime contenti, dignum eſſe decreviſtis, ut quod ore protuleram, apicibus traderem; & ita non paucis, ſed omnibus hoc errore nutantibus facili compendio reſponderem.* Ita Petrus, qui duodecim capitibus lucubrationem illam abſolvit.

XIII. Quæ in cauſidicum Florentin.

Porro adverſus cauſidicum Florentinum diſputaſſe Ravennæ ejuſmodi controverſiam, ipſe Petrus ſeptimo capite oſtendit his verbis: *Poſt illam autem vix evitabilem Juſtiniani ſententiam, qua videlicet neptis fratris quarto dicitur eſſe gradu, quidam promptulus, cerebroſus ac dicax, ſcilicet acer ingenio, mordax eloquio, vehemens argumento, Florentinus puto, verbis me beati Gregorii inſolenter urgebat, quibus nimirum præcepit Anglos, quarta vel quinta generatione debere conjungi.* Ad poſtremum autem perorans, prolixitatem excuſans ob neceſſitatem confutandi ſerpentem errorem, hæc ait: *Dixerit me quiſpiam, verbis liberius evagatum; ſed mihi tanti eſt proximorum meorum ſalus, ut non otioſum credam multorum lignorum pyram accendere, qua baſiliſcum licet exiguum, incolumi populo, neceſſe ſit interire.*

XIV. *Nec multa aqua inaniter funditur, ſi ſcintilla ignis, qua urbs cremanda fuerat, extinguatur. Vilis plane ſagitta pectori bellantis infigitur, ſed antequam exeat multo labore ſudatur. Verumtamen qui me lacinioſi operis arguit; perpendat, cum quibus mihi in hac diſceptatione negotium, & mox neceſſitati deputet, quod verboſitati hactenus adſcribebat. Neceſſarium quippe duximus iſta conſcribere, ne cancer, qui in dies per augmenta ſerpebat, peſtilentius adhuc ſe per Eccleſiæ viſcera dilataret. Vos autem ſereniſſimi in Chriſto & venerabiles viri, videlicet qui me hoc opus aggredi præcepiſtis,*

*tantæ perverſitatis errori cum omni auctoritate reſiſtite; & ne ſe per corpus Eccleſiæ lethalis lepra diffundat, viriliter obviate. Caſtitas nempe quædam ſpecialis virtus eſt, quæ ab ipſo mundi primordio in Dei cultoribus viguit, & proceſſu temporis paulatim ſemper excrevit: nunc autem, divino imminente Judicio, cum ſuadendi eſſent homines hujuſmodi carnis voluptates abſcindere; ultro etiam procurant inceſtuoſis matrimoniis fœdari.*

XV. *Adverſus ergo hujuſmodi peſtes ſacerdotalis ſe auctoritas erigat, & improbæ temeritati diſciplinæ vigor obſiſtat. Non detur cornu peccatori, nulla relinquatur audacia vanitati. Vivat adhuc in Eccleſia ille (a) Moſaicus ſerpens, qui incantatorum colubros ſorbeat. Vivat inquam ſpiritualis prudentia, quæ carnalis verſutiæ venena conſumat: ut quos proprii arbitrii libertas effrenata laxaverat, canonicæ ſeveritatis cenſura compeſcat: & quos tamquam celebris famæ tumor inflaverat, redditæ rationis gravitas premat: quoſque Fidei unitas congregat, doctrinæ ſciſſura non ſpargat. Sic ſic nimirum noſtro ſtudio ad ſobrii intellectus concordiam redeant; ut jam humiles facti uno ſpiritu ſe cum eccleſiaſtica pace componant. Quatenus & veternoſus coluber deſinat pravi dogmatis virus effundere, & Eccleſia Chriſti de cætero integra poſſit in ſui pudoris munditia permanere.* Hucuſque Petrus. Qui & quod eodem opere, capite decimo docuiſſet, in enumerandis gradibus; unam ſemper debere abundare perſonam; cum eidem ſententiæ contradicerent plures; de his rationem reddens, poſtmodum epiſtolam prolixam ſcripſit ad quemdam religioſum presbyterum. Eſt ejus exordium: *Admonet vir ſapiens &c.* Iſta vero Petri Damiani vetera monimenta reperimus in codice pervetuſto operum Petri Damiani ex monaſterio ſanctæ Mariæ de Angelis poſtea ordinis Ciſtercienſis, ſcripto anno Redemptoris milleſimo centeſimo tertio, juſſione vero Papæ Clementis VIII. Romam ad nos miſſo, cum Conſtantinus Cajetanus monachus Caſſinenſis apud nos laboraret in colligendis ejuſdem Petri Damiani, quæ reperiri poſſent, ſcriptorum monimentis, ut eadem ſimul in lucem daret.

(a) Exod. 7.

XVI. Concilia duo Rom. adverſus inceſtuoſos.

At vero in immenſum erumpens & excreſcens flamma, etſi comprimi, haud tamen valuit Petri Damiani ſcriptis penitus tolli, ſed Apoſtolica opus fuit auctoritate. Adeo enim quorumdam Jureconſultorum invaluit defenſione, ut magno fuerit ipſi Alexandro Pontifici labore certandum, atque duo Concilia eodem anno ad eum tollendum errorem Romæ pariter congreganda. In quorum priore idem Alexander ejuſmodi decretum edidit, quod a Gratiano deſcribitur vebis iſtis:

XVII. *Ad Sedem (b) Apoſtolicam perlata eſt quæſtio noviter exorta de gradibus conſanguinitatis, quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eoſdem propinquitatis gradus contra ſacros canones & Eccleſiaſticum morem numerare nituntur; novo & inaudito errore affirmantes, quod germani fratres vel ſorores inter ſe ſint in ſecunda generatione, filii eorum vel filiæ in quarta, nepotes vel neptes in ſexta: talique modo progeniem computantes, & in hujuſmodi ſexto eam gradu terminantes, dicunt deinceps viros ac mulieres inter ſe poſſe nuptialia jura contrahere; & ad hujuſmodi profanum errorem confirmandum, in argumentum aſſumunt ſæculares leges, quas Juſtinianus Imperator promulgavit de ſucceſſionibus conſanguineorum, quibus confiſi oſtendere moliuntur, fratres in ſecundo gradu eſſe numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in ſexto; ſic ſeriem genealogiæ terminantes, numerationem ſanctorum Patrum, & antiquam Eccleſiæ computationem ad nos uſque perductam perverſa quadam calliditate diſturbare nitebantur. Nos vero, Deo annuente, in Synodo habita in Lateranenſi conſiſtorio, convocatis ad hoc opus Epiſcopis & clericis atque judicibus diverſarum provinciarum; denique diu ventilatis legibus & ſacris canonibus, diſtincte invenimus, ob aliam atque aliam cauſam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem.*

(b) 35. q. 4. c. ad Sedem Apoſtolicam & c. quod autem frater ead. quæſt.

XVIII. *In legibus ſiquidem ob nihil aliud ipſorum graduum mentio facta eſt, niſi ut hæreditas, vel ſucceſſio ab una ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur: in canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monſtretur uſque ad quotam generationem a conſanguineorum ſit nuptiis abſtinendum &c.* Et in fine ſic: *Taliter igitur determinatis gradibus conſanguinitatis, Apoſtolica vos auctoritate monemus fratres & filii, ut omnibus ſic ſeriem genealogiæ computandam eſſe intimetis, quemadmodum ſancti Patres numerandam eſſe ſanxerunt, & antiquus mos Eccleſiæ per longa tempora olim computaſſe monſtratur. Nam ſi quis perverſa, & obſtinata mente a recto tramite Apoſtolicæ Sedis deviare voluerit, & aliter quam nos, in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit; primum pro ſua temeritate cœleſti pœna plectetur: poſtmodum vero gladio perpetui anathematis ſe noverit jugulandum. Datum Romæ &c.* Hæc in priori ejuſdem anni Concilio, quo excommunicationis comminatio facta eſt, ut habetur apud Gratianum.





XIX. Sed & apud (a) Ivonem Carnotenſem Epiſcopum, qui in fine ſæculi hujus claruit, recitata reperiuntur alia ejuſdem argumenti decreta, ab eodem Alexandro Pontifice data ad diverſos, nempe ad Neapolitanos unum, ad Venetorum Epiſcopum aliud, aliud inſuper ad Epiſcopum Baſileenſem, aliud etiam ad Epiſcopum Aretinum, quibus intelligas fuiſſe eidem Pontifici in his plurimum laborandum. Cum vero ejuſdem Alexandri ejuſmodi commonitio non ſufficeret, opus illi fuit eodem anno celebrare aliud Concilium, in quo ejuſmodi inceſtuoſos excommunicatione percelleret: ſed (quod doluit Petrus Damani) id etiam ſine fructu: nam arte diaboli conglutinatis animis inceſtuoſorum conjugum, nullo timore æternæ damnationis ab invicem divelli potuerunt. Teſtatur id quidem ipſe Petrus Damiani, dum de his agit, hæc dicens: (b)

(a) Ivo part. 9. c. 6. q. 10. 37.

Poſterius Conc. adverſus inceſtuoſos.

(b) Pet. Dam. de contempt. ſæculi c. 29.

XX. Contemptores excommunicati.

*Ecce inſuper hoc anno (ſicut noſtis) per Romanæ Sedis Antiſtitem bis congregatum eſt ſynodale Concilium, ubi denuo omnes inceſtuoſi, juxta canonum decreta Eccleſiaſtica ſunt communicatione privati. Sed quis ex tot millibus hominum ſaltem unum vidit ab infauſti fœderis abominatione divulſum? Immo ne profundiori ipſius calamitatis abſorberetur hiatu, quis eorum poſt hæc Eccleſiæ limen terere deſtitit? aut quis inſuper iſta conſiderans ab eorum ſe familiaritate removit? In omnes itaque lethalis lepræ contagium ſerpit; quia nimirum omnes eorum complices Apoſtolicæ excommunicationis nexus aſtringit. Enimvero quiſquis conjugalis proſapiæ titulis inſignitur: quiſquis male blandientis formæ ſuavi venuſtate mulcetur, præſertim ſi largioris ſubſtantiæ dotibus affluit, vel ſubcreſcentis ſobolis indoles ſpem ſibi futuræ poſteritatis infundit; conſultius judicat a Deo manifeſte recedere, quam adeo lucroſi matrimonii glutinum diſgregare.*

XXI. *Si vero his contraria evenerint, atque uxoriæ calamitatis incommoditate percellatur; ipſe vir falſæ conſanguinitatis lineam texit, & inaudita proavorum nomina per multa argumenta confingit, atque ſimul quoſdam in hujus allegationis teſtimonium advocat, quos tamen per vitæ terminum ſublatos e medio non ignorat. Is itaque ſibimet accuſator & reus crimen impingit, ſcelus exaggerat, atque adminiculum, quo ex tam periculoſo naufragio enatare poſſit, inquirit:* Hæc Petrus ſignificans, aliud adhuc malum ex his oriri; cum videlicet nonnulli legitime copulati, prætextu fictæ conſanguinitatis, ſolutionem a nexu matrimonii procurarent, quos initi conjugii pœniteret, cum in mala plurima, quæ non putaverant, impegiſſent.



XXII. Cum vero, ut audiſti, inceſtuoſorum numerus increbreſceret, iidemque contumaces & contemptores excommunicationem Eccleſiæ vilipenderent, nec recedere ab improbato conjugio vellent; Deus in unum ipſorum, in exemplum cæterorum, diram vindictam exercuit, atque inrationalium beſtiarum facto, quid rationali homini ſit faciendum, oſtendit. Rem geſtam ab Epiſcopo * Apſarenſi, Pio nomine, acceptam omni fide teſtatam ſic ipſe recitat Petrus Damiani in epiſtola ad Alexandrum Papam electum & ad Hildebrandum: *Quidam*, inquit, *degener quidem moribus, ſed majorum titulis inſignitus ſuam conſanguineam nuptiali fœdere copulavit. Quid plura? Prohibitus perſtitit, excommunicatus adhæſit, totumque Eccleſiaſticæ cenſuræ vigorem nugarum puerilium fabulas deputavit. Cui hoc certe ad divinæ indignationis indicium contigit, ut panes de nuptialibus menſis in plateas ante canum ora projecti minime tangerentur. Inſuper (o divinæ animadverſionis pavenda ſeveritas!) dum rigidus ſtat, dum præceptis ſacerdotalibus ſe non humiliat, qui vigilare ſibi ad ſalutem noluit, in cubiculo dormientem repente de cœleſtibus irruens fulmen extinxit. Sic divini furoris expertus eſt moriendo ſententiam, qui vulneri ſuo, dum viveret, adhibere contempſerat medicinam:* Hæc Petrus; ac de his hactenus.

* Dei vindicta adverſus inceſtuoſum.

XXIII. Reverſus autem Petrus ex Romano Concilio in ſolitudinem, accepit epiſtolam ab eodem Alexandro Pontifice, qua ſignificaret, ejus expetere ſaltem litteras, cujus non licuiſſet diutius frui præſentia. Ad quem ipſe iſta reſcripſit, quibus quæ eſſent in Eccleſia emendanda ſignificavit:

*Domino ſuo Alexandro Papæ Petrus peccator monachus ſervitutem.*

XXIV. *Scripſiſtis, ut ſcriberem: præcepiſtis ut ſæpe vobis licet incultas, ineptiæ meæ ſchedulas deſtinarem. Verum me magis libet flere, quam ſcribere: immo hinc gravius fleo, quia flere non valeo. Ita nimirum a Synodo, cui veſtræ ſanctitatis auctoritas præfuit, contritus nuper & arefactus abſceſſi; ut mens mea tot oppreſſa negotiis, more ſilicis obdurata, nec per imbrem ſe compunctionis emolliat, nec ſe quantulumcumque ſuper ſe gratia intimæ contemplationis attollat. Hoc itaque mihi datur ad pœnam, quod promiſſum eſt Sanctis dandum eſſe per gratiam (b): Abſterget, inquit, Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Et in Pſalmo dicitur: (c) Qui eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis. Quod ergo ſanctis viris prærogatur ad præmium, hoc meis meritis infligitur ad tormentum. Quapropter hæc apud me definita ſententia eſt, quia*

Quæ Petrus ad Papam de duobus corrigendis.

(b) Apoc. 21.

(c) Pſ. 114.

de cœtero, niſi me neceſſitas inevitanda compellat, donec advixero, Romanis me Conciliis funditus abſentabo.

XXV. De anathemate non paſſim infligendo. Præterea duo quædam apud Apoſtolicam Sedem frequens uſus obtinuit, quæ ſi ſancta prudentia veſtra judicat, ut nobis videtur, omnino digna ſunt corrigi. Unum, quia cunctis fere decretalibus paginis anathema ſubjungitur: Alterum, quia cujuſlibet Eccl. filius ſive clericus ſit ſive laicus, exponere proprii exceſſus Antiſtitis probibetur. Quorum primum quam ſit humanæ ſalutis immane periculum, & infinite patens vorago labentium ac pernicies animarum, clementiæ veſtræ pietas non ignorat. Dicitur enim, quiſquis hæc vel illa non fecerit, ſive certe quiſquis hoc, quod ſuperius ſtatutum eſt, irritum duxerit, vel in aliquo violaverit, anathema ſit. Ubi notandum quam lubrica, quam præceps ſubito ruendi illic procuretur occaſio; ut ante quis in æternæ mortis barathrum corruat, quam ſe vel leviter impegiſſe cognoſcat, & ſubſtratæ quodammodo tendiculæ jam pes ejus innectitur, dum ſe liberis adhuc incedere greſſibus arbitratur. Delinquit itaque quiſquis ille eſt in illud Apoſtolicæ conſtitutionis edictum, & aliquando levi quadam ac perexigua offenſione tranſgreditur: & continuo velut hæreticus, & tamquam cunctis criminibus teneatur obnoxius, anathematis ſententia condemnatur.

XXVI. Et cum dictante juſtitia, alia ſit ultione plectendus, qui plus delinquit, alia qui minus excedit; hic graviter, leviterque peccantibus æqua cunctis & indifferens pœna, ipſius ſcilicet anathematis, irrogatur. Non tribunalium more, vel forenſis examinis aut libertas læditur, aut poſſeſſio confiſcatur, nec pecuniariæ mulctæ reus addicitur, ſed Deo potius, omnium ſcilicet bonorum auctore privatur. Hanc itaque homo de homine pœnam ſumit, quam de ſui tranſgreſſione mandati ipſe quoque Deus omnipotens non præſumit (a); Qui amat, inquit, patrem aut matrem pluſquam me, non continuo addidit, ſit anathematizatus vel maledictus, ſed tantum ait: Non eſt me dignus (b). Et in lege oculus pro oculo, dens pro dente, percuſſura, pro percuſſura, aduſtio pro aduſtione duntaxat exigitur: nec continuo qui reus eſt, de ſynagoga proiicitur, vel maledictione damnatur.

(a) Matt. 10.
(b) Exod. 21.

XXVII. Non enim ſecundum Stoicos, omnia peccata ſunt paria, atque idcirco indifferenti ſunt ultione plectenda, ſed juxta modum culpæ temperanda; ſemper eſt menſura vindictæ. Porro nec beatus Papa Gregorius, vel cæteri Patres, qui diverſis temporibus in Apoſtolicæ Sedis regimine floruerunt, hunc morem in ſuis repertuntur obſervaſſe decretis. Et vix eorum aliquando ſtatutis anathema ſubnectitur, niſi cum Catholicæ Fidei clauſula * terminatur. Quamobrem ſi ſanctæ prudentiæ veſtræ placet, hunc morem de cœtero a decretalibus paginis amoveri præcipiat, & vel damni pecuniæ, vel alterius cujuſlibet ultionis calculum in earum tranſgreſſione præfigat; ne quod aliis eſt ad tuitionis munimenta proviſum, aliis ad perniciem proveniat animarum.

* temeratur.

XXVIII. De accuſationibus Ep. deferendis ad Sed. Apoſtolic. Illud etiam quod dicitur, non licere cujuſlibet Eccleſiæ filium ad majorem Eccleſiam proprii reatus Epiſcopi, & quæcumque ſunt corrigenda, deferre: nimis abſonum, & prorſus Eccleſiaſticæ diſciplinæ probatur adverſum. Nam cui melius dicitur, quod delinquit Epiſcopus, quam illi, qui magiſtri officio fungitur? Et ideo inter fratres reliquos præeminet, ut quod aliis non licet, ipſe ſolus per propriæ ſedis privilegium errata corrigat ſacerdotum. Quis eſt enim hic arrogantiæ tumor? quis elationis faſtus? quæ denique tanta ſuperbia, ut liceat Epiſcopis per fas & nefas ad propriæ voluntatis arbitrium vivere; & quod inſolenter exceſſum eſt, a ſubjectis ſuis dedignetur audire? Præſertim cum illi non adierint tribunalia Præſidum, non forenſium pulſaverint examina cognitorum, ſed Eccleſiarum potius adeant, & ſacerdotibus judicabilia ſui ſacerdotis exponant; ut quod ſæcularibus venire poterat in deriſum, graviter & boneſte per ſacerdotale corrigatur officium.

XXIX. Ubi profecto dignum eſt, ut is qui impetitur, vel ex ratione ſe exbibeat innocentem, vel confiteatur bumiliter peccatorem. Nec bis allegationibus utendum eſt, ut dicat ſe non debere ab bis, qui ſibi ſubjecti ſunt, accuſari; ne videatur exceſſibus ſuis velamen obtendere, & judicium ſubterfugere, dum conatur in alium motæ quæſtionis injuriam retorquere. Quis enim neſciat, quod princeps Apoſtolorum Petrus poteſtatem regni cœleſtis accepit? (c) Virtutem ligandi, ſive ſolvendi, quod vellet in cœlis ac terris obtinuit? (d) Supra mare pedibus ambulavit? (e) Sola ſui corporis umbra ægrotantes erexit? mentientes jaculo nudi ſermonis occidit? (f) oratione mortuos ſuſcitavit? Hic itaque tam ſublimis meriti vir cum ex admonitione ſancti Spiritus ad Cornelium, gentilem videlicet bominem, fuiſſet ingeſſus, adverſus eum quæſtio facta eſt ab bis, qui erant ex circumciſione, fidelibus, quod ad alienigenas introiſſet, atque cum eis comedere præſumpſiſſet, inſuper & in baptiſmate recepiſſet.

(c) Matt. 16.
(d) Matt. 14.
(e) Ibid. 9.
(f) Ibid. 10. 11.

XXX. Hic, inquam, tot donorum cæleſtium incomparabili virtute ſuffultus, tot miraculorum oſtenſione conſpicuus, querelæ ſubjectorum non ex poteſtate reſtitit, ſed ra-



tionem reddendo humiliter ſatisfecit, cauſamque per ordinem veridicus relator expoſuit, quomodo videlicet vas quoddam velut linteum, in quo quadrupedia terræ, reptilia atque volatilia inerant, de cœlo ſubmitti viderit, vocem audierit: Surge Petre, macta & manduca. Qualiter etiam tres viri venientes eum ad Cornelium vocaverunt: qualiter poſtremo Spiritus ſanctus eum cum illis ire præceperit; & quemadmodum idem Spiritus ſanctus, qui ſupervenire jam baptizatis in Judæa conſueverat, in Gentiles & ante baptiſmum venit. Si igitur iſte cum a diſcipulis ſuis culparetur, auctoritatem, quam in ſancta fuerat ſortitus Eccleſia, voluiſſet obtendere, reſpondere potuerat, ut paſtorem ſuum oves, quæ ſibi commiſſæ fuerant, reprebendere non auderent: ſed ſi in querela Fidelium poteſtatis ſuæ titulum objeciſſet, doctor profecto manſuetudinis non fuiſſet. Non ergo eos privilegii ſui auctoritate repreſſit, ſed bumili potius ſatisfactione placavit; & tamquam ſolus ipſe ad faciendam fidem non ſufficeret, etiam teſtes adbibuit. Venerunt, inquit, mecum, & ſex fratres iſti.

XXXI. Diſcat ergo cum de ſuis actibus convenitur Epiſcopus, rationem bumiliter reddere, non de ſui primatus eminentia ſuperbire; nec fieri ſibi credat injuriam, cum a minore corripitur, ſed conſulentem potius, vel medicum ſui vulneris arbitretur. Numquid enim Nathan propheta cum David (a) tam auſteræ ſeveritatis invectione corripuit, indignationem regii motus incurrit? Numquid ille regalis excellentiæ culmen oppoſuit, ac velut illatam a ſubjecto ſuo contumeliam propulſavit? Sed mox ut ſe cognovit ægrotum, ſuſcepit libenter antidotum, detexit vulnus, & ſectionis ſuæ non exborruit ferramentum. Vide bumilem languidum: Peccavi, inquit, Domino. Audi etiam velox medicinæ remedium: Tranſtulit Dominus peccatum tuum, non morieris. E contra Rex Achab, qui corripientem ſe Prophetam audire deſpexit, ultionis gladium, quem ille minatus eſt, non evaſit: (b) Quia dimiſiſti, inquit, virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. David ergo culpam ſuam æquanimiter audiens, ſententiam mortis, quam merebatur, evaſit; Achab autem correptionis impatiens, impiæ pietatis, quam, indigno Regi contulerat, veniam non invenit.

(a) 2. Reg. 12.
(b) 3. Reg. 20.

XXXII. Numquid & mulieres illæ, hoſpitæ videlicet Salvatoris, invicem inter ſe litigaverunt, dum altera quereretur adverſus alteram, quia ſolam ſe (c) miniſtrare compelleret? Poterat enim Maria dicere, noſtrorum more pontificum, accuſaſti me, & torporis ac negligentiæ condemnaſti. Non ſane omnis querela protinus accuſatio dicenda eſt. Nam aliud eſt querela compaſſionis, aliud accuſatio ſimultatis & odii. Iſta nimirum fit, ut offenſio corrigatur; illa vero, ut is, qui offenderat, condemnetur. (d) Petrum plane in faciem reſiſtens Paulus objurgat, & coram omnibus reprebenſibilem judicat. Quod ille non ut accuſationis tulit injuriam, ſed benigne & patienter accepit, quod non ex livore, ſed ex charitate procedere perſpicue recognovit. Sed ecce dicitur: Ego ſum Epiſcopus, ego ſum paſtor Eccleſiæ, non debeo a commiſſis ovibus accuſationum patere moleſtiis: & non ut in cauſa Fidei dignus ſum etiam in pravis moribus æquanimiter ferre. Sed dic mibi quiſquis es, numquid non legiſti, quod in Evangelio ſcriptum eſt: (e) Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum; ſi te non audierit, adbibe tecum duos vel tres teſtes; ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum; ſin autem eos non audierit, dic Eccleſiæ? ergo ſi referenda eſt cauſa quorumlibet fratrum, quomodo non etiam ſacerdotum?

(c) Luc. 10.
(d) Gal. 2.
(e) Matt. 18.

XXXIII. Porro ſi ſacerdos, qui in Eccleſia peccat, dedignatur in Eccleſia diſcuti; quis jam ferat Eccleſiæ ſe legibus coerceri? Porro ſi Eccleſiæ tuæ filiis, ut aſſeris, adverſum te mutire non liceat; numquid aliunde producendi ſunt teſtes, qui te, & facta tua per abſentiam domeſticæ cobabitationis ignorant? Beatus Job dicit: (f) Si contempſi ſubire judicium cum ſervo meo: & tu dicis abſit, ut digner ad examen venire cum clerico meo. Deus omnipotens per Iſaiam clamat: (g) Judicate pupillo, defendite viduam: & venite, & arguite me. Si is, qui judicat omnia, non dedignatur a ſervis argui; tu ſervus utique, cum conſervo in judicium venire faſtidis? Et cum ſis terra, & cinis, vermis, ac pulvis, bumiliare te deſpicis ad imaginem Conditoris? Præſertim cum Scriptura dicat: (b) Ducem te conſtituerunt? noli extolli, ſed eſto in illis, quaſi unus ex illis.

(f) Job. 31.
(g) Iſ. 1.
(b) Eccl. 32.

XXXIV. Quis plane neſciat, (i) quia Samueli Iſraelitica plebs præjudicium intulit, eumque de principatu injuſte dejecit? Et cum eos arguere merito potuiſſet, ultro ſe arguendum nullis accuſantibus obtulit: & utrum eos in aliquo violenter oppreſſerit, inquiſivit: Ecce præſto ſum, inquit, loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum. Si quemquam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſpiam munus accepi: & contemnam illud bodie, reſtituamque vobis. Cum ergo tam incomparabi-

(i) 1. Reg. 12.

biles, tam eminentes atque ſublimes viri ſubditis ſuis rationem reddere de propriis actibus non deſpiciant; quis arrogantiæ typhus, quis eſt iſte tantæ ſuperbiæ faſtus, quo ſacerdos hujus temporis intumeſcens, titulum ſui Præſulatus opponat, & Eccleſiæ ſuæ filiis, qui ſe gravatos aſſerunt, ex æquo in judicio non reſpondeat?

XXXV. Excludatur ergo ab Eccleſiaſtica diſciplina pernicioſæ conſuetudinis regula, tollatur hæc ſubterfugii verſuta calliditas, ut is, qui tam perverſis audacis ſuperbiæ allegationibus utitur; immunitatem commiſſi piaculi non lucretur. Juſtis ergo querelis liber pateat aditus, liceat apud primatem Eccleſiam conqueri, quæ ſe a ſuo Pontifice viderit prægravari, ne de ſublimis prærogativæ ſingularitate ſuperbiat, qui ſe per arrogantiæ faſtum fratribus non coæquat. Et qui cenſoriam ſuper alios concutit virgam, ipſe quoque ſuper ſe vigoris Eccleſiaſtici ſentiat diſciplinam. Quique non humanum ſonat, ſed ſuper alios quaſi fulgur terribiliter intonat; aliquando ſe hominem recognoſcens, humana verba formare per humilitatem diſcat; quatenus dum Prælatus quilibet arrogans a tumore elationis deprimitur, ſubjectis autem per auctoritatem ſuperioris Eccleſiæ ſubvenitur, ſopitis undique jurgiis, & ſynodalis examinis concepta formidine, omnia ſimul Eccleſiæ membra confœderentur, in pace. Hactenus ad Alexandrum Pontificem Petrus ad reprimendum faſtum quorumdam Epiſcoporum.

XXXVI. Sed & fuit pugnandum eidem Petro Damiani eodem tempore adverſus novam emergentem hæreſim quorumdam, aſſerentium licite emi poſſe Epiſcopatus a Principibus laicis abſque crimine ſimoniæ. Quam primus omnium ipſe redarguens, iſta mox ſcripſit ad Alexandrum Pontificem:

*Domno Alexandro ſummæ Sedis Antiſtiti Petrus peccator monachus ſervitutem.*

Adverſus novam hæreſim Petrus inſurgit.

Sicut ad patrem familias quælibet domeſticæ facultatis jactura refertur, ſic etiam dignum eſt, ut ſummo Pontifici patientis Eccleſiæ læſio nuntietur: ut ſicut ab illo, prout vires ſuppetunt, ingruentibus domus ſuæ malis occurritur; ita nihilominus & ab iſto nutantis Fidei fundamentum, vel etiam ordo religionis, qui confundi cœperat, inſtauretur. Nova, proh dolor! noſtro tempore hæreſis orta eſt; cui niſi quantocyus auctoritatis veſtræ ſe vigor obiiciat, timendum eſt, ne ad religionis Chriſtianæ perniciem, animarumque periculum velut cancer feraliter ſerpat. Nonnulli plane clericorum vitam per exterioris habitus ſpeciem mentientes prorſus Deo frigidi, ambitionis Eccleſiaſticæ facibus inflammati, hoc pertinaciter dogmatizant: Non ad ſimoniacam hæreſim pertinere, ſi quis Epiſcopatus a Rege, vel quolibet mundi Principe per interventum coemptionis acquirat, ſi tantummodo conſecrationem gratis accipiat.

XXXVII Unde cum nuper in excellentiſſimi Ducis Godefredi verſaremur alloquio, duo quidam ex capellanis ejus, unus ut erat barbarus, barbarico nomine Tudetchinus, alter vero natione Venetus, Joannes vocabatur. Hi nimirum tamquam (a) Hymeneus & Philetus in prædicatione Pauli, vel certe tamquam Jamnes & Mambres (b) tempore Moyſis reſiſtentes veritati, hanc non ceſſabant diſſeminare doctrinam hominibus, Catholicamque atque canonicam fatebantur eſſe ſententiam: Videlicet ut jure ſimoniacus non dicatur quiſquis abſque manus impoſitione Epiſcopatum comparaſſe convincitur. Dicebant enim, quia cum hoc fit, non diſtrahitur Eccleſia, ſed facultas, nec emitur ſacerdotium, ſed poſſeſſio prædiorum. Sub hac enim præſtatione pecuniæ, opes tantum, non honoris, vel Eccleſiæ redimitur ſacramentum. Venalia ſiquidem ſunt ſicut ajunt, unde ſint divites: gratis accipiunt, unde fieri debeant ſacerdotes.

(a) 2. Tim. 1.
(b) Ibid. 3.

XXXVIII. O novum ſchiſmaticorum genus, & os ſacrilegum æterni ſilentii cenſura damnandum! In una ſiquidem hominis perſonas duos eſſe conſtituunt, ut unus ſit ſacerdos ſub peccato venumdatus; alter autem dives ſub taxatione pecuniæ comparatus. Ipſe velut alter Sardanapalus inter delicias eructet convivantium; ille tamquam Apoſtolus in regimine præſideat animarum. Hoc ergo modo, qui comparat agrum, pulverem terræ tantum non ſegetum dicendus eſt comparaſſe proventum. Plagarius etiam qui diſtrahit hominem, non animam judicandus eſt vendidiſſe, ſed carnem. Immo cum legamus, quia corpus hominis quadrageſimoſexto die poſt maternæ conceptionis initium plene formetur diſtinctione membrorum, atque mox divinitus animetur, quoniam non anima ſed caro dumtaxat ex paterno ſemine prodiit: ergo pater carnem tantummodo dicendus eſt genuiſſe, non prolem, quæ ex anima conſtat & corpore. Quod cum penitus abſurdum ſit, & merito pater ille dicatur, ex cujus femore ſola caro ſit egreſſa, non anima: ſic ille proculdubio dicendus eſt mercator Eccleſiæ, qui per terrena, quæ redemit, ad honoris culmen aſcendit, & per corporalis commercium lucri, emptor efficitur nihilominus ſacramenti. Dic itaque quiſquis es, qui te jactas terrenæ tantummodo facultatis emptorem, per quam tamen aſpiras ad Epiſcopalis excellentiæ conſcendere dignitatem: & dum te dicis a Principe terrena dumtaxat eccleſiæ com-

mo-



moda percepiſſe, aſſeris te quodammodo villicum, non ut ſacerdotali fungaris officio conſtitutum: dic inquam, cujus erat figuræ, quam ſane habebat ſpeciem inveſtitura hæc, quam in manibus tuis Princeps ille depoſuit? Porro ſi ſurculus, ſi ſimplex baculus, merito tibi lætus applaude, quia ſicut aſſeris, non ad ſacerdotis officium, ſed ad procuratoris inttiatus es villicatum; atque ideo neceſſe jam non eſt, ut Epiſcopo, qui tibi præferendus eſt, ſis ſubjectus.

XL. At ſi ſæcularis ille Princeps accepta vel promiſſa pecunia, paſtoralem tibi tradidit baculum, qua fronte poteris Epiſcopalis ordinis excuſare commercium? Enimvero niſi per hanc inveſtituram ille ſecutari ſacerdotii tibi prius imprimeret titulum, futurus ordinator nequaquam per manus impoſitionem ſacerdotii tibi traderet ſacramentum. Per hoc enim, quod venaliter accepiſti, conſequenter ad ſacerdotium promoveris: atque ideo licet illa manus impoſitio non venalis ſit, ſed gratuita, nequaquam tamen, quantum ad te ſpectat, a venalitatis eſt ſordibus aliena. Venalitas enim ſi ſibi nota eſt, contaminat conſecrantem; gratuita conſecratio mundare non valet emptorem. Obſcenitas immundi fœda commercii ſordidat mundum; gratuita manus impoſitio non poteſt emaculare pollutum. Mendacii forſitan arguor, ſi quod loquor ſacri eloquii teſtimonio non affirmo.

XLI. Per Aggæum namque Prophetam dicitur: (a) Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Interroga ſacerdotes legem, dicens: Si tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate ejus panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum; numquid ſanctificabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes, dixerunt: Non. Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? Et reſpondentes ſacerdotes dixerunt: Contaminabitur. Et reſpondit Aggæus, & dixit: Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meam dicit Dominus: & ſic omne opus manuum eorum, & omnia, quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. In his ergo propheticis, immo divinis verbis evidenter oſtenditur, quoniam emptor iſte videlicet, qui eſt pollutus in anima, ſuſcepti polluit ordinis dignitatem. Dignitas vero, licet per manus impoſitionem gratuito ſit accepta, nequaquam tamen mundat emptorem.

(a) Ag. 2.

XLII. Adhuc autem ad inveſtituram redeo & a te, quod non Eccl. ſed Eccleſiæ prædia te comparaſſe gloriaris, inquiro: Sane cum baculum ille tuis manibus tradidit, dixitne: accipe terras, atque divitias illius Eccleſiæ: an potius, quod certum eſt, accipe Eccleſiam? Quod ſi bona Eccleſiæ ſine Eccleſia ſuſcepiſti, ſchiſmaticus es, atque ſacrilegus, qui bona Eccleſiæ ab Eccleſia dividis: & quod alienum eſt, violenter in tui uſus jura convertis. Quod ſi Eccleſiam ſuſcepiſti, quod omnino negare non potes, procul dubio factus es ſimoniacus, & prius te venalitas fecit hæreticum, quam manus impoſitio redderet conſecratum. Tunc enim conſecrationem evidentiſſime coemiſti, cum id, propter quod ad conſecrationem promovendus eras, venaliter accepiſti. Sic enim unum pendet ex altero, ut qui terrena Eccleſiæ bona ſuſcipit, ad gratiam conſecrationis aſpiret; & qui conſecratione perficitur, bona Eccleſiæ in uſus egentium, & cætera pietatis opera diſpenſanda conſervet. Hoc itaque modo licet Eccleſiaſticæ facultatis mentio in ipſa manus impoſitione non fiat, is tamen, qui conſecratur, bonorum Eccleſiæ diſpenſator efficitur; & cum Eccleſiam ſuſcipit, quamvis nihil tunc de conſecratione dicatur, ad hoc tamen, ut conſecretur, eligitur.

XLIII. Ab ipſo plane principio naſcentis Eccleſiæ ſalubris hæc cœpit conſuetudo Fidelium, ut ſua quique vendentes, (b) ad pedes Apoſtolorum, Apoſtolicorumque virorum pecunias ponerent, quibus illi neceſſitatibus pauperum ſubſidia miniſtrarent. Poſt autem viſum eſt ſanctis Patribus, qui ſcilicet illis in ſacri regiminis ordine ſucceſſerunt, ut ii, qui converterentur ad Dominum, nequaquam diſtraherent prædia, ſed ea ſanctis Eccleſiis traderent, non jam tranſitorie, ſed jure perpetuo neceſſitatibus indigentium profutura. Et certe per Moyſen in lege præcipitur: (c) Omne, inquit, quod Domine conſecratur, ſive homo, ſive animal, ſive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum ſanctum ſamctorum erit Domino.

(b) Act. 4.
(c) Leut. 27.

XLIV. Ecce hic manifeſtiſſime prohibetur, ea quæ Domino conſecrantur, vel vendi debere, vel redimi; ſed juſtum eſt ea ſancta ſanctorum jugiter permanere. Cur ergo gloriaris ſancta ſanctorum te pretio redemiſſe, & rem Dei contra legem Dei (d) quæ gratis accipienda, gratis danda eſt, venaliter percepiſſe, tamquam non ſit peccatum, quia ſine conſecratione ſit tale commercium. Sed idcirco fortaſſe non times, quia lex illa vetus prohibet quidem culpam, ſed non irrogat pœnam. Accipe igitur, quid ſuper hoc Romanæ Præſul Eccl. Bonifacius in decretali ſcribat epiſtola: Nulli, inquit, liceat ignorare, quia omne, quod Domino conſecratur, ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino, & ad jus pertinet ſacerdotem. Propter quod dico, quia inexcuſabilis erit omnis, qui a Do-

(d) Matth. 19.

a Domino & Eccleſia, cui competunt, aufert, vaſtat, invadit, vel eripit; & uſque ad emendationem Eccleſiæque ſatisfactionem, ut ſacrilegus dijudicetur, & ſi emendare noluerit, excommunicetur.

XLV. Anacletus autem Papa longe ante inter alia multa ſubinfert: Qui enim res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit, & ſacrilegus deputandus eſt.

Papa quoque Lucius in decreto ſuo ſic ait: Rerum Eccleſiaſticarum & facultatum raptores a liminibus ſanctæ Eccleſiæ anathematizantes, Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe judicamus. Poſſemus & alia quamplurima Catholicorum Patrum exempla congerere, niſi perſpicue cognoſceremus: nequaquam hoc epiſtolari compendio convenire.

His itaque ſanctorum Pontificum, aliiſque ſententiis manifeſte convinceris, quoniam aut Eccleſiæ bona ſine Eccleſia ſuſcepiſti, & idcirco tamquam raptor atque ſacrilegus anathematizari, & ab Eccleſiæ liminibus debes expelli; aut certe, quod perſpicuum eſt, & negare non potes, Eccleſiam ſimul cum bonis Eccleſiæ pretio redemiſti, ideoque dignum eſt te, ut re vera ſimoniacum & hæreticum canonici vigoris examine condemnari. Canonica nimirum ſententia eſt illa, qua dicitur: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Abbas per pecuniam hanc obtinuerit dignitatem. dejiciatur ipſe & ordinator ejus, & a communione ſancta modis omnibus abſcindatur, & ſit anathema, ſicut Simon magus a Petro.

XLVI. Ubi notandum, quod non ait: Si quis hanc obtinuerit conſecrationem, ſive manus impoſitionem: ſed potius, ſi quis, inquit, per pecuniam hanc obtinuerit dignitatem: Canonicum & illud aſſeritur, quod promulgatum a ſanctis Patribus in Concilio reperitur: Cavendum & ſummopere præcavendum, ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicendum Epiſcopis & Regibus & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atque cunctis fautoribus & electoribus quorumcumque, atque conſenſoribus ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, ut nemo per ſimoniacam hæreſim regiminis locum obtineat, quacumque factione, calliditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut donatione per ſe aut per emiſſam perſonam.

XLVII. Hic quoque notandum, quod cum præmiſiſſet, Epiſcopis, illico ſubdidit, Regibus, & omnibus ſublimioribus poteſtatibus; ut non modo cavenda ſit hæreſis illa ſolis dumtaxat Epiſcopis, qui conſecrandis manus imponunt, ſed & ſæcularibus quoque Principibus, qui licet injuſte, aliquo modo tamen, eccleſias futuris rectoribus tradunt. Nam cum aliquid ſub venalitate ſuſcipitur, & illud proculdubio comparatur, quod ex neceſſitate ſubſequitur. Ad hoc enim paſtoralis eccleſia cuique committitur, ut ad ejus regimen obtinendum conſecratione firmetur: & ad hoc ſine dubio collatæ pecuniæ commercium ſpectat, ad quod is, qui eſt promovendus, aſpirat. Hinc eſt plane quod non ſolum, qui majoribus præferuntur eccleſiis, ſed & illis quoque, qui vel plebes agrorum, vel canonicales præbendas per interventum pecuniæ peſtilenter accipiunt, ſimoniacæ hæreſeos tendiculas non evadunt. Per id enim, quod venaliter aſſequuntur, ad ſacrorum graduum ordines tendunt; & tunc jam deſtinantur ad ordines, cum illa ſuſcipiunt, per quæ ſcilicet ad obtinenda ſacrorum graduum incrementa pertingunt. Initiatur enim ad dignitatis ordinem, qui ad obtinendam ordinis conſtituitur dignitatem.

Hæc me breviter adverſus eos dictaſſe XLVIII. ſufficiat, qui ſine manus impoſitione venaliter eccleſiam acquiſiſſe, non eſſe ſimoniacum, dogmatizant. Qui nimirum, ſi hoc ſimpliciter, prout ſibi videretur, exprimerent, ſtulti vel hebetes merito dicerentur; ſed quoniam nonnulli talium id procaciter aſtruunt, & quibuſdam cavillationum, argumentorumque verſutiis pervicaciter allegare contendunt, non immerito (quod inviti dicimus) hæreticorum nomen incurrunt. Non enim error hæreticum, ſed pervicax obſtinatio facit: nec omnes hæretici dicendi ſunt, qui opinantur errorem, ſed qui pertinaciter & audacter prædicant falſitatem.

His itaque prædicatoribus ſatanæ & XLIX. Apoſtolis Antichriſti tu, venerabilis Pater, cæleſtis eloquii gladio præcinctus occurre & tamquam alter Joſue Amalecitas oppugnantes Iſrael, evaginato canonici vigoris mucrone proſterne. Tollatur e medio quantocyus tartareæ amaritudinis aconitum, ne, quod abſit, ferale venenum faucibus influat parvulorum. Tuis præterea manibus talis aromatici pigmenti quibuſque languentibus propinetur antidotum, quod & venenati erroris tollat illuviem & ſanet, atque ſinceræ fidei reſtituat puritatem. Unum in calce hujus epiſtolæ ſacris clementiæ veſtræ auribus ſuggero, ut in quantum facultas ſuppetit, numquam vel fieri, vel eſſe permittat Epiſcopum, quem ad honoris culmen conſtiterit aſcendiſſe per præmium; vel etiam, quod damnabilius eſt, per curialis obſequii famulatum. Abſit enim, ut qui prælationis ambitu ſæcularem coluit Principem, ſpiritalem eccleſiaſtici culminis obtineat dignitatem. Hucuſque Petri ad Alexandrum epiſtola, accepta ex antiquiori codice bibliothecæ ſereniſſimi Ducis Urbini, cujus munificentia tres ſcriptos membranaceos

co-



codices Romam miſſos accepimus ejuſdem Petri Damiani: ſub cujus Ducatu celeberrimum monaſterium S. Petri de Avellana ſitum eſt, ubi idem Petrus diutius vixit.

L. Cæterum ipſe Alexander Papa abunde ſatis ſcelus prohibuit, in decretali epiſtola ad ſuos Lucenſes data, qua vetuit, ne quis omnino, non dico Epiſcopatus, ſive Abbatias, ſed beneficium quodlibet eccleſiaſticum emeret. Incipit: Ex multis, quam (a) Gratianus in ſuum intulit Decretorum volumen. At quis crederet damnatam hæreſim ante aliquot annos, rurſum quorumdam pravorum ſuſurro in aures Fidelium irrepere auſam, procaciter aſſerentium Cardinalatus Romanæ Eccleſiæ dignitatem licite vendi, emique poſſe, dum ſcilicet non ipſe ordo ſacer venderetur, vel emeretur annexus, ſed inhærens ipſi munus & commodum temporale. Sed occluſa ſemel & iterum, obſtruantur in perpetuum offa a (b) Daniele parata iſta aſſerentium ora, qui favente Simoni mago, Simonem Petrum tanta afficere ignominia putaverunt. Sed quæ ſunt anni hujus reliqua proſequamur.

(a) 1.q.5. c. ex multis.

(b) Dan. 14.

Hamburgenſis Eccleſ. martyres apud Slavos.

Hoc eodem anno qui & vigeſimus ſecundus numeratur Adalberti Archiepiſcopi Hamburgenſis, Slavorum eccleſia ſub ejus parœcia conſtituta peſſumdatur, multis in ea clade martyrio coronatis, in primis vero Godeſcalco Principe, Chriſtianæ religionis ſtudioſiſſimo propugnatore.

LI. Hæc autem tanta gloria ejus eccleſiæ ut quam firmiter teſtata relinquatur: in primis quod ad tempus ſpectat, Adam qui aderat, iſta habet: (c) Expulſio Archiepiſcopi, & mors Godeſcalci uno fere anno contigit, qui eſt pontificis Amburgenſis Adalberti vigeſimus ſecundus. Hoc plane anno, cum creatus ipſe fuerit Hamburgenſis Archiepiſcopus anno Chriſti milleſimo quadrageſimotertio. Res tunc geſtæ ab eodem auctore breviter ita narrantur, ſeu potius perſtringuntur: (d) Trans Albiam quoque vindictæ magnitudo pervenit, quoniam Princeps Godeſcalcus eo tempore interfectus eſt a Paganis, quos ad Chriſtianitatem nitebatur ipſe convertere; & quidem vir omni ævo memorabilis magnam partem Slavoniæ converſam habuit in divinam religionem. Sed quia nondum impletæ ſunt iniquitates Amorrhæorum, neque adhuc venit tempus miſerandi eorum: neceſſe erat, ut venirent ſcandala, ut probati fierent manifeſti. Paſſus eſt autem noſter Machabæus in civitate Leontia vii. Idus Junii cum presbytero Ippone, qui ſuper altare immolatus eſt, & aliis multis, tam laicis, quam clericis, qui diverſa pro Chriſto ubique pertulerunt ſupplicia. An-

(c) Adam. l. 4. c. 13.

(d) Id. l. 4. c. 11. 12.



PAGIUS

I. *Perſecutio adverſus Chriſtianos in Saxonia excitata.*

ANNUM. L. ad LIII. Perſecutio adverſus Chriſtianos in Saxonia excitata, quam Baronius hoc anno narrat, pertinet ad annum milleſimum ſexageſimum quartum, ut liquet ex Adamo Bremenſi lib. 4. Helmodus in Chron. Sclavorum lib. 1. cap. 24. & Krantzius in Wandalia lib. 3. cap. 5. qui Adamum exſcribere ſolet, eam perperam cum anno ſequenti copulant, cum Adamus aſſerat eam contigiſſe anno XXII. Adelberti Archiep. Bremenſis, ſed eam accurate narrant. *Bernardus* Saxoniæ Dux, qui res Slavorum & Saxonum XL. & amplius annis ſtrenue adminiſtravit, mortuus eſt anno circiter milleſimo ſexageſimo, relictis ſucceſſoribus *Ordulpho* & *Hermanno* filiis, quorum hic *Nordalbingiæ* Comes, ille vero reliquæ omnis *Saxoniæ* Dux fuit, qui continuas & apertas cum *Adalberto* Archiepiſcopo Bremenſi & Hamburgenſi ſimultates & inimicitias exercuere. Hic vero cum Metropolim Hamburg. & circumjacentem regionem adverſus hoſtium incurſiones non ſatis munitam videret, in monte ad Albim ſito, qui duo circiter ab urbe milliaria germanica diſtat, caſtellum extruxit, quod ſimul & Præpoſituræ locus eſſet & Metropolitanæ Sedis, totiuſque Tranſalbinorum Eccleſiæ propugnaculum. *Ordulfus* poſt mortem patris cum vix quinque tranſierant anni, a Slavis rebellantibus impetitus eſt. Principium malorum a capite ordiuntur, a religioſo nempe Principe ſui generis *Godeſcalco*, dum converſioni & ſaluti gentis vigilantiſſime inſtaret. Paſſus eſt autem *VII. Idus Junii*, cum Presbytero Eppone qui ſuper altare immolatus eſt, & aliis multis tam laicis, quam Clericis, qui diverſa pro Chriſto pertulerunt ſupplicia. *Anſuerus* Monachus, & cum eo alii apud Raſeesburg lapidati ſunt, Idibus Julii paſſio eorum occurrit.

II. *Viri magni nominis in ea occiſi.*

*Joannes Epiſcopus ſenex cum ceteris Chriſtianis in Magnopoli, ideſt Meckelenburg captus, ſervabatur ad triumphum. Ille pro confeſſione Chriſti fuſtibus cæſus. Deinde per ſingulas civitates Slavorum ductus ad ludibrium, cum a Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus corpus ejus in platea projectum eſt. Caput vero deſectum, quod Barbari conto præfigentes in titulum victoriæ Deo ſuo Radigaſto immolaverunt. Hæc in Metropoli Slavorum Rethre geſta ſunt IV. Idus* Novemb. inquit Helmoldus, qui addit, Slavos victoria potitos totam Hamburgenſem provinciam ferro & igne demolitos eſſe, Stulmarios & Holſatos fere omnes aut occiſos, aut in captivitatem ductos, caſtrum Amenburg funditus everſum, & in deriſionem Salvatoris noſtri Cruces ab eis truncatas. Adhæc ipſo tempore *Slevvich*, civitas Tranſalbianorum, quæ ſita eſt in confinio Regni Danici, ex improviſo Barbarorum incurſu funditus exciſa eſt. Itaque omnes Slavi facta conſpiratione generali, ad Paganiſmum denuo relapſi ſunt, eis occiſis, qui perſtiterunt in fide. *Accidit autem perturbatio hæc in Slavorum provincia, anno poſt Incarnationem Domini milleſimo ſexageſimo ſexto anno regni Henrici quarti VIII.* inquit Helmoldus laudatus, quod & Krantzius habet, ſed uterque errat, anno enim ſequenti Henricus IV. undecimum Regni annum inchoavit. Quare perſecutio hæc accidit anno MLXIV. quo deſiit annus octavus Henrici, & incœpit annus XXII. Alberti Archiep. etiam in Helmoldi & Krantzii ſententia, qui Alberti initium cum anno Chriſti MXLIII. recte conjungunt.

*ſuerus Monachus, & cum eo alii apud Rinsburg lapidati ſunt. Idus Julii paſſio illorum occurrit. Joannes Epiſcopus ſenex cum cœteris Chriſtianis in Magnopoli civitate captus, ſervabatur in triumphum.*

LII. *Ille igitur pro confeſſione Chriſti fuſtibus cæſus, deinde per ſingulas Slavorum civitates ductus ad ludibrium, cum a Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus, in plateam corpus ejus projectum eſt, caput vero diſſectum Pagani conto præfigentes in titulum victoriæ deo ſuo Redigaſt immolaverunt. Hæc in metropoli Slavorum Rethre geſta ſunt quarto Idus Novembris. Filia Regis Danorum apud Michlenburg civitatem Obotritorum inventa cum mulieribus, nuda diu cæſa eſt: hanc enim habuit, ut prædiximus, Godeſcalcus Princeps uxorem, a qua & filium ſuſcepit Henricum.* Quam Saxo Grammaticus filiam fuiſſe Suenonis Regis, ſororemque Canuti Regis affirmat. Pergit vero Adam: *Et illi quidem victoria potiti totam Hamburgenſem provinciam ferro & igni demoliti ſunt. Stormarii fere omnes aut occiſi, aut in captivitatem ducti: Caſtrum Hamburg funditus exciſum, & in deriſionem Salvatoris noſtri etiam cruces a Paganis truncatæ ſunt. Impleta eſt nobiſcum prophetia quæ ait: (a) Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam &c. Quæ prophetiæ deplorantur in Hieroſolymitanæ urbis excidio. Hujus auctor cladis Pluſſo fuiſſe dicitur, qui ſororem Godeſcalci habuit; domumque reverſus & ipſe obtruncatus eſt. Itaque omnes Slavi facta conſpiratione generali ad paganiſmum denuo relapſi ſunt, his occiſis, qui perſtiterunt in fide.* Hæc Adam.

(a) *Pſ.* 78.

LIII. Ut autem Hamburgenſis diœceſis iſta pati mereretur, peccata populi atque eorum Archiepiſcopi Adalberti fecerunt. Nam quod ad peccata populi pertinet, hæc inferius idem auctor: (b) *Querebatur etiam uſque ad ſua tempora, multos Paganorum erroribus implicitos, ita ut diem ſextæ feriæ carnis eſu macularent, ut Vigilias ſolemnitateſque Sanctorum ac venerabilem Quadrageſimam gula, fornicationibuſque polluerent, ut perjuria pro nihilo computarent, ut effuſionem ſanguinis in laudem haberent. Similiter adulteria, inceſtuoſitates, aliæque naturam excedentes immunditiæ vix culpantur ab aliquo illorum. Plerique duas vel tres aut innumerabiles ſimul uxores tenent, item morticinis & ſanguine & ſuffocatis, carneque jumentorum facile utuntur.* Quod pro gravi delicto habitum apud gentes illas boreales, quæ ſunt diverſis in locis dicta ſuperius, docent. At Archiepiſcopi erant peccata non levia, quæ idem auctor recenſet; ſed quod pejus, cum ob tanta flagella reſipiſcere ad pœnitentiam debuiſſet, poſt has clades acceptas in deterius ſemper lapſum ad obitum uſque perſeveraſſe tradit.

(b) *Adam. l.* 4. *c.* 20.
Cauſa malorum peccata populi.

LIV. Hoc anno Henricus Rex juvenili furore ſuccenſus, æmulorum ſtimulis agitatus, paratus ulciſci in ſanctum Annonem Archiepiſcopum Colonienſem; ab Agnete Auguſta tunc in Germaniam opportune reverſa cohibetur. Rem geſtam Lambertus ſic deſcribit hoc anno: *Paſcha Rex Vvormatiæ celebravit, ubi Archiepiſcopus Bremenſis, Adalbertus hic erat, inter ſacra Miſſarum ſolemnia, dum debitum tantæ feſtivitati ſermonem faceret, hominem ab infeſtatione dæmonis purgavit, fuſis pro eo tam ſuis, quam totius populi, qui præſens erat, precibus. Ea res grandi miraculo cunctis erat, ſtupentibus ſcilicet, quod vir tam peſſimæ æſtimationis, qui viam virtutum non haberet, ſigna virtutum faceret: ſed æmuli ejus invidioſe hoc interpretabantur, non meritis ſuis, ſed præſentium populorum ſupplicationi adſcribendum eſſe tantæ rei effectum. Ibi per conceſſionem Archiepiſcopi primum ſe Rex ad arma bellica ſuccinxit, ſtatimque primam ſuſceptæ armaturæ experientiam in Archiepiſcopum Colonienſem dediſſet, & ad perſequendum eum ferro & igni præceps abiiſſet, niſi res turbatam Imperatrix tempeſtivo valde conſilio compoſuiſſet. Inter cœtera id potiſſimum invidiæ ei erat adverſus ſcilicet Colonienſem, quod ante aliquot annos, dum Imperatrici regni, rerumque gubernacula eripere vellet; ipſum pene Regem in ultimum diſcrimen præcipitaſſet.* Hæc Lambertus. At non ſemel id accidit, ut Henricus in ſanctum Annonem commoveretur, cum adhuc ipſa Agnes Auguſta, quæ ſoleret occurrere, longe abſens eſſet. Quorumnam autem auxilio ipſe Archiepiſcopus ab ira Regis, quæ comparatur in divinis (c) Scripturis iræ leonis, eriperetur, auctor ejus temporis qui aderat, monachus Sigebergenſis narrat his verbis:

Agnes Aug. eripit S. Annonem Colon. Archiep. a furore Henrici Regis.

(c) *Prov.* 19.

LV. *Porro a Rege graviſſimis ſæpenumero diſſentiens inimicitiis, nunc quidem in ſummam familiaritatem, & pene in regni conſortium ab illo aſſumebatur; nunc vero, quoniam ea quæ in regno præter æquum & bonum perperam gerebantur, vehementer deteſtaretur, & acerrime impugnaret, cum contumelia de palatio eiiciebatur, & ad extinguendum nomen ejus totum regni robur concitabatur: his viciſſitudinibus per plures annos cum Rege concertationem habens, ſemper velut ad turrim fortitudinis recurrens Sigebergenſium Fratrum preces in auxilium adſcivit. Unde quodam tempore, Rege piiſſimis adverſante conſiliis inflammato, per-*





*gens ad Curiam, Fratribus in horti cultura generaliter repertis ait: Commotionis & indignationis regiæ non neſcius, iturus ad Palatium, Deo me, vobiſque commendo: Vos clypeus meus eſtis, vos præſidium meum eſtis: Vos, inquam, filii dilectiſſimi omnia mea eſtis.*

LVI. *Nulla mihi ſpes in militibus meis, nil præſumptionis eſt in armis eorum: in fide loquor: major mihi eſt fiducia in vobis, quam in omnibus illis. Itaque ſit in benignitate Salvatoris, & in poteſtate veſtræ dilectionis quemadmodum a Rege excipiar, vel a ſuis. His dictis profectus eſt, & plerumque per imperium ejus, qui terminum ponit mari. Rex a fervore cordis ſui deſiſtens, cum paulo ante necem, ultimumque (ſi copia foret) exterminium Annoni, & omnibus, qui ejus eſſent minaretur: eo veniente, quaſi divinitus impulſus, ſurgens oſculum pacis ei cum magna dilectione porrexit. Quapropter in ſtuporem verſi quique circumſtantes inter ſe ſuſurrabant: Ubi nunc iræ? ubi minæ? ubi tot inſultationes paulo ante habitæ? &c.* Hæc de his jam ſatis.

LVII. Quod ad Agnetem Auguſtam pertinet, permanſiſſe in Germania adhuc anno ſequenti, ex his, quæ de ipſa idem auctor inferius narrat, poſſumus affirmare; ubi ait, anno Redemptoris milleſimo ſeptuageſimoſecundo in Germaniam rediiſſe, cum poſt ſex annos, & amplius ex Germania diſceſſiſſet. Tam longam moram Petrus Damiani ejus in vita monaſtica catechiſta ægerrime ferens, timens ſexus lubricitati, has ad eam litteras dedit, quas ex codice Caſſinenſi hic tibi deſcribimus:

*Dominæ ſuæ Agneti Imperatrici Petrus peccator monachus ſervitutem.*

LVIII. *Vix referre ſufficio, quanto cor meum mœrore confunditur, dum reditus veſtri lætitiam ſuſpenſis quotidie viſceribus præſtolatur. Heu me! cur itineri veſtro vecors & ſtolidus aſſenſum præbui? Immo cur ingredienti me ipſum non violenter oppoſui? Cur non equorum fræna corripui, & curſum veſtrum velocibus manibus, in quantum licuerat, non tardavi? In veſtri plane receſſus abſentia mœret Roma, beati Petri luget Eccleſia, & tota per ſanctos viros & mulieres lamentatur Italia. Tu ſiquidem velut aureum ſidus terrena quærentium videbaris illuſtrare caliginem atque ad Deum provocans, micantis exempli refundebas te ſequentibus claritatem. Et (ut multa prætercam) ego quoque, donec te procul abeſſe, ſuſpiro, Romana conſpicere mœnia perhorreſco. Revertere ergo domina mi, revertere, teque lugentibus feſtivam redde lætitiam, qui rutilantem cœli gemmam de capite mundi Roma quodammodo ploramus avulſam. Ingerat tibi nauſeam aula regalis Imperii, ſola tuis naribus ſagena redoleat piſcatoris. Illic cum Petronilla ſimul habere te libeat ſepulturam, ut inſignis ille pater geminas juxta ſe carnis videlicet ac ſpiritus gaudeat requieſcere filias.* Hucuſque Petrus. At plane & in his tanto patri obediſſe Agnetem Auguſtam conſtat, ut redire Romam, & tamdem ſepeliri voluerit apud ſanctam Petronillam; quod ſuo loco pluribus dicturi ſumus.

Agneti Aug. Epiſtola Petri Dam.

LIX. Hoc item anno ex hac vita migravit Ferdinandus Magnus Rex Caſtellæ & Legionis, fine plane digno Catholico Rege diem extremum claudens. Rem geſtam uti a Luca Tudenſi diacono memoriæ commendatam invenimus hic deſ-

Ferdinandi magni obitus.



PAGIUS III. A num. LIX. ad LXIII. *Ferdinandus* hujus nominis I. Caſtellæ Rex, *Magnus* cognominatus, *feria tertia, in qua Sancti Joannis Evangeliſtæ feſtum celebratur, inter manus Pontificum, cœlo (ut credimus) tradidit ſpiritum,* inquit Lucas Tudenſis, ideoque hoc Chriſti anno, quo feſtum Sancti Joannis Evangeliſtæ in feriam tertiam incidit, quod ipſemet Lucas Tudenſis confirmat, cum addit, hanc mortem accidiſſe *era milleſima centeſima tertia*. In Actis SS. Bollandianis ad diem IV. menſis Aprilis, refertur Tranſlatio *S. Iſidori Hiſpalenſis* Epiſcopi ex veteri Auctore Anonymo, in qua cap. 4. plura de virtutibus & pio obitu *Ferdinandi Magni*, annuſque ac dies ejus emortualis certis characteribus deſignantur. Ferdinandus in mediam uſque Luſitaniam victricia ſigna promovit, & Conimbricam atque Viſetum Mauris eripiens, *Mondegonem* fluvium Regni ſui terminos ſtatuit, adjuncta ſibi tota fere *Extremadura*. Toletanum & Hiſpalenſem Reges Saracenorum potentiſſimos, ac Regulos barbaræ gentis plures, tributarios fecit. Numeroſam prolem reliquit, *Sanctium*, *Alfonſum*, & *Garſiam* filios, *Urracam* & *Elviram* filias. Regnum trifariam diviſum filiis legavit, *Sanctio* natu maximo, Caſtellæ Regnum; Legionis, *Alfonſo*, cum nonnullis Gallæciæ civitatibus: reliquam Gallæciæ partem & Luſitaniæ ditiones Mauris ereptas *Garſiæ*, *Urracæ* vero filiæ Zamoram, Elviræ Taurum aſſignavit. Hæ Urbes *Infantaticum* appellatæ ſunt, voce uſurpata ad eam hæreditatis portionem ſignificandam, quæ minoribus Regum filiis, vitæ ſuſtentandæ cauſa obveniebat. Ab *Infantatico* exiſtimo provenire, quod filii, filiæque Regum Hiſpanorum *Infantes* poſtea appellati fuerint; nullum enim hujus rei exemplum mihi occurriſſe memini ante Ferdinandi I. mortem. Ferdinandus *Imperatorem* ſe in ſuis Diplomatis appellavit, & *Sancia* ejus uxor *Imperatrix* in iiſdem dicta.

*Moritur Ferdinandus M. I. Caſtellæ Rex.*

IV. Celebratum eſt hoc anno *Helenenſe* in prato Tulugienſi *Concilium*, a Baluzio ad librum IV. de Concordia primum editum, qui notat, oppidulum *Tulaias* appellatum, ſitum eſſe in Helenenſi Epiſcopatu, haud procul Perpiniano. In eo *Treuga* Domini, & pax confirmata. Hoc ejus initium: *Hæc eſt Treuga & pax confirmata ab Archiepiſcopo Narbonenſi domno Guifredo, & a Berengario Gerundenſi Epiſcopo, & a domno Raymundo Helenenſi Epiſcopo, & a Comi-*

*Concil. Helenenſe.*

cribimus, ſic enim ſe habet: hiſtoria fideliter ſcripta, Annalibus plane digna noſtris: *Omnibus Celtiberiæ provinciæ civitatibus & caſtellis in deditionem acceptis, almus doctor Iſidorus ei apparuit, & diem ſui exitus ipſi etiam innotuit. Et in ipſa corporis valetudine Legionem delatus, apud ſancti Iſidori Confeſſoris Chriſti Memoriam oravit. Ingreſſus eſt enim civitatem nono Kal. Januarii, die ſabbati, & ex more corpora Sanctorum fixis genibus adorans, petebat, ut quia jam terribilis hora mortis ſibi imminere videbatur, cum Angelicis choris cantantibus anima ejus a poteſtate tenebrarum liberata, ante Chriſti tribunal ſuæ redemptionis ſpe illæſa præſentaretur.*

LX. *Cæterum in ipſa celebris nativitatis Dominicæ nocte, cum clerici feſtivo more natalitium canerent Matutinum, affuit inter eos dominus Rex, & virtute, qua potuit, lætus continuare cœpit uſque ad ultimum Pſalmum Matutinorum. Advenit nobis verſus, quem tunc temporis more Toletano canebant ſuccentoribus reſpondentibus: Erudimini omnes, qui judicatis terram. Quod Ferdinando ſereniſſimo Regi non incongrue veniebat, quia dum ſibi vivere licuit, regnum Catholice gubernavit, & ſeipſum preſſum pudicitiæ fræno funditus eruditum reddidit. Porro illuceſcente Nativitatis Filii Dei claro in univerſo orbe die ..... dominus Rex ſe artub. deficere proſpicit, Miſſam cantari petiit, ac percepta corporis & ſanguinis Chriſti participatione, ad lectum manibus deducitur ſuſtentantium.*

*In craſtinum vero luce adveniente, ſciens quod futurum erat, vocavit ad ſe Epiſcopos & Abbates quoſcumque religioſos viros, ut exitum ſuum confirmarent. Una cum eis ad eccleſiam defertur ornatus cultu regio, & corona aurea impoſita capiti. Deinde fixis genibus ad altare ſancti Joannis, & coram ſanctorum corporibus, ſcilicet Iſidori Confeſſoris, & Vincentii martyris, clara voce ad Dominum dixit: Tua eſt poteſtas, tuum eſt regnum, tu es ſuper omnes Reges: tuo imperio omnia regna cœleſtia & terreſtia ſubduntur. Regnum quod te dominante accepi, & quamdiu liberæ tuæ voluntati placuit, rexi, ecce reddo tibi: tantum animam meam de voragine ipſius mundi ereptam ut ipſam ad te ſuſcipias, deprecor. Et hæc dicens, exuit regalem chlamydem, qua induebatur corpus, depoſuit & gemmatam coronam qua caput ambiebatur, atque cum lacrymis ſolo proſtratus, pro delictorum venia Dominum attentius exorabat.* LXI.

*Tunc ab Epiſcopis accepta pœnitentia, extremæ unctionis ſacramento perunctus, induitur cilicio pro ornamento regali, & aſpergitur cinere pro aureo diademate, cui vitali pœnitentia permanenti coram prædicto altari, duobus diebus a Deo vivere datur. Sequenti autem die, quæ eſt feria tertia, hora diei ſexta, in qua ſancti Joannis Evangeliſtæ feſtum celebratur, inter manus pontificum, cœlo (ut credimus) tradidit ſpiritum. Sicque in ſenectute bona plenus dierum perrexit in pace, Era milleſima centeſima tertia*, eſt annus Redemptoris milleſimus ſexageſimus quintus; *cujus corpus humatum eſt cum magna gloria in beati Iſidori ſummi pontificis eccleſia Legione, juxta patrem ſuum Sancium Regem. Regnavit in Legione & Caſtella ſimul annis vigintiocto, menſibus ſex, diebus vigintiuno. In Caſtella vero, priuſquam obtineret regnum Legionenſe, regnavit fere annis duodecim adhuc vivente patre ejus Sancio, & completi ſunt anni regni ejus feliciter quadraginta, menſe uno, diebus undecim. Regina autem Sancia uxor ejus duobus annis ſupervixit, & obiit ſexto Idus Novembris & juxta eum in Legione quieſcit. Relicti ſunt filii Sancius, Ildefonſus, Garſias, Uraca & Geloyra. Inter filios diviſo regno, ſeptem annis armis certatum eſt, de quibus dicendum inferius.* LXII. Hæc Lucas. (Eadem habet (a) Rudericus Toletanus, qui ejus pietatem plurimum commendat, & erga divinum cultum Eccleſiarum munificentiam; ſed & vitam ejus cum religioſis ducere conſuetam enarrat.

(a) Ruder. Tol. l. 6. c. 14.

LXIII. Uzicæ gentis eruptio. Quod ad res pertinet Orientales, certo eſt ſignificatum exemplo, quam adverſus hoſtes pietas armis præſtet. Curopalata enim ſcribit: Circa tertiam indictionem, cum præeſſent oppidis ad Iſtrum flumen Magiſter Baſilius Apocape, & Niceph. Botoniates, Uxorum nationem (hi etiam ſunt genere Scythæ) Pezzinacis nobiliores & multitudine ſuperiores cum tota gente & propriis impedimentis tranſmiſſo Iſtro cum longis lignis & lembis, parviſque navigiis & byrſiis, milites tranſitum prohibentes, bulgaros, inquam, & Romanos, & qui cum ipſis erant, ſtatim debellaſſe, ac duces ipſorum Baſilium & Nicephorum captivos abduxiſſe, omnemque ad Iſtrum planiciem compleviſſe: excreverat enim natio, ut hi, qui viderant, confirmabant, ad ſexcenta millia bellicoſorum virorum. Et quidem haud minimam partem ipſorum diviſam uſque ad Theſſalonicam & ipſam Græciam irrupiſſe, & omnia, quæ ante pedes erant vexaſſe, diripuiſſeque infinita abacta præda. At hæc novæ gentis in Romanum Imperium eruptio Chriſtiano orbi haud minorem cladem minabatur, quam Gothi, Hunni Vvandali, & Longobardi olim intulerant. Accedebat ad malum, quod cum Imperator eſſet imbellis quamvis pius, & in Oriente jam Turcæ fatigarent Romanum Imperium; haud ſpes aliqua ſupereſſe videri poterat, ut exundantibus barbaris reſiſti poſſet. Tentaſſet autem eos Imperator legatione miſſa, muneribus idem auctor teſtatur, ſed fruſtra. Qui cum eſſet coactus ab Urbe exire, urgentibus civibus, adverſus hoſtes; non amplius quam centum quinquaginta milites, qui eum ſequerentur, inventos eſſe, idem aſſerit auctor, qui addit:

*Fertur Imperator, deſperatis rebus, indixiſſe jejanium, & ſibi & populo frequentes ſupplicationes adhibuiſſe, ipſe pedes cum lacrymis incedens & contrito corde. Qua die conſpecta eſt ab Uzis in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie dimicare, & cum ſumma feſtinatione, crebra contra ipſos tela jacere, ita ut ex ipſis nemo illæſus remanſerit, quin vulnus acceperit.* Ita pugnante Deo. Poſt hæc autem ad eumdem Imperatorem perveniſſe nuntium refert, qui affirmaret, gentem illam peſte & fame conſumptam, reliquias cum ducibus tranſmiſſo Iſtro ad propria remeaſſe. *His acceptis* (inquit Curopalates) *Imperator Deo & Dei Genitrici ſacrificio cum gratiarum actione peracto recta ad urbem ſe contulit, quam reperit admirationis & ſtuporis plenam, votaque Deo pro accepta ſalute perſolventem. Verum omnes quod factum erat, divinum miraculum cenſentes, Imperatoris erga Deum pietati adſcribebant, quod non virtute & viribus, aut potentia Imperatoris, ſed religione Deus ipſe flexus eſſet. Poſt hujuſmodi interitum quidam ex ipſis ad Imperatorem ſe contulere, a quo acceptis agris pubblicis Macedoniæ Romanos ſecuti ſunt, & ſocii ipſorum, atque eis obedientes hactenus fuere, honoribus Senatoriis atque illuſtribus dignati. Agebatur tunc ſextus annus Imperatoris Conſtantini Ducæ Indictione tertia, anno ſexmilleſimo quingenteſimo ſeptuageſimotertio ab orbe condito.* Hactenus Curopalata; eadem & Zonaras, atque Glicas Græci hiſtorici.

LXIV. Divinitus hoſtes ſuperati.

Uzica gens abſque armis debellata.

Mil-

PAGIUS *tibus Ruſſilionenſium*, aliiſque ibidem memoratis. Hoc autem Concilium ad hunc annum pertinere, oſtendit Coſſartius Tom. IX. Concil. de quo etiam legendus Em. Cardinalis Daguirre Tom. III. Concil. Hiſp.

V. *VVillelmus Normanniæ Dux Regno Angliæ deſtinatus.* Ingulphus in Hiſtoria monaſterii Croylandenſis, ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Rex Edvvardus ſenio jam gravatus, cernens Clitonis* (quod nomen filiis Regum in Anglia tribuebatur) *Edvvardi nuper defuncti filium Edgarum, Regio ſolio minus idoneum tam corde quam corpore, Godvuinique Comitis multam, malamque ſobolem quotidie ſuper terram creſcere, ad cognatum ſuum VVillelmum Comitem Normanniæ animum appoſuit, & eum ſibi ſuccedere in regnum Angliæ voce ſtabili ſancivit. VVillelmus enim Comes tunc in omni prælio ſuperior, triumphator contra Regem Franciæ, ac omnes Comites Normanniæ contiguos publice perſonabat, invictus in armorum exercitio, judex juſtiſſimus in cauſarum judicio, religioſiſſimus ac devotiſſimus in diverſo ſervitio. Hinc Rex Edvvardus Robertum Archiepiſcopum Cantuariæ Legatum ad eum e latere ſuo direxit, illumque deſignatum regni ſui ſucceſſorem, tam debito cognationis, quam merito virtutis, ſui Archipræſulis relatu inſinuavit. Ad hoc Haraldus Major Domus Regiæ veniens in Normanniam, ſe VVillelmo Comiti poſt Regis obitum regnum Angliæ conſervaturum non tantum juravit; ſed etiam ſe ducturum filiam VVillelmi Comitis in uxorem data fide, ſpopondit; & ſuper hæc magnifice muneratus ad propria revenit.* Willelmus Dux erat Normanniæ, ſed Comes ab Ingulpho, a quibuſdam aliis *Marchio* appellatur, quia hæ tres voces jamdiu indiſcriminatim ſumebantur. *VVilmum* autem ſeu Guillelmum poſt Sancti Eduardi mortem in Anglia regnaſſe, ſuo loco videbimus.

VI. *Conventus Londinenſis.* *Sanctus Eduardus*, qui more Deceſſorum annum a natali Chriſti inchoavit, & cum multa Procerum frequentia Londini illud celebravit, iiſdem vale dixit, literis, quas a Nicolao Papa alias acceperat, recitare juſſis. Referuntur eæ Tom. IX. Concil. pag. 1191. & ſeqq. Pontifex laudat Anglorum Regum pietatem in Sanctum Petrum Apoſtolorum Principem, *Eduardum* Regem in ſocietatem Apoſtolicam ſuſcipit, renovatis ac confirmatis Privilegiis eidem alias conceſſis. Præterea monaſterium *VVeſtmonaſterienſe* a Rege meliorari & reædificari cœptum abſolvit ab omni dominatione Epiſcopali, quam immunitatem Rex confirmavit, conſtituitque, ut quiſquis fugitivorum ipſum ſanctum locum intraverit, *immunis omnino ac plenam libertatem conſequatur.* Poſt Regis, *Edgidæ* Reginæ, *Stigandi* Cantuarienſis & *Eldredi* Eboracenſis Archiepiſcoporum ſubſcriptiones, leguntur in eo Diplomate aliæ variorum Epiſcoporum ac Procerum cum his verbis: *Omnes conſentientes ſubſcripſimus ſtabilita apud VVeſtmonaſterium* (prope mænia Urbis Londinenſis ſitum) *quinto Kal. Januarii, die Sanctorum Innocentium anno Dominicæ Incarnat. milleſimo ſexageſimo ſexto, indictione tertia, anno regni Edvvardi nobiliſſimi & clementiſſimi Regis vigeſimo quinto.* Ita habent alia harum literarum exemplaria apud Spelmannum, alioſque Scriptores Anglicos. Verum loco, *anno regni Edvvardi vigeſimo quinto* legendum, *anno regni Edvvardi vigeſimo quarto* ut ex dictis initio Regni ejus certo conſtat. Porro die XXVIII. Januarii feſto Sanctorum Innocentium ſacro annus MLXVI. a die Nativitatis Chriſti in curſu erat, ſed indictio quarta in Italia a Septembri cœpta, nonniſi a Kalendis Januariis in Anglia inchoanda erat. Quod mirum videri non debet; cum in Italia annus paſſim a Januario, indictio vero a Septembri initium ſumeret. Illud vero abnorme quod anno CMLIX. vidimus, in Anglia ſcilicet, indictionem a Septemb. & annum Chriſti a Januario in quibuſdam Diplomatis inchoari.

I. Milleſimus ſexageſimusſextus ſequitur Chriſti annus, Indictione quarta, idemque comete inſigni a Chronographis conſignatus Latinis pariter atque Græcis hiſtoricis. Sed corrigendum in (a) Curopalata, dum pro quarta Indict. errore legitur, decimaquarta. Quo anno, ut Leo Oſtienſis teſtatur, Godefredus Tuſciæ Marchio a Northmannis liberavit Romanam Eccleſiam, cum jam Richardus Northmannorum Princeps Aquinum uſque victor perveniſſet, Urbem proxime invaſurus, ut a Pontifice Imperatoris inſignia conſequi poſſet. Rem geſtam Leo in Caſſinate Chronico ſic deſcribit (b): *Interea cum memoratus Princeps Richardus rebus proſpere geſtis ſubjugata Campania ex parte, ad Romanæ Urbis ſe vicina porrigeret, ipſiuſque Patriciatum omnibus modis ambiret; Imperator ea fama percitus, ſimul ut & bona Eccleſiæ de Northmannorum manibus, & Imperii coronam de ſummi Pontificis manu ſuſciperet, magna cum expeditione pervenit Auguſtam, ibi præſtolans Godefredum Tuſciæ Marchionem, qui Regem quotiens ingredi pararet Italiam, præire cum ſuo ſolebat exercitu.*

(a) Curop. in Conſt. duca.

(b) Leo Oſt. l. 3. c. 23.

II. Alex. Papa in Nortmannos Godefredum immittit. *Sed quoniam Godefredus inde longe præceſſerat; Rex illud indigniſſime ferens, camdem mox expeditionem reſidere præcepit. Dux autem copioſo vallatus exercitu Romam conceſſit.* Et paulo poſt: *Godefredus itaque a Pontifice Cardinalibuſque comitatus, mediante jam Majo, Aquinum cum omni exercitu venit: ibique decem & octo diebus cum obſiſtentibus Northmannis, pari ſemper eventu confligens, tamdem ſatagente ſtrenuiſſimo internuntio Guillelmo, cui Frons audax, cognomen fuit, ad id deducta res eſt, ut ad Pontem ſancti Angeli, qui Todiſci dicitur, una Dux & Princeps (nam interruptus erat) ſe ad colloquium jungerent, ſicque non parva (ut fertur) a Northmannis accepta pecunia, Dux ad propria rediit. Per hos dies ſtella, quam cometem vocant, ingentem poſt ſe facem gerens, pluſquam viginti diebus viſa eſt; quæ Ducis obitus (nam paulo poſt mortuus eſt) prænuntia fuit.*

III. Alex. Papa promovet Caſſinenſes. Porro Alexander Papa, qui cum eodem ab Urbe profectus eſt in Campaniam, Caſſinenſe monaſterium aſcendit, ubi ex monachis delegit aliquos, eoſque diverſis Eccleſiaſticis officiis & dignitatibus mancipavit; de quibus iſta mox idem ſubiicit Leo: *Cum prædictus Pontifex Alexander huic monaſterio maxime affectus eſſet, ſuggerente atque inſtigante Hildebrando Archidiacono, ſi quos hinc Fratres a domno Abbate conſequi poterat; vel ſuo lateri ad miniſterium Eccleſiaſticum ſociabat, vel certe in Epiſcopos & Abbates honorifice promovebat. Todinum igitur Berardi Marſorum Comitis filium Romam ad ſe accerſitum in Lateranenſi Patriarchio Levitam conſtituit. Aldemarium quoque felicis memoriæ Capuanæ urbis prudentiſſimum ac nobilem clericum, & Richardi Principis olim Notarium, qui meus in converſione magiſter extiterat, quique Fratribus in Sardiniam miſſis dudum Abbas ordinatus fuerat, poſtquam ad monaſterium rediit; in Eccleſia ſancti Laurentii, quæ foris muros dicitur, Cardinalem pariter, Abbatemque ſacravit. Ambroſium itidem Mediolanenſem prudentem & eruditum hominem Tarracinenſem Epiſcopum conſecravit. Gerardum quoque doctiſſimum per omnia clericum Archiepiſcopum Sipontinæ Eccleſiæ ſacravit. Eodem item tempore Milo Capuani monaſterii Præpoſitus Meſſanæ Eccleſiæ Epiſcopus factus eſt, & Abbas monaſterii ſancti Benedicti de Salerno, cujus*

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MCIV. An. Hegiræ CCCCLIX. inchoato die 22. Novemb. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6559.

☉ 11. A. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1066.

ALEXANDRI II. PAPÆ 6.

HENRICI IV. REG. 11.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 8.

A.C. 1066 I. A Num. I. ad V. *Richardus* Capuæ Princeps, ut narrat Baronius ex Leone lib. 3. cap. 23. qui *Urbis Patriciatum* ambibat, vicina Romæ loca armis appetiit; ſed dum accepit, Henricum Germaniæ Regem cum copiis venire eam non facile capiendam intellexit. Gotifredus Hetruriæ & Lotharingiæ Dux Pontifice, Cardinalibuſque comitatus, *mediante jam Majo* Aquinum venit, ibique decem & octo diebus cum Normannis conflixit. Tandem Gotifredus accepta a Normannis pecunia *ad propria rediit. Per eos dies ſtella, quam cometem vocant, ingentem poſt ſe faciem gerens, pluſquam viginti diebus viſa eſt: quæ Ducis obitus (nam paulo poſt mortuus eſt) prænuncia fuit.* Quibus ex verbis eruitur, bellum hoc ad præſentem, non vero ad præcedentem annum, ut perperam Sigonius lib. IX. Hiſt. de Reg. Ital. pertinere. Hujus enim Cometæ varii Scriptores meminere, eumque hoc anno apparuiſſe ſcripſere: *Menſe Majo*, inquit Zonaras, *quarta indictione, ſtella crinita apparuit, Solem occiduum ſequens: quæ principio magnitudine Lunæ plenæ par. Deinde veluti coma enata minuebatur, ac tantum decreſcebat, quantum illa augebatur. Conſpectus eſt per dies XL. radiis verſus Orientem converſis.* Idem habet Curopalata,

*Gotefridus Dux ab Alexandro II. in Normannos immiſſus.*





*jus ſupra meminimus, rogatu Salernitani Principis eſt conſtitutus.*

IV. *Tunc etiam ſolemne privilegium idem Apoſtolicus Deſiderio Caſſinenſi Abbati de omnimoda monaſterii libertate conceſſit: Ne quis omnino Epiſcopus, excepto Romano Pontifice, non modo in noſtra, vel principali Eccleſia, verum in omnibus ubicumque locorum ad nos pertinentibus cellis ullam juriſdictionem quolibet modo ſibi uſurpare præſumeret, Apoſtolica auctoritate interdicens. Qui etiam tempore cum Hildebrandus Capuanus Archiepiſcopus elatione turgidus contra ſubmurmurare præſumeret; publice in Synodo Romana, conquerentibus nobis, privilegiis Apoſtolicæ Sedis convictus, ſe peccaſſe confeſſus eſt. Unde tam ſibi, quam ſucceſſoribus ſuis ſub diſtricto anathemate tunc interdictum eſt, ne ullam inde auderet movere quæſtionem, ullamque prorſus contra hunc locum venerabilem proponere litem.* Hæc Leo.

V. Alex. Papa mittit vexillum ad Guill. Duc. Northmann. Hoc ipſo anno Alexander Papa miſit vexillum ad Guillelmum Comitem Northmanniæ, ut Haroldum tyrannum occupantem Angliæ regnum poſt obitum ſancti Eduardi Regis expelleret, atque eo ut legitimus ſucceſſor ejus legitime potiretur. Hæc Scriptor ejus temporis Ingulphus, & poſt eum Matthæus Vveſtmonaſterienſis, & alii. De his acturi, primum quæ hæc præceſſerunt, in medium afferenda, in primiſque de ejuſdem ſancti Eduardi Regis obitus tempore dicendum. Conſtans eſt aſſertio Scriptorum omnium veterum, ipſum hoc anno Redemptoris milleſimo ſexageſimoſexto, pridie nonas Januarii, ex hac vita migraſſe, ☞ cum regnaſſet annos vigintiduos, & menſes novem. Quod autem omnes ferme numerant annos vigintiquatuor regni ejus; a tempore forte electionis eos numeraſſe oportuit. ☜ Hic autem a tempore coronationis, anni regni ejus enumerantur: quem poſtea Alexander Papa III. in numerum Sanctorum retulit egregie miraculis illuſtratum.

Hic autem, quod careret ſobole (virginem enim virginem reliquiſſe uxorem Editham, affirmant omnes res ab eo præclare geſtas proſequuti) præſcius proxime venturi obitus ſui, anno ſuperiori ſucceſſorem Anglorum regni ſubſtituit Guillelmum Comitem Northmanniæ cognatum ſuum, ſtrenuum bellatorem, juſtitiæ amantiſſimum, atque religione maxime pium. Quod ut probe factum ſe conſervaturum juravit Haroldus Comes filius Goduini Comitis, tunc magiſter regiæ domus, penes quem ſumma rerum erat. Cum vero (ut audiſti) hoc anno dicta die eumdem mori contigit Eduardum, ſequenti die idem Haroldus, contemptor jurisjurandi, ſpretorque tabularum teſtamenti Regis regnum invaſit, nomenque regium ſibi ſumpſit. Quod ubi Guillelmus legitimus hæres accepit, rem per legatos agit, quos nec auditos ubi cognovit, omnia experiri potius, quam armis decernere deliberavit. Hæc omnia VI.

PAGIUS ropalata, ſed loco, *IV. indictione*, Librariorum errore, *XIV. indictione*, in eo legitur. De hoc Cometa rurſus infra. *Gotifredus* vero, non hoc anno, ut habet idem Sigonius, ſed anno MLXX. e vivis exceſſit, ut ibidem videbimus. Verba enim hæc, *paulo poſt*, quibus Leo Oſtienſis utitur, ſimiliaque temporis adverbia magnam latitudinem habent, & in errorem facile inducere poſſunt.

II. A num. V. ad XI. *Anno milleſimo ſexageſimo ſexto, Anglorum decus, pacificus* Rex *Edvvardus, Egelredi filius; poſtquam viginti tribus annis, menſibus ſex, & viginti ſeptem diebus, poteſtate Regia, Anglis Saxonibus præfuit; indictione quarta, vigilia Epiphaniæ domini feria quinta, mortem obiit Lundoniæ: & in craſtino ſepultus Regio more, ab omnibus, qui tunc affuere, non ſine lachrymis plangebatur amariſſime*, inquit Hovedenus, cui cæteri Scriptores Angli conſentiunt, ſicut & Ethelredus Abbas Rievallenſis in Vita hujus Sancti Regis. Quare certo inde colligitur, Sanctum Eduardum menſe Junio anni milleſimi quadrageſimi ſecundi Regem Anglorum electum eſſe. Alexander III. anno MCLXI. ut eo anno apud Baronium videre eſt, eum in Sanctorum numerum retulit. *Guillelmus* ubi Angliæ Regno potitus eſt, nihil ſibi regnoque conducibilius cenſuit, quam *Eduardi* leges, & patrias ſub eo conſuetudines, a Sapientibus collectas firmare. Unde in capite legum collectarum Guillelmus præcipit, teſte Hovedeno pag. 601. *Hoc quoque præcipio*, inquit, *omnes conſervare legem Edvvardi Regis, in omnibus rebus, his adjectis, quæ conſtitui ad utilitatem Anglorum.*

*Moritur S. Eduardus Angliæ Rex.*

III. Anglorum Reges curandi ſtrumas vel ſcrophulas Privilegium a Sancto Eduardo repetunt, eique acceptum ferunt. Hujus rei meminit Petrus Bleſenſis in Epiſtola CL. ubi ait: *Fateor, quod ſanctum eſt domino Regi aſſiſtere: ſanctus enim & Chriſtus domini eſt: nec in vacuum accepit unctionis Regiæ ſacramentum. Cujus efficacia ſi neſcitur, aut in dubium venit; fidem ejus pleniſſimam faciet defectus inguinariæ peſtis, & curatio ſcrophularum.* Malmesburienſis vero lib. 2. de Reg. cap. 13. de Eduardo ſcribit: *Multoties eum in Normannia hanc peſtem ſedaſſe ferunt, qui interius ejus vitam noverunt Unde noſtro tempore quidam falſam inſinuant* (legendum forte, inſumunt) *Operam iſtius morbi curationem, non ex ſanctitate; ſed ex Regalis proſapiæ hæreditate fluxiſſe.* Denique Polydorus lib. 8. ritum illum ſtrumas curandi, Regum Angliæ jus quaſi hæreditarium vocat: *Quod quidem*, inquit, *immortale munus jure quaſi hæreditario ad poſteriores Reges manavit. Nam Reges Angliæ etiam nunc tactu, ac quibuſdam hymnis, non ſine cerimoniis prius recitatis, ſtrumoſos ſanant.* Sed illæ ceremoniæ nonniſi ad majorem decentiam adhibitæ; ſolo enim tactu tam a Regibus Anglorum, quam a Regibus Francorum, ut

*Ab eo Anglorum Reges habent, quod ſcrophulas curent.*

omnia Ingulphus ſincerus ejus temporis ſcriptor, quique his omnibus in Anglia præſens erat; quibus omnibus enarratis mox ſubiicit iſta:

VII. *Cumque hæc intermedia quotidie agerentur, & ſolum nuntiorum curſus & recurſus tota æſtate ſine fructu conſumarentur; Guillelmus præpropera querela Papam conſuluit, & ab eo animatus, etiam vexillum legitimæ victoriæ pro munere accepit. Haroldus vero judicium Papæ parvipendens, potius circuit, militiam colligit.* Quod enim judicium Papæ ſpretum ab Haroldo auctor affirmat: plane inſinuat Pontificem ipſum judicem interpellatum, ex tabulis teſtamenti adjudicaſſe regnum Guillelmo, atque ex juramento exhibito repuliſſe regni invaſorem Haroldum. Pergit Auctor dicere, quomodo pugnandum primo fuit Haroldo adverſus Regem Norvegiæ, Haroldum pariter nominatum, ingenti claſſe Angliam invadentem, quem & obtinuit in prœlio perdifficili.

VIII. Poſt hæc vero Guillelmus Comes, claſſe comparata, in Angliam venit, recenti victoria tumidum aggreſſurus Haroldum. Præcedentem vero noctem certaminis, inſumpſiſſe Guillelmi milites in confeſſione peccatorum ſuorum, & ad prœlium ſeſe muniviſſe ſacratiſſima Euchariſtiæ ſumptione, qui res tunc geſtas prolixius proſequuti ſunt, narrant; adduntque in ambiguo ſatis prœlio Deum faviſſe juſtitiæ, Guillelmoque tribuiſſe victoriam, pridie Idus Octobris, die ipſa, qua ſancti Calliſti Papæ & martyris anniverſaria dies agitur in Eccleſia: ut innoteſceret cunctis, quod ſicut Romani Pontificis ſententia & auſpicio tantum ſuſceptum eſt bellum, ita & Romani Pontificis regnantis in cœlo favore tanta eſſent obtenta victoria. Quod non ignorans ipſe Guillelmus, in ſignum grati animi cuncta iſta felicia accepta ferentis Apoſtolicæ Sedi, a qua vexillum acceperat; vexillum auro ac gemmis ornatum Haroldi, gratitudinis ergo, Romam miſit ad Alexandrum Pontificem. Hæc enim teſtatur Vvillelmus Malmeſburienſis, his verbis: *Vexillum illud Papæ miſit Guillelmus, quod erat in hominis pugnantis figura, auro & lapidibus ſumptuoſe contextum.*

Guillelmus Comes Northmanniæ Haroldum tyrannum ſuperat.

IX. Sequenti autem Natalis Domini ſolemnitate coronatum fuiſſe Regem Willelmum non a Stigando, Sedem Cantuarienſem tum illegitime occupante, ſed ab Archiepiſcopo Eboracenſi Aldredo, omnes affirmant, non quod id Stigan-

dus

PAGIUS ut infra videbimus, ac a ſeptimis maſculis nullo interjecto partu femineo natis curantur, quod de his ultimis centies & amplius propriis oculis vidi. Quare non eſt quod quidam Medici hæc commentitia, & quidam Theologi ſuperſtitioſa eſſe dicant. Sunt hæ gratiæ gratis datæ, quæ a Deo tam bonis, quam malis conferuntur, non ad propriam eorum, ſed ad communem aliorum utilitatem.

IV. *Canditati tres coronæ Anglicæ.*

*Sanctus Eduardus* virginitatem in matrimonio ſervavit, ideoque eo ſine liberis demortuo tres fuere coronæ Anglicæ candidati, *Edgarus* cognomento *Ethelin*, Eduardi illius filius, qui poſt longum exilium Regni hæres & Succeſſor ab Eduardo Confeſſore deſignatus fuerat, adhuc vivebat; *Haroldus* Godwini Comitis filius, qui tamen Willelmo Normannorum Duci promiſerat, ſe Regis inſignia non affectaturum. Tertius rivalis fuit ipſe *VVillelmus* Normanniæ Dux, conſcius meritorum, quæ ipſe & parentes in Sanctum *Eduardum* olim exulem profuderant, & quæ etiam Eduardus primum, indeque Haroldus ſancte firmaverant de Regni ſucceſſione. *Haroldus* poſtridie mortis Sancti Regis in ipſo Epiphaniorum die paucorum Procerum fide impetrata, coronam induit, & Regni inſignia. Interim venit a Normannia nuncius a *VVillelmo* Duce miſſus, qui ab *Haroldo*, Principis ſui nomine, petiit Regnum Angliæ, regnique inſignia olim a Sancto Eduardo promiſſa, & ab ipſomet *Haroldo* nuper cum jurejurando ſancita, confirmataque. Reſpondit *Haroldus* privatum ſe aliquando & in Normannia captivum, neſcio quid de Regni ſucceſſione, Willelmo promiſiſſe: ad quod nunc ſui juris, & privato majorem, non teneri. Hæc ideo fidenti animo *Haroldus* reſpondit, quod ſciret Ducem in Gallia occupatum, belloque diſtractum vix tuendis Provinciis ſuis parem eſſe, multoque minus ad imperium Inſulæ aſpirare. Hæc Ingulphus, aliique Angliæ Scriptores tradunt, ex quibus tamen alii Willelm, alii Haroldi cauſam juſtiorem fuiſſe contendunt.

V. *Legatio Guillelmi Normanni Ducis ad Alexandrum II.*

Perſonæ laici ordinis, quæ præeminebant in Normannia, Præſuleſque claritudine religionis, multimodæque probitatis, *ad commune decretum*, inquit Ordericus lib. 3. Hiſt. Eccleſiaſt. *juſſu ducis acciti ſunt, & audita re tam grandi, utpote diverſi diverſa ſenſerunt. Animoſiores cupido Duci favere volentes, ad certamen ire ſocios incitabant: tantumque negotium ſine mora incipere laudabant. Alii vero laborioſum opus inire diſſuadebant, nimiumque auſis & in necem præcipitibus multa importuna & diſcrimine plena prætendebant: pericula maris & difficultatem claſſis opponebant, Normannorumque paucitatem non poſſe vincere Anglorum multitudinem aſſerebant. Tandem Giſlebertum Lexovienſem Archidiaconum Romam miſit, & de his, quæ acciderant, ab Alexandro Papa conſilium requiſivit. Papa vero auditis rebus quæ contigerant, legitimo Duci favit, audaciter arma ſumere contra perjurum præcepit: & Vexillum Sancti Petri Apoſtoli, cujus meritis ab omni periculo defenderetur, tranſmiſit.*

VI. *Idem Guillelmus Angliæ Rex coronatur.*

Narrat poſtea Ordericus exercitum Normannicum *III. Kal. Octobris mare transfretaſſe, nocte, qua memoriam S. Michaelis Archangeli Catholica Eccleſia feſtive peragit, Haſtingas occupaſſe & ſecundo Idus Octob.* prælium hora tertia commiſſum, totaque die ad multorum millium perniciem ex utraque parte acerrime pugnatum eſſe, ac in primo militum congreſſu Haraldum Regem peremptum. *Omnia diſponente Deo in ſpatio trium menſium per Angliam pacata ſunt*, cunctique Præſules, re-

gni-



dus facere recuſaſſet, ut Nebrigenſis inconſulte nimis affirmat, (quam enim magno pretio id vir gloriæ cupidiſſimus redemiſſet, ut ita ea occaſione Regem ſibi devincire poſſet) ſed quod idem Stigandus ejus ſedis invaſor in Anglia peſſime audiret ab omnibus, & jam fuiſſet ab Alexandro Papa ſacris ſuſpenſus, teſtatur id (*a*) Willelmus, Ingulphus, & alii antiquiores omnes rerum Angliæ ſcriptores: *Ab Aldredo igitur Eboracenſium Archiepiſcopo* (Rogerius inquit) *dicta Natalis Domini die in Vveſtmonaſterio conſecratus eſt honorifice: ſed prius, ut idem Archipræſul ab eo exigebat, ante altare S. Petri Apoſtoli, coram Clero & populo jurejurando promittens, ſe velle ſanctas Dei Eccleſias ac rectores earum defendere, necnon & cunctum populum ſibi ſubjectum juſte ac regali providentia regere, rectamque legem ſtatuere & retinere, rapinas, injuſtaque judicia penitus interdicere.*

(*a*) *Vvil. rer. Angl. l. 3. in Vvil. Primo.*

X. Audiſti Lector, quo promotore, quibus præviis pietatis exercitiis Northmanni Anglicanum conſecuti ſint regnum, & quibus denique promiſſionibus ipſum ſe adminiſtraturum primus eorum Rex juramento pollicitus fuerit. De eo autem qui ipſum coronavit, non prætermittendum quod Nebrigenſis ait, Willelmum ipſum Anglorum Regem mirifice coluiſſe eumdem Aldredum initiatorem ſuum regiæ dignitatis, hoc in exemplum adducens: *Contigit aliquando eumdem pontificem in quadam petitione a Rege repulſam paſſum, iratum avertere ſcapulam, recedentem maledictionem pro benedictione comminari. Cujus motus ille non ſuſtinens ad pedes ejus procidit, veniam petiit, ſatisfactionem ſpopondit. Cumque optimates qui aderant, ſuaderent, ut Regem proſtratum erigeret: Sinite illum*, inquit, *jacere ad pedes Petri.* His ſignificans, Petro poſt Chriſtum ſacerdotii auctori deferri omnem honorem, qui defertur ſanctæ Eccleſiæ ſacerdotibus. At hæc ſatis: reliqua ſuis locis.

XI. *Cunonis electi Archiep. Trevirenſ. cædes.*

Eodem anno trucidatur crudeliter Cuno Colonienſis Decanus electus Trevirenſis, inter Martyres computatus; de quo iſta Lambertus ejus temporis ſcriptor. *Eberhardus Trevirorum Archiepiſcopus, dum in ſabbato ſancto tantæ diei myſterium ſolemniter populo exhibuiſſet, regreſſus in ſacrarium, caput in ſinum Archidiaconi reclinavit, circumſtantibuſque fratribus ſpiritum exhalavit. Epiſcopatum ejus per interventum Colonienſis Archiepiſcopi ſuſcepit Cuno præpoſitus Colonienſis. Graviter & indigne nimis tulit tam Clerus, quam populus Trevirorum, quod ipſi in electionem ejus admiſſi, conſultique non eſſent; ſeque viciſſim hortabantur, ut inſignem hanc contumeliam inſigni aliquo exemplo eluerent. Erat tum temporis Majordomus Eccleſiæ Trevirorum Diedericus Comes, adoleſcens tam natura ferox, quam ætate. Is die, quo Epiſcopus urbem ingreſſurus ſperabatur, cum ingentibus copiis ei obviam proceſſit, atque in ipſo lucis crepuſculo, priuſquam hoſpitio progrederetur, ſuper eum irruens, paucos reſiſtere tentantes occidit, cæteroſque inopino terrore perculſos facile fudit, fugavitque, opes, quas ampliſſimas advexeret, diripuit, ipſumque Epiſcopum captum, traditumque in manus carnificum, de rupe altiſſima præcipitari, & ſic interfici juſſit. Corpus ejus a religioſis viris collectum, atque in monaſterio Dolejenſi ſepultum eſt, ubi uſque in præſens tempus magnis (ut fertur) miraculis divinitus ſæpe illuſtratur.* Hæc Lambertus.

XII. Apud Hermannum adduntur iſta: *Dum eum ter per quoddam præcipitium dejeciſſent, & nihil ſibi niſi brachium collidere poſſent: unus ex illis* carnificibus *pœnitentia ductus ab eo veniam impetravit: Alius autem volens eum decollare, maxillam ejus tantum abſcidit. Et ſic ipſe Deo dignus martyr ad Dominum migravit Kal. Julii, ſepultus ad Abbatiam quamdam nomine Dolejam. Tres autem milites mortis illius auctores digna ultio poſtmodum ſubſecuta eſt: nam unus eorum acceptum cibum diglutire non valens, alii duo manus ſuas lacerantes miſere obierunt.* De Comite vero auctore cædis hæc Sigebertus habet: *Diedericus Comes Trevirorum de martyrizato Cunone apud Deum & homines reus, exiliatur ab Imperatore. Et ſuſcepta peregrinatione Hieroſolymam eundi, quid de eo, & de omnibus, qui in comitatu ejus pergebant, actum ſit, adhuc neſcitur.* Hæc Sigebertus poſt annos quadraginta. Agit de iiſdem Marianus Scotus, de cæde vero Cunonis ante annos duos, alii anno ſuperiori, ſequenti Sigebertus; de eodem quoque Adam canonicus Bremenſis, ejuſdemque & ipſe temporis ſcriptor: qui omnes uno conſenſu eumdem Martyrem nominant. Sed nomenclaturam iſtam diverſis acce-



PAGIUS gnique Proceres cum Guillelmo concordiam fecerunt. Denique *anno ab Incarnat. Domini MLXVII. indictione V. in die natalis domini, Angli Lundoniæ ad ordinandum Regem convenerunt, & Normannorum turma circa monaſterium in armis & equis (ne quid doli & ſeditionis oriretur) præſidio diſpoſitæ fuerunt. Adelredus itaque Archiepiſcopus in Baſilica Sancti Petri Apoſtolorum Principis, quæ VVeſtmonaſterium nuncupatur, ubi Eduardus Rex venerabiliter humatus quieſcit, in præſentia Præſulum & Abbatum Procerumque totius regni Al-*

*bie-*

ptam modis ab antiquioribus, dictum eſt Tomo ſecundo Annalium.

XIII. *Obitus miſerandus Epiſ. avari.* At quod Deus juſtus judex pro cujuſque vitæ meritis ſtipendia digna perſolvit: quam terribilis ſit in conſiliis ſuper filios hominum, hoc eodem anno, diro ſane valde demonſtravit exemplo, cum in ultionem Epiſcopi avariſſimi dæmones carnifices præparavit. Rem geſtam idem Lambertus ſic narrat: *Reginberus Miſnenſis Epiſcopus obiit. Is dum ſuſcepto Epiſcopatu Goſlariam veniſſet, poſt refectionem in cubiculum, ubi theſauros ſuos, quorum nimis amator erat, nullo conſcio, infoderat, quaſi paululum requieſcere volens ſeſe incluſit. Cumque jam die vergente in veſperam præter modum conſuetudinemque ſuam ſomno indulgere videretur: rem inſolitam mirantes cubicularii, pulſare oſtium cœperunt, ſed nec pulſantibus nec vociferantibus ullum dabatur reſponſum. Tamdem effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fractis cervicibus colore retro exanimem ipſis theſauris ſuis miſerabilem in modum incubantem.* Hæc Lambertus hoc eodem anno.

XIV. *Henricus Rex cogitur dimittere Adalbertum.* Quod ad politicum ſtatum pertinet, hoc eodem anno, cum Henricus Rex totius regni regimen transfudiſſet in Adalbertum Archiepiſcopum Bremenſem, ſive Hamburgenſem (ambæ ſimul unitæ erant Eccleſiæ) ſpretis Colonienſi & Moguntino Archiepiſcopis, & aliis Principibus regni; rebellantes ſubditi primum a tributorum ſolutione ceſſarunt; inde vero aucta conſpiratione, eo progreſſi ſunt, ut Regi eam conditionem proponerent, aut regno cedendum, aut Adalbertum ab adminiſtratione regni pellendum. Quem Rex tamdem dimiſit vix ereptum de manibus adverſariorum, ſicque tumultus concitatus quievit. Hæc Lambertus pluribus, qui & hoc eodem anno tradit eumdem Regem matrimonio junctum cum Berta Ottonis in Italia Marchionis filia nuptias celebraſſe.

Hoc eodem anno Hungarica Eccleſia, gentilitio furore graſſante, periclitatur, cum videlicet anno ſuperiore, ejecto Andrea Rege & excæcato Bela Duce ſuccedente, & in Regem coronato, Hungaricus infimus populus apoſtaſiam a Chriſtiana religione molitus, ſeditionem excitans; ad hoc ipſum perficiendum novum Regem ſollicitavit. Cum ille poſt triduum, reſponſione dilata, & bona ſpe eſſe ſuadens diſcordiæ auctores interim captos, & diriſſime cruciatos in omnium ipſorum conſpectu necari juſſit. Quo facto, tumultus ille compreſſus eſt, & Chriſtiana religio priſtinam conſecuta eſt libertatem. At hæc pluribus hoc anno Longinus; idemque narrat, quomodo poſt hæc ipſe Bela Rex cum Salomone Andreæ filio Hungaricum partitus eſt regnum. XV. *Eccl. Hungarica tumultuatur.*

Sed convertamus orationem ad miſerandum ſtatum Mediolanenſis Eccleſiæ, ſub Guidone relapſo in deterius Archiepiſcopo laborantis: hic enim ad vomitum redeuntis canis inſtar, reverſus eſt turpius ad peccata illa omnia, quæ ſub Petro Damiani Oſtienſi Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato, publicis editis ſcriptis fuerat deteſtatus; & pro illis diluendis injunctam ab eo ſuſceperat pœnitentiam: nam adverſus clericos illos, qui in fide conſtantes forteſque perſtarent, perſecutionem diriſſimam excitavit, adeo ut nec ſe a ſan- XVI. *Perſecutio in Eccl. Mediolan.*

gui-

PAGIUS *bionis, Guillelmum Ducem Normannorum in Regem Anglorum conſecravit, & diadema Regium capiti ejus impoſuit*, inquit idem Ordericus, qui Chriſti annos a die natali & forſan indictionem exorditur; Anglus enim erat, licet in Normannia vixerit. Eſt hic Guillelmus Dux Normanniæ hujus nominis II. *Baſtardus* vulgo & *Conqueſtor* cognominatus. Scripſit autem Ordericus in Normannia, & Adelredus Archiepiſcopus Eboracenſis erat.

VII. *Res Hungaricæ alieno loco narratæ.* Ad num. XV. Quæ hic Baronius de *Andrea* Hungariæ Rege, de *Bela* Duce, & *Salomone* Andreæ filio ex Longino in Hiſtoria Polonorum narrat, ex iis, quæ ſuis locis in medium adduximus, conſtat longe ante hunc annum accidiſſe; & Longinum, qui ſæculo XV. vixit, teſtem non eſſe idoneum eorum, quæ extra Poloniam quatuor ſeculis, antequam ipſe ſcriberet, contigerunt.

VIII. *S. Arialdus Martyrio coronatur.* A num. XVI. ad XXIII. *Beatus Andreas* Abbas Congregationis Vallumbroſanæ in Hetruria, non tantum diſcipulus, ſed etiam ſocius fuit laborioſæ prædicationis ac glorioſi certaminis *Sancti Arialdi*, qui ab anno milleſimo quinquageſimo ſeptimo, non vero quinquageſimo ſexto, ut perperam habet Baronius num. XVIII. adverſus Simoniacos & Presbyteros conjugatos civitatis Mediolanenſis, & locorum circum vicinorum decertavit, per decennium nempe, quod ab anno MLVII. inchoatum fuit, ut ſupra oſtendimus. Andreas autem Sancti Arialdi Vitæ ſcriptor cap. 33. mortem ejus his verbis narrat: *Decem igitur annos beatus Levita & Martyr Arialdus duxit pro Chriſti lege viriliter certando, decem membra eidem poſt hac per manus obtulit iniquorum. Octo cum occideretur*, (nempe aures duas, naſum, duos oculos, dextram manum, genitale membrum, & linguam ex cap. 29.), *duo ne agnoſceretur*, (hoſtes veritatis dixerunt, cutem cum capillis de ejus radamus capite; pellem vero corporis albeſcentem ferreis dilaceremus ungulis, pedes abſcindamus utroſque, ex cap. 31.) *Decem vero menſes in profundo laci incolumis jacuit Decem autem milliaria, illum nobis proximiorem lacus projecit quam acceperit. Per dies enim æſtivos ipſum in Eccleſia Sancti Ambroſii videntibus cunctis, Chriſtus conſervavit. Eique poſt hac decimo anno* (nempe MLXXVI) *Herlembaldum fidelem ſocium aſſociavit, ut veraciter credo, in regno cœlorum* (peremptum ſcilicet per eorumdem manus) *In quo decimo anno hac ſcripta ſunt, ad laudem Chriſti, ejuſque famuli Arialdi. Paſſus eſt ergo beatus Levita & Martyr Chriſti Arialdus quinto*, (le-

gen-



guine temperaret viri ſanctiſſimi Arialdi ejuſdem Eccleſiæ clerici, qui (ut ſuperius dictum eſt) diu multumque pro cuſtodia ſacrarum legum adverſus Simoniacos & Nicolaitas indefeſſo ſtudio laboravit. Sic loco portenti habitum, ut qui in cathedra ſederet Ambroſii, nece afficeret eos, quos ſciret ſervare, quæ ſervaſſet, & ſervanda prædicaſſet Ambroſius.

XVIII. Hoc igitur anno milleſimo ſexageſimoſexto, quinto Kal. Julii, martyrio idem coronatus eſt ſanctus Arialdus opera ipſius Guidonis pſeudoepiſcopi Mediolanenſis Eccleſiæ. Erat Arialdus vir nobilitate inſignis, utpote germanus cujuſdam Marchionis, ut ejus vitæ Acta docent, natus in villa inter Mediolanum atque Comum poſita, cui nomen Cutiacum. Cujus res præclare geſtas ſcripſit Syrus præsbyter, qui licet nomen ſuum tacuerit, Andreas tamen monachus Vallis umbroſæ ad ipſum de his ſcribens, aperuit. Scripſit autem vitam ipſam ad Rudolphum Abbatem Vallis umbroſæ, quam antiquitus ſcriptam accepimus a domno Conſtantino Cajetano monacho Caſſinenſi, qui in hujuſmodi antiquitatibus in lucem vendicandis fructuoſe laborat. Arialdus igitur inſignis pietate vir, commiſeratus ſtatum Mediolanenſis Eccleſiæ, quam dira perſecutio ſchiſmaticorum Henricianorum & Simoniacorum atque Nicolaitarum vexabat (ut audiſti ſuperius in legatione Petri Damiani ad eam Eccleſiam ab his malis purgandam miſſi) *Ann. Eccl. Tom. XVII.* Mediolanum ſe contulit anno Redemptoris milleſimo quinquageſimoſexto ſub victore Papa Secundo, ibique per decennium uſque ſcilicet ad præſentem annum in eadem functione jugiter perſeverans, in primis adverſus Guidonem ſchiſmaticum Archiepiſcopum prævaricatorem conſtantiſſime ſtetit. At vero qui lupus in grege non paſtor erat, eumdem ipſum Arialdum, quem jugiter patiebatur monitorem & reprehenſorem infeſtum, dira jugiter uſque ad necem perſecutione vexavit; quem tamdem proditione captum, & per ſuos ad inacceſſas ſolitudines trans lacum majorem poſitas ductum (ne populus commoveretur) necandum curavit.

Hic ipſe Arialdus, quem in Actis Mediolanenſibus de legatione Petri Damiani ſuperius recitatis diaconum ejuſdem Eccleſiæ Catholicam profeſſionem edentem, audiſtis. Hic ipſe, qui Sedis Apoſtolicæ auctoritate cum Landulpho nobili Mediolanenſi primum, inde cum ejus germano Herlembaldo milite in hunc uſque diem adverſus eoſdem Nicolaitas atque Simoniacos plurimum laboravit. Sed quomodo ubi proditione captus eſt juſſu Guidonis, & trans lacum ductus ad necem, ibi crudeliſſime a duobus clericis miſſis ab Archiepiſcopi nepte, altera Jezabele, ne ab illis qui captum duxerant illuc, Arialdus occultaretur, & ſic a nece ſubtractus vivere ſineretur, fuerit interfectus, ſic accipe: *Ubi duo illi clerici illuc navigio perveniſſent, egreſſi de nave dicunt ad eos, qui duxerunt. Ubi* XIX.

 *eſt*

PAGIUS gendum, *quarto*, licet idem mendum apud Baronium num. XVII. & Landulphum a Sancto Paulo legatur) *Kalendas Julii anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſexageſimo ſexto, præſidente Sedi Apoſtolicæ ſecundo Papa Alexandro.* Dixi legendum eſſe, *quarto Kalendas Julii*, quia beatus Andreas diſerte teſtatur, Arialdum in vigilia Sancti Petri occiſum, & in fine cap. 28. ſcribit, eum proditorie captum ſecreto ad lacum majorem deductum eſſe. Et cap. 29. *Hoc ante horam diei tertiam, in quo vigilia Sancti Petri celebratur, per totum Mediolanum eſt divulgatum. Quod ego audiens protinus reliqui urbem, eumque proſecutus ſum. Die igitur eodem nocteque ſequenti feſtine properans, die altero ad præfatum jam Sole oriente perveni locum. Obviam habui Marinum presbyterum* (& ideo Arialdi hoſtem) .... *& ait: Heſterna namque die* vigilia nempe Sancti Petri) *vox lætifera noſtro inſonuit loco dicens, Clericorum adverſarius vinctus habetur in nave & in ripa laci; ad quem illico cum multis decurri, & arrepto palo optime acuto, manuque erecta, in pectore ejus illum infigere volui; ſed non ſum permiſſus. Miſſi ſunt quidem quinque protinus viri a domina nepte Archiepiſcopi* (Mediolanenſis nempe, Guidonis appellati) *de quorum ferocitate ipſa non dubitabat*, &c.

XI. *Arnulphus adverſus Arialdum & fautores ſcripſit.* Arnulphus Scriptor Mediolanenſis per multos annos a Cleri Mediolanenſis partibus ſtetit, & adverſus Arialdum & cœlibatus Sacerdotum defenſores ſcripſit: ſed tandem Gregorii ſeptimi tempore errorem ſuum agnovit, licet illum nunquam ſcriptis retractarit. Ille hanc in rem habet lib. 3. cap. 15. apud Puricellum lib. 4. cap. 22. *His diebus declinante jam vere* (currenti nempe anno) *menſis unius ſpatio dirum ſparſere jubar ardentes in cœlo cometæ; frequentes quoque terræ motus mundo fuere; adeo ut die ipſo Reſurrectionis dominicæ bis fieret, mane ſcilicet & veſpere. Præerat tunc temporis Romæ Alexander Apoſtolicus ex Mediolanenſi Clero Eccleſiæ Lucenſis primo factus Epiſcopus. Cumque ſatis foret idoneus, Apoſtolicam deinde promeruit dignitatem Alexander de Anſelmo vocatus. Huic ſtatim ſurrexit adverſarius Candolus Parmenſis Epiſcopus, inſtitutione Regis ac matris Auguſtæ Papa nuncupatus, qui hoſtiliter Romam adiit* (nempe anno MLXII.) *poſt multam interfectorum ſtragem, ad muros Urbis Alexandri proſecutus exercitum. Tempore poſt alio* (ſcilicet anno MLXIV.) *quorundam ex Urbe & ope & conſilio Romam, quam Novam perhibent, ingreſſus, conſcendit arcem Creſcentii. Factis igitur in Urbe partibus, quotidie bellis bella ſuccedunt. Ad ultimum, poſt diuturnos, varioſque conflictus receſſit, mœrens, confuſus, & victus, conceſſa Alexandro victoria. Ad quem de præſenti negotio conſulendum Romam profectus eſt Herlembaldus, Arialdo interim furente in Præſulem* (Guidonem nempe

Me-

*eſt Arialdus? Qui reſpondere dicentes: Mortuus eſt. At illi: Nobis*, inquiunt, *a nepte Archiepiſcopi juſſum eſt videre illum ſive vivum, ſive mortuum. Et aſpicientes, videre illam eminus vinctum ſedentem ſuper ſaxum. In quem ſic anxii irruunt, quomodo leonum catuli ſuper prædam famelici. Evaginatis igitur gladiis, ipſius unus unam, alter vero auriculam arripit alteram, dicentes: Dic furcifer: ſi dominus noſter vere eſt Archiepiſcopus? Qui reſpondit:* Nec *eſt, nec fuit umquam, quia opus Archiep. in ipſo non eſt, nec fuit umquam.* Etenim per ſimoniam ingreſſus, ſimonia ſacra diſtrahere non ceſſabat, ſæpeque relapſus, eluſiſſet jam ſæpe Romanam Eccleſiam. Pergit:

XX. S. Arialdi martyrium. *Tunc immites utramque amputant aurem. At ille oculis in cœlum elevatis, ait: Gratias tibi ago, Chriſte, quia hodie inter tuos Martyres me dignatus es connumerare. Interrogatus denique iterum, ſi Guido vere eſſet Archiepiſcopus? qui ſolitam animi conſtantiam tenens, ait: Non eſt. Quapropter naſus ipſius protinus cum labio ſuperiore eſt abſciſſus: deinde ambo oculi ſunt effoſſi. Poſtea vero dexteram detruncant manum, dicentes: Hæc eſt quæ faciebat epiſtolas Romam directas. Deinc radicitus membrum amputant genitale, dicentes: Prædicator caſtitatis hactenus fuiſti: & hinc tu caſtus eris. Poſtea vero ſub gutture linguam extrahunt, dicentes: Modo ſileat, quæ clericorum familiam conturbavit & diſperſit. Et ſic illa ſancta anima carne eſt ſoluta, &c.* Porro Syrus presbyter auctor ejus vitæ, qui prope erat, cuncta de Chriſti Martyre quam exactiſſime perveſtigans, cuncta quæ ſcripſit, ſatis ſuperque habuit explorata.

XXI. Qui poſt hæc narrare pergit de luminaribus cælitus miſſis, quæ corpus ejus occultatum iterum patefacerent; ſed quomodo ita ſæpe detectum in profundiorem lacus voraginem demiſſum, atque tamdem poſt decem menſes ad ripam ejectum, adhuc integrum inventum fuerit, ac denique armis vendicatum per Herlembaldum Ducem, Mediolanum deductum, deque aliis ſignis ejus, qua potiretur in cœlo gloria, indicibus, prolixiorem narrationem texit; quam nos brevitatis cauſa dimittimus. Sic igitur poſt ſacras leges toties repetitas adverſus nefandos Nicolaitas & ſimoniacos, ſanctorum virorum præconio pervulgatas, poſt tot tantoſque labores ab Apoſtolicis viris adverſus ejuſmodi hæreſes exantlatos, voluit Deus etiam ſanguine tanti Martyris conſignari traditam antiquam Eccleſiæ diſciplinam, & aſſerta communi conſenſu Eccleſiæ ſacra dogmata; profligari vero errores, qui diu multumque denſa ſegete in agro Eccleſiæ excreviſſent.

XXII. At non hoc datum Landulpho nobili Mediolanenſi, & in prædicatione collegæ, ut martyrium conſummaret, licet multa paſſus, ſæpeque percuſſus, cum immiſſus ad eum occidendum ſicarius gladio venenato orantis ante altare collum vulnere appetiſſet: nam illæſus permanſit, & cœpto operi ad obitum uſque inſtitit conſtantiſſime; in cujus locum ſuffectus ſucceſſit ejus germanus Herlembaldus Dux, qui ſuo quidem germano felicior, ſanguine meruit eidem veritati teſtis accedere. Sed de eo ſuo loco dicendum erit.

XXIII. Quod vero ad res ſpectat Orientalis Eccleſiæ: hoc eodem anno poſt Conſtantinum Patriarcham Conſtantinopolitanum de-

PAGIUS Mediolanenſem) *comitando turbam civilem & agreſtem. Definito tandem Concilio rediens* ſcilicet hoc anno) *excommunicationis literas detulit Archiepiſcopo*, (hæ literæ male a Sigonio lib. IX. de Reg. Ital. cum aliis ab Alexandro II. anno MLXIV. datis confuſæ fuere, & male a Gratiano inſertæ in Diſtinct. 81. cap. *ſi quis Sacerdotum*, &: Eos etiam) *quod & pluribus grande viſum eſt civitati opprobrium. Unde factum eſt, ut in die ſancto Pentecoſtes procedens Antiſtes* (nempe Mediolanenſis) *ad publicum procederet Eccleſiæ pulpitum, queſturus, quod acciderat, incommodum. Cumque ſtaret ex adverſo Herlembaldus cum Arialdo, reſponſurus auditis, fit vehemens in plebe tumultus, diverſis diverſa clamantibus. Ad ultimum facto in medio Eccleſiæ partibus clamoſo impetu viciſſim in ſe ſe inſurgunt. Cumque per diverſa confligerent, remanſit pene ſolus Antiſtes: quem pars aggrediens inimica fuſtibus crudeliter caſum, & quaſi ſemivivum reliquit. Deinde ipſam invadens Epiſcopi aulam pretioſa quaque decerpit.* Arialdi vero mors ab Arnulpho cap. 16. ejuſdem libri narratur, ubi legenda. De Sancti Arialdi Canonizatione anno ſequenti ſermo fiet. De Vitæ illius Scriptoribus anno MLXI. egimus.

X. *Conſtantino Lichudi Patriarcha Conſtantinop. ſuccedit Joannes Xiphilinus.* Ad num. XXIII. *Cum Patriarcha Lichudes*, inquit Zonaras in Conſtantino Duca, *Eccleſia per annos quatuor & ſex menſes gubernata, in aliam migraſſet vitam, Joannes Xiphilinus in Pontificiam Conſtantinopoleos ſedem evehitur, Trapezunte quidem oriundus, ſed omni doctrina genere eruditus, & in Principum Senatorum numerum relatus.* Annos etiam IV. & menſes VI. Lichudi tribuuntur in Serie Epiſc. Conſtantinop. in Codice Juris Græco-Rom. edita. Quare cum *Xiphilinus* circa diem ſecundum menſis Januarii anni milleſimi ſexageſimi quarti Pontificatum ſuſceperit, ut in morte ejus demonſtrabo, *Lichudis* mors ad eum annum retrahenda. *Michael Pſellus* compoſuit Orationem laudatoriam in eundem Lichudem, quæ nondum lucem vidit, in qua refert, Conſtantino Monomacho imperante, in eum totius Imperii curam recubuiſſe, ab eo tamen poſtea a rebus amotum, iterumque ſub Iſaacio Comneno ſummæ rerum præfectum fuiſſe. Conſtat ea Oratio capitibus XXIII. cum aliis Verſionibus Combefiſii lucem viſura.

XI. Baronius ait, *Xiphilinum* Patriarcham Conſtantinop. Dionem in Epitomen redegiſſe, &, ut multos ſectatores habere ſolet, Andreas Scot-

tus



Joan. Xyphilin. Patriarcha conſtant. defunctum, ſubrogatur Joannes Xyphilinus. Hic ille, qui Dionem Caſſium Romanarum rerum antiquum ſcriptorem nobiliſſimum in compendium decurtavit, cujus magno damno excidit ipſe integer commentarius, epitome dumtaxat uſui relicta. Sedit iſte annos tredecim & menſes ſex, ut habet Index eorumdem Patriarcharum in codice Juris Orientalis antiquitus collocatus. Porro de eodem ipſo Curopalata plura habet, haud laude digna.

An-

PAGIUS tus in Præfatione ad Biblioth. Photii, Joannes Gerardus, Voſſius de Script. Latinis, alique multi idem poſtea tradidere. Verum ipſemet Joannes Xiphilinus Dionis Epitomator a Guillelmo Blanco anno MDL. in linguam Latinam primum verſus, & Georgio Armeniaco Cardinali dicatus, ubi de monarchia Ceſaris Auguſti loquitur, ait: *Quod ego non dico Dionis nomine, qui fuit Imperatorum Severi & Alexandri temporibus; ſed ut Joannes Xiphilinus, Joannis Patriarchæ fratris filius, qui tempore Michaelis Imperatoris filii Ducæ, ex multis libris Dionis hanc Epitomen compoſui.* Abbreviator itaque Dionis, non Xiphilinus Patriarcha, ſed Xiphilinus fratris ejus filius.

*Xiphilinus Patriarcha diverſus a Xiphilino Dionis Epitomatore.*

XII. *Comes Rogerius*, inquit Malaterra lib. 2. cap. 39. *anno Dominicæ Incarnat. MLXVI. turribus & propugnaculis extra portam accuratiſſime firmavit* (nempe apud Petrelegium ſeu Petraliam) *per quod maximam partem Siciliæ ad ſuæ dominationis jugum ferendum perdomuit.* Sed nihil magis Muſulmannis nocuit, quàm diſcordia inter eoſdem exorta, quæ eo uſque proceſſit, ut decretorio prælio inter ſe decertarent, uti narrat Noweirius in Hiſtor. Siciliæ. Quare *Jobus* & *Alii* Tamimi Africæ Caliphæ filii, quorum ſupra mentionem fecimus, harum diſſenſionum pertæſi cum claſſe & præcipuis Muſulmannis in Africam rediere anno CCCCLXI. Hegiræ, menſe Octobri anni Chriſti MLXVIII. inchoato. Quare cum nihil in tota inſula Chriſtianis amplius obſiſtere poſſet, munitiora oppida ſequentibus annis paulatim, ſibi ſubdidere, totamque tandem inſulam magnis animis recuperarunt, ut ſequentibus annis videbimus.

*Normannorum in Sicilia progreſſus.*

I. Legatio a Papa Alexand. miſſa ad Mediol.

ANnus ſequitur Redemptoris milleſimus ſexageſimusſeptimus, Indict. quinta, quo Alexander Papa cum audiſſet Mediolanenſis Eccleſiæ mutuas diſſenſiones & perturbationes ob ſimoniacos atque clericos fornicarios perſeverantes, miſeratus errrores & damna ex iis jugiter provenientia; decernit ad Mediolanenſes legationem. Delecti ſunt autem ad hoc munus Mainardus Cardinalis Epiſcopus Silvæcandidæ ſucceſſor Humberti, & Joannes presbyter Cardinalis. Qui illuc cum perveniſſent, hæc, quæ ſequuntur, decreta ſervanda præſcripſerunt univerſis illius Eccleſiæ miniſtris.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti milleſimo ſexageſimoſexto, Pontificatus vero Domini Alexandri Secundi Papæ ſeptimo, Indictione quinta, die primo menſis Auguſti, actum feliciter Mediolani.*

II. Præſcriptæ leges ſervandæ Mediol. Eccl.

*Cum conſtet, fratres chariſſimi, omne genus hominum ſub primi parentis prævaricatione ortum, ex radice carnis peccati trahere contagia culpæ, eamque propter hoc pœnam ſuſtinere vindictæ, ut miſeriis multis repletum, ſibique ipſi grave & ingratum, numquam in eodem valeat permanere ſtatu: ut quia factori ſuo noluit obedire ex pœna peccati cogatur mutabilitatis ſuæ miſerias tolerare, ita ut nec animo virtutis ſtabilitatem, nec corpore ſtatus tenens qualitatem, in diverſa vitiorum monſtra erumpat, & præceps ad æternæ mortis interitum currat: immenſa Dei bonitas humanam naturam ſic vitiatam, & a ſe per mandatorum ejus transgreſſionem multifariam elongatam non deſeruit, ſed labentem quotidie erigit, fugientem revocat nexibus amoris multiplicum beneficiorum ſibi ligat, ſed nec ſic in voluntate ipſius permanenti, vel mandatis ejus adhærenti leges edixit, canoneſque Spiritu ſancto dictavit, modos conſtituit, quibus debeat anima compeſci, & in bonis enutriri. Quorum omnium caput, ſummumque apicem, Romanam, cui per beatum Petrum non ſolum terram, ſed ipſos cælos ligandos ac ſolvendos dedit, conſtituit Eccleſiam: ut quidquid ubique Eccleſiarum pravitatis reperitur, dum ibi non poterit, ab ea quaſi ab origine, & magiſtra omnium corrigatur.*

*Quapropter dilectionem veſtram hortator, & per Chriſtum rogans obteſtor, ne erubeſcat quiſquam malum emendare, quod non erubuit ante Dei oculos perpetrare. Quia igitur in hac ſancta Mediolanenſi Eccleſia, quorumdam pravorum clericorum ac laicorum ſtatu, vel neglectu, in multis divinæ legis deſuevit regula; unde in hac præclara urbe, pernicioſa inter juſtitiæ, ut videbatur, fautores & malitiæ defenſores orta ſeditio, ac mortifera in omnem intus & extra populum diſſeminata diſcordia, ad animarum interitum, qualiter per boni JESU amatoris hominum, miſericordiam, & per nos qualeſcumque Apoſtolicæ Sedis Legatos, noſtramque pervigilem operam ſeditio in quietem, diſcordia in pacem, perverſitas reducta ſit in rectitudinem, ſcripturæ titulis annotamus, ut, juvante Domino, pacem firmam, & canonicæ rectitudinis normam, in hac ſancta Eccleſia in perpetuum ſtabiliamus. Quia itaque per confratrem noſtrum Dominum Petrum Oſtienſem Epiſcopum reverendæ ſanctitatis virum, quædam ſunt olim in hac urbe correcta, non opus eſt ea, vel præteritas* III.

PAGIUS SÆC. XI An. Eræ Hiſp. MCV. Anno Hegiræ CCCC-LX. inchoato die 11. Novemb. fer. 1. A.C.1067

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6560.

☉ 12. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1067.

ALEXANDRI II. PAPÆ 7.

HENRICI IV. REG. 12.

CONSTANTINI DUCÆ IMP. 9.

I. *Concil. Mantuanum & Canonizatio S. Arialdi.*

ANum. I. ad XII. Concilium *Mantuanum*, in quo *Cadolus* Antipapa damnatus, hoc anno celebratum, ideoque quæ Baronius anno MLXIV. de illo habet, & quæ eodem anno de eo in medium attulimus, huc revocanda. Hanc epocham extra omne dubium ponit Landulfus Junior Mediolanenſis Hiſtoricus, qui ait: *Paſſus eſt beatus Arialdus quinto Kal. Julii anno domini MLXVI: de cujus morte doluit Alexander Papa: verum anno ſequenti, ſcilicet MLXVII. cum idem Papa iret ad Synodum, quam* MANTUÆ *celebravit, Mediolanum venit, multaque fecit ſtatuta de ſtatu Mediolanenſis populi & cleri, beatumque* ARIALDUM *ſanctorum Martyrum catalogo annotavit.* Quibus ex verbis intelligimus primo, *Sanctum Arialdum* hoc anno ab Alexandro II. inter Sanctos relatum fuiſſe. II. eundem Pontificem *Mantuæ* Concilium, quod errore vulgari cum anno MLXIV. alligatur, præſenti congregaſſe. III. eum Mediolanum veniſſe, ſive antequam illuc *Mainardum* Sylvæ Candidæ Epiſcopum & *Joannem Presbyterum Cardinalem* Legatos mitteret, ſive poſt eam Legationem. Decreta enim ab utroque Legato adverſus Simoniacos & Clericos incontinentes condita, & a Baronio relata alios temporis characteres non præferunt, quam iſtos: *Anno ab Incarnat. D. N. Jeſu Chriſti MLXVII. Pontificatus vero domini Alexandri II. Papæ ſexto, indictione V. die primo menſis Auguſti.* Cum vero Humbertus Cardinalis doctrina & pietate celebris Sylvæ Candidæ Epiſcopus fuerit,



*ritas lites omnibus notas replicare; ſed quæ nunc ſunt canonica diſciplina a nobis ſtatuta, ad futurorum memoriam litteris exarare.*

IV. *Apoſtolica igitur auctoritate fulti, ex parte omnipotentis Dei & Apoſtolorum principis Petri, glorioſique Confeſſoris Chriſti Ambroſii ſtatuentes præcipimus, ac per virtutem Spiritus Sancti, qui eſt peccatorum remiſſio, interdicimus, non no-* Contra Simoniacos.

PAGIUS

erit, & Mainardus eam Eccleſiam hoc anno rexerit, apparet, illum jam vita functum fuiſſe. Ptolemeus Lucenſis in Chronico, ubi Alexandri Papæ initim biennio ſerius collocat, in errore perſtans Concilium Mantuanum cum anno MLXIX. connectit & de Alexandro Papa ſcribit: *Epiſcopos ſchiſmaticos cum Cadulo ad gremium Eccleſiæ refert, ipſiſque ſibi reconciliat, totumque populum ſibi faventem. Contraxitque moram in toto ſpatio illius anni in dicta regione, pro majori firmitate pacis & unitatis.* Denique ex iiſdem verbis *Landulfi* patet, Acta a Nicolao Cardinali collecta integerrimæ fidei eſſe, & a Concilio Mantuano ſuo anno reddito firmitatem & lucem accipere. [1]

Sed

NOTÆ [1] CErtus annus concilii hujus Mantuani non ſatis adhuc in apertam lucem prolatus videtur. Nam Scriptores illi, quos Pagius hic & ad an. 1064. I. producit, vel recentiores ſunt, vel res quæ per plures ſuccedentes annos geſtæ fuerunt, in unum omnes colligunt. Omnibus iſtis vetuſtior eſt, & Concilio huic ſuppar, quin & totius hujus ſchiſmatis promotor Benſo Albæ Pompejæ Epiſcopus, qui de rebus a ſe per eam occaſionem geſtis cum legatione ab aula Imperatoris fungeretur pro aſſerendo jure Cadoli, apud quem ipſe munus cancellarii geſſit, libellum ſcripſit vulgatum a Ludevvig Reliq. Manuſcriptorum Diplomat. tom. 9. Narrat ille poſt varias Cadoli jactationes tandem Godefridum Thuſciæ Ducem, ejus averſarium infenſiſſimum, in caſtro Pollionis, (nempe Bullionis ut explicat Author. Hiſt. Adaginenſis *Vet. Monum. tom. IV. col.* 938.) obiiſſe. Quo nuncio ſpe erectum Cadolum eundem Benzonem miſiſſe in Germaniam ad cauſam ſuam ſollicitandam. Veniens ille, ita rem compoſuit, ut Anno Colonienſis epiſcopus concilium in Germania ſtatim cogeret, ubi de re iſta deliberaretur, ac dein poſt annum de illa iterum diſceptaretur in Italia, concilio Mantuæ coacto. Vide ejuſdem Benzonis l. 3. a cap. 10. & ſequ. Fidem tenuit Anno, nam *poſt multa intervalla multis diebus* ait Benzo cap 25. Anno concilium celebravit, cui ex Liguria Epiſcopi adfuerunt, conventumque eſt inter Patres, ut definitio ultima cauſæ ad concilium uſque Mantuanum ſuſpenderetur; interim vero Alexander regnaret. Evoluto an. uſque Mantuæ concilium celebratum fuit, cui Alexander interfuit non vero Cadolus juſſus ab Annone Parmam reverti, & concilii exitum ibi opperiri, quod ipſi Cadolo infauſtum fuit. Ex hac Benzonis narratione multa eruas ad emendationem hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Primo concilium illud Germanicum, quod Osburienſe fuiſſe non dubito, anno tantummodo ante Mantuanum celebratum fuiſſe, adeoque longe poſterius eſt anno 1062. & facile anno 1071. haberi potuit. Secundo concilium Mantuanum anno ſaltem integro poſt obitum Gothefridi celebratum fuiſſe. Gothefridus iſte Beatricis Tuſciæ comitiſſæ maritus obiiſſe fertur in pervigilio Nativitatis Domini anno 1070. id enim tradit Bertholdus apud Pagium ad A. 1070. & Hiſtorici omnes apud eundem ibidem, quibus adde Annaliſtam Saxonem apud Eccardum Hiſtoric. Germ. ad eundem annum. Ex his perſpicuum eſt Mantuanum concilium non prius celebrari potuiſſe quam anno 1071. vel 1072. Inauditum id utique eſt, & contra fidem omnium Hiſtoricorum; ſed ſi quis perpendat Scriptores illos omnes Benzone noſtro recentiores eſſe, fidem illi præ cæteris addicendam judicaverit, cum præſertim de rebus a ſe tractatis agat, atque in cæteris omnibus cum probatiſſimis reliquis Hiſtoricis cohæreat. Poſt hæc ſcripta factum eſt ut opera Cl. Muratorii prodierit tomus XXIV. Rerum Italicarum, quocum Operi præclariſſimo ſuprema manus impoſita eſt. In eo vero prodiit inter cætera præclara antiquitatis monumenta breve Chronicon Monaſterii S. Andrææ Mantuani O. S. B. conſcriptum ab Antonio Nerlio ejuſdem cœnobii monacho ſæculi decimiquinti, quo in Opere ſententia noſtra de anno Concilii Mantuani egregie confirmatur; ait enim Author *Alexander II. rogante Henrico Imperatore IV. Mantuam cum veniſſet generali ibidem celebrato Concilio, Monaſterio huic* (S. Andreæ) *quod ab ejuſdem erectione* (quam cum anno 1017. ibidem componit) *ſine Abbate perſeveraverat annos circa quinquaginta quinque* (ergo anno 1702.) *virum venerabilem Ubertum primum præfecit Abbatem, annis videlicet Domini mille duobus & ſeptuaginta.* Epocha iſta Concilii Mantuani cum Benzonis chronologia belle congruens ex authenticis Monaſterii ſui membranis ab authore iſto expreſſa videtur; ideoque de anno Mantuani concilii non eſt cur deinceps ambigatur. MANSI

*nova præcipientes, ſed antiqua reformantes; ut nullus in univerſa hujus Eccleſiæ parochia monachus Abbas per pretium quocumque modo conventum accipiat, canonicus etiam nec niſi gratis, nec ullo alio modo ordinetur. Ex nulla quoque Eccleſiaſtici ordinis benedictione, vel ex Eccleſiarum conſecrationibus, vel chriſmatis datione quidquam muneris a quoquam per aliquam conventionem detur, aut accipiatur.*

V. Contra Clericos fornicarios. *Presbyter etiam, diaconus, ac ſubdiaconus, fœminam ad fornicandum palam retinens, donec in culpa manſerit, nec officium faciat, nec Eccleſiæ beneficium habeat. Qui vero non retinet, & eventu ex humana conditione ceciderit; poſtquam manifeſtum veraciter fuerit, ſuſpendatur ab officio tantum, donec per pænitentiam ſatisfecerit.*

*Statuimus inſuper neminem prædictorum graduum clericum ex ſuſpicione damnari, ita ut nec officio careat, nec beneficio, niſi ipſe forte confeſſus, vel per idoneos teſtes veraciter ſit convictus.* Ne *autem lædendi eos aliqua occaſio pro relictis fœminis eorum fiat:*

VI. *Statuimus, ut cum illis in una domo non maneant, nec manducent, nec bibant, nec ſine tribus, vel duobus idoneis teſtibus ſimul loquantur: & hæc ſervantes, nullam pro eis calumniam patiantur: ipſi vero juxta Eccleſias, ſi fieri poteſt, habitare cogantur. Qualiter vero quiſque eorum pro ordinum inæqualitate, vel culpæ varietate officium ac beneficium perdat, ideo ſcribimus, quia cuncta Eccleſiaſtica officia in ſtatus ſui dignitate conſiſtere volumus, & nullum clericorum pro cujuſquam peccati culpa, vel officii ſui aliqua in Deum offenſa, in judicio laicorum amodo eſſe permittimus, ſed modis omnibus in perpetuum prohibemus.*

VII. Suppleat laicus neglectum quod eſt ab Archiep. *Si quis autem laicus cujuſque ordinis, præſcriptorum graduum clericos in poteſtate ſua habet, cum primum ſciverit in veritate, aliquem ex eis vel fæminam, ſicut dictum eſt, retinere, vel in fornicationis crimen caſu cecidiſſe; ſtatim per ſe vel per ſuum nuntium hoc ſtudeat indicare Archiepiſcopo, & hujus Eccleſiæ Ordinariis, quibus cura iſta commiſſa fuerit. Si ipſe, aut ipſi, illi admodum ſcilicet in culpa obdurato vel accidentaliter lapſo interdixerint, ut dignum eſt, officium, ipſe laicus poſtmodum interdicat obdurato tantum officium. Si vero Archiepiſcopus, vel ſui Ordinarii, poſtquam audierint, hoc neglexerint, ipſe laicus quicumque ſit, ex tunc in ſua poteſtate, nec officium facere, nec beneficium alicui ex illis permittat tenere, donec culpam deſerat, & digne Domino per pœnitentiam ſatisfaciat. Præcipimus, ut illud beneficium, quod cuiquam clericorum auferatur, nullus laicus in ſuum uſum, vel lucrum accipiat, nec alicui ſuorum tribuat, ſed ad ipſius Eccleſiæ vel miniſtrantium illi opus, & utilitatem ſervetur, aut expendatur, donec vel ipſe, ſi dignus fuerit, reconcilietur, vel alter loco ejus conſtituatur.* Iſta pro tempore laicis Papa conceſſit in odium nefandorum fornicantium clericorum, quibus hæc prohibet.

*Hoc etiam conſtituimus, & firmiter contradicimus, ut nullus laicus alicui ex illis, qui forte lapſi fuerint, ullam in prædiolis, ſi habet, aut in aliquibus bonis ſuis, vel ſæculari, ſi forſan fuerit, beneficio, violentiam inferat, nihilque de ſuis niſi Eccleſiaſticum beneficium prædicto modo tollat.* VIII.

*Similiter quoque, ut nullus laicus a cujuſquam ordinis clerico in gradu aliquo Eccleſiaſtico benedicendo quidquam muneris exigat, vel accipat, ne cum Simone mago particeps fiat.*

*Illud autem, quod ſpeciali devotione eſt dignum, inviolabili conſtitutione judicamus fore in perpetuum firmum, ut hujus glorioſæ ſedis Antiſtes, qui nunc eſt, vel quicumque deinceps fuerit, ſemel aut bis, ſi poſſe fuerit, ſibi per omnes plebes, quicumque eas teneat, ad conſignandum, & Chriſtianitatem ſecundum canones perquirendum vadat; nulluſque laicus, aut clericus in hoc ei reſiſtat, ſed devote ei in his, quæ Domini ſunt, obediat, & miniſtret: integram quoque habeat in omnem ſuum Clerum canonice judicandi, ac diſtringendi poteſtatem, tam in civitate, quam extra per omnes plebes, & capellas, ut dum clerici fuerint, a ſæcularis judicii infeſtatione ſecuri, in divina ſervitute, & canonum auctoritate conſiſtant quieti, & Archiepiſcopo ſuo obediant devoti.*

*Illos autem omnes clericos, & laicos,* IX.
*qui*

PAGIUS II. *Arialdi ſepulchrum glorioſum.* Sed redeo ad *Sanctum Arialdum*, qui anno ſuperiori quarto Kalend. Julii occiſus fuit, non vero, ut perperam habetur apud Landulphum Juniorem num. præcedenti laudatum, *V. Kalend. Julii*. Landulphus Senior Arialdo coævus & inimicus lib. 3. cap. ult. apud Puricellum de Sancto Arialdo lib. 1. cap. 2. poſt relatam ejus mortem ſcribit: *Tranſactis vero aliquantis diebus ejus cadaveris fœtor caſtellum omne, ita ut omnes nauſearent fugientes occupavit*. At hanc calumniam refellit Arialdi canonizatio hoc anno facta, ut mox vidimus. Secundo B. Andreas Abbas Vallis umbroſæ in ejus Vita cap. 31. & ſeq. Qui de rebus a ſe omnique populo diu poſt Arialdi martyrium viſis loquitur: *In Sancto*, inquit, *die Aſcenſionis domini poſuimus illum in Eccleſia medio Sancti Ambroſii: teſtor veritatem, quæ Deus eſt*, &c. *fragrantiam ex ipſis digitis (quibus corpus tetigeram) emanare ſenſi qualem quantamve nunquam me alibi ſenſiſſe reminiſcor*, &c. *Congregata igitur eſt iterum in*
*die*



*qui contra Simoniacos & incontinentes clericos, ut per rectam fidem, ne hæc mala fierent, operam darent, juraverunt & per hoc incendia, deprædationes, ſanguinum effuſiones, multaſque injuſtas violentias fecerunt: omnimodo prohibemus, ne hæc ulterius faciant, ſed ſemetipſos cuſtodiendo, & pro his, qui ea non ſervant, Archiepiſcopo ſuo, & Ordinariis hujus Eccleſiæ, Suffraganeiſque Epiſcopis, quod canonicum eſt ſuggerendo, & cum bono animo ſupplicando in his operam tribuant, hoc eſt, ſtudium habeant. Et nulla alicujus damni vel dedecoris, quod pro hujus placiti cauſa alicui illatum eſt, ex aliqua parte amodo repetitio fiat, aut odium maneat; ſed pax Chriſti, quæ ſuperat omnem ſenſum, corda veſtra poſſideat.*

X. *Ad hæc igitur omnia conſervanda, & perenniter ſtabilienda, quia aliquando nonnullos magis mundana, quam æterna pæna a malo retrahit, & ad bonum compellit: Si quis ex his omnibus, qui pro officio, & poteſtate Eccleſiaſtica, vel mundana hæc agere debet, & poteſt ea ſtudioſe & fideliter perficere, ſicut præmiſſum eſt, neglexerit aut noluerit: Archiepiſcopus quidem de ſuo centum libras denariorum perſolvat: & ſi contempſerit, donec emendet, proprio officio abſtineat: Clericus autem vel laicus pro ordinis, ac dignitatis ſuæ qualitate, hac poteſtate tali multetur damno, ut ſiquidem de ordine capitaneorum fuerit viginti denariorum libras, vaſſorum autem decem, negotiatorum quinque, reliquorum vero pro qualitate, & poſſibilitate componat ad utilitatem hujus ſanctæ matricis Eccleſiæ: & ſicut pro tregua Dei fracta per decem tot civitates riſcattum faciat.*

*Si quis itaque (quod non optamus, & Dominus avertat) hæc non obſervaverit, & tranſgreſſor factus, ſicut ſtatutum eſt, emendare contempſerit, incurrat æternæ maledictionis & anathematis vinculum, & cum Dathan & Abiron præſens atque cum Juda traditore, Pilato & Caipha æternum ſubeat interitum, niſi reſipiſcat, & digne ſatisfaciat.* XI.

*Omnipotens Deus, dulciſſimi fratres & filii, precibus beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri, & glorioſiſſimi conſortis ſui Ambroſii, ab his omnibus malis vos cuſtodiat, & in bonorum obſervantia corda veſtra & corpora ita dirigat, ut ad promiſſam vobis æternæ beatitudinis hæreditatem pervenire concedat. Amen.*

*Ego Mainardus Dei gratia Silvæcandidæ dictus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus huic Conſtitutionis paginæ a me factæ ſubſcripſi.*

*Ego Joannes S. R. E. Cardinalis presbyter, atque ejuſdem Legatus, huic Conſtitutioni ſubſcripſi.*

Cæterum nec his remediis adhibitis deſinit Mediolanenſis Eccleſia fluctuare. Nam adhuc Guidone Archiepiſcopo ſuperſtite, Godefredus quidam & ipſe malis artibus, vitio ſimoniæ in eamdem ſe intruſit Eccleſiam. Teſtatur id (*a*) Gregorius Septimus in epiſtola ad Longobardos. XII.

(*a*) *Greg. l. 1. ep. 15.*

Hoc eodem anno (quantum conjectura aſſequi licet ex his, quæ præceſſerunt, & ſubſecuta ſunt res Alexandri Pontificis) pro celebranda Synodo in Dania idem Papa litteras dedit ad Hamburgenſem Archiepiſcopum Adalbertum ab ipſo conſtitutum Sedis Apoſtolicæ Legatum. Hæc autem quomodo ſe habeant,



PAGIUS *die Sancto Pentecoſtes* (hoc anno) *multitudo* &c. *Et ſi cum magna gloria laudeque ineffabili ad monaſterium deductus eſt ſancti Celſi. Ibi namque in locum mirabiliter aptum traditus eſt ſepultura*, &c. *Ex hinc quippe ibi a multis fidelibus adoratur & colitur*. Sancti Arialdi corpus anno MXCIX. ab Anſelmo IV. Archiepiſcopo Mediolanenſi in monaſterium Sancti Dionyſii paucos ante annos Mediolani conſtructum tranſlatum fuit, teſte Puricello in ejus Vita lib. 4. cap. 83.

III. *Agitur Mediolani de electione Epiſc. poſt Guidonem.* Ad num. XII. *Guido* Archiep. Mediolanenſis, neque hoc anno, ut Baronius num. XII. & Sigonius lib. IX. neque ſequenti, ut Ughellus in Archiep. Mediolan. & Papebrocius in Exegeſi de Epiſcopis Mediol. part. 3. arbitrantur, ſed anno milleſimo ſexageſimo nono, ut ſcite notavit Puricellus in Vita Sancti Herlembaldi cap. 28. Archiepiſcopatum Mediolanenſem abdicavit. Nam currenti tantum anno, exeunte æſtate, pax inter Mediolanenſes Alexandri II. opera conſtituta, eaque juxta Arnulphum a Puricello laudatum, per aliquod tempus duravit. Sed audiendus Arnulphus, cujus verba Puricellus recitat: *Nec tamen his contentus Herlembaldus pergens Romam iterum novum iniit cum Romanis conſilium. Vetus quippe fuit Italici regni conditio, perſeverans uſque in hodiernum, ut defunctis Eccleſiæ Præſulibus, Imperator Rex provideat ſucceſſores Italicis, a Clero & populo decibiliter invitatus. Hoc Romani canonicum eſſe negant; ſed inſtantius Archidiaconus ille Ildeprandus* (poſtea Papa ſub Gregorii VII. nomine), *qui cum abolito veteri novum tentaret inducere conſtitutum, palam fatebatur haud ſecus ſedari poſſe Mediolanenſe diſſidium, quam Canonicum habendo Paſtorem, ad quem eligendum neceſſarium fore dicebat Romanum conſenſum. His inſtructus aſſertionibus Herlembaldus Mediolanum veniens, qua audierat* (nempe Romæ) *feſtinanter exequitur. Prius ergo ſecreto paucos convenit ex amicis, a quibus cum exigeret ſponſionem celandi credita, caute ſubintulit juramento cauſam futuri eligendi Paſtoris poſt deceſſum præſentis. Deinde die noctuque laborans, Laicos & Clericos eidem juramento reddit obnoxios*. Ita Arnulphus lib. 3 cap. 18.

Poſtea idem Arnulphus cap. 20. apud Puricellum lib. 4. cap. 29. *Interim tamen* (Herlembaldus) *a perſequendo Præſulem non deſtitit Guidonem omneſque ſuæ conſanguinitatis affines. Archiepiſcopus autem cum tot nequiret imminentes tolerare preſſuras, ævo jam maturus,* IV. *Guido Gothofredo remittit Archiepiſc.*
*& diu-*

(a) Adam. l. 4. c. 42. 43. 43. Hamburgenſis Eccleſ. propagatio. (*a*) Adam ſuorum temporum res geſtas proſecutus, quam fideliſſime ſic narrat in appendice ab eo poſt mortem ejuſdem Archiepiſcopi ſuperaddita: *Archiepiſcopus itaque in legatione ſua talis erat, qualem & tempora & mores hominum mallent habere, ita affabilis, ita munificus, ita hoſpitalis erga omnes homines, ut parvula Brema ex illius magnitudine inſtar Romæ divulgata, ab omnibus terrarum partibus catervatim peteretur, maxime a ſeptentrionalibus populis.*

XIII. *Inter quos extremi venerunt Islandi, Gronlandi, Gothorumque, & Orcadum Legati, petentes, ut prædicatores dirigeret illuc; quod & fecit. Nam & in Daniam, Suediam, & Norvegiam, & in inſulas maris ordinavit Epiſcopos multos; de quibus & ipſe gaudens dicere ſolebat: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, ut mittat operarios in * vineam ſuam. Quarum ſpecioſa multitudine tandem exhilaratus pontifex, primus omnium ſtatuit in Dania Synodum celebrare cum Suffraganeis ſuis. Quoniam & temporis opportunitatem habuit, & quoniam illud regnum ſufficientibus abundaret Epiſcopis, & quoniam multa corrigere neceſſe fuerat in nova plantatione, ſicut & hoc quod Epiſcopi benedictionem vendunt, & quod populi decimas dare nolunt, & quod in gula vel mulieribus enormiter omnes excedunt. Ad quæ omnia Romani Papæ fultus auctoritate, Regiſque Danorum promptiſſimum ſperans auxilium, magnificum prorſus (ut ſemper ſolebat) Concilium fieri voluit omnium Aquilonarium Epiſcoporum. Soli diutius expectabantur Tranſmarini: ea res hactenus Synodum remorata eſt. Ad cujus rei fidem præſto ſunt epiſtolæ, quas Papa in Daniam legavit Epiſcopis ad Synodum rebellibus, & ipſius Archiepiſcopi litteræ aliis directæ. Ex quibus duarum exemplar hic ponere duxi neceſſarium.*

* meſſem

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Epiſcopis in regno Danorum conſtitutis, Apoſtolicæ Sedi & noſtro Vicario obedientibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

XIV. Litteræ Alexandri Pap. ad Danos pro Synodo. *Hamburgenſis Epiſcopus, venerabilis Vicarius noſter litteris & Legatis ſuis conqueſtus eſt, quod quidam Edbertus Farienſis Epiſcopus multis criminibus involutus ad Synodum ſuam per triennium vocatus, venire contempſit. Quod quia conſilio quorumdam veſtrorum dicitur eſſe factum; mandamus & Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut ab hujuſmodi recedatis omnino conſilio, eumque ad audientiam prædicti fratris noſtri ire admoneatis, quatenus poſt factam examinationem canonice judicetur; & alia quibus ibi præcipitur, ut ei obediant, & ſatisfactionem exhibeant.* Hæc Adam, qui & litteras pro celebranda Synodo ab Archiepiſcopo datas ad unum Epiſcoporum ſubjungit, his verbis:

*Adalbertus ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Legatus, nec non & univerſarum ſeptemtrionalium nationum Archiepiſcopus, Hamburgenſis quoque proviſor indignus Vuillelmo Roſchildenſi Epiſcopo ſalutem.*

XV. Litteræ Archiep. Hamburg. pro Synodo. *Ad Synodum, quam apud Slavich celebrandam eſſe conſtitui, vos veniſſe, aut nuntium veſtrum miſiſſe grato perciperem animo; ſed de hoc alias. Nunc autem fraternitatem veſtram latere nolo, quid moleſtiæ mihi Adalvardus Epiſcopus intulit; quem vobis teſtibus, qui ordinationis ejus interfuiſtis, Sictonienſis Eccleſiæ conſecravi pontificem, quem dum barbara gens ſibi præeſſe noluit, Scarenſem Eccleſiam invadere cœpit. Peto igi-*

PAGIUS *& diuturno languore membris omnibus diſſolutus, arbitratus eſt fore conveniens, ut quod ille faciendum praviderat, ipſe quoque deſtruendo præveniret, ut dignitatem propriam alteri ſe vivente concederet. Per id tempus fuerat quidam ex Ordinariis Eccleſiæ Subdiaconus, nomine Gothofredus illius* (Guidonis ſcilicet) *a ſecretis præ omnibus unicus; qui, ex quo Domini ſui penetraverat mentem, in ſe transferendum omnimodis ſatagebat honorem. Secreta igitur facta conventione cum eo Præſul, datis communis pacti ex alterutro ſacramentis, dignitatem deponit abſens, Virga cum annulo Cæſari per Legatos directa. Gothofredus autem cum jampridem labore multo ſibi Regis conciliaſſet affectum, recenti tamen pacto ab eodem Auguſto gaudens eſt adeptus Præſulatum. Verumtamen .... reprobatus a civibus nullis in locis Epiſcopatus vel ad hoſpitandum recipitur, ipſis etiam factus inviſus agricolis. Hunc Romani Domini cum Apoſtolico jure ſtatim condemnant canonico, judicii ſui literas Mediolanenſibus ſuper illo mittentes. Quare elatus Herlembaldus fiducia acrius inſurgit, non ſolum in illum, verum etiam in fautores omnes, univerſa flammis & ferro demoliens: contra quem etiam per vicos & caſtella multorum exegerat ſacramenta.* Ex prædictis liquet, Herlembaldum, poſtquam pax aliquo tempore duraſſet, Romam, non hoc anno, ſed ſequenti profectum eſſe, eodemque prædicta adverſus *Guidonem* peregiſſe, huncque ante annum MLXIX. non abdicaſſe.

V. *Eumdem fruſtra reſumere tentat.* Moto inter utramque factionem bello, *Guidonem* pœnituit Archiepiſcopatum abdicaſſe, rurſus ejuſdem Epiſcopatus poſſeſſionem inire, & cum Herlembaldo pacem facere voluit, idque anno milleſimo ſeptuageſimo. Arnulphus citatus rem his verbis narrat: *Interea Guido fatebatur ſe Gothefridi deluſum inſidiis, communis pacti tranſgreſſorem illum appellans, qui cum amiſſum reſumere vellet honorem, cum Herlembaldo pacis fœdera ſociavit. O mens cæca mortalium! Veniens cum illo duce* (nempe Herlembaldo) *Mediolanum, non ad urbem, ut voluit, ſed ad ſancti Celſi monaſterium ducitur; de privato factus privatior. Ibi commendatus cuſtodibus multis diebus reſedit inglorius, hac vice*



*igitur, ut nuntium meum, qui illuc iturus eſt, ad Dalbienſem velitis Epiſcopum dirigere. Hæc habui de Synodo quæ dicerem, cum & alia multa ſint, quæ faſtidii cauſa omitto.* Hucuſque recitat Adam; ſubiicit vero his hæc de propagatione ejuſdem Eccleſiæ.

XVI. Viginti Epiſc. ordinati ad gentes. *Ipſi vero, quos Metropolitanus ad Gentes ordinavit, plures ſunt, quorum ſedes & nomina didicimus ipſo narrante. In Daniam itaque novem conſtituit, Rudolphum ad Slaſvich, Oddonem ad Ripam, Chriſtianum ad Arhus, Heribertum ad Viburg, Magnum, & Albrittum in Vendilam inſulam, Edbertum in Fionem inſulam, & Falſtriam, Vuillelmum in Seland, Eginonem in Scaniam provinciam. In Svediam vero conſecravit ſex, Adalvardum & Accilinum, item Adalvardum, & Tadicum, necnon Simeonem atque Joannem. In Norvegiam duos tantum ipſe conſecravit, Tholff, & Sivardum. Cœterum aliunde ordinatos, cum ſatisfacerent, & ſecum tenuit miſericorditer, & abeuntes dimiſit hilariter, ſicut Meinardum, Oſmundum, Bernardum, & Aſgotum, alioſque multos præterea. Turolfum quemdam poſuit ad Orcadas, Isleph ad Island inſulam. Sunt Epiſcopi quos ordinavit, omnes viginti: quorum tres abortivi extra vineam otioſi remanſerunt, ſua quærentes, non quæ JESU Chriſti. Quos univerſos glorioſus Archiepiſcopus decenti honore habens, ad prædicandum barbaris verbum Dei prece & præmio commendabat. Ita ſæpiſſime vidimus eum quatuor, aut quinque ſtipatum Epiſcopis (prout ipſum audivimus dicentem) abſque multitudine eſſe non poſſe.* Et inferius de cultu, quo proſequi ſoleret Romanos Pontifices, iſta habet (*a*):

(a) Adam l. 4. c. 46.

XVII. *Eodemque ſtudio benignitatis utebatur erga Romanæ Sedis Legatos, quorum clientelam & contubernium in ſummo coluit amicitiarum loco. Pariter gloriatus ſe duos tantum habere dominos, hoc eſt, Papam & Regem, quorum dominio jure ſubjaceant omnes ſæculi & Eccleſiæ poteſtates. Illos nimirum ſibi eſſe timori & honori. Apparuit hoc in fide viri, quam ita integram ſervavit utriſque, ut auctoritati Apoſtolicæ nihil præponens, antiqui honoris privilegia Sedi Apoſtolicæ contenderet integra ſervari debere, ejuſque Legatos ſummo recipiendos honore cenſeret. Majeſtatem vero Imperatoriam quanti faceret, Epiſcopatus ejus teſtis eſt ideo, vel maxime deſtructus, quod a fidelitate Regis ſui nec minis, nec blandimentis Principum reſcindi potuit.* Et inferius: *A Papa vero meruit hoc dignitatis privilegium, ut totum jus ſuum domnus Apoſtolicus in illum transfunderet, ſucceſſoreſque ejus: adeo ut ipſe per totum Aquilonem, in quibus locis opportunum videbatur, ſæpe, invitis Regibus, Epiſcopatus conſtitueret, ordinaretque Epiſcopos, ex Capella ſua quos vellet electos.* Hæc ipſe de ſtatu illarum Eccleſiarum.

XVIII. Porro qui iſta ſcribebat Adam Bremenſis Eccleſiæ canonicus, hoc anno ſe Bremam veniſſe teſtatur (*b*) matticularium inter ejus Eccleſiæ clericos, qui fuit annus ejuſdem Adalberti Archiepiſcopatus vigeſimusquartus. Cum ipſe nihil antiquius habens, quam ejus eccleſiæ ortum atque progreſſum ſcribere, ad hoc peragendum, conveniendum ſibi putavit Svenonem Danorum Regem, quem cæteris doctiorem atque prudentiorem acceperat; de quo ipſe his verbis: (*c*) *Noviſſimis Archiepiſcopi temporibus cum ego Bremam veni, audita ejuſdem Regis ſapientia: mox ad eum venire diſpoſui, a quo & clementiſſime ſuſceptus ut omnes, magnam hujus libelli materiam ex ejus ore collegi. Erat enim ſcientia litterarum eruditus, & liberaliſſimus in extraneos. Et ipſe direxit prædicatores clericos in omnem Svediam, Northmanniam, & in inſulas, quæ ſunt in illis partibus. Cujus veraci & dulciſſima narratione didici, ſuo tempore multos ex barbaris nationibus ad Chriſtianam Fidem converſos. Aliquos etiam tam in Svedia, quam Norvegia martyrio coronatos, ex quibus ait, Henricus quidam peregrinus, dum apud Sveones ulteriores prædicaret, martyrii palmam capitis abſciſſione meruit. Alter quidam Alfuardus nomine, inter Northmannos ſancta converſatione diu ac latenter vivens abſcondi non potuit. Ille igitur dum protexit inimicum, occiſus eſt ab amicis.*

(b) Adam l. 3. c. 5. in fin.

(c) Idem l. 4. c. 6.

De Adam hiſtorico.

XIX. *Ad quorum requietionis locum magna hodieque ſanitatum miracula populis declarantur. Igitur ea, quæ diximus, vel adhuc*



PAGIUS *vice deluſus.* Triſtanus Chalcus antiquus Mediolanenſis Hiſtoricus, cujus Opus typis editum, ſed a Voſſio in Hiſtoricis Latinis prætermiſſum, hoc modo rem ſe habuiſſe dicit: *Data acceptaque fide, Guido Mediolanum venit. Appropinquanti Cotta* (ita Herlembaldus cognominabatur) *ſub ſpecie honoris cum multitudine amicorum obviam proficiſcitur: occurrentem ſalutat, & ſatellitibus circumdat: & declinata urbis via in Celſianum cœnobium perducit, atque cuſtodiæ commendat.* „ Puricellus „ cap. 30. ſic factum excuſat: Monaſterium „ per ea tempora locus erat pœnitentiæ. Hinc „ igitur ego quidem factum crediderim, ut „ Herlembaldus, donec Apoſtolicam conſuleret Sedem; niſi potius ipſam jam ante conſuluerat, ejuſque præſcriptum jam ſequebatur, *Guidonem* Archiepiſcopum in Celſianum illud monaſterium detruſerit, ad eum „ finem, ut illic interim juſtas pariter ac ſalutares erratorum ſuorum, tota paſſim urbe vulgatorum pœnas lueret. Ita Puricellus. Quæ

*adhuc ſumus dicturi de barbaris: omnia relatu viri illius cognovimus.* Hæc cum dicat ipſe, idem in præfatione ſuæ hiſtoriæ conſcripta ad Liemarum Adalberti ſucceſſorem, quam rationem in reliquis conſcribendis adhibuerit, ſic docet: *Itaque de his, quæ ſcribo, aliqua per ſchedulas diſperſa collegi, multa vero mutuatus de hiſtoriis & privilegiis Romanorum, pleraque omnia ſeniorum, quibus res nota eſt, traditione didici, teſtem habens veritatem, nihil de meo corde prophetari, nihil temere definiri; ſed omnia, quæ poſiturus ſum certis roborata teſtimoniis.* Ita quidem præſtitit egregie, quod eſt pollicitus, ut neminem legerim, cujus magis candor veritatis eluceat: ut magnum duxerit ſacrilegium in cujuſcumque rei tractatione mentiri. Stet in Eccleſia liber iſte ſpeculum velut in quo boreales Novatores, qui ediderunt eum, ſuas deformitates horrendas agnoſcant, dum ex ea hiſtoria, quæ vera ſit Eccleſia Chriſti Catholica, aperte videant; qualeſve extiterint fundatores atque propugnatores ejuſdem Eccleſiæ Aquilonaris intelligant; quam inſuper ab ipſis diſpares, diſſimiles, immo & omnino contrarii, perſpicua luce cognoſcant. Det illis Deus lumen ad pænitentiam, & gratiam ad ſalutem.

XX. Quod ad res ſpectat Orientis, hoc anno Conſtantinus Ducas Imperator, cum imperaſſet annos ſeptem & menſes ſex (ut

PAGIUS

Quæ inde conſecuta fuerint, anno MLXXI. narrabimus.

VI. *Moritur Conſtantinus Ducas Imp.* Ad num. XX. Curopalates ait Conſtantinum Ducem Imp. *menſe Majo* gravi morbo profligatum fuiſſe, & vixiſſe *in imperio annos ſeptem menſes ſex.* Pſellus in Conſtantino Duca numero rotundo loquens, annos ſeptem ei adſcribit, aitque: *Vixit annos ſexaginta, pauloque amplius, nec ſcio, utrum alius Imperator cum majori claritate vitam traduxerit, aut felicius mortuus ſit. Semel enim inſidiis petitus, aut procella ereptus, reliquum imperii tempus tumultu liber æquoque animo egit, relictis ſæculo liberis Imperatoribus ex paterna ſedulo regula inſtitutis.* Paulo poſt: *cum literis eximia addictus eſſet, Utinam, ajebat, hinc magis quam ex imperii infulis clareſcerent.* Antea Pſellus dixerat: *Joannem fratrem ad Cæſaris dignitatem evectum, poſtea etiam ſupra modum eximieque diligebat, eumque in regenda Republica conſiliorum ſocium adhibebat. Quippe qui etiam vir prudentia ornatus, magnique ſenſus, ac rebus gerendis dexter, ſolerſque erat. Quamobrem etiam diu ante obitum gravi morbo detentus ſuos ei liberos ut patri ſubdiderat, adjuncto ei, & quem ad patriarchalem ſedem extulerat, viro nimirum tum perfectiſſimæ virtutis, tum ſacerdotio comprimis idoneo* (nempe Joanne Xiphilino). Verum convaluit ille quidem ab ægritudine, nec multo poſt corpore abſumi incipiens, ad mortem prope acceſſit. *Quo ſtatu in uxoris omnia arbitrio poſuit, quæ omnium ſuæ ætatis fœminarum caſtiſſima viro haberetur, ac educandæ proli ſolertiſſima.*

VII. *Eudocia Auguſta cum filiis imperat.* Imperatrix *Eudocia* cum Michaele & Conſtantino filiis arrepto Principatu publicæ rei curis omnibus animum intendebat, ſubjungit Pſellus, qui Conſtantini Ducæ Adminiſter fuit. De hujus filiis legendus Zonaras, in his enim nobis immorari non licet. Nicephorus Bryennius lib. I. Comment. num. VI. poſtquam narravit, *Conſtantinum Ducam* juſtiſſime Imperium adminiſtraſſe, & *Iſacium Comnenum* Monachum, a quo Imperium acceperat, ſummo ſemper honore obſervaſſe, dominum illum & Imperatorem appellaſſe, & quoties ad ipſum accederet, quod frequentiſſime contingebat, non ſedere niſi poſt ipſum ſuſtinuiſſe, ſubdit: *Ducas annis ſeptem totis ex juris ac legum præſcripto Romana re adminiſtrata, e vita & ipſe migravit, ſuccedente ipſi ejus conjuge Eudocia, cum Michaele, Andronico, & Conſtantino filiis.* Sed quoad ſucceſſionem Imperii, magis Pſello credendum. Porro Hiſtoriam Nicephori Cæſaris Bryennii a Romani Diogenis Principatu ad Botoniatis imperantis tempora perductam, poſt mortem Baronii Petrus Poſſinus e Soc. Jeſu e veteri MS. eruit, & Pariſiis ante annos triginta publicavit. [1]

VIII. *Edgarus S. Eduardi nepos ex Angl. fugit.* In Anglia *VVillelmus* Rex multa prudenter, clementerque diſpoſuit, & hoc anno in Normanniam illius provinciæ bono conſulturus petiit, indeque rediit. *Interea*, inquit Ordericus lib. 4. *Normannico faſtu Angli opprimuntur, & Præſidibus ſuperbis, qui Regis monitus ſpernebant, admodum injuriabantur. Præfecti minores qui munitiones cuſtodiebant, nobiles & mediocres indigenas, injuſtis exactionibus multiſque contumeliis aggravabant*, ut fuſius idem Hiſtoricus proſequitur, Angloſque pro amiſſa libertate priſtina recuperanda rebellionem machinatos eſſe oſtendit. Eandem in rem Aelredus Abbas Rievallenſis in Epiſtola ad Henricum Normannorum Ducem & poſtmodum Anglorum Regem, quam recitat Seldenus inter Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptores X. hæc ha-

NOTÆ

[1] NOn ita pridem ad calcem inſcriptionum a Donio collectarum quæ opera Cl. Gorii Florentiæ excuſæ ſunt prodierunt vetera quædam diplomata ab eodem Donio ex optimis fontibus hauſta, quorum unum ad filios hoſce Conſtantini Ducæ pertinens hiſtoriam horum imperatorum, mire quantum illuſtrat. Eſt autem inſtrumentum donationis cujuſdam Neapoli exaratum, quod ſic exorditur. *Imperante Domino noſtro Michaele & Conſtantino Porphyrogenito & Andronio magnis Imperatoribus anno ſeptimo, die octava menſis Decembris indictione tertia decima, Neapoli.* Indictio hæc 13. in ſeptembri mutata exhibet annum 1074. qui cum ſeptimus eſſet horum Imperatorum; hinc diſcimus cœpiſſe illos vel poſt diem illam decembris anni 1067. vel eorum exordium ad ſequentem annum transferri oportere. Secundo imperium Diogenis in ea ſupputatione neglectum fuiſſe, ut anni quibus Diogenes per vim (imperavit, ſibi imperatores illi adſcripſerint, adeoque non duo fuiſſe Imperii Michaelis & fratrum exordia, ſed unicum non interruptum. Denique tres illos fratres ſimul & uno conſenſu imperaſſe. Inſcrip. Don. Cl. XIX. fol. 513. MANSI



Obitus Conſt. Duc. Imp. (ut tradit Curopalates) ex hac vita migravit, tribus relictis filiis, iiſdemque Imperatoribus cum Eudocia conjuge Imperii curatrice, quæ ſic imperavit cum filiis uſque ad ſequentem Indictionem; inde vero juncta viro in eum eſt Imperium tranſlatum.

S. Baſilii templum expilatum & pollutum a Turcis. Sic ſub muliere Imperio conſtituto, *Turcæ* (inquit ipſe Curopalates) *pererrarunt uſque ad Cæſaream Cappadociæ, omnia diripientes atque evertentes, ignique ſucceſſo cremantes, impetu quoque facto in magnum & celeberrimum ſancti Baſilii templum, omnia incendunt, & ſacra diripiunt, & irrumpentes in ipſius Sancti ſepulcrum, ſanctis ejus reliquiis nihil detrimenti inferre potuerunt. Erat enim diligenter præmunitum, & circumſtructa quædam ædificia ita corroborata, ut ad demoliendum diuturno tempore indigerent. Oſtia vero, quæ foraminibus oppoſita fuerant, auro & margaritis elaborata pretioſiſque lapidibus, adimunt, omnibuſque ſublatis ornamentis, inde proficiſcuntur, multis interfectis Cæſarienſibus, temploque polluto.* Hæc Curopalates.

An-

PAGIUS

habet: *Cernens Edgarus Edeling res Anglorum undique perturbari, aſcenſa navi cum matre* (Agatha nempe) *& ſororibus reverti in patriam* (ſc. in Hungariam), *qua natus fuerat, conabatur, ſed orta in mari tempeſtate in Scotia applicare compellitur. Hac occaſione actum eſt, ut Margareta Regis Macolmi* (hujus nominis III.) *nuptiis traderetur, cujus laudabilem vitam & mortem pretioſam liber inde editus ſatis inſinuat: ſoror ejus Chriſtina in Chriſti ſponſam benedicitur.*

IX. *S. Margareta Regi Scotiæ nubit.* Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt. Reg. Angl. hanc *Eadgari* fugam in Scotiam ad annum ſequentem differt; ſed ex Annaliſta Mailroſenſi conſtat, eam in præſentem annum conferendam. Is enim ad annum MLVI. de Malcolmo hujus nominis III. Scotorum Rege ac Dunecani patris ſucceſſore prodit: *Malcolmus filius Dunecan ſuſcepit regnum Scotiæ jure hæreditario, regnavitque XXXVII. annis. Anno autem MLXVII. deſponſata eſt ei Margareta glorioſa Regina, ex qua genuit VI. filios*, de quibus ſuo loco. In fine Annalium Mailroſenſium pag. 595. refertur ſeries Regum Scotorum iiſdem Annalibus inſertorum, diciturque etiam *Malcolmum* anno MLVI. regnum Scotiæ ſuſcepiſſe, illudque annis XXXVI. & menſibus octo rexiſſe uſque ad annum nempe MXCIII. quo certum eſt, eum mortem oppetiiſſe. De *Sancta Margareta* Malcolmi Regis uxore, infra ſermo erit.

X. *Normanni Anglorum conſuetudines immutant.* Huc referendum quod Ingulphus hujus temporis Scriptor pag. 70. ſecundum edit. Oxonienſem obſervavit: *Et non tantum hunc morem* (ſc. Militis conſecrandi), *ſed alias etiam conſuetudines immutabant* (ſc. Normanni). *Nam chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad* Edwardi *Regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis firmæ fuerunt*, Normanni *condemnantes, Chirographa* Chartas *vocabant; & chartarum firmitatem cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum ſub inſtillatione* (legendum, intitulatione) *trium vel quatuor teſtium aſtantium conficere conſtituebant. Conſtituebant etiam primo multa prædia nudo verbo, abſque ſcripto, vel charta, tantum cum domini gladio, vel galea, vel cornu, vel cratera, & plurima tenementa cum calcari, cum ſtrigili, cum arcu, & nonnulla cum ſagitta. Sed hæc initio regni ſui; poſterioribus annis immutatus eſt iſte modus. Tantum tunc Anglicos abominati ſunt, ut quantocumque merito pollerent, de dignitatibus repellerentur; & multo minus habiles alienigenæ de quacumque alia natione, quæ ſub cœlo eſt, extitiſſent, gratanter aſſumerentur, ipſum etiam idioma tantum abhorrebant, quod leges terræ, ſtatutaque Anglicorum Regum lingua Gallica tractarentur; & pueris etiam in ſcolis principia literarum grammatica* Gallice ac non Anglice traderentur, modus etiam ſcribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in Chartis & in libris omnibus admitteretur.

XI. *Fundatio Abbatiæ S. Quintini Belvacenſis.* In Chron. Sigeberti ad annum MLXVII. fundatio Abbatiæ Sancti Quintini, cujus Ivo, poſtea Carnotenſis Epiſcopus, primus Abbas extitit, hoc modo narratur: *His temporibus Belvacenſi civitate ſuo deſtituta Antiſtite, Guido Decanus, Cuſtoſque Eccleſiæ ſancti Quintini Virdunenſis* (legendum, Vermandenſis,) *& Archidiaconus Laudunenſis conſtituitur Belvacenſis Epiſcopus, & a Gervaſio Remenſi Metropolitano conſecratur, qui graviter ferens carere ſe præſentia Quintini Martyris, in ejus honore & memoria ædificavit Eccleſiam haud longe a manibus Bellovacæ urbis.* Hæc quidem verba deſunt in correcta editione Sigeberti a Miræo curata, ideoque & addititia; ſed deſcripta ſunt ex fundatione & dedicatione Eccl. Sancti Quintini ad Bellovaci muros, recitata a Dacherio Tom. II. Spicilegii in Vita S. Romanæ Virginis & Martyris, ibi enim cap. 4. & ſeq. legitur, inceptum Eccleſiæ *S. Quintini* Belvacenſis ædificium currenti anno, & duobus annis conſummatum eſſe: Baſilicam dedicatam, & corpus *Sanctæ Romanæ* tranſlatum coram pluribus Epiſcopis ibidem expreſſis. Refert Anonymus, qui Vitam illam S. Romanæ ante annos D. ſcripſit, poſt dedicatam Sancti Remigii Eccleſiam a *Sancto Leone Papa* IX. auditam non fuiſſe tam glorioſam dedicationem: allatum corpus *Sancti Quintini* ex pago Vermanduenſi; dedicationem factam Dominica, die ſc. quarta Octobris, ut habet Interpolator Sigeberti, & varia Sanctorum corpora allata fuiſſe. Denique Reliquias *Sanctæ Romanæ* per diverſas Galliæ provincias circumlatas *in redimendis Eccleſiæ ornamentis. Philippus* Franciæ Rex litteris anno MLXXIX. datis, & a San-Marthanis in Catalogo Abbatum Sancti Quintini Bellovacenſis recitatis, hanc fundationem confirmavit. Ivo, qui in Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini propagandis magnam operam poſuit, primus hujus monaſterii Abbas fuit. Porro hæc Abbatia celebris evaſit. Philippus Trecenſis Epiſc. paulo ante annum MXC. Canonicos Regulares in Diœceſim ſuam introducere volens, eos ex Monaſterio Sancti Quintini Belvacenſis evocavit: *Quoniam*, inquit in inſtrumento Tom. XI. Spicilegii pag. 301. recitato, *apud nos Eccleſia B. Georgii apta erat Divino ſervitio, placuit Fratribus Sancti Petri* (ideſt Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Trecenſis) *ponere in ea Regulares Canonicos*, &c. *Illis ergo attendentibus diverſas Congregationes iſtius Ordinis* (in Gallia inſtitutas) *refulſit Eccleſia beati Quintini Belvacenſis, ex cujus veneranda religione locus S. Georgii poſſet illuſtrari*, &c.

I. Annus ſequitur Redemptoris milleſimus ſexageſimusoctavus ſexta Indictione notatus, quo Alexander Papa ad Guillelmum Regem in Anglia pro exactione denarii ſancti Petri litteras ex more Apoſtolicas dedit; quarum fragmentum tantum ex ipſis relatum habemus in libro Cenſuum Romanæ Eccleſiæ, qui extat in Vaticana bibliotheca, his verbis:

*Idem Alexander Guillelmo Regi Anglorum. Inter cætera.*

Exactio Denarii S. Petri in Angl.

*Novit prudentia tua Anglorum regnum, ex quo nomen Chriſti ibi clarificatum eſt, ſub Apoſtolorum Principis manu & tutela extitiſſe, donec quidam membra mali capitis effecti, zelantes ſuperbiam patris ſui ſatanæ pactum Dei abjecerunt, & Anglorum populum a via veritatis averterunt.* Et paulo poſt: *Nam ut bene noſti, donec Angli Fideles erant, piæ devotionis reſpectu ad cognitionem religionis annuam penſionem Apoſtolicæ Sedi exhibebant, ex qua pars Romano Pontifici, pars Eccleſiæ ſanctæ Mariæ quæ vocatur ſchola Anglorum, in uſum fratrum deferebatur.* Hæc tantum ibi. Quæ eſſet ſumma exactionis, ibidem recenſetur.

II. Idem Alexander Papa invigilans ſuper gregem ſuum, Dalmatiæ Eccleſias ab impudicitia clericorum expurgare laborans; hæc ad Regem Dalmatiarum adverſus impudicos clericos reſcripſit: (a) *Si quis amodo Epiſcopus, presbyter, aut diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit; proprio gradu decidat, uſque dum ad ſatisfactionem veniat, nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus Eccleſiaſticis habeat.* Quibus apparet, Dalmatas nequaquam uſu Græcorum, ſed Latinorum more vixiſſe.

(a) *c. ſi quis amodo diſt. 81.*

Alex. Pap. ad Regem Dalmatiæ adverſus cleric. fornic.

Conſultus inſuper idem Pontifex ab Hiſpanis Epiſcopis, num liceret, ſicut & ſarracenis, ita & bellum inferre Judæis; ita reſpondiſſe cognoſcitur: (b) *Diſpar eſt * nimirum Judæorum & Sarracenorum cauſa. In illos enim qui Chriſtianos perſequuntur, & ex urbibus & propriis ſedibus pellunt, juſte pugnatur: hi vero ubique ſervire parati ſunt.* (c) Extant & alia ejuſdem Pontificis ad diverſos tunc conſulentes reſponſa, quæ quo ſint anno data, non conſtat.

Bellum Judæis non inferendum.

(b) *c. diſp. 23. q. 8.*

* nimium

(c) *c. in tuis 7. q. 2. c. notificaſti 33. q. 5.*

III. Contigit præterea inter hæc, Guillelmum Burgundiæ Comitem, & complures

PAGIUS

SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MCVI. Anno Hegiræ CCCCLXI. inchoato die 30. Octob. fer. 5. An. Chr. 1068.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6561.

☉ 13. FE. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1068.

ALEXANDRI II. PAPÆ 8.

HENRICI IV. REG. 13.

ROMANI DIOGENIS IMP. 1.

I. Mathildis Angliæ reginæ coronatur.

AD numer. I. *Anno ab Incarnat. Domini MLXVIII. Guillemus Rex* (ſc. Angliæ,) *Legatos honorabiles in Neuſtriam direxit, & Mathildem conjugem ſuam ad ſe venire præcepit. Protinus illa mariti juſſis libenter obedivit; & cum ingenti frequentia virorum ac nobilium fœminarum transfretavit. In Clero, qui ad divina ei miniſtrabat, celebris Guido Ambianorum Præſul eminebat, qui jam certamen Heraldi & Guillelmi verſifice deſcripſerat. Adelredus Eboracorum Metropolitanus, qui maritum inunxerat, Mathildem ad conſortium Regii honoris die Pentecoſtes anno II. regni præfati Regis inunxit. Decorata Regio diademate matrona, priuſquam annus perficeretur, filium nomine Henricum peperit, quem totius terræ ſuæ in Anglia hæredem conſtituit. Hic dum dociles annos attigiſſet, litterarum ſcientiam didicit, & poſt utriuſque parentis obitum militiæ agones fortiter exercuit. Tandem multimodæ probitatis clarus titulis, principatum paternum tenuit pluribus annis*, inquit Ordericus lib. 4. qui ante lib. 3. de eodem Willelmo Normanniæ tunc Duce ſcripſerat: *Hic generoſam Matildem Balduini Ducis Flandrenſium filiam, neptem ſcilicet ex ſorore Henrici Regis Francorum* (Adhela appellata, Balduini hujus nominis V. cognomento Pii uxore,) *conjugem accepit, ex qua Deo dante filios & filias habuit.*

II. Pax Anglos inter & Scotos ſancita.

Normannis Anglos nimis oppreſſionibus prementibus, pro vindicanda libertate priſtina hi contra eos conjurationem fecere, ut prodit Ordericus lib. 4. qui inter alia ſcribit: *Tunc Archillus potentiſſimus Nordanhymbrorum cum Rege concordiam fecit, eique filium ſuum obſidem tradidit. Præſul quoque Dunelmi Regis in gratiam acceſſit; & pro Malcolmo Rege Scotorum pacis mediator intervenit, & acceptas conditiones in Scotiam detulit. Malcolmus autem licet ab Anglis requiſitus fuerit, & validam expeditionem in eorum auxilium facere paraverit, audita tamen legatione pacis quievit, & cum Præſule Dunelmi nuncios ſuos ovantes remiſit: per quos VVillelmo Regi fidele obſequium juravit. Sic utiliter ſibi conſuluit, populoque ſuo multum placuit, quod pacem bello præpoſuit. Nam Scotica gens, licet in prælio aſperæ ſit, otium tamen & quietem diligit: nollet a vicinis inquietari regnis, Chriſtianæ religionis plus quam armorum intenta ſtudiis.* Iſte Malcomus eſt hujus nominis III.

III. Dalmatia & Crotia peculiari Regi ſubdita.

Ad num. II. *Dalmatia* & *Croatia* peculiari Regi hoc tempore parebant, ſcilicet *Creſimiro*. Reges autem Croatiæ & Dalmatiæ titulis, vel Croatorum & Dalmatinorum uſos, ex eorumdem Privilegiis conſtat, inquit Lucius in Hiſt. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 2. cap. 11. Sed ſicut Croati & Servii *Slavi* erant; ita ab exteris, & ab ipſis quoque conterminis Dalmatis, ut plurimum *Slavorum* nomine vocabantur. Ita B. Petrus Damiani lib. 1. Epiſt.



Guillelmus Comes Burgundiæ defenſionem Rom. Eccl. jurat.

res alios Francorum nobiles diverſorum locorum dominos coram Alexandro Papa, ac pleniſſima Synodo juramento ſe obligare, ſemper, cum opus eſſet, aſſurgere defenſores ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Teſtatur hoc qui interfuit Hildebrandus Archidiaconus, poſtea Gregorius Papa Septimus, in epiſtola ad eumdem Principem data, dum ab eo promiſſionem exegit. Ait enim: (a) *Neque enim ſe condecet obliviſci promiſſionis, qua Deo ſe ante corpus beati principis Apoſtolorum Petri, præſente venerabili anteceſſore noſtro Alexandro Papa, Epiſcopis, & Abbatibus plurimis, atque diverſarum gentium multitudine, quarum non eſt numerus, obligavit, ut quacumque hora neceſſe fuiſſet, veſtra manus ad dimicandum pro defenſione rerum ſancti Petri non deeſſet, ſiquidem requiſita fuiſſet. Unde memores nobilitatis veſtræ fidei, rogamus & admonemus ſtrenuitatis veſtræ prudentiam, quatenus præparetis militiæ veſtræ fortitudinem ad ſuccurrendum Romanæ Eccleſiæ libertati, ſcilicet ſi neceſſe fuerit, veniatis huc cum exercitu veſtro in ſervitio ſancti Petri.*

(a) *Greg. Sept. l. 1. ep. 46.*

IV. *Et hoc idem rogamus vos monere Comitem ſancti Ægidii, & ſocerum Richardi Capuani Principis, & Amideum filium * Adelettæ, cæteroſque, quos cognoſcitis ſancti Petri eſſe fideles, qui ſimiliter manibus ad cœlum extenſis promiſere.* Hæc Gregorius, plane inſinuans pietatem Chriſtianorum Principum, cultumque propenſiorem erga Romanam Eccleſiam, cujus defenſionis cauſa quæque ardua ſubire juramento ſe obligare, non recuſarint.

* Adelaidæ

Dux Boemiæ accepit mitram ab Alexandro.

Inſuper eodem tempore ſpopondit omne ſtudium Apoſtolicæ Sedi Uratiſlaus Dux Boemiæ, qui & petiit & obtinuit ab eodem Alexandro Pontifice uſum mitræ laicis hactenus inconceſſum. Id teſtatur idem Gregorius Septimus ſucceſſor Alexandri in epiſtola ad ipſum Ducem, data; in qua hæc de his habentur: (b) *Longa jam temporis intervalla tranſacta ſunt, ex quo & nobilitas tua beato Petro Apoſtolorum principi non modicæ devotionis animum ſpopondit & ſtudium, & tibi in Apoſtolica Sede inter cæteros Principes larga benignitas, pro multis etiam ſingularis & egregia fuit aſtricta charitas. Cujus rei fidem & indicium ex benevolentia domini & anteceſſoris noſtri Alexandri Papæ ſatis percepiſſe potes, qui petitionibus tuis non umquam ſine ſua & filiorum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſollicitudine & labore condeſcendit, & ad ſignum intimæ dilectionis, quod laicæ perſonæ tribui non conſuevit, mitram quam poſtulaſti, direxit.* Hæc Gregorius; qui & confirmat, quod ei præſtiterat Alexander.

(b) *Id. ib. ep. 38.*

V. Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno, ipſis Kalend. Januarii Indictione ſexta, Romanus Diogenes Imperator decla-

PAGIUS

Epiſt. IX. ad Nicolaum II. Papam tradit, *Abſerenſes* Dalmatas Regi Slavo ſubditos fuiſſe. De *Gaudentio* enim Abſerenſi Epiſcopo ait: *De Sclavonico Regno Italiam navigans*, &c. & tamen Alexander II. ſub quo floruit Petrus Damiani, Creſimiro Regi ſcribens, non Sclavoniæ vel Croatiæ & Dalmatiæ titulis tunc uſu receptis, ſed more Curiæ Romanæ ſolito & antiquo Regem Dalmatiarum appellavit, *cap. ſi quis a modo 116. diſt. 81. Item Alexander venerabilibus Epiſcopis & Regi Dalmatiarum.* Nomine enim Dalmatiarum *Croatia* quoque comprehendebatur, & præter hanc etiam *Servia*. Ideo ſicut Legati Gregorii VII. anno MLXXXI. Zuonimiro inveſtituram partis Occidentalis Dalmatiarum dantes, Dalmatiæ & Croatiæ titulos jam uſu receptos uſurparunt; ita idem Pontifex cum anno MLXXVIII. *Michaelem* Principem *Serviæ* ab Imperio Orientali avulſum Regio titulo inſignire vellet, quamvis Orientalem partem Dalmatiarum poſſideret, tamen *Sclavorum* Regis titulo decoravit, ut ex inſcriptione Epiſtolæ XII. libri V. his verbis apparet: *Michaeli Sclavorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Poſtea tamen loco *Sclavorum*, Reges illi dicti ſunt Reges *Serviæ*, ut infra videbimus. Quæ nominum diverſitas ad majorem intelligentiam Scriptorum hujus temporis obſervanda.

IV. Mitra Uratiſlao Bohemiæ Duci a Papa conceſſa.

Ad num. IV. Alexander Papa *Uratiſlao* Bohemiæ Duci de Sede Apoſtolica bene merito uſum *mitræ*, laicis hactenus inconceſſum largitus eſt, ut liquet ex Epiſtola Gregorii VII. ordine XXXVIII. libri primi, cujus verba Baronius recitat. Hoc exemplum ſecutus eſt Lucius II. Papa, de quo Otto Friſing. lib. 1. de Geſt. Frider. cap. 27. & ſeq. *Concordiam inter Siculum & Papam hujuſmodi eſſe accepimus. Papa conceſſit Siculo virgam & annulum, Dalmaticam & mitram atque ſandalia.* [1] Mitram etiam Regi Aragoniæ conceſſit Innocentius III. ut in Geſtis ejuſdem Papæ pag. 135. videre eſt: *Regalia inſignia univerſa, mantum videlicet & colobium, ſceptrum & pannum, coronam & mitram ad opus tuum non minus pretioſa, quam ſpecioſa fecimus præparari, & ea liberaliter tibi donavimus, in ſignum gratiæ ſpecialis.* Legatur Rainaldus anno MCCIV. num. LXXI.

V. Romanus Diogenes fit Imp.

Ad num. V. & ſeq. Zonaras ait, *Eudociam Auguſtam Romano Diogeni nupſiſſe; cum ea ejuſque filii menſes ſeptem, & dies aliquot regnaſſent.* Curopalates vero tradit, eas nuptias peractas, Diogenemque Imperatorem declaratum *Januarii menſis prima die, indictione ſexta, anno 6576.* ( Eræ nempe mundanæ Conſtan-

NOTÆ [1] CONceſſio facta Siculo de virga, annulo &c. quam hic affert Pagius non ad Lucium II. ſed ad Eugenium III. pertinet, ut in nota ad annum 1144. dicemus. MANSI

Romanus Diogenes Imperator.

claratur, cum eum Eudocia relicta prædeceſſoris Imperatoris, in maritum accepiſſet. Qui antea perduellionis crimine reus capitis effectus, in exilium miſericordiam conſequutus miſſus, revocatus in urbem ad barbaros propulſandos, in thorum Imperialem, filiis conſentientibus, advocatur. Quod vero Imperatrix teneretur proprio juramento a viro Imperatore defuncto exacto alteri non nubere, ſed vidua permanere, filiis Imperium conſervare: confectam ante hæc de his ſyngrapham depoſitam illam apud Xyphilinum Patriarcham, ut recipere poſſet, uſa eſt eunuchi vaferrimi opera, qui adiens Patriarcham, mentitus eſt ei, Imperatrici cordi eſſe, ut ejuſdem Patriarchæ germanum Bardam nomine, in conjugem acciperet, ſed prohiberi ob ſyngrapham juramento firmatam in ejus manibus, viro vivente, depoſitam. Quod ubi Patriarcha accepiſſet, apud Senatores egit de infirmando, quod Eudocia præſtiterat juramento, a viro, male, ut dicebatur, extorto, quorum aliis verbis, muneribus aliis & pollicitationibus in ſententiam ſuam adductis, ubi recepta ſyngrapha ineundi ſecundas nuptias Imperatrix licentiam obtinuit a Patriarcha atque Senatu, ſic deluſo eodem Patriarcha, Romanum Diogenem (ut audiſti) virum accepit. Hæc omnia pluribus Cu-

ro-

PAGIUS

ſtantinopolitanæ), & *Auguſtam cum filiis ſuis imperaſſe menſes ſeptem & paulo amplius.* Nupſit Eudocia, *non quod victa libidine fuerit, ſed quod multi ei terrores liberorum cauſa animum concuſſerant, ne imperium illis auferretur, nullo eis defenſore, ac qui res illorum curaret*, inquit Pſellus, qui ſubdit, genus *Romano Diogeni* antiquum fuiſſe, & *Eudocia* Rerum potiente cum in crimen majeſtatis incurriſſet, Auguſtæ clementia juſto reatu exemptum fuiſſe. Sed judicio decepta eſt: *putavit enim*, ſubjungit Pſellus, *ſi Imperatorem crearet, quem ſervaſſet, cum perdere deberet, quidquid Imperii juris erat, ipſi acceptum habiturum; nec aliud quidquam ſuorum rationum ducturum, quam quod ipſi placeret. Ac ejus quidem juſta æſtimatio erat, etſi a ſcopo aberrabat.*

VI. *In Turcas bellum gerit.*

Duobus exactis menſibus, Orientis cura ipſum cœpit, quia res Antiochiæ & Ciliciæ excurſionibus Turcorum defatigatæ, & in extrema adductæ diſcrimina erant inquit Curopalates, qui fuſe de bello a Diogene adverſus Turcas hoc anno geſto diſſerit. *Militibus in hyberna reductis, ubi nulla commeatus inopia premerentur, ipſe in Urbem Regiam revertitur, factus arrogantior, quaſi plura confeciſſet, non erga alios duntaxat, ſed erga ipſam etiam Imperatricem. Illa vero ſpem ſuam in contrarium vertiſſe cernens, mœſta cor edebat, nec objurgationes ferre poterat*, inquit Zonaras.

VII. *Legatio Hiſpanica Hugonis Candidi Card.*

Anno MLXIV. diximus, *Hugonem Candidum* Presbyterum Cardinalem in Hiſpaniam ab Alexandro II. delegatum fuiſſe, tum ob alia, tum ut Divinorum Officiorum ritus ex Romana formula conſtitueret. Id hoc anno factum fuiſſe, perperamque ad annum MLXIV. retrahi, oſtendit Concilium Auſcenſe in Novempopulania celebratum præſide eodem Hugone Candido Cardinali Legato, cujus hoc initium eſt: *Anno MLXVIII. Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti, factum eſt Concilium apud Auſciam civitatem Metropolitanam.* In eo Concilio decretum, ut omnes Eccleſiæ Vaſconiæ quartam decimarum partem cathedralibus Eccleſiis perſolverent, exceptis Eccleſiis Sancti *Orientii*. Alia quoque in ea Synodo conſtituta, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent.

VIII. *Varia Concilia celebrata.*

Hoc etiam anno Conſtitutiones *pacis & treugæ* editæ in vico Auſonenſi, a Baluzio in Appendicæ Marcæ Hiſpanicæ pag. 1139. recitatæ, in quorum fine habetur: *Item Hugo Candidus Cardinalis Romanus in Concilio Gerundenſi cum Epiſcopis & Abbatibus ſive Principibus ac totius terræ magnatibus, & auctoritate Romani Papæ, cujus legatione fungebatur, confirmavit, & laudavit pacem & treugam, ſicut erat apprehenſa in Epiſcopatu Gerundenſi. Et addidit in eadem treuga conſenſu omnium atque juſſit auctoritate domini Papæ, ut pari modo teneretur a dominica octavarum Paſchæ uſque ad octo dies poſt Pentecoſten, ſicut Quadrageſimali tempore. Et tranſgreſſores pacis & treugæ domini excommunicationis anathemati ſubjecit, quoaduſque reſipiſcant, & ad ſatisfactiones in canonica veniat.* Denique Hugo Cardinalis Concilium *Toloſanum* celebravit, in quo Epiſcopatum *Lectorenſem* in integrum reſtituit. Hujus Concilii initium eſt: *Anno Incarnat. domini MLXVIII. indictione ſexta, octavo anno domini Papæ Alexandri, videlicet ſecundi*, &c. Quare non dubium, quin [1] Legatio Hiſpanica Hugonis Cardinalis ad præſentem annum pertineat, eodemque, *Toloſanum* & *Auſcenſe* Concilia congregata fuerint, ac præterea *Leirenſe* & *Barcinonenſe*, de quibus anno MLXIV. a nobis actum.

IX. *Barium Græcis a Normannis ereptum.*

Hoc anno Anonymus Barenſis ſcribit: *Barium obſedit per mare* & *per terra*, Robertus nempe Apuliæ Dux. Idem Lupus Protoſpata in Chron. habet. Græci per annos tres munitiſſimum illud oppidum propugnarunt, teſte Wilelmo Apulienſi lib. 3.

*Tertius obſeſſæ jam venerat annus ab urbe;*
*Multiplici tandem ſuperatur feſſa labore.*

Captam autem anno milleſimo ſeptuageſimo primo, docet his verbis idem Anonymus: *Dux fecit fieri pontem in mari quantum concluderet portum urbis Bari. Hoc etiam anno dolo cujuſdam Argerichi filii Joannazzi occiſus eſt Byzantius cognomento Guinderlichus in Baro, & XV. die Aprilis cepit Robertus Dux civitatem Bari.* Errat itaque Malaterra, qui hanc Ro-

NOTÆ [1] *QUare non dubium &c.* Nec inſuper dubitatio ulla ſupereſt quin hoc ipſo pariter anno Gerundenſis Synodus habita fuerit, cum annum 1068. præferant ejuſdem Concilii Acta nuper vulgata in Anecdotis PP. Martene, & Durand. tom. IV. col. 1185. Continet Canones XIV. varia diſciplinæ capita exhibentes. Subſcribunt huic Epiſcopi octo, Archiepiſcopi duo. MANSI



ropalates, ſugillans Xyphilini Patriarchæ ignaviam, quod privato commodo poſthabuiſſet religionem.

*Ann. Eccl. Tom. XVII.* Qq An-

PAGIUS

Roberti Ducis victoriam cum anno MLXX. & Bari obſidionem cum anno MLXVII. conjungit, ſed hic Hiſtoricus non raro in Chronologiam peccat. Præterea Lupus Protoſpata ad annum MLXXI. ait: *Decima quinta die Aprilis cœpit Robertus Dux civitatem Bari, & menſe Julii Dux prædictus tranſmeavit Adriati maris pelagum, perrexitque Siciliam cum LVIII. navibus.* Quid in Sicilia egerit, eo Chriſti anno videbimus.

I. Legatio Petri Dam. in Germaniam.

ANnus milleſimus ſexageſimusnonus ſequitur, exortus Indictione ſeptima, quo ab Alexandro Papa Petrus Damiani Legatus mittitur ad Henricum Regem, juvenili furore repudiare paratum Bertam conjugem, quam ante biennium duxerat in uxorem. Hoc de Legatione Petri, & cauſa ejus mittendæ legationis, a Lamberto pluribus ita in Chronico deſcribitur, hoc anno: *Poſt Pentecoſten Vvormatiæ cum Principibus regni* idem Rex *colloquium habuit. Ibi primum cum Epiſcopo Moguntino rem ſecreto agit, ejuſque opem ad perficiendum, quod mente machinetur, obnixe implorat. Si impetret, ſe deinceps ei ſubditum, & dicto obtemperantem fore. Ad hoc Thuringos armata manu, ſi aliter nequeat, coacturum, ut decimas ſine ulla in perpetuum contradictione perſolvant. Annuente Epiſcopo, & pactione utriumque firmata, Rex ad publicum refert, ſibi cum uxore non convenire. Diu oculos hominum fefelliſſe, ultra fallere nolle. Nullum ei crimen, quo juſte repudium mereatur, afferre; ſed ſe (incertum quo fato, quo Dei judicio) nullam cum ea maritalis operis copiam habere.*

II. *Proinde per Deum orare, ut ſe male ominata compede abſolvant; patianturque æquo animo diſcidium fieri, ut illa ſibi, & ipſe ei, ſi ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat. Et ne quis violatum ſemel pudorem cauſetur obſtare iterum nupturæ, ſe ſub jurejurando confirmare, quod eam, ut acceperit, ſic incontaminatam, illibatoque virginitatis pudore conſervaverit. Fœda res & ab regia majeſtate nimium abhorrens viſa eſt omnibus qui aderant. Negotio tamen, cui Rex tam fervide animum adjeciſſet, detractare ſinguli religioſum arbitrabantur. Epiſcopus quoque tam pretioſa pollicitatione redemptus, quantum poterat ſalva verecundia, haud ægre cauſam Regis tuebatur. Itaque cunctis id fieri decernentibus, Synodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ proxima poſt feſtum S. Michaelis hebdomada.* Et poſt alia ab his diverſa ſic pergit ejuſdem cauſæ tractationem deſcribere:

III. *Imminente jam die, qui ſcindendo Regis conjugio dictus fuerat: Rex Moguntiam concitus properabat. Et ecce inter eumdem comperit Legatum Sedis Apoſtolicæ ſuum Moguntiæ adventum præſtolari, qui diſcidium fieri prohibeat, & Epiſcopo Moguntino Apoſtolicæ animadverſioni ſententiam minitetur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe auctorem promiſerit. Conſternatus illico, quod rem diu exoptatam perdidiſſet e manibus: pariter quo venerat, in Saxoniam redire volebat. Vix & ægre tamen amicorum conſiliis ſuperatus, ne Principes regni fruſtraretur, quos ſumma frequentia ſibi Moguntiæ occurrere juſſiſſet: Franconefurt abiit; ibique eos qui Moguntiæ convenerant, ſtatuto die adeſſe juſſit. Quo dum frequentes veniſſent, Petrus Damianus (is Legatus erat Sedis Apoſtolicæ, vir ætate & vitæ innocentia admodum reverendus) mandata expoſuit Romani Pontificis, peſſimam rem & a nomine Chriſtiano, nedum ab regio multum abhorrentem eſſe, quam moliatur. Si minus humanis legibus vel canonum ſanctionibus terreretur: parceret ſaltem famæ & exiſtimationi propriæ, ne ſcilicet tam fœdi exempli venenum, ab Rege ſumpto initio, totum commacularet populum Chriſtianum, & qui ultor eſſe debuiſſet criminum; ipſe auctor & ſignifer fieret ad flagitium. Poſtremo ſi non flecteretur conſiliis, ſe neceſſario vim Eccleſiaſticam adhibiturum,*

Rex impeditur a legato ne divortium faciat.

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hiſp. MCVII. An. Hegiræ CCCCLXII. inchoato die 20. Octob. fer. 3. An. Chr. 1069.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6562.

☉ 14. D. 7. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1069.

ALEXANDRI II. PAPÆ 9.

HENRICI IV. REG. 14.

ROMANI DIOGENIS IMP. 2.

I. ANum. I. ad V. Lambertus Schafnaburgenſis anno MLXVI. refert, *Henricum* Germaniæ Regem nuptias in villa *Triburia* appellata Regio apparatu celebraſſe, *in conjunctione Berthæ Reginæ filiæ Ottonis Marchionis Italorum*. Tum hoc anno idem Rex, quem uxoris tædium cœperat, ad divortium jam meditatum explendum, ineſcare cœpit *Sigefridum* Moguntinum Archiep. pollicitatione opis, ad exprimendas Thuringorum decimas: *Epiſcopus*, ait idem Lambertus, *tam pretioſa pollicitatione redemptus, quantum poterat ſalva verecundia, haud ægre cauſam Regis tuebatur.* Die qui ſcindendo Regis conjugio dictus erat, dum Rex Moguntiam properaret, *comperit Legatum Sedis Apoſtolicæ, ſuum Moguntiæ adventum præſtolari, qui diſſidium fieri prohibeat, & Epiſcopo Moguntino Apoſtolicæ animadverſionis ſententiam minitetur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe auctorem promiſerit.* Omnes qui aderant Principes, *ajebant æqua cenſere Romanum pontificem, & per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ ſuæ.* Tandem Henricus *annuit quidem, ut in Regni conſortium Regina revocaretur;* ipſe tamen ejus congreſſum, conſortiumque vitavit, uti narrat Baronius ex eodem Lamberto. *Sigefridus* tamen Archiep. Moguntinus in Epiſtola ad Alexandrum II. data,

*Henricus Germaniæ Rex fruſtra tentat uxorem repudiare.*



*rum, & canonum lege ſcelus prohibiturum. Ad hæc ſuis manibus numquam Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quantum in ſe eſſet, Fidem Chriſtianam prodidiſſet.*

IV. *Tum vero in eum coorti omnes qui aderant Principes, ajebant, æqua cenſere Romanum Pont. & per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ ſuæ, & regii nominis majeſtatem tam turpis facti colluvione macularet. Præterea ne parentibus Reginæ cauſam defectionis & juſtam turbandæ Reipublicæ occaſionem daret: qui ſi viri eſſent, cum armis & opibus plurimum poſſent, tantam filiæ ſuæ contumeliam procul dubio inſigni aliquo facinore expiaturi eſſent. Hac ratione fractus magis, quam inflexus: Si id, inquit, fixum, obſtinatumque eſt vobis: imperabo egomet mihi; feramque (ut potero) onus quod deponere non valeo. Ita efferato magis per ſtudium concordiæ odio, annuit quidem, ut in regni conſortium Regina revocaretur: ipſe tamen, ut congreſſum ejus conſpectumque vitaret, adhibitis ſibi vix quadraginta militibus, in Saxoniam concitus rediit. Regina, cum cætera multitudine & regni inſignibus paulatim ſubſecuta eſt. Cumque ad eum Goſlarium veniſſet, vix compulſus ille a familiaribus ſuis, ut ei obviam procederet, ſatis ſuperque pro conſuetudine eam benigne ſuſcepit. Sed protinus refrigeſcente amore, ad ingenium ſuum, atque ad priſtinum rigorem animi rediit. Et quia conſilia ſcindendi conjugii ſæpe jam tentata non proceſſerant; ſtatuit deinceps, communicato cum ea ſolum regni nomine, ſic eam habere quaſi non haberet.* Hæc Lambertus. Conſtat poſt hæc tandem Reginam conciliatam Regi, ex eodem ſuſcepiſſe filium Henricum, qui ipſi ſucceſſit in regno.

V. Quod autem ad Petrum Apoſtolica legatione perfunctum pertinet, reverſus in Italiam, cum occaſione Eccleſiæ Eugubinæ quid duriuſculum adverſus eum Alexander Romanus Pontifex reſcripſiſſet: amaro animo accipiens ad eumdem hanc reddidit indignatus epiſtolam:

*Domno Alexandro Summæ Sedis Antiſtiti Petrus peccator monachus ſervitutem.*

*Quod Eugubina Eccleſia, quæ mihi dudum a veſtris deceſſoribus eſt commiſſa, nunc proh dolor! eſt omnino confuſa, & velut area, quæ pedibus conculcatur, abjecta, peccatis meis id exigentibus deputo, non vitio, quod abſit, veſtræ * pravitatis adſcribo. Multitudo quippe meorum ſcelerum exigit, ut is etiam propriis manibus meo pectori vulnus infligat, pro quo non enerviter ſtans adverſus totum mundum certamen aſſumpſi, meque gladiis ac ſagittis totius fere humanigeneris durus & inſuperabilis colluctator objeci.*

* paternitatis

VI. *Hoccine mihi, venerabilis Pater, meritum reddidiſti, quod cauſæ tuæ perorator in ſanctorum Pontificum Conciliis toties extiti: quod in legationis tuæ curis atque negotiis frequenter in ſæcularium laicorumque conventu quaſi quidam cauſidicus declamavi? Hæccine, inquam, mihi munera redhibentur, quod in hoſtes tuos violenter invectus, eos mordaciſſime loquendo & ſcribendo deſtruxi, teque per multimodæ ſcriptionis articulos extuli, tuamque memoriam & egregiæ laudis quantum in me fuit, etiam apud poſteros propagavi? Quid itaque fecerim, quidve pertulerim, examinis veſtri cenſura diſcutiat: ne coactus digna querela compellar effluere, quod adhuc ſilentio ſupprimens, vix poſſum ulterius occultare. Hoc enim necdum Roma me referentem vel ſcriben-*



PAGIUS ta, & Tom. IX. Concil. pag. 1200. recitata rem prorſus aliter ac Lambertus narrat, aitque, ſe Henrico Regi in faciem reſtitiſſe, & minitatum eſſe excommunicationem: indictum tamen a Coepiſcopis ſuis, ad rem diſceptandam ac definiendam Moguntinum Concilium. Ad extremum Alexandrum II. rogat, ut aliquos de latere ſuo mittat, qui huic Concilio præſint: *& quia hoc valde rarum*, inquit Sigefridus, *quæſtionibus occurrit Eccleſiaſticis, & de Regiis pene inauditum eſt perſonis: veſtræ Sanctitatis erit, quid ſuper tanta re facto opus ſit decernere, & ad conſulta noſtra de Sanctuario ſacri pectoris veſtri reſponſaria remittere: ut & inſtans negotium, ad ſalutem modernæ ætatis, Eccleſiaſtica pace finiatur, & de tam inſolita & dubia re, veſtra auctoritate poſteritas inſtruatur.* Quare vel Lambertus erravit, vel Sigefridus, poſtquam comperit Alexandrum Petrum Damiani Moguntiam mittere, literas illas ſcripſit, ut fucum Pontifici faceret.

II. Ordericus lib. 4. miſerum Angliæ ſtatum, ex quo Willelmus Rex eam ſibi ſubdidit, his verbis narrat: *Multimodis deſolationibus Anglia nimis attrita eſt, & tam ab indigenis, quam alienigenis valde aggravata eſt. Incendia, rapinæ, & quotidianæ cædes, miſeram gentem invaſerunt, percuſſerunt, dejecerunt, & conquaſſaverunt. Adverſa fortuna miſeros tam victos, quam victores muſcipula ſua irretivit: nunc enſe, nunc fame, nunc peſte irreverenter præcipitavit, prout Omnipotens arbiter unicuique diſpenſavit.* Paulo poſt: *In illa tempeſtate Svenus Rex Danorum magnam claſſem Danis & Anglis accuratiſſime inſtruxit, duoſque filios ſuos & Osbernum fratrem ſuum, Pontificeſque duos, Comiteſque tres dilectiſſimos præfecit, & in Angliam miſit. Multotiens enim pecuniis Anglorum & obnixis precibus fuerat ſollicitatus, & ruinas ſuorum, qui nuper in Heraldi conflictu occiſi fuerant, motus: quin etiam proxima cognominatione ad regni cupiditatem incitatus, utpote nepos Eduardi Regis, Hardecanuti filius* (qui Hardecanutus frater erat Eduardi uterinus ex Emma Regina). *Hic ingenti potentia pollebat, univerſas regni ſui vires contrahebat: quibus a vicinis regionibus & amicis auxilia magna concervabat. Adjuvabant eum Poleniæ* ideſt

*Expeditio Regis Daniæ in Angliam.*

*ventem cognovit; necdum aliis per me res iſta, quæ ſanctitatis veſtræ famam laceraret, innotuit. Agat ergo qui læſit, ſicut dignum eſt, pœnitentiam, ut is qui læſus eſt, non compellatur dignam exaggerare querelam. Mitiget olei ſuavitas aceti mordentis acrorem, & tumefactis aſperrima verberatione vibicibus mitis blandis beneficiorum liquor influat lenitatem. Alioquin neceſſe jam erit tot ictuum verbera perferenti, ut ipſe quoque. Sed jam frænum libertati, procacitate linguæ repreſſa adhibeo, labiis digitum ſuperpono, & qui miſeriam paſſus ſum, miſericordiam verſa vice depoſco.*

VII. *Præterea de infeliciſſimo Ravennate Epiſcopo clementiam veſtræ ſanctitatis imploro, atque ut eum, ſicut olim decreviſtis, ſolvere dignemini, ſuppliciter obſecro. Indignum quippe eſt, ut propter unius homuncionis offenſam tam innumerabilis multitudo hominum depereat, & tantum Chriſti laborem, pro quo pretioſum ſanguinem fudit, ac tot innocentum animas miſerandæ unius perſonæ culpa ſubvertat.*

*Nolumus autem ſanctos oculos veſtros onerare pluribus litteris, ſed omnia, quæ dicenda ſunt, committimus experientiæ portitoris. Hunc igitur ſancta clementia veſtra, quaſi me loquentem diligenter attendat, ſicque duabus petitionibus noſtris quas hic tranſcurſim celeriterque perſtrinximus, annuat: ut & vos nuntios ac vehicula miſiße per tot terrarum ſpacia non pœniteat, & mens noſtra, quæ circa vos, non dicam tepeſcere, ſed potius frigeſcere cœperat, in antiquæ dilectionis veſtræ deſiderium recaleſcat.* Hæc Petrus, ut vidiſti, perturbato admodum animo, juſtene, ſcit Deus. Ex ſcriptis ejus aliud præter hæc expiſcari poſſe non datur. Illud tamen exploratiſſimum Alexandrum ipſi conciliatum, ejuſque uſum opera ad componendas res Eccleſiæ Ravennatis, defuncto jam Archiepiſcopo, pro quo apud ipſum Pontificem interceſſerat, de qua ultima ejuſdem Petri legatione ſuo tempore dicendum erit.

VIII. Guarnerius Argentin. Epiſc. ab Alexandro Papa punitur.

Eodem tempore Alexander Papa Argentinenſem Epiſcopum Guarnerium privavit Epiſcopatu ob ſimoniæ crimen: quem poſtea (a) Gregorius Septimus reſtituit in Synodo, de cujus reſtitutione inferius ſuo loco dicturi ſumus.

(a) Greg. l. 1. ep. 77.

Alex. Papa de ordinatis per ſaltum.

*Moritur hoc anno Rumoldus Conſtantienſis Epiſcop. maturæ admodum gravitatis vir.* Ita lambertus hoc anno. Hic ille eſt, ad quem extat datum Alexandri hujus Romani Pontificis decretum (licet perperam apud Gratianum Grimaldus legatur pro Rumoldo) de eo qui per ſaltum ex negligentia ordinatus eſt eſt. Cujus quidem decreti idem meminit Alexander in litteris datis ad Gervaſium Rhemenſem Archiepiſcopum, quas repertas in codice Antonii Auguſtini Epiſcopi Tarraconenſis, hic ne pereant, deſcribendas curavimus, ſic ſe habent:

*Conſuluit parvitatem noſtram dilectio veſtra ſuper latore præſentium, qui in clericalibus officiis educatus, ſubdiaconii gradum ſuſcipere, diabolo obcœcante neglexit, & ad diaconatus & presbyterii honorem curſu præpropero non ambitioſe, ſed negligenter conſcendit. In quo præceptum canonicum nos inveniße non meminimus, conſilium autem ex prærogati-*

PAGIUS (ideſt, Polonia), *Friſia, nec non Saxonia. Leutecia quoque pro Anglicis opibus auxiliares turmas mittebat. In ea populoſiſſima natio conſiſtebat, quæ gentilitatis adhuc errore detenta verum Deum neſciebat; ſed ignorantiæ muſcipulis illaqueata, Guodeven, & Thurum, Freamque, alioſque falſos Deos, imo Dæmones colebat. Hæc gens terra marique præliari perita erat, quam Svenus cum Rege ſuo ſæpe vicerat, ſuæque ditioni ſubegerat. Multis itaque triumphis ſublimatus, ut ſibi adhuc augeret potentiam & decus, contra Guillelmum Regem, ut prædiximus, magnam claſſem in Angliam miſit Svenus.*

III. *Infelix fuit.*

Multis interpoſitis hanc expeditionem infelicem fuiſſe aſſerit: *Pleroſque*, inquit, *gladio vindice ferit, aliorum latebras evertit, terras devaſtat, & domos cum rebus omnibus concremat. Nuſquam tanta crudelitate uſus eſt Guillelmus, hic turpiter vitio ſuccubuit, dum iram ſuam regere contempſit; & reos, innocuoſque pari animadverſione peremit,* (cum nempe Eboraco appropinquatum eſt) *juſſit enim ira ſtimulante ſegetibus & pecoribus cum vaſis & omni genere alimentorum repleri, & igne injecto penitus omnia ſimul comburi; & ſic omnem alimoniam per totam regionem Trans-Humbranam pariter devaſtari. Unde ſequenti tempore tam gravis in Anglia late ſævit penuria, & inermem ac ſimplicem populum tanta famis involvit miſeria, ut Chriſtianæ gentis utriuſque ſexus & omnis ætatis homines perirent pluſquam centum millia. In multis Guillelmum noſtra lubenter extulit oratio; ſed in hoc quod una juſtum & injuſtum tabidæ famis lancea æque transfixit, laudare non audeo. Nam dum innocuos infantes, juveneſque vernantes & floridos canicie ſenes fame periclitari video: miſericordia motus miſerabilis populi mœroribus & anxietatibus magis condoleo, quam frivolis adulationibus inutiliter ſtudeo. Præterea indubitanter aſſero, quod impune non remittetur tam feralis occiſio.* Paulo poſt: *Tandem magnæ claſſis exiguæ reliquiæ Daciam* (ideſt, Daniam) *repetierunt: & Sveno Regi ſuo magna diſcrimina quæ perpeſſi ſunt, nimiamque ferocitatem hoſtium, ſuorumque ruinam ſodalium flebiliter retulerunt.*

IV. *Moritur Aldredus Archiep. Eboraci.*

Hæc accidiſſe hoc anno teſtatur etiam Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt. Reg. Angl. additque *Aldredum* Eboracenſem Archiepiſcopum, quem oſtendimus Willelmum Regem coronaſſe, de Danorum adventu valde triſtem effectum, *decimo anno ſui Archiepiſcopatus,*



*va auctoritatis Apoſtolicæ damus, ſicut olim ſuper eodem negotio Rumoldo Conſtantienſi Epiſcopo conſuluimus. Ab utriuſque itaque, ideſt ſacerdotis & Levitæ, quod inordinate ſuſcepit, officio ſuſpendatur, donec congruo tempore interſitis, qui ad diaconii benedicuntur honorem, & cum eis ſubdiaconatus accipiat benedictionem. Prius tamen diſcutiendum, ſi ejus vita digna officio habeatur, & ſic ſi vitæ canones non obviaverint, in priore ordinatione diaconus & presbyter teneatur. Legimus enim in Actibus Apoſtolorum, ad beati Petri prædicationem, Cornelium pro vitæ merito ante baptiſmum recepiſſe Spiritus ſancti donum. Divinæ igitur benignitatis clementia, quæ Cornelio ante baptiſmum dignata eſt concedere, quod purificatis fonte baptiſmatis ſpecialiter ſolet infundere, neglectæ ordinationis minime gratiam prohibebit, ita ut cœteros quos ante ſubiit, reſervet, ſi vita & ſcientia concordet.* Hæc Alexander.

Mil-

PAGIUS *III. Idus Septemb. feria VI. ut Deum rogaverat*, vitam finiviſſe. Notat etiam Dunelmenſis, cum Willelmus Rex vicinas Eboraci terras devaſtaret, Epiſcopum Dunelmenſem, & Optimates unanimi conſilio tollentes *Sancti Cuthberti* incorruptum corpus fugam iniiſſe *III. Idus Decemb. feria VI.* ſed *tribus menſibus, & aliquot diebus* elapſis ſacras reliquias rurſus in Epiſcopatus anno decimo vita functus eſt, illud ante annum MLX. non ſuſceperat. Simeon enim ibi annos Julianos, non vero annos Sedis numerat, ut manifeſtum facit Thomas Stubs in Actis Pontif. Eboracenſium, ubi eoſdem temporis characteres exhibet, poſtquam jam ſcripſit *Aldredum in Nativitate Domini* dictum Archiepiſcopum, & *Guillelmum* Angliæ Regem coronatum conſecraſſe *anno Dominica Incarnat. MLXVI.* juxta noſtrum computum. Idem Scriptor plura de *Aldredi* virtutibus in medium affert, præſertimque de ejus erga Eccleſiam liberalitate: quibus commentitium eſſe apparet, quod de ejus ſimonia Malmesburienſis, & ex eo quidam Hiſtorici Anglici in literas miſere.

I. Germani Archiep. cauſam dicunt coram Rom. Pont.

I. Milleſimus ſeptuageſimus octava Indictione incipit annus: quo rei conſtituti ſimoniacæ labis præcipui Germaniæ Archiepiſcopi Moguntinus & Bambergenſis, Romam vocati cauſam dicere advenerunt. Colonienſis autem alia de cauſa (ut dicturi ſumus) cum eis profectus eſt. Aſſiſtunt Alexandro Pontifici, qui, accepto ab eis juramento, id numquam ulterius perpetrandi, ad ſuas redire eccleſias libere dimiſſi ſunt. Fuſius iſta Lambertus, qui ob liberam dimiſſionem factam, in ſuſpicionem adducit, corruptum Alexandrum Pontificem fuiſſe muneribus. Verum haud facile quis perſuadeat ſibi, tantum Pontificem eodem crimine, quo reos tunc judicabat, eodemque tempore deliquiſſe. Verum cum his agi debere mitius, plura ſuaſerunt, ac primum, quod præcipuarum eccleſiarum eſſent Antiſtites, moderarenturque regnum cum Rege: inſuper, quod obedientes Apoſtolicæ Sedi, ad judicium ſubeundum ſeſe contuliſſent in Urbem: quodque prompto animo exhibuerint ſe omnino paratos, omnem quam decerneret Pontifex ſuſcipere pœnitentiam. Sicque mitiori excipiendi ſententiâ videbantur, ne ſi quid durius in eos ex ſeveritate cenſuræ canonicæ decerneretur, timendum fuiſſet, ne perderet potius, quam emendaret, quos corrigendos Romam vocaſſet. Sed jam ipſum audi Lambertum iſta ſub hoc anno ſcribentem: inde ſubiiciemus, in quibus auctor ipſe ſit corrigendus.

II. *Epiſcopus Moguntinus & Colonienſis & Banbenbergenſis a domino Apoſtolico evocati Romam venerunt. Ibi Epiſcopus Banbenbergenſis accuſatus, quod per ſimoniacam hæreſim, data pecunia Epiſcopatum invaſiſſet, multa & pretioſa munera Papæ dedit, & per hæc efferatam adverſum ſe mentem ejus ad tantam manſuetudinem reduxit, ut qui non ſine periculo honoris & gradus ſui evaſurus putabatur: non ſolum impunitatem criminis, quod objectum fuerat, conſequeretur; ſed etiam pallium & alia quædam Archiepiſcopatus inſignia a Sede Apoſtolica pro benedictione perciperet, Moguntinus Archiepiſcopus ultro ſe Epiſcopatu abdicare, atque in otium privatæ converſationis ſecedere, magnopere cupiebat; ſed tam Romani Pontificis auctoritate, quam eorum qui præſentes erant, maturioribus conſiliis vix & ægre abductus eſt a ſententia. Omnes in commmune acerbe objurgati, quod ſacros ordines per ſimoniacam hæreſim venderent, & ementibus indifferenter communicarent, manuſque imponerent, tandem accepto ab eis jurejurando, quod hæc ulterius facturi non eſſent, in ſua cum pace dimiſſi ſunt.* Hæc Lambertus. Sed apud eumdem ſequenti anno, idem Archiepiſcopus Moguntinus teſtatus eſt Henrico Regi, ſe aſpere admodum ab Alexandro Romano Pontifice redargutum, vixque ſine privatione Archiepiſcopatus elapſum quæ ſequenti anno ex ipſius verbis accipies:

III. *Sed de Colonienſi Archiepiſcopo ſancto Annone jam agamus, qui licet cum iiſdem Epiſcopis ſe Romam contulerit; non tamen ipſe ut reus, ſicut illi, cauſam dicturus advenit: nam tanto ab horum vitiis longe aberat, quanto vitæ ſanctæ & irreprehenſibilis præclaris meritis hos & alios Germaniæ Epiſcopos præcellebat, quem Alexander Papa chariſſimum habuit, & redeuntem inſigni donatum munere ab Urbe dimiſit, nempe brachio ſancti Cæſarii martyris, ingenti plane theſauro cœteris Sanctorum reliquiis ipſi tunc chariore ob inſigne, quod tunc Romæ meritis ejuſdem ſancti Cæſarii miraculum contigiſſe percepit. Deſcribuntur iſta in vita ejuſdem S. (a) Annonis ab auctore ejuſdem temporis juſſu Reginhardi Abbatis Sigebergenſis ejuſdem ſancti Annonis æqualis. Quem quidem hoc anno Roma veniſſe teſtatur ob multas ſuæ eccleſiæ cauſas, & inter eas illam fuiſſe præcipuam, ut Sanctorum reliquias inde acciperet, & collocaret eas in monaſteriis a ſe tunc extructis. Cujus rei deſiderio, inquit, nempe accipiendi reliquias ſanctorum Martyrum, tempore quodam Romam ingreſſus eſt Romanorum Archicancellarius* Anno Archiepiſcopus Colonienſis, *ſuæ devotioni pariter & Eccleſiæ conſulturus utilitatibus &c.*

S. Anno Archiep. donatur a Papa Brachio S. Cæſarii.

(a) *Vit. S. Annonis l. 1. c. 33. 34. 35. Sur. t. 6. die 4. Dec.*

Quonam anno Redemptoris id acciderit, idem auctor in fine capitis declarat his verbis: *Ab Incarnatione Domini poſt milleſimum ſexageſimumnonum, anno ſeptuageſimo vertente.* Quo & ab Urbe rediens, acceptis in itinere ab Adelaide Alpium Cottiarum Marchioniſſa reliquiis venerandis ſanctorum martyrum Thebæorum, collocavit eas reverſus in patriam in monaſterio Sigebergenſi tertio Idus Maii

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hiſp. MCVIII. An. Hegiræ CCCCLXIII. inchoato die 9. Oct. fer. 7. An. Chr. 1070.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6563.

☉ 15. C. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1070.

ALEXANDRI II. PAPÆ 10.

HENRICI IV. REG. 15.

ROMANI DIOGENIS IMP. 3.



Maii: brachium vero ſancti Cæſarii, quod Roma ſecum tulerat, poſuit Coloniæ in eccleſia ſancti Georgii, ubi in ſermone, quem ad populum tunc habuit ſanctus Epiſcopus, de ejuſdem martyris ſancti Cæſarii grandi miraculo, quod accidiſſet in Urbe narrationem attexuit verbis iſtis:

V. Quid Mirandum Romæ acciderit.

V. *In urbe Roma vir quidam Andreas nomine, non opere, divitiis & vitæ deliciis afluens, laxæ converſationis amplam tenebat viam, animam oneri, corpus habens voluptati, cui præter nomen Chriſtianitatis & emortuam fidem Chriſtianæ religionis nihil videbatur ineſſe, excepto quod beato Cæſario martyri devotus eccleſiam ejus cum cæreis frequentare ſolebat. Hic generali mortis conditione præventus, ſero ſui pœnitens ultimum efflavit ſpiritum. Nec mora, corpus in feretro compoſitum flentium & plangentium amicorum triſti ambiebatur obſequio, ſepulturam ejus ob quædam impedimenta in diem alterum differentium. Itaque protractis ad medium noctis excubiis, alto ſilentio cunctis, altoque ſtupore perfuſis repente feretrum moveri cæpit; elevanſque caput qui jacebat examinis, cum undique circumſpiciens, ampliorem videntibus terrorem incuſſiſſet, fugæ præſidium nonnullis arripientibus, omnibus vero pariter mente conſternatis, in feretro reſedit. Interim prudentiores fiducia nonnihil ſumpta, procul quibuſdam ſubſiſtentibus, propius acceſſerunt, & inſpecto diligenter homine, quid rei contigiſſet ſciſcitati ſunt, utrum phantaſiis diaboli illuderentur, an inſueta mortalibus lege ab inferis redivivus emerſiſſet, vel (quod magis erat in ſuſpicione) languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum intuentium fefelliſſet, cœterum vitam non plane amiſiſſet.*

VI. *Ad hæc ille graviter ſuſpirans:* Non, *inquit, ſimulate, ſed vere mortis incidi ſortem. At vero perpetuæ mortis ſententiam & in anima & corpore (proh dolor!) luerem, ſi Cæſarii martyris digna Deo non interceſſiſſet ſupplicatio. Subjungenſque ſecundum tenorem interrogantium: Ubi fuiſſet, quid vidiſſet, & ut rediiſſet, ita ait:* E *corpore violenter ejectus, ad terribile nimiſque pavendum Chriſti ſolium ducebar. Ibi circumſtantibus cum tremore millibus Angelorum, ego miſerrimus conſcientiæ reus, nec oculos in quemquam illorum ſupplex attollere præſumebam, ſolummodo diſtricti judicis triſtem ſententiam accipiens, a teterrimis & horrore plenis dæmonibus ad æternæ damnationis loca trahebar abſque miſericordia; pectuſque feriens ac nimis flebiliter ingemiſcens, illius, inquit, horæ miſeria nullis digne exponenda verbis, mei cordis memoria numquam elabitur.*

S. Cæſarii precibus Andreas liberatur.

VII. *Cumque me flentem procaciſſimi dæmones cachinnantes, meiſque caſibus inſultantes ad perditionem atrociter impellerent: pretioſus martyr Cæſarius meis calamitatibus pie commotus, cum favore ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorumque Apoſtolorum & Martyrum procidit ante Dominum, vulnerum ſuorum ſtigmata demonſtrans & dicens:* O *clementiſſime Domine, tremendi nominis tui cauſa hæc quondam libenter excepi, nec erat in his perferendis, licet caro gemeret, ulla reluctatio mentis, dummodo temporalium tormentorum aſperitate corpus ſemel enecatum, nullius deinceps triſtitiæ ſtimulis vel animam, vel carnem, te præſide afficeret. Quid itaque te, qui pius es, inſpiciente, novis in corde doloribus denuo premor? Ecce qui meo credulus patrocinio vitam ſuam mihi commiſit ex integro, præceps impellitur ad inferos; jamque merito ſtultitiæ arguitur, qui vana ſpe ſeductus me coluerit ut vitæ ſuæ gubernatorem, quem in allevandis ſaltem ſuppliciis habere non poſſit interceſſorem: In his omnibus eo coram Chriſto jacente, piiſſima Dei Genitrix Virgo Maria cum reliquis Sanctis ſe adjungens, Filium & Dominum ſuum ad voluntatem Martyris ſui flexit. Per cujus imperium peſſimis dæmonibus ereptus, jam veniæ ſecurus & vitæ, corpus ad hoc reinduere juſſus ſum, ut his cognitis unuſquiſque ſalutis ſuæ ſollicitior reddatur. Hæc homine perorante, cum aſtantes ſtupor invaderet, collegit ſe ſuper feretrum & obiit.*

VIII. *Tali concluſione rem doctor egregius finiens: Omnes ſuſpiriis & compunctione, quod audierant commendantes mox allocutus eſt: Et vos fratres, voſque ſorores, huius conſiderationem facti in cordium veſtrorum ſecreta admittentes, ad quemcumque devotionis & ſervitii cultum vos ipſos Sanctis Dei offerte, ut extremæ tribulationis anguſtiis arctati; quemlibet Sanctorum tanto lætior quiſque veſtrum illic patronum experiatur, quanto devotior hic in ejus vixit obſequio.* Huc uſque ſanctus Anno Colonienſis hoc anno, ea qua diximus occaſione. Quod autem ad enarratam hiſtoriam ſpectat, ſicut in hoc, ita & in aliis ejuſmodi exemplis eorum, qui ab inferis eſſe liberati narrantur, ea nobis ſententia verior comprobatur, ut nequaquam iſtiuſmodi ex corpore revera deceſſerint, quamvis omnino deceſſiſſe ſibi viſi ſunt, ſed per ecſtaſim & exceſſum mentis, ſcilicet Deo volente, ea per viſum fuerint aſſecuti, per rerum imaginem quamdam ob oculos mentis divino miniſterio repræſentatam. Etenim judicium Dei de qualibet anima in momento & in ictu oculi fieri, quis ignorat? & neque a ſententia extremo judicio judicantis eſſe aliquam

re-

redemptionem, divinæ Scripturæ oraculis copioſiſſime abſque ulla ambiguitate docemur.

IX. (a) Joan. 10. *Et ſolvi (a) Scriptura non poteſt, quam ſanctificavit, & miſit Pater in mundum.* Sed ad Annonem redeamus, qui ad ſua monaſteria recedens ab Urbe, reliquias Sanctorum accepit: idem etiam privilegium immunitatis ab Alexandro Papa eſt conſecutus pro dicto monaſterio Sigebergenſi, & quidem ſpeciali forma in gratiam ſpecialis amici, quod ab eodem vitæ ejus auctore ita deſcribitur (b):

(b) Vit. Ann. lib. 1. c. 26. Alex PP. Diploma S. Annoni datum. *Alexander Epiſc. ſervus ſervorum Dei Annoni Archiepiſcopo ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ in Chriſto JESU fratri chariſſimo.*

X. *Quod a nobis Deo dilecte frater expetis, ex officio ſuſcepto, & Apoſtolica auctoritate univerſis debemus Eccleſiis. At mihi tecum, in Deo dilecte frater, aliter agendum eſt, quippe apud virum religioſum, & revera tam operibus, quam nomine Epiſcopum. Itaque ex parte Domini noſtri JESU Chriſti & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, omniumque Sanctorum, & electorum Dei, confirmamus & corroboramus Abbatiam illam in perpetuum, ne qua perſona magna, vel parva, non aliquis ſucceſſorum tuorum, non Rex, aut Comes, nullus, inquam, hominum ex ea quidquam ad deſtructionem loci demoliri audeat: verum omnibus inibi collatis & conferendis pax ſit permanens & inconvulſa, & prima iſta, qua modo inſtituuntur, apud monachos permaneat conſuetudo, ſitque illis de Abbate libera electio. Si quis hujus noſtri privilegii temere violator extiterit, perpetui anathematis vinculis ſe innodandum noverit, niſi forte reſipiſcens digne ſatisfecerit. Qui vero pia devotione obſervator eſſe ſtuduerit; peccatorum ſuorum omnium conſequatur veniam, & æternæ beatitudinis gloriam mereatur.* Hactenus deſcriptum ibi diploma.

XI. Legatio ab Alex. Pap. in Angliam mittitur. Hoc eodem anno idem Alexander Papa Legatos a latere miſit in Angliam, qui congregata illic Synodo Wintonienſi, gradu deponerent Stigandum invaſorem Eccleſiæ Cantuarienſis, qui eo titulo, quod pallium accepiſſet a Benedicto pſeudopontifice, diu retinuiſſet illam eccleſiam. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ab antiquioribus rerum Anglicarum ſcriptoribus eſt petenda narratio, de quibus cum plures ſcribant, Rogerus in ſuis Annalibus hæc accuratius proſecutus videtur; ait enim: *Eodem anno, milleſimo ſcilicet atque ſeptuageſimo, Concilium magnum in Octavis Paſchæ Vuintoniæ celebratum eſt, jubente & præſente Rege Vuillelmo, Alexandro Papa conſentiente, & per ſuos Legatos Hermenfredum Sedunenſem Epiſcopum, & presbyteros Joannem & Petrum Cardinales Sedis Apoſtolicæ ſuam auctoritatem exhibente.*

XII. Concil. Vintonienſe. *In quo Concilio Stigandus Doroberniæ Archiepiſcopus degradatur tribus de cauſis, ſcilicet quod Epiſcopatum Vuintonienſem cum Archiepiſcopatu injuſte poſſidebat: & quod vivente Roberto Archiepiſcopo, non ſolum Archiepiſcopatum ſumpſit, ſed etiam ejus pallio, quod Cantuariæ remanſit, dum vi & injuſte ab Anglia pulſus eſt, in Miſſarum celebratione aliquamdiu uſus eſt: & a Benedicto, quem ſancta Romana Eccleſia excommunicavit, eo quod pecunia Sedem Apoſtolicam invaſit, pallium accepit. Frater quoque ejus Agelmarus Eſtanglorum Epiſcopus eſt degradatus. Abbates etiam nonnulli ibi degradati ſunt, operam dante Rege, ut quamplures ex Anglis ſuis honoribus privarentur, in quorum loco ſuæ gentis perſonas ſubrogaret, ob confirmationem ſcilicet ſui, quod noviter acquiſierat, regni. Hinc & nonnullos tam Epiſcopos, quam Abbates, quos nulla evidenti cauſa, nec Concilia, nec leges ſæculi damnabant, ſuis honoribus privavit, & uſque ad finem vitæ cuſtodiæ mancipatos detinuit, ſuſpicione, ut diximus, tantum inductus novi regni.*

XIII. Querela Vulſtani epiſc. vigornienſis. *In hoc itaque Concilio dum cæteri trepidi, utpote Regis agnoſcentes animum, ne ſuis dignitatibus privarentur, timerent; venerandus vir Vulſtanus Vulgornienſis Epiſcopus poſſeſſiones quamplures ſui Epiſcopatus ab Aldredo Archiepiſcopo (dum a Vuigornienſi Eccleſia ad Eboracenſem transferretur) ſua potentia retentas, quæ tunc eo defuncto in poteſtatem regiam devenerant, conſtanter proclamabat, expectabatque juſtitiam fieri tam ab ipſis, qui Concilio præerant, quam a Rege flagitabat. At Eboracenſis Eccleſia non habens paſtorem, qui pro ea loqueretur, muta erat. Judicatum eſt igitur, ut ipſa querela ſic remaneret, quouſque Archiepiſcopo ibi conſtituto, qui Eccleſiam defenderet, dum eſſet qui ejus querelæ reſponderet, ex objectis & reſponſis poſſet evidentius ac juſtius judicium fieri. Sicque tunc ea querela ad tempus remanſit.* Hic finis Wintonienſis Synodi. Poſtquam Cardinales Legati ab Anglia diſceſſerunt Romam reverſuri, * relinquentes illic Hermenfredum Epiſcopum Sedunenſem: qui paulo poſt aliis urgentibus cauſis, aliam Synodum habuit, de qua dicere ſic pergit auctor: * reliquerunt.

XIV. *Die autem Pentecoſtes Rex apud Vuindesboram venerando Bajocenſi canonico Thomæ Eboracenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatum, & Valcelino capellano ſuo Vuintonienſis Eccleſiæ præſulatum dedit. Cujus juſſu mox in craſtino prædictus Sedunenſis Epiſcopus Hermenfredus Synodum tenuit, Joanne & Petro Cardinalibus præfatis Romam reverſis. In qua Synodo Agelricus Suthſaxonum pontifex non canonice degradabatur, quem Rex ſine culpa mox apud Mearlesberge in cuſtodiam poſuit: Abbates etiam quamplures ſunt depoſiti, quibus depoſitis, Rex ſuis capellanis Alfracto Orientalium Anglorum præſulatum, & Stigando Suthſaxonum dedit Epiſcopatum; nonnullis etiam Northmannicis monachis Abbatias dedit.* Verum Stigandus iſte, qui dicitur capellanus Regis longe diverſus ab illo Stigando nuper ex Archiepiſcopatu depoſito, de cujus fine habet iſta Willelmus Malmesburienſis: *Quamvis Rex ſe blande excuſans præceptum Papæ objectaret; non tamen opinionem affectatæ depoſitionis excluſit, quod eum toto ævo vinculis Vuintoniæ habuerit. Ibi ergo Stigandus tenui victu vitam toleravit, quod ei parum de Fiſco ferebatur, & ipſe ingenita mentis duritia nihil de ſuo inferri pateretur.*



*Quin & hortantibus amicis, & præcipue Regina Edgitha, Eduardi Regis relicta, ut ſe delicatius veſtiret & paſceret: per omne ſanctum pejerabat, non ſe habere nummum nec valens. Sed huic ſacramento ſoliditatem veri abfuiſſe probavit ingens vis opum poſt mortem ejus in ſubterraneis ſpecubus inventarum. Ad quarum indicium ut veniretur, auxilio fuit clavicula collo exanimati dependens, quæ familiaris ſcrinii eſſet cuſtos. Ea ſeræ immiſſa manifeſtavit per chartas inventas & qualitatem metallorum & quantitatem ponderum.* Hic finis nequiſſimi hominis ac ſordidiſſimi, qui diu ab ipſo tempore invaſor alienæ ſedis, nullam cum Romana Eccleſia communicationem habere meruit. At cum hæc toleraſſet pius Rex Eduardus, Deus ultorem Regem externum immiſit vindicem acerbiſſimum ejus ſcelerum: qui quidem etſi legitime per Legatos Apoſtolicæ Sedis viſus eſſet omnia peregiſſe; tamen quod depoſitis Anglis Epiſcopis, externos in locum ipſo- XV. Finis Stigandi pſeudoarchiepiſcopi.



PAGIUS

I. Synodus Vindleshorenſis. A num. XV. ad XXVII. Ordericus lib. 4. geſta hoc anno in Anglia hoc modo refert: *Guillelmus Rex Dominicam Reſurrectionem in urbe Guenta celebravit, ubi Cardinales Romanæ Eccleſiæ coronam ei ſolemniter impoſuerunt. Nam ex petitione ipſius Alexander Papa tres idoneos ei ut clariſſimo filio legaverat Vicarios, Ermenfredum Pontificem Sedunorum, & duos Canonicos Cardinales. Quos apud ſe annuo ferme ſpatio retinuit: audiens & honorans eos tanquam Angelos Dei. In diverſis locis, in plurimis negotiis ſic egere ſicut indigas Canonicæ examinationis & ordinationis regiones illas dinovere. Maxima vero ac utillima Synodus VVindreſoris* (vulgo Windſor) *celebrata eſt anno MLXX. ab Incarnatione Domini. Rex & Cardinales eidem Conſilio præſederunt; & illic Stigaudum* (Archiepiſcopum Cantuarienſem) *pridem reprobatum anathemate depoſuerunt. Perjuriis enim & homicidiis inquinatus erat, nec per oſtium in Archipræſulatum introierat. Nam a duobus Epiſcopis Norfulcano & Guentano nefanda gradatione ambitionis & ſupplantationis aſcenderat. Suffraganei quoque aliquot dejecti ſunt, indigni Pontificatu propter criminoſam vitam, & curæ Paſtoralis inſcitiam. Conſtituti ſunt autem nominandi præſules Normanni duo Regii Capellani, Guaſchelinus Guentanorum, & Thomas Eboracorum, unus in loco depoſiti, alter defuncti: uterque prudens, plenus manſuetudine; & humanitate, venerabilis hominibus, verens & amans Deum medullitus. Idem alii ſubrogati ſunt, traducti ex Gallia: literati, decorati moribus, ac ſtudiorum divinorum amatores.*

II. Guillelmus Angliæ Rex bono Eccleſiæ Anglicanæ conſulit. *Multimoda honeſtatis ſtudio in multis Rex Guillelmus laudabilis claruit: maximeque in miniſtris Dei veram religionem (cui pax interdum & proſperitas mundi famulatur) ſemper amavit. Hoc fama multiplex atteſtatur, hoc operum exhibitione certiſſime comprobatur. Nam dum Paſtor quilibet completo vitæ ſuæ termino de mundo migraret, & Eccleſia Dei proprio Rectore viduata lugeret, ſollicitus Princeps prudentes legatos ad orbatam domum mittebat, omneſque res Eccleſiæ ne a prophanis diſſiparentur, deſcribi faciebat. Deinde Præſules & Abbates alioſque ſapientes conſiliarios convocabat; & eorum conſilio quis melior & utilior tam in divinis rebus, quam in ſæcularibus ad regendam Dei domum videretur, ſummopere indagabat. Denique illum, quem pro vitæ merito, & ſapientiæ doctrina proviſio Sapientum eligebat, benivolus Rex diſpenſatorem & Rectorem Epiſcopatus vel Abbatiæ conſtituebat. Hanc nimirum obſervationem quinquaginta ſex annis cuſtodivit, quibus regimen in Ducatu Normanniæ ſeu regno Angliæ tenuit: & inde religioſum morem, & exemplum poſteris dereliquit. Simoniacam hæreſim omnimodis abhorrebat: & ideo in eligendis Epiſcopis vel Abbatibus non tam opes ſeu potentiam, quam ſanctitatem & ſapientiam perſonarum conſiderabat. Probatas virtute perſonas cœnobiis Angliæ præfecit: quorum ſtudio & rigore monachatus, (qui jam aliquantulum tepuerat), revixit, & qui defeciſſe videbatur, ad priſtinum robur ſurrexit.*

III. Lanfrancus eligitur Archiepiſc. Cantuarienſis. Paulo poſt de Ordine Monaſtico ſcribit: *Hic itaque Ordo Guillelmi Regis inſtinctu ad inſtituta regularia corrigebatur, ac ad conſuetudines beatificas perductus valde honorabatur. Aliquanti Abbates a Rege noviter ordinati ſunt, & complures Cœnobitæ in monaſteriis Gallicis competenter edocti ſunt. Qui Regio juſſu Anglis prælati diſciplinam reſtituebant, & religioſitatis exempla proponebant,* &c. *Cantuarienſis cathedra, in qua ſedens Auguſtinus decreto Gregorii Papæ præfuit omnibus Epiſcopis Britanniæ, depoſito Stigaudo decreta eſt Lanfranco Cadomenſium Abbati, Regis & omnium Optimatum ejus benivolæ electione. Hic ex nobili parentela ortus, Papiæ urbis Italiæ civibus ab annis infantiæ in ſcholis liberalium artium ſtuduit, & ſæcularium legum peritiam ad patriæ ſuæ morem intentione laica fervidus edidicit. Adoleſcentulus orator veteranos adverſantes in actionibus cauſarum frequenter præcipitavit, torrente facundia appoſite dicendo ſenes ſuperavit. In ipſa ætate ſententias promere ſtatuit, quas gratantes Juriſperiti, aut Judices, aut Prætores civitatis acceptabant. At cum in exilio velut Plato quondam Academicus philoſopharetur*

ipſorum ſubrogari curaverit quamvis viros præſtantiſſimos, minime effugit invidiam, quin in deteriorem partem iſta accepta fuerint, quod non zelo religionis, ſed cauſa regnandi fecerit iſta. Quamobrem penes Scriptores Anglos affectatæ tyrannidis ignominiam non evaſit. Sed de ſubrogatione Lanfranci in Stigandi locum in Sedem Cantuarienſem, ex Willelmo rem plenius pertractante dicamus:

XVI. Lanfr. ordinatur Archiep. Cantuar.

*Anno*, inquit, *Dominicæ incarnationis milleſimo ſeptuageſimo, intravit Angliæ terram Lanfrancus Cadomenſis cœnobii Abbas, monentibus & præcipientibus Vuillelmo glorioſo Rege Anglorum, & felicis memoriæ Alexandro totius ſanctæ Eccleſiæ ſummo Pontifice. Is poſt paucos ſui introitus dies Dorobernenſem eccleſiam*, eamdem Cantuarienſem, *ſuſcepit regendam. Conſecratus eſt autem quarto Kalend. Septemb. in ſede metropoli a ſuffraganeis ipſius Sedis Vuillelmo Londonienſi Epiſcopo, Sivuardo Roffenſi, Vualchelmo Voentano, Remigio Dorenſi, ſive Lincolnienſi, Herfaſto Helmanenſi ſive Theofordienſi, Stigando Seleſienſi, Hermanno Schireburnenſi, Giſone Vuellenſi. Cæteri qui abſentes fuerunt, cauſas ſuæ abſentiæ tam Legatis, quam litteris oſtenderunt.* Hæc de ordinatione Lanfranci celebris hujus ſæculi in Eccleſia Catholica luminis ſupra tantum candelabrum erecti, ut qui ſcientia egregie polleret, & ſanctitate vitæ. Qui hoc ipſo anno conſecravit Thomam nuper electum Eboracenſem Archiepiſcopum, dilata contentione nuper oborta de obedientia & ſubjectione ab eo præſtanda eccleſiæ Cantuarienſi, in ſequentem Synodum. De qua ſuo loco dacturi ſumus.

XVII. At quid Lanfranco contigit, ubi licet invitus tantæ eccleſiæ regimen eſt conſecutus? non utique aliter, quam quod evenire ſolet ei, qui navigationis inſuetus, ubi in navim immiſſus, motu maris nauſeam provocante, totus corpore animoque turbatus ſe deponi rogat in terram: ita plane ipſe ubi motu rerum agitari cæpit, ut dimittere poſſet Archiepiſcopatum, his datis ad eum litteris rogavit Alexandrum Romanum Pontificem:

Lanfr. archiep. Cantuar. miſſionem petit ab archiepiſcopo.

*Summo Sanctæ Eccleſiæ paſtori Alexandro Papæ Lanfrancus indignus Antiſtes canonicam obedientiam.*

XVIII. *Neſcio cui aptius calamitates meas explicem, quam tibi (pater) qui ipſarum mihi calamitatum cauſa exiſtis. Nam cum de Beccenſi congregatione, in qua habitum religionis aſſumſi, a Principe Northmannorum Vuillelmo abſtractus, Cadomenſi præeſſem cœnobio, imparque exiſterem paucorum regimini monachorum, incertum habeo, quo judicio omnipotentis Dei, factus ſim te cogente, ſpeculator multorum numeroque carentium populorum. Quod cum præfatus Princeps, jam Rex Anglorum factus, multis variiſque modis laboraret efficere, caſſis tamen laboribus ſuis, a me nullo modo potuit impetrare, quoadusque Legati tui Hermenfredus videlicet Sedunenſis Epiſcopus, atque Hubertus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis in Northmanniam venerunt, qui Epiſcopos, Abbates, ejuſdemque patriæ nobiles convenire fecerunt, atque in eorum præſentia, ut Cantuarienſem eccleſiam regendam ſuſciperem, ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate præceperunt. Adverſus*

PAGIUS *tur, ignis æternus mentem ejus incendit, & amor veræ ſapientiæ cordi ejus illuxit. Animadvertebat cum Eccleſiaſte (quod nondum Eccleſiaſticæ lectionis uſu didicit). quia mundi bona vanitas. Repentino itaque animi contemptu jactans mundum ac ſe, arripienſque religionis profeſſionem, jugo regulari ſubdidit ſe. Cœnobiolum Beccenſe in Normannia loci ſitu & paupertate elegit, quod prudentia ipſius vigilantiſſimaque cura locupletavit, & in ſtatum pulcherrimi ordinis provexit: dum ſevera mitique diſciplina regeret fraternum Collegium, humilique & utili conſilio ſanctum Abbatem, nomine Herluinum Neophitum exulem, dum ſe ſe vitiis & mundo mortificaret, & pro intimis ac ſupernis maxime laboraret, publicavit Deus inſpector cogitationum ut lucerna poneretur ſuper candelabrum, dominique convenienter illuminaret ampliſſimam domum. Coactu obedientiæ de clauſtrali quiete protractus Magiſter proceſſit, quo docente Philoſophicarum ac Divinarum literarum Bibliotheca effulſit.*

IV. Nonniſi coactus dignitatem admittit.

Aliquibus interpoſitis pergit Ordericus: *Multæ Eccleſiæ Abbatem vel Pontificem incredibili deſiderio ſibi Lanfrancum petierunt, quem etiam Roma Chriſtiani Orbis caput, ſolicitavit Epiſtolis, & precatu retinere conata eſt, & vi. Sic omnibus emicuit honorabilis, quem virtus & ſapientia decorarat ſpecialis. Sedunenſis igitur Epiſcopus, poſtquam Stigaudum, ut jam dictum eſt, depoſuit, Lanfrancum ad regimen Pontificale invitavit: & in conſilio Epiſcoporum ac Abbatum Normanniæ petitionem Eccleſiæ Dei denunciavit. Ille autem perturbatus tam grave ſibi onus extimuit, & inducias ad deliberandum petiit: indubitatum tenens quod ſimul ire non poſſet Monachi otium & Archipræſulis negotium. Abbas Herluinus imperat, cui obſecundare velut Chriſto ſolebat. Regina cum filio Principe precatur. Majores quoque ideo collecti ſtudioſe hortantur. Non annuit ille præcipiti ſententia, quia omne factum & dictum ejus diſcretionis dirigebat norma. Obedientiam offendere cavet, ſimul tantos qui rogant, favent, hortantur. Mæſtus ergo trans mare vadit excuſatum ſe, ſperans jocunditatem in reverſione. Rex cum gaudio adjutorem culturæ Chriſtianæ reverenter ſuſcepit, & excuſatione reluctantem humilitate & majeſtate pulchre pugnans devicit. Anno itaque Dominicæ Incarnat. MLXX. Lanfrancus Cadomenſium primus Abbas divinitus Anglis inſtitutor datus eſt: & honeſtiſſimæ electione ac fideli conſecratione Cantuarienſis Eccleſiæ Archipræſul IV. Kal. Septembris* (qui hoc anno in Dominicam cadebat) *inthronizatus eſt. Cujus ordinationi multi Præſules & Abbates in-*



*ſus hoc imbecillitas mearum virium morumque indignitas prolata in medium nihil profuit: excuſatio incognitæ linguæ, gentiumque barbararum nullum apud eos locum invenire prævaluit.*

XIX. *Quid plura? Aſſenſum præbui, veni, ſuſcepi. In quo tot moleſtias, tot tædia, tantumque ab omni fere bono defectum mentis quotidie ſuſtineo, tot aliorum in diverſis perſonis perturbationes, tribulationes, damna, obdurationes, cupiditates, ſpurcitias, tantumque ſanctæ Eccleſiæ caſum inceſſanter audio, video, ſentio, ut tædeat me vitæ meæ, doleamque plurimum, me uſque ad hæc tempora perveniſſe. Mala ſiquidem ſunt, quæ in præſenti cernuntur: multo vero deteriora ex iſtorum conſideratione in futuro coniiciuntur. Et ne diu celſitudinem veſtram multis magniſque negotiis occupatam, prolixæ orationis ambitu protraham, rogo quatenus propter Deum, & animam veſtram, ſicut veſtra, cui contradici fas non fuit, me auctoritate alligaſtis, ſic quoque alligatum abrupto per eamdem auctoritatem hujus neceſſitatis vinculo abſolvatis, vitamque cœnobialem, quam præ omnibus rebus diligo, repetendi licentiam concedatis. Nec in hujus rei ſperni petitione debeo, quam tam pie, tam neceſſarie, tam juſtis ex cauſis concedi mihi a vobis depoſco.*

XX. *Meminiſſe ſiquidem debetis, nec tradi oblivioni oportet, quam benigne veſtros conſanguineos, alioſque a Roma ſcripta deferentes, in præfatis adhuc cœnobiis conſtitutus ſæpe recepi: quam ſtudioſe eos pro captu meo, ingeniique ipſorum, tam in ſacris, quam in ſæcularibus litteris erudivi: ut taceam multa alia, in quibus vobis veſtriſque anteceſſoribus pro rerum ac temporum qualitate nonnumquam ſervivi. Nec hoc jactando aut improperando, teſte conſcientia, dico, nec favorem gratiæ veſtræ, quaſi prolatis obedientiæ meæ obſequiis ſolito majorem captare requiro. Hoc tantum ſtudeo, harumque litterarum is ſolum meus finis eſt, ut congruam rationem, juſtamque cauſam poſſim oſtendere, qua id quod peto, a veſtra munificentia, Chriſto aſpirante, valeam obtinere. Quod ſi fortaſſe conſiderata aliorum utilitate ſecus agendum, mihique id denegandum eſſe decernitis: valde vobis cavendum, atque timendum eſt; ne unde vos mercedem habere apud Deum exiſtimatis, inde, quod a veſtris actibus ſemper procul ſit, peccati periculum incurratis. Nullus eſt enim a me, aut per me in hac terra animarum profectus, aut ſi ullus exſiſtit, tam parvus eſt, ut detrimentis meis comparari non poſſit. De his hactenus.*

XXI. *Cæterum quando Romæ fui, veſtramque faciem videre, veſtroque colloquio frui, divina gratia concedente, promerui; rogaſtis me, quatenus in ſequenti anno circa nativitatem Chriſti ad vos venirem, vobiſcum in palatio veſtris ſtipendiis, tribus, aut eo amplius menſibus moraturus. Verum hoc ſine magna rerum, corporiſque incommoditate me facere non potuiſſe, teſtis mihi eſt Deus, teſtes Angeli ejus. Cur autem non potuerim, plures variæque cauſæ effecerunt, quæ epiſtolari brevitate pro ſui prolixitate comprehendi non poſſunt. Sed ſi ſuperna majeſtas vitam mihi atque incolumitatem cum rerum commoditate conceſſerit, ſanctoſque Apoſtolos, & vos, ſanctamque Romanam Eccleſiam viſitare deſidero. Quod, ut fiat, rogate, obſecro, divinam clementiam, quatenus domino meo Regi Anglorum longam vitam concedat, pacemque ei de omnibus ſibi adverſantibus faciat, cor ejus ad amorem ſuum & ſanctæ Eccleſiæ, ſpirituali ſemper devotione compungat. Eo enim vivente, pacem qualemcumque habemus; poſt mortem vero ejus, nec pacem, nec aliquod bonum nos habitu-*



PAGIUS *interfuere cum maxima Cleri populique multitudine. Præſentes & abſentes totius Albionis incolæ tripudiarent, atque multum læti Deo gratias agerent: ſi quantum boni cœlitus ſibi tunc impartiretur, agnoſcerent.* Eumdem ordinationis ejus diem notavit novus Chronographus Saxo.

V. Sub Guillelmo Rege Eccleſia in Anglia afflicta.

*Guillelmus* Rex vel amotis, vel debellatis, vel conciliatis ſibi adverſariis felicitate ſua abuſus eſt, paulatimque cœpit Potentiorum bonis inhiare, & ſervitutis jugum, quod Anglorum cervicibus injecerat, fortius premere. *Nonnulli etiam Eccleſiaſtici viri*, inquit Ordericus loco citato, *qui ſapientes & religioſi videbantur, Regali Curiæ pro dignitatibus cupitis obnixe famulabantur: & diverſis aſſentationum modis non ſine dedecore religioſæ opinionis adulabantur. Sicut tyronibus ſuæ a Principibus erogabantur ſtipendia militiæ: ſic quibuſdam coronatis pro famulatu ſuo dabantur a laicis Epiſcopatus & Abbatiæ; Eccleſiarum Præpoſituræ, Archidiaconatus & Decaniæ, aliæque poteſtates & dignitates Eccleſiæ, quas meritum ſanctitatis & ſapientiæ doctrina ſolummodo debent obtinere: Clerici & Monachi nunc terreno Principi pro talibus ſtipendiis inhærebant, & pro temporali commodo multiplex ſervitium, quod divino cultui non competit, indecenter impendebant. Priſci Abbates ſæcularis comminatione poteſtatis terrebantur, & ſine Synodali diſcuſſione de ſedibus ſuis injuſte fugabantur: pro quibus ſtipendiariis non monachi, ſed tyranni contra ſanctorum ſcita canonum intrudebantur. Conventio & profectus fiebat inter commiſſos greges & Archimandritas hujuſmodi: qualis inter lupos & bidentes ſine defenſore ſolet fieri. Quod facile probari poteſt ab his, qui interfuerunt in Turſtino Cadomenſi, & Conventu Gleſtonienſi*, &c. Quare Ordericus in rebus Guillelmi Regis narrandis varius eſt.

*turos ſperamus*. Hucuſque Lanfranci epiſtola ad Alexandrum Romanum Pontificem, quam accepi una cum aliis ab amico conjunctiſſimo mihi Chriſtiana charitate Nicolao Fabro Pariſienſi, cui rerum antiquarum ſtudioſi hoc etiam nomine bene precentur.

XXII. Cum autem de Archiepiſcopatu dimittendo ſpes omnis fruſtraretur, ad ſubeundum onus impoſitum ſubmittens, licet invitus, humeros, pro accipiendo pallio ab Apoſtolica Sede Romam Legatos miſit. Verum quod antiquæ conſuetudinis eſſet, ut Archiepiſcopi Anglicani ipſi ad Apoſtolorum Limina ſe conferrent pro pallio accipiendo: ☞ cui cum derogatum fuiſſet a Joanne Papa Vigeſimo, anno Redemptoris MXXVII, tamen contrariis decretis revocatam fuiſſe priſtinam conſuetudinem, docent litteræ Hildebrandi. ☜ Nam cum non obtinuiſſet, quod per Legatos petiiſſet: in ejus rei excuſatione miſit Hildebrandus Archidiaconus has ad eum litteras.

*Lanfranco venerabili Cantuariorum Archiepiſcopo Hildebrandus S. R. E. Archidiaconus ſalutem in Domino.*

XXIII. *Verba Legatorum veſtrorum gnaviter accepimus, ſed quod voluntati veſtræ, immittendo abſenti perſonæ veſtræ privilegio, ut illi petebant, rite non potuimus ſatisfacere, valde doluimus; neque id ægre ferat veſtra prudentia: quoniam ſi alicui Archiepiſcoporum veſtris temporibus abſenti hoc conceſſum fuiſſe vidiſſemus, profecto religioni veſtræ promtiſſima charitate honorem hunc abſque veſtra fatigatione impenderemus. Unde neceſſarium nobis videtur, vos Apoſtolorum Limina viſitare, quatenus de hoc & cæteris, una vobiſcum efficacius quod oportuerit, conſulere valeamus atque ſtatuere. De cætero ſi Legatos noſtros ad vos venire contigerit, ſolita charitate recipite, quod vobis in aure dixerint, prout, chariſſimum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filium & religioſum decet ſacerdotem, procurare ſtudete. Inter hæc autem contigit Lanfrancum Papam litteris iſtis conſulere.*

XXIV. Lanfr. ad Alex. Pap. de duobus epiſc. *Univerſæ Chriſti Eccleſiæ ſummo rectori Alexandro indignus Anglorum Archiepiſcopus Lanfrancus finem inferre bonum bono principio.*

*Neceſſitate urgente, expectare non potui, quoadusque redirent (quos ad vos tranſmiſi) priores Legati noſtri. Hermannus ſiquidem noſtræ regionis Epiſcopus, qui tempore venerandæ memoriæ Leonis Papæ anteceſſoris veſtri, relicto Epiſcopatu monachicam vitam petiit, nunc iterum hoc idem facere omnibus modis petit. Et niſi ego cenſura canonica obſtitiſſem, jam pridem aut Regi Epiſcopatum reddidiſſet, aut clam ad monaſterium confugiſſet. Et quidem dum virili robore atque juventa viguit, ſcientia divinarum atque mundanarum rerum præditus, ad paſtorale officium ſatis, utilis perſona extitit; ſed jam ſenili ætate prolixaque ægritudine confectus, debitam officio curam impendere ulterius non valet.*

*Nec exiſtimet ſancta colendaque beatitudo veſtra, quod aut quibuſlibet injuriis laceſſitus, aut regalibus angariis ultra vires prægravatus hoc facere velit: Deum omnipotentem, dulciſſimamque gratiam veſtram teſtor, quod nec in verbis ejus, dum familiari colloquio conſilium animæ ſuæ a me quæreret, ſuaſque mihi negligentias confitendo aperiret, deprehendere id valui, nec a quoquam hominum tale aliquid umquam de eo audivi; ſed ſicut puto, & revera eſt, exactis in hac vita compluribus annis, jam tamdem proximus morti, priuſquam moriatur, a vinculis ac mole tanti oneris deſiderat abſolvi ac liberari, & in extremo ſaltem vitæ ſuæ Pſalmis, Hymnis, Orationibus, Lectionibus occupari. Propterea Apoſtolicæ Sedis celſitudinem conſulendam putavi, quatenus ab ea inſtructi certiſſime teneamus, quid in tam excellenti, tamque neceſſaria re concedere, vel facere debeamus. Nec differri oportet, quia valde timendum eſt, niſi ſolertia veſtra provideat, ne ejus corporalis incommoditas multis animabus cauſa perditionis exiſtat. De hac re iſta ſufficiant.* XXV.

*Litifeldenſis vero Epiſcopus, qui apud Legatos veſtros de incontinentia carnis, cui uxor publice habita, filiique procreati teſtimonium perhibebant, aliiſque criminibus accuſatus, ad Synodum tamen eorum venire noluit: Unde & prædicti Legati veſtri eum excommunicaverunt, Regique ſubſtituendi ſucceſſorem, ut dicitur, licentiam conceſſerunt. In Paſchali ſolemnitate ad curiam venit, de illatis culpis cauſam inire noluit, Regi in conventu Epiſcoporum atque laicorum Epiſcopatum reddidit, ſe amplius non habiturum, nec ſucceſſori calumniam, aut damnum illaturum, jurejurando ſpontanea voluntate firmavit. Dehinc ad monaſterium, in quo ab infantia nutritus monachus fuerat, repedavit. Ego tum novus Anglus, rerumque Anglicarum, niſi quantum ab aliis accipio, adhuc pene inſcius, in locum ejus non præſumpſi vel Epiſcopum conſecrare, vel conſecrandi licentiam aliis Epiſcopis dare, quoad uſque præceptio veſtra veniat, quæ in tanto negotio, quid oporteat fieri, informare nos debeat. Ne id quoque differat Paternitas veſtra; quia diu eſt, ex quo illa miſerrima Eccleſia paſtore eſt deſtituta. Omnipotens Dominus det nobis ſemper audire de vobis, quod audire cœpimus, & audire deſideramus, diligende, colende, & reverende Pater.* XXVI.

Eo-



XXVII. Eodem anno Alexander Papa (qui imitatus ſanctum Leonem Nonum, licet Romanus Pontifex creatus, numquam titulum prioris (*a*) Lucenſis Eccleſiæ dimittere voluit) emenſo decennio, ex quo cœperat illic egregiam baſilicam ædificare, ea jam abſoluta, Lucam petiit, eamque in honorem S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris Deo dicavit, pridie Non. Octobris. Cui conſecrationi interfuerunt vigintiduo Eccleſiarum Antiſtites ex Cardinalibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, præter hos innumeri Abbates & alii; conceſſitque, ut octo dierum ſpacio dedicationis memoria perageretur annis ſingulis conceſſa Indulgentia pœnitentiæ. Porro in ejus baſilicæ anteriori porticu adhuc verſus hi in marmore ſculpti leguntur.

(*a*) *Ex Cod. antiquo Archivi cathedral. Luc. eccl. qui aſſervatur in bibl. Vat.*

HVIVS QVAE CELSI RADIANT FASTIGIA TEMPLI
SVNT SVB ALEXANDRO PAPA CONSTRVCTA SECVNDO.
IPSE DOMOS, SEDES PRAESENTES STRVXIT ET AEDES.
IN QVIBVS HOSPITIVM FACIENS TERRENA POTESTAS
VT SIT IN AETERNO STATVENS ANATHEMATE SANXIT.
MILLEQ. SEX DENIS TEMPLVM FVNDAMINE FACTO
LVSTRO SVB BINO SACRVM STAT FINE PERACTO.

XXVIII. Voluiſſe præterea eamdem Eccleſiam Lucenſem ſacris reliquiis illuſtrare, in primis vero corpore ſancti Alexandri Papæ & Martyris, inſcriptio poſita in Eccleſia ſancti Alexii, quam & ipſum extruendam curaſſe tradunt, docet inſcriptio, quæ in poſteriori tranſlatione facta hoc noſtro ſæculo poſita eſt his verbis:

CORPVS BEATISSIMI ALEX. PRIMI PONTIF. MAXIMI SVB HADRIANO IMP. MARTYRIO CORONATI VNA CVM CATENA QVA VINCTVS CVSTODIEBATVR, AB ALEXANDRO II. IN ARA HVIVS TEMPLI SVBTERRANEA CONDITVM DEBITA CVM REVERENTIA FVIT IN HOC ALTARE TRANSLATVM. ANN. DOM. M. D. XXXIII. MENS. DECEMB. CVRANTE NOBILI VIRO ARNOLPHINO AED.

XXIX. Ejuſdem rurſus Eccleſiæ vetera monumenta teſtantur, eumdem Pontificem detuliſſe Roma in eamdem a ſe erectam Eccleſiam corpora ſanctorum martyrum Jaſonis, Mauri & Hilariæ, eademque in dextero latere honorificentiſſime condidiſſe, in ſiniſtro autem corpus S. Lucinæ. Quod vero retinuerit (ut dictum eſt) nomen Epiſcopi Lucenſis Eccleſiæ etiam factus Pontifex, demoſtrat ejuſdem Pontificis diploma, quod hactenus in eadem Eccleſia aſſervatur, in cujus fine hæc legitur ſubſcriptio ipſius: ✠ *Ego Alexander ſolius Dei miſericordia licet indignus ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul & Lucenſis Epiſcopus in hoc decreto a me facto ad confirmandum ſubſcripſi.*

XXX. Erat tunc temporis in eadem Lucenſi civitate Joannes Præpoſitus monaſterii ſanctitate conſpicuus, cujus beneficio Alexander Papa febre curatus eſt. Rem geſtam ſic deſcribit Deſiderius Abbas Caſſinenſis, qui poſtea Victor Papa fuit, his verbis: *Felicis memoriæ Alexander Papa diſertiſſimus & eruditiſſimus fuit, qui primum Lucenſem, poſtmodum Romanam rexit Eccleſiam, ex cujus ore, quæ nunc refero, de eodem Joanne audiſſe me contigit. Cum quodam tempore idem præfatus Pontifex febre correptus graviter ægrotaret, & quotidie languore creſcente, vehementius fatigaretur; repente ei ad memoriam rediit, quod fama vulgante de prædicto ſervo Dei ſæpius audierat. Quod videlicet quicumque febre detentus hauſiſſet ex aqua, quæ de manibus illius deflueret, dum poſt Miſſarum ſolemnia ablueret; mox recepta ſanitate liberaretur. Latenter igitur miſit, qui ſibi ex illa aqua aliquantulum afferre debuiſſet. Cumque hi qui miſſi fuerant, aquam, quam poſtulaverat, attuliſſent; mox ebibit; & ita repente ſanitati priſtinæ reſtitutus eſt, ut nulla in eo languoris indicia remanerent.* Hæc Deſiderius.

XXXI. Quæ in æreis portis eccleſ. S. Pauli notantur. Porro quod ad reliquas anni hujus memorias pertinet, non præterimus, quod hujus quoque anni nota inſcriptæ repeRiuntur januæ æreæ portæ, ejuſdemque primariæ baſilicæ ſancti Pauli extra Urbis mœnia, egregium pietatis monimentum. Geminæ enim in ea ſunt januæ, eædemque quinquaginta quatuor partitæ æqualibus ſpaciis, iiſdemque ſacris imaginibus, Chriſti, Dei Genitricis, aliquorum Prophetarum & Apoſtolorum una cum eorum martyriis, iiſdemque Græcis characteribus indicatis. Quod autem fuſorio opere fabricatæ eſſe noſcuntur Conſtantinopoli, Artifex Latinæ linguæ minus diſertus, ubi Latina elementa exprimere voluit, in ipſam peccaſſe Latinam linguam agnoſcitur. Sic enim ſe habet ipſe titulus index temporis, quo

& e-

& ejus, qui ipſas elaborandas curavit, donavitque dictæ baſilicæ, nomen expreſſum habetur, in hunc modum:

XXXII. ANNO MILLESIMO SEPTVAGESIMO AB INCARNATIONE DOMINI TEMPORIBVS ALEXANDRI SANCTISSIMI PAPÆ II. ET DOMINI HILDEBRANDI VENERABILIS MONACHI ET ARCHIDIACONI INSTRVCTÆ SVNT PORTÆ ISTÆ IN REGIA VRBE CONSTANTINOPOLITANA ADIVVANTE DOMINO PANTALEONE CONSVLE QVI ILLAS FIERI IVSSIT.

Habet & hos verſus ſuperius ad Apoſtolum Paulum, cujus ſeipſum precibus commendat:

PAVLE BEATE PRECES DOMINO NE FVNDERE CESSES
CONSVLE MALFIGENO PRO PANTALEONE ROGANDO
DVCTVS AMORE TVI QVI PORTAS HAS TIBI STRVXIT.
ERGO SIBI PER TE RESERETVR IANVA VITÆ.
SVPPLEX ERGO PETIT DOMINO QVI SEMPER ADESTIS
HVIC PRECIBVS VESTRIS DEVS ANNVAT ESSE QVOD ESTIS.

XXXIII. Inſuper ſiniſtrorſum totidem hos habet verſus, quibus ingredientium commendat ſe precibus.

TV QVOQ. QVI SACRI SVCCEDIS LIMINA TEMPLI
HAS PER QVAS INTRAS STVDIOSIVS INSPICE PORTAS,
ET SIC INGRESSVS DOMINO FER CVM PRECE FLETVM,
VT DEVS HVIC CONCEDAT HABERE PERENNEM.
IMPETRET HOC ILLI SIMVL INTERCESSIO PAVLI,
QVEM QVIA DILEXIT DECORAVIT MVNERE TALI.

Et inferius ſupplex ineſt imago ipſius, hoc verſu ad pedes poſito.

PANTALEON STRATVS VENIAM MIHI POSCO REATVS.

XXXIV. Cætera autem diverſorum myſteriorum ſigna cum eorum titulis. Primo enim loco habet Chriſti Domini noſtri Annuntiationem, inde Nativitatem, Simeonis occurſum, Baptiſmum, Transfigurationem, Palmarum ſolemnitatem, Crucifixionem, Depoſitionem de Cruce, Reſurrectionem, Aſcenſionem, & Pentecoſten, cum Græce ſcriptis eorum titulis.

Habet inſuper imaginem ſancti Petri, & ſeorſum ejuſdem ſub Nerone martyrium, itemque ſancti Pauli martyrium, ſancti Andreæ, & ſeorſum ejus martyrium. Eodem quoque modo cæterorum Apoſtolorum atque Evangeliſtarum.

Habet etiam eodem opere fuſili ſculptos prophetas, videlicet Moyſen, David, Ezechiam Reges, Eliam, Eliſæum, Iſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, Jonam, Habacuc, & Sophoniam prophetas, cum eorum titulis & oraculis & Græce ſcriptis, inſuper Chriſti nomen, & cruces in diverſis locis expreſſas. At de his ſatis.

Moritur hoc anno Godefredus Dux Tuſciæ conjux Beatricis; de quo ſæpe ſuperius: id Hermannus idque Sigebertus hoc anno. Succeſſit ei filius ejus patris nomine dictus Godefredus Gibbus, ſed in Ducatu Lotharingiæ tantum: Tuſciæ ante domina & Liguriæ ſola Beatrix fuit ejus noverca, mater vero Mathildis. XXXV. Godefredi obitus.

Quod autem mortuo hoc anno (ut dictum eſt) Godefredo Duce Beatricis viro, nullus alius in conſortium principatus acceſſerit matri vel filiæ, ipſa publica monimenta declarant, in quibus abſque viro aliquo, nomen tantum ipſius Beatricis habetur expreſſum, ut inter alia quod Florentia nuper miſſum accepimus, poſt biennium datum, cujus hoc eſt exordium: *In Dei nomine in civitate Florentiæ infra palatium de domo ſancti Joannis, ibidem reſidebat domina Beatrix Ductrix & Marchioniſſa Tuſciæ, ad juſti-*

PAGIUS VI. *Moritur Godefredus Lotharingiæ Dux.* A num. XXXV. ad XXXIX. Bertoldus in Chronico Godefridi Lotharingiæ Ducis & Beatricis conjugis mortem cum anno ſuperiori his verbis connectit: *Godefridus Dux inter ſeculares excellentiſſimus, & in recordatione peccatorum ſuorum ad compunctionem lachrymarum facillimus, in erogatione elemoſynarum largiſſimus, in Vigilia Nativitatis Domini ſatis laudabili fine quievit.* Lambertus in Chronico, qui annum a Nativitate Chriſti ſicuti Bertoldus inchoat, oſtendit Godefridi Ducis obitum in Vigilia Natalis Domini hujus anni accidiſſe. Ad annum enim MLXX. ait: *Dux Lotharingorum Gotefridus omnibus pene terris magnitudi-*



*ſtitiam faciendam, & quæſtiones audiendas & deliberandas, aſſiſtentibus cum ea judicibus &c.* Agitur in eo de bonis quibuſdam acquirendis monaſterio ſanctæ Felicitatis ſub Berta Abbatiſſa. Ubi in fine hæc nota temporis: *Ego Joannes Notarius ex juſſione prædictæ Beatricis .... & judicum commonitione ſcripſi anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti ſeptuageſimo ſecundo poſt Milleſimo quinto Kal. Martii, Indictione * xj. ſequitur poſt hæc ſubſcriptio quatuor judicum.* * X.

XXXVI. Cæterum quod ſpectat ad Beatricis ſtemma, quonam fuerit orta parente, haud levis eſt controverſia, auctoribus ejus temporis ab invicem diſſentientibus. Etenim qui cum ea eodem vixit tempore Domnizo presbyter in vita Mathildis, quam verſibus ſcripſit, eam genitam ex Friderico Lotharingiæ Duce videtur aſſerere, dum ſic ait: De Friderico qui aſſeritur pater Beatricis.

*Cum natam rutuli Ducis expetiit Friderici*
*Conjuge cum propria Malhildis denique dicta,*
*Iſte Beatricem Fridericus donat habere*
*Huic Bonifacio, &c.*

Iſte

PAGIUS *tudine ſuarum rerum geſtarum compertus & cognitus obiit, & Verdunis ſepultus eſt: cui filius ejus Godefridus ſucceſſit, præſtantis quidem animi adoleſcens, ſed Gibboſus.* Lamberto ſuffragatur Sigebertus in Chron. ubi etiam annum a Natali Chriſti incipit, licet neuter diei emortualis Godefridi mentionem faciat, quem tamen Bertoldus ex probo aliquo monumento accepiſſe videtur. Adhæc Fiorentinius in Commentario Rerum ad Mathildam Comitiſſam ſpectantium lib. 1. teſtatur, penes ſe antiquum eſſe MS. cujus, ut ipſe aſſerit, autographum reperire non potuit, in quo legitur: *MLXX. indictione IX. Beatrix Dux & Comitiſſa cum dilecta unica filia Matilda*, &c. *Obſecratione & interventu cariſſimi domini noſtri Ducis Gotifredi pro anima ſua, & domni Bonifatii Marchionis, & filii prædicti Gotifredi, & noſtra concedimus Epiſcopatui Lucenſi*, &c. *Hoc tempore fuit ſanctus Martinus ſacratus.* Godefridus iſte cognomento *Barbatus* ſeu ſenior, duas uxores habuit, primam *Dodam* appellatam, ex qua ſuſcepit Godefridum Gibboſum, & *B. Idam*, viduam, Comitiſſam Boloniæ, Picardiæ urbis, cujus Vita extat in Actis SS. Bollandianis ad diem XIII. Aprilis: ſecundam *Beatricem*, viduam Bonifacii Tuſciæ Marchionis, quæ eidem Bonifacio ante genuerat *Mathildem* Comitiſſam, de qua nobis ſæpius loquendum erit.

VII. *Cum Beatrice conjuge caſtus vixit.* Iterum itaque *Beatrix* vidua remanſit, quæ cum Godefrido ſecundo conjuge in caſtitate vixerat: *De myſterio autem mutuæ continentiæ*, inquit Petrus Damiani in Epiſtola ad eam data, quæ XIV. eſt libri VII. *quam inter vos, Deo teſte, ſervatis, diu me, fateor, duplex opinio tenuit, ut virum quidem tuum arbitrarer hilariter hoc pudicitiæ munus offerre; te vero gignendæ prolis deſiderio non hoc libenter admittere. Sed cum glorioſus idem vir nuper mihi ante ſacroſanctum corpus beati Apoſtolorum principis intimaſſet ſanctum deſiderium tuum, & pudicitiæ perpetuo conſervandæ propoſitum, fateor, lætatus ſum*, &c. Fiorentinius citatus pag. 101. ait, *Godefridum Gibboſum*, filium fuiſſe Godefridi Barbati ex Agnete filia Hugonis Comitis Haſpurgenſis prima ejus uxore, quam in rem laudat Franciſcum Roſierum in lib. Stemm. Lothar. Tom. IV. Eundem Roſierum citat etiam Baronius num. XXXIX. & ſeqq. dum de Mathildis Eccleſiæ Propugnatricis genealogia ſermonem habet. Verum non ſemel jam monuimus, pleraque Diplomata ab Auctore illo prolata, vel fictitia vel interpolata eſſe, ideoque nullam fidem eis habendam. Manifeſte autem fallitur Roſierus in eo quod habet de priori conjuge Godefridi Barbati; Monachus enim Waſtenſis in Vita Sanctæ Idæ cap. 1. aſſerit, *Godefridum* ex Doda ſuſcepiſſe Godefridum, & *Idam* quæ nupſit Euſtachio hujus nominis II. Comiti Bolonienſi, patri Godefridi Bullonii, *qui*, inquit, *Deo propitiante, Turcis triumphatis, ſub novæ gratiæ Rex primus fuit in Jeruſalem prædeſtinatus*, anno ſcilicet MXCIX. De Doda legendus Ducheſnius in Præfatione ad Hiſtoriam Genealogicam familiæ Drocenſis.

Fatetur Baronius *Godefridum Gibboſum* ſucceſſiſſe in Principatum Lotharingicum, ſed vult *Beatricem* & *Mathildem* bona Tuſciæ obtinuiſſe, quod in quibuſdam Actis publicis poſt Godefridi Barbati mortem ſcriptis Beatricis & Mathildæ nomina tantum legantur. Sed, ut inquit idem Fiorentinius, nec ipſemet Godefridus Barbatus dominus fuit bonorum Beatricis uxoris, ſed ea tantum ut maritus ejus & tutor Mathildæ poſſedit; patre autem hoc anno demortuo *Godefridus* filius Mathildem uxorem duxit, eaque ratione jus in Principatum Hetruriæ habuit. Lambertus enim ad annum MLXXVII. ſcribit, Mathildam maritum in Lotharingiam ſequi noluiſſe, huncque *vix poſt tertium aut quartum annum ſemel marcham Italicam inviſiſſe*. Quare cum *Godefridus Gibboſus* anno tantum MLXXIII. in Tuſciam venerit, ut infra videbimus, apparet eum hoc vel ſuperiori anno Mathildam uxorem accepiſſe, hancque cum Beatrice matre in ejuſdem Godefridi abſentia bona omnia Tuſciæ adminiſtraſſe. VIII. *Mathildæ Comitiſſæ nubit Godefredo Gibboſo.*

Porro hic nobis materna *Mathildæ* genealogia explicanda. Domnizo Presbyter, qui hoc ipſo tempore vivebat, Vitam Mathildæ Comitiſſæ, quam ad eam mitteret, ut ipſemet lib. 1. cap. 10. teſtatur, literis mandavit, in eaque diſerte aſſerit, *Beatricem* Mathildis matrem filiam fuiſſe *Ducis Federici*. Mellinius, qui partem Domnizonis Operis primus publicavit, & poſt eum Baronius, Domnizonem hac in re hallucinatum contendunt; at incredibile videtur Scriptorem, qui viventis adhuc Principis vitam in literas mittit, avi ejus nomen & originem ignorare. Certum itaque & indubitatum eſſe debet, *Beatricem* Mathildæ Comitiſſæ matrem Bonifacio Tuſciæ Duci primum nuptam filiam fuiſſe *Federici* Moſellanorum ſeu Lotharingorum Ducis, hujus nominis ſecundi. Fiorentinius citatus lib. 3. id ex inſtrumento publico in Archivis Epiſcopalibus civitatis Lucenſis aſſervato demonſtrat. In eo dicitur: *In nomine D. N. Jeſu Chriſti Dei æterni anno ab Incarnat. ejus milleſimo quinquageſimo quinto pridie Kal. Junii indictio-* IX. *Beatrix ejus mater filia Frederici II. Superioris Lotharingiæ Ducis.*

Iſte eſt ille Fridericus filius Godefredi Barbati Primi, cujus epitaphium ſcripſit Gerbertus, qui poſtea Silveſter Secundus:

*Francorum placito nomen tulit hic Friderici,*
*Quem proavi fudere Duces a ſanguine Regum,*
*Officio, meritiſque parem ſopor ultimus hauſit,*
*Mercurii cum celſa domus tibi Phœbe pateret.*

XXXVII. Cum vero eadem Beatrix dicta repe0riatur Henrici Quarti Regis amita, ejuſque filia ex Bonifacio Mathildis, conſobrina ejuſdem Henrici nominata reperiatur; a Domnizone eſt utique recedendum. Fuiſſe Beatricem Henrici amitam tradit (a) Gregorius, immo ipſe idem Henricus Rex in Gregorio: Quamobrem oportuit filiam fuiſſe Conradi Imperatoris, ſororem vero Henrici Tertii Auguſti, ex quo ipſe Henricus Quartus eſt natus. Mathildemque filiam Beatricis fuiſſe ejuſdem Regis conſobrinam. Quod & idem Domnizo presbyter in vita (b) Mathildis expreſſe iterum teſtatur, dum ait de Henrico Rege:

(a) Greg. lib. 3. ep. 5.

(b) Domnizo lib. 3. vit. Mathild.

Quomodo Beatrix amita Henrici Regis.

*Ad conſobrinam Mathildem miſit ut ipſa &c.*

Et infra libro ſecundo, ita:

*Conſobrina valens fac me benedicere. Vade.*

XXXVIII. Ut igitur Mathildis Beatricis filia dicatur conſobrina Henrici Quarti Regis: oportuit ejus matrem Beatricem filiam fuiſſe Conradi Imperatoris, ſororem vero germanam Henrici Imperatoris patris Henrici Regis, qui fuit, ut dictum eſt, conſobrinus Mathildis filiæ Beatricis, ut bis idem ipſe Domnizo teſtatur: cujus ſententia, non filiam Friderici matrem ejus Beatricem, ut ante dixerat, ſed potius filiam fuiſſe Conradi, dicendum, ut & ipſa Beatrix eſſe potuerit amita ejuſdem Henrici Quarti, prout vocat eam

PAGIUS *ctione octava, conſtat, me Beatrice lege vivente Saliga, filia bonæ memoriæ Federighi, qui fuit Dux, qui fuit ſimiliter lege vita Saliga, quæ ſecundum legem meam Saligam*, &c. ubi Beatrix non tantum ſe Federici Ducis filiam; ſed etiam hunc Francum fuiſſe affirmat; Lex enim Salica propria Francorum erat. Luculentius argumentum in medium adduco.

X. *Ejuſdem Beatricis pater, proavi, & mariti.* Tom. II. Bullarii Caſinenſis recitatur Conſtitutio, qua Beatrix Comitiſſa, quamplurima bona donat Monaſterio Sanctæ Mariæ & omnium Sanctorum in loco dicto Fraſſinorum, *anno MLXXI. quarto Kalend. Septemb. indict. IX.* ſcripta in qua dicitur: *Manifeſta ſum ego Beatrix Comitiſſa ac Ducatrix, filia bonæ memoriæ* FREDERICI DUCIS, *quæ profeſſa ſum ex natione mea lege vivere Saliga, qui per hanc chartulam meæ diſpoſitionis ſive offenſionis pro remedio animæ meæ, & pro remedio animæ* BONEFACII *Marchionis atque Ducis quondam viri mei, & incolumitate & animæ* MATHILDÆ *dilectæ filiæ meæ, & pro mercede animæ* GOTEFRIDI DUCIS *quondam viri mei, & pro mercede animæ Beatricis quondam neptis meæ, offero tibi Deo, & S Mariæ Virgini; & omnibus ſanctis*, &c. Nihil hanc in rem expreſſius dici potuit. Ut tamen pateat, Domnizonem lib. 1. cap. 10. jure merito ſcripſiſſe *Beatricem* a majoribus mundi Principibus originem ducere, referam hic quod dicitur de eis in Genealogia Sancti Arnulfi Metenſis Epiſcopi a Ducheſnio Tom. II. recitata qua Baron. an. CMLXXXVII. num. II. ad probandam Hugonis Capeti nobilitatem, uſus eſt; Hadwidis, inquit Auctor Anonymus illius Genealogiæ, ſoror fuit Ottonis Magni, genuitque *Hugonem Regem Francorum, & Beatricem uxorem Friderici Ducis*, nempe Lotharingiæ ſuperioris. Beatrix *genuit Theodericum Ducem. Fridericus Dux genuit Beatricem & Sophiam. Beatrix genuit Mathildam ex Bonifacio*, qui fuit primus maritus Beatricis *Mathildæ noſtræ matris.*

XI. Ex his varii Scriptores antiqui lucem accipiunt, Flodoardus verbi gratia in Chronico ad annum CMLI. ait *Fridericum* Adelberonis Epiſcopi fratrem filiam Hugonis Principis ſibi deſpondiſſe, & ad annum CMLIV. eandem uxorem duxiſſe. Eſt is *Hugo Magnus* Hugonis Capeti Francorum Regis pater. *Adalbero* primus hujus nominis Metenſis Epiſcopus, non vero Adalbero ſecundus, ut perperam ſcripſit Meuriſſius in Epiſcopis Metenſibus; *Fridericus* primus hujus nominis ſuperioris Lotharingiæ Dux atavus fuit *Beatricis*. In Vita Adalberonis II. Metenſis Epiſcopi a Monacho Anonymo coætaneo ſcripta, habetur, matrem ejus extitiſſe *Beatricem* Magni Hugonis filiam, patrem Fridericum *Galliæ Medianæ* (ſic vocabatur Lotharingia ſuperior) Ducem; fratrem vero *Theodericum* Ducem eorum, *qui cis citraque Moſam Moſellamque reſident*. Eſt hic pater Friderici II. Mathildæ Senioris conjugis. Domnizo enim lib. 1. cap. 10. de Bonifacio loquens, inquit:

*Hæc Genealogia confirmatur.*

*Cum natam rutili Ducis expetit Federici*
*Conjuge cum propria Mathildis denique dictæ*
*Iſte Beatricem Federicus donat habere.*

Demum *Theodoricum* patrem fuiſſe Friderici II. certum redditur ex Chartis a Baluſio lib. IV. Miſcell. pag. 451. memoratis, ex quibus apparet *Theodoricum* Ducem avum fuiſſe *Sophiæ* Comitiſſæ in illis appellatæ; ideoque & *Beatricis* quæ Sophiæ ſoror erat. Quare quæ in divi Arnulphi genealogia de Mathildis noſtræ proavis dicuntur, certis documentis confirmantur.

XII. *Quædam de ea dubia ſoluta.* Baronius num. XXXVI. hos Domnizonis Verſus refert, aitque *Federicum* illum filium eſſe Godefredi Barbati primi. At jam oſtendimus, *Godefridum Barbatum* hoc anno demortuum unicum filium habuiſſe, *Godefridum Gibboſum* appellatum. Loquitur itaque Domnizo de *Federico* Duce, hujus nominis II. vita functo anno MXXVII. de quo Sigebertus in Chronico, anno MXXXIII. *Frederico Moſellanorum Duce ſublato, quia mares filios non habebat, qui-*



eam ipſe Henricus, & teſtatur qui refert ejus verba, Gregorius Papa Septimus. (a)

(a) Greg. lib. 7. ep. 5.

Mathildis nupta Godefr. Gibbero. De Mathilde vero Beatricis hujus ex primo conjuge Bonifacio filia illud etiam exploratum habetur nuptui traditam Godefredo cognomento ex deformitate corporis ſumpto, Gibbero atque Strumoſo, eidemque filio ejuſdem Godefredi Barbati, ejus nominis Tertii, qui fuit ſecundus maritus, defuncto Bonifacio, Beatricis; ſicque eadem ejus filia Mathildis extiterit ejuſdem Godefredi privigna, eademque nupta ejus filio Godefredo Gibbero, qui in Ducatum Lotharingiæ patri ſucceſſit, de quo ſæpe dicendum inferius.



PAGIUS *quibus Ducatus competeret*, (reliquit enim tantum Beatricem & Sophiam) *Gothelo Dux impetrato ab Imperatore etiam Moſellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur*, ſed, ut dixi, obiit an. MXXVII. Subdit Baronius Federicum a Domnizone memoratum eum eſſe, cujus epitaphium Gerbertus ſcripſit, in quo dicitur Regio Sanguine ortus

*Francorum placito nomen tulit hic Friderici,*
*Quem proavi fudere Duces a Sanguine Regum.*

indeque Cardinalis doctiſſimus concludit, quod cum Beatrix Henrici IV. Regis *amita*, ejuſque filia *conſobrina* ejuſdem Henrici nominata reperiatur, a Domnizone recedendum eſſe. Sed Gerbertus ſeu Silveſter II. Papa, cum anno MIII. vita deceſſerit, hoc epitaphium condere non potuit, licet Editorum errore inter ejus Opera extet; nam poſitum fuerat *Friderico* Lotharingiæ Duci hujus nominis II. anno MXXVII. ut mox diximus, demortuo, anno ſcilicet fere trigeſimo a morte Gerberti: juxta Vipponem enim mors Friderici II. conſignanda anno MXXVII.

XIII. *Non Fredericus I. ſed Fredericus II. Lotharingiæ Dux Regio ſanguine ortus.* Hoc autem Epitaphium de *Federico* Secundo neceſſario interpretandum. Conſtat enim *Federicum* Primum Lotharingiæ Ducem, neque a Regibus, neque a Ducibus aut Principibus originem duxiſſe; cum Flodoardus Auctor coævus in Chron. anno DCCCCLV. narrata morte Conradi I. Lotharingiæ Ducis, anno poſtea DCCCCLIX. referat, *Brunonem* Ottonis Magni fratrem Lotharingiæ Archiducem, poſtquam Lotharingi ab eo defecere, *Fredericum quemdam Comitem eis vice ſua* præfeciſſe; Ludovicus vero Chanterellus Faber in lib. de *Conſiderationibus Hiſtoricis Genealogiæ Lotharingicæ* demonſtret, *Fredericum* hunc nullam cognationem habuiſſe cum præcedentibus Ducibus aut ſuperioris aut inferioris Lotharingiæ. Quare laudatum epitaphium nonniſi *Frederico* hujus nominis II. Theodorici Ducis filio convenire poteſt. Ad hæc *Fredericus* Theodorici filius, Frederici Primi nepos, revera natus eſt e ſanguine Regum, cum *Fredericus Primus* avus ejus uxorem duxerit *Beatricem* Hugonis Capeti ſororem, ac filiam Hugonis Magni Ducis Franciæ & Burgundiæ, ac Duciſſæ Hadwidæ Saxonicæ, Henrici Aucupis Germaniæ Regis filiæ; indeque epitaphii Fridericiani conditor recte dicere potuerit, *quem proavi fudere Duces a ſanguine Regum.*

XIV. *Conſanguinitas Beatricis & Mathildæ cum utroque Henrico Impp.* Difficilius eſt detegere, quomodo *Beatrix*, quæ filia fuit Federici II. Lotharingiæ Ducis, & mater *Mathildis* Comitiſſæ noſtræ, ab Ottone Friſingenſi dicatur *conſanguinea* Henrici Imp. hujus nominis II. & Henrici III. ejus filii, & ab ipſomet Henrico III. *amita* appelletur. Antiquorum de Beatrice & Mathilde ejus filia loca repræſentat Fiorentinius in Comment. de Rebus ad Mathildem Comitiſſam pertinentibus pag. 61. & ſeqq. & poſt varias conjecturas concludit, conſtare tantum eam *Conradi Salici* filiam non fuiſſe, ſed *Federici* Moſellanorum Ducis, autumatque Beatricem filiam extitiſſe *Mathildis* ſororis aut filiæ Conradi Salici Imp. Verum anno MV. oſtendimus, *Hermannum* Sueviæ Ducem ex Gerberga filia Conradi Burgundiæ Regis tres filias ſuſcepiſſe, quarum una fuit *Mathildis* Conradi Carinthiæ & Auſtraſiorum Ducis uxor, alteraque *Giſela*, quæ nupſit Conrado Salico, Henrici II. patri, & Henrici III Imperatorum avo. *Conrado* autem Auſtraſiorum Duce anno MXII. demortuo, uti anno MV. jam diximus, *Mathildis* ejus relicta alteras nuptias iniit cum *Federico II.* Lotharingiæ Duce, ex quibus prognata fuit *Beatrix* Mathildis noſtræ mater. Porro Beatricis matrem *Mathildem* etiam appellatam, liquet ex Domnizone in verſibus num. XI. a nobis relatis; hanc vero primis nuptiis duxiſſe *Conradum Carinthiæ Ducem*, diſcimus ex Wippone in Vita Conradi Salici ad annum MXXVII. ubi de *Federico* Mathildis Comitiſſæ avo materno verba faciens, ait: *Fridericus Dux Lotharingorum vitricus prædicti Chunonis* (ideſt, Conradi, filii alterius Conradi Carinthiæ Ducis & Mathildis) *Imperatori inimicando morte propria præventus eſt.* Quod ſi *Fridericus II.* Lotharingiæ Dux Conradi Carinthiæ Ducis vitricus fuerit, manifeſtum eſt, eum *Mathildem* ejus matrem, poſt prioris mariti obitum conjugio ſibi copulaſſe. Cumque Mathildis hæc ex dictis anno MV. filia fuerit Hermanni Suevorum Ducis, & Gerbergæ filiæ Conradi Burgundiæ Regis, ſoror extitit *Giſelæ* ejuſdem Hermanni filiæ & Conradi Salici uxoris. Ex quo ſequitur, *Henricum II.* Imp. fuiſſe *conſobrinum* Beatricis, quæ ideo Henrici III. *amita* erat. Hinc recte Blondellus in pleniori Aſſert. Geneal. Franc. Tom. II. & Tractatu de Barro Campano-Francico pag. 109. in fine ejuſdem Tomi ſubjuncto tradit, *Federicum II.* fuiſſe poſteriorem maritum Mathildis Suevicæ, quod nonniſi ex probo aliquo Auctore, licet nullum citet, accepiſſe videtur. Denique Richardus Waſſeburgenſis, de quo mox, lib. 3. & 4. ſæpe laudat *Hiſtoriam Sancti Michaelis* ad Sequanam, adhuc ineditam, cujus Abbatiæ Fridericus & Theodoricus Lotharingiæ Duces advocati fuere, aſſeritque *Sophiam* Comitiſſam Barri ad Moſellam Fl. & Montionis ad Sequanam Fl. (quod ultimum oppidum hodie *Muſſipontum* ad Sequanam Fl. appellatur) & Beatricem Marchioniſſam Sophiæ ſororem *neptes proprias* fuiſſe Giſelæ Conradi Salici Imperatoris uxoris; in ejus aula tanquam Regis filias educatas, patremque habuiſſe *Fridericum* juniorem Lotharingiæ Ducem. Auctor ille Anonymus floruit ante annos DC. ejuſque Hiſtoriam ſe vidiſſe inſinuat Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum in voce *Barrum ad Sequanam*. Hic itaque nodus, qui Baronii & Fiorentinii cita-

XXXIX. Mathildes plures Godefred. nuptæ.

Quod autem plures inveniantur ejuſdem nominis clariſſimæ fœminæ Mathildes & Beatrices nuptæ ejuſdem nominis Ducibus Lotharingiæ Godefredis (quod pleriſque Scriptoribus errandi fuit occaſio in æquivocis laborantibus) hic opere pretium ducimus eas ab invicem propriis diſtinguere differentiis. Fuit prima Mathildis Saxoniæ Comitiſſa nupta Primo Godefredo Barbato, ad quam hæc extat epiſt. Gerberti, qui poſtea fuit Silveſter Papa:

Ad Mathildem ſaxon. epiſt. XL.

*Mathildi Comitiſſæ.*

*Deponat domina mea Mathildis omnem querimoniam. Clariſſimus veſter conjux Godefredus inter pares præcipuus, ac ipſis victoribus formidabilis hoc præcipit, exhilarare mentem, quia ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, conſilia turbat. Dominæ Theophanæ Imperatrici ſemper Auguſtæ ac filio ejus ſemper Auguſto cum filiis veſtris fidem puriſſimam ſervate. Pactum cum Francis hoſtibus nullum facite. Francorum Reges averſamini. Caſtra omnia ſic tenete, ſic defendite, ut nullam in his habeant partem adverſarii veſtri; neque pro ſpe liberationis mariti, neque pro terrore peremptionis ejus, aut filii Friderici. Hæc XI. Kal. Aprilis, ad flumen Matronam meæ fidei commiſit, quæ vobis plena fide retuli.* Hæc Gerbertus ad Mathildem. Ex quibus duo perſpecta redduntur: alterum quod Mathildis conjux fuerit Godefredi; alterum quod Fridericus fuerit ex eis genitus. Quibus vetera documenta diplomatum & inſcriptionum ſepulcralium conſentiunt, quæ in commentario (a) Stemmatum Lotharingiæ notata habentur, ex quibus patet ex hoc Godefredo, cognomento Barbato, & dicta Mathilde hos genitos eſſe filios, Adelberonem Epiſcopum Virdunenſem, Fridericum & Hermannum Comites, Godefredum & Gozelonem, claruiſſeque ſub Ottone Secundo.

(a) *Stemma Lothar. in exempl. diplom. n. 64. 65.*

XLI. Rurſum vero Beatrix alia reperitur ab illa, de qua agimus longe diverſa, ſed quæ ſicut nomine eadem, iſta ejuſdem nominis, nempe Godefredo viro conjuncta fuit. Extant de his vetera monimenta ex monaſterio Belli prati in Lotharingia accepta (b), quibus ſignificatur, eumdem Godefredum Barbatum Secundum Primi filium, Ducem Lotharingiæ poſt defunctam priorem conjugem Gertrudem Comitiſſam de Northon, accepiſſe poſteriorem conjugem Beatricem Comitiſſam Brabantinenſem: Sic igitur ad diſtinguendas ab invicem dicenda ſit iſta Beatrix ſenior; alia vero ſecunda nupta Tertio Godefredo hujus reſpectu junior ſit appellanda; cujus viri Godefredi Tertii, quem hoc anno eſſe defunctum diximus, eſt recitandum fragmentum diplomatis ex commentario Stemmatum Lotharingiæ Ducum, quod tamquam egregium pietatis inſigne, ejus ſepulcrum exornet. Sic enim ſe habet ex æde ſumptum ſanctæ Mariæ Virdunenſis:

(b) *Ibid. n. 66.* Beatrix ſenior nupta Godefredo II.

XLII. *In nomine (c) Domini, Amen: Quia canit divina Scriptura: Reddite quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Igitur noverit omnis generatio ſeculorum, quod ego Godefredus dictus Barbatus, filius inviĉtiſſimi Ducis Gozelonis Dux Lotharingiæ ſuperioris, Moſelanicæ & Marchio Brabantiæ, Haſbaniæ, Arduanæ, Buillon, Comes Virdunenſis, reatum meum, mala, infeſtationes, quas Eccleſiæ beatæ Mariæ Virdunenſis matri meæ intuli agnoſcens tenore præſentium in con-*

(c) *Stem. Lothar. Duc. in exempl. diplom. n. 48.* Godefr. III. exemplum vere pœnitentis.

PAGIUS

tati animum valde torſit, negotium impoſterum faceſſere non poteſt.

XV. *Godefridus Comes Virdunenſis non fuit Dux Lotharingiæ.*

Ad num. XXXIX. & ſeq. Refert Baronius Epiſtolam *Mathildæ Comitiſſæ*, quæ inter Epiſtolas Gerberti Editionis Ducheſnii Tom. II. Script. Franc. ordine eſt quinquageſima. Sigebertus in Chron. ad annum CMLXXXIV. narrat *Lotharium* Regem Francorum Lotharingiam invaſiſſe, urbemque Virdunum & Godefridum ipſius urbis Comitem cepiſſe, ſed anno inſequenti tam urbem, quam Comitem reddidiſſe. Ea itaque Epiſtola alterutro anno, dum *Godefridus* Comes detineretur, ad Mathildem ejus conjugem data, ut ex ipſa lectione apparet. Richardus Waſſeburgenſis Archidiaconus Virdunenſis, qui ſæculo ſuperiori librum egregium *de Antiquitatibus Galliæ Belgicæ* inſcriptum compoſuit, & qui poſt annum nongenteſimum viceſimum res magni momenti in lucem profert, (in eo tantum peccans, quod ſui ſæculi more Chartas non exhibeat, aut ubi illæ tunc aſſervarentur, indicet,) docet, *Mathildem Saxonicam* ſecundis nuptiis Godefridum Comitem Virdunenſem maritum accepiſſe, poſt defunctum *Balduinum* juvenem filium Arnulphi Magni Comitis Flandriæ. Verum hic *Godefridus Barbatus* cognominatus, prorſus diverſus a *Godefrido Barbato* Lotharingiæ Duce, & male in libro, cui titulus, *Stemma Lotharingicum*, inter Lotharingiæ Duces connumeratur. Ex hoc matrimonio nati quinque filii a Baronio, & antiquis Scriptoribus memorati. Sed ab Auctore *Stemmatis Lotharingici* Cardinalis doctiſſimus in errorem inductus. Exiſtimavit enim cum eo *Godefridum* hujus Mathildæ maritum Ducem Lotharingiæ fuiſſe, quod a veritate omnino alienum. Chanterellus laudatus ait, *Godefridum* iſtum Comitem Virdunenſem, vulgo *captivum* appellari; quod a Lothario Francorum Rege in carcere detentus fuerit, ſed nec ipſe, nec alius Auctor fide dignus eum Lotharingiæ Ducem fecit.

XVI. *De libro cui titulus Stemma Lotharingicum.*

Ad num. XLI. & ſeq. Jam hujus anni initio monui Auctorem præfati libri *de Stemmate Lotharingico* multa falſa in medium adducere, & falſitatis convictum fuiſſe. Quare quæ hic Baronius ex eo refert, non explicanda, ſed ex Annalibus expungenda. Si enim hominem noviſſet, ejus commenta aſpernatus eſſet.

XVII. *Concilium Romanum IV.*

Celebratum hoc anno Concilium IV. Romanum ab Alexandro II. Papa, cujus nulla mentio, nec in Annal. Eccleſiaſt. nec in Collectione Conciliorum. Coſmas enim Decanus Pra-



*conſpectu Crucifixi ac beatæ Mariæ, totiuſque Cleri ac populi miſericordiam de peccato commiſſo contra Deum, beatam Virginem, & proximum habere ſperans; hodie pro ſatisfactione malorum commiſſorum, do Eccleſiæ beatæ Mariæ ac ejuſdem presbyteris in perpetuum, quartam partem Comitatus mei Virdunenſis, & promitto me reſtauraturum ædem hanc juxta priſtinam formam &c. Actum publice Virduni, anno Domini milleſimo vigeſimo.* Sigillum habebat ornatum ſcuto decorato Cruce ac carbunculo, ſeu eſcarbocle deſuper. Ita ibi. At qui tantum Chriſtiano Principe dignum veræ pœnitentiæ ſpecimen edidit, longe majorem etiam in terrenis ſpaciis retributionem eſt conſecutus; nam ex conjugio Beatricis majoris partis Italiæ factus eſt dominus. Sicut enim ex peccato non niſi ignominiam peccator haurit, ita ex confeſſione peccatorum & pœnitentia idem uberes gloriæ fructus colligit, ſicut David & aliis legimus obveniſſe Principibus.

☞ Hoc eodem anno Alexander Papa facultatem conceſſit Gebehardo Archiepiſcopo Salzburgenſi novæ erigendæ ſedis Epiſcopalis in ſua diœceſi, cujus occaſione has dedit ad eum litteras Apoſtolicas (a):

(a) *Antiq. lect. tom. 6. pag. 1232.* Alexandri Pap. ad Gebehardum Salzburgenſem archiep. epiſt. de novæ ſedis epiſcopalis erectione.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Gebehardo Salzburgenſi Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.*

*Quotiens ea a nobis petuntur, quæ religioni conveniunt, prompta debemus conceſſione annuere, & favoris noſtri gratanter præbere aſſenſum, quoniam ex conſideratione noſtri officii cogimur eccleſiarum utilitatibus, etiam ſi minime exigantur, ſollicite invigilare, & animarum ſaluti ſolerti ſtudio providere. Quapropter dilectiſſime frater, quia, poſtulaſti a nobis, quatenus Apoſtolica auctoritate concederemus tibi unum Epiſcopatum in tua parochia conſtituere, quia eccleſia tua ample diffuſa eſt; quod per te ſolum non poſſis eam in chriſmate, aliiſque pluribus, quibus Epiſcopali officio indiget, decenter, ac rationabiliter regere: piis precibus tuis inclinati libenter annuimus, & ut etiam impleatur, ſatagimus. Apoſtolica igitur auctoritate, venerande frater, religioni tuæ concedimus, volumus, & firmamus, atque auctoritate, beati Petri Apoſtolorum principis, in quocumque loco tibi melius viſum fuerit, Epiſcopatum in tua parochia conſtrue, & ad procurandum ſalutem animarum, adjutorem tibi tua conſideratione tibi præpone. Ita tamen, ut Epiſcopatus ille eccleſiæ tuæ, tibique, vel tuis ſucceſſoribus numquam ſubtrahatur, & nullus Epiſcopus quandoque ſive per inveſtituram, ut dici aſſolet, vel quocumque pacto inibi conſtituatur, niſi quem tu vel tui ſucceſſores prompta voluntate elegerint, ordinaverint, & conſecraverint. Indignum enim atque deteſtabile eſt, ut hoc, quod ſtudio pietatis a nobis quæſitum, Apoſtolica auctoritate firmatum, ad detrimentum eccleſiæ tuæ quolibet modo vertatur. Si quis autem temerario auſu hujus noſtræ ſanctionis privilegium infregerit, noverit ſe Apoſtolicæ excommunicationis, atque anathematis vinculo innodatum. At vero, qui pio intuitu cuſtos, & obſervator extiterit, perpetuæ benedictionis abundantia repleatur. Data Laterani XII. Kalen. Aprilis per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ac Bibliothecarii, anno ab Incarnat. Domini MLXX. Pontificatus vero domini Alexandri Papæ II. nono, Indictione VIII.* Verum cum id non poſſet perficere Gebehardus, impediente Henrico Rege, ejus tamdem conſenſum poſt biennium extorſit, ut ex ipſius lit-



PAGIUS

Pragenſis, qui hoc tempore vivebat, in Chron. Bohemorum ait: *Anno Dominic. Incarnat. MLXX.* Dux (nempe Bohemiæ) *VVratiſlaus in moribus Deo carus & hominibus, necnon in rebus bellicis miles præclarus, inſpiratione divina commonitus monaſterium in Metropoli Bohemiæ urbe VViſſegrad vocata, quæ omnium terræ illius civitatum quaſi mater & Domina eſt, Deo juvante conſtruendum pia mente propoſuit. Ad cujus propoſiti efficentiam non mediocri animo conſilia pertractans, dignum duxit quatenus monaſterium, quod gratia Dei cooperante conficiendum devote propoſuerat, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifici regendum, omnique ab adverſitate diligenter protegendum, ſimul cum Canonicis ejuſdem Eccleſiæ commendaret. Igitur Petrus Eccleſiæ ſancti Georgii Præpoſitus Romam miſſus devota nuncia ſui Ducis Domino Apoſtolico fideliter inſinuavit. Quo audito venerabilis Papa Alexander II. Deo gratias pro tam felici præfati Principis deſiderio retulit; moxque Synodum convocavit, in qua LXXII. Epiſcopi fuerunt. Quibus poſtquam omnia prædicti Ducis verba recitavit, cuncti unanimi corde & voce glorificantes Deum, qui ſanctam ſuam Eccleſiam in toto Orbe dilatare non ceſſat reſponderunt, Amen.* Refertur poſtea Reſcriptum Alexandri II. datum *VII. Idus Maii*. Verum illud vel additium, vel ſaltem interpolatum; cum ſtylus ab omnium aliorum ſtylo prorſus diverſus ſit, illudque non paucas difficultates patiatur. Illius autem Eccleſiæ collegiatæ prope Pragam ad arcem Viſſegradenſem fundatæ, in pleriſque Hiſtoriis & Chronicis Bohemiæ mentio, quamvis in quibuſdam, uti in Hiſtoria Æneæ Sylvii & Dubravii, Alexandro III. ſedente fundata perperam dicatur. Ad illud enim tempus *Coſmas* laudatus non pervenit, & *Joannes* Epiſcopus Tuſculanus, qui ejus fundamenta jecit, ſub Alexandro II. vixit, & ſub Alexandro III. *Imarus*, *Hugo*, ac *Petrus* Tuſculani Epiſcopi fuere. *Uratiſlaus* Dux illius Eccleſiæ Privilegia auxit, & Præpoſitum ejus *Principem & Cancellarium regni Bohemiæ* in

litteris ibidem recitatis apparet, datis anno ſeptuageſimo ſecundo poſt milleſimum. Statuta eſt igitur tunc ſedes Epiſcopalis in Carinthia, cui primus Epiſcopus datus eſt Guntherus.

Se-

PAGIUS

in perpetuum eſſe juſſit, quod traditio ſit, ædem ſacram ibi antea ſtetiſſe a *Vvorſivoio* primo extructam, & a Sancto *Cyrillo* Sancti Methodii fratre conſecratam.



I. Cauſa Conſtantienſis Epiſc. defertur ad Pap.

SEquitur annus Redemptoris milleſimus ſeptuageſimusprimus, Indictione nona, quo delata Romam cauſa Caroli Conſtantienſis Epiſcopi ad Alexandrum Romanum Pontificem; accuſantibus eum ejuſdem Eccleſiæ clericis, ipſo autem Sedem Apoſtolicam appellante, idem Papa delegavit eam Archiepiſcopo Moguntino, penes quem cum plus valeret juſſio Pontificia, quam auctoritas Regis, nitentis eum liberare, eumdem Carolum teſtibus convictum in Synodo idem Archiepiſcopus condemnavit. Scribit iſta pluribus Lambertus anno ſuperiori his verbis, ſexageſimonono poſt milleſimum: *Rumoldus Conſtantienſis Epiſcopus maturæ admodum gravitatis vir obiit (hic eſt ille, ad quem extat (a) decretum ejuſdem Pontificis datum, licet apud Gratianum mendoſe Grimoldus pro Rumoldo ponatur.) Huic Carolus ſucceſſit Magdeburgenſis canonicus. Is a clericis Conſtantienſibus primo benigne ſuſceptus eſt; ſed proceſſu temporis dum pro libito ſuo magis quam ex ratione rem gereret: indignantes clerici a communione ejus ſe abſtinere cœperunt propter ſimoniacam hæreſim, per quam Epiſcopatum uſurpaſſe dicebatur, id quoque ei crimini dantes, quod pleroſque Eccleſiæ theſauros furtive abſtuliſſet. Qua accuſatione Romam perlata, Romanus Pontifex mandata direxit Moguntino Archiepiſcopo, ne ullo modo ab eo conſecraretur, donec in ſui præſentia cauſa diligentius ventilaretur.* Et ſub hoc anno idem auctor inferius de proſecutione cauſæ.

(a) cap. 1. diſt. 52.

*Carolus, cui Rex Conſtantienſem Epiſcopatum dederat, aſſiduis proclamationibus pro ordinatione ſua Sedem Apoſtolicam appellabat; e contra Fratres Conſtantienſes obſtinata contentione obluctabantur, ne contra canonum inſtituta is, qui præter ſimoniacam hæreſim furti quoque inſimulatus fuerat, ſibi Epiſcopus ordinaretur. Papa, cum ei moleſti eſſent, cognitionem cauſæ a ſe ad Archiepiſcopum Moguntinum rejecit; juſſitque ut utriſque vocatis ad Synodum, rem diligentiſſime ventilaret. Et ſi crimina quæ objiciebantur, refellere non poſſet: nulla eum ratione conſecraret. Hac de cauſa Synodum Archiepiſcopus Moguntiæ indixit in menſem Auguſtum. Rex concertationem hanc iniquo valde animo ferebat propter amicitiam Caroli & plurima ſervitia, quibus etiam in re familiari plerumque ſibi commodiſſime aſſuerat: & idcirco munera ſua rata ei manere cupidiſſime volebat. Unde Moguntino Archiepiſcopo graviter ſuccenſebat, quod non ſtatim eum, contemptis obſtrepentium Fratrum ſimultatibus ordinaſſet. Sed ille immobilis perſiſtebat in ſententia, illud præſeferens, quam terribiliter anno ſuperiore a Papa pro ſimili cauſa objurgatus fuiſſet, & quam vix & ægre ſine damno gradus ſui evaſiſſet, & quod poſtea recentibus litteris Sedis Apoſtolicæ, ne ſine diligentiſſima diſcuſſione manus illi imponeret, commonitus fuiſſet. Itaque inſtantibus jam Kalendis Auguſti Rex Moguntiam properabat, cupiens ipſe in diſcuſſione tanti negotii cum Archiepiſcopo cognitor aſſidere.* Et inferius enarra-

II.

Indicitur Synodus Moguntina in cauſa epiſcopi Conſtantienſ.

PAGIUS Sæc. XI. Anno Eræ Hiſp. MCIX. Anno Hegiræ CCCCLXIV. inchoato die 29. Septemb. fer. 5. A.C. 1071

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6564.

☉ 16. B. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1071.

ALEXANDRI II. PAPÆ 11.

HENRICI IV. REG. 16.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 1.

I. Carolus epiſc. Conſtantiæ ſimoniæ accuſatur.

ANnum I. ad IV. *quidam Clericus Carolus nomine, more Simonis Magi, qui donum ſpirituale pro pretio rogavit ab Apoſtolis, a Rege Henrico comparavit Epiſcopatum civitatis Conſtantiæ. Qui in conventiculo Epiſcoporum & Abbatum in monaſterio ſancti Martini Moguntiæ, in Aſſumptione ſancti Martini facto, a Sigefrido Archiep. coram Rege culpatus quod non intraret per oſtium in ovile ovium, depoſitus eſt. Deinde poſt annum non vixit*, inquit Marianus Scotus in Chron. qui hoc tempore incluſus vivebat Moguntiæ. Sed loco, *in Aſſumptione ſancti Martini*, legendum, *in Aſſumptione Sanctæ Mariæ*, ut diſerte legitur in Actis Concilii Moguntini poſt Baronii mortem publicatis, quæque nunc extant Tom. IX. Concil Sigefridus Archiep. Moguntinus ad Alexandrum II. Epiſtolam ſcripſit, quæ ibidem habetur, in qua ait: *Mihi Romæ poſito, viva voce, & poſtea Apoſtolica legatione interdixiſtis, ne eum, qui deſignatus eſt in Conſtantienſem Epiſcopum, ullo modo conſecrarem: quia audiſtis elogio ſimoniacæ hæreſeos eum notabilem. In quo, quia vobis obedivi, multa, ut præmiſſum eſt, a domino meo* (ſc. Henrico Rege) *ſuſtinui; timeoque me adhuc graviora paſſurum, & Eccleſiæ meæ magnum fore detrimentum, niſi benignus ille Petrus clave ſua me defendat, & veſtræ auctoritatis poteſtas adverſus Regiam poteſtatem zelo juſtitiæ me protegendo ſe accingat.* Reſponſum Alexandri II. ad Sigefridum ad nos non pervenit; ſed cum hoc anno Moguntiæ habita ſit Synodus, quæ de *Carolo* Epiſcopo Conſtantienſi deſignato judicium ferret, manifeſtum eſt, eam jubente Papa congregatam. In illa *Sigefridus* ſe ejus Legatum appellat.

II. Initio enim Actorum dicitur coacta, *venerabili Sigefrido, Moguntinæ Eccleſiæ Primate, & Apoſtolicæ Sedis Legato, aurigante currum Dei anno jam XII. qui tunc volvebatur annus in-*

rato obitu Lupoldi Regis chariſſimi, quem eo itinere mori contigit, pergit cœptam ipſam hiſtoriam verbis iſtis:

III. *Rex magnifice ac regaliter curato funere, Moguntiam, ſicut inſtituerat, properavit: cumque ſtatuta die in Synodo cum Epiſcopis aſſediſſet: aderat Carolus, aderant & Fratres Conſtantienſes, magnam ei molem criminum objectantes: contra quos Rex (quantum ſalva verecundia poterat) dedita opera nitebatur, & modo objecta purgare, modo pondus objectorum, quæ non poterat purgare, callidis ſermonibus nitebatur attenuare, plerumque etiam inſtantium & perurgentium procacitatem verbis durioribus corripiebat, ac frontis impudentiam, oppoſita auctoritatis ſuæ majeſtate refringere tentabat. Primum & ſecundum diem in hoc negotio inſumpſit.* Deponitur Carolus epiſc. Conſtantienſ. *Cumque accuſatorum conſtantiam nec veritate reſponſionis, nec arte dictionis eludere poſſet, ad ultimum probatis, quæ objecta fuerant, criminibus, baculum Epiſcopalem ab eo recepit: verbis tamen exquiſitiſſimis mœſtitiam ejus conſolabatur promittens, quod dum primum ſibi opportunum fieret, benigna vice hanc calamitatem ei compenſaret.* Et inferius eodem anno in fine: *Carolus, quem ab Epiſcopatu Conſtantienſi dejectum ſupra diximus, regreſſus ad Magdeburgenſem diœceſim, ſexto Kal. Jan. obiit.* Hunc finem accepit homo cupidiſſimus gloriæ, qui cum malis artibus eam aſſequi conatus eſſet, meſſuit loco gloriæ ignominiam, ſimulque mortem ex mœrore cor exedente percepit.

IV. Hoc anno Alexander Papa una cum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus invitatus a Deſiderio Abbate Caſſinenſi presbytero Cardinali tituli S. Cæciliæ, Caſſinum proficiſcitur ad dedicationem novæ baſilicæ, quam idem Abbas erexit. Alex. PP. dedicat Baſilic. Caſſin. Celeberrima quidem omnium dedicatio fuiſſe reperitur, cui ipſe Pontifex Romanus interfuit cum omnibus Cardinalibus, qui Romæ aderant, & Archiepiſcopis decem, & Epiſcopis quadragintatribus. Sed & præſentes fuerunt Principes plures atque magnates, nec non populi innumera multitudo, invitati omnes litteris Alexandri Pontificis. Quibus omnibus ad eamdem ſolemnitatem confluentibus, quam diebus octo voluit perdurare, Indulgentia Pontificia remiſſionem peccatorum conceſſit. Hæc Leo (*a*) Oſtienſis pluribus narrat (*b*). Qui & de occaſione ejus renovandæ baſilicæ, atque ſtructura ipſius & ornamentis pluribus agit, dedicationemque ipſam ita certa temporis nota conſignatam relinquit his verbis: *Dedicata eſt eadem beati Benedicti baſilica cum quinque altaribus ſuis ipſa die Kalendarum Octobrium anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptuageſimoprimo, Indictione nona, die ſabbati.* Quod autem ad numerum Indictionis ſpectat, cum ſecundum priſcum uſum a Septembri menſe nona Indictio incipiat numerari, ac ea ratione ſcribenda fuiſſet Indictio decima: dicendum vel in codicem irrepſiſſe errorem, vel factam recentiori more, quo una cum anno Indictio exordiatur. Præter Leonem Oſtienſem ſcripſit etiam Leo Marſicanus libellum de eadem conſecratione: idipſum præſtitit Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus carmine, ſed & Petrus diaconus in ſermone de Octava, idipſum etiam; ſed quam parum fideliter vide Apologeticum in Conſtantinum Bellottum.

(*a*) *Leo Oſt. lib.* 3. *cap.* 28. 29.
(*b*) *Ibid. c.* 26. & 27.

Hoc

PAGIUS

*Concil. Moguntinum adverſus eum coactum.* *incarnati Verbi MLXXI. octava indictione Romani cenſus*, ſed loco, *octava*, ſeu VIII. *indictione*, legendum, *VIIII. indict.* Huic Concilio interfuere *Gebehardus* Juvavenſis, *Udo* Trevirenſis Archiepiſcopi, novem Epiſcopi ibidem nominati, Legati Suffraganeorum Sigefridi, Abbates plures, nec non inferiorum ordinum magnæ auctoritatis & ſapientiæ Viri. In eadem Præfatione legitur, Synodum indictam propter Carolum quemdam, Conſtantienſis Eccleſiæ deſignatum Epiſcopum, ſed non ſatis canonice electum & provectum, qui, *ut ſolemne eſt, accepta a Rege Pontificalis annuli & Paſtoralis ferulæ inveſtitura, & in ſede Epiſcopi receptus, Regiæ poteſtatis jubente cenſura: poſtulabat a Primate Moguntienſi, ejuſdem Conſtantienſis Eccleſiæ ſe epiſcopum conſecrari.* Sed Sigefridus dicebat ſe hoc non debere; quod Carolus non per oſtium in ovile ovium vellet intrare, ſed per furtivam Simoniacæ impietatis ſcalam niteretur aſcendere. *Mittuntur interea*, ut ibidem ſubditur, *ad venerabilem Metropolitanum crebræ de Palatio legationes miſtis precibus minas & imperioſa de hac conſecratione mandata ferentes. Mittuntur & literæ a Præſule Apoſtolicæ Sedis, mandantes ne ullo modo conſecretur ſine ſcrutinio canonicæ purgationis: & quod Rex poteſtate jubebat, Romanus Pontifex auctoritate prohibebat.*

Paucis interpoſitis: *At Metropolitanus Antiſtes inter harum Legationum varietates, velut inter duros tempeſtatum turbines, laudabili conſtantia in ſe ipſo fixus, hæret immobilis: &* III. *Henricus Rex Carolo favet.* *nuſquam favore vel gratia, tenore* (legendum, timore) *vel munere inflectitur a ſtatu canonicæ rectitudinis. Multis itaque nunciis hinc inde miſſis & remiſſis; multis quoque diebus huic audientiæ delegatis, cognitores* (legendum, cognitionibus) *cauſæ Principis occupante præcepto, non impletis: cum Eccleſia Conſtantienſis ſuo viduata Paſtore, jam fere biennio Sacerdotali careret benedictione: tandem miſeratione divina poteſtati præponderavit auctoritas, & Chriſti Sacerdotibus divina aſpiravit voluntas .... Primo igitur Concilii die, quem ſanctæ Mariæ dormitio tunc celeberrimum exhibebat,* (ideoque die XV. menſis Auguſti), Patres damnant *Simonem & omnes hæreſiarchas cum dogmatibus ſuis* ac pauca pro tempore tractant *de qualitate inſtantis negotii.* Poſtero die de cauſa Conſtantienſi ſtudioſe ventilatur. *Sed interveniente Principis mandato, in ſequentem diem*

pro-



V. Lanfranc. archiep. Cantuar. duplex pallium accipit. Hoc anno Lanfrancus, quem anno ſuperiore conſecratum vidimus Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Thomas Eboracenſis Romam venerunt ad Alexandrum Papam, ſuſcepturi, ex more, ab eo pallium. Ubi cum ambo benigne ab eodem habiti eſſent, Lanfranco præ excellentia meritorum idem Pontifex poſt exhibitum pallium dari conſuetum, aliud ſuperaddidit in ſignum amoris, illud ipſum ſcilicet, quo idem Pontifex uti conſueviſſet in celebratione Miſſarum. Scribit hæc Willelmus Malmesburienſis in rebus geſtis Anglorum pontificum, qui de controverſia ejuſdem Thomæ Eboracenſis Archiepiſcopi contra Lanfrancum ibi coram Pontifice habita, ſubiicit iſta: *In cujus præſentia, Alexandri Papæ ſcilicet, Thomas calumniam movit de primatu Dorobernenſis Eccleſiæ, & de ſubjectione trium Epiſcoporum, Dorcenſis, ſive Lincolnienſis, Vuigornienſis, Leceſeldenſis, qui nunc eſt Ceſtrenſis, dicens Cantuarienſem Eccleſiam atque Eboracenſem parem ad invicem honorem habere, nec alteram alteri ſecundum beati Gregorii conſtitutionem, debere ullatenus ſubjacere, excepto quod alterutrius Archiepiſcopum priorem & digniorem oporteat eſſe eo, quem conſtiterit fuiſſe poſterius ordinatum. Prædictos vero tres Epiſcopos ſuæ ſedi, ſuiſque anteceſſoribus ab antiquis temporibus extitiſſe ſubjectos. Lanfrancus hoc audiens, etſi moleſte tulit, modeſta tamen diſcretione verba illius veritate penitus carere reſpondit, aſſeverans Gregorianam illam conſtitutionem non de Cantuarienſi & Eboracenſi Eccleſia, ſed de Londonienſi & Eboracenſi eſſe prolatam.*

VI. Alex. PP. abſque apoſtolicæ ſedis reverentia præjudicio defert amico. *De qua re & de tribus Epiſcopis multis hinc inde verbis prolatis, decrevit Alexander Papa oportere cauſam hanc in Anglicana terra audiri, & illic totius regni Epiſcoporum & Abbatum teſtimonio & judicio definiri.* Hæc ibi auctor, qui dum ſynodalia ſuper his ſequenti anno Acta recenſet, de his, quæ hoc anno Romæ præſentibus iiſdem Archiepiſcopis coram eodem Alexandro Pontifice geſta ſunt, paulo latiorem tractatum habens, hæc adiicit: *Erat*, inquit, *tunc temporis Lanfrancus in doctrina & & mundi ſapientia famoſiſſimus: Et quem venerabiliter ſuſpiceret Alexander Apoſtolicus. Honoris maximum fuit indicium, cum Romam venienti, ſequeſtrato illo Romani ſupercilii faſtu, dignanter aſſurgeret, profeſſus hanc venerationem non ſe illius Archiepiſcopatui, ſed magiſterio litterarum deferre. Quapropter ſe feciſſe, quod eſſet honoris, illum debere facere, quod eſſet juſtitiæ, ut pro more omnium Archiepiſcoporum, ſancti Petri Vicarii veſtigiis advolveretur. Reddidit ille debitum, tanti amoris expertus inſignia, ut quæcumque petenda putaſſet, haud dubio impetraret.* Hæc ipſe de officiis Alexandri Pontificis, quibus ita amicum voluit excepiſſe: ut tamen non

re-

PAGIUS

*procraſtinatur, agentibus internunciis, ut Sacerdotes domini a conſtantiæ ſuæ rigore ad Regiam ſe inflecterent voluntatem: aliis inſtantibus, ut deſignatus ille, male uſurpatum ſponte dimitteret honorem. Tertia vero die, Chriſti Sacerdotes*, hujus negotii longa expectatione ſuſpenſi, *Sacerdotali conſtantiæ Principem ſuum adeunt, eumque de ſalute animæ ſuæ, de pace Eccleſiarum, deque ſtatu regi* (legendum, regni) *ſpirituali diſciplina conveniunt, proponentes ei de Scripturis & geſtis veteris ac novi Teſtamenti congrua doctrinæ ſalutaris exempla .... Summus autem ille dominorum dominus, qui omni potentatui dominatur, ita temperavit animum Principis, ita mitigavit eum ad verba ſanctæ exhortationis, ut nulla juvenili moveretur acerbitate*, &c. *multum tamen ſe excuſans, in hoc ſuo poteſtatis dono nullam ſe exercuiſſe venalitatem, nullam ſuper hac re cum eodem Carolo ſe pepigiſſe conventionem. Si quid autem cum domeſticis & familiaribus ſuis, propter opem interceſſionis, ipſo ignorante pepigerit: ſuum non eſſe accuſare vel excuſare.*

IV. *Carolus abdicat Epiſcopatum.* Paulo poſt: *Hac autem ſalubri ſermocinatione cum Sacerdotibus habita, cum eis venit* (nempe Rex) *in Concilium: & ille Conſtantienſis deſignatus intromittitur ad audiendum. Adſunt etiam pro foribus Conſtantienſes Clerici, poſtulantes per Legatos, ut & ipſi mererentur admitti.* Longa altercatione tota die hinc inde diſceptatum eſt. *In craſtinum*, inquiunt Patres, *quando ſperabamus, qui juxta promiſſum ſuum objecta purgaret, & conſecratione dignum, innocentiam ſuam monſtrando, ſe probaret: ille jam mente confuſus*, &c. *ultroneus ipſe in ſe ſententiam tulit, & annulum & ferulam Paſtoralem, ei a quo injuſte acceperat, reſignans, Sacerdotum ſpem, & metum quem pro eo habebant, labore longioris quæſtionis abſolvit: culpam ſuam uno tegens pallio excuſationis, quod juxta decretalia Cæleſtini Papæ, Epiſcopus dari nollet invitis.* Ex quibus liquet primo, Lambertum, cujus verba recitat Baronius, res hujus temporis accurate narrare II. Alexandrum ſecundum jure merito electioni Caroli interceſſiſſe, & ad ſimoniam eradicandam omnem operam contuliſſe.

V. *Controverſia de Primatu inter Cantuarienſem & Eboracenſem Eccleſiam.* A num. V. ad XII. Joannes Papa XII. in Epiſtola ad ſanctum Dunſtanum Cantuarienſem Archiepiſcopum data, cujus partem recitat Malmesburienſis lib. 1. de Geſtis Reg. Angl. pag. 212. ait Cantuarienſes Archiepiſcopos jam olim Primatum ſuper omnes Angliæ Antiſtites habuiſſe: *Primatum tuum*, inquit, *in quo tibi ex more anteceſſorum tuorum, vices Apoſtolicæ ſedis exercere convenit, ita tibi ad plenum confirmamus, ſicut beatum Auguſtinum, ejuſque ſucceſſores præfatæ Eccleſiæ Pontifices habuiſſe dignoſcitur.* Controverſia tamen de Primatu inter Cantuarienſem & Eboracenſem Eccleſiam ſub *Lanfranco* moveri cœpta, & in favorem Lanfranci ab Alexandro II. hoc anno dirempta, ut narrat Baronius ex Malmesburienſi.

VI. Baronius num. VIII. narrat ex Malmesburienſi Lanfrancum Cantuarienſem Archiep. egiſſe

ſe

recuſaret ab illo, immo exegerit, quæ deberetur Apoſtolico culmini reverentia in pedum oſculo ex more ab omnibus etiam Archiepiſcopis exhiberi ſolito. Quod autem aliquorum delatione apud eumdem Pontificem facta contra Thomam Archiepiſcopum Eboracenſem & Epiſcopum Lincolnienſem, qui una cum Lanfranco Romam venerat, uterque de ſua ipſorum ſede periclitati eſſent: quomodo eodem intercedente Lanfranco apud Alexandrum Papam, fuerint reſtituti, ita idem Willelmus hic ſubdit:

VII. Reſtituuntur depoſiti epiſcopi.

*Denique ambos itineris ſui comites, Thomam Archiepiſcopum Eboracenſem, & Remigium Epiſcopum Lincolnienſem baculis & anulis expoliatos, quod primus eſſet filius presbyteri, ſecundus pro auxiliis Guillelmo venienti in Angliam præbitis, factus eſſet Epiſcopus, divinum munus bellicoſis laboribus nundinatus, precibus ſuis reſtituit officio. Papa enim pondus facti a ſe reiiciens in eum conſiderationem transfudit, bene, an ſecus fieret, redderet ipſe inveſtituras, ſi vellet; ſin minus, faceret, quod commodum ſciret. Ita illi de manu Lanfranci baculos & anulos recipientes, lætum ad patriam cum eodem moliti ſunt reditum.* Hactenus de benevolentia, qua Alexander Papa proſecutus eſt Lanfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

VIII. (a) *cap. Apoſtolicæ diſt. 66.*

Porro (*a*) Decretum reperitur ejuſdem Alexandri Papæ, ut electus filius preſbyteri, ſi virtutibus polleat, non reiiciatur. Rurſum vero apud eumdem Pontificem Lanfrancus illud effecit, contra ea, quæ tentarant plures Anglorum Epiſcopi, ſimulque Rex ipſe, nempe, ut pulſis ab eccleſiis cathedralibus monachis, ubi erant, clerici ſubrogarentur: ne id fieret, & ut ipſe Alexander ſuis Apoſtolicis litteris prohiberet. Rem geſtam inferius Wilelmus ſic narrat:

*Providens præterea per totam Angliam monachis, ut nec deplorarent neceſſaria, nec claudicarent a Regula: jamque enim Epiſcoporum livor increverat, volentium ab Epiſcopalibus ſedibus monachos, clericis immiſſis, extrudere. Auctor hujus factionis fuit Vualchelmus Epiſcopus Vventanus ad cætera bonus, ſed in hoc ad pravum conſiliis ſuſurronum flexus, pluſquam quadraginta canonicos cappis & ſuperpelliciis ornaverat. Regem in ſententiam traxerat, & tantum moræ in medio, ut Archiepiſcopi conſenſum eliceret. Is quo minus haberetur nihil dubitandum. At ille auditum facinus exhorruit, & tot potentum excogitatas machinas ut caſſes aranearum, ſolo intuitu diſſolvit. Quin etiam ne id auderent poſteri, egit ut Alexander Papa ſcriptis inhiberet. Magnum id & laudandum, ut quod ſedula Sanctorum benignitas tempore Regis Edgari inchoaverat, iſte labefactari non permiſerit, quamvis numquam comparatione factum hujus cum illorum facto penſitetur. Nam ille totius Angliæ magiſtri, arridente etiam Rege, facile quod vellent, efficerent; iſte autem ſolus contra tot obſiſtentes rem profligaverit, & vicerit.* Hucuſque Willelmus.

IX. Alex. P. epiſt. ad Reg. Angl. per Lanfranc.

Recedenti autem ab Urbe Lanfranco Alexander Papa has litteras dedit ad Regem:

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimo filio Vvillelmo glorioſo Regi Anglorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Omnipotenti Deo laudes gratiaſque referimus, quod in hoc tempore licet mundus in maligno poſitus, plus ſolito pravis incumbat ſtudiis; tamen inter mundi Principes & Rectores egregiam veſtræ religionis famam intelligimus, & quantum honoris ſanctæ Eccleſiæ, tum ſimoniacæ hæreſis vires opprimendo, tum Catholicæ li-*
ber-

PAGIUS *Alexander II. prohibet ne Monachi in Eccleſiis Cathedralibus Angliæ turbentur.*

ſe apud Alexandrum II. ut ſcriptis inhiberet ne Monachi ab Epiſcopalibus ſedibus Angliæ expellerentur, *Auguſtinus & Laurentius*, inquit Ordericus lib. 4. pag. 516. *aliique primi Prædicatores Anglorum Monachi fuerunt, & in Epiſcopiis ſuis vice Canonicorum (quod vix in aliis terris invenitur) Monachos pie conſtituerunt. Cœnobia multa & præclara conſtruxerunt, & converſis inſtituta Regularia verbis & exemplis tradiderunt. Magnifice igitur monachilis Ordo pluſquam ducentis annis in Anglia floruit: & Chriſtiana religio Reges Anglorum Edelbertum, Edvvinum, Oſvvaldum, & Offam, alioſque plures feliciter coercuit; & ſalubriter in montem virtutum ſuſtulit; donec Edmundus Eſtanglorum Rex cum aliis duobus Angliæ Regibus Paganorum gladio martyr occubuit.* Hoc vero tempore *omnes circiter*, inquit Edmerus lib. 1. *Novorum qui ex clericali ordine, per Regem VVillelmum, in Anglia conſtituti Pontifices erant, Monachos, qui in nonnullis Epiſcopatibus Angliæ, ab antiquo vitam agebant, inde eliminare moliti ſunt: & Regem ipſum in hoc ſibi conſentaneum effecerunt.* Verum Alexander II. poſtquam hæc narrante Lanfranco accepit, Epiſtolam nunc ordine XLIX. ad eum ſcripſit, qua prædeceſſorum ſuorum decreta confirmat, ut Monachis Eccleſias Cathedrales obtinere liceat. Ait Pontifex *Gregorium Magnum* præcepiſſe Auguſtino gentis Anglicæ Apoſtolo, ut ejuſdem Ordinis Viros, cujus ipſe erat, poneret in Sede Metropolitana Cantuariæ; & *Bonifacium*, qui quartus ab eodem Gregorio Eccleſiæ Romanæ præfuit, hæc Athelberto Regi Anglorum & Laurentio Archiep. Cantuariæ ſcripſiſſe: *Glorioſe*, inquit, *fili*, *quod ab Apoſtolica Sede per Coepiſcopum noſtrum Mellitum poſtulaſtis libenti animo concedimus; ideſt, ut veſtra benignitas in Monaſterio Dorobernenſi civitate conſtituto, quod ſanctus doctor noſter Auguſtinus, B. memoriæ Gregorii diſcipulus ſancti Salvatoris nomini conſecravit, cui ad præſens præeſſe dignoſcitur dilectiſſimus frater noſter Laurentius, licenter per omnia monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat:*
*Apo-*



*bertatis uſus, & officia confirmando veſtra virtus impendat, non dubia relatione cognoſcimus. Sed quia non iis, qui bona demonſtrant, juſtitia, ſed in fine probatis præmium & corona promittitur, excellentiam veſtram plena dilectione monemus, ut in ſtudio Chriſtianiſſimæ devotionis veſtræ perſiſtatis: & primo quidem Eccleſias Chriſti, quæ in regno veſtro ſiunt, religioſo cultu, & juſtis diſpoſitionibus exornetis, commiſſa vobis regni gubernacula ita juſtitiam tenendo tractetis, ut ex operum rectitudine, quod ſcriptum eſt: Cor regis in manu Dei vobis manifeſte congruat.*

X. Admonet Alex. Regem.

*Rogamus etiam dilectionem veſtram, ut Eccleſiaſticas perſonas ab injuria defendatis: viduas & orphanos, & oppreſſos miſericorditer relevando protegatis. Quoniam licet ille Rex Regum & ſupernus arbiter totius regni, quod vobis tradidit, rationem a vobis exigat: pro his tamen diſtrictius appellabit, quibus non fuerunt vires, & arma, niſi veſtra potentia. Ad hæc igitur perficienda, & aliarum virtutum incrementa percipienda, fratris noſtri Lanfranci Cantuarienſis Archiepiſcopi monitis & conſiliis gloriam veſtram hortamur acquieſcere, quem chariſſimum membrum, & unum ex primis Romanæ Eccleſiæ filiis lateri noſtro aſſidue non adjunctum eſſe dolemus: ſed ex fructu, quem Eccleſiæ in regno veſtro tribuit, conſolationem ejus abſentiæ ſumimus.*

XI. De cauſis Lanfranco commiſſis.

*Præterea eminentiæ veſtræ notum eſſe volumus, quod cauſa Alricii, qui olim Ciceſtrenſis Eccleſiæ Præſul dictus, a ſuppoſitis Legatorum noſtrorum depoſitus eſt, non ad plenum nobis tractata videtur; ideoque ſicut in canonibus cautum eſt, in priſtinum locum debere reſtitui, judicavimus. Deinde cauſam ejus juxta cenſuram canonicæ traditionis diligenter retractandam & definiendam prædicto fratri noſtro Archiepiſcopo Lanfranco commiſimus.* Lanfrancus decernitur legatus apoſt. *Item ſibi negotium de diſcernenda lite, quæ inter Archiepiſcopum Eboracenſem & Epiſcopum Dorcaceſtrenſem de pertinentia diœceſis eorum eſt, firmiter injungendo commendavimus, ut hanc cauſam diligentiſſima perquiſitione pertractet, & juſto fine determinet. In cauſis autem pertractandis & definiendis ita ſibi noſtræ & Apoſtolicæ auctoritatis vicem dedimus, ut quidquid in eis, juſtitia dictante, determinaverit, quaſi in noſtra præſentia definitum deinceps firmum & indiſſolubile teneatur. Multa vobis præter hæc ſignificata dediſſemus, niſi quod ea in hujus dilectiſſimi fratris noſtri Lanfranci, & ejuſdem fideliſſimi vobis ore poſuimus, ut ejus viva voce, & noſtræ dilectionis affectum plenius cognoſcatis, & reliqua noſtræ legationis verba attentius audiatis. Deus autem omnipotens det vobis quæcumque ſibi ſunt placita, velle & poſſe, ut & hic auctor ſit veſtri gubernaculi, & retributor in gloria ſempiterni gaudii.* Hactenus Alexander.

XII. Diogenis Imp. miſerandus finis.

Convertamus orationem ad res Orientis. Hoc anno Romanus Diogenes Imperator, cum imperaſſet annos tres & menſes octo (ut teſtatur Curopalata) miſerando exitu ex hac vita decedit. Habitus plane (ſi Chriſtiano dicere licet) fortunæ ludus, utpote qui ſtatim ex imo ad ſummum, rurſumque ex ſummo ad imum majori impetu ruit. Plane ſecundum illud proverbiorum: (*a*) *Ante contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus.* Homini contigit. Cum enim pugnans adverſus Turcas oblatam
pa-

(a) *Prov. 16.*



PAGIUS *Apoſtolica auctoritate decernentes, ut ipſi veſtræ ſalutis prædicatores Monachi, Monachorum greges ſibi aſſocient, & eorum vitam ſanctitatum moribus exornent.* Quare Alexander II. ſub anathemate eos conſtringit, qui huic Decreto obviare contenderint.

VII. *Diogenes a Turcis captus & in libertatem reſtitutus.*

A num. XII. ad XV. *Romanus Diogenes* primo Imperii ſui anno expeditionem adverſus Perſas ſuſcepit, ſed nullo facinore præſtito *triumphantis ſpecie redit*, inquit Michael Pſellus. Hæc illi prima arrogantiæ faſtuſque animi elatio. *Inde tum auguſtam parum curabat, tum Senatori ordinis viros contemnebat.* Secunda ejus expeditio nihil admodum priore felicior, ſed æquali trutina, ac prorſus iiſdem momentis librata. *Quod ſi nobis per myriadas cadentibus duo treſve hoſtium caperentur, Nonne vicimus, multuſque nobis adverſus Barbaros plauſus;* ait idem Pſellus. Tertia jam ac poſtrema vice ad Barbaros ingruentes compeſcendos proficiſcitur. Etenim *veris ſtatim ortu* Romanam vaſtatam ditionem redierant, quam & late copiis omnibus incurſabant: profectus itaque cum exercitu *Cæſaream* iter contendit, & cum par eſſet, ut cum hoſtibus paciſceretur, & a graſſatione arceret, pugnare voluit, acceptoque vulnere equo delapſus eſt; quo factum, ut caperetur, & acies diſſolveretur. Res itaque in deliberationem vocantur in civitate, ac Auguſta quid operæ pretium factoque opus videretur rogabat. *Viſum igitur omnibus eſt, ut is interim ſineretur, ſive captus, ſive mortuus erat; ſibi autem illa ac liberis imperium firmaret.* Hoſtilis exercitus Dux conſolatur Diogenem, qui captus erat, communi menſa accipit, & poſtremum ipſum quoque a captivitate liberat; quod ſane malorum origo cauſa fuit: nam Imperator nullo negotio Romanum ſe Imperium accepturum exiſtimavit. *Statim ergo turbatio, curſuſque & excurſus circa Regiam, cum alii mirarentur quod contigerat, alii fidem rei detraherent. Auguſta quoque anceps animi tenebatur, & dubitabat quidnam etiam faceret. Inter hæc dubia ipſe quoque veniens, ac cum omnes loqui juberent, quid operæ pretium putarem*, inquit Pſellus, *ac vel maxime optimus Imperator in rem urgeret, atque cogeret, ita ſententiam dixi: Non eſſe illum amplius in imperio admittendum, ſed e medio tollendum; quoquoverſus denique mittenda mandata, quibus rerum ſumma illi abrogaretur. Meum-*
*que*

pacem ab Aſam Sultano per Legatos magno arrogantiæ ſupercilio rejeciſſet, ipſumque cum ſuis proficiſcentem eſſet aggreſſus, diremptus noctis crepuſculo cum rediret ad ſuos; poſtremæ acies exiſtimantes illum fugere, in fugam ſeipſos irrevocabilem dederunt, adeo ut fuga milites ſparſos adoriendi hoſtibus occaſio fuerit patefacta, qua bene uſi, victoriam inſperatam adepti, captivum duxerunt etiam Imperatorem, quem ille benigne habuit, ſua quoque menſa dignatum. *Sed cum aliquando* (inquit Curopalates) *Sultanus eum interrogaſſet: Quid mihi feciſſes ſi me in tua poteſtate habuiſſes? ſimpliciter & ſine adulatione reſpondit Imperator: Multis plagis bene notis tuum corpus confeciſſem.*

XIII. *At ego*, inquit Sultanus, *tuam ſeveritatem aut crudelitatem non imitabor. Verumtamen audio veſtrum vobis præcipere Chriſtum pacem & oblivionem malorum, ſuperbiſque reſiſtentem humilibus gratiam dare.* Præſtititque ex animo Dux barbarus, quod promiſit: nam inito cum ipſo fœdere, facta pace perpetua, habita filiorum ratione, & ſucceſſorum omnium, numquam amplius Romanum Imperium a Turcis invadendum, labefactandumque fore pollicitus, captivos etiam relaxari præcepit, ipſumque per ſuos Legatos deduci juſſum amplexatum dimiſit. Cum interea perlato de clade nuntio Conſtantinopolim, mox alium ſubrogarunt Imperatorem Michaelem Conſtantini Ducæ filium, coguntque exulare Eudociam Imperatricem, in monaſterium detrudunt. Miſſuſque Andronicus in occurſum Diogenis Imp. eumdem captum, nigraque veſte indutum ſuper mulum, humanæ miſeriæ ſpectaculum factum toto illo perlongo itinere, perduxit

*Michaeli VII. Duc. Imp.*

PAGIUS *que adeo conſilium aliis quidem utile viſum eſt, (his nimirum qui ſaniore eſſent mentis judicio,) alii vero ſecus exiſtimarunt.* Hæc omnia Pſellus de ſemetipſo loquens.

VIII. *Eudocia Aug. in Monaſterium detruſa.*

In eo rerum diſcrimine Imperator *Michaelus* ſibi ipſe timens, ac *Diogenis* ſuſpectam habens crudelitatem, conſilium iniit ſibi tutiſſimum. Nempe a matre reſilit, ac ſuas ipſe partes agit, conſobriniſque adjutoribus (ideſt *Joannis Cæſaris* ac patrui liberis) aulæ cuſtodes ac Prætorianas cohortes ſibi addicit. Repente igitur ad Imperatorem quaſi in periculo agentem pari natu conveniunt. *Qui autem erant cum Auguſta, quorum & ipſe unus eram, quorum molitio ignota eſſet, vix non obtiguimus, qui in noſtra capita malum verſum iri putaremus. Ac quidem Auguſta, nec ſui compos erat, ſed amoto capitis velamine in penetralium ſpecum quamdam curſum contendit. Firmatur adverſus eam Concilium, Urbe eiiciendam eſſe, & ut in delubro, quod Deiparæ e littore maris ipſa ſtruxerat, hoſpitium deligat. Moxque ita factum eſt, cum Imperator ac filius, (quod ipſe novi, ac Deo teſte vulgo adſtruam) matris ejectionem ægre ferret, ſed temporis ratio cogeret, ejuſque voluntati obſiſteret. Quod vero, ut in talibus & contingere & dici ſolet, alius aliud quid de Auguſta animo ſentiebat jugeſque in eam rumores jactabantur, alio lato decreto ad monaſterium tranſire vitam jubetur, quod & ipſum confeſtim expletum eſt.*

IX. *Diogenes excæcatur, & Michael imperium ſuſcipit.*

Narrat etiam Pſellus eos, qui animi benevolentis impenſiori affectu Imperatori ſtudebant, *Diogenis* ingenium veritos, per literas mandaſſe cuipiam magiſtratuum, ut ei erueret oculos: *Neſciebatque Imperator*, ſubdit Pſellus, *cum factum eſt. Nec rem quaſi adulando ſcribo, novit Deus, ſed veriſſimam prorſus refero. Unde etiam majori copia lacrymas effudit, ubi poſtea reſcivit.* Cæterum Diogenes, etſi effoſſis oculis, ad monaſterium, quod ipſe condiderat, in Inſula, quam *Proten* vocant, relegatur. *Quo loco breve tempus ſuperſtes, cum necdum annos quatuor imperium tenuiſſet, Michaelus vero pleno jure illo potitur.* Bryennius in fine lib. 1. & Zonaras in Romano Diogene Pſellum exſcripſere. Signantius tamen Zonaras imperii Diogeniani durationem exprimit, aitque eum *triennium, & menſes octo* imperaſſe, quod & Curopalates habet. Quare cum Diogenes die prima Januarii anni MLXVIII. Imperium ſuſceperit, Michaelus Conſtantini Ducæ filius circa initium menſis Septembris imperare cœpit. Elmacinus enim lib 3. Hiſt. Sarac. docet, *Diogenem* die XXVI. menſis Auguſti a Turcorum Principe captum fuiſſe: *Cui Princeps occurrit in loco dicto Zabra, idque die XXVI Dulkiadæ, & oppugnavit Romanos die Veneris, eoſque in fugam vertit, & occiderunt Muliſmi eo die atque nocte Romanos innumeros: quin & ipſe Romanorum Imperator captus fuit: ſed dimiſit eum Princeps, ea lege ut afferret MD aureorum millia, & in ſingulos annos tributum ſolveret CCCLX. millium aureorum: ac dimitteret omnes Muliſmos, qui capti in imperio Romano eſſent.* Utraque itaque acies in conſpectu fuit anno Hegiræ CCCCLXIII. die XXVI. Dulkiadæ, ſeu undecimi menſis, currenti ſc. Chriſti anno, die XXV. menſis Auguſti, & poſtridie, feria nempe ſexta, ejuſdem menſis XXVI. *Diogenes* Imp. a Saracenis captus, & Romani cæſi. *Michael* paucos poſt dies in Diogenis locum Conſtantinopoli ſubrogatus. Hinc intelligis erraſſe Chronographum Barenſem, qui ad annum MLXXII. ait: *In menſe Julii captus eſt Diogenes Imp. & mortuus eſt.* Dicitur cognomento *Parapinaces*, inquit Glycas, quod cum prohibuiſſet, ne mercatores annonam venderent, ipſeque ſolus monopolium conſtitueret, *eo tempore modius pinace dempto & detracto, aureo nummo venderetur*, hoc eſt quadrante medimni.

X. *Michael imperio parum aptus.*

*Michaelem* pluribus laudat Pſellus a literarum ac Philoſophiæ ſtudio, diſciplinarum univerſitate, ac egregiis moribus, & finem Operi imponit. Alii tamen Hiſtorici Byzantini eum Imperio minime idoneum fuiſſe teſtantur. Nicephorum ſpadonem virum ſolerti ingenio & eruditum, ſed animo dejecto & calliditatis pleno rebus præfecit, qui omnia Imperatoris munia obiens, nihil erat quod ab eodem Nicephoro ab eo Logotheta deſignato non gereretur. *Itaque cum multi bona ſua, alii per alias cauſas amitterent, homineſque attererentur, & ærumnis premerentur: nemo erat, cui illa curæ eſſent. Nam Imperator puerilibus rebus*



xit: quem & juſſit novus Imperator effodi oculis; ſed vulneribus ex ſuffoſſione oculorum non curatis, cum ejus caput intumuiſſet, vermibuſque ſcateret, graveolens, horribilis viſu, ut humanum oſtentum expoſitus omnium oculis, finem vivendi fecit, luens hic pœnas, ne æternas incurreret.

XIV. Nam de ipſo illud idem Curopalata memoria dignum prodit: *In talibus*, inquit, & tot malis nullum maledictum protulit, *neque aliquid nefarii locutus eſt, ſed Deo gratias agere perſeverabat, caſus æquo animo ferens.* De eodemque ad poſtremum hæc addit: *Hic Imperator Epiſcopatum Nazianzi ad jura metropolitana perduxit.* Equidem puto ipſum ſtudioſum S. Gregorii Nazianzeni, ejus beneficio ita ſalvatum. Quem & imperaſſe annos tres & menſes octo teſtatur.

Qui autem ſubrogatus eſt Imperator Michael Ducas, fuit iſte Conſtantini Ducæ Auguſti filius, idemque jam ante decennium una cum Joanne Duca patruo & fratribus Cæſar appellatus, dictus cognomento Parapinaceus, ejuſque nominis, Michael Septimus, coronatus a Joanne Xyphilino Patriarcha, eodemque honore inſignita ejus conjux Maria Alana Auguſta. Hæc ex Curopalata, Zonara, & aliis Græcis atque Latinis auctoribus.

Hujus Imperatoris tempore claruiſſe Theophylactum Archiepiſcopum Bulgarorum, cujus extant inter alia nobiles commentarii, in quatuor Evangelia, certum eſt. Quod autem ipſum ſub Baſilio Seniore Imper. anno Redemptoris octingenteſimo octogeſimotertio claruiſſe poſuerit Panvinus in Faſtis, vel Sixtus Senenſis in ſua bibliotheca eum ſub Michaele Porphyrogenito, qui cœpit imperare cum Theodora Auguſta matre anno octingenteſimo quadrageſimoſecundo, vixiſſe tradiderit, vel alii, qui eodem XV.



PAGIUS *bus occupatus, a Principe Philoſophorum & honoratiſſimo Michaele Pſello ad literarum ſtudia deduci videbatur, ac modo in arte grammatica, verſibus, & linguarum differentiis erudiebatur; modo declamationibus Rhetoricis, modo Hiſtoriis aſſueſiebat, modo ad audienda Philoſophica præcepta parabatur, quamvis ad hæc omnia ineptus*, inquit Zonaras. Quamobrem non mirum ſi Pſellus de diſcipulo ſuo cum laude loquatur, in eo ipſe laude dignus, quod ejus Vitam in literas non miſerit.

XI. *Floret Michael Pſellus.*

Quo anno poſtea Michael *Pſellus* vitam cum morte commutavit, prorſus incompertum. Illud certum, eum non tantum Theologum; ſed & Philoſophum, Mathematicum & Phyſicum extitiſſe, nec hoc ſæculo in Imperio Orientali virum doctiorem floruiſſe, ut fidem faciunt varia ejus Opuſcula Tom. XVIII. Biblioth. Patrum edit. Lugdun. publicata, aliaque variis in locis ac variis annis edita, præter ea quæ adhuc in Bibliothecis Vaticana, Regia & Cæſarea extant. Hiſtoriam ejus a Baſilio & Conſtantino Porphyrogennitis inchoatam, & ad Michaelem Conſtantini Ducæ filium perductam Combefiſius qui Auctoribus Græcis in linguam Latinam vertendis, præſertimque iis, qui de Hiſtoria Byzantina ſcripſere, immortuus eſt, prælo paratam habebat, ſicuti & quædam alia Opera ejus Hiſtorica, quæ amicorum interpoſitu, mihi per plures menſes videre licuit.

XII. *Reſtitutor litterarum in Oriente.*

Natus erat *Michael Pſellus* anno circiter milleſimo viceſimo, cum ipſemet in ſua Hiſtoria prodat, moriente Romano Argyro Imp. anno ſcilicet Chriſti MXXXIV. ſe necdum ætatis annum ſextum decimum expleſſe. Scribit etiam Pſellus ſe Conſtantino Monomacho ſimul ac Imperium iniit miniſtraſſe in omnibus, *ut nihil*, inquit, *ignoraverim eorum, quæ vel palam fecit, vel in occulto ac ſecretius deſignavit.* Præterea aſſerit ſe annum viceſimum quintum ætatis egiſſe, cum idem Conſtantinus imperare cœpit, & gravioribus diſciplinis animum intendiſſe, poſtquam Rhetoricam & Philoſophiam didicit; ac dein ſe Phyſicam aggreſſum eſſe. *Erunt mihi teſtes, qui librum hodie lecturi ſunt, nempe mortuam jam ſapientiam cum offendiſſem, quod attinet ad eos, qui profitebantur, me ipſum exſuſcitaſſe, cum nec Magiſtros ſpectabiles nactus eſſem.* Paulo poſt: *Nunc nec Athenæ, nec Nicomedia, nec Alexandria Ægypti, neque Phœnice, neque utraque Roma, tum prima & minor, tum & illa poſterior ac major, ſive ulla urbium aliqua nunc eruditionis laude gloriatur. Sed & auri venæ, & quæ ſequuntur argenteæ, ac ſi quæ aliæ ignobiliores his materiæ, omnes omnibus viſæ ſunt obſtructæ.* Ait denique ſe Theologiæ, Aſtronomiæ, Muſicæ, Geometriæ, arti militari, aliiſque operam dediſſe. Baronius anno DCCCLIX. num. LIII. exiſtimat, *Pſellum* Simeonis Metaphraſtes encomiaſtem fuiſſe magiſtrum Leonis Philoſophi, & ex eo colligit, quo tempore Metaphraſte vixerit. Verum nunc certo conſtat, non *Michaelem Pſellum ſeniorem*, ſed Michaelem Pſellum juniorem Metaphraſte encomium, quod extat, compoſuiſſe, huncque ſæculo undecimo vixiſſe.

XIII. *Floret Theophilactus Bulgariæ Metropolita.*

A num. XV. ad XXIII. *Theophilactus* patria Conſtantinopolitanus, Acridæ Archiepiſcopus, totiuſque Bulgariæ Metropolitanus, vir doctiſſimus, & in lectione Græcorum Patrum, ac præſertim Sancti Joannis Chryſoſtomi verſatiſſimus, vixit ſub Imperatoribus Michaele Duca, Nicephoro Botoniate, & Alexio Comneno, ut certis argumentis ex ejus Epiſtolis deductis demonſtrat Baronius. Floruit præſertim ſub Alexio Imp. cum ex ejus Epiſtolis quædam ad Adrianum ejus fratrem, Nicephorum Meliſſenum Cæſarem, Gregorium Taronitam, Nicephorum Bryennium Alexii conſocerum, Bryennium Alexii generum, & alios ex Alexiana & Comnena familia Principes datæ ſint, unaque ad Nicolaum Patriarcham Conſtantinop. qui anno MLXXXIV. Pontificatum iniit. Ex quibus tamen Epiſtolis Ducangius; Notis ad lib. VIII. Alexiadis perperam deducit, *Theophilactum*, non ſub Michaele Duca ſed ſub Alexio Comneno floruiſſe; cum ex libro *de Inſtitutione Regia* mox laudando, quem

De Theoph. temp. errores aliorum arguntur.

dem ipſum ſæculo floruiſſe dixerint; a veritatis ſcopo longe longius ii omnes aberraſſe noſcuntur. Evidentiſſima enim ad convincendum errorem teſtimonia eliciuntur ex ejuſdem Theophylacti ſcriptorum monimentis, epiſtolis inquam ipſius, quæ numero quinquaginta novem Græce ſcriptæ extant in Vaticana bibliotheca, induſtria viri diſertiſſimi Jacobi Sirmondi Societatis JESU profeſſoris in lucem ex abditis vendicatæ, atque Latinitate donatæ, ſed nondum cuſæ: Ex his, inquam, ejus epiſtolis multiplici argumento monſtratur, non ante annos ducentos, ſed hoc ipſo tempore ipſum Theophylactum claruiſſe, quod ſcilicet ejus epiſtolæ vel datæ habeantur ad eos, qui hoc ipſo tempore vixiſſe noſcuntur, vel in eis eorumdem vitæ mentio habeatur, adeo ut de his dubitandi locus amplius non ſuperſit.

XVI. Quod tempore Mariæ Aug. vixit.

Atque in primis, quæ primo loco poſita eſt ipſius epiſtola ad Mariam Imperatricem conſcripta, omnem de his dirimit controverſiam. Siquidem a tempore Michaelis Auguſti, qui regnavit cum Theodora matre, non eſt auditum uſque ad Iſacium Comnenum, ut Auguſtarum aliqua fuerit nominata Maria: ſive igitur ad illam, ſive ad hanc Mariam Alanam dictam uxorem Michaelis, de quo eſt ſermo, datam velis epiſtolam; cum eædem hoc eodem tempore vixiſſe noſcantur: manifeſto ſunt argumento, Theophylactum, qui ad alteram earum ſcripſit, eodem pariter cum eis vixiſſe tempore. Sed adde his adhuc manifeſtiora.

XVII. Quod tempore Ducarum familiæ Impp. vixit.

Eſt ejuſdem Theophylacti epiſtola numero decimatertia ad ſororium Imperatoris Joannem Ducam, cujus eſt exordium: *Nunc demum agnovi &c.* Ubi poſt multa compellans primarium ipſum Principis hominem & conſanguineum, hæc habet: *Cæterum o fortunatum Ducarum genus, recta omnia & honeſta in te ipſo complectens, in hac mihi bonitate perſiſte &c.* Cum igitur ex his conſtet, tunc ipſum ea ſcripſiſſe, cum Conſtantinopoli Ducarum familia imperaret; quis fingere poterit, Baſilii tempore vixiſſe Theophylactum, & non potius his temporibus, cum Ducæ imperitarent? His autem ex eadem epiſtola & aliis addere poſſumus, quod cum conſtet ex eis, Bulgariam his temporibus, quibus easdem ipſe ſcripſit, non ſub Regibus Bulgaris, ſed ſub magiſtratibus ab Imperatore Conſtantinopolitano miſſis adminiſtrari; nihil certa eſt, ut ad illa Baſilii tempora ea referri poſſint, quibus conſtat, proprios Bulgaros ſuos habuiſſe Reges.

Vixit Theophilact. cum Bulgari eſſent ſub Imp. Conſt.

XVIII. Quod vixit tempore Comnenorum Impp.

Quod inſuper hoc ipſo tempore conſtat, non ſemper imperaſſe (Conſtantinopoli ſucceſſive Ducas, ſed interpoſitum Imperium Comnenorum:) nam poſt Iſacium Comnenum Imperatorem capeſſivit Imperium Conſtantinus Ducas, ac rurſum poſt Conſtantinum, ejuſque filium Michaelem Ducam, atque ab hoc genitum Conſtantinum Ducam, atque ejus ſucceſſorem Nicephorum Botoniatem ad Comnenos Imperium rediiſſe, cum poſt eum Alexius Comnenus eſt moderatus, & ad multum temporis ſpacium Imperium Orientis; cum æque ſicut Ducarum Imperii, ita & Comnenorum ſit mentio in ejuſdem Theophylacti litteris: nam ejus epiſtola octava hæc habet: *Vides quomodo tam facile colendiſſimi domini Comneni ſigillum ſubverſum eſt ab ipſomet Comneno &c.* Affirmare utique neceſſe eſt, Theophylactum ipſum Bulgariæ Archiepiſcopum eam functionem adminiſtraſſe hoc tempore, quo ſive Ducæ, ſive Comneni Conſtantinopoli imperabant.

XIX. Ex temp. Boriſis Reg. bulgar. arguitur mendacium.

His etiam adde majora, quæ de his adhuc certiorem faciant fidem. Quod enim tempore, quo iſti ponunt, Theophylactus non potuerit eſſe Archiepiſcopus Bulgarorum; ex una epiſtolarum ejus, notata numero decimoſeptimo, ſume irrefragabile argumentum: Cum enim in ea mentio fiat Boriſis Bulgarorum Regis, qui vixit (ut Zonaras & alii oſtendunt) poſt centum annos, nempe ſub Nicephoro Phoca & Joannes Zemiſce Imperatoribus, plane apparet, non tunc ipſum vixiſſe ſub Baſilio, ſed longe poſt illa tempora ipſum Theophylactum Bulgarorum præfuiſſe Eccleſiæ Archiepiſcopum. Sed & cum ibi meminit de Eccleſiis ab eodem Rege antea ædificatis, & poſt multum ſpacium temporis unam ex illis dirutam proponit reſtituendam; plane demonſtrat, longe poſtea ab eo tempore eumdem Theophyactum claruiſſe. Sunt

hæc

PAGIUS Baronius non viderat conſtet, *Theophilactum* etiam ſub Michaele Duca vixiſſe. Ejus Epiſtolæ, & alia quædam Opuſcula nunc Tomo XVIII. Biblioth PP. edit. Lugdun. leguntur, ſicuti & *Inſtitutio Regia ad Conſtantinum Porphyrogenitum Michaelis Ducæ & Mariæ Auguſtæ filium*, a Petro Poſſino S. I. poſt Baronii mortem edita. Extat ejuſdem in Bibliotheca Bavarica Tractatus MS. *de Latinorum erroribus*, in quo diſcordiam Græcos inter & Latinos in uno de Proceſſione Spiritus Sancti articulo conſtituit, ut habet Joannes Veccus Patriarcha Conſtantinop. in Orat. 2. *de injuſtæ ſui depoſitione* Tom. II. Græciæ Orthodoxæ: *Invenio porro*, inquit, *Theophilactum Bulgariæ Archiepiſcopum, dicendi arte percelebrem, additionem in Symbolo tantum reprehendentem.* Denique variæ ejus Epiſtolæ a Sirmondo collectæ hoc anno lucem videbunt.

Ad



hæc ejus verba ad filium Sebaſtocratoris: *Oro igitur, & his litteris tamquam corpore ſupplex procumbo, ut miſerearis feliciſſimæ quondam Eccleſiæ, quam Chriſtianiſſimus ille Boriſes Bulgarorum Rex unam & ipſam e ſeptem Catholicis ædificavit, tu renova &c.* Hæc ſunt quæ ex epiſtolis ejus manifeſta de tempore, quo ipſe Theophylactus vixit, eliciuntur argumenta, quibus diſcrepans nimis a veritate redarguitur, falſaque omnino monſtratur illorum ſententia, qui ante annos ducentos eumdem Theophylactum claruiſſe ſcripſere.

XX. Retit ad ſuam eccl. Theophylactus.

Fuit autem ipſe Theophylactus patria Conſtantinopolitanus, præfectus Archiepiſcopus primariæ Acridanæ Eccleſiæ Bulgarorum, hocque ipſo tempore epiſtolam ſcripſit ad Mariam Imperatricem, jam ætate ſenex, cum rediret in Bulgariam ad ſuam Eccleſiam, unde venerat Conſtantinopolim, in qua hæc ad finem: *Deſcendo igitur ad Bulgaros re Conſtantinopolitanus, hoſpitio Bulgarus, cariem, ſitumque redolens, ut illi pellium pedorem. Et quod graviſſimum eſt, exiſtimabunt homines iſti, me tibi quoque horrori & nauſeæ fuiſſe. Nonne hic fœtor ſuaviter mihi oluit, & laute oppido hac urbane? Scis ergo quid facies, ne mihi eveniant, quæ dixi, graveolentiam evaporabis.* Ac demum quo animo iſta conſcripſerit, ita ſignificat: *Hæc itaque ſenili ore ſancto Imperio tuo jocati ſumus. Deus autem, cujus tu, quique tuus, ipſe te omni liberans malo & malitia, perfectis te gratiis ſuis impertiat, odoremque ſuavitatis Chriſti factam ad ſupernum altare ſubvehat, & ſpiritualem ſuffitum efficiat, ut ſimul offeras quæcumque manus tua & actio affatim congreſſerunt, adoleaſque ex virtutibus conflatum acceptabile gratumque ſuffimentum.* Hæc tum ad Auguſtam ipſam.

XXI. Theophylactus liberari ſe onere cupit.

Tulit ipſe quidem diu, ſed ægro animo, veluti durum exilium, Bulgaricum incolatum, quo ſe tamdem liberari vehementer optavit, atque patrio ſolo reddi. Significavit id quidem ipſe potiſſimum ea epiſtola, quam ad Joannem Magnum Domeſticum ſcribit, qua ex fabula Omphales ſuam deſcribens miſeriam, Bulgarorum Eccleſia liberari ſe rogans, iſta de illis: *Non ſervio diviti Reginæ, mundæque & pulchræ, atque adeo Veneri aureæ, ſed ſervis barbaris, impuris, fœtidas pelles olentibus, & vita omni egentioribus, quam qui nequitia divites ſint; immo & vitæ egeſtate, & nequitia omnium pariter regnum tenent. Solvite me hac turpi ſervitute, qui poteſtis &c.* In deteſtationem Bulgaricæ gentis, & ipſorum Acridanorum præcipue, quibus præfectus erat Epiſcopus, quos homines eſſe aſſerit ſine capite, utpote qui nec Deum, nec homines revereri norint. Hæc pluribus ipſe, qui eumdem & aliis litteris, iiſdemque pulſavit precibus; ſed minus exauditus perſeveravit in paſtorali cura, in qua functione ſe vigilem operarium exhibuiſſe, docent ejus epiſtolæ ibi ſcriptæ ad diverſos, tum in primis ad Imperatorem ipſum Michaelem, & aliæ ad eundem Magnum Domeſticum, ejuſque filium. Exempli vero cauſa illud induxiſſe ſat eſt, quod cum a Scopiorum Duce quidam commendaretur, qui promoveri ab eo deberet in aliquem Bulgariæ Epiſcopatum, hæc ad eum redditis litteris ſcripſiſſe reperitur: (*a*)

(*a*) *Theoph. epiſt.* 13.

XXII. De principibus qui petunt epiſcop.

*Quoniam ergo de accepta domini mei ſcheda, quæ de Epiſcopatu agebat, reſpondi; en de ipſo etiam Epiſcopatu ſcripturus ſum. Nec tibi, domine mi, in iſta fas eſt te ipſum ingerere, quæ magna ſunt, & formidanda; neque nobis ita temere divina gratiæ condonare. Qui enim per nos hactenus ad Epiſcopatum provecti ſunt, alii cum in hac Eccleſia miniſtrarent, & pietatis, gravitatiſque teſtimonium haberent, Epiſcopatum indepti ſunt, ut Morobi, & Priſdianorum; alii Conſtantinopoli dicendo & docendo clari, ut Caſtoriæ & Belegardorum; aut in cœnobio monaſtica vita illuſtres cum eſſent, ut Triaditzæ, pontificiam dignitatem obtinuerunt. Quod ſi talis eſt, quem dominus meus commendat non tu gratiam nobis habiturus es, ſed nos tibi. Sin autem nec Eccleſiæ noſtræ notus, nec Conſtantinopoli a vita & ſermone ſatis probatus: noli utique Deum fruſtra offendere, nec nobis hæc imperare, qui Deo magis, quam hominibus obedire juſſi ſumus. Ad hæc, hoc etiam dicimus, ne vacare quidem nobis ullum nunc Epiſcopatum, niſi Bydinem quis proferat, qua dignum vel maxime optantes reperire non poſſumus. Viro ſiquidem illi opus eſt & in ſpiritualibus, & in ſæcularibus ſpectatiſſimo.* Hæc Thophylactus, atque hactenus de ipſo hoc anno; inferius autem ſuo loco opportunius.

Cum autem innotuiſſet in Occiden- XXIII.

ta-

PAGIUS XIV. *Legatio Alexandri II. ad Michaelem Imp.*

Ad num. XXIII. Sub hujus anni finem, vel potius in ſequentis initio *Alexander* II. ſchiſmatis, quod Eccleſiam Orientalem & Occidentalem dividebat extinguendi cupidus ad *Michaelem*, novum Orientis Imperatorem Apocriſarium de more miſit, uti narrat Baronius ex Sancto Brunone Signiæ Epiſcopo in Vita ſancti Petri Epiſcopi Anagnini, cui ea legatio commiſſa fuit. Verum cum *Michael* totus eſſet in poteſtate Michaelis Pſelli ſchiſmati addictiſſimi, ut nunc certo liquet ex hujus Oratione Laudatoria in Michaelem Cerularium; Lichude Eccleſiam Conſtantinopolitanam adminiſtrante habita, in qua in Latinos pluribus invehitur, (ea enim

ca-

*S. Petrus epiſc. Anagniæ legatus ad Imp.*

talibus oris, creatum Michaelem VII. Imperatorem Orientis, placuit Alexandro Papæ ex more mittere ad eum Apocriſarium: quo quidem officio ſignificari videtur, eumdem Imperatorem cum Romana Eccleſia fuiſſe communione conjunctum. Delectus eſt autem ad hoc opus ex omnibus ſanctus Petrus Epiſcopus Anagniæ civitatis, vir quidem tum ſcientia, tum ſanctitate celebris, quin etiam virtute miraculorum inſignis, qui honeſtiſſime eo perfunctus eſt munere, qui & i-

PAGIUS

capitibus LXX. conſtant) ſchiſmo in eo, in quo erat ſtatu, remanſit.

XV. *Gothofredus Archiep. Mediolanenſis apud Caſtilionum obſidetur.*

*Gothofredus*, qui anno MLXIX. Archiepiſcopus Mediolanenſis dictus fuerat, & propter rationes anno MLXVII. deductas *Sanctum Herlembaldum* adverſarium habebat, hoc anno in oppido aliquot milliaribus Mediolano diſſito obſeſſus fuit. Vocatur illud *Caſtilionum*, diciturque genti Caſtilioneæ nomen dediſſe. Hoc enim hyeme currentis anni contigiſſe recte notavit Triſtanus Chalcus Hiſtoricus Mediolanenſis, & poſt eum Sigonius lib. IX. de Reg. Ital. qui de more Chalcum exſcribit. Arnulphus lib. 3. cap. 21. hoc modo rem refert apud Puricellum lib. 4. de Vita Sancti Herlembaldi cap. 31. *Gothofredus pluribus coarctatus obſtaculis, cum parte ſuorum aliqua ſuo ſe colligit in oppido, quod vulgo Caſtillio dicebatur, inexpugnabile revera præſidium, manibus ac loci natura munitum. Ex eo ſæpius erumpentes, cum ſupra modum prædis inhiaret ac cædibus, indignati Mediolanenſes proponunt arcem illam protinus expugnare. Nec mora inſtructo exercitu, & iis quæ ad uſum militiæ fuerant neceſſaria paratis, procedunt omnes caſtra metati ad radicem mentis. Aberat enim ab urbe vigeſimo paulo plus milliario, mox undique circulantes inceſſanter impugnant. Ad hoc cunctos regionis illius inſtant aggregare ruricolas, diuturnam jurantes obſidionem. Conſtituunt ergo petrarias & omnis generis bellici machinas, fundas quoque baliſtas, milleque mortis parant inſidias. Obſeſſis vero ad poſſe repugnantibus, multa quotidie fiebat cruoris effuſio, adeo ut in ipſa Quadrageſima venerabilis obſervantia nulla fuerit humanæ cædis abſtinentia.*

XVI. *Primum Urbis Mediolanenſis incendium.*

*Hac itaque tempeſtate cum rarus in urbe populus ſua frueretur ſecuritate, repentina calamitas improvidam invaſit urbem.* Puricellus reliquum hujus capitis Arnulphi recitat in Ambroſianæ Baſilicæ Monumentis num. 276. *Horreſco referens. Primo namque Quadrageſimæ ſabbato* (Hinc inquit Puricellus corrigamus tempus a Chalco ac Sigonio notatum; Chalcus ait, *ad extremos Magni jejunii dies*; Sigonius vero, *extrema Quadrageſima*) *magno civitas conflagravit incendio. Cumque vehemens flaret tunc turbo ventorum, arreptis ignium globis, longe lateque multas combuſſit ædes: eo uſque, ut ligna & lapides vorax flamma conſumeret; aurum quoque argentum ac metalla cetera nimio calore liquefacta ſint univerſa. O quæ & qualia domorum ædificia, quamque decora combuſta ſunt mœnia? De quibus omnibus vix ſuperfuit præter parietinas quaſlibet vel titio minimus. Sed quod eſt omni damno deterius, plures Sanctorum concrematæ ſunt Baſilicæ in urbe & extra. Sanctus quoque Laurentius vivæ carnis olim cruciatus incendio iterum ſe flammis permiſit exuri. Cujus ſpecioſiſſima omnium adeo fuit Eccleſia, ut relatu difficile videatur, quæ fuerint lignorum lapidumque ſculpturæ, eorumque intrinſecus impaginatæ juncturæ ſuis columnis cum baſibus, tribunalia quoque per gyrum ac deſuper tegens muſivum univerſa. O templum, cui nullum in mundo ſimile! o civitas, cujus comparatione villæ fuerunt reliquæ!* Incendium inde *Caſtelionenſe* apud poſteros celebre manſit, inquit Sigonius laudatus, hujuſque occaſione Mediolanenſium civium pars a Caſtelionis obſidione diſceſſit, uti narrat Arnulphus eodem capite apud Puricellum lib. 4. de Vita Sancti Herlembaldi cap. 31. *Ubi autem rumor tam dirus caſtris inſonuit; quamplures illico relicta obſidione eunt tenues ab igne reliquias & miſeram viſitare familiam. Herlembaldus vero cum aliis, retenta parte caſtrorum, perſeverat obnoxius quotidie perſeverare non deſinens; Gothofredus autem tribus jam obſeſſus menſibus ut vidit tenuem caſtrorum exercitum clam vocare ſuos, & caute ſatis procurat amicos. Convenientes in unum inſtructa acie protinus in caſtra conſurgunt, impetu & clamore non modico; nec minus obſeſſi, ruptis clauſtris, ex omni parte proſiliunt. Herlembaldus autem tanto poſitus in diſcrimine, arreptis armis audet cum ſuis paucis juxta vires obſiſtere, ſignifer ipſe factus: & niſi ſua, ſuorumque pugnaſſet audacia, dies illa ſibi fuiſſet extrema. Videntes autem multi paucorum conſtantiam, ultro recedunt, educentes ſecum ab oppido Gothofredum. Hos longe perſecuti ſunt Mediolanenſes, conglobatis repente ſimiliter, & qui in caſtris fuerant, & qui in urbe remanſerant; nec perſequendo diebus aliquot ceſſarunt ac noctibus, donec in ſumma conſtitutos neceſſitate, coegerunt illos iterum in Caſtillionem intrare.*

XVII. *Moritur Guido Archiep. Mediolanenſis.*

Eſt hoc *primum* urbis Mediolanenſis *incendium*; iterum enim ea anno MLXXV. conflagravit. Quod cum certum ſit currenti anno contigiſſe, apparet, Sigonium male *Guidonis* Archiepiſcopi Mediolanenſis mortem in annum ſequentem diſtuliſſe, & pejus alios in annum MLXXIII. Arnulphus quippe teſtis oculatus teſtatur, *Guidonem* jam mortuum fuiſſe, quando Mediolanenſes rediere ex expeditione adverſus Gothofredum ſuſcepta, ideſt, paulo poſt Paſcha currentis anni. Ipſemet Arnulphus cap. 21. apud Puricellum in Vita Sancti Herlembaldi cap. 32. ait: *poſt hæc redeuntes ad urbem* (ſcilicet Mediolanenſes) *jurejurando definiunt, Gothofredum nunquam recipiendum, imo alterum de Catalogo Majoris Eccleſiæ communiter eligendum. Jam enim migraverat a ſeculo Archiepiſcopus ille Guido, ſepultus in loco, qui vocatur Burguli vulgo, ubi poſt urbis incendium in amaritudine animæ diem clauſit extremum.* Triſtanus vero Chalcus ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Inter hæc Guido Velates* (ita cognominabatur) *cœnobio Celſiano dimiſſus, evaſerat ad Tranſpadanos populos,* (ita Mediolani ratione dictos,) *& non procul Derthona defunctus Bergoglii ad Tanarum amnem ſito oppido ſepelitur, anno ſexto & viceſimo ex quo Mediolanenſi præfuit Eccleſiæ.* In antiquo Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium ſæpe a nobis laudato dicitur, Guidonem ſediſſe *annos XXVI.* & obiiſſe *X. Kalendas Septembris*, ideoque quando Arnulphus ait, Mediolanenſes paulo poſt Paſcha ad urbem rediiſſe, & jam *Guidonem* mortuum fuiſſe, benigne interpretandus, advertendumque voces tempus ſignificantes magnam latitudinem habere. Poſt



& ipſum Imperatorem morbo graviſſimo laborantem reddidit ſanitati: cujus beneficii accepti memor idem Auguſtus, eumdem ad conſtruendam Eccleſiam, quam inchoarat, multa donatum pecunia dimiſit. Manſit ibi annum unum, uſque

PAGIUS

XVIII. *Bella civilia inter Hiſpaniæ Reges.*

Poſt Ferdinandi Magni Caſtellæ Regis mortem, quam anno MLXV. accidiſſe vidimus, magna inter tres filios ejus, nempe *Sanctium* Caſtellæ, *Alphonſum* Legionis, & *Garſiam* Gallæciæ & Luſitaniæ Reges bella exorta; neque enim quietæ res eſſe poterant, ubi dominatio in tot imperia diſtracta erat. *Sanctius* injuriam ſibi factam Regni diviſione querebatur, quod ob ætatis prærogativam integrum ſibi deberi putabat. Narrant hæc pluribus Mariana lib. IX. Sandovalius in Alphonſo VI. aliique Rerum Hiſpanicarum Scriptores, ſed veris tot falſa miſcent, ut prolixiores eſſemus, ſi hanc hiſtoriæ partem illuſtrandam ſuſciperemus. Quare hic certa tantum proponam. Sanctius & Alphonſus Garſiam Gallæciæ & Luſitaniæ Regem ditionibus ſuis ſpoliarunt, eaſque, inter ſe partiti ſunt; ſed *Sanctius* præda illa non contentus bellum adverſus Alphonſum fratrem movit era MCIX. anno ſcilicet Chriſti currenti, ut demonſtrat Sandovalius citatus. Bis inter fratres pugnatum biſque *Alphonſus* a Sanctio victus. Pelagius Ovetenſis nimis quidem jejune de his bellis civilibus egit, diſerte tamen duorum præliorum Alphonſum inter & Sanctium habitorum meminit his verbis: *Poſt hæc Sanctius Rex cœpit dimicare adverſus fratrem ſuum Adefonſum Regem* (ſc. Legionis) *ut caperet regnum ejus, & conſtituerunt diem & locum deſignatum in Plantata, ut dimicaretur adinvicem; & ibi victus fuit Adefonſus, & reverſus eſt Legioni. Iterum ſtabilierunt litem in Goſpiliera* (vel, ut Toletanus habet lib. 6. cap. 16. in loco, qui Vulpecularia dicitur, juxta ripam fluminis Carrionis, *& ibi captus eſt pugna Adefonſus, miſſus in vinculis, & ductus Burgis. Deinde in exilium Toleto cum Rege Almenione* legendum, Almenone, vel Almeimone): *& ibi fuit cum eo exiliatus uſque ad mortem fratris ſui Sanctii Regis* (adde ex Codice Bibliothecæ Mazarinæ: Tunc Rex Sanctius cepit Regnum fratris ſui) *& impoſuit ſibi in Legione coronam. Et fuit homo formoſus nimis, & miles ſtrenuus. Perluſtravit vero Aſturias, Gallæciam, ſeu & Portugalem*, quæ Ditiones ad Garſiæ Regnum ſpectabant juxta eundem Pelagium, qui de Fernando ait: *Dedit domno Garſeano totam Gallæciam una cum toto Portugale.* Aſturiæ vero Alphonſi erant.

XIX. *Alphonſus Legionis Rex a fratre captus.*

*Sanctius* cum Alphonſum in vinculis detineret, de morte ei inferenda cogitavit, ſed is per *Sanctum Hugonem* Cluniacenſem Abbatem divinitus liberatus fuit, ut legitur in Relatione Miraculorum hujus Sancti in Biblioth. Cluniacenſi pag. 452. Ea tamen conditione *Sanctius* eum e carcere eduxit, ut in monaſterio Sancti Facundi monachali habitu veſtiretur. Verum fugit noctu e monaſterio, & Toletum veniens ab *Almenone* Rege inibi dominante ſolemniter eſt receptus, ibique cum Chriſtianis uſque ad Sanctii mortem juxta Regale viridarium commoratus eſt, inquit Toletanus laudatus. Porro cum *Sanctius* ſe ſe ad bellum Garſiæ Gallæciæ Regi inferendum pararet, *Rodericum Diaz*, vulgo *Ciddum* cognominatum, Alferum ſuum renunciavit, qua voce utuntur Hiſpani, ut Vexilliferum deſignent, ut videre eſt apud Ducangium in voce *Alferus*. Ciddus heros tot victoriis de Saracenis reportatis inclytus, Regem ſuum pene jam devictum ita animavit, ut victor ex prælio, in quo *Alphonſus* captus, exierit, uti narrat Toletanus loco laudato. Quando *Ciddum* Vexilliferum ſuum *Sanctius* declaravit, uxorem ei dedit *Ximenam* Didaci Aſturiarum Comitis filiam, ut oſtendit Sandovallius laudatus pag. 21. ex Hiſtoria MS. Petri Epiſcopi Legionenſis, Auctoris coævi, adhuc inedita, quod etiam habetur in antiquo Documento lingua Caſtellana ſcripto, & in Tumbo nigro Sancti Jacobi a Sandovallio in Alphonſo VI. recitato, ubi *Ximena* neptis dicitur Alphonſi Regis, Alphonſi nempe Legionenſis Regis hujus nominis V. Quare commentitium eſt quod a pleriſque Scriptoribus Hiſpanis traditur, *Ciddum*, regnante Ferdinando Magno, Ximenam uxorem accepiſſe, fruſtraque nititur Sandovallius, qui *Ciddi* hiſtoriam multis fabulis purgavit, oſtendere celeberrimum hunc Ducem bis cum duabus ejuſdem nominis uxoribus copulatum fuiſſe, primum ſub Ferdinando, iterumque ſub Sanctio Caſtellæ Rege. Præterquam enim quod antiqui Hiſpaniæ Scriptores unam tantum *Ximenam* agnoſcunt, unumque Ciddi cum ea Ximena conjugium, quæ ad id probandum Vir doctiſſimus in medium affert, vana & frivola ſunt. De Sanctii Regis morte anno ſequenti ſermo erit.

XX. *Panormus obſeſſum annoque ſequenti captum.*

Poſtquam *Robertus* Apuliæ Dux *Barium* primarium Apuliæ oppidum, etiamnum probe munitum, Saracenis die XV. menſis Aprilis currentis anni, uti anno MLXVIII. num. IX. diximus, eripuit, *menſe Julii Dux prædictus tranſmeavit Adriatici maris pelagum, perrexitque Siciliam cum quinquaginta octo navibus*, inquit Lupus Protoſpata in Chron. ad annum MLXXI. quod & habet Chronographus Barenſis ad eundem annum, *& in menſe Magi*, inquit, *exivit, & perrexit Palermo cum nabali exercitu, & obſedit eam per mare & per terram.* Malaterra vero, lib. 2. cap. 43. *Dux urbe pro velle ſuo ordinata, fratrem* (nempe Rogerium Calabriæ Comitem) *in Siciliam præmittens .... toto Junio & Julio menſe apud Hydruntum moratus*, antequam ſcilicet Panormum præcipuum Siciliæ oppidum obſidione cingeret. Illud Robertus ſibi ſubdidit menſe Januario ſequentis Chriſti anni. Subdit enim laudatus Chronographus Barenſis. MLXXII. *ind. X. capta eſt Palermo ab ipſo Duca X. die intrante menſ. Jan.* Lupus citatus habet: *Anno MLXXII. menſe Jun.* (Corrigendum, *Jan.*) *intravit Robertus Panhormum in Sicilia.* Quæ emendatio certa; cum Malaterra ſcribat: *Sicque quinque menſium circulo, hoſtes urbis defenſionis attentiſſime pervigiles,* a menſe nempe Auguſto uſque ad Januarium anni MLXXII. quod dedicatio Eccleſiæ Caſinenſis magna hoc anno ſolemnitate peracta, cujus meminit Baronius num. IV. ubi tamen Leonem Oſtienſem, a Leone Marſicano memoriæ lapſu diſtinguit, extra omnem controverſiam ponit. Teſtatur quippe Leo Marſicanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Oſtienſis Epiſcopus ſub Paſchali Papa II. creatus, lib. 3. cap. 28. Sancti Benedicti Baſilicam dedicatam, *ipſa die Kalend. Octobrium, anno Incarnationis divinæ MLXXI. indictione nona, die ſabbati*, ideoque hoc Chriſti anno, quo dies primus Octob. cum die ſabbati concurrit. Jam ante

uſque dum vixit Alexander Papa, qui eum miſerat, & Gregorius ejus ſucceſſor Pontifex crearetur. Hæc pluribus in vita ipſius, quam ſcripſit ſanctus Brunus Signiæ Epiſcopus.

Sur-

PAGIUS te ſcripſerat Leo: *Robertus eo tempore Panormum oppugnabat; ideoque tantæ ſolemnitati intereſſe non potuit.* Quare *Panormum* menſe Auguſto hujus Chriſti anni obſideri cœptum, & menſe Januario inſequenti Roberto deditum. [1]

XXI. *Cultus divinus in eo reſtitutus.* Errarunt itaque Malaterra citatus, & Faſellus lib. 7. Decadis poſterioris pag. 399. qui hanc *Roberti* victoriam cum hoc Chriſti anno alligant, præſertimque Faſellus, qui aſſerit, Robertum *menſe Julio* Panormum ingreſſum eſſe. Peregrinius in Notis ad Lupum Protoſpatam male hæc in dubium revocavit; cum Ignotus Caſinenſis a Caracciolo ex optimis MSS. emendatus tradat etiam Baſilicam Sancti Benedicti hoc anno *die ſabbati, Kalendis Octobris* conſecratam eſſe. Malaterra autem per hæc tempora ſæpe res anno uno citius collocat. Recepta urbe, ait Faſellus laudatus, *Robertus & Rogerius*, non modo diripiendas militibus civium divitias non permiſere; ſed & libera ac inviolata Saracenorum corpora, ſub imperio ſuo tantummodo, intra urbem eſſe juſſerunt. Templum maximum Deiparæ Virgini ſolemni purgatione præmiſſa reſtituerunt, & Archiepiſcopum Panormitanum Græcum genere, cui *Nicodemo* erat nomen, (*qui ſolo titulo egenus in ædiculam Sanctæ Cyriacæ* ſeceſſerat) in ſua ſede repoſuerunt. Rochus Pyrrhus in Chron. *Panormum* anno ſequenti captum tanquam rem certam ſupponit, ſolideque refellit Piccolum negantem *Nicodemum* tunc inſtitutum Epiſcopum, & contendentem loca Malaterræ interpolata eſſe. Denique Guillelmus Apulienſis lib. 3. Panormi obſidionem egregie deſcripſit.

NOTÆ [1] TAntum coævorum authorum diſſidium de anno & menſe quo Panormus capta fuit, ita componendum cenſeo præeunte authore vetuſti chronici Northmannici a Muratorio Rer. Ital. to. V. col. 278. &c. vulgato, qui ſequenti ſæculo ineunte ſub Willelmo Rogerii filio ſcribebat. Ad. A. MLXXII. hæc apud illum legas: *Goffridus Comes* (Roberti ex fratre nepos) *obſedit Panormum, & cœpit eam. Et menſe junio intravit Robertus glorioſus Panormum, & fugavit Saracenos ab ea, & fecit triumphum magnum.* Diſtinguere anonymus iſte videtur Panormi expugnationem ab ingreſſu Roberti triumphali. Facile igitur Urbs januario menſe a Goffredo capta fuit, quod produnt authores apud Pagium hic, & cum ex illis quidam annum a martio incipiant; hinc expugnationem factam januario anni Dionyſiani 1072. anno 1071. aſſignant. Cum vero poſt expugnationem illam forte a Saracenis iterum ſubmiſſa fuerit; ideo ingreſſus triumphalis Roberti ad junium uſque dilatus fuit. Hinc nata authorum hallucinatio. MANSI



I. SUrgit annus milleſimus ſeptuageſimusſecundus decima Indictione, quo Saxones adverſus Henricum Regem ad Alexandrum Romanum Pontificem accuſationes deferunt, in eum commoti, quod Ottonem Bajoariæ Ducem ſub ſpecie læſæ majeſtatis Ducatu privaſſet Bajoariæ. De his agens Urſpergenſis Abbas hæc ait: *Ipſo denique mediante non ceſſat gens Saxonum, ut eſt animis acerrima, conjurationem adverſus Regem unanimi conſpiratione confirmare; accuſationes blaſphemas & inauditas ad Sedem Apoſtolicam in illum referre; ſocioſque ſibi ex omni regno Theutonico litteris, & nuntiis adſciſcere. Nam primo Sigefridum Moguntinæ ſedis Metropolitanum, Adelbertum Vuormatienſem, Adalberonem Vvirceburgenſem, Gebehardum Saltzburgenſem, alioſque quamplures Præſules; indeque per ipſos etiam Papam Alexandrum fautores efficiunt. Quidam quoque ſummæ ſanctitatis virum Annonem Archiepiſcopum Colonienſem conjurationis ejuſdem conſcium aſſerunt.* Hæc ipſe, improprie valde nominans conjurationem, unanimem illorum conſenſionem in proſequendo legitime cauſam adverſus Regem apud Romanum Pontificem. Qui (quod jus exigebat) ipſorum accuſationi detulit; atque anno ſequenti dicturum cauſam vocavit ad Apoſtolicam Sedem, ut ſuo loco dicturi ſumus.

*Apud Alexand. Pap. Saxones Henricum Reg. accuſant.*

II. *Alex. PP. deponit abbatem Augienſem.* Quo pariter anno idem Alexander Papa Robertum Augienſem Abbatem ſimoniacum Abbatia privavit, executore Apoſtolicarum litterarum ſancto Hugone Cluniacenſi Abbate, de quibus iſta Lambertus hoc anno: *Ibi etiam Hugo Cluniacenſis Abbas, qui cum Imperatrice eo advenerat, Roberto Augienſi Abbati Romani Pontificis mandata & litteras detulit, quod ſcilicet Apoſtolicæ Sedis anathemate de corpore Eccleſiæ præciſus eſſet; quod omne ei divinum officium præter pſalmodiam interdictum eſſet; quod omnis ei in perpetuum ad Abbatiam Augienſem, vel ad aliquam dignitatem Eccleſiaſticam acceſſus occluſus eſt, propterea quod de ſimoniaca hæreſi inſimulatus, & ut objectum crimen purgaret, ad Synodum ſecundo ac tertio vocatus venire diſtuliſſet. Ita ille compulſus a Rege baculum paſtoralem, quem non ut paſtor, ſed ut mercenarius uſurpaverat, multa cum amaritudine reddidit.* Hæc his Lambertus, qui de cauſa ejus condemnationis hæc anno ſuperiori: *In locum ejus, Meginuvardi videlicet Augienſis Abbatis, qui ſe abdicaverat, non per electionis oſtium, ſed per ſimoniacæ hæreſeos cuniculum protinus irrupit Robertus Abbas Bibenbergenſis, cognomento* Nummularius, *annumeratis in ærarium Regis mille pondo argenti puriſſimi. Hic ſordidiſſimis quæſtibus & uſuris, quas etiam privatus adhuc in monaſterio exercuerat, infinitam ſibi pecuniam conflaverat, & propterea mortes Epiſcoporum & Abbatum anxia expectatione jamdudum ſuſpiraverat. Cumque eos diutius vivendo, vota ſua, & effrænatæ ambitionis impetum, quo præceps rapiebatur, morari graviter & impatientiſſime ferret, eo veſaniæ evaſit, ut præter occulta munera, quibus auriculariorum favor redimendus erat, Regi centum pondo auri promitteret, ut ejecto eximiæ ſanctitatis viro Abbate Vviderado, ſibi Abbatia Fuldenſis traderetur.*

III. *Augienſis Abbatiæ mercator Robertus.* *Et profecto quod nefariæ concupiverat, flagitioſiſſime obtinuiſſet, niſi pauci, quibus leges Eccleſiaſticæ pecunia chariores*



erant

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6565.

☉ 17. AG. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1072.

ALEXANDRI II. PAPÆ 12.

HENRICI IV. REG. 17.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 2.

SÆC. XI. An. Eræ Hiſp. MCX. An. Hegiræ CCCCLXV. inchoato die 17. Septemb. fer. 2. An. Chr. 1072.

I. *Miſer ſtatus Germaniæ.* ANum. I. In Chronico Hildensheimenſi ſuperiori anno legitur: *Ottho Dux Bajoariæ Regi Heinrico rebellat.* Tum anno MLXXII. *conjurant Principes regni contra Heinricum Regem.* Ad hæc Lambertus in Chron. hoc anno ait: *Rex Paſcha Trajecti celebravit, ubi dum ei populus vehementer obſtreperet pro injuriis & calamitatibus, quibus paſſim per totum regnum innocentes opprimebantur, pupilli & viduæ diripiebantur, monaſteria & Eccleſiæ vaſtabantur, & ruptis iniquitas habenis in omne quod voluiſſet facinus impune bacchabatur: permotus tandem vel ipſa rei acerbitate, vel proclamantium importunitate, annitentibus in hoc ipſum cunctis regni Principibus, exoravit Colonienſem Archiepiſcopum, ut poſt ſe rerum publicarum adminiſtrationem ſuſciperet. Diu ille reſtitit petenti, partim memoria veterum injuriarum, partim quia homo totus in Deum ſuſpenſus, divinis quam ſecularibus negotiis implicari maluiſſet. Superatus tamen unanimitate poſtulantium, privatum commodum publico poſtpoſuit.* Subdit Lambertus Sanctum Annonem Archiep. Colonienſem poſt mortem Adelberti Archiep. Hamburgi cœpiſſe Rempublicam in priſtinam dignitatem reformare, fræna injecta eſſe vaganti uſque ad id tempus licentiæ, & Otthonem Bajoariæ Ducem gratiam Regis recepiſſe, *Data vel Regi, vel his qui Regi pro eo ſuggeſſerant, non modica portione prædiorum ſuorum.* His ad-

dit

*erant in faciem Regi ne id faceret, obſtitiſſent. Is pſeudomonachus (dicam expreſſius vi doloris impulſus) is angelus ſatanæ transfiguratus in Angelum lucis, ita ſanctam & angelicam monachorum profeſſionem infamavit, corrupit, vitiavit, ut monachi noſtris temporibus, atque in his regionibus non innocentia æſtimentur, atque integritate vitæ, ſed quantitate pecuniæ; nec quæratur in Abbatibus eligendis, quis dignus præeſſe, ſed quis carius Abbatiam poſſit emere. Ita proprio hujus invento, novo atque infauſto hujus aucupio hæc in Eccleſiam introducta eſt conſuetudo, ut Abbatiæ publice venales proſtituantur in palatio: nec quiſquam tanti venales proponere queat, quin protinus emptorem inveniat, monachis inter ſe non de obſervantia regulæ zelo bono, ſed de quæſtibus & uſuris zelo avaro contendentibus. Sed hæc ut digne defleri poſſint pro magnitudinæ ſua, & proprio volumine, & prolixiore opus habent tragœdia. Ad cœptum potius revertamur.*

IV. Robertus Simoniacus repellitur.

*Advocatus Augienſis monaſterii poſtquam pecuniarium hunc Abbatem advenire comperit, & quanta largitione aditum ſibi ad ovile Chriſti lupus rapax patefeciſſet, audivit: miſſa obviam legatione, denuntiavit ei ſub interminatione ſalutis propriæ, ne intra poſſeſſiones Augienſis monaſterii præſumeret accedere, alioquin occurſurum ſe & armata manu vindicaturum in libertatem, quos ipſe tam caro mercimonio emiſſet in ſervitutem. His ille auditis, nimium animo conſternatus eſt, tum propter gravem jacturam pecuniarum ſuarum, tam propter ereptum ſibi tamquam de faucibus, cui diu anxie inhiaſſet, honorem. Et primo quidem animum induxerat, rem armis experiri; & ut dici ſolet, ignem gladio ſcrutari, hoc eſt, ſimoniacam hæreſim homicidiis cumulare. Sed aſſerentibus his, qui cum eo erant, ſupra vires ſuas eſſe negotium, confuſo (ut dignum erat) & confecto animo abiit in poſſeſſiones fratris ſui, præſtolaturus ibi quos exitus tam triſtibus initiis ſors eſſet allatura. Nam Abbatiam Babenbergenſem interea ſuſceperat Ecebertus Gorzienſis diſciplinæ monachus. Ad cujus ingreſſum omnes protinus Fratres, quos prior ille Abbas ſuis (hoc eſt mercatoriæ atque uſurariæ artis) diſciplinis inſtituerat, & quaſi filios pater, in vitam moreſque ſuos pedibus (ut dicitur) ire docuerat, tamquam folia, quæ vento raptantur, diffugerunt.* Huc uſque Lambertus ſuorum temporum rerum ſcriptor. Iſta ſunt nefanda Roberti Abbatis ſcelera, quæ perlata ad Apoſtolicam Sedem, nequaquam diſſimulanda fuerunt ab Eccleſiæ Romanæ Antiſtite Alexandro, quem (ut vidiſti) vocatum ſæpe hominem ad dicendum cauſam, ſed judicium ſubterfugientem, legatione Hugonis viri ſanctiſſimi Cluniacenſis Abbatis oportuit condemnaſſe.

V.

Porro nec parcendum idem Pontifex Regi exiſtimavit, quem his de cauſis vocavit Romam anno ſequenti ad judicium ſubeundum. Sed de his ſuo loco dicturi ſumus.

VI. Henric. rex ſimoniacus.

En vide infelicem adoleſcentem annum ætatis nunc agentem vigeſimumprimum, utpote natum anno Domini milleſimo quinquageſimoprimo, in quæ cœpit præcipitia ferri, cum ad corradendas pecunias, quibus indigeret ad immenſas animi cupiditates explendas, factus eſt infami ſtudio Abbatiarum atque Epiſcopatuum peſſimus nundinator. Ex quibus & illud accidit, quod cum de his perpetratis ſceleribus reprehenſores haberet Romanos Pontifices, immo & pateretur judices, atque vindices; ab eis reſilire ſuo maximo damno cœpit, ut quæ dicenda erunt, perſpicue demonſtrabunt. Meminit autem judicii hujus Apoſtolicæ Sedis per Alexandrum Papam adminiſtrati (a) Gregorius Papa Septimus, cum excommunicat omnes detinentes bona Augienſis monaſterii ab eodem Roberto Abbate alienata.

(a) *Greg. ſep. ep. 82. lib. 1.*

VII. Agnes Aug. liberat Sueviæ Ducem.

Hoc eodem anno tradit Lambertus Agnetem Imperatricem poſt ſex annos & amplius, ex quo inde diſceſſerat, officio Chriſtianæ charitatis impulſam Wormatiam veniſſe ad Henricum filium, quem eidem venienti occurriſſe tradit. Venit enim, ut liberaret Rodulphum Ducem Sueviæ innocentem, accuſationibus impetitum apud eumdem Regem: *Venit itaque*, inquit, *Vvormatiam ampliſſimo ſtipata numero Abbatum & monachorum, & prædictum Ducem, cum interpoſita fide Colonienſis & Moguntini Archiepiſcoporum coram veniſſet, omni criminis ſuſpicione abſolvit: ſtatimque compoſitis propter quæ venerat, a filio abſceſſit, ut non tam carnali affectione, quam communis commodi ratione ad hanc ſæcularis negotii adminiſtrationem ſe adductam, liquido cunctis patefaceret.* Hæc ipſe, qui eamdem Agnetem vitæ auſteritate, in jejuniis & vigiliis humanarum virium naturam exceſſiſſe tradit.

VIII. Concil. Anglicanum Generale.

Hoc item anno in Anglia juſſione Alexandri Papæ celebratur generale Concilium totius inſulæ Epiſcoporum ſexto Id. Apri-

PAGIUS dit Urſpergenſis Abbas, Saxones *accuſationes blaſphemas & inauditas ad ſedem Apoſtolicam* in Henricum retuliſſe. Quid inde ſecutum ſit, anno ſequenti dicemus.

II.

A num. VIII. ad XXIII. Concilium Anglicanum hoc anno habitum, ut narrat Baronius ex Malmesburienſi lib. 1. de Geſt. Pont. Primatum Cantuarienſi Archiepiſcopo ſuper Eboracen-



lis in quo ventilata eſt quæſtio de primatu Eccleſiæ Cantuarienſis ſuper Eboracenſem. Cujus Concilii Acta magna ex parte recitata habes a Willelmo Malmesburienſi de Geſtis pontificum Anglorum, ex quibus aliqua hic reddenda eſſe putamus; ut illud quo potiſſimum terminata eſt controverſia. Cum enim negaret Eboracenſis privilegium a ſancto Gregorio conceſſum Eccleſiæ Cantuarienſi extendendum eſſe ad ſucceſſores ejus ſedis primi Archiepiſcopi Auguſtini, eo quod de ſucceſſoribus ejus nulla ab eodem S. Gregorio mentio facta eſſe reperiatur: Lanfrancus inanem tergiverſationem adverſarii exemplo ſimili mutuato ſic eluſit & confutavit: *Porro quod dicis, potuiſſe B. Gregorium, ſi voluiſſet, ſucceſſoribus Auguſtini confirmare dicto quod conceſſerat Auguſtino: verum omnino eſt, nec poteſt ambigi, ſed quod quæſo præjudicium hoc Cantuarienſi ſedi affert? A ſimili cauſam proponam.*

IX. Quod Petro datum & ſucceſſoribus Petri intelligitur.

*Nam quando Dominus & Salvator noſter JESUS Chriſtus dixit B. Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & tibi dabo claves regni cælorum; potuiſſet adiicere ſi voluiſſet; eamdem poteſtatem ſucceſſoribus tuis concedo. Verum dicti prætermiſſio nihil reverentiæ imminuit ſucceſſoribus Petri. Ibiſne his verbis obviam? refereſne adverſa? Enimvero omnium Chriſtianorum conſcientiis eſt inditum, ut nihilominus quam B. Petro, ſucceſſoribus ejus * & minantibus attremant, & ſerenam dignitatem indulgentibus gaudenter applaudant. Eſtque tunc demum omnium Eccleſiaſticarum rerum rata diſpenſatio, ſi ſucceſſorum beati Petri fuerit comprobata judicio. Quid illud agit, niſi vis divinæ liberalitatis per Dominum JESUM a Beato Petro in Vicario ejus diffuſa?* Et inferius de generalitate Romanæ Eccleſiæ locutus pluribus, ſubiicit iſta:

* obediant.

X.

*Ipſa eſt major omnium Eccleſiarum, & quod in ea valet, debet & valere in minoribus, ut poteſtas primi cujuſcumque Eccleſiæ principis in ſuccedentes dimanet,* NISI SI QUID *perſonaliter & nominatim excipiatur. Quare ſicut Chriſtus dixit omnibus Præſulibus Romanis, quod dixit beato Petro; ita dixit Gregorius omnibus ſucceſſoribus Auguſtini, quod dixit in Auguſtino. Hinc conficitur, ut ſicut Cantia ſubiicitur Romæ, quod ex ea fidem accepit, ita Eboracum ſubiiciatur Cantiæ, quæ eo prædicatores miſit &c.* Ita Lanfrancus a ſimili argumentum adducit, ſed cum non in omnibus ſimile ſimili reſpondeat, ut idem ſit bene excepit dicens: NISI QUID PERSONALI-

*Ann. Eccl. Tom. XVII.*



PAGIUS

*Primatus Angliæ Archiep. Cantuariæ adjudicatus.*

cenſem adjudicavit, cui conſtitutioni conſenſere Willelmus Rex & uterque Archiepiſcopus. *Ventilata eſt hæc cauſa*, inquit Malmesburienſis, *prius apud VVentanam civitatem in Paſchali ſolemnitate, in capella Regia, quæſita eſt in caſtello: poſtea in villa Regia, quæ vocatur VVindleſor, ubi & finem accepit in feſtivitate Pentecoſtes.*

III. *S. Vvulſtanus in Concilio anni MLXX. Epiſcopatu dejectus.*

Quod vero de Sancto *VVulſtano* refert Baronius, num. XV. ex eodem Malmesburienſis lib. 4. de Geſt. Pontif. pag. 281. non ad Concilium Anglicanum hoc anno habitum, ſed ad illud quod anno MLXX. coram Sedis Apoſtolicæ Legatis coactum fuit referendum, ut indicant Simeon Dunelmenſis ac Hovedenus part. I. pag. 453. & diſerte narrat Ailredus Abbas lib. 2. de Vita Sancti Eduardi Confeſſoris pag. 405. juxta editionem Seldeni. Cum Willelmus Rex, inquit, Synodum fecit congregari præſentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, Lanfrancus in Stigandi Archiep. Cantuarienſis locum ſubſtitutus eſt. *Apud hunc vir Domini VVulſtanus ſimplicitatis & imperitiæ accuſatur, & quaſi homo idiota & ſine literis deponendus, Rege conſentiente, vel etiam hoc ipſum perſcribente, decernitur. Igitur in Synodo, quam apud VVeſmonaſterium* (ideoque anno MLXX) *Rege præſente celebravit Lanfrancus, inter cetera, quæ tractavit negotia, jubet venerabilem virum baculum reſignare cum annulo.* At Wulſtanus ait, ſe vere ſciviſſe, quia huic honori & oneri nec idoneus, nec ſufficiens eſſet, ſed ſe morem geſſiſſe Epiſcopis, & Eduardo Regi cogentibus. Tum Lanfranco dixit: *Et tuæ ſanctæque Synodi ſententiæ cedens, reſignabo baculum, ſed non tibi, ſed ei potius, cujus eum auctoritate ſuſcepi. Hæc cum dixiſſet, cum ſuis acceſſit ad lapidem, quo glorioſiſſimi Regis exuviæ claudebantur, & ſtans ante ſepulchrum, Tu ſcis, inquit, domine mi Edvvarde, quam invitus hoc onus ſuſceperim, quotiens ſubterfugerim, quotiens me cum quærerer abſentaverim. Fateor inſipiens factus ſum, ſed tu me coegiſti,* &c. *& ecce novus Rex, nova Lex, novus Pontifex, nova jura condunt, novas promulgant ſententias. Te erroris arguunt, qui juſſiſti, me præſumptionis, qui conſenſi.*

IV. *In dignitatem reſtituitur.*

Subjunxit ſe non illis, qui exigunt quod non dederunt, baculum reſignare, ſed ei, qui dediſſet, *qui jam inductus in ipſam veritatem erroris vel ignorantiæ tenebras* evaſiſſet. Tandem miraculoſe reſtituitur, cum baculum Paſtoralem ſepulcro B. Eduardi infixiſſet; nullus enim præter eum a lapide evellere poterat. Weſmonaſterienſis hanc Sancti *Vvlſtani* reſtitutionem in annum MLXXIV. differt, & Baronius ibidem num. LXVI. de eadem verba facit. Bollandus ad diem XIX. Januarii Sancto Wulſtano ſacram, refert Vitam hujus Sancti ab Auctore Anonymo ſcriptam, & in Notis duo Concilia diſtinguit. Verum nulla ratio eſt, quæ Ailredum in hac narratione hallucinatum oſtendat, ideoque ab eo non recedendum. Wulſtanus, inquit Malmesburienſis, *qui non ita hebes in literis, ut putabatur, cætera ſciebat, præter fabulas Poetarum & tortiles ſyllogiſmos dialecticorum, quæ nec noſſet, nec noſſe dignaretur. Cæterum probe doctus poſſe ſermonem quamlibet elegantem extemporaliter facere, auditorum lachrymas, gaudia cœli, & pœnas inferni proponendo, artifex movere; perſuadere dicendo quod vellet, dum quadraret vita doctrina, nec aliter viveret, quam vivendo doceret.*

LITER & nominatim excipiatur. Aliqua ſunt a Chriſto Petro, ac Petri ſucceſſoribus peculiariter elargita, quæ nequaquam in alios derivantur Epiſcopos, de quibus primo Tomo dictum eſt. Extat ſynodale decretum de cauſæ totius per ſententiam facta definitione, quod recitatur a Vvillelmo verbis iſtis:

XI. Decretum ſynodale.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti milleſimo ſeptuageſimoſecundo, regni vero Vvillelmi glorioſi Regis Anglorum & Ducis Northmannorum ſexto, Pontificatus autem domini Alexandri Papæ * undecimo in præſentia Regis Epiſcoporum & Abbatum ventilata eſt cauſa de primatu, quem Lanfrancus Dorobernenſis Archiepiſcopus ſuper Eboracenſem Eccleſiam jure ſuæ Eccleſiæ proclamabat, & de ordinationibus quorumdam Epiſcoporum, de quibus ad quem ſpecialiter pertinerent, certum minime conſtabat. Et tamdem aliquando diverſis diverſarum cauſarum auctoritatibus probatum atque oſtenſum eſt, quod Eboracenſis Eccleſia Cantuarienſi Eccleſiæ debeat ſubjacere, ejuſque Archiepiſcopi, ut primatis totius Britanniæ diſpoſitionibus, in iis quæ ad Chriſtianam religionem pertinent, in omnibus obedire.*

(* XII.)

XII. *Subjectionem vero Dunelmenſis, hoc eſt Lindisfarnenſis Epiſcopi, & omnium regionum a terminis Licefeldenſis Epiſcopi, & Humbræ magni fluvii uſque ad extremos fines Scotiæ, & quidquid ex hac parte prædicti fluminis ad parochiam Eboracenſis Eccleſiæ jure competit, Cantuarienſis Metropolitanus Eboracenſi Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum obtinere conceſſit. Ita ut ſi Cantuarienſis Concilium cogere voluerit, ubicumque ei viſum fuerit, Eboracenſis Archiepiſcopus ſui præſentiam cum omnibus ſibi ſubjectis Epiſcopis ad nutum ejus exhibeat, ut ejus canonicis diſpoſitionibus obediens exiſtat.*

XIII. *Quod autem Eboracenſis Archiepiſcopus profeſſionem Archiepiſcopo Cantuarienſi facere etiam cum ſacramento debeat, Lanfrancus Dorobernenſis Archiepiſcopus ex antiqua anteceſſorum conſuetudine oſtendit; ſed ob amorem Regis, Thomæ Archiepiſcopo Eboracenſi ſacramentum relaxavit, ſcriptamque tantum profeſſionem recepit, non præjudicans ſucceſſoribus ſuis, qui ſacramentum cum profeſſione a ſucceſſoribus Thomæ exigere voluerint. Si Archiepiſcopus Cantuarienſis vitam finierit, Eboracenſis Archiepiſcopus Doroberniam veniet, & eum qui electus fuerit, cum cœteris præfatæ Eccleſiæ Epiſcopis, ut primatem proprium jure conſecravit. Quod ſi Archiepiſcopus Eboracenſis obierit, is qui ei ſucceſſurus eligitur, accepto a Rege Archiepiſcopatus dono, Cantuariam, vel ubi Cantuarienſi Archiepiſcopo viſum fuerit, accedet, & ad ipſo ordinationem canonico more ſuſcipiet.* Hæc apud (a) Vvillelmum de rebus in eodem Concilio geſtis ſub Alexandro Romano Pontifice, cujus aliæ apud eumdem auctorem litteræ extant ad Vvillelmum Anglorum Regem, de aliis cauſis Anglorum Epiſcopor. Lanfranco commiſſis. Porro idem decretum habetur deſcriptum inter ejuſdem Lanfranci epiſtolas, ubi in fine ipſius hæc addita leguntur: *Huic conſtitutioni conſenſerunt præfatus Rex & Archiepiſcopus Lanfrancus Cantuarienſis, Thomas Eboracenſis, Hubertus S. R. E. ſubdiaconus & cœteri, qui interfuerunt Epiſcopi & Abbates. Cauſa definita, Thomas Eboracenſis Archiepiſcopus profeſſionem hanc, quæ ſequitur, emiſit:*

(a) Vvillelm. Malmesb. de geſt. Pontif. Angl. lib. I.

XIV. *Decet Chriſtianum quemque Chriſtianis legibus ſubjacere, nec his, quæ a Patribus ſalubriter inſtituta ſunt, quibuslibet rationibus contraire. Hinc namque iræ; diſſenſiones, invidiæ, contentiones, cœteraque peocedunt, quæ amatores ſuos in pœnas æternas demergunt; & quanto quis altioris eſt ordinis, tanto impenſius divinis debet obtemperare præceptis. Propterea ego Thomas ordinatus jam Eboracenſis Eccleſiæ Metropolitanus Antiſtes, auditis, cognitiſque rationibus, abſolutam tibi, Lanfrance Dorobernenſis Archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus de canonica obedientia profeſſionem facio; & quidquid a te, vel ab eis juſte ac canonice injunctum mihi fuerit, ſervaturum me eſſe promitto.*

*De hac autem rem dum adhuc ordinandus eſſem, dubius fui ideoque tibi ſine conditione ſucceſſoribuſque tuis conditionaliter obtemperandum me eſſe promiſi.* Hucuſque profeſſio Thomæ Eboracenſis.

XV. Quid præterea in hoc Concilio contigerit de S. Wlſtano Wigornienſi Epiſcopo ſanctitate vitæ celebri, ſed qui morum ſimplicitate, & litterarum imperitia viſus ſit ſuo Metropolitano ad regimen Epiſcopatus haud ſatis idoneus, cauſam dicere juſſo, idem auctor ſic narrat: *Hic ſancta ſimplicitas beati Vulſtani Vvigornienſis Epiſcopi, immo magnanima in Deo confidentia laudanda, & plauſu excipienda eſt. Cum enim & de hac re & de parva ſcientia litterarum pulſatus, foras exiſſet, ut ſtrictiori conſilio reſponſum comeret ſuum, a tumultibus remoto animo: crede mihi, inquit, nondum cantavimus Horam ſextam. Cantemus ergo. Tunc quoque ſociis referentibus, ut prius propter quod venerant, expedirent, quod ſatis ſuperque ſufficeret cantibus tempus; Regem & proceres, ſi hæc audirent, riſui ſe haberi opinaturos: Prius (crede mihi) inquit, faciamus Dei ſervitium, & poſt agitabimus*



*mus hominum litigium. Hora igitur cantata, nulla excogitata falſi tergiverſatione, nullo commentato veri ſplendore, confeſtim aulam Concilii ingredi pergebat; ſuis eum retinere tentantibus perſuaderi non potuit. Quin potius timentibus cauſæ, pro certo noveritis, ait, me hic viſibiliter videre beatos Archiepiſcopos Dunſtanum Cantuarienſem, & Oſuvaldum Eboracenſem, qui hodie ſuis precibus me tuentes, falſiloquorum acumen hebetabunt. Ita data benedictione monacho minimæ facundiæ viro, ſed Northmannicæ linguæ ſciolo, rem perorans obtinuit, ut qui ſuæ diœceſis ante indignus putabatur regimine, ab Archiepiſcopo Eboracenſi ſuppliciter rogaretur, ut ſuas dignaretur, luſtrare partes, quo ipſe pro timore hoſtium, vel ſermonis ignorantia cavebat accedere.* Hæc ibi.

S. Vulſtanus præter ſpem cauſæ victor.

XVI. Peracta Synodo, Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de his in Synodo geſtis in cauſa Thomæ Eboracenſis Archiepiſcopi certiorem fecit Alexandrum Romanum Pontificem, his datis ad eum litteris:

*Domino totius Chriſtianæ religionis ſummo ſpeculatori Alexandro Papæ Lanfrancus, ſanctæ Doroborenſis Eccleſiæ Antiſtes, debitam cum omni ſervitute obedientiam.*

Lanfrancus Arch. Cantuar. ad Alex. Pap. de controverſia definita.

*Meminiſſe debet humiliter excellens excellenterque humilis beatitudo veſtra, quia quo tempore apud vos fuimus, Eboracenſis Eccleſiæ Antiſtes adverſum me palam murmuravit, clam detraxit in præſentia celſitudinis veſtræ calumniam ſuſcitavit, dicens, me injuſte velle agere, eo quod ſuper ſe, ſuamque Eccleſiam jure veſtræ Eccleſiæ primatum niterer obtinere. De quorumdam quoque ſubjectione Epiſcoporum, quos Eccleſiæ ſuæ conatus eſt aggregare, antiquam ſua querela non eſt veritus conſuetudinem temerare. Quibus de rebus vos, ſicut ſanctum prudentemque paſtorem decuit & oportuit per ſcriptum ſententiam promulgaſtis, quatenus conventus Anglicæ terræ Epiſcoporum Abbatum cæterarumque religioſi ordinis perſonarum, utriuſque partis rationes audiret, diſcuteret, definiret. Factumque eſt ita. Convenerunt enim ad regalem curiam apud Vventanam civitatem in Paſchali ſolemnitate, Epiſcopi, Abbates, cœterique ex ſacro, ac laicali ordine, quos fide, actione morumque probitate par fuerat conveniſſe, in primis adunati ſunt a nobis ex veſtra auctoritate per ſanctam obedientiam.*

XVII. *Deinde regia poteſtas per ſemetipſam conteſtata eſt eos per fidem, & ſacramentum, quibus ſibi collitigati erant quatenus hanc cauſam intentiſſime audirent, auditam ad certum, rectumque finem ſine partium favore perducerent. Utrumque omnes concorditer ſuſceperunt; ſeſeque ita factores, ſub præfata obligatione ſpoponderunt. Allata eſt igitur Eccleſiaſtica gentis Anglorum hiſtoria, quam Eboracenſis Eccleſiæ presbyter & Anglorum Doctor Beda compoſuit. Lectæ ſententiæ, quibus pace omnium demonſtratam eſt, a tempore beati Auguſtini, primi Dorobernenſis Epiſcopi uſque ad ipſius Bedæ ultimam ſenectutem, quod fere centum & quadraginta annorum ſpacio terminatur, anteceſſores meos ſuper Eboracenſem Eccleſiam, totamque inſulam, quam Britanniam vocant, necnon & Hiberniam primatum geſſiſſe, curam paſtoralem omnibus impendiſſe, in ipſa Eboracenſi urbe perſæpe, lociſque finitimis, ubi eis viſum fuit, Epiſcopales ordinationes, atque Concilia celebraſſe, Eboracenſes Antiſtites ad ipſa Concilia vocaſſe, & cum res popoſciſſet, de ſuis eos actibus rationem reddere compuliſſe. Epiſcopos quoque quorum ſubjectionem in quæſtionem abduxerat, infra illud centum & quadraginta annorum ſpacium, per Dorobernenſes Archiepiſcopos fuiſſe ſacratos, ad Concilia vocatos. Quoſdam quoque, exigentibus culpis, ab eis cum Roman. Sedis auctoritate depoſitos: multaque in hunc modum, quæ epiſtolaris modeſtia per ſingula explicare non poteſt. Diverſa ad legendum porrecta Concilia, quæ diverſis temporibus diverſis de cauſis a meis ſunt anteceſſoribus celebrata. Quæ tametſi non eamdem ſuæ inſtitutionis habuere materiam, eamdem tamen de primatu, & ſubjectionibus Epiſcopor. tenuere ſententiam. Recitatæ eorumdem, de quibus quæſtio verſabatur, Epiſcoporum ante prædeceſſores meos factæ electiones, & per eos ordinationes, quæ Dorobernenſi Eccleſiæ de ſua obedentia ſcriptas reliquerunt profeſſiones. Urbs namque, quæ nunc Cantuerbia nominatur, antiquis temporibus ab ipſius terræ incolis Dorobernia vocabatur.*

XVIII. *Acceſſerunt omnium teſtimonia, qui omnia, quæ ſcripta ſonuerunt, ſe ſuis quiſque temporibus vidiſſe, & audiſſe conſtantiſſime affirmaverunt. Nec defuerunt Geſta, quibus reſeratum eſt, cum Anglia per plures regulas eſſet diviſa, Nordanhumbrorum Regem, ubi ſua eſt civitas Eboraca, accepto pretio cuidam ſimoniaco Epiſcopatum vendidiſſe, pro qua culpa a Dorobernenſi Archiepiſcopo ad Concilium vocatum fuiſſe, nolentemque venire pro ſua inobedientia excommunicationis ſententiam pertuliſſe. Cujus communionis atque conſortii omnis illarum partium Eccleſia tamdiu abſtinuit, quoad uſque Concilio ſe ipſum exhibuit, culpam dixit, quod male geſtum eſt, correxit, de reliquo emandatarum ſe fore ſpopondit. Quæ res non mediocre tulit indicium, anteceſſores meos ſuper ipſam terram, illamque Eccleſiam habuiſſe primatum.*

Ul-

XIX. *Ultimum quaſi robur, totiuſque cauſæ firmamentum, prolata ſunt anteceſſorum veſtrorum Gregorii, Bonifacii, Honorii, Vitaliani, Sergii, item Gregorii, item ultimi Leonis privilegia atque ſcripta, quæ Dorobernenſis Eccleſiæ Præſulibus. Anglorumque Regibus, aliis atque aliis temporibus, variis de cauſis ſunt data, aut tranſmiſſa. Reliqua enim reliquorum, tam authentica, quam eorum exemplaria in ea combuſtione, atque abolitione, quam Eccleſia noſtra ante quadriennium perpeſſa eſt, penitus ſunt abſumpta. His atque aliis, quæ particulatim breviterque explicari non poſſunt, ex parte noſtræ Eccleſiæ: * in cauſa primatis, contra tantam tantarum auctoritatem evidentiam pauciſſimas contradictiones oppoſuit; epiſtolam illam præcipue ferens in medium qua beatus Gregorius Londonienſem, atque Eboracenſem Eccleſiam pares eſſe, nec alteram alteri ſubjacere inſtituit. Quam ſcripturam cum in rem nihil facere concordi ſententia cuncti protinus definiſſent, pro eo quod nec ego Londonienſis Epiſcopus eſſem, nec de Londonienſi Eccleſia eſſet quæſtio inſtituta: vertit ſe ad alia egena & infirma argumenta, quæ poſt paucam moram, Chriſto revelante, paucis ſunt objectionibus abolita. Quem cum Rex dulci paternaque reprehenſione argueret, quod contra tantam argumentorum copiam tam inops rationum venire præſumpſiſſet: Reſpondit ſe antea ignoraſſe Dorobernenſem Eccleſiam tot, tantiſque auctoritatibus, tamque perſpicuis rationibus eſſe munitam. Verſus itaque ad preces eſt. Rogavit enim Regem, ut me rogaret, quatenus omnem mentis rancorem adverſus eum pro hac cauſa conceptum omitterem, pacem diligerem, concordiam facerem; aliqua quæ mei eſſent juris, ſtudio ei charitatis concederem: Cui petitioni ego libenter & cum gratiarum actione aſſenſum præbui, quia miſerante Deo, non ego, ſed ille priſcæ conſuetudinis violator cauſa erat iſtius ſcandali.*

* recitatis.

XX. *Facta eſt igitur communi omnium aſtipulatione de hac re quædam ſcriptura, cujus exemplaria per principales Anglorum Eccleſias diſtributa, futuris ſemper temporibus teſtimonium ferant, ad quem finem cauſa iſta fuerit perducta. Cujus exemplar vobis quoque, quibus ſanctam totius mundi Eccleſiam conſtat eſſe commiſſam, tranſmittendum curavi; ut ex hoc atque aliis, quæ tranſmiſſa ſunt, perſpicue cognoſcatis, ex more anteceſſorum quid mihi, Chriſtique Eccleſiæ, quam regendam ſuſcepi, concedere debeatis. Quod peto honeſte, & ſine dilatione per indultum Sedis Apoſtolicæ privilegium fieri, quatenus ex hoc quoque quantum me diligatis, evidenter poſſit oſtendi.*

XXI. *De me autem revera æſtimate, quod de fideli ac ſervo beati Petri ac veſtro ſanctæque Eccleſiæ Romanæ. Numquam enim res quælibet de arca mei pectoris eiicere quavis occaſione poterit inauditam illam humanitatem, quam mihi extremo hominum tantis indigno honoribus Romæ exhibuiſtis: Quodque duo pallia, unum de altari ex more, alterum quo Sanctitas veſtra Miſſas celebrare conſueverat, ad oſtendendam circa me benevolentiam veſtram mihi impendiſtis. Illud quoque, quod omnibus, quorum mediator extiti, quidquid juſte ac ſalubriter petierunt, me interveniente protinus conceſſiſtis. Ut taceam alia plura, quæ in hac parte ab his minime diſcrepant, quæque mihi memoriam veſtri nominis, ſi quid boni facio, dulciter repræſentant. Epiſtolam, quam * Beringerio ſchiſmatico, dum adhuc Cadomenſi cœnobio præeſſem, tranſmiſi, paternitati veſtræ, ſicut præcepiſtis, tranſmittere curavi. Omnipotens Dominus vitam veſtram ad honorem ſanctæ Eccleſiæ veſtris diſpoſitionibus divinitus commiſſæ in tempore prolixam faciat; quatenus poſt tempus, quæ ſine tempore ſunt, prolixa æternitatis ſpacia vobis concedat.* His adjecit litteras breviores ad Hildebrandum Archidiaconum Cardinalem eodem argumento conſcriptas & quidem officii plenas, quæ ſic ſe habent:

* idem quod Berengario.

XXII. Lanfranci epiſt. ad Hildebrand. Archid. Card.

*Domino ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Archidiacono Hildebrando Lanfrancus ſuus ſanctis principiis ſanctum conjungere finem.*

*Explicare litteris mens mea non poteſt, quanta dilectione veſtræ ſinceritati connectitur, quantaque dulcedine gratiarum veſtrarum, quas mihi tam præſenti, quam abſenti benignitas veſtra ſemper exhibuit, indeſinenter reminiſcitur. Propterea ſi, donante Deo, in quibuſlibet rerum generibus aliquid boni facio, ſalutem veſtram tam temporalem, quam tempore carentem tradere oblivioni non valeo. Et hoc oro omnipotentem Deum, quatenus vitam veſtram ad honorem & firmamentum ſanctæ Eccleſiæ ſuæ prolixam in hoc ſæculo faciat; incontaminatum ab omni peccati contagione cuſtodiat, & in futuro centuplicatis operibus veſtris vitam vobis permanentem copioſus remunerator retribuat. Porro calumnia, quam Eboracenſis Eccleſiæ Antiſtes adverſum me movit de primatu & ſubjectione quorumdam Epiſcoporum, ſecundam præceptum Apoſtolicæ Sedis audita & determinata eſt. Cujus negocii geſtionem breviter ex ordine ſcriptam domino noſtro Papæ tranſmiſi, quam volo & rogo a vobis competenti diligentia legi, quatenus charitas veſtra certiſſimum teneat, quid mihi, Eccleſiæque meæ Sedes Apoſtolica confirmando concedere, & concedendo confirmare per privilegium debeat.* Hactenus Lanfrancus ad Hildebrandum. Hoc



XXIII. Hoc eodem anno idem Alexander Papa miſit pallium ad Liemarum Bremenſem, ſive Hamburgenſem Archiepiſcopum, ſubrogatum in locum Adalberti, qui hoc eodem anno ex hac vita migravit xvii. Kal. Aprilis, ut Adam teſtatur ejuſdem Eccleſiæ canonicus, qui ad hoc uſque tempus ſuam perduxit hiſtoriam, quam eidem Liemaro dicavit. At de eodem Liemaro dicendum ſæpe inferius, quippe quod eum penitus inhærentem Henrico Regi adverſus Romanum Pontificem paſſa ſit Romana Eccleſia perduellem, & experta pugnaciſſimum adverſarium, longe ab anteceſſoribus ſuis degenerem.

Hic ad finem vitæ ipſius Alexandri Papæ ſubiicienda eſt ejuſdem Pontificis epiſtola decretalis, quam, quoniam quoto anno ſui Pontificatus data ſit, non appareat, hic in fine ejus vitæ ex more deſcribimus:

*Alexander ſecundus Landulpho in Corſica.*

XXIV. *Notificaſti te morte tenus infirmatum eſſe, te peccatorum tuorum recordatione, & terrore valde pavefactum, anxie quæſiſſe monachum fieri, & a tua uxore minis & terroribus eam occidendi, ad hæc licentiam extorſiſſe, & ſic te monachicam veſtem ſine Abbate ſumpſiſſe, & monaſterium petiße. Poſtea vero cum ſanus factus eſſes, tuæ uxoris reclamationibus & ejulationibus & planctibus, tuæque familiæ diſperſionibus, utpote penitus devictus, domum remeaſſe, & poſt multos dies quorumdam ſapientum conſilio, ad jam dictæ mulieris cubile rediiße diceris. Nunc autem, ſi tua uxore uti liceat, noſtrum requiris conſilium: ſi ita denique eſt, ut tuus nuntius narrat, non videtur nobis rationabiliter, neque ſana mente id factum. Quoniam cum omni homini ad monachicam vitam tendenti legaliter & juſte ſit peragendum; tu contra leges minaciter & violenter a tua uxore partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus examinatus, devia ſecutus, nulla, ut dicitur, licentia accepta receſſiſti, & monaſteria petiſti. Non enim violentia, ſed ex pari voluntate, ſicut ſancti Patres dicunt, hæc fieri debet. Neque vir in monaſterio recipiendus eſt, niſi uxor illius femineum monaſterium elegerit, aut profeſſa continentiam, habitum cum feſtinatione mutaverit. Sanctus enim Baſilius Epiſcopus de hac re taliter dicit: Si quis conjugatus vult converti ad monaſterium, non eſt recipiendus, niſi prius a conjuge caſtimoniam profitente fuerit abſolutus. Nam ſi illa illo vivente alteri per incontinentiam nupſerit, proculdubio adultera erit, nec recipitur apud Dominum ejuſmodi viri converſio, quam ſequitur conjugalis fœderis proſtitutio. Tales igitur tunc ſine culpa relicto ſæculo*

PAGIUS V. *Hamburgum devaſtatur.*

Ad num. XXIII. *Adalbertus* Bremenſis Arceiepiſcopus, qui ante aliquot annos de Henrici Regis Palatio ejectus fuerat, *ſolus nunc Rege fruebatur, receptus non modo in gratiam & familiaritatem; ſed pene in regni conſortium.* inquit Lambertus hoc anno in Chronico, qui addit, eum *XVI. Kalend. Aprilis* nature debitum ſolviſſe. Adamus quidem lib. 4. cap. 31. qui uſque ad mortem Adelberti Hiſtoriam ſuam perduxit, ait, eum vita migraſſe *XVII. Kal. Apr.* ſed is ad diem ejus mortis, Lambertus ad diem ejus ſepulturæ reſpexit, quod in Auctoribus legendis millies occurret. *Omnia,* inquit Adamus, *mortem portendebant Epiſcopi. Nam & Hammaburg eodem anno, quo Metropolitanus deceſſit, incenſa & bis vaſtata eſt. Pagani victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in ſua ditione, bellatoribuſque occiſis, aut in captivitatem ductis, provincia in ſolitudinem redacta eſt, ut diceres in fine boni Paſtoris etiam pacem terris ablatam.* Hæc Hamburgi vaſtatio honoris & tituli Archiepiſcopalis transferendi cauſam præbuit. Etenim a *Sancti Anſcharii* temporibus uſque ad *Liemarum* poſt Adalberti mortem ab Henrico Rege Archiepiſcopum creatum, ut habet idem Adamus cap. penultimo libri de ſitu & natura Regionum Septentrionalium, annos circiter ducentos & quadraginta urbs Hamburgenſis ſola omnium Septentrionalium Regionum Metropolis habita fuit. *Albertum* quippe Pontifices Romani ſemper *Hamburgenſem*, nunquam vero *Bremenſem* Archiepiſcopum vocant. Verum poſt duplicem illam, & omnium graviſſimam vaſtationem, quæ hoc anno contigit, urbs plane ad nihilum redacta, exindeque primum, quaſi jam illi toties & tam vehementer deſolatæ colligendi ſe ex tanta miſeria ſpes nulla ſupereſſet, *Brema* Archiepiſcopalis tituli uſum arripuit, ut videre eſt apud Kranzium in Metropoli cap. 18. & fuſius apud Lambecium in Orig. Hamburg. pag. 68. & ſeqq. [1]

Ad

NOTÆ [1] QUanquam non nego Lietmarum qui anno iſto archiepiſcopus renunciatus fuit Bremenſis archiepiſcopi titulum prætuliſſe; falli tamen conſtat Pagium dum hoc primum anno Bremam archiepiſcopalem illum titulum obtinuiſſe cenſet. Cum enim Hamburgum non ſemel barbari vaſtarint; quoties archiepiſcopi in tuto ſe Bremam receperunt, toties Bremenſes ſeſe archiepiſcopos nuncuparunt. In Spicilegio enim Lunigii non una legitur Charta Adalberti I. in qua ipſe ſe archiepiſcopi Bremenſis titulo diſtinguit. Extant in Additionibus ejuſdem voluminis ubi de Hamburgenſibus num. XXXI. Adalbertus iſte anno 1046. cæpit. Quemadmodum vero ante Lietmarum interdum Hamburgenſis archiepiſcopi titulum Bremenſis ſumpſerunt; ita & poſt Lietmarum non ſemel Hamburgenſis archiepiſcopi titulus reſumptus fuit. Ita Innocentius II. in bulla ſua legenda ibid. num. LIII. Adalberonem Hamburgenſem archiepiſcopum nuncupat. MANSI

*culo ſequuntur Chriſtum, ſi habeant ex pari voluntate caſtitatis conſenſum. Itaque filii chariſſime, perpende & vide, ſi ſic canonice a tua es ſolutus uxore, & tua uxor ita pollicita eſt, & tu & illa adimplete bonum incœptum, & votum veſtrum; aliter enim non debemus vobis neceſſitatem ſeparationis imponere.* Hactenus Alexander.

XXV. Hoc eodem anno defuncto Henrico Archiepiſcopo Ravennate, idem Alexander Papa legationem decernit Petro Damiani ad ejuſdem Eccleſiæ Ravennatis componenda diſſidia, quo perfunctus egregie munere, idem Petrus reverſurus ad ſuos Faventiæ diem clauſit extremum.

De tempore obitus Petri Dam. Hoc namque anno Redemptoris milleſimo ſeptuageſimoſecundo eſſe defunctum ex Actis ejus vitæ colligitur, & alii etiam atteſtantur. At hæc de tempore obitus ejus pro monſtro videri poſſunt iis, qui eum defunctum ponunt anno milleſimooctogeſimo. Sed veritatis hujus graviſſimos habeo aſſertores, omneſque temporis ejuſdem Petri Scriptores, atque in primis, qui totidem id teſtatur verbis Bertoldus Conſtantienſis. Hic enim in Auctario ad Hermannum Contractum hæc habet: *Anno milleſimo ſeptuageſimoſecundo Petrus Damiani piæ memoriæ Cardinalis Epiſcopus, jam dudum mundo crucifixus, migravit ad Dominum, octavo Kalendas Martii, cui dominus * Geroldus revera monachus ſcientia Scripturarum inſignis, & moribus ſuo prædeceſſori non impar, in Epiſcopatu ſucceſſit.* Hæc ipſe, ſui temporis (ut diximus) res geſtas conſcribens. Iſta confirmat Gregorius Papa Septimus ſuis litteris, datis anno ſequenti ad ſucceſſorem ipſum Petri Damiani Geroldum, ſive Giraldum Oſtienſem Epiſcopum, pridie Kalendas Maii poſt dies octo ab ipſius Gregorii creatione: ut jam appareat, ipſum Petrum eſſe defunctum atque poſt obitum eumdem ſucceſſorem habuiſſe, quem vivens, licet diu multumque petiiſſet, conſequi numquam potuit. Accedit ad iſta, quod Joannes monachus ejuſdem Petri diſcipulus in fine ejuſdem Petri Damiani vitæ, quam ſcripſit, manifeſte teſtatur, ipſum tunc obiiſſe, cum defuncto Archie-

* Giraldus.

PAGIUS VI. Moritur B. Petrus Damiani. Ad num. XXV. & ſeqq. *Petrus Damiani* ultimis vitæ ſuæ annis multa præclara egit, ex quibus aliqua cap. 8. & ſeq. Vitæ a Sancto Joanne Laudenſi illius diſcipulo ſcripta narrantur. Magnum circa annum MLXIII. conflatum eſt in Eccleſia Florentina ſchiſma, diſſidentibus ab Epiſcopo Monachis, inter quos primum locum tenuit *Sanctus Joannes Gualbertus* Ordinis Vallis Umbroſæ in Hetruria fundator, ut ſuo loco diximus. Tunc Florentiam Beatus Petrus ab Alexandro II. miſſus; hoc vero anno idem ſervus Dei, licet *jam ætate confectus*, juſſu ejuſdem Pontificis *Ravennam proficiſci præcipitur* ad ejuſdem Eccleſiæ Ravennatenſis componenda diſſidia. *Iſtis vero, aliiſque nonnullis negotiis patratis, cum prima manſione Faventiam tenuiſſet, febre correptus decubuit*, ac *die anniverſaria cathedræ Sancti Petri ſpiritum Deo reddidit*, & quidem hoc anno, ut ex Bertoldo Conſtantienſi in Chronico narrat Baronius, qui num. XXXIV. aſſerit *B. Petrum mortuum eſſe anno ætatis LXVI. utpote quod ipſe ſe natum teſtetur in Epiſtola ad Senatum, poſt annos quinque ab Ottonis III. Imp. obitu, nempe anno Domini MVI. nam eumdem Imperatorem exordio anni ſecundi poſt milleſimum obiiſſe ſuperius eſt demonſtratum.* Verum, inquit Henſchenius in Comment. prævio ad Vitam B. Petri Damiani Sec. VI. hæc Epiſtola ad Senatum nuſquam in accurata Operum & Epiſtolarum editione Petri Damiani reperitur, ideoque licet certum ſit, eum ad ſenectutem perveniſſe, cum in Epiſtola ad Alexandrum II. electum data, ideoque ſub finem anni MLXI. deſcribat ſuam ſenectutem, dicatque *caput, quod canis hactenus ſpargebatur, cygneo jam albore niveſcere*, quo ætatis anno obierit incertum. Ughellus ad Ciaconium ait, Faventinos anno MDXII. voto ſolemni B. Petrum in Patronum aſſumſiſſe. Unde B. Petro cognomen *Damiani* acceſſerit, variant Auctores, aliis eum Damiani filium appellantibus, aliis eum a nomine fratris Damiani illud ſibi vocabulum aſſumſiſſe ſcribentibus. Petrus tamen Damianus appellatur a Leone Oſtienſi, & Auctore antiquo miraculorum Sancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, aliiſque ab Henſchenio §. 3. laudatis. [1]

*An-*

NOTÆ [1] S. PEtro Damiani fatris functo ſubſtitutus fuit in epiſcopatu Oſtienſi Geraldus, qui ſtatim in Galliam legatus miſſus concilia plura hoc vel forte etiam ſequenti anno celebravit. Primo igitur in collectione Veneta Labbeana tom. XII. ex Anecdotis Martenii relatum eſt concilium Cabilonenſe ab eodem Geraldo habitum, cui adfuerunt archiepiſcopi tres, epiſc. quinque cum abbatibus & aliis quibuſdam. In eo ventilata fuit cauſa quædam jurium inter Eccleſiam Romanenſem & epiſcopum Valentinienſem. Charta unde hæc eruuntur inſcribitur: *VI. Nonas Martii Luna XIX. anno Dominicæ Incarnationis MLXXII. Indict. X.* Ibi pariter attexitur alia charta, ubi de controverſia alia pro eadem Eccleſia Romanenſi, & meminitur Synodi apud Clarum montem, præſide eodem Geraldo celebrata. Denique apud Baluzium Miſcellan. lib. II. p. 67. extat charta de concordia Eccleſiæ S. Clementis Cerdonenſis facta in Synodo, Carnotenſi anno MLXXII. cui tamen Synodo ex Epiſcopis unus Geraldus cum Arraldo Epiſcopo Carnotenſi interfuiſſe legitur. Verum in eadem Charta ſermo eſt de alia Synodo Pariſiis habita eodem, ut arbitror anno, quam Synodum ex compluribus Epiſcopis conſtitiſſe ex Epiſtola congregationis S. Albini Andegavenſis ad P. Papæ nepotem relatam in Anecdotis Martenii tom. I. col. 201. diſcimus. Harum Synodorum Pariſienſis & Carnotenſis Mentio in Collectionibus deſideratur. MANSI.



chiepiſcopo Ravennate ſchiſmatico (hic erat Henricus) a Romano Pontifice miſſus eſt idem Petrus Damiani Ravennam ad conciliandam illam Eccleſiam Apoſtolicæ Sedi, & abſolvendos omnes, qui cum eodem Patriarcha ſchiſmatico communicaſſent: quo facto, cum reverſurus ad ſuos Faventiam perveniſſet, illicque octo diebus morbo laboraſſet, die Cathedræ ſancti Petri reddidit Deo ſpiritum.

XXVI. Porro ante ſequentem annum obiiſſe eumdem Archiepiſcopum, ex eo liquido conſtat, quod Gregorius Septimus, qui ſequenti anno ſedere cœpit, reperitur ſcripſiſſe litteras ad ejus ſucceſſorem Guibertum, ſexto kalendas Maii, die quarto poſt ſuam ipſius Gregorii creationem; adeo ut affirmare neceſſe ſit, ante tempus illud jam prædeceſſorem Guiberti Ravennatem Archiepiſcopum Henricum ex hac vita ſublatum fuiſſe. Quod & confirmant ipſa Acta Alexandri Papæ, quibus ſignificatur, ante ipſius Alexandri obitum, ipſum ſucceſſorem Henrici ad eam Eccleſiam fuiſſe promotum. Sunt enim iſta in illis conſcripta: *Defuncto Ravennate Archiepiſcopo, Guibertus Cancellarius per interventum Imperatoris electus eſt in ipſa Eccleſia: & poſtmodum ab Alexandro Papa, licet immerito, inſtantibus precibus, conſecrationem obtinuit. Cui priuſquam conſecrationis manus imponeret, prophetico ſpritu repletus idem Pontifex ſic quidem fertur dixiſſe:* Ego quidem delibor, *& tempus reſolutionis meæ inſtat; tu vero hujus ſacroſanctæ Eccleſiæ acerbam ſenties ultionem.* Hæc ibi. Ubi etiam aſſeritur, paulo poſt eundem Alexandrum Pont. eſſe defunctum. Sicut ante Alexandrum Papam prædeceſſorem Guiberti Henricum appareat obiiſſe diem, & vivente adhuc Alexandro eidem fuiſſe ſubrogatum Guibertum: ex quibus fateri neceſſe ſit, Petrum Damiani eodem tempore, ante electionem Guiberti, ſicque hoc ipſo anno ex hac luce ad paradiſi gloriam tranſiſſe.

Qui vero aſſeruerunt, eumdem Petrum Damiani ad annum Redemptoris milleſimum octogeſimum perveniſſe; ex eo decepti ſunt, quod Joannes idem ſcriptor vitæ ipſius Petri poſt finem ipſius, ſubiicit ejuſmodi appendicem: *Anno milleſimo octogeſimo Incarnationis Domini, menſe Auguſto, Indictione quarta, poſt deceſſum ſupradicti domni Petri Damiani, erat quidam monachus, qui Abbas olim extitit venerabilis monaſterii ſancti Gregorii in Ariminenſi territorio, &c.* Narrat quod contigit tunc temporis miraculum in ſepulcro ejuſdem Petri Damiani, ut plane ſignificetur tempus ſuperius annotatum non pertinere ad obitus XXVII.



Pe-

PAGIUS VII. Synodus Rothomagenſis. *Anno ab Incarnat. Domini MLXXII. congregatum eſt Concilium in Metropolitana Rotomagenſis urbis ſede, in Baſilica beatæ & glorioſæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, cui Joannes ejuſdem urbis Archiepiſcopus præerat.* Synodo Suffraganei ejus interfuere, inquit Ordericus lib. 4. pag. 527. qui poſtea recitat Canones viginti quatuor in eo Concilio conditos, Tom. IX. Concil. legendos.

VIII. Atho Herlembaldi Ducis opera eligitur Archiepiſc. Mediolan. Arnulphus lib. 3. cap. 21. apud Puricellum in Vita Sancti Herlembaldi cap. 32. relato Guidonis Archiepiſcopi Mediolanenſis obitu, quæ hoc anno Mediolani contigere, hoc modo narrat: *Ab illo die* (mortis ſcilicet Guidonis) *Herlembaldus omni inſtat conamine, modo cum Clero, modo cum populo, de eligendo agens Epiſcopo, nova a Romanis accepta licentia, ſpreta vero Regum veteri providentia. Verumtamen major civitatis portio ex Clero ac ſapienti populo, priſcæ conſuetudini & Regio intendebat honori. Ipſe autem neglectis omnibus & juramento communi ſolum Romani illius Ildeprandi auſcultabat conſultum. Itaque dies illa appropinquabat, quam ad hoc agendum ipſe providerat, ſancta ſcilicet Theophaniæ ſolemnitas, ſtudet ergo ſollicite præſentes vocare abſentes, clericos ac laicos, Abbates & Monachos, amicam ſibi omittens agreſtium turbam. Cumque dies inſtaret feſtus, factus multorum in Eccleſia hyemalis conventus* (hoc nempe anno) *illis tamen abſentibus cum quibus iſtam ſe facturum electionem juraverat. Celebratis itaque miſſarum ſolemniis, primo concionatus ad libitum, ac multa de iſto Paſtore commemorans, aſtante quodam Bernardo Legato Romano, elegit Athonem adhuc tantummodo Clericum ac teneræ ætate juvenculum invito Clero & multis ex populo adeo ut ſtomachati redirent ab Eccleſia præ dolore. Altare ſacroſanctum viſum eſt concuti tunc ac ſummoveri de loco, dum nimia plebis undique comprimeretur inſtantia.* Bernardus ille Legatus Gallus erat natione, Monachus & Abbas Sancti Victoris in urbe Maſſilienſi, ab Alexandro II. Cardinalis creatus, cujus tam Onuphrius quam Ciaconius mentionem faciunt, ut advertit Puricellus.

Quod vero Arnulphus narrat de *Athonis* juventute, intelligendum reſpectu *Gothefridi* adverſarii ejus, eo longe ætate provectioris, ut recte vidit Puricellus, qui reprehendit Triſtanum Chalcum loquendi modum ab Antiquis uſurpatum non callentem, ſicut hodie reperiuntur, qui capere non poſſunt Sanctum Hieronymum, hominem triginta aut triginta tribus annis natum, puerum & infantem vocare. Chalcus, inquam, cum hæc Arnulphi verba, *adhuc tantummodo Clericum teneræ ætate juvenculum*, legiſſet interpretatus eſt *adoleſcentulum, tunc primo attonſum, & qui nondum per ætatem muneris capax erat.* Eum ſequitur Ripamontius in Hiſt. Eccleſiæ Mediolanenſis, qui pag. 652. *Athonem* vocat ex Ambroſiano Clero *nondum pubertatis annos egreſſum*, indeque uterque concludit, ea tantum de cauſa Mediolanenſes ſuos Athonem non admiſiſſe, quod adhuc infans eſſet, neque attigiſſet ætatem ad Sacerdotium & Epiſcopatum requiſitam; ſed eorum interpretationi Arnulphus non favet, qui clare aſſerit, Mediolanenſes hanc electionem rejeciſſe, quod Imperatoris juribus adverſaretur: *Verum tamen major civitatis portio ex clero ac ſapienti populo priſcæ conſuetudini & Regio intendebat honori.* Quare Sigonius lib. IX. de Reg. Ital. qui vix a Chalco diſcedere ſolet, IX. Atho dicitur juvenis licet ætate maturus.

Petri tempus, quod jam certum ex obitu Archiepiſcopi Ravennatis reliquerat conſignatum, ſed ad ejus miraculi certum annum inſinuandum, quo gravi errore lapſi exiſtimarunt aliqui poſitum eum annorum numerum ad demonſtrandum tempus obitus Petri.

XXVIII. Præterea ſi omnia iſta deeſſent, alia etiam forti ratione confutari poſſent, qui ad illum uſque annum Petrum Damiani perveniſſe ſcripſerunt. Nam quo pacto fieri potuit, ſi tempore acerbiſſimæ Eccleſiæ perſecutionis, quæ ſub Pontificatu Gregorii VII. viguit, idem Petrus vixit; tot illo prolixo ſatis tempore ut ſiluerit vox ille clamantis in deſerto, ut nullum penitus ſcriptorum monimentum ejuſdem inveniatur elucubratum, nullæ datæ litteræ, vel ad ipſum ſcriptæ, ſicut ad alios plurimos ſub ipſo Gregorio Papa, nec uſquam de illo mentio, cum præſertim tanti viri ea tempeſtate vel nomen ipſum magni potuiſſet adverſus hoſtes Eccleſiæ eſſe adjumenti? cum tamen nulla penitus reliqua ſit memoria, quod aliquid geſſerit, vel ſcripſerit toto illo tempore Gregorii Papæ Septimi. Quamobrem ex his quæ dicta ſunt, ſatis appareat, ipſum jam Alexandro Papa ſuperſtite, eſſe defunctum.

XXIX. Quod vero in bibliotheca Margarini, in editis epiſtolis quibuſdam ejuſdem Petri Damiani ita legatur epiſtola data ad Gregorium Septimum ſub nomine Hildebrandi hac inſcriptione: *Dilectiſſimo Sedis Apoſtolicæ electo, & virgæ Aſſur Hildebrando.* Quibus ſatis apparere poſſit, eumdem Petrum Damiani non obiiſſe diem ſub Alexandro, ſed perveniſſe ad Gregorium Septimum ejus ſucceſſorem, ſcito ibi eſſe mendum inſigne, reſtituendamque eſſe veterem & germanam lectionem ex codice bibliothecæ baſilicæ ſancti Petri in Vaticano, & codicibus aliis in hunc modum:

*Dilectiſſimis Sedis Apoſtolicæ electo A. & virgæ Aßur Hildebrando.* Ut epiſtola non ad unum, ſed ad duos data ſit, nempe ad electum Pontificem Alexandrum, & ad ejus Archidiaconum Hildebrandum, ſicut aliæ eodem titulo ejuſdem Petri inſcriptæ habentur datæ ad ambos ſimul epiſtolæ, ut ſuperius ſuo loco dictum eſt, cum de his plurimus egimus: quæ couſulas, ne eadem repetere hic cogamur. Sic igitur, tum ex Bertoldo hujus temporis ſcriptore, tum ex Joanne ejuſdem Petri diſcipulo, tum etiam ex aliis aſſertis rationibus, omni ex parte hic demonſtratum relinquimus, hoc anno eumdem Petrum Damiani eſſe defunctum. Hæc de tempore obitus.

Jam vero de his quæ illum præceſſerunt, ut de noviſſima legatione, qua hoc anno bene perfunctus eſt, agamus. De qua habet iſta Joannes ejus diſcipulus in vita ipſius: XXX.

Ultima Petri Damian. Legatio. *Dum pius igitur Chriſti ſacerdos hujuſcemodi lucrandarum animarum ſtudiis inſtanter inhæreret, vitæque præſentis labor extremæ jam pene lineæ oram teneret: juſſu Alexandri Secundi Romani Pontificis Ravennam patriam ſuam proficiſci præcipitur, rem valde neceſſariam ſaluti totius urbis, Cleri & populi peracturus. Erat quippe tunc temporis defunctus ejuſdem urbis Archiepiſcopus, qui pro ſua protervia, ſententia Romanæ Synodi olim fuerat communione privatus. Qui tamen nimia temeritate, neque ob illatam ſibi ſententiam tremefactus, ab Archiepiſcopali ſe temperavit officio, conſentaneum ſibi populum ſua contagione miſere fœdavit, totamque Eccleſiam illicitis auſibus profanavit. Tandem vero de medio profanatore ſublato, præfatus Apoſtolicus tam numeroſi populi exitiale contagium paternis viſceribus miſeratus; tantum patrem, qui auctoritate Apoſtolica eumdem reconciliando abſolveret, illo delegare decrevit: neminem ſcilicet ad hoc opus gerendum digniorem vel aptiorem exiſtimans, eo quod is non modica exiſteret auctoritate ſubnixus, ac per regenerationis gratiam ejuſdem eßet Eccleſiæ filius ipſiuſque etiam hortatu idem ſæpenumero ad hanc clementiam provocatus. Quam utique legationem ille licet jam ætate confectus, ut ſtrenuus filius maternis beneficiis non ingratus, optato ſuſcepit. Nam gratulabatur, ſe tamdem reperiſſe aliquid ad ſui debitum obſequii, quod piæ poſſet perſolvere matri.*

XXXI. Petrus Damian. abſolvit Ravennates. *Quo cum, Domino ſuffragante, proſpero perveniſſet itinere, manu civium ſuſceptus ingenti cum lætitia, ſui cauſam patefecit acceſſus: ſuper quo cives illi non modice jucundati, immenſas Deo, qui eos reſpexerat, Chriſtique Vicario, qui hunc talem tantumque virum ad ſe direxerat, gratias referentes, prævaricationis ſuæ pœnitentiam humiliter egerunt; unde & reatus veniam, quam ſuppliciter poſtulabant, atque abſolutionem lex Apoſtolicæ auctoritatis munere gratulabundi percipere, meruere. Abſoluti itaque ab excommunicationis illius vinculo, cunctæque Eccleſiæ dono gratiæ, maternæ Eccleſiæ conceſſo, tota urbe immanis effecta eſt exultatio.*

*Iſtis vero, aliiſque nonnullis negotiis, quæ tantum virum gerere decebat, pertractatis, iter ſuæ legationis, egreſſus urbem, pergere cœpit. Cumque prima manſione Faventiam tenuiſſet; apud venerabile monaſterium quoddam beatæ Mariæ Dei genitricis, quod Foris portam nuncupatur, decenter ſuſceptus, mox febre correptus decubuit. Qua nimirum in dies invaleſcente, circa medium octavæ noctis ſilentium, quæ Cathedræ ſancti Apoſtoli anniverſarii diei celebritatem ducebat, exitus ſui horam appropinquare cognoſcens; extemplo, nobis lectulo circumſtantibus, nocturnum ſeu matutinale officium totum peragere juſſit. Volens utique prius ſolemnitati Apoſtolicæ vota perſolvere, ac ſic demum abire. Tota ergo peracta ſynaxi, ſanctum poſt modicum Domino ſpiritum corporis reddidit nexibus abſolutum. Ut ea videlicet die, qua præſens meruit in paſtorali Petrus Sede locari, eadem Petri diſcipulum cœleſtis curia in beatam ſuſciperet ſedem &c.* Agit poſt hæc de ſepultura ipſius, & miraculis poſt obitum editis. XXXII. Petri Damian. ad Deum tranſitus.

Hic inſuper deſcribendum putamus epitaphium, in ejus ſepulcro excidendum, inter ejuſdem Petri verſus in codice baſilicæ ſancti Petri, ab ipſomet elaboratum, & quidem hujuſmodi, ut Lectorem provocet ad hujus mundi contemptum; ſic enim ſe habet: XXXIII.



PAGIUS let, eum hac in parte deſerit, licet Arnulphi exemplar non vidiſſet: *Civitate*, inquit, *haud ſatis probante* (nempe electionem), *quæ inſignem Regi injuriam fieri arbitrabatur, qui Epiſcopum dare conſueviſſet.* Hinc Sedis Apoſtolicæ Legati, Concilia Romana præſente Athone in iis examinato, Alexander II. & Gregorius VII. Athonem virum Epiſcopatui idoneum agnovere, & Hildebrandus, in Pontificatu Gregorius VII. appellatus, præcipuus hujus electionis promotor, quoad vixit, eorum electioni adverſatus eſt, qui ætatem neceſſariam non attigiſſent, ut liquet ex Epiſtola IV. lib. IV. *data V. Kal. Octob. ind. incipiente XV.* & populo Dolenſi in Britannia ſcripta: *Miſiſtis ad nos*, inquit Gregorius VII. *quemdam juvenem, petentes vobis a nobis illum ordinari Pontificem. Cui quidem petitioni, quoniam ſacri canones contradicunt, aſſenſum præbere nequaquam potuimus* quod diſerte in Epiſtola ſequenti *omnibus Epiſcopis Britanniæ* magis explicat: *Dolenſis clerus & populus ad nos direxit juvenem quemdam, ſatis præclarum genere, poſtulantes, ut eum illis in Epiſcopum ordinaremus. Cujus cauſam (ſicut oportuit) examinantes, honeſtos quidem mores, pro modulo ætatis ſuæ, ſed nondum ſatis maturos aut inſtructos ad portandum Epiſcopale pondus, in eo probavimus.* Denique ipſemet Gregorius in Epiſt. VIII. lib. III. ad Tedaldum Epiſcopum Mediolanenſem electum aſſerit, Athonem nullo impedimento Canonico ab Epiſcopatu arceri: *De eo nobis eſt ſermo*, inquit, *qui nobiſcum eſt, quem Electum in eadem Eccleſia certe cognovimus, ſed cur reprobari debeat, nulla adhuc deprehendere potuimus ratione.* Quod pluribus confirmare viſum, quia ſubinde Viri etiam doctiſſimi ad voces ætatem explicantes offenderunt.

X. *Athonis electio Romæ confirmata.* Sed redeo ad Arnulphum hoc modo narrationem ſuam proſequentem: *Cumque cum ſuis Atho, ad convivandum Pontificatum conſcenderet aulam; fuerant enim jam in menſis parata convivia, inflammati cives invadunt repente domum, interiora exteriora ſcrutantes. Ipſe autem Electus noviter, cum cameræ unius lateret in angulo, inventus capitur, diſcerpitur ac miſere dilaniatur, demum per Suras & brachia a ſummis ad ima pertrahitur. Qui cum ſtaret in Eccleſia, metu mortis altari proſtratus; clamante populo, in pulpitum aſcendit, ibique facto in auribus omnium ſacramento obrenunciavit ſedi Ambroſianæ in præſens, & in perpetuum. Interea quinque fautores ſui diverſas fugere per latebras. Ipſe etiam Romanus Legatus vix, diſcerptis veſtibus laceratus, evaſit. Ceterum Gothofredus & Atho remanſerunt privati pariter ambo, propriis tantum contenti laribus atque ſubſtantiis.* Arnulphus poſtea lib. 4. cap. I. ait: *Igitur auditis his, quæ Athoni contigerant Archidiaconus Ilteprandus, ſuæ cum Cardinalis eſſet, auctoritate* (Archidiaconus enim Cardinalis erat, quod aliqui perperam negavere) *illico juramentum illud violentiæ omnimodis judicavit habendum invalidum. Hunc Romanus adeo verebatur Antiſtes, ut eo inconſulto nihil omnino præſumeret; cum patenter ſanctum prædicet Evangelium, ſuper Magiſtrum non eſſe diſcipulum; unde factum eſt, ut collecto Romæ cœtu Pontificum, inſtante ipſo* (ſc. Hildebrando) *Athonum juſte prædicaret electum, proſtrato anathemate Gothofredo. Quæ omniæ Ilteprandus ſuis literis ſæpe jam dicto retulit Herlembaldo. Cui etiam ex ſuo, quod opulentiſſimum habebat ærario, copioſam auri atque argenti fertur miſiſſe pecuniam; ut diſtributo quibuſcumque indifferenter pretio fautores aggregaret quamplurimos.*

XI. *Adverſus Athonem Gothofredus ordinatur Archiep. Mediol.* Quibus non obſtantibus, ut ibidem Arnulphus apud Puricellum cap. 35. hæc ſecuta ſunt: *Interea*, inquit, *Suffraganei Sedis Ambroſianæ Pontifices accepto a Rege mandato, apud urbem convenientes Novariam, Gothofredo manum conſecrationis imponunt, prout quiverunt, roborantes; licet præceptio Regia multis dicatur impetrata muneribus. Conſtat tamen Regem poſtea pœnituiſſe, atque int rventorem penitus odiſſe Legatum. Exinde Gothofredus aliqua Eccleſiæ ſtudet occupare caſtella, uni eorum præſidens, quod nominatur Brebia. Qui cum paulo ante Leucum* (vel Leccum ad Adduam fluvium) *invaderet; irruentibus ab urbe militibus violenter ejicitur, amiſſo Marchieno illo ſtrenuiſſimo milite; quem loci incolæ rupe præcipitantes ab alta crudeliter trucidarunt.* Quæ omnia partim hoc anno, partim ſequentis initio ante mortem Alexandri II. accidere.

XII. *Obitus Sanctii Caſtellæ & Garſiæ Gallæciæ Regum.* *Sanctii* Caſtellæ Regis, qui fratres Alphonſum Legionis & Garſiam Gallæciæ Reges adeo male habuerat, cædes hoc anno patrata. Pelagius Ovetenſis hac de re ſcribit: *Regnavit annos VI.* (a morte ſcilicet Ferdinandi M. patris quæ anno MLXV. contigit) *& interfectus eſt extra muros Zamoræ, quam obſederat, ab uno milite nomine Velliti Aiulphi, proditione.* In Tumbo Nigro Sancti Jacobi a Sandovallio citato de eodem Rege habetur: *Era MCX. interfectus eſt Rex Sanctius in Zamora.* Sed audiendus Pelagius Ovetenſis, qui pergit: *Quo audito Adefonſus Rex venit velociter, & accepit regnum fratris ſui Sanctii Regis* (ideſt Caſtellæ) *ac regnum ſuum* (Legionis) *quod perdiderat.* Garſia e carcere, in quo a Sanctio detentus fuerat, exiit, & in Regnum Gallæciæ reſtitutus eſt: *Poſt non multos vero dies*

Epitaphium Petri Damian.

*Quod nunc es, fuimus: es quod ſumus ipſe futurus.*
*His ſit nulla fides, quæ peritura vides.*
*Frivola ſinceris præcurrunt ſomnia veris,*
*Succedunt brevibus ſæcula temporibus.*
*Vive memor mortis, quo ſemper vivere poſſis.*
*Quidquid adeſt, tranſit. Quod manet, ecce venit.*
*Quam bene providit, qui te, male Munde, reliquit.*
*Mente prius carni, quam tibi carne mori.*
*Cœlica terrenis, præfer manſura caducis,*
*Mens repetat proprium libera principium:*
*Spiritus alta petat, quo prodit fonte, recurrat.*
*Sub ſe deſpiciat quidquid in ima gravat.*
*Sis memor, oro, mei, cineres pius aſpice Petri:*
*Cum prece, cum gemitu dic: Sibi parce Deus.*

XXXIV. Hæc de Petro, qui mortuus eſt anno ſuæ ætatis ſexageſimoſexto, utpote quod ipſe ſe natum teſtetur in epiſtola ad Senatum poſt annos quinque ab Ottonis Tertii Imperatoris obitu, nempe anno Domini milleſimoſexto: nam eumdem Imp. exordio anni ſecundi poſt milleſimum obiiſſe, ſuperius ſuo loco eſt demonſtratum. Sic Deus in hoc deploratiſſimo ſæculo, cum excreviſſet ad Eccleſiam obruendam diluvium carnis, dedit mundo tantum virum, qui auſteriſſimæ vitæ exemplo, verbique prædicatione, & ſcriptis exſiccaret tantam putredinem; pariterque pugnaret adverſus ſimoniacam hæreſim, quæ ubique locorum graſſabatur impune. Quod autem ad ejus pertinet ſcripta, hic ea cuncta recenſere non immoramur, cum modo apud nos mandato Beatiſſimi D. N. Clementis Papæ Octavi laboret Conſtantinus Cajetanus Siculus, monachus Caſſinenſis Congregationis, ut viri ſanctiſſimi ſcriptorum monimenta undique collecta prœlo ſubiiciat. Quod propediem ſpero fore. In his enim perveſtigandis, & exemplaribus pluribus hinc inde perlatis, magno ſtudio corrigendis, ſtudio indefeſſo laborat, a quo & ejuſdem Petri vitam accipies uberius ſcriptam.

Se-

PAGIUS *dies* (ſubjungit Pelagius) *voluit capere regnum fratris ſui Garſeani* (nempe Alphonſus) *& per ingenium* (ideſt per dolum) *ſine pugna captus eſt Garſeanus Rex, & miſſus in vinculis per XX. annos & amplius, & ibi in illa captione voluit minuere ſe ſanguine, & poſtquam ſanguinem minuit, decidit in lecto, & mortuus, & ſepultus eſt Legione*, nempe apud Sanctum Iſidorum, ubi etiamnum ejus ſepulchrum, & vetus figura viſuntur cum antiquo Epitaphio a Sandovallio in Hiſtoria Sanctii Regis relato: *H. R.* (ideſt, hic requieſcit) *domnus Garſias Rex Portugallia & Gallacia filius Regis Magn. Ferdinandi. Hic ingenio captus a fratre ſuo* (Alphonſo nempe juxta Pelagium) *in vinculis obiit era MCXXVIII. XI. Kal. Aprilis*, ideoque anno Chriſti milleſimo nonageſimo. A morte quidem Sanctii ac Alphonſi coronatione uſque ad Garſiæ mortem anni duntaxat XVII. & aliquot menſes intercurrunt, ſed Pelagius Ovetenſis numerum illum XX. annorum deducit a tempore, quo Garſia a Sanctio fratre in carcere incluſus eſt, quod ideo accidit erat MCVIII. anno ſcilicet Chriſti MLXX. indeque liquet anno Chriſti MLXIX. jam bellum inter Reges fratres inchoatum, & *Ciddum* cum Ximena matrimonio conjunctum.



I. Alex. PP. vocat Henricum Reg. ad dicendam cauſam.

SEquitur annus Redemptoris milleſimus ſeptuageſimustertius Indictione undecima, quo Alexander Papa litteras miſit ad Henricum Regem Germaniæ, ut cauſam dicturus Romam ſe transferret, reſponſurus accuſationibus adverſus eum a Saxonibus ad Apoſtolicam Sedem perlatis. Qui has detulerunt litteras, fuere Anno Colonienſis Archiepiſcopus & Hermannus Bambergenſis Antiſtes. De his enim Urſpergenſis iſta hoc anno habet: *Anno Colonienſis Epiſcopus & Hermannus Bambergenſis Romam miſſi ſunt, pecuniam, quæ Regi debebatur, congregandi gratia. Qui legatione peracta reverſi litteras Alexandri Apoſtolici detulerunt, Regem vocantes Romam ad ſatisfaciendum pro ſimoniaca hæreſi, aliiſque nonnullis emendatione dignis, quæ de ipſo Romæ fuerant audita.* Eadem, totidemque ferme verbis habet Otto Friſingenſis (a). Verum quæ interceſſit hoc anno mors ipſius Alexandri Pontificis, fuiſſe videtur impedimento, ut aliquamdiu cauſa jam cœpta quieverit: quem quidem hoc anno Dominico die undecimo Kal. Maii deceſſiſſe Marianus Scotus affirmat.

(a) Otto lib. 6. cap. 34.

II. Colonienſ. archiep. abdicat ſe a cura regni.

Cum autem frequens eſſet in palatio Regis nundinatio iſta Abbatiarum & Epiſcopatuum, nec monitionibus Rex proficeret: deploratis jam rebus ſanctus Anno Colonienſis Archiepiſcopus, qui hactenus (ut potuit) magno labore moderatus eſt habenas regni, animi deſperatione perculſus, abjecit eas, liberaſque illas Regi relinquens, diſceſſit e curia. De cujus profectione audi Lambertum, quid hoc referat anno: *Colonienſis Archiepiſcopus offenſus his, quæ plurima præter æquum & bonum fiebant in palatio: petiit a Rege vacationem deinceps dari ſibi a rerum publicarum adminiſtratione, cauſatus in ſenium jam vergentem ætatem, & laborioſis regni negotiis minus minuſque in dies ſufficientem. Quod Rex haud difficulter annuit, quia pravis libidinibus ſuis, & juvenilibus ineptiis jam dudum animadverterat eum graviter offendi, & plerumque quantum ſalva regia dignitate poterat, pro virili portione obniti.*

III. *Is ergo ubi ſe in ſua recepit, Rex tamquam ſeveriſſimo pædagogo liberatus, ſtatim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modeſtiæ & temperantiæ frœnis, præcipitem ſe dedit. Montes omnes, colliculoſque Saxoniæ & Thuringiæ caſtellis munitiſſimis extruxit; præſidiumque impoſuit. Quibus cum victui neceſſaria minus ſufficerent, permiſit, ut ex proximis villis & agris hoſtili more prædas agerent, & ad ipſa caſtella munienda circumquaque manentes cogerent, & impenſas affatim convectare, & per ſe ipſos ſervili manu deſudare. Verum ne manifeſte tyrannidis notaretur, ſi contra innocentes, atque in regnum proprium tam barbara crudelitate graſſaretur, ut impietatem ſuam quadam religionis ſpecie palliaret: Archiepiſcopum Moguntinum modis omnibus inſtigavit, ut decimationes Thuringiæ, ſicut ante plures annos inſtituerat, exigeret: pollicens ſe ei exigendo ſumma ope affuturum, & dicto obtemperare nolentes regia * majeſtate coacturum; ea tamen pactione, ut ipſarum decimationum partem ſibi, quæ & regia magnificentia, & tanto labore ſuo digna foret, tribueret. Ita Epiſcopus vaniſſima ſpe animatus Synodum indixit in Erphisfurd, ſexto Idus Martii.*

* poteſtate.

IV. Paratur conciliabulum a rege violentum.

*Statuto die aderat Rex, aderat Archiepiſcopus ſtipatus uterque magno grege philoſophorum, immo ſophiſtarum, quos ex diverſis locis ſummo ſtudio conſciverant, ut canones ſibi non pro rei veritate, ſed pro Epiſcopi voluntate interpretarentur, & cauſam ejus * quomodo veris*

* ſ. quando.

PAGIUS Sæc. XI. Anno Eræ Hiſp. MCXI. Anno Hegiræ CCCCLXVI. inchoato die 6. Septemb. fer. 6. A. C. 1073 I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6566.

☉ 18. F. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1073.

GREGORII VII. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 18.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 3.

ANum. I. ad XIII. Quo in ſtatu Eccleſia Romana & Germania verſarentur, quando *Alexander* II. die XXI. menſis Martii hujus anni e vivis exceſſit, narrat Marianus Scotus Auctor coætaneus, Vir totus Deo addictus, in Chronico ad annum MLXXV. ubi quæ annis proxime præcedentibus contigere, ſummatim refert: *His temporibus*, inquit, *non autem eodem anno, orta eſt gravis atque feralis diſcordia in regno Teutonico inter Regem Henricum & Principes Saxoniæ, cujus cauſa* (ut fertur) *hæc erat: Rex Henricus omnes Saxones ſervituti ſubjicere cogitabat: ſed quia hoc tam facile ut ſperaverat, perficere non poterat: accepto conſilio, prius Principes propoſuit honoribus ac dignitatibus ſuis deſpoliare, & ſic reliquos provinciæ populos ſuo dominio ſubjugare. Ut ergo voluntatis ſuæ propoſitum facilius adimplere valeret in ipſa Saxonum provincia in monte, qui vocatur Hattisbergo caſtrum munitum conſtruxit, cui ex ipſius montis vocabulo nomen dedit, ut vocatur Hattisburg. Conſummato vero caſtro, & ſecundum voluntatem ſuam omnibus ibidem negotiis regni diſpoſitis, ad effectum*

*Status Germaniæ tempore mortis Alexandri II.*

*ris non poterant, ſophiſticis allegationibus roborarent. Aſſidebant ergo cum Rege & Archiepiſcopo Moguntino Herimannus Babenbergenſi Epiſcopus, Hecel Hildenesheimenſis Epiſcopus, Eppo Citicenſis Epiſcopus, Benno Oſenbruggenſis Epiſcopus, qui non ad diſcutiendam juxta leges Eccleſiaſticas cauſam fuerant evocati; ſed ut id quod Rex volebat, arte dictionis & ſententiarum pondere, poſtremo quaque poſſent ratione & conſilio obtinerent, quamquam plerique eorum id quod Rex moliebatur, vehementiſſime improbarent, ſed ne libere, quod ſentiebant, eloquerentur, & Regis terrore, & privata Archiepiſcopi amicitia inhibebantur. Habebat præterea Rex circa ſe armatorum copias non modicas, quibus eos, ſi qui forte negotium interturbare conarentur, militari manu coerceret.* Talis apparatus fuit palliati latrocinii pulchro nomine Synodi, in qua non in loquendo libertas aliqua conſultoribus, judicibuſve relicta, ſed ſtrepitus armatorum, minæ Regis, ad cujus nutum contra ejus voluntati reſiſtentes exerantur gladii, carceres pateant, intententurque cruentæ cædes. Sed quæ hæc ſecuta ſint videamus; pergit Lambertus:

V. Pro decimis concertatio. *Thuringorum ſpes & fiducia potiſſimum in Abbate Fuldenſi & Abbate Herveldenſi nitebatur, quod hi Eccleſias decimales plurimas, & prædia infinita haberent in Thuringia, & hi ſi cauſa cecidiſſent ſibi una cadendum eſſet. Qui publica diſcuſſione interpellati pro decimarum redditione; primo per Deum rogabant Archiepiſcopum, ut antiquitus tradita monaſteriis ſuis, legitima, rata, inconvulſaque manere ſineret, quæ & Sedes Apoſtolica & veteribus & recentibus ſcriptis crebro ſibi firmaſſet, & præceſſores ejus Moguntini pontifices ſummi ac ſanctiſſimi viri uſque ad Luipoldum Epiſcopum numquam infringere tentaſſent. Id atroci reſponſo Archiepiſcopus repulit, ſcilicet præceſſores ſuos, ſua ætate, pro ſuo arbitratu Eccleſiæ Dei moderatos fuiße, eoſque rudibus in Fide auditoribus, & pene adhuc neophytis lac potum dediſſe, non eſcam, & ſapienti diſpenſatione multa indulſiſſe, quæ proceſſu temporis dum in Fide convaluiſſent, ſucceſſorum ſuorum induſtria reſecari vellent. Se autem jam adulta & potius ſeneſcente Eccleſia ſpiritualia comparare ſpiritualibus, nec jam parvulis lac, ſed perfectis ſolidum cibum miniſtrare, atque a filiis Eccleſiæ leges Eccleſiaſticas exigere.*

VI. *Proinde eſſe eis aut ab unitate Eccleſiæ recedendum, aut legibus Eccleſiæ æquanimiter acquieſcendum. Tum illi rurſum per Deum orare, ut ſi in Romani Pontificis auctoritate; ſi in Caroli aliorumque Imperatorum privilegiis; ſi in præceſſorum ejus Moguntinorum pontificum indulgentia nihil ſibi præſidii, aut ſpei reliquum eßet; ipſarum ſaltem decimarum eam ipſe partitionem fieri ſineret, quam & canonum ſcita æquam judicaſſent, & cœteræ per orbem terrarum Eccleſiæ uſitatam haberent, ſcilicet ut quarta parte ipſe pro ſuo, ſuorumque Miſſorum ſervitio contentus, tres reliquas portiones Eccleſiis, quibus antiquitus attitulatæ fuiſſent, permitteret. E contra Epiſcopus, non ea mente ſe ait tantum laborem triviſſe, & jam per decem ferme annos laborioſum hoc ſaxum volvere, ut tamdem aliquando voti compos effectus, ultro jure ſuo cederet, & tanto molimine extortas eis decimas, ipſis pro libitu ſuo partiendas addiceret.*

VII. Impeditur tyrannice appellatio ad ſedem Apoſt. *Primus ac ſecundus dies in hac concertatione jam fluxerat, ancipiti adhuc fortuna, utra pars utri ceßura foret. Jamque in eo res vertebatur, ut Thuringi, improbata Synodo, Sedem Apoſtolicam appellarent. Sed Rex ſub atteſtatione nominis divini affirmabat, ſe in eum, ſi quis id præſumpſiſſet, capitali ſententia animadverſurum, & omnia, quæ ejus eſſent, uſque ad internecionem diſſipaturum, clademque ejus diei multis poſtea ſæculis non abolendam.* En quales Reges, qui Apoſtolicæ Sedis juribus derogant? quorſum vero ipſum iſta perduxerint omnibus manifeſtum, in exemplum factus Rex Apoſtata ſchiſmaticis, & hæreticis Regibus, qui appellationem ad Sedem Apoſtolicam Henricianæ hæreſis labe conſperſi, vetuerunt. Sed proſequamur reliqua, militaris potius, quam ſacerdotalis conventus. Pergit ipſe Lambertus:

VIII. *Ita Abbas Herveldenſis ſuorum periculo*



*lo conterritus, quoniam aliud in arctum concluſis rebus non patebat effugium: rem conſilio Regis permiſit: quatenus prout ipſe bonum & æquum judicaret, cauſam inter ſe & Archiepiſcopum terminaret. Diu igitur habita deliberatione, in hac tamdem pactionem, mediante Rege, Abbas & Archiepiſcopus conſenſerunt, Ut Abbas in decem ſuis decimalibus Eccleſiis duas partes decimarum, tertiam Archiepiſcopus acciperet: in reliquis vero ejus Eccleſiis dimidia Abbati, dimidia Archiepiſcopo contingeret. Ubi vero Eccleſia decimalis propria Archiepiſcopi eſſet, tota illic ei decima cederet. Præterea ut omnes dominicales Archiepiſcopi curtes, in quacumque eſſent parochia, ab omni penitus decimarum exactione immunes manerent. Sub jugum miſſo Abbate Herveldenſi, ſtatim Thuringi, omni ſpe adempta, eo quod in illius prudentia & eloquentia plurimum fiduciæ ſibi poſuißent; non ultra reſtiterunt, ſed decimas in reliquum abſque retractatione dare profeſſi ſunt. Fuldenſis Abbas aliquantis poſtea diebus obſtinatus in propoſito perſtitit. Sed cum nec Regis gratiam recipere, nec ad ſua redeundi licentiam impetrare poſſet, niſi in communem ſententiam concederet: tamdem rerum difficultate ſuperatus, ad hanc conditionem non tam conſilio, quam imperio & metu Regis coactus eſt, ut in cunctis decimalibus Eccleſiis ſuis partem dimidiam decimarum ipſe, dimidiam Archiepiſcopus acciperet. Dominicales autem curtes ſuas, ſicut Archiepiſcopus, omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet.* Ita abſoluta eſt tyrannice cauſa. Sed quam dignam tyranno ipſe Rex his appendicem tunc appoſuerit, ita idem Lambertus auctor ſignificat, dicens: *Tum Rex ſciens haud bene placitura Romano Pontifici, quæ geſta fuerant, ſub interminatione gratiæ ſuæ utrique Abbati præcepit, ut neque per ſe ipſos, neque per nuntium, neque alio quovis modo pro inſimulanda Synodo Apoſtolicam Sedem interpellarent.* Hucuſque Acta latrocinii Henriciani ex Lamberto narrata, quæ geſta eſſe ante Paſchale tempus affirmat.

Timore Regis male tranſactum.

IX. Alex. Papa deponit ac reſtituit epiſc. pragenſem. Quo pariter anno Alexander Papa Joramirum Pragenſem Epiſcopum gradu deponit, ſed rogatu Mathildis iterum reſtituit. Iſta autem quomodo ſe habuerint, Longinus, qui & Dlugoſchus dictus, in Annalibus ſui Polonicis ita ſcribit: *Joramirus alias Gebehardus Pragenſis Epiſcopus moleſte ferens Epiſcopatum ſuum in Olmucenſem diſmembratum eſſe, pro reintegrando illo plures conatus impendit. Quos cum, obſtante Duce Bohemiæ Vratiſlao, qui ejuſdem mutilationis, & præfati Olmucenſis Epiſcopatus fundationis primarius fuerat inſtitutor & auctor, irritum ire videret; Joannem Olmucenſem Epiſcopum clandeſtine accedens, plurimis contumeliis & verberibus per ſe ipſum & familiares vulneravit. De qua novitate Dux Vratiſlaus plurimum conſternatus, querelam ad auditorium ſummi Pontificis contra Joramirum Epiſcopum Pragenſem, dum primi nuntii ad Urbem miſſi, Joramiri mandato mutilati & cæſi itinere fuiſſent, deduxit. Sceleris magnitudine Papa Alexander Secundus motus, Rudolphum Cardinalem ad coercendam enormitatem ſceleris & tranſgreſſionis tranſmiſit. Cui cum Joramirus obedire, coram eo citatus, contumaciter recuſaret; privavit pontificio, ac etiam diœceſim Pragenſem Eccleſiaſtico ſubjecit interdicto. Placidius tamen poſtea, ne majora ſcandala exorirentur, agenti, & Joramiro officium pontificale reſtituit, & interdictum a diœceſi Pragenſi tollit; terminum tamen ad comparendum coram Alexandro Papa utrique Epiſcopo aſſignat.*

X. *Quo cum ambo pervenißent; Papa depoſitionem Joramiri ratam eſſe decernit; præ-*

PAGIUS *ctum deſiderii jam dudum conceptum toto conamine ſuam extendit intentionem. Ottoni itaque Ducatum Boariæ abſtulit, metuens eum, quia genere Saxo erat; quem protinus Velfoni ad injuriam Saxonum contulit.*

II. Status Eccleſiæ tempore ejuſdem mortis. *Poſt hæc quadam die in eminenti loco ejuſdem caſtri conſiſtens, & elegantiam patriæ undique bene poſſeſſam reſpiciens, fertur dixiſſe: Saxonia regio pulcherrima, ſed ſervi nequiſſimi, habitatores ſcilicet illo prænotans opprobrio. Quod audiens prædictus Otto Dux gravius, quam credi poteſt, dictum Regis ſuſcepit; collocutuſque Principibus Saxoniæ, rebellare omnem ſimul fecit provinciam, & merito. Unicam enim & dilectam domini ſponſam, quam redemit de inimico pretioſi ſanguinis ſui pretio, quantum in ipſo fuit, per concubinarios, ideſt, hæreticos polluere & offuſcare veritus non eſt, dum ſpiritualia Eccleſiæ officia, gratifica videlicet Sancti Spiritus munera, per iniqua, contrariaque fidei Catholicæ commercia, more Simonis, efficeret venalia. Hæc & his ſimilia nefanda & inaudita Henrici Regis flagitia videntes & audientes fieri Catholici viri, per id temporis in Eccleſia conſtituti, cum Propheta Elia domini Zelo Zelantes pro domo Iſrael, directis Romam nunciis ad Alexandrum Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem, hæc ei & alia quamplurima, quæ in regno Teutonico, inſanientibus Simoniacis hæreticis, Rege Henrico auctore & patrono, dicta & geſta ſunt, tam literis, quam viva voce gemendo ac dolendo conqueſti ſunt: deinde eodem zelo Dei fervore ſuccenſi, convenientes in unum caſtrum Hattisburg obſeſſum capiunt, omnia ibidem inventa diripiunt. Fertur etiam quod plusquam XXX. fœminæ una die ejectæ ſint de munitione, quæ omnes fuerunt violatæ, veſtibus uſque ad nares præciſis ad injuriam Saxonum. Unde ipſi nimium efferatis animis, caſtrum & omnia, quæ in eo constructa erant, cum monaſterio, clericis undique per fugam diſperſis, funditus exciderunt, oſſaque filii ejus de ſepulcro ejecta per compita diſperſerunt. Interea Domino Alexandro Apoſtolico de medio ſublato, ſuſcepit ſedem Apoſtolicam Gregorius VII. qui & Hildebrandus, profeſſione Monachus.* Quæ & alii graviſſimi Auctores etiam narrant. [1]

Diem

NOTÆ [1] INitio hujus anni *Henricus* IV. Germaniæ rex, *Virceburge*, in Orientali Francia morabatur, ubi diploma edidit pro Canonicis Eccleſiæ Tarviſinæ: *Datum eſt IIII. Non. Januarii anno Dominicæ Incarnationis MLXXIII. Indict. XI. anno autem ordinationis Domni IIII. Henrici XVIIII. regni vero XVII. Actum Verceburgi.* Epocha annorum *Henrici* congruit cum his, quæ ſupra ad A. D. 1053. num. XVII. adnotavimus. Hujus diplomatis apographum adſervatur adhuc in tabulario Eccleſiæ Tarviſinæ, a quo exſcripſi A. D. 1737. GEORGIUS

*precibus tamen multifariis Comitiſſæ Mathildis virginis filiæ Bonifacii Ducis Lucenſis in Tuſcia, quæ univerſum patrimonium ſuum beato Petro contulit perpetuo, & Eccleſiam Romanam ab hoſtibus ſtrenue defendit, expugnatus, omne facinus in ſe & in Joannem Epiſcopum Olmucenſem admiſſum condonavit, & Joramirum priſtinæ dignitati reſtituit; ita tamen, quod Olmucenſis Eccleſiæ fundatio de cætero firma & perpetua perſeveraret.* Hactenus de his Longinus hoc anno: at hæc iterum ſub ſucceſſore Alexandri Papæ Gregorio Septimo ſunt ventilata. Quæ autem ſub eo Pontifice acta ſint, ſuo loco dicetur inferius.

XI. *Eligitur Anſelmus Lucenſis epiſc.* Rurſus autem idem Alexander Papa hoc anno, antequam ex hac vita migraret, ſuæ Lucenſi Eccleſiæ conſulens, ei paſtorem idoneum præficiendum curavit. Ad quod munus obeundum delegit ejuſdem nominis virum cujus ante ipſe fuerat, Anſelmum, vita, moribus atque doctrina præſtantem: de quo in vita ipſius, quam antiquitus ſcriptam ab ipſius contubernali presbytero pœnitentiario accepimus, iſta leguntur: *Dum autem videretur Anſelmus jam idoneus, nempe meritis, moribus, & ſcientia dignus, ut in honorem ſublimaretur Epiſcopatus: mittitur a reverendiſſimo Papa Alexandro ad Regem, ad quem pertinere videbatur ejus collatio Epiſcopatus, dato ſibi comite Epiſcopo ſanctæ Rufinæ, nomine Meginardo. Sed quia perfecte jam cœperat odiſſe, ut ſacri ordines Eccleſiaſtici, ipſi nempe Epiſcopatus a ſæcularibus darentur poteſtatibus, quacumque occaſione vel ratione abſque dignitatis inveſtitura diſceſſit, quamquam ea intentione dominus Papa illum direxerit. Qui enim operatus eſt poſtea multa per eum Dominus, Catholicæ illum electioni ſervavit. Rex autem deſpectum ſe & confuſum doluit, & regalis Imperii tamquam magnum detrimentum deploravit.* Hæc ibi. Interceſſit inter hæc obitus ipſius Alexandri Pontificis, per cujus ſucceſſorem Gregorium idem rurſus ad Lucenſem promovetur Eccleſiam: De quo ſuo loco dicendum.

De eodem Alexandro Papa antequam ex hac vita migraret, quæ ab eo miracula ſunt edita, præſcribenda ſe offerunt. XII. Voluit Deus Vicarium ſuum ante obitum illuſtrare miraculis, quibus ſigillo velut divinitus impreſſo, ſicut ab Eccleſia in terra receptum, ita in cœlo probatum legitimum ſucceſſorem Petri ſignificaret. Hæc autem ab auctore hujus ſæculi (a) Leone Oſtienſi in Caſſinate Chronico ita ſcribuntur: *Sequenti tempore memoratus Papa Alexander Urbe egrediens, venit ad monaſterium. Qui a Deſiderio honorifice ſuſceptus, dum Abbatis habitationem, quæ juxta ſancti Nicolai Eccleſiam conſtructa eſt, ingreſſus fuiſſet: dæmoniacus quidam, qui illo tunc venerat, ei factus eſt obvius. Quem ſanctus Pontifex ut vidit, orationem fundens ad Dominum, dixit ad dæmonem: Præcipio tibi immunde ſpiritus, ut exeas ab hoc homine, & vadas in illum locum, ubi nec avis volat, nec vox hominum reſonat, ſiſque ibi uſque ad diem Judicii. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, qui & innocentes, & de ſua miſericordia præſumentes, velociter exaudire dignatur; dæmon ad Pontificis imperium exiit, cunctique qui aderant, cœperunt benedicere Deum. Neque hoc tacendum videtur, quod omnipotens Deus per eumdem famulum ſuum operari dignatus eſt. Nam cum pertranſiſſet Aquinum, claudam quamdam in itinere jacentem invenit, cujus infirmitati compatiens Pontifex, aquam eamdem, qua poſt Miſſarum ſolemnia manus ſuas abluerat, ei ad bibendum dedit. Quam illa ubi ſorbuit, ſanitati reddita, Deo gratias maximas reddere cœpit. Fecit præterea idem ſanctiſſimus Pontifex patri Deſiderio privilegium de monaſterio S. Mariæ in Palladio cum pertinentiis ſuis, accipiens ab eo Eccleſiam S. Hieruſalem, quam Leo reverendiſſimus Papa (ſicut ſupra diximus) Richerio Abbati noſtro tradiderat.* Hucuſque de Alexandro Leo, qui mox ſubiicit de morte ejus, & ſubrogatione ſucceſſoris. Obitus PP. Alex. Mortuus eſt igitur Alexander Papa Romæ decimo Kalend. Maii, cum

(a) *Leo Oſt. l. 3. c. 35.*

Alexand Pap. Miracula.

PAGIUS III. *Moritur Alexander II.* Diem emortualem *Alexandri* II. idem Marianus notavit ad annum MLXXIII. ubi, inquit: *Alexander Papa obiit dominico die, undecimo Kalend. Maji*, ſeu die XXI. menſis Aprilis. Idem ac Marianus, Domnizo in Vita Mathildis habet, & in fine Chronici Anonymi monaſterii Caſinenſis ex Necrologio MS. ejuſdem monaſterii obitus Alexandri II. legitur, *XI. Kal. Maij*. Quare Auctores, qui mortem ejus cum X. Kalend. Maij conjungunt, diem ſepulturæ cum die obitus, ut paſſim fit confundunt, perperamque Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ait, diem quo Hildebrandus, Gregorius VII. appellatus, electus eſt, fuiſſe diem tertium a morte Alexandri; poſtridie enim ab hujus morte, is electus, ut ſtatim videbimus. Pontificatum inierat *Alexander* II. die prima Octobris anni MLXI. ideoque ſedit annos undecim, menſes ſex, & dies XXI. De annis & menſibus inter omnes convenit, ſed dies in Catalogis mendoſe deſcripti, niſi in unico ordine inter noſtros ultimo, in quo dies illi XXI exhibentur. Mors ſancti hujus Pontificis graviſſima omnibus bonis accidit. Victor III. lib. 3. Dialog. teſtatur, eum eloquentiſſimum & eruditiſſimum fuiſſe, & Petrus Damiani ejus Pontificatus initio ad Archiepiſcopum Ravennenſem Epiſt. XLVI. libri quarti de eo ſcribit: *De electo hoc mihi videtur, quia bene literatus eſt, & vivacis ingenii, ſine ſuſpicione ca-*



cum ſediſſet annos undecim, menſes ſex, & dies vigintiduos.

XIII. Quid autem in his quæ ſpectant ad ritum Eccleſiaſticum, ſtatuerit Alexander, Micrologi (a) auctor ejuſdem temporis hæc habet:

*Alexander Papa Secundus conſtituit, ut reſponſoria de eadem hiſtoria in eadem Dominica Septuageſimæ incipiantur, quæ & in ſequenti Dominica repetantur: Alleluja etiam in ſabbato ad veſperam juſſit dimitti ante Septuageſimam.* Hæc ibi.

(a) *Microl. c. 47.*

*De ſcriptis in Gregorium VII. editis.* Antequam autem ad electionem ſucceſſoris Alexandri veniamus, ad ipſius Gregorii Septimi in Pontificatum ingreſſum, aliqua præfanda ſunt nobis, neceſſitate cogente. Accidit ſiquidem temporibus noſtris, vigente hæreſi Politicorum, Principibus omnia tribuentium, & ſacra quæque eiſdem nefarie ſubiicientium, aliiſque Novatoribus & perverſoribus implacabili odio in Romanos Pontifices exurgentibus, eoſdemque obſtinato animo perurgentibus: ut (quod nefas dictu) in odium ejuſdem Gregorii legitime electi atque confirmati Pontificis, etiam conſenſu adhibito Imperatoris, ſchiſmatico pſeudopapæ faventes, quæ ab ejus ſectatoribus ſchiſmaticis perverſoribus tunc facta, dicta, vel ſcripta potuerint reperiri, eadem cudendo in ſui ipſorum opprobrium & turpitudinem ex abditis, ubi ſepulta, in lucem ediderint. Quo enim quæque deformiora eſſe noſcuntur, eo magis acute intuentium fugiunt obtutus, amantque tenebras, abditoſque receſſus. Duo namque cuſa nuper Francofurti horum ſcriptorum genera reperiuntur, quorum alter auctor (quiſquis ipſe fuerit nomen non prodidit, quod qui male agit, odit lucem) proſecutus eſt res geſtas Henrici Quarti Regis, Tertii vero Imperatoris, hoſtis infenſiſſimi ipſius Gregorii; altero autem Benno Cardinalis ſchiſmaticus perfricta fronte jam neſciens erubeſcere, ſicut Sodoma ſuum peccatum prædicans, proſcidit calumniis & contumeliis vitam ipſius Gregorii Papæ Septimi potius, quam ſcripſit. Si inimico credendum, ſic ſcripſerit Caiphas vitam Chriſti.

Quod autem ad dictam Henrici vitam ſpectat: dicendus eſt auctor non Henrici vitam candore hiſtorico proſecutus, ſed pro Henrico Apologiam texuiſſe, atque encomium concinnaſſe. XIV. Poſterior vero (ut cuique intuenti videre eſt) non hiſtoriam ſcripſit, ſed ſatyram pro animi ſui libertate compoſuit, affectuque privato ac depravato libellum famoſum finxit ipſe ſchiſmaticorum anteſignanus, quem cum ſuperius ſæpe mendacii apertiſſimi arguerimus, in reliquis quis adeo vecors fidem ei adhibendam eſſe putarit? At perditiſſimus homo æque funeſtiſſimum nactus eſt hominem (ita parem pari uſus cum natura conjungit) a quo, cloaca ſordium, jam oblivione ſepultus poſt tot ſæcula efferatur in lucem, immo exponatur oſtentui.

Nos vero (quod noſtrarum partium eſt, veritatem elucidare, e tenebris vendicare, ſartam, tectam, munitamque reddere, firmatamque relinquere) nihil penitus de Gregorio dicturi ſumus, quod non horum temporum Scriptoribus potiſſimum comprobetur, atque iiſdem, quorum haud dubia ſit fides, nutetve ſinceritas, quorum auctoritate omnes confutentur errores, mendacia convincantur, cum nihil a nobis indiſcuſſum relinquatur, quod legendum Lectori proponitur; quem appello pium, cupio candidum, affectu quolibet privato expoto vacuum (atque ut paucis dicam) veritatis tantum amantem: quem cupio Spiritus veritatis talem efficiat, etiam ſi talis ad lectionem non accedat, ut veluti Saul a Deo in prophetam mutetur, qui veritatis cultor ſit profeſſor atque defenſor. Sed rem proſequamur.

Habet Vaticana bibliotheca res geſtas Gregorii Papæ Septimi ſeorſum ſcriptas ab auctore ejus temporis, quas Nicolaus Aragonius in commentario, quem de Romanis Pontificibus ſcripſit, incipiens a Leone Nono, ut ſe habent, intexuit. XV. Alia adhuc extant æque prolixa, quæ ſine titulo auctoris Petri Bibliothecarii ſive Guillelmi eſſe putantur. Alia rurſus ex iiſdem concinnata ab aliis, qui ſcripſerunt vitas Romanorum Pontificum: ſed præter hæc nobis ipſa ex diverſis, iiſ-



PAGIUS *caſtus, & in erogandis eleemoſynis pius. His ultra non addo, ne non videar univerſitatis amator, ſed ſingularitatis aſſertor.* (Hucuſque credideram hæc verba de Alexandro dici, verum hæc Epiſtola loquitur de Nicolao II. ut ſcribit Nat. Alexander in eodem Nicolao, eamque dicit Epiſtolam XIV. quod certum exiſtimo ut ex ejus Epiſtolæ lectione apparet.) Alexandrum ſic laudat .... *Bertoldus* Conſtant. in Chron. ad annum MLXI. *Qui ſatis ſtrenue Simoniacam hæreſim deſtruxit, & miniſtris Altaris cum conjugibus coire juxta Canonum ſtatuta cum excommunicatione interdixit, ipſoſque laicos Clericorum incontinentium officia audire per bannum prohibuit, ſicque Clericorum incontinentiam ſatis prudenter refrænavit.* Denique Alexander *renovavit communem Canonicorum Regularium vitam in ipſa*, nempe Baſilica Lateranenſi, inquit Joannes Diaconus Junior in libello de ea Eccleſia.

IV. *Ei ſuccedit Gregorius VII.* A num. XIII. ad XXX. dies, quo Hildebrandus, Gregorius VII. in Pontificatu appellatus, electus fuit, notatur in Decreto electionis ejus a Baronio num. XXIV. recitato; *decimo Kal. Maji, feria ſecunda, die ſepulturæ domini Alexandri bonæ memoriæ ſecundi Papæ*

iiſdemque probatis hujus temporis Scriptoribus fide digniſſimis ſunt hinc inde petenda.

XVI. Gregorii Natales & pueritia.

De ipſo dicturi, incipiamus ab ejus natalibus atque genere, quem alii Soanenſem, Senenſem alii fuiſſe tradunt. Conſtantior eſt ſententia, fuiſſe patria Soanenſem e Tuſciæ civitate natum humili loco, parente fabro, quod ignominiæ cauſa adverſarios ipſi objeciſſe reperimus, cum hac ex parte magis laudandus eſſet, quod evidentiora in eo ex his eluceſcerent ſigna veri Apoſtolatus: Siquidem (a) 1. Cor. 1. Apoſtolus dicat (a): *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi potentes, non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus.* Hæc Apoſtolus, cum alioquin ſuperbe nimis reſpuat humanus faſtus natalis titulum illum, quo Deus Filium ſuum hominem factum voluit inſigniri, ut fabri filius diceretur. Addunt vero iſta de fabri filio, quod cum puer luderet ad pedes patris ligna dolantis; ex rejectaneis ſegmentis, cum neſciret litteras, caſu elementa illa formarit, ex quibus ſimul conjunctis, illud Davidicum (b) exprimeretur oraculum: (b) Pſal. 72. DOMINABITUR A MARI USQUE AD MARE, quo ſignificaretur, manum pueri ductante numine, ejus fore ampliſſimam in mundo auctoritatem. Hæc cunabula ejus, & quod in puero præoſtenſum eſt divinitus ſignum.

XVII. Educatio Gregor. Pap. VII.

Educatum vero fuiſſe ab infantia ſub protectione ſancti Petri, idem ipſe ſcribit ad Saxoniæ Principes, ubi agens de Apoſtolorum principe Petro, cui omnia debeat, addit hæc de ſe ipſo: *Quem ab infantia mea ſub alis ſuis ſingulari quadam pietate nutrivit, & in gremio ſuæ clementiæ fovit.* Alumnum quidem S. Petri fuiſſe idem ipſe teſtatur, ubi rurſum de ſua creatione agens, hæc ſcribit ad (c) Guillelmum Regem Anglorum: (b) Greg. lib. 7. ep. 23. Neceſſitate compulſus amore quoque ac timore convictus, diſſimulare non potui. Amore quidem, quia S. Petrus in domo ſua dulciter enutrierat, &c.

XVIII.

Quod autem in fine primi anni ſui Pontificatus, qui fuit Redemptoris milleſimus ſeptuageſimusquartus inchoatus annos viginti numerat ſuæ commorationis in Urbe, ſcribens ad (c) Hugonem Abbatem Cluniacenſem: (c) Id. lib. 2. ep. 49. manifeſtum eſt eum numerare ab eo tempore, quo Romam cum Leone Papa Nono rediit, anno Domini milleſimo quinquageſimotertio; cui numero ſi addas viginti annos abſolutos, fient mille ſeptuaginta quatuor, quo Chriſti anno ea fuit data epiſtola ad Hugonem, in qua ait: Nullo modo Romæ, in qua coactus, *Deo teſte, jam viginti annis inhabitavi, remanerem.* Coactum ſe illic dixit inhabitaſſe, quod ſcilicet a monaſterio Cluniacenſi abductus nolens, Romæ in Apoſtolicæ Sedis officiis habitaret invitus, ubi tamen, antequam abiiſſet cum Gregorio Papa Sexto in Gallias, apud ſanctum Petrum fuerat educatus, & quidem decurſu temporis decem Romanorum Pontificum: quod teſtatur, qui tunc vivebat auctor Micrologi de Eccleſiaſticis obſervationibus, ubi decimo quarto capite de eodem Gregorio iſta leguntur: *Illi, Sedi Apoſtolicæ Romanæ ſcilicet, noſtro tempore talem Deus gubernatorem, reverendæ, inquam, memoriæ Gregorium Papam impoſuit, qui ſub decem ſuis anteceſſoribus a puero Romæ nutritus & eruditus omnes Apoſtolicas traditiones diligentiſſime inveſtigavit, &c.* Hæc de ejuſdem Gregorii pueritia.

XIX. Gregorii Adoleſcentia.

Quod autem adoleſcentiam ejus carpit ſchiſmaticus Benno; qui eum quamvis monaſticam vitam agere cœpiſſe non neget; magicam tamen artem affirmat didiciſſe adoleſcentem a Laurentio Archiepiſcopo Amalphitano, quem dicit principem maleficiorum fuiſſe, ut qui publice magiam profiteretur, & augurum divinationem calleret: ſummæ quidem cedit laudi ipſi Gregorio, quod magiſtrum adoleſcens nactus ſit ipſum Laurentium Archiepiſcopum Amalphitanum, quem non principem maleficiorum, ſed Sanctorum ejus temporis fuiſſe, Petri Damiani, teſtis irrefragabilis, undique integerrimi, in vita ſancti Odilonis, aſſertione ſuperius ſuo loco luce clarius demonſtravimus: adeo ut ex tam enormi

mi

PAGIUS

*Papa*, die nempe XXII. menſis Aprilis. *Infra octavam Pentecoſtes in Presbyterum Hildebrandus ordinatus eſt, & in natali Apoſtolorum in Romanum Pontificem conſecratus*, inquit Nicolaus Cardinalis Aragonenſis a Baronio num. XXVII. laudatus. Idem Baronius num. XXIV. colligit, Gregorium Sextum non fuiſſe ſpurium Pontificem, ex eo quod *Hildebrandus* Gregorium VII. ſe ſe appellarit. Verum jam oſtendimus, Pontifices Romanos ſemper rationem non habuiſſe legitimæ vel pravæ ordinationis Pontificum ejuſdem nominis, qui eos præceſſere, Gregoriumque VI. ſimoniace electum fuiſſe; ſed ab Eccleſia agnitum univerſa. Mabillonius lib. II. de Re Diplom. cap. XXV. ait, Gregorium VII. præcipuum ac fere primum fuiſſe, qui Pontificatus ſui & Indictionis annos notare contentus, prætermiſerit annos Imperatorum, quorum nomen ob inveſtituras odioſum eſſe cœperat. Verum toto hoc ſæculo Pontifices Romani utrumque temporis characterem ſæpe omiſere, ut eorum Diplomata evolventi-



mi mendacio, non amplius in reliquis audiendus, ſed exufflandus, proculque abiiciendus ſit inſanus Benno, qui ſtulte nimis, quæ ſcripta ſunt a Philoſtrato de Tyaneo, eadem totidem ferme verbis adſcribat ipſi Laurentio. Ex quibus omnibus ea cuncta, quæ de magicis excantationibus ſtylo mendaci fingenſio conſcripſit, penitus evaneſcunt, ut non ſit opus ſingulis reſpondere, cum ſanctum fuiſſe, quem magum appellat, tanti viri teſtimonio probaverimus. Sed præter Laurentium habuiſſe quoque magiſtrum Joannem Gratianum Archipresbyterum, poſtea Papam Gregorium Sextum nuncupatum, eumque eſſe ſecutum in Germaniam abeuntem, eaque occaſione apud Cluniacenſes permanſiſſe, nos ſuperius diximus ſuo loco, cum de his actum eſt. Quæ autem ab eo ſint geſta, cum revocatus eſt Romam ordinatus ſubdiaconus, & poſtea Archidiaconus, itidem ſuperius ſuis locis abunde declarata, eademque integra; ſincera, dignaque in omnibus Apoſtolico viro ſunt cognita, ut ex diverſorum ſcriptis, in primis vero ex epiſtolis Petri Damiani infelix Benno in omnibus mendaciſſimus arguatur. His percognitis, & auctoritate tum viventium, & coram aſpicientium teſtium confirmatis, jam quæ ad ejus ſpectant electionem in Romanum Pontificem, pernoſcamus.

XX. Gregor. ſeptimi electio.

Citata nuper Acta Vaticana de rebus geſtis Gregorii Septimi, hæc de ejus habent electione: *Defuncto Alexandro Papa, & in Lateranenſi Eccleſia honorifice tumulato, dum Hildebrandus Archidiaconus eſſet in ejus * obſequiis occupatus, repente factus eſt in ipſa Eccleſia maximus Cleri & populi Romani concurſus, clamantium & dicentium: Hildebrandum Archidiaconum beatus Petrus elegit. Quo audito idem Archidiaconus nimis expavit & quaſi extra ſe raptus cucurrit ad pulpitum, cupiens populum ipſum frequentem ſedare, & a ſua intentione recedere, & retrahere: ſed prædictus Hugo Candidus Cardinalis, ubi omnium vota in Archidiaconum conveniſſe indubitanter cognovit, citius præcucurrit, & populum ipſum in hunc modum allocutus eſt, dicens: Ecce chariſſimi fratres, ſcitis, & indubitanter cognoſcitis, quod a diebus B. Leonis Papæ hic Archidiaconus, tamquam vir prudens atque probatus, hanc ſacroſanctam Romanam Eccleſiam plurimum exaltavit, & civitatem ipſam ab imminentibus periculis liberavit. Unde quia idoneiorem ad Eccleſiæ regimen invenire nequivimus: Nos Epiſcopi Cardinales unanimiter ipſum nobis & vobis in paſtorem & Epiſcopum animarum noſtrarum eligimus. Et continuo univerſitate populi & Cleri acclamante: Dominum Gregorium Papam ſanctus Petrus elegit: indutus rubea chlamyde (ſicut eſt mos) & Papalis mitra inſignitus, invitus & mœrens in beati Petri Cathedram fuit inthronizatus.* Hæc ibi de ipſius electione. Sed audiamus quæ idem ipſe Gregorius de ſua electione ſcribat, tum ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, tum etiam ad Gilulphum Principem Salernitanum, tum denique ad Guibertum Archiepiſcopum Ravennatem, totidem ferme verbis in hunc modum.

* exequiis

XXI. (a) Greg. l. 1. ep. 3. Quæ de ſua electione Gregorius.

*Non dubitamus (a) famam literas noſtras antevolaſſe, & tam vobis, quam multis aliis domini noſtri Alexandri Papæ obitum nuntiaſſe. Quod autem mihi valde gemendum eſt, mors ejus ſuper me cecidit, & omnia viſcera mea concutiens penitus conturbavit. Nam in morte ejus, primo quidem Romanus populus contra morem ita quievit, & in manu noſtra conſilii frœna dimiſit, ut evidenter appareret, ex Dei miſericordia hoc proveniſ-*



*ſe.*

PAGIUS

tibus manifeſtum fiet. Præterquamquod *Henricus* IV. Rex tantum Italiæ erat, nondumque Imperator, & Pontifices Romani Regum Italiæ annos notare ſoliti non erant.

V. *Inthronizatio Gregorii VII.*

Notabilia hæc Centii Camerarii in lib. Cenſuali verba de Gregorio VII. Pontifice Electo: *Indutus rubea chlamyde (ſicut moris eſt) & Papali mitra inſignitus; invitus & mœrens in B. Petri cathedra fuit inthronizatus.* Hic enim Centius Camerarius, ſeu, ut creditur, Honorius III. Pontifex Romanus loquitur de *mitra turbinata* cum corona, de qua in Leonis IX. coronatione verba fecimus, oſtendimuſque hunc Pontifices Romanos coronandi morem antiquum eſſe, quod & indicat Donatio Conſtantini ante Pippini Francorum Regis tempora conficta. Impoſtor enim ad ſuam ætatem reſpiciens, ait: *Decrevimus, ut ipſe* (ſcilicet Silveſter) *& ſucceſſores ejus diademate, videlicet coronæ, quam ex capite noſtro illi conceſſimus ex auro puriſſimo & gemmis pretioſis uti debeant & in capite ad laudem Dei pro honore B. Petri geſtare.* [1] Quare hallucinati ſunt, qui hunc morem novum credidere.

pau-

NOTÆ

[1] Coronæ ſeu mitræ pontificiæ hujus æri formam juvat hic deſcribere ex Benzone de Rebus Henr. III. l. 7. c. 2. pag. 397. Ita enim ille de corona Nicolai II. quem, ait Romæ coronatum ab Hildeprando in frequenti epiſcoporum Synodo. *Regali corona, in cujus inferiori circulo legebatur*: Corona regni de manu Dei. *In altero vero ſic*: Diadema imperii de manu Petri. Hinc diſcimus duplicis circuli in corona pontificia ornamentum multo vetuſtius eſſe quam huc uſque ab eruditis creditus ſit. MANSI

*ſe. Unde accepto conſilio hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, poſt Litanias, & multorum orationem eleemoſynis conditam, divino fulti auxilio ſtatueremus, quod de electione Romani Pontificis videretur melius. Sed ſubito, cum prædictus dominus noſter Papa in Eccleſia Salvatoris ſepulturæ traderetur, ortus eſt magnus tumultus populi & fremitus, & in me quaſi veſani inſurrexerunt, nil conſulendi facultatis, aut ſpacii relinquentes, violentis manibus me in locum Apoſtolici regiminis, cui longe impar ſum, rapuerunt. Ita recte ego cum (a) Propheta poſſum dicere: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me, Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ (b) Denique timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. Sed quia multis & magnis curis fatigatus ſatis dictare nequeo, miſerias meas enumerare ſuperſedeo.*

(a) Pſ. 86.
(c) Id. 54.

XXII. Ad obiectiones Bennonis ſchiſmatici.

Sed inter hæc audiendus eſt Momus, quid ad hæc obiiciat Benno ex more mentitus. Ait enim: *Alexandro Papa juxta veſpertinam horam defuncto: eadem die contra canones a laicis electus eſt. Sed Cardinales non ſubſcripſerunt in electione ejus; ſub anathemate enim canones præcipiunt, neminem eligi in ſedem Romani Pontificis ante diem tertium poſt ſepulturam ipſius prædeceſſoris.* Hæc Benno, multipliciter mentiens, atque errans. Mentiens, inquam, dum Cardinales non ſubſcripſiſſe ejus electioni tradit, cum ex ipſo electionis decreto per eoſdem Cardinales tunc conſcripto, paulo inferius recitando, evidenter appareat, Cardinales omnes ejuſdem electioni Gregorii conſenſiſſe. Quorum expreſſum conſenſum, etiam ſi decretum eorum deeſſet; inde evidenter probari poteſt, quod nullus repertus, qui tunc diſceſſerit, vel ſchiſmas fecerit. Siquidem longe poſt hæc, & ex alia cauſa, ut dicetur, ſchiſma conflatum eſt. Si ergo in electione ejus nullum factum eſt ſchiſma, ergo Cardinales oportuit conſenſiſſe; & ſi conſenſerunt, etiam oportuit ſubſcripſiſſe. Nam ſimul ac ſubſcribere denegaſſent, non conſenſiſſe omnino dicendi fuiſſent.

XXIII. Quod autem (ut ait) ante triduum ex antiquorum canonum præſcripto Pontifex minime eligendus fuiſſet, & par erat jejuniis, precibus, & eleemoſynis (quod ipſe Gregorius faciendum indixerat) Dei clementiam prævenire, & exorare, ut quem dignum ſciret paſtorem Chriſtiano gregi præficeret: tamen quod nuper promulgatum decretum a (c) Nicolao Papa, Alexandri prædeceſſore, de Romani Pontificis electione ſuperius recitatum, quo eligendi Pontificis certa norma præſcribitur, nihil penitus de triduo expectando caviſſet: nihil eſt, quod non expectato triduo obiici potuiſſet. Sed & cum in eadem ſententia & poſt triduum, & poſt annum, & annos perſeveraſſe noſcantur, qui fuerunt legitimi electores nec ulla ab eo facta diſceſſio, niſi paucorum poſt annos ſeptem, cum ab Henrico Rege contra Gregorium electus eſt Guibertus Archiepiſcopus Ravennas: quid de triduo non expectato obiici jure potuit, ſed præſtat audire ipſum electionis decretum, tunc ab electoribus ſcriptis mandatum ipſa die, qua eſt electus in Romanum Pontificem Hildebrandus Archidiaconus miro conſenſu omnium Cleri ſcilicet atque populi, nominatuſque Gregorius. Extant ipſa Acta publica, & in eis ipſum decretum electionis, quod in ejuſdem Gregorii Regeſto epiſtolarum exordio poſitum, ſic ſe habet:

(c) c. in nomine diſt. 23.

XXIV. Decretum de electione Greg. Pap. VII.

*Regnante Domino noſtro JESU Chriſto, anno clementiſſimæ Incarnationis ejus milleſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione & Luna undecima, decimo Kalen. Maii, feria ſecunda, die ſepulturæ domini Alexandri bonæ memoriæ Secundi Papæ; ne Sedes Apoſtolica diu lugeat proprio deſtituta paſtore, congregati in baſilica beati Petri ad Vincula nos ſanctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales*

PAGIUS VI. *Ejus ordinatio coram Legato Regio.*

Paulo poſt Centius Camerarius ait, Gregorium VII. Nuncios ad Regem *Henricum* celeriter deſtinaſſe, per quos electionem de ſe factam ei aperuit: *Rex vero, ubi electionis veritatem cognovit, electioni ejus aſſenſum præbuit: & ſtatim Gregorium Vercellenſem Epiſcopum, Italici regni Cancellarium, ad urbem tranſmiſit, quatenus auctoritate Regia electionem ipſam confirmaret, & conſecrationi ejus intereſſe ſtuderet: quod ſine dilatione factum eſt.* Mabillonius Tom. I. Muſei Italici part. II. in Obſervat. ad Vitam Hadriani Papæ I. loquens de Decreto ad Imperatores mitti ſolito, ut Pontifex Romanus poſt ſuam electionem coram eorum Legatis conſecrari poſſet, ait: *At quo tempore abrogari cœperit ille tranſmittendi Decreti ritus, nono, an decimo ſæculo, aliis examinandum relinquimus.* Illud nos accurate examinavimus, invenimuſque Gregorium VII. ultimum fuiſſe, cujus electio ante conſecrationem Imperatori ſignificata fuerit, & ejus ordinationem coram Legatis ejus peractam eſſe. Licet enim *Henricus* IV. hoc tempore Rex Germaniæ, Italiæque tantum eſſet, nondumque a Pontificibus Romanis coronatus Imperator, iiſdem tamen prærogativis Romæ ac Imperatores potiebatur; cum poſt Ottonem Magnum cæteri Germaniæ Reges rite electi Imperatores deſignati haberentur. Hinc Nicolaus II. in Conſtitutione de Electione Romani Pontificis apud Baronium MLIX. num. XXVII. ait: *Eligatur de ipſius Eccleſiæ gremio, ſi reperitur idoneus, vel ſi de ipſa non invenitur, ex alia aſſumatur, ſalvo debito honore & reverentia dilecti filii noſtri Henrici, qui in præſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, ſperatur, ſicut jam ſibi conceſſimus, & ſucceſſoribus illius, qui ab Apoſtolica ſede perſonaliter hoc jus impetraverint.*



*les, clerici, acolyti, ſubdiaconi, diaconi, presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis & Abbatibus clericis, & monachis, conſentientibus plurimis turbis utriuſque ſexus, diverſique ordinis accalamantibus: Eligimus nobis in paſtorem & ſummum Pontificem virum religioſum, geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis & juſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in adverſis fortem, in proſperis temperatum, & juxta (a) Apoſtoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio hujus matris Eccleſiæ a pueritia ſatis nobiliter educatum & doctum, atque pro vitæ merito in Archidiaconatus honorem uſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet Archidiaconum, quem amodo uſque in ſempiternum & eſſe & dici Gregorium Papam & Apoſtolicum, volumus & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. Acta Romæ decimo Kal. Maji, Indictione undecima.*

(a) 1. Tim. 3.

XXV. Ob amorem enim & cultum erga Gregorium Sextum educatorem ſuum, gratitudinis ergo certum eſt, voluiſſe Hildebrandum creatum Pontificem nominari Gregorium; & in confirmationem illius legitimæ ſedis dici Septimum numero, ad redarguendam nonnullorum ſententiam de ſpurio Pontificatu ejus, quod a nobis ſuperius dictum eſt in ipſius Gregorii Sexti electione. His ſic ſe habentibus, errare penitus convincuntur, qui poſt triduum ab obitu Alexandri Gregorium electum aſſerunt, cum certum ſit, electum fuiſſe dicta die vigeſima ſecunda menſis Aprilis, natalitio die ſanctorum Pontificum Soteris & Gaii.

XXVI. De legitima electione Gregor. Germanorum ſcriptorum concordia.

Sed & præſtat audire, quid rerum Germanarum Scriptores hujus temporis fideliſſimi de ejuſdem electione Gregorii ſuis ſcriptis prodiderint. Audi, obſecro, quid Lambertus Scafnaburgenſis ſub hoc eodem anno in commentario de rebus geſtis Germanorum ſcribat. Ait enim: *Alexander Papa, qui & Anſelmus, deceſſit; cui Romani protinus, inconſulto Rege, ſucceſſorem elegerunt Hildebrandum virum ſacris litteris eruditiſſimum, & in tota Eccleſia, tempore quoque priorum Pontificum omnium virtutum genere celeberrimum, &c.* Quæ autem ſequuntur, erunt inferius recitanda. Marianus Scotus pariter in Germania ſcribens his diebus, eumdem Gregorium venerabilem prædicat, atque ab eo ſtatuta decreta recitat, atque laudat. Sigebertus etſi certum ſit Henricianas partes contra Romanos Pont. foviſſe, Gregoriique nimiam ſeveritatem incuſet, numquam tamen auſus dicere, illegitimum fuiſſe creatum Pont. Otto Friſingenſis Epiſcopus eruditiſſimus ſcriptor hæc de Gregorio Septimo: *Forma gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonſtravit, ac fortis per omnia athleta ſe pro muro domui Iſrael ponere non timuit.* Unus Urſpergenſis Abbas idemque ſchiſmaticorum patronus, Bennoni, quem Brunonem appellat (niſi vitium ſit male deſcribentis librarii) inhærens, ejus recitat ſcriptorum capita quædam, non tamen ut ille, ſpuriam omnino fuiſſe electionem Gregorii, auſus eſt affirmare, ſed iſta tantum: *Cum abſque Regis conſenſu, ſolis tantum Romanis faventibus hunc apicem conſcendiſſet: ſunt qui illum non canonice conſtitutum, ſed tyrannice Papatum ſibimet aſſeverent uſurpaſſe, pro quare & a nonnullis Epiſcopis abdicatus eſt.* Hæc ipſe. Sed quam etiam iſta de non adhibito conſenſu Henrici Regis ſint falſa, videndum.

XXVII. Electioni Gregorii acceſſit Regis aſſenſus.

Quod enim tam Henrico Imperatori ejus patri, quam huic Henrico ejus filio ex privilegio Romanæ Eccleſiæ datum ſit a Romano Pontifice (ut teſtatur Nicolaus in ſua recitata ſuperius conſtitutione de electione Romani Pontificis) ac cæteris ſucceſſoribus, qui acceperint idem privilegium ab Apoſtolica Sede, ut adhibito eorum conſenſu electio facta fulciri debeat; nequaquam electio Gre-

PAGIUS

Plus itaque Teutonici, quam Carlovingici ſibi tribuerunt in conſecratione Pontificum Romanorum, hoc fundamento innixi, *quia regnum eſt quaſi arrha Imperii.* Inde enim Reges ante coronationem eodem ac Imperatores jure gaudere ambierunt. Huic legi, quam Eugenius II. ſub Imperatoribus Carlovingicis emiſit, quamque Otto Magnus & Sanctus Henricus Imperatores ſub Teutonicis ſervari juſſere primus ſe ſubjecit *Gregorius* IV. poſtremus vero *Gregorius* VII. poſt quem ea nullum locum habuit, uſuque contrario penitus abrogata fuit. Verum quidem eſt, mortuo *Paſchali* Secundo *Henricum* Imp. hujus nominis IV. *Burdinum* Bracarenſem Archiepiſcopum in Sede Apoſtolica collocaſſe, quod ordinationi Gelaſii II. non conſenſiſſet, & non paucos Romanos in Burdini Gregorii VIII. appellati electione & ordinatione fautores habuiſſe, ſed Eccleſia, quæ jam hoc onus excuſſerat, & priſtinam libertatem recuperarat, *Burdinum* rejecit, eumque Callixtus Gelaſii II. ſucceſſor in monaſterium detruſit, ut ſuo loco dicemus.

VII. *Patria parentes, & probitas Gregorii VII.*

Hildebrandus *Soanæ* in ditione Senenſi poſitæ natus eſt, non vero *Senis*, ut aliqui perperam ſcribunt. Baronius num. XVI. ait, eum patre fabro ortum, ſed, ut ſcribit Papebrocius ad diem XXV. menſis Maji, quo idem Gregorius VII. collitur, in Comment. prævio num. XXXVIII. nullum nominatim Auctorem hanc in rem laudat; eadem vero in Lectionibus Officii proprii ſic narrantur, ut generis ejus ignobilitati non ſuffragentur; dicuntur enim eveniſſe, *cum parvulus ad pedes fabri ligna edolantis, jam literarum inſcius luderet*, non vero ad pedes patris fabri. Recitat ibidem Papebrocius Vitam Gregorii VII. a Paulo Ben-

Gregorii hac ex parte nutavit, nec Gregorius in requirendo Regis aſſenſu contumax atque refractarius fuit. Immo requiſivit ipſe non conſenſum, ſed diſſenſum, nempe ſuis litteris rogans eum, ne ſuæ electioni conſenſum aliquatenus adhiberet, ut ſic effugeret ſuper humeros injectum importabile pondus. In Actis ejus vitæ ſuperius citatis iſta narrantur: *Altera die (nempe ſequenti ab ejus electione) apud ſe ipſum ſollicita mente pertractans, ad quam grave periculum ſit adductus: æſtuare cœpit ex nimio dolore. Sed cum excuſationem de relinquendo Papatu non inveniſſet: Nuntios ad Regem Henricum celeriter deſtinavit, per quos & electionem * deſuper factam ei aperuit, & ne aſſenſum præberet, attentius exoravit. Quod ſi non faceret, certum ſibi eſſet, quod graviores & manifeſtos ipſius exceſſus nullatenus impunitos toleraret. Rex vero ut electionis veritatem cognovit, electioni ejuſdem aſſenſum præbuit, & Gregorium Vercellenſem Epiſcopum Italiæ regni Cancellarium ad Urbem tranſmiſit, quatenus auctoritate regia electionem ipſam confirmaret, & conſecrationi ejus intereſſe ſtuderet, quod ſine dilatione factum eſt. Nam infra Octavam Pentecoſtes in presbyterum Hildebrandus ordinatus eſt, & in natali Apoſtolorum in Romanum Pontificem conſecratus.* Hæc de regio aſſenſu Acta ipſius, quem & omnino interceſſiſſe Lambertus affirmat. Sed quomodo ſit adhibitus, paulo diverſe tamen; rem geſtam ſic narrat ſub hac ipſa hujus anni periodo poſt narratam ejus electionem:

* ſuper ſe

XXVIII. *Is*, inquit, *quomodo zelo Dei ferventiſſimus erat, Epiſcopi Galliarum protinus grandi ſcrupulo permoveri cœperunt, ne vir vehementis ingenii & acris erga Deum fidei, diſtrictius eos pro negligentiis ſuis quandoque diſcuteret; atque ideo communibus omnes conſiliis Regem adorti orabant, ut electionem, quæ ejus injuſſu facta fuerat, irritam eſſe decerneret, aſſerentes, quod niſi impetum hominis prævenire maturaret, malum hoc non in alium gravius, quam in ipſum Regem redundaturum eſſet. Statim Rex a latere ſuo Eberhardum Comitem miſit, qui Romanos proceres conveniens, cauſam ab eis ſciſcitaretur, quare præter conſuetudinem majorum, Rege inconſulto, Romanæ Eccleſiæ Pontificem ordinaſſent, ipſumque ſi non idonee ſatisfaceret, illicite accepta dignitate abdicare ſe præciperet. Is veniens Romam benigne a prædicto viro ſuſceptus eſt. Cumque illi mandata Regis expoſuiſſet, reſpondit, ſe Deo teſte, honoris hujus apicem numquam per ambitionem affectaſſe. Sed electum ſe a Romanis, & violenter ſibi impoſitam fuiſſe Eccleſiaſtici regiminis neceſſitatem; cogi tamen nullo modo potuiſſe, ut ordinari ſe permitteret, donec in electionem ſuam tam Regem, quam Principes Teutonici regni conſenſiſſe certa legatione cognoſceret. Hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam, & ſine dubio dilaturum, donec ſibi voluntatem Regis certus inde veniens Nuntius intimaret. Hoc ubi Regi eſt renuntiatum, libenter ſuſcepit ſatisfactionem, & lætiſſimo ſuffragio, ut ordinaretur, mandavit. Quod & factum eſt anno ſequenti in Purificatione ſanctæ Mariæ.* Hucuſque Lambertus, de præſtito conſenſu Regis haud dubius teſtis. Cognitum autem & firmatum ab omnibus Gregorium Papam Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus in oratione metrica his verſibus Deo bonorum omnium auctori commendavit, dicens.

*Archiapoſtolici qui culmine fulget honoris*
*Protege Gregorium, ſcis quem amare Petrum.*
*Septimus in numero vigilantum munera ſeptem*
*Poſſideat ſemper flaminis ille tui.*

Jam vero, quæ fuerint reliqua anni hujus rerum geſtarum ejuſdem Gregorii, percurramus.

Præter recenſitam legationem ad Regem miſſam una cum litteris de ſua electione conſcriptis, hoc pariter anno, die ſequenti a ſua electione, nempe nono Kal. Maii, Indictione undecima, ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem litteras dedit, in quibus poſt enarratam electionem, & ſuas, in quibus eſſet conſtitutus, anguſtias, de Agnete Auguſta ſalutanda tunc Caſſini commorante hæc habet: *Dominam Agnetem Imperatricem, & Rainaldum venerabilem Comanum Epiſcopum ex noſtra parte ſaluta, & quantum erga nos dilectionis habuerint, nunc* XXIX.

Agnes Aug. Caſſini degit.

*ut*

PAGIUS Benriedenſi Canonico & Præpoſito Canonicorum Regularium Divi Auguſtini, circa annum. MCXXX. editam, & a Jacobo Gretzero primum publicatam, ſed in ea, nec ejus patria, nec parentes nominantur, ſed tantum dicitur Abbatem monaſterii Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in Aventino monte ejus avunculum extitiſſe. Edidit & Gretzerus Gregorii VII. defenſionem ſcriptam a *Ferhobo* Abbate Reicherſpergenſi, Sancti *Gebhardi* Salisburgenſis Archiep. Epiſtolam ad Herimannum Metenſem Epiſcopum, alteramque Epiſtolam *contra Schiſmaticos* a *Stephano* Epiſcopo Halsberſtatenſi exaratam, quæ Opuſcula licet Baronius non vidiſſet, feliciter tamen Sancti Pontificis innocentiam probavit, adeo ut quoad hoc caput nihil fere nobis dicendum reſtet. De eo legendus etiam Gretzerus.

A num



*ut oſtendant, noſtra vice fideliter obſecra.* Tempus hoc illud eſſe cognoſcitur, quo eadem Agnes Imperatrix per ſex menſes (ut Leo Oſtienſis teſtatur) Caſſini eſt commorata. De ipſa enim iſta habet his verbis: *Nec Imperatricis Agnetis religioſam devotionem ſilere convenit, quæ velut altera Regina Saba, Salomonis alterius, & alterius templi magno viſendi deſiderio ducta, ex ultimis huc Germaniæ finibus advenit, & ſex ferme hic menſes remorata, multo majora ſe, quam fama perceperat, vidiſſe gaudebat; aſſerens merito & locum & patrem ac Fratres omnibus, qui per totum orbem eſſent, religioſis viris præferendos. Obtulit autem beato Benedicto dona magnifica & regia, ideſt, planetam * diaſphoram, undique auro contextam. Albam quoque a ſcapulis & capite & manibus phrygio decenter ornatam, amictumque ſimilis operis, purpurea Pluvialia duo pretioſis aureis liſtis ornata; pannum cliadorinum cum phrygio & auro ante faciem majoris altaris, pallium etiam magnum cum elepharis, quod dorſale cognominant, Evangelium, cum tabula fuſili argentea opere anaglypho & pulcherrime deaurato. Duo item candelabra argentea librarum duodecim:* Hæc Leo.

* diaſprinam.

XXX. Sed ad Gregorium redeamus, cujus res geſtas non aliunde certiores ac veriores, quam ex ejus epiſtolis ad diverſos datis iiſdemque temporis nota conſignatis quis reperiet: epiſtolari enim hiſtoria nulla fidelior atque tutior. Extat in Vaticana bibliotheca Regeſtum ejuſdem Gregorii epiſtolarum antiquitus ſcriptum, deſcriptum a nobis, cum juniores eſſemus, poſtea vero cuſum tertio tomo epiſtolarum Romanorum Pontificum, cujus & alia nacti ſumus exemplaria. Nos ex illis ea in Annales inferemus, quæ potiſſimum ad publica negotia ſpectant, vel ſi quid aliud his affine.

XXXI. In primis vero, quod ſpectat ad legationes hoc anno ab ipſo Gregorio ad diverſos miſſas, eas ordine temporum recenſeri curabimus. Poſt primam autem de qua dictum eſt legationem, de ſua ordinatione ad Henricum Regem Germaniæ miſſam, hoc etiam anno, menſe eodem, quo creatus eſt poſt dies octo Hugonem Candidum S. R. E. Cardinalem Legatum decernit in Hiſpanias; cui iter facienti per Gallias litteras (*a*) dedit ad Geraldum Oſtienſem Epiſcopum, & Raimbaldum ſubdiaconum Legatos in Galliis, pridie Kal. Maii indictione undecima. In quibus in primis, quod ad ipſum delectum Legatum pertinet, quod ante ſub Alexandro male audiſſet, ſic excuſat: *Quia vero hunc confratrem noſtrum, videlicet Hugonem Candidum in partes illas dirigi, tempus & rerum competentia poſtulaſſe videbatur, prudentiam veſtram omnino exoratam eſſe volumus, quatenus Hugonem Cluniacenſem Abbatem, & totam Congregationem Fratrum, ita ad pacem & integram hujus dilectionem flectere & conjungere ſtudeatis; ut auxiliante Deo, nihil in eorum mentibus, quod inviſum, aut diſſenſionis nube ſit obtectum, relinquatis. Nam & hic abiecto omni arbitrio ſuo, ad cor noſtrum, noſtraque conſilia rediens, in eodem ſenſu, eademque voluntate ac ſtudio nobis eſt connexus; & ea quæ antehac ſibi impoſita ſunt, vivente adhuc domino noſtro Papa, ex aliorum magis, quam ex ejus culpa prodiiſſe cognovimus.* Cur autem iſta de Hugone Legato ad Cluniacenſes excuſatio? quod ſcilicet idem Pontifex peteret, ab eodem Hugone Abbate Cluniacenſe, ut ipſi comites ex ſuis monachis jungeret proficiſcenti in Hiſpanias, qui eſſent adjumento ad corrigenda ea, quæ correctione digna viderentur. Nam in eadem epiſtola hæc inferius:

(*a*) *Greg. lib. I. ep. 7.*

Hugonis Candidi legatio in Hiſp.

*Vos autem ex noſtra parte rogate Abbatem, ut tales ſibi adjungat, qui eum comitentur, quorum conſilio & adjutorio iter & laborem illum fiducialiter aggredi poſſit, legatione tamen in eo principaliter poſita. Extra Hiſpaniam vero nullius umquam publici rerum Eccleſiaſticarum negotii ſine veſtro conſenſu, quamdiu vos in Gallia fueritis licentiam ſibi dedimus faciundi.* Hæc quo ad ipſum Legatum Hugonem. XXXII.

Quæ-

PAGIUS VIII. A num. XXX. ad XXXVIII. *Gregorius* VII ipſo ſui Pontificatus initio de antiquo Officio ſancti Iſidori ſeu Gothico abrogando & Romano in Hiſpaniam inducendo cogitavit. Hanc in rem *Hugonem Candidum* S. R. E. Cardinalem *Legatum* miſit, hicque monachos Cluniacenſes a Sancto Hugone Abbate Cluniacenſi datos ſe ſe comitari voluit. Legatus ſtatim in Aragoniam, ubi *Sanctius Ramirus* regnabat, ſe contulit, & Epiſcopos apud Sanctum Joannem Pennatenſem congregavit. Hi eo urgente Officium Romanum recepere opera Monachorum Cluniacenſium, qui jam ritum Romanum in quædam loca introduxerant a tempore Sanctii Majoris. *Sanctium* enim Aragoniæ Regem hoc anno Officium Romanum admiſiſſe, liquet ex Epiſtola LXIII. libri primi Regiſtri Gregoriani, a Baronio anno ſequenti num. LVI. recitata, in qua illum de Officii Romani admiſſione congratulatur: *In hoc autem*, inquit, *quod ſub ditione tua Romani ordinis officium fieri ſtudio & juſſionibus tuis aſſeris*, &c. *dat. XIII Kal. Apr. ind. XII.* an. ſcilicet MLXXIV. ubi rurſus, hac de re ſermo erit. Hæc vero a Sandovallio in Regibus Caſtellæ & Leonis narrata, quibus addendum ideo, ut videtur, Legatum Epiſcopos apud Sanctum Joannem Pennatenſem congregaſſe, quia eo in monaſterio Officium Romanum jam ab anno MLXXI. in uſu erat, ut non ſemel ſupra oſtendimus.

*Gregorius VII. curat ordinem Romanum in Aragonia recipi.*

XXXII. Quænam autem hujus in Hiſpanias decernendæ legationis neceſſitas urgens incumberet, modo dicendum. Cum enim Maurorum, qui Hiſpanias occupaverant, eſſent res in declivio poſitæ, jamque magna ex parte vendicatæ eſſent civitates atque provinciæ per Chriſtianos Principes: Gregorius Papa, ut quod in eis jus prætenderet Sedes Apoſtolica ſive cenſus ratione, ſive tributi antiquitus, antequam iidem Arabes eaſdem provincias occupaſſent, perſolvi eidem conſuetum, æque reciperet, Hugonem miſit. His accedebat, quod unus ex Comitibus Evulus de Rocejo nomine, probe ſciens jura Sedis Apoſtolicæ ſuper Hiſpanias, Romam acceſſerat jam tempore prædeceſſoris Alexandri, ut peteret licere ſibi armorum potentia ab iniquis poſſeſſoribus vendicare, quas Arabes occuparant, & adhuc poſſiderent provincias in Hiſpania pactis conventis ſuper his, quæ Sedi Apoſtolicæ reddenda forent, deque his tam Alexander, quam & ipſe Gregorius tunc Archidiaconus litteras conſcripſiſſent; modo idem negotium Gregorius promoturus, mittendi Hugonem Legatum, conſilium iniit. Cui etiam in mandatis dedit, ut quæ in Hiſpaniarum Eccleſiis eſſent corrigenda, corrigeret & emendaret. Scripſit autem de his idem Gregorius ad dictos Sedis Apoſtolicæ Legatos Giraldum Oſtienſem Epiſcopum & Raimboldum, his verbis:

Quæ Agenda eſſent per Hugonem in Hiſp.

XXXIII. *Præterea hæc meminiſſe debetis, quod in litteris domini noſtri beatæ memoriæ Alexandri, & noſtra quoque legatione orati & commoniti fuiſtis, quatenus cauſæ Evuli Comitis de Rocejo, per vos & per antedictum Abbatem favorem addere inſiſteretis, & cognita pactione, quam nobiſcum de terra Hiſpaniæ pepigit inſcripto, quod ſibi dedimus, una cum conſilio Abbatis, tales illuc perſonas dirigi procuraretis, qui & errorem Chriſtianorum, qui ibi reperiuntur, in ſpiritualibus corrigere ſaperent, & in exquirendis cauſis ſancti Petri juxta tenorem pactionis, ſi res bene procederent, ſat idonei forent. Quod ſi ita factum eſt, nobis multum placet: ſin vero adhuc aliqua occaſione prætermiſſum eſt, aut etiam ſi eadem conventio ab aliis quibuſdam Principibus, quos in eamdem partem ſeorſum ab Evulo ſuis copiis ituros intelleximus: nondum exquiſita eſt volumus, ut cum veſtro conſilio & Abbatis, Hugo Cardinalis illuc tendat, & æquam ab omnibus ex parte ſancti Petri pactionem & debitum exigat.* Hæc ad Legatos in Gallia exiſtentes Gregorius.

XXXIV. Idemque omnibus Principibus, cupientibus vendicare ab Infidelibus loca per Sarracenos hucuſque detenta, has litteras dedit per eumdem Hugonem Candidum perferendas. Eſt harum titulus. (*a*)

(*a*) Greg. lib. 1. ep. 7.

*Gregorius in Romanum Pontificem electus, omnibus Principibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus, perpetuam ſalutem in Domino Jeſu Chriſto.*

Gregor. epiſtola ad Hiſpaniæ principes.

*Non latere vos credimus, regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprii juris S. Petri fuiſſe, & adhuc (licet diu a Paganis ſit occupatum) lege tamen juſtitiæ non evacuata, nulli mortalium, ſed ſoli Apoſtolicæ Sedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo ſemel in proprietates Eccleſiarum juſte pervenerit, manente eo, ab uſu quidem, ſed ab earum jure occaſione tranſeuntis temporis ſine legittima conceſſione divelli non poterit. Itaque Comes Evulus de Rocejo, cujus famam apud vos haud obſcuram eſſe putamus, terram illam ad honorem ſancti Petri ingredi, & a Paganorum manibus eripere cupiens, hanc conceſſionem ab Apoſtolica Sede obtinuit, ut partem illam, unde Paganos ſuo ſtudio, & adjuncto ſibi aliorum auxilio expellere poſſet, ſub conditione inter nos factæ pactionis, ex parte ſancti Petri poſſideret. Qua in re & labore quicumque veſtrum ſibi adærere voluerit, omni charitatis affectu commonitus erga honorem ſancti Petri talem animum gerat, ut ab eo & munitionis auxilia in periculis, & merita fidelitatis præmia ſecurus accipiat.*

XXXV. *Si autem aliqui ex vobis ſeorſum ab illo propriis copiis eamdem terram aliqua in parte intrare paraverint: decet ut militiæ cauſam ex animi devotione quam juſtiſſimam ſibi proponant, jam nunc omni voto concipientes, & ex corde ſtatuentes, ne capta terra, eaſdem, quas illi, qui nunc Deum ignorantes eam occupant, injurias ſancto Petro faciant. Hoc enim neminem veſtrum ignorare volumus; quoniam niſi æqua pactione perſolvendi juris ſancti Petri in regnum illud animadvertere ſtatueritis: potius vobis Apoſtolica auctoritate, ne illuc tendatis, interdicendo, contra feremur, quam ſancta & univerſalis mater Eccleſia idem a filiis ſuis, quod ab hoſtibus patiendo, non jam proprietatis ſuæ, ſed filiorum detrimento ſaucietur. Quamobrem hunc dilectum filium Hugonem & Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyterum in partes illas miſimus, in cujus ore noſtra ad vos conſilia & decreta plenius apertiuſque diſſerenda, ac vice noſtra diſponenda poſuimus. Dat. Romæ ſecundo Kal. Maii Indictione undecima.* Hæc Gregorius ad Principes de Hugonis legatione, quæ ſecunda numeratur: nam prima ejuſdem Hugonis legatio in Hiſpanias contigit ſub Alexandro Papa, poſt celebratum Concilium Placentinum, de quo nos ſuo loco ſuperius egimus. Eſt mentio de ea apud recentiores Scriptores rerum Hiſpaniarum. De iſta autem nec verbum quidem, eo quod ejuſdem Gregorii Papæ



epiſtolas nequaquam exploratas habuerint. Quando autem, antequam Mauri potirentur Hiſpaniis his ſit potita juribus Apoſtolica Sedes, & ſub Vvitiza impio Rege jacturam paſſa fuerit, dictum eſt ſuo loco ſuperius anno Redemptoris ſeptingenteſimoprimo, quo nos hujus legationis Hugonis & alterius eadem ex cauſa ab eodem Gregorio miſſæ oportuit meminiſſe.

XXXVI. Quod autem ad Evulum Comitem ſpectat, alio loco Ebolum Comitem nominatum in ejuſdem (*a*) Gregorii epiſtolarum Regeſto invenimus, quem & unum ex Gallorum Principibus fuiſſe demonſtrat. Porro Gallos, ſive ſponte, ſive vocatos ab Hiſpaniarum Regibus expeditionem paraſſe contra Sarracenos, Francorum antiqua monimenta declarant; & quod ad hæc tempora ſpectat, fragmentum nuper editum ex codice Floriacenſi una cum Glabro, habet plura de iteratis Francorum expeditionibus in Hiſpanias contra Sarracenos, cum etiam ab Hiſpaniarum Regibus vocarentur adverſus eos; quæ quidem prætermiſſa eſſe noſcuntur ab his, qui res Hiſpaniarum ſunt proſecuti, quæ ad hæc quæ Gregorius ſcribit, intelligenda magnopere conferunt.

(*a*) Id. lib. 8. ep. 18.

XXXVII Paruiſſe autem Hiſpaniæ Principes Gregorio Papæ, ut quæ recuperaſſent a Sarracenis, eadem ut obligata Romanæ Eccleſiæ ab eadem acciperent, atque pro illis canonem ſolverent: docemur exemplo Berengarii Comitis Barchinonenſis, qui hoc eodem ſæculo, anno nimirum milleſimo nonageſimoprimo, Urbani Papæ anno quarto, cum recuperaſſet Tarraconenſem civitatem occupatam a Mauris, eamdem obtulit Romanæ Eccleſiæ, a qua eamdem accepit, conſtituta pro ea annua penſitatione quinque libris argenti, ut ſuo loco inferius dicturi ſumus ex diplomate tunc confecto, quod adhuc extat integrum. Sed jam reliqua proſequamur.



XXXVIII. Cum autem iſta Romæ de Hugonis legatione decernuntur, iidem, ad quos ſcribit Legatos in Gallia, Giraldus Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, & Raimbaldus ſubdiaconus, qui jam tranſierant in Hiſpaniam, Synodum habuerunt, in qua aliquos depoſuere Epiſcopos, excommunicavere alios, nonnullos etiam ſuſpendere præter jus faſque, ut injuſtæ damnatorum querelæ perlatæ ad Gregorium docuere. Cum nonnihil commotus in eumdem Epiſcopum Oſtienſem, hoc eodem anno, Indictione undecima Kalend. Julii ad eum epiſtolam dedit increpatoriam, cujus eſt exordium: (*b*) *Miramur, & multum anxii ſumus &c.* Eumdem vero multa paſſum Romam revocat litteris ad eum (*c*) datis Kalendas Septembris. Quæ autem acta ſint per Hugonem Legatum, nuſquam mentio.

Synodus in Hiſpania per legatos apoſt. ſedis habita.

(*b*) Greg. lib. 1. ep. 16.
(*c*) Id. lib. 1. ep. 20.

XXXIX. Eadem die qua Hugoni eam Gregorius legationem decernit, confirmat legationem nuper miſſam ab Alexandro prædeceſſore per Hubertum & Albertum, ad quos litteras dicta die dedit; quarum eſt initium: *Obitum domini Alexandri Papæ &c.* Quonam iſti miſſi fuerint, non conſtat: ſed ad loca ſancta Legatos fuiſſe, quæ in fine epiſtolæ habet, his verbis ſignificant: *De cætero vos monemus, ut in locis venerabilibus, ad quos veneritis, orationes pro me fieri obſecretis, quatenus omnipotens Deus, qui deſiderium meum numquam ad honorem iſtum anhelaſſe cognoſcit, ad ferendum tam grave onus, quod impoſitum ejus timore recuſare non audebam, omnes facultates infirmitati meæ pius impendat.*

Confirmatur legatio Huberti & Alberti.

Inter alia multa inchoata ſub Alexandro, illud quidem haud leve negotium Gregorio ſucceſſori proſequendum, reliquum fuit ſane perarduum, periculi plenum, exitu dubium, undique timendum.



PAGIUS IX. Ad num. XXXVIII. & ſeq. *Giraldus* Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis ab Alexandro II. Sedis Apoſtolicæ Legatus directus, Concilium hoc anno *Cabilone* celebravit, in quo *Lancelinum* Epiſcopum Simoniacum urbis Dienſis depoſuit, & in ejus locum *Hugonem* Lugdunenſem Camerarium communi omnium conſenſu die XIX. menſis Octob. ſubſtituit, ut narrat Hugo Flaviniacenſis in Chronico Virdunenſi, [1] qui ſubdit: *Obierat ipſo anno Papa Alexander, & ſubſtitutus erat unanimi electione cleri & populi Gregorius VII. quia in ipſa Romana Eccleſia ſub præfato Pontifice officio fungebatur Archidiaconatus. Et licet ordinationis & conſecrationis ejus Privilegium ſolis Cardinalibus Epiſcopis Albanenſi, Oſtienſi & Portuenſi ſit commiſſum, Giraldus iſte quia aberat, expectatus non eſt, ſed qui vices ejus exequeretur, ſubrogatus eſt. Qui Decanus* (nempe idem Giraldus Oſtienſis Epiſcopus, ideoque primus inter Cardinales Epiſcopos) *inter cætera electionem Dienſis Eccleſiæ innotuit, & Electum ipſum quam maxime Paternitatē ipſius commendavit.*

*Giraldus Oſtienſis Card. Cabilone Concilium celebrat.*

Ad

NOTÆ [1] Licet hoc anno celebratum fuiſſe a Giraldo Concilium quoddam Cabilonenſe non nego; adhuc tamen & aliud Concilium Cabilonenſe ab eodem ſuperiore anno habitum admittendum eſt. Annus enim 1072. *Indictione X. VI. Non. Martii Luna XVIII.* legitur in fine Chartæ cujuſdam ſcriptæ in Concilio Cabilonenſi ſub Giraldo Legato pro aſſerendis poſſeſſionibus quibuſdam Eccleſiæ Romanenſi, ſicut & eadem data apparet in altera Charta pro eadem Eccleſia in eodem Concilio firmata, Anecdot. t. IV. col. 98. MANSI

dum. Etenim vidimus in Alexandro Pontifice prædeceſſore, eo ſtatu res Henrici poſitas eſſe, ut diſſimulari, aut tolerari diutius minime poſſent, ea in primis quæ publica proſtabat nundinatio Abbatiarum & Epiſcopatuum, quæ auctione venirent. His accedebat ejuſdem Regis in Apoſtolicam Sedem contumacia atque deſpectus, cum jurium humanorum ac divinorum in dies magis magiſque conculcatio increbreſceret; quæ omnia optaſſet magnopere Gregorius abſque tumultu a Rege corrigi, atque abſque ſciſſura aliqua emendari; alioqui ea ſibi non ferenda, omnino induxit in animum. Voluntatem quidem iſtam ſuam pluribus antea datis ad complures litteris ſignificavit; ut cum hoc eodem anno ipſo initio ſui Pontificatus, pridie Nonas Maii iſta ad Godefredum Ducem inter alia ad finem epiſtolæ ſcribit (*a*):

(*a*) *Id. lib.* 1. *ep.* 9.

XLI. Greg. PP. quam bene affectus erga regem Henricum.

*De Rege vero mentem noſtram & deſiderium plene cognoſcere potes, quod quantum in Domino ſapimus, neminem, de ejus præſenti ac futura gloria aut ſollicitiorem, aut copioſiori deſiderio nobis præferri credimus. Eſt enim hæc voluntas noſtra, ut primum oblata nobis opportunitate, per Nuntios noſtros ſuper his quæ ad profectum Eccleſiæ & honorem regiæ dignitatis ſuæ pertinere arbitramur; paterna eum dilectione & admonitione conveniamus. Quod ſi nos audierit, non aliter de ejus, quam de noſtra ſalute gaudebimus; quam tunc certiſſime ſibi lucrari poterit, ſi in tenenda juſtitia noſtris monitis & conſiliis acquieverit: ſin vero (quod non optamus) nobis odium pro dilectione, omnipotenti autem Deo pro tanto honore ſibi collato, diſſimulando juſtitiam ejus, contemptum non ex æquo reddiderit, interminatio, qua dicitur* (*b*): *Maledictus homo qui probibet gladium ſuum a ſanguine, ſuper nos Deo providente, non veniet: neque enim liberum nobis eſt, alicujus perſonali gratia, legem Dei poſtponere, aut a tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente Apoſtolo* (*c*): *Si hominibus placerem, ſervus Dei non eſſem.* Hæc ad Godefredum Ducem Gregorius, & ad Beatricem Duciſſam & filiam ejus Mathildem eadem de animi ſui ſententia inculcat vehementius, iſtis verbis (*d*):

(*b*) *Jer.* 48.

(*c*) *Gal.* 1.

(*d*) *Greg. lib.* 1. *ep.* 11.

XLII.

*De Rege autem (ut antea in litteris noſtris accepiſtis) hæc eſt voluntas noſtra, ut ad eum religioſos viros mittamus, quorum admonitionibus, inſpirante Deo, ad amorem ſanctæ Romanæ & ſuæ matris Eccleſiæ eum revocare, & ad condignam formam ſuſcipiendi Imperii inſtruere & expolire valeamus. Quod ſi nos (quod non optamus) audire contempſerit, nos tamen a matre noſtra Romana Eccleſia, quæ nos nutrivit, & ſæpe filiorum ſuorum ſanguine alios generavit filios, cuſtodiente Deo, exorbitare nec poſſumus, nec debemus. Et certe tutius nobis eſt, defendendo veritatem pro ſui ipſius ſalute uſque ad ſanguinem noſtrum ſibi reſiſtere, quam ad explendam ejus voluntatem, iniquitati conſentiendo, ſecum (quod abſit) ad interitum ruere.* Hæc de animi ſui firma conſtantia ſæpe teſtata: nam & ad Rainaldum Comenſem ſive Comanum Epiſcopum, ad eum Legatum decernendum de iiſdem agit; (*e*) nec non in epiſtola ad Rudolphum Ducem Sueviæ data Kalen. Septembris. At legatio iſta nonniſi anni ſequentis initio mitti contigit, ut ſuo loco dicemus. Porro autem ipſe Henricus Rex benevolo erga ipſum Gregorium Papam eſſe animo, pluribus ſignificavit, potiſſimum vero quod (ut dictum eſt) ejus electionem ratam habuit & confirmavit. Sed & de ſuo erga Pontificem ſtudio (*f*) datis his ad eum hoc anno litteris, pariter declaravit:

(*e*) *Greg. lib.* 1. *ep.* 20.

(*f*) *Id. ibid. poſt ep.* 29.

XLIII.

*Vigilantiſſimo & deſiderantiſſimo domno Papæ Gregorio Apoſtolica dignitate cœlitus inſignito, Henricus Romanorum*

*Dei*

PAGIUS X. *Godefridus Dux cum ſuis Gregorio VII. addictus.*

Ad num. XLI. & ſeq. *Gothefredus Gibboſus*, Lotharingiæ Inferioris, quæ eadem erat cum hodierna, Dux hoc circiter tempore in Italiam venit, ubi erat *Mathilda* ejus uxor, & *Beatrix* ſocrus, ad quas Hetruriæ Ducatus pertinebat. Lambertus enim in Chron. ad annum MLXXVII. ſcribit: *Hæc* (nempe Mathilda) *vivente adhuc viro ſuo* ſc. Gothefredo), *quandam viduitatis ſpeciem longiſſimis ab eo ſpatiis excluſa prætendebat; cum nec ipſa maritum in Lotharingiam extra natale ſolum ſequi vellet: & ille Ducatus, quem in Lotharingia adminiſtrabat, negotiis implicitus, vix poſt tertium vel quartum annum ſemel marcham Italicam inviſeret.* Quibus ex verbis Fiorentinius lib. I. de Rebus ad Mathildam Comitiſſam ſpectantibus, recte collegit, eam anno MLXIX. aut inſequenti matrimonio cum præfato Gothefredo conjunctam fuiſſe, & hoc circiter anno *Gothefredum* in Italiam veniſſe, unde Henricus Rex Saxonum rebellionis occaſione eum in Germaniam vocavit, ut hoc anno idem Lambertus narrat. Gregorius, ubi in Pontificem Romanum electus fuit, hoc Beatrici Hetruriæ Duciſſæ ſignificavit, literis *Romæ IV. Kalend. Maji, indictione undecima* datis, & lib. I. ejus Decreti num. IV. recitatis. Tum ibidem num. IX. referuntur literæ ejuſdem Pontificis ad *Gothefredum* Lotharingiæ Ducem ſcriptæ *Romæ II. Nonas Maji, indict. XI.* Denique num. XI. recitantur literæ Gregorii VII. ad Beatricem & Mathildem ejus filiam. Utriuſque Epiſtolæ partem Baronius exhibet; in iis autem *Gregorius* VII. ſignificat, ſe religioſos Viros ad *Henricum Regem* miſſurum, quorum admonitionibus eum ad amorem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ revocare valeat. Hæ ultimæ literæ datæ *Romæ VIII. Kalend. Junii indict. XI.*

XI.

Ad num. XLIII. *Alexander* II. Synodum Romanam ordine quintam ante mortem celebravit, in qua *Gothofredum* Eccleſiæ Mediolanenſis invaſorem damnavit. Hanc Synodum eruo primo ex Arnulpho apud Puricellum lib. 4. de Vita Sancti Herlembaldi cap. 34. ubi de ſeditione adverſus *Athonem* anno ſuperiori Archiepiſcopum Mediolanenſem electum excitata, ut ibidem narravimus, verba faciens, inquit: *Unde factum eſt, ut collecto Romæ Cœtu Pontificum, inſtante ipſo* (Hildebrando nempe, tunc tantum Eccleſiæ Romanæ Archidiacono) *Athonem juſte prædicaret electum, proſtrato anathemate Gothofredo*, & cætera anno ſuperiori recitata. Secundo, Gregorius VII. in Epiſtola XV. lib. I. *Kalendis Julii, indict. XI.* hoc ſcilicet anno, ad omnes Chriſti fideles, in Lombardia data, Gothofredi invaſione narrata, ait: *quod audiens S. Romana eccleſia Mater veſtra, & totius Chriſtianitatis, ſicut ſcitis, magiſtra, congregato e diverſis partibus Concilio multorum Sacerdotum, & diverſorum ordinum conſenſu, fulta B. Petri Apoſtolorum Principis auctoritate, Gothofredum fidei Catholicæ & legis Chriſtianæ inimicum excommunicavit.* Ubi Gregorius VII. loquitur de Synodo Romana V. ab Alexandro II. habita, neque dicit, ut in hujus Epiſtolæ inſcriptione Regiſtri Gregoriani Collector perperam interpretatur, ſe *Gothofredum* excommunicaſſe, ſed id ab Eccleſia, ab Alexandro nempe II. factum eſſe. Quomodo enim Gregorius, qui hoc anno die XXIX. menſis Junii Pontifex Romanus ordinatus eſt, ante diem primum menſis Julii, quo ea Epiſtola data, *e diverſis partibus* Concilium *multorum Sacerdotum* congregare potuiſſet? Denique primum Concilium Romanum a Gregorio VII. anno tantum ſequenti coactum, ut inter omnes convenit. *Quintum* hoc Concilium *Romanum* ſub Alexandro II. hactenus incognitum fuerat.

PAGIUS *Gothofredus Eccleſiæ Mediolan. invaſor ab Alexandro II. excommunicatur.*

XII. *Iterum anno ſequenti a Gregorio excommunicatur.*

Quoad *Athonem* anno ſuperiori Archiepiſcopum Mediolanenſem electum, verſabatur is Mediolani, quando *Gregorius* VII. Pontificatum iniit, qui cum ejus cauſæ patrocinium ſuſcepiſſet, eam felicem exitum habituram *Atho* ſperavit: *In quo* (Gregorio nempe, inquit Arnulphus apud Puricellum lib. 4. de Vita S. Herlembaldi cap. 37.) *revixit Athonis illico ſpiritus; adeo ut Romam pergens illius ſe ſe ſubderet contubernio. Ipſe autem* (Gregorius) *cum in priori radicitus inhæreret propoſito, indictæ Romæ generaliter Synodo cum ſuis ſectatoribus Gothofredum excommunicavit*, in prima nempe Synodo Romana anno ſequenti habita. *Gregorius* ante ſuam conſecrationem jam litteras dederat ad *Beatricem* & *Mathildem* ejus filiam adverſus *Gothofredum*, ejuſque fautores, ut videre eſt lib, I. Reg. Epiſt. XI. & ad Guillelmum Epiſcopum Patavienſem, ibidem Epiſt. XII. neque ceſſavit, quos in Longobardia amicos habebat, adverſus *Gothofredum* ſollicitare, ut liquet ex Epiſtola XV. lib. I. & ex Epiſtola Henrici Regis ad Gregorium data, & a Baronio hoc anno num. XLIV. recitata. Licet enim ea nullo temporis charactere inſignita ſit, citatur tamen in Epiſtola XXV. lib. I. ad Herlembaldum militem *V. Kal. Octob.* data, ideoque & anno ſuo a Baronio reddita. Legantur etiam Epiſtolæ ad Herlembaldum, ordine XXVI. ad Albertum Aquenſem Epiſcopum, ordine XXVII. & ad Guillelmum Papienſem Epiſc. ordine XXVIII. Arnulphus poſtquam aſſeruit, *Gothofredum* in eo Concilio Romano a Gregorio anathematizatum eſſe, ſubdit;



Henrici Regis epiſt. ad Greg. PP.

*Dei gratia Rex debiti famulatus fideliſſimam exhibitionem.* Quo plane titulo, probatam intelligis ipſius Gregorii cœlitus (ut ait) factam electionem. Sequitur epiſtola:

*Cum enim regnum & ſacerdotium, ut in Chriſto rite adminiſtrata ſubſiſtant, vicaria ſui ope ſemper indigeant; oportet nimirum domine mi & pater amantiſſime, quatenus ab invicem minime diſſentiant, verum potius Chriſti glutino conjunctiſſima indiſſolubiliter ſibi cohæreant. Namque ſic & non aliter conſervatur in vinculo perfectæ charitatis, & pacis, & Chriſtianæ concordia unitatis, & Eccleſiaſticæ ſimul ſtatus religionis. Sed nos, qui Deo annuente, regni aliquandiu jam ſortimur miniſterium, ſacerdotio (ut oportuit) per omnia jus & honorem non exhibuimus legitimum. Quippe nobis a Deo datæ poteſtatis vindicem non ſine cauſa gladium portavimus; nec tamen in reos, ut juſtum fuit, judiciaria illum ſemper cenſura evaginavimus. Nunc autem divina miſeratione, aliquantulum compuncti, & in nos reverſi, peccata noſtra priores veſtræ indulgentiſſimæ paternitati nos accuſando, confitemur, ſperantes de vobis in Domino, ut Apoſtolica veſtra auctoritate abſoluti, juſtificari mereamur.*

XLIV.

*Heu criminoſi nos & infelices! partim pueritiæ blandientis inſtinctione, partim poteſtativæ noſtræ & imperioſæ potentiæ libertate, partim etiam eorum, quorum seductiles nimium ſequuti ſumus conſilia, ſeductoria deceptione peccavimus in cœlum & coram vobis; & jam digni non ſumus vocatione veſtræ filiationis. Non ſolum enim nos res Eccleſiaſticas invaſimus, verum quoque indignis quibuſlibet, & ſimoniaco felle amaricatis, & non per oſtium, ſed aliunde ingredientibus Eccleſias ipſas vendidimus; & non eas (ut oportuit) defendimus. At nunc quia ſoli abſque veſtra auctoritate Eccleſias corrigere non poſſumus, ſuper his (ut etiam de noſtris omnibus) veſtrum una & conſilium & auxilium obnixe quærimus; veſtrum ſtudioſiſſime præceptum ſervatur in omnibus. Et nunc in primis pro Eccleſia Mediolanenſi, quæ noſtra culpa eſt in errore, rogamus, ut veſtra Apoſtolica diſtrictione canonice corrigatur; & exinde ad cæteras corrigendas auctoritatis veſtræ ſententia progrediatur. Nos ergo vobis in omnibus, Deo volente, non defuerimus, rogantes idipſum ſuppliciter paternitatem veſtram, ut nobis alacris adſit clementer in omnibus. Litteras noſtras non poſt longum tempus cum fideliſſimis noſtris habebitis, ex quibus noſtra, quæ adhuc dicenda reſtant, Deo dante ple-*

Henrici Regis delictorum ſuorum accuſatio.

*plenius audietis*. Hucuſque Henrici Regis litteræ ad Gregorium Papa, quæ etſi nota temporis, quo datæ ſint, careant: tamen cum, inter Gregorii epiſtolas hoc anno datas poſitæ inveniantur, tum etiam (quod majoris eſt argumenti) quod in eis de corrigendo errore cujus fuerat accuſatus, agitur, & de cura Mediolanenſis Eccleſiæ, de qua hoc anno litteras dedit idem Gregorius: hoc pariter anno ſcriptas eſſe, opus eſt affirmare. His adde quod meminit harum litterarum Henrici idem Papa in litteris ſuis, hoc anno quinto Kal. Octobris
(a) Id. lib. 1. ep. 25. datis ad (a) Herlembaldum militem, in quibus iſta leguntur: *Henricum Regem, præterea ſcias, dulcedinis & obedientiæ plena ad nos verba miſiſſe, & talia qualia neque ipſum, neque anteceſſores ſuos recordamur Romanis Pontificibus miſiſſe*. At de litteris Henrici hactenus.

XLV. Sed jam quæ ſpectant ad turbines Mediolanenſis Eccleſiæ, ad quos ſedandos Henricus Rex (ut audiſti) ſuis litteris auctoritatem Sedis Apoſtolicæ imploravit,
(b) Id. ibid. ep. 15. Mediolanenſis eccl. a Greg. ſublevata. enarremus. Ipſe Gregorius Papa in (b) epiſtola quam dedit ad Longobardos ſancti Petri fideles, quæ incipit: *Scire vos volo fratres chariſſimi, quod & multi ex veſtris ſciunt, quia in eo loco poſiti ſumus, ut velimus, nolimus, omnibus gentibus, maxime Chriſtianis, veritatem & juſtitiam annunciare compellamur &c.* Inferius, totius rei geſtæ ſeriem perpaucis ita perſtringit: *Sicut ſcitis, Godefredus, vivente Guidone dicto Archiepiſcopo Mediolanenſi, eamdem Eccleſiam, quæ quondam meritis glorioſiſſimæ Virginis & genitricis Dei Mariæ, necnon auctoritate clariſſimi doctoris B. Ambroſii inter cæteras Longobardorum Eccleſias, religione, libertate ac ſpeciali gloria enituit: nunc quaſi vilem ancillam præſumpſit emere, ſponſam videlicet Chriſti diabolo proſtituere, & a Catholica Fide tentans eam ſeparare niſus eſt ſimoniacæ hæreſis ſcelere maculare. Quod audiens ſancta Romana Eccleſia mater veſtra, & totius Chriſtianitatis, ſicut ſcitis, magiſtra, congregato e diverſis partibus Concilio multorum ſacerdotum, & diverſorum ordinum conſenſu, fulta beati Petri Apoſtolorum principis auctoritate, Godefredum fidei Catholicæ & legis Chriſtianæ inimicum excommunicavit, & anathematis jaculo una cum omnibus ſibi conſentientibus transfixit*.

XLVI. *Quam excommunicationem* (*quod etiam inimici ſanctæ Eccleſiæ negare non poſſunt*) *ſancti Patres antiquitus cenſuere, & per omnes ſanctas Eccleſias totius orbis Catholici viri confirmant, & confirmaverunt &c.* Monet eos omnes, ut eidem reſiſtant. Hæc Gregorius Kalendis Julii. Fuiſſe autem adverſum eum diu multumque laborandum, teſtantur ejus epiſtolæ (c) ad diverſos eodem argumento conſcriptæ, præſertim vero, quam dedit ad Beatricem atque Mathildem ejus filiam. (c) Greg. lib. 1. ep. 11. 12. 25. 26. 27. 28. Perdurarunt iſta uſque ad triennium, quo ſceleratus eam oppreſſit potius, quam rexit Eccleſiam. Sed eo ſublato, nedum quievit, ſed ab eodem Henrico Rege progreſſus eſt electus quidam Thedaldus nomine, qui eamdem ſibi vendicare ſategit Eccleſiam, quamvis jam alius ante eum fuiſſet electus. Gregorius vero eumdem Thedaldum ad Concilium Romam (d) vocavit ad dicendam cauſam. (d) Id. lib. 3. ep. 8. & 9. Sed hæc inferius.

Idem vero Gregorius, ubi creatus eſt Pontifex, ad amicum Lanfrancum, videlicet Cantuarienſem Archiepiſcopum, litteras in Angliam miſit, quibus, quas invenerit difficultates in regimine Apoſtolatus, aperuit. Quæ extant inter ipſius Lanfranci epiſtolas ſcriptas, Pariſiis ad nos miſſas a Nicolao Fabro noſtro amiciſſimo.

XLVII. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimo fratri in Chriſto Lanfranco, venerabili Cantuariorum Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Qualiter nobis Apoſtolicis regiminis honor, & onus impoſitum ſit, & quantis undique ſtringamur anguſtiis, præſentium tibi portitor indicabit, cui reſpectu tuæ dilectionis etiam nonnulla noſtris adhuc familiaribus occulta aperuimus. De cætero, in primis fraternitatem tuam rogamus, ut Deum pro nobis jugiter exorare non pigeat, & ſubditos ſibi vel conjunctos fraternis nos orationibus apud Deum juvare commoneat. Quanto enim in majore periculo poſiti ſumus, tanto amplius tui & bonorum omnium ſuffragiis indigemus. Nos etenim ſi divinæ vindictæ Judicium effugere volumus, contra multos inſurgere, & eos in animam noſtram provocare compellimur. Nam dum omnes fere, ſicut ait* (e) *Apoſtolus,* (e) Phil. 2. *quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, quærunt, regnorum Principes, & hujus*

PAGIUS dit: *Cumque ad libitum conſueviſſet*, ſcilicet Gregorius) *multa diſponere, coram omni cœtu præſentem laudavit Athonem, abſque nutu Regio, abſente quoque Ambroſiano Clero ac populo; unde inter ipſum & Cæſarem videtur ortum hac lite manente diſſidium; non illius quidem damnatione; ſed nova hujus & abſque dato Regis conſenſu electione*. Quæ uno tenore dicta ſunto; cum Concilium Romanum I. ſub Gregorio ad annum ſequentem pertineat. *De Tedaldo* adverſus Athonem Henrici Regis opera anno MLXXV. electo, cujus meminit Baronius num. XLVI. commodius ſuo loco agetur.



*jus mundi potentes, ut cupiditates ſuas expleant, legem Dei, & juſtitiam non jam negligenter deſerunt, ſummis conatibus*
(a) Pſal. 2. *impugnant: ut illud* (a) *Prophetæ nunc ſub oculis videamus impletum: Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus*.

XLVIII. *Epiſcopi vero, & qui paſtores animarum eſſe deberent, mundi gloriam & delicias carnis inſatiabili deſiderio proſequentes, non ſolum in ſemetipſis, quæ ſancta, quæque ſunt religioſa, confundunt,*
* ſed ** & ſubditos ſuos ad omne nefas operum ſuorum exemplo pertrahunt. Quibus non contraire, quam nobis periculoſum; reſiſtere autem, & eorum nequitiam refrænare, quam difficile ſit, tua prudentia novit. Sed quoniam quos dolores inter has patiamur anguſtias, ut ſupra diximos, huic communi filio noſtro tibi re-*
* exaravimus. *ferendum * exeruimus, plura de his dicere ſuperſemus. Tuam vero fraternitatem, etſi monitore non egeat, impellente tamen nos ſollicitudine admonemus, quatenus graviora uſquequaque reſecare vitia ſtudeat, & inter omnia, & præ omnibus nefas, quod de Scotis audivimus, quod plerique videlicet proprias uxores non ſolum deſerunt, ſed etiam vendunt, omnibus modis prohibere contendat. Ad hæc enim Apoſtolica te auctoritate fultum eſſe volumus, ut non ſolum in Scotis hoc ſcelus, ſed etiam in aliis, ſi quos in Anglorum inſula tales eſſe cognoveris, dura animadverſione punias, & radicem tanti mali prudenti ſarculo correctionis penitus extirpare non differas*. Hucuſque ad Lanfrancum epiſtola.

XLIX. Michael Imp. ad Greg. PP. literas miſit. Eodem anno Michael Conſtantinopolitanus Imp. cum accepiſſet, defuncto Alexandro Papa, Gregorium in ejus locum eſſe ſuffectum, mox ad eum gratulatorias litteras dedit. Qua occaſione captata ipſe Gregorius componendi ſchiſmatis, quod tunc vigeret inter Latinos & Græcos, Dominicum Patriarcham Venetum ad eum Legatum miſit, cui & ad eumdem Imperatorem has litteras dedit; (b)
(b) Greg. lib. 1. ep. 18.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Michaeli Conſtantinopolitano Imperatori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

L. Greg. pap. epiſt. ad Michaelem Imp. *Quidam a veſtris partibus monachi venientes, quorum unus Thomas, alter Nicolaus vocabatur, excellentiæ veſtræ ad nos litteras detulere plenas veſtræ dilectionis dulcedine, & ea quam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ exhibetis, non parva devotione. Quæ nimirum inter cætera nobilitatis veſtræ verba eiſdem monachis de his, quæ ipſi viva voce in aure nobis ex parte veſtra relaturi eſſent, poſſe nos credere aſſerebant. Verum quia perſonæ non videbantur tale, quibus ſecure fidem poſſemus accommodare, vel per eos de tantis rebus magnitudini veſtræ reſpondere; confratrem noſtrum Dominicum Patriarcham Venetiæ, Romanæ Eccleſiæ & Imperio veſtro fideliſſimum ad vos ſtuduimus mittere, quatenus ipſe diligenter a vobis intelligat, ſin ea, quam litteris veſtris, & viva eorumdem monachorum ſecretius voce ſignificaſtis, adhuc voluntate perſeveratis, & legationis veſtræ verba ad effectum perducere velitis. Nos autem non ſolum inter Romanam, cui licet indigni deſervimus, Eccleſiam, & filiam ejus Conſtantinopolitanam, antiquam, Deo ordinante, concordiam cupimus innovare; ſed ſi fieri poteſt* (*quod ex nobis eſt*) *cum omnibus hominibus pacem habere. Scitis enim, quia quantum anteceſſorum noſtrorum & veſtrorum ſanctæ & Apoſtolicæ Sedi & Imperio patrocinium concordia profuit, tantum deinceps nocuit, quod utrimque eorumdem charitas friguit. Cætera igitur, quæ præſentium latori ſecretius referenda commiſimus, indubitanter poteſtis credere, & per eum quidqud majeſtati veſtræ placuerit, ſecure nobis ſignificare. Datum Albani, ſeptimo Idus Julii, Indictione undecima*.
Quid vero hac legatione actum ſit, nobis incompertum. Illud autem exploratum, eumdem Gregorium Papam anno ſequenti pro Conſtantinopolitano Imperio laboraſſe, monuiſſeque ſuis litteris (c) ommes Chriſti fideles opem illi ferre adverſus Sarracenos, illud mirum in modum affligantes. (c) Id. l. 3. ep. 14. & l. 4. ep. 26. Sed de his ſuo loco dicturi ſumus.

LI. Quod autem ad Venetiæ Patriarcham pertinet, eumdem modo Venetiæ, modo Gradenſem Patriarcham ab eodem Pontificem invenies appellatum in epiſtolis ad eum datis. De quo & audi ipſum ad Ducem ita ſcribentem, dum redarguit, quod ſineret eorum Patriarcham nimia inopia laborare, atque ea de cauſa tantam apud eos ſordeſcere dignitatem.

*Gregorius* (d) *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dominico Duci & populo Venetiæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* (d) Id. lib. ep. 39.

Quid ad ad Duc. Venetiarum Gregorius. *Notum eſſe credimus, non ſolum his, qui nobiſcum morati ſunt, ſed etiam pleriſque veſtrum, quod jam ab ineunte ætate terram veſtram, & libertatem hujus gentis valde dileximus, atque ob id nonnullorum Principum & nobilium perſonarum inimicitias ſuſtinuimus. Poſtquam vero Apoſtolici regiminis onus & officium, licet indigni ſuſcepimus, tanto ferventius in dilectione veſtra noſter exarſit affectus, quanto per generalis curæ debitum in adminiſtrationem veſtræ ſalutis ſollicitius aſtricti ſumus. Qua propter litteras ad vos direximus, ut nobilitatem veſtram*

*ſtram ad reſpiciendum decus & ſublimitatem antiquæ dignitatis ſuæ excitare poſſimus, ne ex longa (quod abſit) negligentia dilapſum honorem gemat, quem adhuc ſtantem, dum poteſt, colere & ſervare non laborat. Scitis enim, quoniam præ multis terrarum partibus divina diſpenſatio terram veſtram Patriarchatus honore ſublimavit, cujus dignitatis eminentia ex ſui ipſius nominis & officii prærogativa adeo anguſta & rara eſt, ut non amplius, quam quatuor in toto mundo reperiantur. Quod cum ita ſit, apud vos tamen hoc tantum decus, & tam excelſi gloria ſacerdotii ex inopia rerum temporalium, & diminutione poteſtatis ſuæ adeo vileſcit, & a competenti ſtatu honoris ſui penitus corruit, ut tanta tenuitas rerum nec ſimplicem Epiſcopatus ſedem condecere, aut ejus neceſſitatibus ſufficere poſſe videatur.*

LII. Greg. Pap. redarguit Venetos ob inopiam patriarchæ.

*Unde vos tanti beneficii divinæ munificentiæ ingratos & immemores eſſe deprehendimus, timentes, ne quaſi degeneres filii divitias & hæreditatem nobiliſſimæ matris veſtræ, videlicet Gradenſis Eccleſiæ, diſſipantes, inde obſcuriores efficiamini, unde poſt Apoſtolicam Sedem omnibus, quæ ſunt in Occidente gentibus clariores extitiſtis. Nos equidem meminimus Dominicum Patriarcham beatæ memoriæ anteceſſorem hujus propter nimiam egeſtatem locum deſerere voluiſſe; & hic quidem pari neceſſitate dicit ſe circumventum eſſe. Quapropter ſicut chariſſimos filios vos admonemus, ut memores priſtinæ nobilitatis & gloriæ, collatum vobis honorem & Apoſtolicæ Sedis erga vos benevolentiam ulterius non negligatis; ſed convenientes in unum qualiter anteſignati Patriarchatus dignitatem debita cum veneratione & rerum temporalium amplificatione ſuſtentetis, & cum Dei adjutorio ad culmen ſuæ celſitudinis relevetis, communi conſilio pertractetis. Indicavit quidem nobis hic confrater noſter Patriarcha, te Ducem & pleroſque veſtrum, quam optimam ſuper hac re habere voluntatem. Propter quod & fiducialius ad explendum opus boni propoſiti, veſtram exhortari incipimus dilectionem. Quidquid igitur inde inter vos conſultum & conſtitutum fuerit, nobis per litteras aut certo nuntio quantocyus renuntiate: quoniam ſi pro gloria & nobilitate tam veſtri, quam præfati loci & ſacerdotii aliquid ſtatueritis (ut æquum eſt) pro meritis veſtris gratulabimur: ſin vero aliqua minus honeſta vos occaſio retraxerit, procul dubio tanti miniſterii nomen inter vos vileſcere, & debito honore privari non patiemur. Datum Romæ pridie Kal. Januarii Indict. xiii.* nempe in fine ſequentis annni.

LIII. Rurſum vero, quod pertinet ad legationes hoc anno in diverſas provincias ab eodem Gregorio Papa miſſas, inter alias illa fuit ad Uratiſlaum Ducem Boemiæ: Fuerunt ad hoc opus delecti Bernardus atque Gregorius, cujus autem ordinis, vel dignitatis fuerint, ignoratur. Hi autem ab ipſo Duce digne accepti, & honorifice habiti ſunt, ſed ab Epiſcopo Pragenſi Joramiro, de quo ſuperius ſub Alexandro dictum, prorſus indigne atque illiberaliter tractati, adeo ut opus fuerit Legatis in eum ſuſpenſionis ſententiam ferre. De ipſo enim ita Gregorius Papa ad ipſum Boemiæ Ducem: (a) *Frater veſter * Larmir Pragenſis Epiſcopus, olim noſter amicus, his noſtris Legatis, Bernardo ſcilicet & Gregorio (ut auditu percepimus) in tantum rebellis extitit, ut ſi ita eſt, ſicut dicitur, Simonis magi veſtigia contra Apoſtolorum Principem imitatus fuiſſe videatur. Quapropter rogamus nobilitatis veſtræ prudentiam, ut & noſtros Legatos & fratrem noſtrum prædictum Epiſcopum conveniatis, & per vos, & ex parte noſtra fratrem veſtrum attentius hortemini, quatenus Legatorum noſtrorum monitis debitæ obedientiæ aurem inclinet, & quidquid juſtitiæ ſibi ſuggeſſerint, vel ex eis præjudicio pergravari, nulla ſibi ab hac Eccleſia audientia denegabitur. Si vero neutrum horum facere acquieverit, & ſententiam Legatorum noſtrorum de ſuſpenſione ſui officii in eum promulgatam firmabimus, & durius contra eum, ſcilicet uſque ad interniciem gladium Apoſtolicæ indignationis evaginabimus; ſicque fiet ut ipſe & per eum plures alii experiantur, quantum hujus Sedis auctoritas valeat &c.* At homo in omnibus refractarius Apoſtolicæ Sedis compulſus eſt auctoritate, licet invitus, nolenſque ad dicendam cauſam Romam venire, judicio poſtulatus, inſtante & urgente Joanne Epiſcopo Moraviæ. Fuit tamen in his eidem Gregorio plurimum laborandum, ut plures ab eo ſcriptæ eo argumento litteræ (b) docent, quibus etiam redargutus eſt Sigefridus Archiepiſcopus Moguntinus, qui eam cauſam ad ſuum judicium ſtuduit advocare. (c)

Legatio a Greg. Pap. ad Uratiſlaum Ducem Bohemiæ.

(a) Greg. lib. 1. ep. 17.

* Joramir.

De cauſa Pragenſis epiſcopi.

(b) Id. lib. 1. ep. 44. 45.

(c) Id. l. 1. ep. 60. 61.

LIV. Quomodo autem tandem Romam veniens fuerit abſolutus, & ad Epiſcopatus munus reintegratus, (d) litteræ ejuſdem Pontificis ad Uratiſlaum Boemiæ Ducem ita ſignificant: *Frater tuus * Larmirus Pragenſis epiſc. ad Apoſtolorum Limina veniens, conſpectui noſtro ea, qua oportuit ſe humilitatem præſentavit, & de objectis ſibi quædam confitens congruam inde ſatisfactionem obtulit; quædam vero denegavit, & in hunc modum ſe purgando removit, videlicet, quod ipſe Joannem Moravenſem Epiſcopum non percuſſerit, neque ſervientes ejuſdem Epiſcopi*

(d) Id. l. 1. ep. 78.

* Joramir.



*pi decapillari, aut barbas eorum abradi præceperit, aut occaſione ſubterfugiendi Synodum inducias per Legatum ſuum petierit. Noſtræ igitur dilectioni plene reconciliatum, & reſtituto ſibi omni Epiſcopali officio, ad propriam ſedem cum litteris noſtris & Apoſtolico eum ſigillo remiſimus, commendantes eum tuæ nobilitati, ut omni inter vos odio: & inimica æmulatione ſublata, fraterno corde eum diligas, & Epiſcopalem in eo dignitatem (ſicut dignum eſt) veneranter inſpicias.* At vero quod ſcriptum eſt: (a) *Perverſi difficile corriguntur.* Rurſum adverſum eum integrandum fuit judicium, cum reverſus in patriam, denuo cœpit laceſſere eumdem Joannem Epiſcopum Moraviæ, ut ipſius Gregorii ad eum litteræ (b) docent, quibus eum rurſus Romam vocavit, & aliæ ad Joannem ipſum ſcriptæ, quibus eum eſt conſolatus.

(a) Eccl. 1.

(b) Greg. l. 1. ep. 6. 7.

LV. Cum eodem quoque Boemiæ Duce Uratiſlao idem (c) Gregorius Papa hoc anno egit, ut cenſum Apoſtolicæ Sedi perſolveret pro Ducatu Boemiæ, ut ſe facturum voto nuncupato, Deo pollicitus fuerat, in memoriam revocans (d) beneficium, quod ab Alexandro Papa prædeceſſore receperat, nempe uſum mitræ: hæcque in fine anni hujus: ſequenti vero anno eumdem cenſum ab eodem Duce eſſe perſolutum ejuſdem Gregor. ad eum redditæ litteræ (e) docent, quibus ait: *Pervenit ad nos Nuntius veſter, qui magnæ devotionis & fidelitatis veſtræ exhibitionem nobis retulit, & quæ beato Petro ſub nomine cenſus miſiſtis, videlicet centum marchas argenti ad menſuram veſtri ponderis, fideliter præſentavit. Quod quidem gratanter accepimus, ſed charitatem veſtram multo ardentius amabiliuſque quaſi quibuſdam animi brachiis ad vos uſque porrectis amplectimur, qui mentem veſtram & deſiderium magis ac magis erga reverentiam Apoſtolicæ Sedis accendi perpendimus. Beatus autem Petrus, quem vos diligitis, & cui celſitudinem potentiæ veſtræ humiliatis, copioſa vobis proculdubio retributionis munera præparabit, & ſuo vos munimine tam in præſenti, quam futuro ſæculo lætificabit &c.*

(c) Id. ibid. ep. 8.

Cenſus ſolvitur a Duce Bohemiæ S. Petro.

(d) Id. ibid. ep. 38. & 61.

(e) Id. ibid. ep. 7.

LVI. Quod autem idem Pontifex haud Romæ conſtitit, ſed egreſſus ab Urbe, diverſa loca luſtravit: libet ejuſdem Gregorii ab Urbe hoc anno proficiſcentis affectando veſtigia, quæ ab eo ſunt geſta, pro ratione locorum & temporum recenſere, quantum ex certis diebus datarum ab eo litterarum id conſequi poterimus. Ex (f) quibus in primis eum uſque ad Kal. Julii Romæ manſiſſe, reddimur certiores; inde vero profectum eſſe Laurentum, (g) ubi datæ reperiuntur primæ ejus litteræ ad Ducem Boemiæ; poſt hæc vero Albanum abiiſſe, ubi datæ reperiuntur recitatæ nuper (b) litteræ ad Michaelem Imperatorem. Poſtea autem Caſſinum venit, ubi Deſiderium Abbatem & Cardinalem nactus, eum inde recedens (ut teſtatur Leo Oſtienſis) ſecum duxit Beneventum. Illic vero dum eſſet, Auguſti menſe conſtitutionem pacti cum Landulpho Principe (i) Beventano ſcribendam curavit, quæ in (k) Regeſto epiſtolarum ejus hoc inſcripto titulo legitur:

Itinerarium Greg. Pap.

(f) Id. ibid. ep. 16.

(g) Id. ibid. ep. 17.

(b) Id. ibid. ep. 18.

(i) Leo Oſt. lib. 3. c. 35. in fine.

(k) Greg. poſt ep. 18.

*Conſtitutio, quæ facta eſt inter dominum Gregorium Papam Septimum & Landulphum Beneventanum Principem.*

LVII. *Hæc eſt conſtitutio, quam dominus Papa Gregorius conſtituit cum Lindulpho Beneventano Principe, & quam Princeps Beneventanus ipſe ſibi firmiter promiſit in ſacro Beneventano palatio, anno primo Pontificatus ejus duodecima die, intrante menſe Auguſto, Indictione undecima. Si ab hora ipſa in antea Princeps ipſe fuiſſet infidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Papæ, ſuiſque ſucceſſoribus, vel ſi in aliquo quæſiſſet minuere publicam rem Beneventanam, aut aliquam inde abſque nutu Papæ, vel abſque ordinatis ejus alicui feciſſet inveſtitionem; vel ſi aliquo invenerit ſtudio cum aliquo homine intus aut foris civitatem Beneventanam faciendi, aut recipiendi ſacramentum, aut inveniendi diviſiones; vel ſi per ſe, aut per ſuppoſitam perſonam intus aut foris civitatem Beneventanum ſtuduerit qualicumque modo aut ingenio reddendi malum meritum, aut faciendi damnitatem cuilibet de fidelibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ de ea quæ ad fidelitatem ejuſdem S. R. E. * egere uſque modo, ſi ſe juxta domni Apoſtolici judicium non potuerit inde defendere cum fuerit appellatus: a præſenti amittat ſuum honorem.* Cui conſtitutioni ſubſcripti leguntur quinque qui aderant ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales his verbis:

LVIII. *Ego Joannes Portuenſis Epiſcopus recognoſcens ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Tuſculanenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Hubertus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Deſiderius presbyter S. Rom. Eccleſiæ interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Petrus Cardinalis presbyter & Bibliothecarius S. R. E. interfui & ſubſcripſi.*

Hic Petrus Guillermus dictus poſt Anaſtaſium uſque ad Paſchalem Secundum ſcripſit vitas Romanorum Pontificum. In vetuſto codice Vaticano ſub vita Stephani Secundi pagina nonageſima, & ſequenti hæc habentur: *Petrus Guillermus Bibliothecarius &c.* Adeo ut nulla ſit dubi-

bitatio, eumdem eſſe Petrum Bibliothecarium, quem contigit reperiri nominatum Guillermum, ſive Guillelmum.

Poſt hæc vero idem Pontifex profectus eſt Capuam, ubi Kalend. Septembris (a) litteras dedit ad Rudolphum Sueviæ Ducem, quibus egit de conſervanda concordia inter Romanam Eccleſiam & Henricum Regem Germaniæ, quam ſe magnopere optare ſignificat; eodemque argumento ſcripſit eadem die epiſtolam ad (b) Rainaldum Comanum Epiſcopum.

(a) *Id. ibid. ep.* 19.

(b) *Greg. lib.* 1. *ep.* 19.

LIX. Eadem quoque die ſcripſit ad (c) Anſelmum Lucenſem epiſcopum electum, ne a Rege Henrico acciperet inveſtituram, antequam ipſe Rex ſatisfaciat Romanæ Eccleſiæ de communione cum excommunicatis, quo nomine accuſaretur. De hoc idem Gregorius antea, hoc eodem anno, menſe Maii ſcripſerat ad Beatricem Marchioniſſam, & Mathildem ejus filiam, his verbis: (d) *De electo vero Lucenſi non aliud vobis reſpondendum eſſe pervidimus, niſi quod in eo tantam divinarum litterarum ſcientiam & rationem diſcretionis eſſe percepimus, ut quæ ſiniſtra, & quæ ſit dextera, ipſe non ignoret: Quod ſi ad dexteram inclinaverit, valde gaudemus: ſin vero (quod abſit) ad ſiniſtram, utique dolemus, ſed nullius perſonæ gratia vel favore impietati aſſenſum dabimus.* At vero Anſelmus vir doctiſſimus pariterque ſanctiſſimus, licet ad breve temporis ſpatium, declinaverit ad ſiniſtram, tamen pœnitendo, quam citiſſime eſt converſus ad dexteram, & ut filius dexteræ adverſus ſchiſmaticos omnes inhæſit, dum vixit, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ; fuitque in omnibus certaminibus ipſi Gregorio manus dextera, eademque potens adverſus hoſtes Eccleſiæ ſemper inventa. Ita quidem poſtea verum nutare in principio viſus eſt, dum quod antea facere renuiſſet ſub Alexandro fecit, cum jam a Gregorio Papa eſſet ordinatus Lucenſis Epiſcopus, accipiens a Rege per annulum & baculum paſtoralem inveſtituram. Quod ut grave peccatum in ſe puniens, relicto Epiſcopatu, ad Cluniacenſe ſe contulit monaſterium. Sed inde ab ipſo Gregorio Papa divulſus, ad certamina ſubeunda, quæ adverſus Romanam Eccleſiam excitata ſunt a ſchiſmaticis, revocatur. At quomodo iſta ſe habeant, præſtat audire ab ejus familiari presbytero pœnitentiario, qui rebus præſens ab eo geſtis, eaſdem fideliter ſcripſit, ut ſuperius dictum eſt. Qui de his quæ hoc anno ſunt geſta: hæc habet:

(c) *Id. ibid. ep.* 21.

Anſelmi Lucenſ. epiſc. poſteriora meliora prioribus.

(d) *Id. ibid. epiſt.* 11.

LX. *Defuncto prædicto Papa Alexandro, dum ſanctiſſimus Gregorius in Romanum Pontificem, Spiritus ſancti inſtigatione ac voto communi clericorum & laicorum diu renitens, eſſet electus, ut ſequeretur eum ipſe in omnibus, in Lucanam Eccleſiam eſt & ipſe electus Epiſcopus, atque ab illo poſtmodum conſecratus. Igitur dum aliquanto tempore non ſemel aut bis, ſed ſæpius cum eodem religioſiſſimo ordinatore ſuo moraretur, vitam ejus conſideravit ineffabiliter mirabilem, & mirabiliter ineffabilem; quia cum de omnibus & ſingulis finibus ſæculi fieret ad eum concurſus, omnibus ſatisfaceret; veritas vera ac juſtitia numquam ori ejus defuit. Primo (quod magis eſt mirandum) in ipſis ſæcularibus negotiis ſæpius exceſſit mente, exhilarato ſpiritu ſuo cœleſti contemplatione: at ſi privatus interdum extiterit, revelationibus etiam divinis jucundatus & confortatus. Hujus,* inquam, *veſtigia dum exequi ferventer deſiderat, incipit oblivisci mundum, & totis viribus mentis & corporis die ac nocte ſuſpirare in Deum, committens ſe non ſolum aſſiduæ lectioni, verum etiam continuæ afflictioni. Nam ſæculi blandimenta & corporis delicias, quibus gaudebant homines ipſe ſibi jam tunc convertit in tormentum, abominando quæque, tamquam venena mortis amariſſima. Cibos quoque delicatiſſimos quoniam habebat exoſos, dum a circumſedentibus ſumere cogeretur, infirmitatem, aut votum, aut aliam quamlibet occaſionem honeſte finxit, ut deſideratam obſervaret caſtimoniam, & convivantibus non inferret triſtitiam.*

Gregorius Pap. VII. contemplatione eximius.

LXI. *Et perſcrutatis diverſarum auctoritatum libris, incipit vitam ſuam perditiſſimæ damnationis æſtimare, atque accepti miniſterii dignitatem grave oneris periculum, non honoris gaudium cogitare. Illud vero ante omnia metuens, quod poſt Catholicam electionem de manu Regis anulum ſuſcepit & paſtoralem baculum. Nam irritum prorſus exiſtimavit, quidquid operatus eſt poſtea, quaſi auctoritate illius abominabilis inveſtituræ; ſed & dominus Papa id ſolum aliquando vituperavit in illo. Diſponit ergo, orationis cauſa Sanctorum aliqua viſitare limina, bonum eſſe, & neſcientibus, qui cum ipſo erant, parentibus, & fidelibus, fit ſubito monachus Regulæ ſancti Benedicti, & Cluniacenſium conſuetudini ſubjectus. Hinc non poſt multa a beatiſſimo Papa Gregorio invitus revocatur, in cujus etiam manus, quidquid a Rege acceperat, reddit ac refutat, omniſque datio regalis in illo evacuatur. Ipſe vero in plenitudinem dignitatis mutato tantum habitu reſtauratur.* Hucuſque de ordinatione Anſelmi & revocatione ad Epiſcopatum, de quo inferius ſæpe dicendum. Porro ordinationem ejus hoc anno fieri contigiſſe, idem auctor ex eo etiam docet. Cum enim ipſo Anſelmi vitæ exordio dicat, perveniſſe vita ſua uſque ad annum Domini milleſimum octogeſimumſextum, annum-

Anſelm. fit monachus Cluniacenſis ſed revocatur a papa.



numque ſui pontificatus decimumtertium; plane hoc anno eum oportuit ordinatum, quo & monitus eſt a Gregorio Papa litteris, ne rebus ſic ſtantibus, a Rege acciperet inveſtituram. Has enim perbreves tunc ad ipſum litteras dedit. (a)

(a) *Greg. lib.* 1. *ep.* 21.

LXII. *Quoniam fraternitatem tuam, ſinceræ charitatis affectu & dileximus & diligimus; quæ tibi ſeu verbis, ſeu litteris ſuper utilitate vitæ tuæ ſcribere curamus; ut indubitanter accipias, oportet. Ut enim viam qua ambules, poſtulaſti, tibi notificaremus; nullam novam, nullam expeditiorem ſcimus ea, quam nuper dilectioni tuæ ſignificavimus, videlicet, te ab inveſtitura Epiſcopatus de manu Regis abſtinere, donec de communione cum excommunicatis Deo ſatisfaciens, rebus bene compoſitis, nobiſcum pacem poſſit habere. Perſonæ namque tales hoc opus conantur perficere, chariſſima utique filia noſtra Agnes Imperatrix, necnon & glorioſa Beatrix cum filia Mathilde, Rudolphus quoque Dux Sueviæ, quorum religioſa conſilia ſpernere nec poſſumus nec debemus. Quod ſi præfati operis perfectio dilationem quacumque occaſione contigerit habere, interea noſtræ familiaritati poteris adhærere Romæ, & nobiſcum ſeu adverſitatem, ſeu proſperitatem communicare. Datum Capuæ Kalendis Septembris, Indictione incipiente duodecima.* At Anſelmus haud acquieſcens Gregorio, ſic ad tempus lapſus eſt pedibus, ut tamen animoſior ſit redditus ad curſum, & verticem Chriſtianæ perfectionis violentius attigerit, & palmam arripuerit ſanctitatis.

Scribit ad Anſelmum Gregor.

LXIII. Dum adhuc Capuæ Gregorius Pontifex moraretur, exegit a Principe Capuano juramentum fidelitatis, quod præſtitum relatum inter publica monimenta ſic ſe habet hoc inſcriptum titulo:

*Jusjurandum fidelitatis, quod fecit Richardus Princeps domino ſuo Gregorio Papæ (b)*

*Ego Richardus Dei gratia & ſancti Petri Capuæ Princeps, ab hac hora & deinceps ero fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedi, & tibi domino meo Gregorio univerſali Papæ. In conſilio, vel in facto, unde vitam aut membrum perdas, vel captus ſis mala captione, non ero. Conſilium, quod mihi credideris, & contradixeris, ne illud manifeſtem, non manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, tibique adjutor ero ad tenendum & acquirendum, & defendendum regalia S. Petri, ejuſque poſſeſſiones recta fide contra omnes homines, & adjuvabo te, ut ſecure & honorifice teneas Papatum Romanum, terram S. Petri, & Principatus nec invadere, nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præſumam, abſque tua tuorumque ſucceſſorum, qui ad honorem S. Petri intraverint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi concedes, vel tui conceſſuri ſunt ſucceſſores. Penſionem de terra ſancti Petri, quam ego teneo & tenebo, ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo, ut illam ſancta Romana annualiter habeat Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt dominatione, cum earum poſſeſſionibus dimittam in tuam poteſtatem, & defenſor illarum ero ad fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Regi vero Henrico, cum a te admonitus fuero, vel a tuis ſucceſſoribus, jurabo fidelitatem, ſalva tamen fidelitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu vel tui ſucceſſores ante me ex hac vita migraverint, ſecundum quod monitus fuero a melioribus Cardinalibus, & clericis Romanis & laicis, adjuvabo, ut Papa eligatur & ordinetur ad honorem ſancti Petri. Hæc omnia ſupraſcripta obſervabo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi recta fide. Et hanc fidelitatem obſervabo tuis ſucceſſoribus ad honorem ſancti Petri ordinatis, ſi mihi firmare voluerint inveſtituram a te mihi conceſſam. Actum Capuæ octavo Kal. Octobris Indictione duodecima.*

(b) *Id. ibid. poſt ep.* 11.

Juramentum fidelitatis a Principe Capuano exhibitum Pap.

LXIV. Ubi dum adhuc maneret idem Pontifex Gregorius, litteras accepit a Cyriaco Epiſcopo Carthaginenſi, quibus ſignificavit, quæ paſſus fuerit a ſuis concivibus Chriſtianis & ejuſdem Eccleſiæ clericis, qui eum apud Regem Arabum accuſarunt, a quo publice verberibus fuiſſet affectus. Quibus acceptis Gregorius, litteras binas Carthaginem miſit; quarum alteris redarguit cives & clericos, alteris vero ipſum eſt conſolatus Cy-

Ciriac. Carthag. epi c. gravia paſſus.



PAGIUS XIII. A num. LXIV. ad LXVII. Licet *Carthago* ſæculo ſeptimo a Saracenis mœnibus nudata fuiſſet, ſuos tamen ſemper incolas habuerat, ex quibus non pauci Chriſtiani erant, quibus hoc tempore præerat Archiepiſcopus *Cyriacus* appellatus, qui cum a ſuis apud Saracenos accuſatus fuiſſet, *verberibus nudus* cæſus eſt, & tanquam latro habitus. Quod cum accepiſſet *Gregorius* VII. ſcripſit ad eos Epiſtolam XXII. libri primi, hortatuſque eſt ad pœnitentiam eiſque excommunicationem minatus eſt. Data ea Epiſtola Capuæ *XVII. Kalend. Octob. indict. XII.* Eodem die Epiſtolam XXIII. ejuſdem libri ad *Cyriacum* Carthaginenſem Epiſc. dedit, ejuſque conſtantiam laudavit, quod Saracenorum & malorum Chriſtianorum injurias patienter tuliſſet. Parebat tunc *Carthago* Regi Africæ Minoris e ſecta Saracenorum, qui a *Tabarca* Tripolim uſque dominationem ſuam extendebat, & qui hoc tempore regnabat, *Taminus* nuncupabatur, & principatum inierat anno Hegiræ CCCCLV. Chriſti ſcilicet MLXIII. ut diſcimus ex Noweirio Arabe. Ejus Succeſſores ad medium ſæculum duodecimum ditiones ſuas conſervarunt.

*Eccleſia Africana diſſidiis lacerata.*

(a) *Id. ibid. ep. 2.*

Cyriacum. Extant (*a*) utræque datæ ante duodecimum Kalendas Octobris. Ad plebem autem & Clerum poſt multa, quibus eos eſt hortatus ad pacem, hæc habet de his, quæ contra ſuum Epiſcopum perpetraſſent, luctu quidem digna: *Pervenit quippe ad aures noſtras quoſdam veſtrum irreligioſe in legem Chriſti contra Chriſtum Cyriacum venerabilem fratrem noſtrum, veſtrum vero Archiepiſcopum & magiſtrum; immo vero veſtrum Chriſtum apud Sarracenos ſic accuſaſſe, jurgiis detractionis ſic laceraſſe, ut inter latrones numeraretur, verberibus nudus cæderetur. O exemplum iniquum, veſtri & univerſæ Sanctæ Eccleſiæ dedecoris exemplum! Chriſtus iterum capitur, falſis accuſatoribus & teſtibus condemnatur, inter latrones numeratus verberibus cæditur. A quibus? qui ejus dicuntur credere incarnationem, ejus etiam venerari paſſionem, cœteraque ejus ſancta myſteria fide amplecti. Eſtne ſuper his tacendum? an clamandum, & fletu corrigendum? &c.* Hortatur eos ad pœnitentiam: quod niſi fecerint, maledictionem diriſſimam comminatur.

Greg. Pap. redarguit Carthag.

LXV. Ad Epiſcopum vero Carthaginenſem hæc inter alia: *Deo gratias, quia in medio nationis pravæ & perverſæ, fidei tuæ conſtantia velut luminare quoddam omnibus adeo innotuit, ut præſentatus regiæ audientiæ, potius definires diverſis cruciatibus affici, quam præcipiente Rege contra ſanctos canones ordinationes celebrari. Sed quanto pretioſior eſſet religionis tuæ confeſſio, ſi poſt verbera, quæ tunc ſuſtinuiſti, errorem eorum oſtendendo, & Chriſtianam religionem prædicando, uſque ad effuſionem ipſius animæ perveniſſes? Quod licet hujuſmodi ſtudiis fraternitatem tuam non ambigimus incumbere, & pro teſtimonio veritatis (quantum ad te) uſque ad detruncationem membrorum deveniſſe; tamen devotionem tuam ſemper ad meliora provocantes exhortamur, ut paratum te ſemper exhibeas, ſicut de Domini conſolatione lætificari, ita & de tribulatione non frangi. Multæ enim ſunt tribulationes juſtorum, ſed de his omnibus liberabit eos Dominus. His artibus quibus crevit, ſancta reparatur Eccleſia. Hanc nobis hæreditatem ſancti Patres reliquere, ſcilicet ut per multas tribulationes intremus in regnum Dei.* Et paulo inferius de ſuo erga ipſos pietatis ſtudio, cui inſiſtere debeant, hæc habet:

Quæ Gregor. P. ad Cyriacum epiſc. Carthag.

LXVI. *Nos igitur licet corpore abſentes, ſpiritu tamen præſentes, mutuis litterarum conſolationibus, quotiens permittit opportunitas, inſiſtamus, & omnipotentem Deum aſſidue deprecemur, ut ipſe Eccleſiam Africanam ex longo jam tempore laborantem, & diverſarum perturbationum fluctibus conquaſſatam tamdem dignetur reſpicere.* Sed vere non reſpexit; quin ſecundum illud terribile Joannis Apocalypſis oraculum, quo Deus commonens Eccleſiam Epheſi, comminatus eſt, dicens: (*b*) *Venio tibi, & movebo candelabrum tuum, niſi pœnitentiam egeris.* Pœnitentia non ſequuta, poſt tot ſchiſmata, poſt tot hæreſes, per plura ſæcula propagatas, movit candelabrum ejus, projecit in terram ſanctuarium ejus, ut infelix Eccleſia Africana in oſtentum ſit poſita univerſis, eam Jeremiæ lacrymis lamentantibus, atque dicentibus: (*c*) *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion: projecit de cœlo in terram inclytam Iſrael.* Adeo ut ſecundum illud Michææ (*d*) deſperata ſit plaga ejus, fruſtra ſæpe nitentibus Principibus Chriſtianis eamdem provinciam a barbarorum tyrannide vindicare. Sed miſerationes Domini ſuper omnia opera ejus, nec abbreviata eſt manus ejus, (*e*) ut non poſſit, cum voluerit, liberare, nec aggravata eſt auris ejus ut non audiat. Pulſare precibus non deſinamus, ut aperiat & ſolvat vinctos ſuos ad ipſum clamantes.

(b) *Apoc. 2.*
(c) *Tren. 2.*
(d) *Mich. 1.*
(e) *Iſai. 59.*

LXVII. Cum autem adhuc Gregorius Capuæ moraretur, ordinavit Conſtantinum Turrenſem Archiepiſcopum, & ante eum Jacobum Archiepiſcopum Calaritanum, quibus & pallium (*f*) dedit; ipſi vero Conſtantino litteras (*g*) credidit ad judices, qui tunc Sardiniæ inſulæ dominabantur, monens eos, ut ſanctam Rom. Eccleſiam matrem recognoſcerent, ad quos poſtea Legatum miſit Epiſcopum Populonienſem, cui litteras dedit ad (*h*) Orzochum judicium principem, quibus ſignificat, coegiſſe ipſum Jacobum Archiepiſcopum Calaritanum radere barbam ex uſu antiquo totius Occidentalis Eccleſiæ; ait enim: *Nolumus autem prudentiam tuam moleſte accipere, quod Archiepiſcopum veſtrum Jacobum conſuetudini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris omnium Eccleſiarum, veſtræque ſpecialiter obedire coegimus, ſcilicet ut quemadmodum totius Occidentalis Eccleſiæ Clerus ab ipſis Chriſtianæ Fidei primordiis barbam redendi morem tenuit, ita & ipſe frater noſter, veſter Archiepiſcopus raderet. Unde eminentiæ quoque tuæ præcipimus, ut ipſum ceu paſtorem & ſpiritualem patrem ſuſcipiens, & auſcultans cum conſilio ejus omnem tuæ poteſtatis Clerum barbas radere facias, atque compellas: res quoque omnino renuentium, niſi demum conſenſerint, publices, ideſt juri Calaritanæ Eccleſiæ tradas, & ne ulterius ſe intromittant, conſtringas: necnon ipſum ad honorem Eccleſiarum defendendum promptiſſime adjuves.* Hæc de radendis barbis Gregorius ex antiquiſſimo uſu totius Occidentalis Eccleſiæ.

(f) *Greg. lib. 1. ep. 29.*
(g) *Id. ibid. & ep. 41.*
(h) *epiſt. 10.*

De radendis barbis antiq. Occidentalis eccl. uſus.

Ea-



LXVIII. Eadem quoque epiſtola ipſum monet, ut perſiſteret eſſe fidelis ſubditus S. Petri, eo quod Sardiniæ inſulæ dominium eſſet Romanæ Eccleſiæ, quam plures appeterent, iſta ſubiiciens: *Præterea nolumus ſcientiam tuam latere, nobis terram veſtram a multis gentibus eſſe petitam; maxima ſervitia, ſi eam permitteremus invadi, fuiſſe promiſſa, ita ut medietatem totius terræ noſtro uſui vellent relinquere, partemque alteram ad fidelitatem noſtram ſibi habere. Cumque hoc non ſolum a Northmannis, & a Tuſcis, ac Longobardis, ſed etiam a quibuſdam ultramontanis crebro ex nobis eſſet poſtulatum: nemini in ea re unquam aſſenſum dare decrevimus, donec ad vos Legatum noſtrum mittentes, animum veſtrum deprehenderemus. Igitur quia devotionem B. Petro te habere in Legato ſuo monſtraſti, ſi eam, ſicut oportet, ſervare volueris, non ſolum per nos nulli terram veſtram vi ingrediendi licentia dabitur, ſed etiam ſi quis attentaverit, ſæculariter & ſpiritualiter probibebitur a nobis, ac repulſabitur. Auxilium denique beati Petri, ſi in ipſius fidelitate perſeveraveritis, proculdubio, quod non deerit vobis & hic & in futurum, promittimus.* Hæc Gregorius Capuæ dum eſſet adhuc. Alia innumera vetera extant monimenta, quibus ſignificetur, eamdem Sardiniam inſulam ſub dominio eſſe ejuſdem Eccleſiæ, quæ inferius pro temporum ratione, ſuo loco ponentur.

Sardiniam inſulam ad ſedem apoſt. pertinere

LXIX. Porro hujus commorationis Capuæ cauſam ipſe in epiſtola ad Herlembaldum data ita demonſtrat: (*a*) *Sciat prudentia tua, nos Deo miſerante, ſanos & lætos non ſine magna ſanctæ Eccleſiæ utilitate apud Capuam demorari. Nam Northmanni, qui ad confuſionem & periculum Reipublicæ, & ſanctæ Eccleſiæ unum fieri meditabantur, in perturbatione, in qua eos invenimus, nimis obſtinate perſeverant, nullo modo, niſi nobis volentibus, pacem habituri. Si enim diſcretio noſtra ſanctæ Eccleſiæ utile approbaret, ipſi ſe jam nobis humiliter ſubdidiſſent, & quam ſolent, reverentiam exhibuiſſent.*

(a) *Greg. lib. 1. ep. 25.*

LXX. Permanſiſſe autem Capuæ uſque ad decimum ſeptimum Kal. Decembris, litteræ ab eo (*b*) ibi datæ ſignificant. Inde autem receſſiſſe, atque reverſum eſſe Caſſinum (*c*) litteræ ab eodem datæ apud ſanctum Germanum, Abbatis Caſſinenſis oppidum ad radices montis ſitum, pariter docent. Illic enim ſcriptæ reperiuntur litteræ ad Lanfrancum Archiepiſcopum Cantuarienſem adverſus Arfaſtum Epiſcopum, Abbatiam ſancti Eadmundi ſub protectione ſpeciali Sedis Apoſtolicæ poſitam ſibi vendicare ſatagentem; quem jure compeſcat admonens, ait: *Prudentiam quippe veſtram ad plenum cognoſcere nos non latet ſanctam Romanam Eccleſiam, jure a Deo dato ſibi, defendere Eccleſiarum, ſacerdotum, Epiſcoporum conſecrationes, & a nullo ſumpta licentia, debere & poſſe celebrare, & ſuis præbuiſſe, & Deo annuente præbituram firmiſſimam in hoc etiam defenſionem, qui Romam venerint, & Sedis Apoſtolicæ conſilium & auxilium petierint. Quibus Arfaſtus dictus Epiſcopus, qua nova audacia reſiſtat, niſi forte iſta: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo, ignoramus, &c.* Monet ut eum compeſcat, & acquieſcere nolentem Romam venire præcipiat.

(b) *Idem ep. 30.*
(c) *Idem ep. 31.*

Greg. Pap. Caſſinum redit.

LXXI. Caſſino recedens reverſurus Romam Gregorius, Villam Argenteam adiit, ſitam inter Caſſinum & Tarracinam, ubi dum eſſet, (*d*) reſcripſit pro Iſimbardo Abbate, qui Hieroſolymis rediens ſuam occupatam Abbatiam invenit ab intruſo. Alias itidem ibi dedit ad monachos monaſterii S. Mariæ ſub diœceſi Derdonenſi, de privilegio nomine Alexandri Papæ: quod arguit falſitatis, cum ex corrupta Latinitate, tum ex diverſitate canonicæ auctoritatis. Repudiatque electum ab eis Abbatem, quamvis honeſtis moribus, tamen ob ingraveſcentem ætatem, & corporis infirmitatem ad explendum munus impoſitum, debilem. Inde vero recedens Gregorius Tarracinam ſe contulit. Ubi quarto Nonas Decembris ad Lincolnienſem in Anglia Epiſcopum ſcripſit, qui miſerat homicidam presbyterum ad Apoſtolicam Sedem pro diſpenſatione dicendi Miſſam; quam omnino idem Pontifex denegavit (*e*): indulſit tamen, ſi vere pœnitens fuerit, ut ſtipendium ſuſcipiat ab Eccleſia. Cum autem idem Epiſcopus ſuis litteris ab eodem ſummo Pontifice petiiſſet ſuorum peccatorum abſolutionem, quam uſitatiori voce indulgentiam appellamus: eam his verbis impendit: *Abſolutionem præterea peccatorum tuorum (ſicut rogaſti) auctoritate principum Apoſtolorum Petri & Pauli fulti, quorum vice, quamvis indigni fungimur, tibi mittere dignum duximus, ſi tamen bonis operibus inhærendo, commiſſos exceſſus plangendo, quantum valueris, corporis tui habitaculum Deo Mundum templum exhibueris.* Ut appareat Sedis Apoſtolicæ indulgentias illis communicari, qui quantum ſuppetunt vires, bene operari non prætermittunt; non autem ignavis, otioſis hac negligentia torpeſcentibus.

Quid Tarracinæ actum a Greg. pap.

(d) *Idem ep. 32. 33.*

(e) *Idem ep. 34.*

Indulgentia quomodo concedi ſolita.

LXXII. Tarracina recedens Gregorius Pipernum (Privernum antiquitus dictum) pervenit, ubi dum eſſet, poſt alias querelas increbreſcentes in Philippum Francorum Regem de ſimonia in venundatione Eccleſiarum audiri ſolitas, recentes Matiſconenſium clericorum querelæ ejuſdem





Pon-

Pontificis aures pulſant, quod electus ab eis Epiſcopus ob eam cauſam a Rege non admitteretur. Cum Gregorius hæc diutius minime ferenda eſſe deliberans, delegit Rodericum Cabilonenſem Epiſcopum Regis familiarem, qui de his Regem commoneat, ea comminatione adjuncta, niſi reſipiſcat, & pareat Apoſtolicæ Sedi, ut Francorum privandus ſit regno. Quod enim gravis epiſtola eſt, & magni momenti contineat argumentum, hic eam integre reddendam, dignum exiſtimavimus; ſic enim ſe habet: (a)

(a) Greg. lib. I. ep. 35.

LXXIII. Greg. pap. in Philippum Reg. Francorum quare commotus.

*Gregorius ſervus ſervorum Dei Roderico Cabilonenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Inter cœteros noſtri hujus temporis Principes, qui Eccleſiam Dei perverſæ cupiditate venundando diſſipaverunt, & matrem ſuam, cui ex Dominico præcepto honorem & reverentiam debuerunt, ancillari ſubjectione penitus conculcarunt, Philippum Regem Francorum Gallicanas Eccleſias in tantum oppreſſiſſe, certa relatione didicimus, ut ad ſummum tam deteſtandi hujus facinoris cumulum perveniſſe videatur. Quam rem de regno illo tanto profecto tulimus moleſtius, quanto & prudentia & religione & viribus noſcitur fuiſſe potentius, & erga Romanam Eccleſiam multo devotius. Et nos quidem tam generalis noſtræ curæ ſollicitudinis, quam ipſarum deſtructio Eccleſiarum vehementer accenderat, ut in tam audaces ſanctæ religionis exceſſus ſeverius animadvertere deberemus. Sed quoniam anteactis diebus per familiarem ſuum, Cubicularium videlicet Albericum, ad noſtri cenſuram judicii, & vitam corrigere, & Eccleſias ordinare, firmiter nobis reſpondit: rigorem canonicum interim exercere diſtulimus. Hujus ergo promiſſionis fidem in Matiſconenſi Eccleſiæ paſtoris regimine diu deſolata, & ad nihilum pene redacta in primis volumus experiri, ut ſcilicet Auguſtodunenſem Archidiaconum unanimi Cleri, populique conſenſu, ipſius etiam (ut audivimus) Regis aſſenſu electum, Epiſcopatui dono gratia, ut decet, conceſſo Eccleſiæ præfici patiatur. Quod ſi facere noluerit, indubitanter noverit, nos hanc Eccleſiæ ruinam nequaquam diutius toleraturos, & ex auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli duarum inobedientiæ contumaciam coercituros. Nam aut Rex ipſe repudiato turpi ſimoniacæ hæreſis mercimonio, idoneas ad ſacrum regimen perſonas promoveri permittet; aut Franci pro certo (niſi Fidem Chriſtianam abiicere maluerint) generalis anathematis mucrone percuſſi illi ulterius obtemperare recuſabunt.*

LXXIV. *Hæc ideo, frater chariſſime, vigilantiæ tuæ intimare curavimus, quatenus ea prædicto Regi inſinuare, & exhortando & rogando, modiſque omnibus inculcare ſtudeat, ut & præfatam Matiſconenſem, & alias Eccleſias canonice concedat ordinari. Tibi ergo maxime hæc idcirco injungimus, quia prudentiam tuam magnam eſſe, & regia familiaritate uti cognovimus. Si qua autem, quæ dicenda erant, a nobis prætermiſſa ſunt, hæc ingenii tui acumen injungat. Itaque in hac perſecutione labora, ut & Dei gratiam, & noſtram benevolentiam promerearis. Datum Piperni ii. Nonas Decembris, Indictione xii.*

LXXV. Philippus Rex Franc. paret Greg. pap.

Conſtant quidem Philippum Regem his acceptis, paruiſſe Gregorii Papæ monitis, miſiſſeque ob eam potiſſimum cauſam legationem ad ipſum Pontificem, qua ſignificaret ſe in omnibus ipſi ſemper pariturum fore: id enim litteræ ejuſdem Gregorii ad eumdem Philippum poſtea datæ ſignificant, ipſo earum exordio iſtis verbis: (b) *Significati nobis per litteras & Legatus tuos, te beato Petro Apoſtolorum principi devote ac decenter velle obedire, & noſtra in his, quæ ad Eccleſiaſticam religionem pertinet monita, deſideranter audire atque perficere, &c.* Scripſit de his etiam eodem die idem (c) Gregorius ad Humbertum Lugdunenſem Archiepiſcopum, ut abſque mora conſecret electum Matiſconenſem. Poſt hæc autem idem Piperno recedens, Setiam venit Gregorius Papa, ubi ſeptimo Idus Octobris ſcripſit litteras ad (d) * Adilaſiam Comitiſſam, commendas ei Fructuarienſe cœnobium, de quo plura ſuperius dixiſſe ex Petro Damiano meminimus.

(b) Id. lib. I. ed. 75.

(c) Greg. l. I. ep. 36.

(d) Id. ibid. ep. 37.

* al. Adela idem.

LXXVI. Poſt hæc autem idem Gregorius Papa Romam rediit, ut ejus Romæ datæ hoc eodem anno menſe Decembri litteræ docent. (e) Ubi cum eſſet, & de bello conflato a Saxonibus adverſus Henricum Regem didiciſſet, ſequeſter pacis accedens, litteras (f) ad Saxoniæ Epiſcopos & Principes dedit, quibus hortatur eos, ut ab armis quieſcant, donec Legatos ad Regem mittat, qui res componant. Quinam autem, qualeſve fuerint motus iſti Saxonici adverſus Regem, deſcribit Lambertus hoc anno, res ejus temporis proſecutus quam exactiſſime, quem conſulat, qui iſta cupit: nobis ſatis ad inſtitutum, res bellicas ſummatim perſtringere. 'Nimirum, adeo Principes fideles Regis permoti ſunt nefandis in medium allatis criminationibus adverſus Regem, in publicis comitiis habitis decimotertio Kal. Novembris in Gerſtengo, ut in unam eamdemque ſententiam hanc omnes abierint, ut reprobato Henrico, Regem alium crearent. Quo ſtatu rebus poſitis, ipſe Gregorius tantum abeſt, ut quod eum ſunt calumniati ſchiſmatici) privandi Regis regno cupidus fuerit ma-

(e) Id. ep. 38. 39.

(f) Id. ep. 39.

Saxones in Rege concitatia Gregorio cohibentur.



machinator, ut ne privaretur, litteris intercederet, monens ejus adverſarios, ut ceſſarent ab armis, donec (ut dictum eſt) Legatos mitteret, qui motus inter Saxones ipſos Regemque ſedarent.

LXXVII. Greg. ſequeſter pacis inter Regem & Saxones.

Sed ipſum præſtat audire Gregorium, qui ea epiſtola ad Saxoniæ Præſules & Principes data, ubi nonnulla de paſtorali cura antea prælocutus, hæc de ceſſatione ab armis magno ſtudio ingerit: *Inter cæteras curarum anxietates ea nos maxime ſollicitudo coarctat, quod inter vos & Henricum Regem, veſtrum videlicet dominum, tantam diſcordiam, & tam inimica ſtudia exorta eſſe cognovimus, ut exinde multa homicidia, incendia, deprædationes Eccleſiarum & pauperum, ac miſerabilem patriæ vaſtitatem fieri audiamus. Qua de re Regi miſimus, exhortantes, & ex parte Apoſtolorum Petri & Pauli eum admonentes, ut interim ſeſe ab armis, & omni bellorum infeſtatione contineat, donec tales ad eum ab Apoſtolica Sede Nuntios dirigamus, qui tantæ diſſenſionis cauſas & diligenter inquirere, & annuente Deo, ad pacem & concordiam æqua valeant determinatione perducere. Atque itidem vos exoratos & Apoſtolica auctoritate commonitos eſſe volumus, ut ex veſtra parte omni motione ſopita, eaſdem pacis inducias obſervetis, nec aliqua occaſione nobis cum Dei adjutorio aſtruendæ pacis impedimentum apponatis.*

LXXVIII *Cum enim (ut ſcitis) nobis mentiri, ſacrilegium; deſerere juſtitiam, animæ ſit naufragium; neminem veſtrum dubitare volumus; quin ſuper hac re veritate diſcuſſa, quidquid æquum videbitur, providente Deo, decernere, & ſtabili pactione ſtudeamus efficere. Et quamcumque partem injurias & conculcatæ juſtitiæ violentiam pati cognoverimus; illi proculdubio omni timore & reſpectu perſonalis gratiæ poſthabito, favorem & Apoſtolicæ auctoritatis præſidia conferemus. Dat. xiii. Kal. Januarii Indictione xii.* Hæc ad Saxones epiſtola, noviſſimaque omnium, quæ hoc anno ſcriptæ reperiuntur, cum tamen non omnes ab eo datas epiſtolas liber ille contineat, cum in ipſis, quæ extant, epiſtolis, de aliis pleriſque mentio habeatur, quæ deſiderantur. Sed & in his quæ extant, nonnulla obſervanda ſe offerunt relata a Collectoribus in Decretorum libros; ut quod decernit Pontifex ſcribens ad Epiſcopum (a) Florentinum, ut nubens conſanguineo mulier amittat in pœnam inſtrumenta dotalia. Et quod alia epiſtola ſcripta ad Veronenſem Epiſcopum, (b) denegat pallium concedendum eſſe niſi præſenti. Sunt & alia plura notatu digniſſima in iiſdem Gregorii epiſtolis, ſed non patitur ratio inſtituti in ſingulis immorari.

(a) Id. ep. 5.

(b) Id. ep. 24.

*Hoc eodem anno, quarto Idus Julias ex hac vita ad Deum migrat ſanctus Joannes Gualbertus magni nominis Abbas Vallambroſianus, qui vivens & poſt mortem miraculis claruit. Cujus præclaræ res geſtæ a pluribus ſcriptæ cum fuerint, quæ ab Attone Piſtorienſi Epiſcopo elucubratæ fuerunt, uſu frequentiori retinentur, in quibus ubi narrantur miracula, quæ poſt ejus obitum contigerunt, hæc inter alia: Dominus quoque Gregorius Septimus Papa, qui ad ſacroſancta miſſarum ſolemnia veniens, in multa compunctione ſolebat accedere; dum continuis tribus diebus compunctio ſibi conſueta deeſſet, in memoriam ei venit nomen & ſanctitas S. Joannis, cum quo dum viveret, amicitiam & notitiam multam habuerat. Quem dum in ſuum auxilium humiliter invitaſſet; mox gratiam ejuſdem compunctionis ſanctæ multo largius, quam ſolebat habere, reſumpſit. Quod dominus Petrus Albanenſis Epiſcopus cognomento Igneus ex ipſius ore domini Papæ ſe teſtabatur audiſſe: ipſe quoque verum fuiſſe coram multis crebro dicebat.* Qui idem Pontifex audita morte ipſius, diſcipulos ejuſdem Joannis hortans ad imitationem magiſtri, litteras dedit ad illos, quæ habentur in vita ipſius Joannis locupletius ſcriptæ, his præmiſſis: Gregorius Papa ubi amici chariſſimi accepit obitum, ad ipſius monachos has de more ipſius conſolatorias litteras dedit: LXXIX.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, clericis, monachis, ac religioſis laicis diſciplinam ſanctæ recordationis Joannis Gualberti Abbatis imitantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LXXX. Epiſt. Greg. pap. ad monachos Vallis umbroſæ.

*Licet venerandæ memoriæ eumdem Joannem patrem veſtrum corporeis oculis non viderimus, quia tamen fidei ejus puritas in Tuſciæ partibus mirabiliter reſplenduit, multum eum amore diteximus, cujus ſanctæ converſationis ſtudium quamvis vos imitatores eſſe non ambigimus, ut vigor rectitudinis veſtræ ad extirpandam de agro Dominico zizaniam ſollicitius invigilet, attentiuſque ferveat, paternæ vobis exhortationis verba impendimus. Vos itaque, dilectiſſimi, in quantum humana poſſibilitas permittit, vitam illius ſequentes, & vere filios ejus & heredes ſimili vos converſatione probantes, viriliter agite & confortamini in Domino, & in patientia virtutis ejus documenta ſanctarum Scripturarum, quibus hæreticorum argumenta deſtruuntur, & Fides ſanctæ Eccleſiæ defenditur contra membra diaboli, quæ diverſis machinationibus Chriſtianam religionem conantur evertere, mens veſtra quotidie meditetur, & ea qua ſolet, libertate in malorum confuſione erigatur; eos vero qui in vobis confidunt, & conſilium religionis veſtræ*

*ſtræ ſequi diſponunt, more prædicti patris veſtri ſuſcipite, & de his, quæ ad ſalutem eorum pertinere videntur, ſanctis exhortationibus inſtruite: ut non ſolum veſtra, ſed & vos ſequentium circumpoſiti populi conſiderantes ſancta opera, glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Nos autem ipſum amorem, quem patri veſtro & vobis olim impendimus, donec noſtros ſpiritus rexerit artus, exhibere deſideramus, & tanto quidem deinceps majori vos charitate fovebimus, quanto vos in divinis negotiis ferventiores eſſe probabimus, quibus non ſolum ſpirituale, ſed & ſæculare, ſi neceſſe fuerit, auxilium, Deo adjuvante, miniſtrabimus. Vos igitur omnipotentem Dominum exorate, ut ipſe vires & facultates nobis tribuat, quatenus ſuſcepti regiminis importabile pondus poſſimus tolerare, & ſanctam Eccleſiam in ſtatum antiquæ religionis reducere. Valete.* Jam reliqua proſequamur.

LXXXI. Eodem anno idem Gregorius Papa Romæ inſtauravit & conſecravit Diaconiam ſanctæ Mariæ in Porticu dictam, in antiquo Foro Romano poſitam, non longe a clivo Capitolino, ut ejuſdem Eccleſiæ docent vetera monimenta, in quibus etiam ejuſmodi diſtichon ſculptum legitur:

*Septimus hoc Præſul Romano culmine fretus*
*Gregorius templum Chriſto ſacravit, in ævum.*

At hic finis eſto rerum Gregorii anni hujus; reliqua annis ſingulis, quibus geſta eſſe noſcuntur, temporum ordine diſponentur.

LXXXII. Bulgarica eccl. laborat. Quod vero ad res ſpectat Orientales, hac eadem undecima Indictione, gens (inquit Curopalata) *Servorum, quos etiam Corvatas vocant, exiit, ut Bulgariam redigeret in ſervitutem.* Cujus belli cauſa Bulgarica Eccleſia gravibus eſt affecta moleſtiis, quas ejus Archiepiſcopus Theophylactus ſuis deplorat datis ad diverſos epiſtolis, & inter alias in epiſtola, quam dedit ad filium (*a*) Sebaſtocratoris de una ex Eccleſiis deſtituta miniſtris, hæc habet: *Ab omnibus viam prætergredientibus ſpoliatur, nec Epiſcopum reſidentem habet, ut quæ dorſum verberibus, malas alapis præbere non ferat: Epiſcopo autem propter vexatorum atrocitatem fugiente, alium ullum manere mirum eſſet. Caput enim ſuum cœtera corporis membra comitantur. Quin & ſigillati illi, quos ei potens ſanctuſque Imperator noſter conceſſerat, cum Eccleſiam circumſediſſent, prius eamdem ob cauſam a patribus receſſerunt, & ſilvæ latebris ſalutem ſuam credentes ibi deliteſcunt. Propterea nec diaconus, nec presbyter (o miſerias meas!) in pulcherrima quondam Bulgaricarum Eccleſia remanſit. Abii ergo eam inſpecturus, & viſa planxi, & poſt lacrymas cauſam interrogavi, & interrogans didici, & edoctus nunc doceo humili hac epiſtola ad optimum patronum meum &c.*

(*a*) Theop. ep. 17.

LXXXIII. Cum autem furore bellico graſſante, unam ex Eccleſiis comburi contigerit, Epiſcopum ejus loci his conſolatus eſt litteris: (*b*)

(*b*) Theoph. ep. 49. De incenſa eccl. luctus.

*Camatero domino Gregorio.*

*Tempus eſt, ut propheticum illud dicam, frater reverendiſſime: Hei mihi, quia ignis devoravit ſpecioſa terræ. Quid enim ſpecioſius domo Dei? quid dilectabilius? quid vero dilectis Dei tabernaculis & loco gloriæ ejus decentius? heu peccata mea, quæ igni forſitan exuſſerunt ſanctuarium Dei. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plangam filiæ populi mei contritionem, oppiduli hujus, inquam, miſerandi, Jonæ cucurbitæ, quæ ſimul enata eſt, ſimul exaruit, & matris item populi mei, quod miſerabilius duco, Dei Eccleſiæ. Quænam mens ita adamantina? quis adeo duro corde, ut non ardeat & ipſe, non dicam ad aſpectum, ſed ad tenuem auditum? Quid hoc eſt, Domine? judicio enim tecum agam. Quomodo repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, oſtendiſti non ſolum populo, ſed etiam ſacerdotibus dura? potaſti nos vino compunctionis. Reliquiſti Domine domum tuam deſertam, & ceſſare feciſti ſontium cantionam in ea, & erit, qui tranſibit, exſibilabit eam. Et diadema decoris deturpaſti,*

PAGIUS XIV. *Imperium Orientale ad ſummas anguſtias redactum.* Ad num. LXXXII. & ſeqq. Imperium Orientale per hæc tempora inteſtina mala opprimebant, illudque *Turci* iis malis vexabant, quæ quotidie aucta nulla ex parte remittebantur. Normanni Duce *Roberto* varia Italiæ loca in ſuam poteſtatem redigebant, &, ut inquit Curopalates, *cum ſub Michaele imperium negligenter ac pueriliter adminiſtraretur, ut ſtabiles domini a mari uſque ad mare & Longobardiam & Calabriam ſibi ſubegere, eaque diſtributa & opibus diviſis, ſe Comites, Robertum vero Ducam appellarunt* (ſed hæc ante Michaelis imperium geſta.) *Michael autem non ſolum non retinuit regionem quæ ad ſe pertinebat, ſed ut ipſos Turcos ex oriente expelleret, exiſtimavit ſibi faciendum eſſe, ut cum ipſis fœdus percuteret, & ipſorum ope ac ſocietate, Turcorum temerarium in regionem Romanorum incurſum coerceret. Quare etiam affinitatem cum Roberto contraxit, ejuſque filiam Helenam deſpondet filio ſuo Conſtantino: volebat hac ratione Imperator finem aliquem rebus imponi, ſed a Deo prohibitus eſt, qui jam pridem decreverat Orientis perniciem & everſionem.* Quam affinitatem Normannos inter & Imperatorem anno MLXXVI. contractam refert Lupus Protoſpatarius. Præ-



*ſti, & coronam gloriæ & laudis diſcerpſiſti. Quomodo iſta Domine? Quomodo caſtigaſti nos non in judicio, ſed in furore? & aſpere ira tua & ſupra modum domeſticos afflixit; vindicans vindicaſti & confeciſti. Et olim quidem Ilii aram cœleſti igne & pulverem ipſum lambente conſumpſiſti, ut glorificares juſtitiam; nunc vero ſanctum altare tuum igni tradidiſti, non ad gloriam noſtram, ſed ad contumeliam. Peccavimus, ſed tu patiens es; injuſte egimus, ſed tu præſtabilis ſuper malitia hominum, ſed tranſgrediens iniquitates, ſed tranſiliens peccata. Quomodo igitur totam nobis fæcem puri fellis evacuaſti?*

LXXXIV. *Sed o quid ago vi doloris abreptus, exceſſi ipſe a meipſo, & inflictam pœnam calamitatem duco inconſolabilem? Cœterum hæc ita prorſus non habent; ſed & caſtigans pater, & caſtigati, filii ſunt. Exurge igitur frater ſanctiſſime, oſtende aliquando mentis tuæ conſtantiam, & quæ tui propria eſt animi, celſitudinem. Si dolemus nos ad hunc modum, & his caſibus enervamur: quomodo dolores aliorum leniemus? quomodo ad fortitudinem erudiemus? cum ipſi ſine ſpe jaceamus, quomodo alios a lapſu erigemus?* Ne *mihi talis eſto, potentis Dei ſacerdos, qui poſſe omnia debes in eo, qui te confortat Chriſtus, & potens eſſe, ut infirmos confortes juxta Paulum magiſtrum tuum.*

LXXXV. *Bonum quidem foret non eveniſſe, quod factum eſt. Quis negabit? Quando autem ita Deo placuit, voluntati ejus quis reſiſtat? cum fortaſſis etiam quod factum eſt, melius. Non igitur illud ſpectandum eſt, quomodo victum dolori præbeamus, per ſe enim dolor pingueſcit, nec comeatu eget adventicio; ſed qua ratione præſentem ſubtrahentes, maciem illi procuremus. Sic in corporis morbis, mulierum eſt pectora tundere & plangere & dilaniare; medicorum vero hæc inhibere, & curationem morbi invenire. At difficile eſt mali curatio ac præſertim adeo alienis ab omni honeſto temporibus, diebuſque omnium rerum egentibus. Et ubi eſt poteſtas ejus, qui verbo omnia condidit? ipſe dicet & fient, mandabit & creabuntur.*

*Revocabo in mentem tibi veterem ac divinam hiſtoriam. Templum illud celebre inclyti nominis, proximum ab orbe miraculum, quod Salomon Deo in Hieroſolymis dicavit, a Nabuzarda incenſum fuerat & everſum. Poſtea vero ſoluta populi captivitate, excitabat quidem Deus omnes ad domus Dei reædificationem; at humana infirmitas ſuas vires reputans, opus aggredi non audebat, ut difficile ad perficiendum. Tum Aggæus propheta a Deo excitatus increpat puſillanimes, & diffidentiæ perfringit imbecillitatem, & majora pollicere ac pulcriora:* Erit, *inquit, noviſſima gloria domus hujus major, quam prioris, ait Dominus omnipotens. Hæc eadem & tu nunc cogita tibi ab eodem ſpiritu denuntiari: hic tibi ros a Deo exuberantis triſtitiæ medicamentum. Quoties optabas pulcrius templum videre & venuſtius; deinde hic & ille caſus incidens retardavit tuam ad opus alacritatem. Quid ergo ſcis, an ſapiens rerum noſtrarum diſpenſator ſic tua diſpoſuit, ut neceſſitas fieret inſtitutum, & opus non additio, ſed effectio? Qui itaque hoc ita deſignavit, ipſe difficilia facilia reddet, & poſſibilia, quæ impoſſibilia videntur. An ſapiens quidem eſt & non potens? aut potens quidem & non bonus? aut omnia hæc quidem, ſed de gloria ſua minus eſt ſollicitus?* Non *ita res habet, non ita. Quin & velut ſapiens, quod melius erat, providit, & ſicut bonus quod utile eſt, faciet, & ut glorificari volens, celerius. Præter hæc autem experimentum tibi affectionem iſtam propoſuit, quo & promptum animum oſtendas ad ejus obſequium, & alia perferas, quoad potes. Scit nos bona plerumque non aggredi ſponte noſtra, ideo & invitos ad bonum operandum impellit, atque hoc eſt, quod in Evangeliis animadverti, compelli quoſdam ad cœnam intrare.* LXXXVI.

*O dulcem tyrannidem! o vim libertatis donatricem! o pater mordendo amans! o viſcera urendo flagrantia, & ideo rorem e veſtigio copioſum influentia!* Ne *igitur* LXXXVII

PAGIUS XV. *Ab hoſtibus devaſtatur.* Præterea ut habet Bryennius initio lib. 3. *poſtquam Cæſar* (nempe Joannes Michaelis Imp. patruus) *inclytam vitam in monaſticam profeſſionem mutavit, Imperator Michael curis innumerabilibus conflictabatur, Scythis quidem Thraciam & Macedoniam incurſantibus, Slavorum vero gente jugum Romanæ dominationis excutiente, & Bulgariam rapinis atque incendiis agente, ferenteque. Scupi quoque & Naiſus vaſtabantur: quin ipſum etiam Sirmium, & quæ circa Sagiam amnem ſita ſunt oppida, quæque ad Iſtrum jacent civitates graviter laborabant. Inde rurſus Thorobati* (hodie Croatæ appellati) *& Dioclenſes rebellantes univerſum Illyricum infeſtabant.* Eandem in rem ſcribit Zonaras: *Tertio anno imperii illius gens Crabatorum, quos nonnulli Servios vocant, Bulgariam occupare aggreſſa eſt, ac quædam loca cepit, ſed multis præliis factis, multis utrimque cæſis, tum iis excidit, quæ tenuerat, tum devicta, & Romana ditione expulſa, in ſuas redire ſedes coacta eſt.*

Creſimirus Dalmatiæ & Croatiæ Rex adhuc hoc anno regnabat, ut oſtendit Lucius lib. 2. Hiſtoriæ Dalmatiæ & Croatiæ cap. 10. ex quodam Inſtrumento publico, ſed eo anno incerto demortuo diſſenſiones in eo Regno extitere, tandemque *Zuonimirus* illud obtinuit, ejuſque inveſtituram anno MLXXVI. a Gregorio VII. ut eo anno oſtendemus, accepit. XVI. *Zuonimirus fit Dalmatiæ & Croatiæ Rex.*

*gitur ad iracundiam illum amplius, quam par eſt, provocemus, adverſus flagellum quiritantes, nec velut murmurantes ad leviſſimum, ſecundum, idque gravius forſitan accerſamus; ſed oſtendamus tamquam filiis inflictum fuiſſe, accedendo velut ad patrem. Accedemus autem hoc modo, ſi triſtitiam profligemus, ut patris alterius tenebrarum & confuſionis fœtum, & ſpei noſtræ manus ad Deum tendamus, ejuſque auxilii & tutelæ manum invocemus. Hæc tibi a nobis, o verbi ſacerdos & frater noſter. Plura autem tute tibi ſuggeres, quibus dolorem mulceas, & tibi & aliis amicum te præbeas, Paracleti adverſus triſtitiam gratia confirmatus.* Hactenus tempore Bulgaricæ infeſtationis Theophylacti nobiliſſimi ingenii monimentum, quod nunc primum Latinitas vidit. Extat & alia ad Epiſcopum Bydinæ ejuſdem argumenti (*a*) epiſtola de his, quæ paterentur ab hoſtibus, omnia rapina, cæde, igneque miſcentibus.

(*a*) *Theoph. ep.* 55.

LXXXVIII Quid a miniſtris Imp. paterentur epiſcopi.

Quænam autem tunc pateretur Eccleſia a ſuis, accipe ex alia ejuſdem Theophylacti epiſtola ad Patriarcham Conſtantinopolitanum tunc data, cujus eſt exordium: *Et qui auſus es, dicat quiſpiam &c.* Ubi hæc inferius: *Heu quomodo dicam Epiſcoporum nunc cruces ac ſpinas, quibus in calamitatem redacti ſumus? Quoniam cœlo jam caput figit peccatorum jactantia, viduam atque orphanum enecantium, omnemque indigenam & proſelytum perimentium. Et non eſt qui adjuvet, non eſt qui eripiat, ſed aguntur, & peſſum eunt omnia, cum nemo ſit qui liberet, neque qui ſalvum faciat. Et illuſores quidem dominantur noſtri, exactores autem reliquias falcis demetunt exactius. Omnes, qui nobis præſunt, ætate ſimul & prudentia juniores ſunt, ſed & iniquitate ſemper juniores, non ſenes & adultæ ætatis; avaritiæ ſpecies ſemper excogitantes, & obliquum ſpiritum in viſceribus innovantes. Nec monitis, nec hominum metu revocantur, ſed validius quiddam ſpectantes, in malitia invaleſcunt, in injuſtitia aluntur & corroborantur. Quod ſi quis Imperatoris mentionem faciat, & gladii, quem ad malefactorum terrorem a Deo geſtat, inanem rident ſermonem, & dicentis ſimplicitatem condemnant.* Hæc & alia id genus plurima. De magiſtratibus autem & exactoribus quæ in Epiſcopos agerent, ita inferius ſubiicit: *Terrent ſemper eos, qui ſemel dederunt, quaſi dare ſemper poſſint, ac niſi accipiant, efferantur. Putant nullo modo pauperem fieri Epiſcopum, ſed naſci quidem illi ex terra ſine ſemente, & ſine cultura omnia; fluvios autem aurum illi affatim incoctum trahere, & canes ipſas equos & mulos parere, omnia demum Dei miniſtro nova eſſe; ac niſi eſſent, ne miniſtrum quidem Dei fore, ſed impium & profanum. Sic Deum ex ſatietate contumelioſum faciunt, & ſuorum amoribus capi, & gratis largiri, & quonam vel dæmonum ipſorum non deteriorem? Non enim perhorreſcunt, quæ ipſi contra Chriſtianos agunt, avaritiæ rabie incitati, ſed Epiſcoporum accuſationibus, tamquam ſui ipſorum defenſionibus innituntur, quaſi præmium quoddam ipſis propoſitum ſit, ſi poſt everſa Eccleſiarum bona, ipſos etiam inquinent Antiſtites.* Hæc & alia miſerrima lugens, quæ ne prolixitate Lectorem obruam, prætermitto.

Porro autem Patriarcha his a Theophylacto acceptis litteris ad eum reſcribens, miſſus eſt, quibus valuit argumentis conſolari, adjunxit & epiſtolæ eulogia. His Theophylactus acceptis aliquantulum recreatus animo, immenſas rependens gratias, epiſtolam ad eumdem reddidit, quæ ſic incipit: (*b*) *Et quis nunc beatior nobis eſt, qui domini litterarum benedictionem accepimus, quibus & animo ſanctificati ſumus, & oculis, lingua, atque auribus purgati, intelligendo, legendo audiendo, quæ ſcripta ſunt, &c.* In fine vero accepta recenſens eulogia, myſticas inde, quæ illis contineantur, figuras elucidat. LXXXIX.

(*b*) *Id. ep.* 50.

XC. Ad poſtremum ejuſdem Theophylacti hic epiſtola de victoria adverſus Perſas & Francos ſimul obtenta ab Imperatore, reddenda eſt, eo quod nulla de hac memoria reperiatur apud Græcos, ſive Latinos hiſtoricos, quorum de rebus Orientalibus brevis tantum & inops narratio ſcripta legatur. Si quid aliunde afferri poſſe contingat, magnum ad ipſarum notitiam in tanta obſcuritate res ipſæ accipient incrementum. Sic ſe habet: (*c*)

(*c*) *Theoph. ep.* 61. De Victoria epiſt. velut epinicium.

*Sebaſto Paguriano domino Nicolao.*

*Et unde, aut quales tibi perſolvam gratias, magnificentiſſime mi in Domino fili, ac domine, quod me omnium hominum veraciſſimum ſemper oſtendas; & laudes, quibus ornare te videor, magis ornes ipſe, illas demonſtrans, non Rhetoris ſophiſticas adulationes eſſe, ſed ſpiritus vere bonis collætantis exultationes, & oris virtutem celebrare ſcientis cantica. En igitur, quod mihi paulo ante nuntiatum eſt quanti facient aures bonorum amantes & invidia carentes? Uno enim trophæo duarum gentium ſupercilia detraxiſti, & una cum Perſicæ amentiæ turri, Francicæ etiam amentiæ culmen dejeciſti. Et novus Phinees apparuiſti, qui potenti haſta tua duas gentes apud Dominum immundas perfodiſti. Nam qui tributa exigere conſueverat, & ab aliis circa Pontum Græcanicis urbibus intra Tanaidem fluvium & Mæotidem paludem.*

atque



*atque adeo a Colchorum regione ante ſita, & Phaſide ipſo terminata; quin etiam a Minoris Armeniæ in alto poſita colonia, & Armenia ipſa univerſa (Mariandenos enim prætereo & Galatas & finitimos his Cappadocas) pinguis jam, graviſque tributorum exactionibus factus, gladii tui acie defectus eſt, exactrices manus, & tributa potius pendere didicit. Excurſionibuſque dejectus, quas prædonum more audebat, & inſidiis diffidens, tamquam Taronitæ manifeſtis, magis quam civitas in monte ſita, ad bellorum vero conflictus magis aridas manus ſuas intelligens, quam paleas, Urbeſque jam populoſas, quas ipſe vix ceperat, dicto citius exuens.*

XCI. *Ita illi fortunæ fuit alea. Ad calamitoſiſſimum ſtatum decidit; vel potius Dei lances virtutum tuarum lancem in eum inclinarunt, non aliter quam leviores eorum, quos ante Imperium tuum devicit. Hinc credidit, fabulam non eſſe, quæ de priſcis Romanis trophæis celebrantur, quinimmo inferiora vero eſſe, quæ dicuntur. In te autem verum cernit, dicam potius, tanto illis præſtare te cenſet, quanto inferiore apparatu incitatus, æquiparas teipſum illis, ita potentem exhibes vim tuam rerum defectu. Et vellet quidem te numquam natum eſſe; miratur autem, ut egregium natum, & maledicit quidem nativitati, beatos autem prædicat, qui genuerunt. Ac tibi quidem liberorum orbitatem imprecatur, ut in te genus tuum circumſcribatur; ſibi autem tales filios naſci optat. Et nunc primum ſentit, ſe inſeliciter ad tantum culmen priſtinis ante te felicitatibus evectum, ut pluribus ſpoliatus, plus doleat. Unicum ſolum habet ſolatium, quo ſe ſuſtentet, quod a generoſiſſimis Romanis tanta patiatur, quandoquidem gloriari victi ſolent victoriam præſtantia: quod ſi adeſſet Homerus, de vobis utique diceret:*

*Ante fugit fortis, ſequitur ſed fortior illo,*

XCII. *Bona ſpe eſto & tu civitatum pulcherrima Neocæſarea; brevi habitura es liberatorem Gregorium. Non inſuetum eſt tibi a Gregoriis beneficiis affici, & præſentis ærumnæ ſenium exuens, Neocæſarea vere videberis, arrham habes, vicinos. Expecta porro egregium ſponſum, qui in victoria tua conjungetur, coronabiturque corona e lapide pretioſo. Chriſtus enim Taronitæ trophæa erigit. Verum impiiſſimus Turcus per te deorſum vergit, & quæ ad pedes ſolum ſpectat, qui heri ſuperbas oculorum pupillas in omnem partem volvebat, & terram ſimul omnem ac mare delere cogitabat. Nunc ergo ad fœderum ſermones, tamquam adjutores ſolos & ſalutares ſe convertit, manuſque non jam ad gladium diſtringendum, ſed ad pacta tendit, & arcum aſſumit caducei, & amicum habere firmum cupit, quem hoſtem habens, expertus eſt inexpugnabilem. At Francus cervice ferreus, cera fluxa mollior uſus, ex abundanti te adorat, & per te potentiſſimum Imperatorem noſtrum. Quid vero....* Reliqua deſunt.

Porro hunc, ad quem ſcribit, pium valde fuiſſe Ducem ex præcedentibus ad eum litteris datis, ſane ſignificat, cum ſic exorditur (*a*): *Et Dominus tranſtulit peccatum tuum, quod præſertim nec tantum erat, quantum in oculis ejus ſemper. Ego vero & hoc in te admiror, colendiſſime fili, quod etiam culices peccatorum, quaſi camelos videas (contra quam Phariſei a Domino arguebantur) & feſtucam, quæ in oculo eſt, ut gravem trabem reputaris, quod magnum virtutis fundamentum ſermo noſter ſtatuit. Initium ſiquidem ſalutis, ſui ipſius in re aliqua condemnationem credimus. Et perge ita &c.* At de rebus Orientalibus hactenus.

(*e*) *Theoph. ep.* 61. Juſtus accuſator ſui ipſius.

Quod autem ad ejuſdem auctoris ſcripta pertinet, iſta numerantur a noſtris: In Oſeam liber unus, in Jonam liber unus, in Nahum liber unus, in Habacuc liber unus: in quatuor Evangelia. In Paulum libri quatuordecim. Habet hos bibliotheca Vaticana in Epiſtolas Pauli commentarios Theophylacti ſub nomine tamen Athanaſii, mendaci titulo, & has a nobis citatas ejuſdem auctoris epiſtolas. Cæterum ubivis eum legeris, ſenties ſancti Joannis Chryſoſtomi ſemper eructare ſententias. At de eo ſatis. XCIII. Scripta Theophilacti.

I. Logatio a Greg. Pap. ad Henricum Reg.

ANnus ſequitur Redemptoris ſeptuageſimus quartus ſupra milleſimum Indict. duodecima, quo Gregorius Papa legationem in Germaniam mittit ad Regem Henricum. Quinam autem ad hoc munus obeundæ legationis delecti ſint, quid inſuper per Legatos ſit actum, videamus. Lambertus accuratiſſimus hujus temporis ſcriptor de eadem agit legatione, quam Paſchali tempore in Germaniam ad Regem perveniſſe teſtatur, aitque: *Rex celebrata in Babenberga Paſchali ſolemnitate Nurenberg perrexit obviam Legatis Apoſtolicæ Sedis. Erant autem hi, mater ejus Imperatrix, Epiſcopus Oſtienſis, Epiſcopus Præneſtinus, Epiſcopus Curienſis, Epiſcopus Comenſis, miſſi a Romano Pontifice, componere ſi poſſent, multo jam tempore vacillantem ſtatum Galliarum. Nec tamen cum Rege ſermonem communicare ſæpius rogati conſenſerunt, donec ſecundum Eccleſiaſticas leges pœnitentiam profeſſus per judicium eorum anathemate abſolveretur, pro eo quod propter venditas Eccleſiaſticas dignitates ſimoniacæ hæreſeos inſimulatus fuiſſet apud Sedem Apoſtolicam.* Quod ad hanc partem pertinet, eum pœnitentem abſolutum fuiſſe, ejuſdem Gregorii litteræ poſtea ad eum datæ, & aliæ ad matrem ejus ſcriptæ ſignificant, inferius recitandæ. Quæ præterea per eoſdem Legatos tunc ſint geſta, ab eodem auctore ſic accipe:

II. Quid geſtum per legatos.

*Itaque*, inquit, *petierunt verbis Romani Pontificis* ipſi Legati, *ut Synodum tenere intra Gallias pace Epiſcoporum ſinerentur. Vehementer hoc abnuerunt omnes Epiſcopi tamquam inuſitatum, longeque a ſuis rationibus alienum, nec ſe hujus auctoritatis privilegium ulli alii, præterquam ipſi Romano Pontifici umquam delaturos affirmabant. Siquidem intenderat Romanus Pontifex, ut omnes Epiſcopos & Abbates, qui ſacros gradus pretio redemiſſent, diſcuſſione habita deponeret; jamque hac de cauſa Babenbergenſem Epiſcopum & alios nonnullos ab omni divino officio ſuſpenderat, donec coram venientes injuſtum ſibi crimen hæreſeos digna ſatisfactione purgarent. Et Rex quidem cupide hoc volebat odio Vvormatienſis Epiſcopi, & quorundam aliorum, qui eum bello Saxonico offenderant, quos hac calumnia involvendos, & dignitatis ſuæ detrimenta paſſuros ſpe certiſſima præſumpſerat. Sed quia per Legatos res tanta poſſe confici deſperabatur; conſulto in audientiam ipſius Romani Pontificis delata eſt.* Hucuſque de hac legatione Lambertus. Quia autem res geſtas Papæ Gregorii proſecutus eſt Petrus bibliothecarius, de eadem hac agens legatione, hæc addit: *Receptis igitur affectuoſe Legatis Epiſcopis, & digno cum honore tractatis; cum dies plurimos Rex de ſua emendatione ſanctæ commonitionis verba manſuete & pacifice audivit; quinque nobiles viros ſuos familiares ab Alexandro Papa excommunicatos, vix a conſortio & ſocietate ſua removit. Synodum vero in regione ipſa celebrare Legatis nequaquam permiſit, allegans Liemarus Bremenſis Archiepiſcopus, vices Romani Pontificis ſibi, ſicut & Moguntino Archiepiſcopo in Germania, antiquis privilegiis eſſe conceſſas.*

*Cui Legati Sedis Apoſtolicæ de legationis officio reſponderunt: Venerabilis frater, certum tibi eſſe debet, quod neque auctoritas canonica, neque mos Eccleſiaſticus eſt, ut ultra obitum ejus qui dederat, Romani Pontificis auctoritas protendatur.* Hæc idcirco, quod tam Bremenſis quam Moguntinus ſe etiam eſſe Legatos jactarent Sedis Apoſtolicæ, accepto privilegio ab ejuſdem Gregorii Papæ prædeceſſoribus. Pergit vero: III.

*Præterea ſicut in Primi Leonis Papæ quodam capitulo legitur: Pontifex Romanus vices ſuas ita committit, ut qui accipiunt, in partem ſollicitudinis ſint vocati, non in plenitudinem poteſtatis. Sed ut ad finem hujus contentionis breviter veniamus; Synodus hac ſagacitate eſt deturbata, Bremenſis vero pro inobedientia & rebellione ab officio ſacerdotali eſt ſuſpenſus, & Legati a Rege amplis muneribus honorati, cum ejus gratia, & benigno reſponſo incolumes ad Urbem Romanam redierunt.* Hæc in vita Gregorii ex multis pauca. Non enim mihi dubium, ad eum turpem nimis tergiverſationem, qua dicerent non moris eſſe per Legatos Romanæ Eccleſiæ in provinciis externis congregari Concilia, ſed novum & inauditum haberi: ab eis eſſe re-

re-

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hiſp. MCII. An. Hegiræ

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6567.

☉ 19. E. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1074.

GREGORII VII. PAPÆ 2.

HENRICI IV. REG. 19.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 4.

CCCCLVII. inchoato die 27. Aug. fer. 4. An.Chr. 1074.



reſponſum, contrariumque penitus plurimis fuiſſe demonſtratum exemplis nempe per Legatos a latere miſſos innumeras eſſe Synodos congregatas. At vero apparuit ſimoniacorum Epiſcoporum fuiſſe ejuſmodi excogitatum falſum vanumque prætextum, ne ſcilicet in Synodo illa per Legatos agenda, ſuarum dignitatum diſpendium paterentur.

IV. Reverſi Legati cum hæc omnia Gregorio ſignificaſſent, & quas accepiſſent a Liemaro Bremenſi Archiepiſcopo injurias potiſſimum inculcaſſent; idem Pontifex datis ad eum litteris, vocavit eum Romam ad dicendam cauſam, diemque certam ſtatuit, nempe natali die Apoſtoli S. Andreæ, quæ ſiſtere ſe deberet judicio Apoſtolicæ Sedis. Sed cum nec paruiſſet, rurſus eum ſuis litteris vocavit, quæ ſic ſe habent: (*a*)

(*a*) Greg. lib. 2. ep. 28.

Greg. Pap. vocat Romam Bremenſem archiep.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Liemaro Bremenſi Archiepiſcopo.*

*Quia ſuſcepti beneficii, quo te ſancta Romana Eccleſia voluit honeſtare, te immemorem, potius ingratum cognovimus; oblitum etiam promiſſionem, canonicamque obligationem, qua ſanctæ Romanæ Eccleſiæ te fidelem, te diligere, eique ex corde obedire canonice obligaſti; non immerito ſuper te dolendo movemur, non ſine cauſa tibi, quem fidelem filium credebamus, iraſcimur. Heu inverſi mores, & tempora immutata? quem murum inexpugnabilem pro ſancta Romana Eccleſia, cui licet indigni præſidemus, putabamus; quem ſcutum fidei, quem gladium Chriſti ſumere debere, ſi oporteret, tum officio tuo, tum prædicto debito pro ſancta Romana Eccleſia, pro nobis etiam noſtriſque ſucceſſoribus credebamus; jam eum noſtrum inimicum, noſtrumque oppugnatorem invenimus, tuaſque injurias * a te turpiſſimam & inauditam repulſam licet injuſte patimur. Legatis quippe noſtris, * Alberto Præneſtinenſi & Giraldo Oſtienſi Epiſcopis, quos ad partes illas ad id deſtinavimus, ut in unum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus religioſiſque clericis convocatis, vice & auctoritate noſtra fulti, quæ corrigenda eſſent, corrigerent, quæ religioni addenda eſſent, adderent, pro viribus impediſti. Ad hæc ut & Concilium fieret prohibuiſti. Ab iiſdem etiam Romam vocatus ad inſtitutum terminum feſtivitatem ſcilicet ſancti Andreæ, non veniſti. Ad hæc igitur, & quamplura etiam alia corrigenda, ad proximam Synodum, quæ proximæ Quadrageſimæ prima hebdomada celebrabitur, Deo annuente, Apoſtolica auctoritate, tibi venire præcipimus & invitamus. Prædictis enim delictis nobis perſuadentibus, ab omni Epiſcopali officio prædicta auctoritate, donec ad nos venias, te ſuſpendimus. Dat. Rom. pridie Idus Decemb. Ind. xiii.*

* atque.

* Huberto.



V. Liemarus Eccl. Bremenſis epiſc. ſchiſmaticus.

Hic omnium malorum origo. Etenim cum Archiepiſcopus iſte Bremenſis hoc modo præter omne jus faſque cæpit ab obedientia deficere Apoſtolicæ Sedis, reſiſtens ejus Legatorum juſſioni, inobediens Gregorio Papæ, adverſus eum Regem commovit, ſicque quidquid boni mente concepiſſet infelix Princeps, hujus inſtigatione & perſuaſione mox aruit, atque ſchiſmatis jacta per eum ſemina fovit, & orta aluit uſque in finem. Ut plane de nobiliſſima eccleſia Bremenſi illud lugubre (*b*) canticum fuerit occinendum: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum? Filii Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manus figuli?* Quotquot enim præceſſerunt uſque ad præſentem Archiepiſc. Liemarum Bremenſes Antiſtites, omnes ſanctæ Apoſtolicæ Sedis ſtudioſiſſimi a tempore Willehadi fundatoris per annos ferme trecentos, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obſervatores ſemper extiterunt, iidemque viri ſanctiſſimi, colueruntque toto cordis affectu Eccleſiæ Romanæ Pontifices, utpote bonorum omnium ipſius auctores, a quibus Evangelium accepiſſent, & quidquid decoris in ea eſſet Eccleſia & majeſtatis, ab iiſdem fuiſſent conſecuti. Quæ cuncta nec ignoraſſe potuit perditiſſimus Liemarus, cum Adam ejuſdem Eccleſiæ canonicus de his omnibus luculenter ſumma fide hiſtoriam ſcripſerit, atque eidem legendam obtulerit ac dedicaverit, cum ante biennium, nempe Redemptoris milleſimo ſeptuageſimoſecundo, Adalberto defuncto, in Bremenſem Archiepiſcopatum ſucceſſiſſet infauſto prorſus exordio: nam perditus Liemarus mox (ut audiſti) cœpit adverſus Sedem Apoſtolicam mira audacia & arrogantia erigere cornua, & reluctari.

(*b*) Thren. 4.

Quæ autem hæc ſecuta ſint, ſuo loco dicturi ſumus. Gregorius autem, ubi ab iiſdem a ſe miſſis Legatis accepiſſet Regis Henrici animum erga Apoſtolicam Sedem propenſum, paratumque in omnibus parere juſſis Pontificiis, has ad eum litteras dedit (*c*): VI.

(*c*) Greg. lib. 2. ep. 30.

Ad Henricum Regem Gregor. pap.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Henrico Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Quamquam, fili chariſſime, cauſam Mediolanenſis Eccleſiæ non ita compoſueris, quemadmodum litterarum ad nos miſſarum ſeries, pollicitatioque continebat; tamen quia Legatis noſtris te benevolum tractabilemque præbuiſti, eorumque interventu quaſdam res Eccleſiaſticas laudabiliter correxiſti, nobis quoque per eos congruæ ſalutationis & devotæ ſervitutis exhibitionem tranſmiſiſti, gratanter accepimus. Sed & illud, quod piæ memo-*

*riæ Agnes mater tua Imperatrix Auguſta apud nos conſtanter teſtificata eſt, iidemque Legati Epiſcopi atteſtati ſunt, ſimoniacam ſcilicet hæreſim funditus de regno tuo extirpare, & inveteratum morbum fornicationis clericorum toto annifu corrigere velle: vehementer nos hilaravit. Filiæ quoque noſtræ fideliſſimæ veſtræ Beatrix Comitiſſa & filia ejus Mathildis non modice nos lætificavere, ſcribentes nobis de amicitia & ſincera dilectione veſtra. Quod libentiſſime accepimus: quarum conſilio, ſed & perſuaſu dilectiſſimæ matris veſtræ Auguſtæ ad hoc inducti ſumus, ut has vobis litteras ſcriberemus. Quamobrem, licet peccator, memoriam tui inter Miſſarum ſolemnia ſuper corpora Apoſtolorum & habui & habebo, ſuppliciter obſecrans, ut Deus omnipotens, & hæc tibi bona ſtabiliat, & ad profectum Eccleſiæ ſuæ ampliora concedat. Moneo autem te, fili excellentiſſime, & ſincera charitate exhortor, ut in his rebus tales tibi conſiliarios adhibeas, qui non tua, ſed te diligant, & ſaluti tuæ, non lucro ſuo conſulant. Quibus ſi obtemperaveris, Dominum Deum, cujus cauſam tibi ſuggerunt, protectorem propitiumque habebis &c.* Subiicit de cauſa Mediolanenſi, deque vocatis Romam quibuſdam Epiſcopis Germaniæ ad futuram Synodum.

VII. Sed & idem Gregorius officio non defuit, ſcribendi videlicet ad Agnetem Auguſtam: quæ ubi ſuſcepta legatione pro Apoſtolica Sede ad filium Regem perfuncta rediit, has ad eam dedit litteras grati animi indices (*a*).

(*c*) *Id. l. 1. ep. 85.* Gregor. pap. epiſt. ad Agnetem Auguſtam.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Agneti Chriſtianiſſimæ Imperatrici ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Gaudemus & exultamus in Domino, quod lumen veſtræ operationis ad nos uſque reſplenduit, & fructus veſtræ fatigationis, etſi non ad vota veſtra plene cumulatus, Deo tamen ad laudem & gloriam, nobis ad lætitiam, vobis ad coronam perfectæ remunerationis excrevit. Neque enim noſtra ſpes ideo coarctari aut ſubmitti debet, ſi deſiderium veſtræ ſanctitatis facultatem intentionis explendæ non habuit: quoniam apud Deum perfecit omnia, qui voluntatem gerens integram, quantum, potuit, operari non deſiit. Scimus equidem, quod pro pace & concordia univerſalis Eccleſiæ multum laboratis, & omnia quæ Pontificatum & Imperium glutino charitatis aſtringere valeant, amplius quam dici poſſit concupiſcitis & indefeſſa ſollicitudine quæritis. Quorum quidem quod maximum eſt, & unitati delectionis conjunctiſſimum jam peregeſtis, videlicet filium veſtrum Henricum Regem communioni Eccleſiæ reſtitui, ſimulque regnum ejus a communi periculo liberari. Quoniam illo extra communionem poſito, nos quidem timor divinæ ultionis ſecum convenire probibuit, ſubditos vero ſibi quotidie ejus præſentia quaſi neceſſitas, quædam in culpa ligavit.*

VIII. *Ad cætera vero quæ leviora ſunt, licet paupertatem veſtram promptam eſſe non dubitemus; per fiduciam tamen, quam in Chriſto habemus, gloriam veſtram, ut jugiter tam ſanctis ſtudiis inſtet, propter revelationem gaudii veſtri, quodammodo exhortari impellimur, ſcribentes vobis, & ſub omni certitudine notificantes, præfato filio veſtro veſtra conſilia, veſtraque multum merita profuiſſe: & quam miſericorditer eum divina reſpiciat clementia, veſtram adhuc beatitudinem cum gratulatione viſuram eſſe. Hoc autem unde & qualiter nobis compertum ſit, cum veſtram, miſerante Deo, præſentiam viderimus, patenter indicabimus.*

IX. *De cætero ſciat eminentia veſtra, nos his temporibus pro cauſa beati Petri Apoſtolorum principis in labore non parvo poſitos, & veſtram in omnibus Beatricem, necnon & communem filiam noſtram Mathildem diu noctuque in noſtro multum adjutorio deſudare, utpote vos ſequentes, vos ſicut dominam & magiſtram diſcipulæ, fideliter imitantes. Per vos itaque novum exemplum antiquæ lætitiæ, per vos, inquam, illæ mulieres olim quærentes Dominum in monumento, ſæpe nobis ad memoriam redeunt. Nam ſicut iſtæ præ cunctis Diſcipulis ad ſepulcrum Domini miro charitatis ardore venerunt: ita vos Eccleſiam Chriſti, quaſi in ſepulchro afflictionis poſitam, præ multis, immo pene præ omnibus terrarum Principibus, pio amore viſitatis, & ut ad ſtatum libertatis ſuæ reſurgat, totis viribus annitentes, quaſi Angelicis inſtructæ reſponſis, cæteros ad ſuffragium laborantis Eccleſiæ provocatis. Unde & revelationem ſupernæ gloriæ & æternæ vitæ, quæ eſt in Chriſto JESU, non dubie expectabitis, & conſortes mulierum illarum præſentiam Salvatoris noſtri inter Angelorum agmina pace perpetua fruentes, ipſo præſtante invenietis. Quod autem de filia veſtra Mathilde nos rogaſtis, gratanter accepimus, collaudantes ſanctitatem veſtram, quod tanta vobis de ſalute illius cura eſt; quæ quidem in vos omni deſiderio & fidelitatis affectu cor & animam ſuam effundit, gloriam veſtram, quaſi gaudia propriæ ſalutis expoſcit. Ac nos quidem pro ea libenter oramus, & licet orationes noſtras noſtra Deo parum commendent merita; ſuffragante tamen pietate Petri, cujus ſervi ſumus, eas in conſpectu Domini non omnino vacuas eſſe confidimus. Veſtram igitur commendationem digna veneratione ſuſcipientes, itidem vos, ut illius & noſtri memoriam in veſtris rogamus orationibus fa-*



*faciatis, & mutuis nos apud Deum juvemus interceſſionibus: quatenus hic in Chriſto connexa charitas unam & communem nobis in regno patris noſtri, ipſo præſtante, ſedem pariat & lætitiam. Datum in expeditione ad ſanctum Flavianum xvii. Kal. Julii. Indictione xii.*

X. Per feminas Deus defendit Rom. eccleſ.

Vidiſti miracula de tribus clariſſimis feminis a Deo præordinatis, cum maxima eſſet perſecutio excitanda, ut Romanam Eccleſiam tuerentur, cum inquam, adverſus eam ſæculi Principes & potentiores Epiſcopi conſpirarent, & qui eſſent de gremio ipſius in ipſam, ut (*a*) Judas, moverent calcaneum ſuum. Ut plane illud mirandum a Deo fuerit innovatum, quod (*a*) *infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Fecerit inſuper matrem ignorare filium, affines affinem ſpernere Regem, & pro Romana Eccleſia tantum eſſe ſollicitas Agnetem, Beatricem atque Mathildem, ætate hanc juniorem, ſed animo ardentiorem pro defenſione Apoſtolicæ Sedis. Nam ad Gregorium Papam ſcribens, ad conſtantiam fidei ſuæ erga ipſum ſignificandam illud (*b*) Apoſtoli uſurpavit. *Quod non tribulatio*, inquit, *non anguſtia, non fames, non nuditas, non periculum, non perſecutio, non gladius, neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque creatura alia poterit eam ſeparare a charitate Petri in Chriſto JESU Domino noſtro.* Ad quam tunc iſta breviter anni hujus initio reſcripſit Pontifex ipſe: (*c*)

(*a*) Joan. 13.

(*b*) Rom. 8. Mathildis erga S. Petrum immenſus amor.

(*c*) *Greg. l. 1. ep. 40.*

XI. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Mathildi egregiæ indolis puellæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Titulum puellæ loco virginis eſſe poſitum inferius dicendum erit. At epiſtola ipſa ſic ſe habet:

*Quia ſerenitatis veſtræ litteræ Apoſtolicæ Sedi directæ, eamdem teſtatæ ſunt dilectionem principi Apoſtolorum beatiſſimo Petro, bonitatem tuam promptam eſſe exhibere, quam JESU Chriſto Domino noſtro vas electionis ſanctus Paulus Coapoſtolus ejus uſque ad mortem ferventiſſimo amore ſtuduit conſervare; gaudii repleti immenſitate, omnipotenti Deo quas poſſimus reddimus gratias. Sed noverit prudentia veſtra, honeſtis inceptis, religioſiſque inchoationibus opus eſſe honeſtiori perſeverantia, atque Deo opitulante, religioſiſſima conſummatione &c.* Hortatur venire cum matre ad Limina Apoſtolorum. Hæc Gregorius ad eam tertio Nonas Januarii, Indictione xii. anni hujus exordio. Præſtitiſſe autem fideliter ac cumulate quidem uſque ad obitum, quæ eſt pollicita, declarant eventa, quæ nos ſuis locis inferius deſcripturi ſumus.

XII. Extant & aliæ prolixiores hoc anno ab eodem Gregorio ad ipſam Mathildem datæ (d) litteræ menſe Februarii, nempe decimoquarto Kalend. Martii, quibus eam ad ſanctiſſimæ vitæ cultum, quem ſuſceperat, ſtudioſiſſime proſequendum hortatur. Meminit iiſdem ſe alias commonuiſſe, ut ad perfectam Chriſtianæ religionis vitam excolendam, in his duobus potiſſimum inſiſtat, nempe ut ſacratiſſimam Euchariſtiam frequenter accipiat, & erga Dei Genitricem propenſiori amore ſit affecta. Sunt hæc aurea plane Gregorii verba: *Inter cætera, quæ tibi contra principem mundi arma Deo favente contuli (quod potiſſimum eſt) ut corpus Dominicum frequenter acciperes, indicavi; & ut certæ fiduciæ Matris Domini te omnino committeres, præcepi.* Deque his pluribus agens ad finem, iſta de ſtudio frequenter ſumendi Euchariſtiam, & cul-

(*d*) *Idem ib. ep. 47. 50.* Greg. pap. piæ monitiones ad Mathildem.

PAGIUS I. *Divortium Mathildis Comitiſſæ cum Gothefredo Duca.*

A num. XI. ad XXXVI. *Agnes* Henrici Regis mater, *Beatrix* Gothefredi Barbati Lotharingiæ Ducis vidua, & *Mathildis* ejus *Gothofrido Gibboſo* Barbati filio nupta Romanam Eccleſiam graviter hoc tempore afflictam magna conſtantia tuitæ ſunt, indeque Gregorius VII. eas in ſuis literis a Baronio hoc anno recitatis ſummopere laudat. Num. XI. Baronius refert ejuſdem Pontificis Epiſtolam, quæ extat lib. I. Epiſt. XL. Decreti Gregoriani, ad Mathildem datam, qua eam hortatur, ut cum Beatrice matre ad limina Apoſtolorum veniat. Hæc Epiſtolæ inſcriptio: *Gregorius*, &c. *Mathildi egregiæ indolis puellæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem*, titulum *puellæ* loco virginis poſitum eſſe arbitratur Baronius. Quod num. XXIII. & ſeq. confirmat ex Epiſtola ejuſdem Pontificis lib. IV. Epiſt. II. ad Herimannum Metenſem Epiſcopum *menſe Auguſti indict. XIV.* anno ſcilicet MLXXVI. data, in qua legitur: *de Mathilda vero communi noſtra filia, & beati Petri fideli ancilla, quod vis, volo. Sed in quo ſtatu ſit manſura, Deo gubernante adhuc certum non teneo. Godefridi autem quondam illius viri indubitanter ſcias, quod frequenter apud Dominum, licet peccator, habeam memoriam; qui non me illius inimicitia, vel aliqua impedit vanitas*, &c. Quibus ex verbis Cardinalis doctiſſimus deducit, Mathildem facto cum Gothefredo viro ſuo divortio innuptam remanſiſſe, & Gregorium præfatum Præſulem de ipſius Mathildis ſtatu conſulere, ac inſinuare Gothefredum aliquando ejus maritum fuiſſe, *ſed jam non amplius eſſe.* Subdit autem num. XXV. *Quanam autem cauſa divortii interceſſerint, Scriptorum ejus temporis reperi neminem, qui ſignificent*

II. *Fictitium eſt.*

Verum non ſolum nullus Antiquorum hujuſmodi divortii meminit; ſed etiam Lambertus, qui hoc tempore vivebat, poſtquam anno MLXXVI. aſſeruit, Gothefredum Gibboſum *IV. Kalend. Martii* vita deceſſiſſe, anno MLXXVII. loquens de Gregorii VII. profectione Germanica ait: *Roma egreſſus eſt, & quantum poterat profectionem accelerans, ſtatuto die præſto eſſe ſatagebat, Ducatum ei præbente*

cultu erga Dei Genitricem exhibendo hæc addit:

XIII. *Debemus, o filia, hoc ad ſingulare confugere Sacramentum, ſingulare appetere medicamentum. Hæc ideo, chariſſima beati Petri filia, ſcribere procuravi, ut fides ac fiducia in accipiendo corpus Domini major tibi accreſcat. Talem quidem theſaurum, taliaque dona, non aurum, non lapides pretioſos amore patris tui, cœlorum videlicet principis, a me tua requirit anima, licet ab aliis ſacerdotibus longe meliora pro meritis accipere poſſis. De Matre vero Domini, cui te principaliter commiſi, & committo, & numquam committere quouſque illam videamus (ut cupimus) omittam, quid tibi dicam? Quam cœlum & terra laudare, licet ut meretur nequeant, non ceſſant? hoc tamen proculdubio teneas, quia quanto altior & melior ac ſanctior eſt omni matre, tanto clementior & dulcior circa converſos peccatores & peccatrices &c.* His plane Mathildis ſuffulta ſubſidiis, mirum dictu, quantum in Chriſtiana vita profecerit, quantum, ſe ſuper cæteras feminas exaltaverit, quantum etiam ſuper omnes Reges & Principes eminentior apparuerit, & fortior ſit inventa etiam robore militari.

XIV. S. Anſelmo Mathildis inſtruenda traditur. Sed & muliebri infirmitati aliud appoſuit fulcimentum ipſe Gregorius Papa, dans ei morum magiſtrum, patrem ſpiritualem, ſedulumque paſtorem animæ ejus Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, quem (ut diximus) e Cluniacenſi cœnobio revocavit ad Epiſcopatum. De ipſo enim hæc in vita ejus ſtatim poſt migrationem ipſius ad Dominum ſcripta: *Cum enim penitus, ut Maria, deſideraret Anſelmus ſedere ſecurus: ecce facta eſt in omni Romano Imperio inaudita perſecutio, Epiſcopi & Principes pene omnes non ſolum dico inobedientes, verum etiam rebelles facti ſunt ſanctæ Sedi Romanæ, & inventa eſt ſola atque unica Dux & Marchioniſſa Mathildis in fide permanens, zelum Dei habens, & domino Papæ Gregorio obediens. Hæc ut ſanctiſſimam tanti magiſtri, videlicet ejuſdem domini Papæ vitam, & religionis cognovit ardorem; totam ſe ſuæ tradidit diſpenſationi, ſperans ab oneribus mundi hujus tali obedientia explicari. Cui e contrario in remiſſionem datur, ut quaſi altera Debbora populorum videlicet militiam peragat, hæreticis & ſchiſmaticis reſiſtat. Atque ne tamquam ſola deficiat, cuſtodienda commendatur præſcripto Lucenſi Epiſcopo domino Anſelmo; commendatur, inquam, omni diligentia & affectu charitatis; commendatur a beatiſſimo magiſtro fideliſſimo diſcipulo, ſicut in cruce Chriſtus (a) Mariam Virginem virgini Diſcipulo commendavit. Ita ergo dum uterque Anſelmus atque Mathildis mundi voragines evadere, & contemplationi vacare conantur, majoribus mundi negotiis implicantur. Sanctiſſimus itaque dominus noſter & pater Anſelmus cuſtodiæ illius & ſtudet & ſatagit in omni ſtudio ſanctitatis magis ac magis de die in diem exardeſcere. Poſſumus certiſſime affirmare, quod replevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, ut eſſet ei magni conſilii Angelus. Nam cum multa haberet ſæcularia judicia ſupraſcripta domina Mathildis unica beati Petri filia; ipſe ſuis eam conſiliis ita peragere fecit omnia, ut & Evangelica præcepta, & canonum inſtituta, & legum jura ſervaret &c.* Inferius de iiſdem: *Per ſingulas Eccleſias in omni ſupradictæ dominæ terra regularem clericorum & monachorum compoſuit vicem, qui & male ſe, inquit, ut nullus in Eccleſia eſſet clericus vel monachus, quam irregularis (ut ita dicam) & irreligioſus inveniretur. At parum fuit eum docuiſſe verbis, niſi firmaſſet exemplis; cum nihil penitus ex deliciis palatinis illi inhærere potuerit, apud Principes vitam monaſticam perarduam excolens, ut vel aqua ſitim explere, piaculum grande putaret, & ſomno leviter indulgere ex naturæ neceſſitate, ſocordiam exi-*

XV.

(a) Joan. 19.

ſti-

PAGIUS *te Mathilda, derelicta Ducis Lotharingorum Gozelonis, filia Bonifacii Marchionis & Beatricis Comitiſſæ. Hæc, vivente adhuc viro ſuo, quandam viduitatis ſpeciem longiſſimis ab eo ſpatiis excluſa prætendebat, cum nec ipſa maritum in Lotharingiam extra natale ſolum ſequi vellet, & ille Ducatus, quem in Lotharingia adminiſtrabat, negotiis implicitus, vix poſt tertium aut quartum annum ſemel marcham Italicam inviſeret: poſt cujus mortem Romani Pontificis lateri pene comes individua adhærebat, eumque miro colebat affectu.* Illud itaque divortium plane fictitium, & Gregorius VII. Mathildem *egregiæ indolis puellam* appellans, eam conjugatam non fuiſſe minime innuit; ſed eam ætate juniorem ſignificat. Hinc apud Virgilium 2. Æneid. legitur *innupta puella*, apud Horatium 3. Carm. Ode 22. *laborantes utero puellæ*, ideſt, prægnantes. At, inquit Baronius num. XXII. *Mathildis*, quæ juxta Domnizonem in ejus Vita anno MXLVI. in lucem prodiit, nata erat hoc tempore annos XXVIII. ideoque hoc nomen non ætatis, ſed integritatis fuit. Verum in variis hujus Criticæ locis oſtendimus, viros & mulieres etiam triceſimum ætatis annum excedentes a Scriptoribus *juvenes* vocari, & Lactantium in lib. de Mortibus Perſecutorum de Conſtantino Magno annum ætatis triceſimum excedente, cap. 29. loquentem ſcribere: *Credidit adoleſcens ut perito ac ſeni*, ſcilicet Maximiano Herculio Imp. Quoad alteram Gregorii VII. Epiſtolam ait Pontifex, ſe *Godefredi quondam illius viri* habere memoriam, quia *Godefredus* menſe Februario anni MLXXVI. mortuus eſt, & Epiſtola illa poſt menſes ſex ab illa morte ſcripta. Imo ipſe-

met



*ſtimaret.* At de ipſo plura inferius. Tanti vero magiſtri & inſtitutoris haud degener diſcipula Mathildis extitit, quæ nihil umquam antiquius habuit, quam ad ejus doctrinam, atque vitæ exempla componere mores, atque omnes actus accommodare.

XVI. Domnizo ſcriptor vitæ Mathildis. At hæc omnia carmine cecinit etiam, qui eodem tempore vitam Mathildis ipſius conſcripſit fideliter quidem, licet muſa parum compta, Domnizo rerum inſpector, qui hanc ob cauſam prudentum omnium judicio majorem ſibi fidem vendicat recentioribus omnibus. Ut plane levioris mentis indicium ſit deferri magis recentioribus dicendi peritis, qui iſta monimenta vetera minime comperta habentes, in obſcuro poſiti, quidquid vel conjectura ſuggeſſit, vel ab aliquo alio proprio ingenio excogitatum invenerint, ſcripſerunt; his magis credentes, quam auctori qui præſens aderat, oculis videbat, & (ut ita dicam) manibus contrectabat, quantumlibet ſermone imperitus extiterit. Cujus volumen autographum de vita Mathildis cuſtodit Romæ bibliotheca Columnenſis, quæ fuit collegæ noſtri doctiſſimi Cardinalis Sirleti. Exemplar vero inde ſcriptum, quo utimur, bibliotheca Vaticana conſervat.

XVII. Ipſe igitur inter alia de Anſelmo Lucenſi Epiſcopo, Mathildi a Gregorio Papa tamquam patre atque magiſtro conceſſo hæc habet:

*Inter quos fulſit reverendus Epiſcopus urbis*
*Lucenſis, lucens Anſelmus maxime prudens,*
*Lege Dei doctus, monachus bene religioſus.*
*Gregorius Præſul Romanus, ut egit JESUS*
*In cruce qui moriens dat Diſcipulo Genitricem,*
*Commiſit dominam ſic Anſelmo Comitiſſam:*
*Quam docuit dictis, regit exemplisque benignis;*
*Perverſæ ſectæ monuit reſiſtere ſemper,*
*Conſilii magni cui hic Angelus his fuit, annis,*
*Conſilium cujus ſequitur Comitiſſa venuſtum.*
*Nam quos ipſa valet pravos convertere mater*
*Quantiſcumque modis quit, agit in omnibus horis*
*Multos cum feudo, multos munus tribuendo,*
*Pugnando plures, &c.*

XVIII. Quid de legatione miſſa. Sed & de legatione eadem miſſa a Gregorio Papa per Agnetem Auguſtam ad filium Regem, Domnizo etiam agens, eaque cuncta quæ dicta ſunt ſic carmine concinens, ait:

*Regis erat mater tunc Romæ ſubdita Papæ,*
*Quam vir amans pacem, pro nati mittere pace*
*Ordinat, & ſecum Præneſtinæ quoque verum*
*Pontificem Chriſti, cui jungit & Oſtia triſtis*
*Pontificem magnum, quem nomine clamo Giraldum.*
*Hos ultra montes direxit papa duoſque.*
*Quos Rex dignanter cum matre recolligit Agne.*
*In manibus quorum promiſit jura piorum*
*Se pro poſſe ſequi, Papæ, ſancti quoque Petri,*
*Eccleſias ſummi Domini nec vendere nummis.*
*Lætificat valde nati reſponſio matrem,*
*Romam * regreſſa Papæ retulit nova geſta.*
*Papa Deo laudem tulit immenſam ſuper hanc rem.*
*Ad ſcelera rurſum rediit Rex poſt modicum, tunc*
*Ad quem mendacem direxit denuo matrem.*
*De prope poſt ipſam ſibi tranſmiſit ſuæ ſcripta,*
*Qui doluit tamdem, matrique ſpopondit ut ante.*
*Credidit hoc ſtatim genitrix quod Rex ſimulavit:*
*Quæ rediit Romam, Papam reverenter honorans, &c.*

Ubi

PAGIUS met Baronius anno MLXXVI. num. XXXVIII. ea verba de *Godefridi* morte recte interpretatus eſt. Illud ergo divortium omnibus Antiquis incognitum nunquam factum fuit.

III. *Mathildis uxor Azonis Marchionis diverſa a Mathilde Comitiſſa.* Nupſit poſtea *Mathildis* Welphoni juniori filio Welphonis Bajoariæ Ducis, cogente Urbano Papa, ut Catholici Henrici Regis tyrannidi reſiſtere poſſent, quod ſuo loco videbimus. Fuere quidem qui poſt *Gothefridi Gibboſi* obitum Mathildem *Azoni* Marchioni Eſtenſi, nuptam fuiſſe tradidere. Verum Baronius num. XXVI. & ſeqq. commentum illud penitus diſſipavit, demonſtravitque *Mathildem* illam, quæ primum *Guidoni Azonis* conſanguineo copulata fuerat, diverſam eſſe a *Mathilde* Beatricis filia, & in literis Gregorii VII. de quatuor ejuſdem nominis feminis mentionem haberi. Addit Fiorentinius in Comment. Rerum ad Mathildem Comitiſſam ſpectantium lib. 1. hanc opinionem, quæ ante Baronium communis erat, plane abſurdam eſſe; cum alioquin *Mathildis* Comitiſſa, de cujus pietate dubium eſſe non poteſt, uno eodemque tempore & cum *Gothefredo* anno tantum MLXXVI. demortuo, & cum *Azone* Marchione matrimonio conjuncta fuiſſet, quod plane ridiculum.

XIX. Ubi Deo precibus vacans ipſa Agnes Auguſta ſupervixit uſque ad annum Redemptoris milleſimum ſeptuageſimum ſeptimum, ut ſuo loco dicetur. Nec illud quod idem (a) Gregorius ad Henricum Regem ſcribens hoc anno, ſeptimo Idus Decembris, Indictione xiii. ait: *Piæ memoriæ Agnes mater tua, &c.* Eam conſueto dicendi more defunctam voluit ſignificaſſe: nam idem ipſe Gregorius in epiſtola (b) ad Chriſti Fideles poſtea data Indictione xv. adhuc eam fuiſſe ſuperſtitem docet.

(a) *Greg. lib. 2. ep. 30.*

(b) *Greg. lib. 4. ep. 3. prope finem.*

XX. Errores vulgati de Mathilde confutati.

Sed antequam ulterius progrediamur, quæ vidimus de virginitate Mathildis in Gregorii Papæ epiſtolæ titulo, quo nominat eam puellam egregiæ indolis, aſſectemur impreſſa veſtigia. Siſte quæſo Lector gradum, & patere aliquantiſper hic immorari, ut hactenus per mendaciorum devia ductus, quæ de Mathilde ſint vera, certaque pernoſcas. Quantum autem in his plures a ſcopo veritatis erraverint toto (ut dicitur) cœlo; tu ipſe judex eſto, atque ſententiam ferto. Nam aſſerere non dubitamus, nullam aliam pene hiſtoriam ita Scriptorum varietate ſicut & multiplicitate reperiri tractatam, ſed non elucidatam, immo potius obſcuratam, quæ magis Lectoris mentem obvolvat denſa caligine, & offundat tenebris confuſionis. Hocque nulla alia de cauſa, niſi quod ejus temporis Scriptores haud ſatis a poſterioribus fuere conſulti; ſed illis omiſſis, quod eis viſum eſt veriſimile, non quod verum, ſunt ſecuti, recentiori recentior hærens, & his poſteriores ſe conjungentes omnes ſimul per mendaciorum abrupta neſcientes præcipites ſe dedere. Quam autem fuerit horum ingens numerus, recenſere piget, volenteſque præterimus, ne ex aliorum ignorantia gloria nobis quærere videamur.

XXI. De his acturi, in primis recitata verba Gregorii ſunt expendenda. Dum enim in ejus epiſtolæ titulo ipſam puellam egregiæ indolis nominat; modo quærendum, cujus tunc Mathildis ætatis eſſet, ut vox illa, puella, quo accipienda ſit ſenſu, intelligatur, & de ea, quæ ſunt reliqua, pernoſcantur. Qui tunc vivebat Domnizo presbyter, cecinitque carmine res geſtas majorum ejus, atque ipſius quoque Mathildis, cui & viventi aſtitit, & morienti parentavit, totius ejus vitæ ætatem fuiſſe tradit annorum ſexagintanovem, obiiſſe vero diem anno Redemptoris milleſimo centeſimo decimoquinto, die viceſima quarta Julii. Sic enim ait:

Ætas Mathildis.

*Sex decieſque novem vivens annos in honore*
*Julius ante dies octo quam det prope finem,*
*Scilicet ante diem celebrem Jacobi Zebedæi &c.*

XXII. Cui quis non ſentiat, eſſe aſſentiendum, qui cuncta, quæ ſunt Mathildis propinquus teſtis inſpexit & ſcripſit? qua quidem ratione eam dicendum natam eſſe anno ſalutis milleſimo quadrageſimoſexto. Cum vero epiſtola illa Gregorii, qua nominat eam puellam egregiæ indolis, ſcripta habeatur menſe Januario, Indictione duodecima, anno videlicet Chriſti milleſimo ſeptuageſimoquarto; affirmare neceſſe eſt eam tum fuiſſe annos natam viginti octo, ut plane intelligatur, puellæ nomen in Mathilde non potuiſſe ætatis eſſe, ſed potius integritatis. Puellæ quidem nomen ſive ætati, ſive virginitati tribui conſueviſſe, omne Scriptorum genus comprobavit, & cujuſque ſæculi uſus loquendi ſemper reddidit manifeſtum. His accedit, quod cum Domnizo ejus vitæ ſcriptor, ipſius merita recolens tribuat ei centeſimum fructum poſt trigeſimum & ſexageſimum, ſecundum triplicem vitæ ſtatum, conjugatorum ſcilicet, viduorum, ac virginum (quo ſenſu Patres parabolam Salvatoris a (c) Matthæo deſcriptam ſunt communiter interpretati, & Eccleſia Dei in ſacris ritibus eſt ſecuta) plane Mathildem ahuc virginem permanſiſſe, ſignificaſſe haud obſcure voluit verſibus iſtis in ejus operis præfatione:

(c) *Matt. 13.*

*Idcirco fructus centeni colliget uſus*
*Alter terdenam, ſexagenamque coronam.*
*Dum tenet alter, habet centenam grandior alter.*
*Iſta legit totas probitatis jure coronas.*

XXIII. Aſtruitur virginitas Mathildis.

Ita tres vitæ ſtatus exprimens in Mathilde, quod fuerit nupta, vidua, atque virgo quoque permanſerit. Dicendum de ſingulis, & eum dumtaxat adhibebimus teſtem, qui eodem Mathildis tempore vixit, eidemque familiaritatis uſu intimus extitit, nempe Gregorium Papam Septimum, cui qui refragatur, errore omnino lapſus manifeſte intelligatur. Atque in primis, quod Mathildis nupta fuerit, ipſe ep. ad Guillelmum Burgund. (a) Comitem his verbis ſignificat: *Idem veſter nuntius veniat per Comitiſſam Beatricem, quæ cum filia & genero in hoc negotio laborare procurat, &c.* Per generum, maritum filiæ unicæ Mathildis expreſſiſſe dubitari non poteſt. Data illa habetur epiſtola quarto Nonas Februarii Indictione duodecima, præſenti anno ſcilicet Redemptoris milleſimo ſeptuageſimoquarto. Sed quam cito factum eſſe divortium idem Gregorius Papa ſignificat (d) epiſtola, quam dedit ad Herimannum Metenſem Epiſcopum menſe Auguſti, indictione

(a) *Id. lib. 1. ep. 46.*

(d) *Greg. lib. 4. ep. 2. in fin.*





Quod Mathildis aliquando nupta Godefredo.

xiv. anno videlicet Redemptoris milleſimo ſeptuageſimoſexto, in qua iſta leguntur: *De Mathilda vero communi noſtra filia & beati Petri fideli ancilla, quod vis, volo. Sed in quo ſtatu ſit manſura, Deo gubernante, adhuc certum non teneo. Godefredi autem quondam illius viri indubitanter ſcias, quod frequenter apud Dominum, licet peccator, habeam memoriam; quia non me illius inimicitia, vel aliqua impedit vanitas, ſed motus fraterna dilectione tua, & Mathildæ deprecatione, illius exopto ſalutem.* Hæc ibi Gregorius Papa.

XXIV. In quibus obſervanda ſunt multa, atque in primis quod dum Gregorius ſcribens ad Epiſcopum Metenſem (eſt civitas Lotharingiæ) nomine Herimannum, eumque communem patrem Mathildis appellat, coniicere poſſumus, eumdem ex materna linea fuiſſe ipſius Mathildis affinem, & puto patruum qui ſcribens (ut apparet) ad Gregorium Papam, ipſum de ipſius Mathildis ſtatu conſulit, quod facto divortio cum Godefrido viro ſuo, inupta remanſiſſet. Ad quem reſcribens ipſe Gregorius: *De Mathilda*, inquit, *communi noſtra filia, & beati Petri fideli ancilla, quod vis, volo.* Quod autem mox ſubiicit: *Sed in quo ſtatu ſit manſura, Deo gubernante, adhuc certum non teneo.* Perſpicue intelligitur, eamdem innuptam hactenus perſeveraſſe poſt divortium Godefredi, quem & cum quondam Mathildis virum appellet, eum aliquando fuiſſe ipſius maritum, ſed jam non eſſe amplius, manifeſte ſignificans, divortium inter eos interceſſiſſe demonſtrat. Sed & cum eumdem Godefredum ſe inimicum pati idem Gregorius poſt iſta ſubdat, ſe vero pro ipſo Deum orare non prætermittere, id potiſſimum rogante Mathilde; illud ut opinemur inducit. Godefredum adverſus Gregorium, quod ejus auctoritate divortium factum eſſet, iniquo fuiſſe animo.

XXV. Cauſa divortii Mathildis cum Godefredo neſcitur.

Quænam autem cauſæ divortii interceſſerint, Scriptorum ejus temporis reperi neminem qui ſignificet. Nullum gradum ſcio conſanguinitatis vel affinitatis interceſſiſſe, quo putaretur impediri illud matrimonium potuiſſe; ſiquidem ipſe Godefredus Gibber dictus, cui nupſit, ex priore conjuge Godefredi patris antequam Beatricem viduam duceret, natus erat, & illa defuncta, iſtum privignum poſterioris uxoris Beatricis videlicet eſſe oportuit, Mathildi vero genitæ ex Bonifacio nulla penitus propinquitate conjunctum, qua eam in uxorem ducere vetaretur. Sed neque, ſi verum eſt, quod tradunt, qui res Lotaringiæ ſunt proſecuti, hunc eumdem Godefredum Gibberum ex alia poſtea uxore ſuſcepiſſe filios, impotentia coeundi perpetua (quam cauſam ponunt divortii faciendi) cauſa eſſe potuit. Sed neque ex fornicatione potuit accidiſſe, cum neutri poſt factum divortium nubere licuiſſet. Et tamen de illo, quod aliam conjugem acceperit verum aſſeritur; & de iſta, an eſſet acceptura, in ſua poteſtate fuiſſe repoſitum, ex dicta Gregorii epiſtola affirmatur. Sed a divinationibus abſtineamus, ſatis nobis ſciſſe, factum eſſe divortium, & non niſi cauſa legitima intercedente, cum id tanti Pontificis ſanctiſſimi atque doctiſſimi auctoritas conceſſerit faciendum. At non conſummatum matrimonium illud fuiſſe, ſed tantum ſponſalibus contractum, exiſtimandum, quod potuerit ita dirimi, & ſolutis ita nubendi alii facultatem integram remanſiſſe. Sicque ut dictum eſt, facto divortio, virginem permanſiſſe, cui centeni fructus præmium deberetur poſt ſexagenum, firma auctoritate ejus temporis Scriptoris conſtanter vidimus affirmatum. Ut vero iſta firmius percipias, Lector, hic ſunt recitanda illa, quæ ad ſecundum Mathildis conjugium comprobandum, ut firmiſſima propugnacula ſtatuuntur ab ejus ſententiæ aſſertoribus; ſed miraberis, cum nullo negotio ea videris diſſipata: ridebis autem, cum ſuper nihilum, nempe ſuper mendacium, innixam æream molem videris penitus evaneſcere; obſtupeſces vero tunc magis, cum tot ſapientes hiſtoricos eo potuiſſe traduci figmento, & decipi vanitate perſpexeris.

XXVI. Mendax aſſertio matrimonii Mathildis cum Azone.

Dixerunt iſti poſt Godefredum eſſe Mathildem Azoni Marchioni nuptam; ſed Gregorio Papa adverſante, juſſum eſſe ob affinitatem inter eos intercedentem, divortium fieri. Ad quod probandum, duas adducunt ejuſdem Pontificis epiſtolas; quarum prior ſcripta legitur ad Beatricem & filiam Mathildem, data menſe Octobris inchoata nuper Indictione decimatertia, hoc ipſo anno milleſimo ſeptuageſimoquarto; ad cujus finem iſta habentur: (a) *Præterea notum vobis eſt, Marchionem Azonem in Synodo nobis promiſiſſe, & fidem in manum noſtram dediſſe, ſe in noſtram præſentiam, quandocumque eum commoneremus, pro reddenda ratione ſui conjugii venturum, & nos quidem hac de cauſa ipſum vocavimus. Guillelmum Papienſem Epiſcopum, & Heribertum Mutinenſem, qui propinquitatem mulieris ſciunt, ad nos venire per epiſtolas noſtras invitavimus, quatenus rei veritate percognita, quod juſtum fuerit, Deo adjuvante, ſtatuamus. Quapropter dignum nobis videtur, ut præfato Marchioni per certum veſtrum nuntium mandetis, quatenus per terram veſtram, in eundo & redeundo ſecurus tranſire poſſit; ne occaſione veſtri timoris, in hac parte juſtitia Chriſtianæ le-*

(a) *Greg. lib. 2. ep. 9.*

*gis detrimentum ſentiat*. Hæc Gregorius; quæ quidem Azonem inimicum potius, quam generum Beatricis, maritumve Mathildis oſtendunt, cui ab eis ſecuritas quæreretur. His jungunt ſequentem epiſtolam ab eodem Gregorio ad Mathildem ſcriptam menſe Decembris, eadem Indictione, & eodem anno Redemptoris ſeptuageſimo quarto ſupra milleſimum iſtis verbis: (*a*)

(*a*) *Id. ibid. ep. 36.*

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Mathildi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XXVII. *Qualiter teſtibus & ſacramentis in præſentia noſtra probatum ſit, te habuiſſe virum conſanguineum Azonis, te etiam & Azonem Marchionem in quarta propinquitatis linea conſanguineos eſſe, ipſi qui eidem cauſæ interfuerunt, poterunt tibi referre. Unde quia Azonem Marchionem ſacramento conſtrinximus, nullam deinceps ſine licentia noſtra maritalem tecum converſationem habere; tibi etiam ex parte beati Petri præcipimus, ut a conſortio & cohabitatione ſua omnino te auferas, & de perpetrata iniquitate ita digne pœniteas, quatenus gratiam Dei valeas recuperare, & tanti tamque turpiſſimi inceſtus infamiam declinare.*

XXVIII. De ſecundo marito Mathildis confutatus error.

*Quod ſi fortaſſe præjudicium te pati exiſtimas, & teſtimonia atque ſacramenta de conſanguinitate veſtra improbare poſſe confidis; damus tibi audientiam in proxima Romana Synodo, ubi Deo auxiliante, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram in executione juſtitiæ declinabimus, ſed quod juſtum eſt, ſtatuemus. Dat. Romæ xvii. Kal. Januarii, Indictione xiii.* Hæc afferunt tamquam irrefragabile tanti Pontificis teſtimonium de matrimonio Mathildis cum Azone Marchione contracto, ſed per eumdem Pontificem diſſoluto. At cum oſtenderimus Mathildem hanc longe aliam, diverſamque fuiſſe a Mathilde, de qua eſt ſermo, filia Beatricis; tota iſta argumentatio ex ſcriptis Gregorii diſſolvetur, eoque magis, cum ejuſdem epiſtolis id totum firmiſſime comprobabitur, meridianaque luce clarius demonſtrabitur.

XXIX. Mathildæ quatuor eodem temp.

Atque in primis illud accipe, in monſtruoſos oportere errores Lectorem ferri præcipitem, ſi omnes Gregorii litteras ad Mathildem, vel de Mathilde conſcriptas, de Mathilde filia Beatricis putet intelligendas. De quatuor ſiquidem iiſdemque diverſis ejus nominis feminis eſt mentio in ejus epiſtolis, nempe de hac, de qua agitur Mathilde filia Beatricis; longe frequentior ac glorioſior, de Mathilde Anglorum Regina; (*b*) de Mathilde Azoni (*c*) nupta, (*d*) aliaque vidua relicta Arnulphi advocati, quas ab invicem complura diſtinguunt, ut non ſinatur Lector, ea attente conſiderans, æquivoca voce falli. Nam Mathildis iſta Azoni Marchioni nupta, procul omnino abeſt, ut dici poſſit eſſe Mathildis filia Beatricis: ſiquidem quæ Azoni matrimonio juncta eſt, primo fuerat copulata Guidoni Azonis conſanguineo, ut oſtendunt ejuſdem Gregorii Papæ litteræ, (*e*) quod quidem nullatenus Mathildi filiæ Beatricis poteſt aptari, cujus maritum non Guidonem, ſed Godefredum fuiſſe, ejuſdem Gregorii Papæ litteris patet ſuperius recitatis. Rurſus illa Azoni nupta ab eodem Gregorio aſſeritur fuiſſe ſoror Guillelmi Epiſcopi Papienſis, quod procul abhorret, ut fingi poſſit de Mathilde filia Beatricis. Iſta quidem ita ſe habuiſſe teſtatur, & affirmat idem Gregorius Papa in epiſtola eodem argumento, nempe de Azonis atque ejus conjugis Mathildis tunc divortio faciendo conſcripta ad ipſum (*f*) Guillelmum Epiſcopum, cum eum citat ad futuram Synodum, quam totidem hic reddimus verbis, ſic enim ſe habet:

(*b*) *Id. l. 1. ep. 71. & lib. 7. ep. 16.*
(*c*) *Ibid. ep. 57. lib. 2. ep. 9. 35. & 36.*
(*d*) *Id. lib. 5. ep. 9.*
(*e*) *Id. l. 2. ep. 35.*
(*f*) *Greg. l. 2. ep. 33.*

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Guillelmo Papienſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XXX. *Licet contra nos ita egiſſe videaris, ut nec etiam Apoſtolicam benedictionem tibi mittere deberemus, ſcilicet quia ad conſtitutum tibi terminum nec veniſti, nec legalem excuſationem miſiſti; malumus tamen de pietatis modeſtia reprehendi, quam canonum rigorem ſequendo, inobedientiam tuam acriter ulciſci. Quapropter Apoſtolica tibi auctoritate præcipimus ut ad Synodum, quam, annuente Deo, celebraturi ſumus prima hebdomada Quadrageſimæ, venias, & de cauſa ſororis tuæ reſpondeas. Licet enim clariſſimum ſit, eam Guidonem Marchionem conſanguineum Azonis Marchionis maritum habuiſſe; illud etiam ſacramentis & teſtibus in præſentia noſtra probatum ſit, eamdem ſororem tuam atque Azonem quartam propinquitatis lineam nondum excedere; dabimus tamen vobis audientiam in præfata Synodo quatenus ſi legalem defenſionem vos habere confiditis, & teſtimonia & ſacramenta ante nos facta improbare poteritis, conjugium illorum permaneat.*

Mathildis relicta Guidonis.

XXXI. *Alioquin ſi hoc tunc facere non poteritis, vel a prædicta Synodo vos ſubtraxeritis, nullam deinceps inde fieri quæſtionem, Apoſtolica auctoritate inhibemus. Unde in ſacramento, quo prædictum Azonem conſtrinximus, ita cauti fuimus, ut cum licentia noſtra, ſi rationes veſtræ idoneæ fuerint, ipſe poſſit eam reducere atque in uxorem habere. Dat. Romæ xvii. Kal. Januar. Indict. xiii.* Ecce tibi commentum de Mathildis filiæ Beatricis cum Azone conjugio penitus diſſipatum atque





in aera diſſolutum, cum longe eſſe iſta ab illa diverſa monſtratur ejuſdem Pontificis auctoritate. His autem adde, quod diximus, tantum abeſſe, ut fuerit maritus noſtræ Mathildis Azo, tamquam ipſius inimico fuerit impetranda ab ea ſecuritas (*a*) in via, dum Romam venturus, per loca illi ſubjecta tranſiturus eſſet, Quiſnam autem fuerit Guido iſte, cui nupſiſſet Mathildis illa, nos præterit: invenimus tantum is diebus vixiſſe Guidonem Comitem Imolenſem, ad quem extat ejuſdem Gregorii Papæ epiſtola: (*b*) ſed an hic ille fuerit, haud adeo exploratum habemus, ut affirmare poſſimus.

(*a*) *Id. ib. l. 2. ep. 9.*
(*b*) *Id. l. 1. ep. 10.*

XXXII. Mathildis quando ſecundo nupta.

Verum illud abſque dubio de Mathilde dicendum, ipſam jam prope ſeneſcentem (quod mirandum videri poſſit, niſi cauſa ſciatur) matrimonio conjunctam viro bellicoſiſſimo & Catholica Fide præſtantiſſimo Vvelphoni juniori, filio Vvelphonis majoris Bavariæ Ducis, de quo ſæpe inferius, nepoti vero Azonis, de quo modo dictum eſt, Marchionis. Ut autem jam ætate grandæva ejuſmodi iniret nuptias, non effecit levitas muliebris, vel ſuaſit & impulit effrænata libido, ſed coegit juſſio Urbani Papæ, ut Catholici diu fatigati Henrici tyrannide, in Italia ſub ducatu fœmineo fatiſcente, tanti militis robore reſpirare & ſperare majora deberent. At hæc quomodo ſe habuerint, dicemus ſuo loco inferius auctore Bertoldo Conſtantienſe, ea tunc ſcribente, quæ haberet ob oculos poſita: cujus quoque teſtificatione patebit, Mathildem ita ſe ea occaſione nuptiarum fœdere jungi paſſam, ut tamen viri complexu adhuc libera atque ſoluta omnino permanſerit. Sed de his ſuo loco dicendum.

XXXIII. Error Lamberti de Mathilde.

Ad poſtremum autem ex ejuſdem Gregorii recitatis litteris convincitur Lambertus neſciſſe divortium, quod interceſſit inter Mathildem & Godefredum, quem Gozelonem appellat, dum non niſi morte ipſius liberam relictam fuiſſe Mathildem affirmat. (*c*). Quod autem ad Gozelonis nomen pertinet, nemini dubium eſſe debet, per Gozelonem ſignificare voluiſſe Godefredum cognomento Gibberum, vel Strumoſum ex mala habitudine corporis, id ipſomet teſtante ſuperius, (*d*) cum eumdem, quem hic Gozelonem, ibi Godefredum appellat: utroque enim nomine ipſum dictum, privilegia, vel alia publica monimenta ejus nomine tunc ſcripta ſignificant.

(*c*) *Lamb. Scafn. an. 1077.*
(*d*) *Id. an. 1070.*

XXXIV. Jam habes, Lector, de Mathilde germanam hiſtoriam, a mendaciorum involucris vendicatam, ut quæ hactenus ſuffocata delituit, micet candore ſuo. Ceſſent nunc fabulæ, & ex male præſumpta auctoritate Gregorii Papæ Septimi ſileant confutata mendacia, & evaneſcant denudata figmenta.



Sed jam de Gregorio Papa, occaſione familiaritatis cum Mathilde, ab adverſariis calumniam paſſo, (*e*) Lambertus quid ſcribat, attende, ait enim: *Hæc vivente adhuc viro ſuo, quamdam viduitatis ſpeciem, longiſſimis ab eo ſpaciis excluſa prætendebat; cum nec ipſa maritum in Lotharingiam extra natale ſolum ſequi vellet, & ille Ducatus, quem in Lotharingia adminiſtrabat, negotiis implicitus, vix poſt tertium vel quartum annum ſemel Marcham Italicam viſeret. Poſt cujus mortem Romani Pontificis lateri pene comes individua adhærebat, eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italiæ ejus pareret imperio, & omnibus, quæ prima mortales ducunt, ſupra cæteros terræ illius Principes abundaret; ubicumque opera ejus Papa indiguiſſet, ocyus aderat, & tamquam patri, vel domino ſedulum exhibebat officium. Unde nec evadere potuit inceſti amoris ſuſpicionem, paſſim jactantibus Regis fautoribus, & præcipue clericis, quibus illicita & contra ſcita canonum contracta conjugia prohibebat, quod die ac nocte impudenter Papa ejus volutaretur amplexibus; & illa furtivis Papæ amoribus præoccupata, poſt amiſſum conjugem ultra ſecundas contrahere nuptias detrectaret.* Iſta adverſus honeſtiſſimam feminam, atque ſanctiſſimum patrem evomebant, qui conjugii turpitudine, rete diaboli tenebantur aſtricti clerici conjugati, cum uxores dimittere cogerentur, ita ex proprio affectu aliena penſantes. Quod adeo portentoſum & extra omnem penitus veritatis imaginem viſum eſt etiam perditiſſimo illi Bennoni ſchiſmatico Cardinali, hoſti infenſiſſimo Papæ Gregorii, ut cum multa falſiſſima in Gregorium ipſum ſcripſerit, iſtud in eum obiicere non ſit auſus; quæ nullatenus apud prudentes fidem invenerint. De quibus idem Lambertus pergens hæc ſubdit:

(*e*) *Id. an. 1077.*

Greg. Pap. calumniis impetitus.

XXXV. Gregorii irreprehenſibilis continentia.

*Sed apud omnes ſanum aliquid ſapientes, luce clarius conſtabat, falſa eſſe, quæ dicebantur. Nam & Papa tam eximie, tamque Apoſtolice vitam inſtituebat, ut nec minimam ſiniſtri rumoris maculam converſationis ejus ſublimitas admitteret, & illa in Urbe celeberrima, atque in tanta obſequentium frequentia obſcenum aliquid pepetrans latere nequaquam potuiſſet. Signa etiam & prodigia, quæ per orationes Papæ frequentius fiebant, & zelus ejus ferventiſſimus pro Deo, & pro Eccleſiaſticis legibus ſatis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant.* Hæc Lambertus, hujus temporis rerum geſtarum inſpector, & ſcriptor. At jam de Mathilde ſatis, reliqua vero opportunius de ipſa ſuis locis inferius dicenda erunt, modo autem;

quæ ſunt reliqua eorum geſtarum Gregorii Papæ anni hujus, ordine temporum proſequamur.

XXXVI. Indicitur Synodus generalis. (a) Greg. l. 1. ep. 42. 43. Indicitur ab eo Synodus Romæ celebranda prima hebdomada Quadrageſimæ. Extant adhuc ejus Indictionis litteræ ejuſdem Gregorii (a) ad Epiſcopos Longobardiæ, in quibus inter alia, iſta de uſu priſtino & conſuetudine, legumque præſcripto de Synodo annis ſingulis celebranda: *Non incognitum vobis eſſe credimus, in Romana Eccleſia jamdudum conſtitutum eſſe, ut per ſingulos annos ad decorem & utilitatem ſanctæ Eccleſiæ generale Concilium apud Sedem Apoſtolicam ſit tenendum*. Generale appellat, quod ex omnibus Italiæ Epiſcopis colligeretur, cum alioqui contingeret ex Suffraganeis tantum circa Urbem poſitis Epiſcopis frequentius Romæ Concilia celebrari. Scripta ſunt hæc ab ipſo ad Epiſcopos ſub anni hujus exordio, nempe octavo Kalend. Februarii.

Convenerunt in Urbem ſtatuta die qui convocati fuerunt Epiſcopi: habentur ſacra comitia frequenti Epiſcoporum cœtu (nu- XXXVII

PAGIUS IV. *Decreta in primo Concilio Romano ſub Gregorio VII.* A num. XXXVI. ad num. XLI. In Vita Gregorii VII. a Paulo Bernriedenſi ſcripta, cap. 4. refertur ejuſdem Pontificis Epiſtola ab eo ad *Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum* data, cui ſignificat quæ in Synodo Romana hoc anno celebrata conſtituta fuerint. Ea quidem in Regiſtro Gregorii VII. non legitur; ſed id mirum videri non debet; cum in ea Collectione aliæ deſiderentur, ex quo inferre licet, uti & ex quibuſdam aliis a me obſervatis ſuis locis illam longe poſt ejuſdem Pontificis mortem factam. Gregorius VII. Pontificatus ſui tempore decem Romæ Concilia celebravit, contigitque aliquando, ut quæ in uno decreta, a Scriptoribus alteri attributa fuerint, ut patet de ſecundo anno ſequenti habito, quod Hugo Flaviniacenſis, hujus temporis Scriptor, cum priori confudit, ut ſuo loco videbimus. Præcipua capita hujus primæ Synodi Romanæ memorat Gregorius VII. in laudata Epiſtola ad Ottonem, quæ extat etiam in fronte Apologetici *ſuper Decreta, quæ venerabilis Papa Gregorius ejuſdem nominis ſeptimus in Romana Synodo promulgavit contra Simoniacos & incontinentes altaris miniſtros*, [1] ab Auctore Anonymo coævo compoſiti, & a Labbeo Tom. X. Concil. pag. 315. & ſeqq. recitati. Conſtat Apologeticus ille capitulis XXIV. in quibus Auctor egregie oſtendit, Gregorium VII. in iis, quæ in hac prima Synodo Romana ſtatuit, nihil a Sanctis Patribus deviaſſe, idcoque male ac pernicioſe aliquos obſtinato animo eiſdem reſiſtere, *ut & ipſi prædictas authenticas ſanctiones contemnant, & ſuam conſuetudinem jucundiſſimam quidem, ſed pernicioſiſſimam retinere contendant*. Tum cap. 5. per ordinem digerit ſtatuta in eadem Epiſtola ad Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum a Gregorio VII. indicata: *Horum illud erat primum*, inquit Apologiſta, *ut Clerici aliquem ſacrorum ordinum gradum & Officium per pretium adepti, nullatenus deinceps in Eccleſia miniſtrent. Secundum, ut Eccleſiam pretio acquiſitam nullus retineat, nec alicui deinceps Eccleſiæ jura vendere vel emere liceat. Tertium, ut a Clericali officio ceſſent, quicunque ſe pro incontinentia reprehenſibiles exhibent. Quartum, ut populus Clericorum officia nullatenus recipiat, quos Apoſtolicas inſtitutiones contemnere videat.*

V. *Sacerdotes ſimoniaci & concubinarii tumultuantur adverſus Synodum Rom.* Refert hæc ſummatim Marianus Scotus in Chronico hoc anno, additque: *Unde & de prædicta Synodo Legati Papæ miſſi ad Henricum Reg. Rom., ideſt duo Epiſcopi, cum Regina ejuſdem Regis matre & univerſali Synodo, coram Rege, communi omnium Epiſcoporum interdictu, fœminas ſepararunt a Clericis, & maxime a Presbyteris: & noluerunt eſſe in Paſcha cum Rege in civitate Babemberga, nec cibum, vel ſocietatem Hermanni ejus civitatis Epiſcopi habere; qui etiam Epiſcopatum comparavit*. Lambertus vero in Chronico a Baronio num. XXXVIII. laudatus: *Adverſus hoc decretum*, inquit, *protinus vehementer infremuit tota factio Clericorum, hominem plane hæreticum & veſani dogmatis eſſe clamitans*, &c. En a quibus Sanctiſſimus Pontifex hæreticus appellatus fuit, a Sacerdotibus nempe & Epiſcopis conjugatis vel concubinariis, qui clamabant *malle ſe Sacerdotium, quam conjugium deſerere*, ſubjungit idem Lambertus. Profecto ſi Gregorius VII. tempora nactus fuiſſet, quibus Italia & Germania ab Imperatoribus reformationis abuſuum, qui inoleverant, cupidiſſimis, regebantur, Sacerdotum conjugia, aliaque hujuſmodi propudia cito finem inveniſſent.

Ca-

NOTÆ [1] Conſtitutionem in hoc concilio latam de non auſcultanda miſſa ſacerdotum concubinariorum turbas excivit non in Germania tantummodo, ſed & apud Gallos, qui Pariſiis in concilium coœuntes ea in re pontifici parendum non eſſe, quod difficilia juberet, ſtatuerunt. Meminit concilii hujus uterque vetuſtus Author vitæ S. Galterii Abbatis S. Martini juxta Pontiſaram, qui addit S. Abbatem reſtitiſſe epiſcopis illis, pontificiamque Conſtitutionem ſtrenue defendiſſe. Porro concilium iſtud P. Harduinus in ſua Collectione idem ipſum cenſet Pariſienſe concilium habitum anno 1091. vel 92. cujus mentio ſupereſt in Diplomate Philippi regis a P. Labbeo recitato. Sed præterquam quod Diploma illud ſuſpectum eſt PP. Bollandianis in Propyl. ad Tom. I. Aprilis num. 66. vix credo Gallicanos Epiſcopos tamdiu diſtuliſſe admittere, vel rejicere ſanctionem pontificiam habitam anno 1074. Rationi igitur potius conſonum arbitror, hoc ipſo anno, quo Romæ prodiit Gregorii conſtitutio, in concilio Pariſienſi, eodem tempore celebrato, de illa deliberatum fuiſſe. Quod autem conſtitutio hæc potiſſimum diſplicuerit Gallicanis PP. licet non ſatis perſpicue explicat Author coævus in vita ejuſdem Sancti; id tamen ſupplet alius vetuſtus author ejuſdem vitæ, qui aſſerit diſſidii hujus argumentum fuiſſe *mandatum Hildebranni de non audienda Miſſa Presbyteri habentis concubinam*. Vide utramque vitam apud Bollandiſtas ad diem 8. Aprilis. Concilium iſtud diligentiam Collectorum adhuc deſiderat. MANSI



(numerum tamen certum non invenimus expreſſum). In quibus Gregorius Papa inhærens prædeceſſorum veſtigiis ad ea crimina reſecanda, quæ magis tunc Dei Eccleſiam labefactare videbantur, Apoſtolicam falcem convertit, quæ etſi recisa fuerant (ut vidimus) ab omnibus prædeceſſoribus, Leone Nono videlicet, & aliis ſingulis, qui ſucceſſerunt, Romanis Pontificibus, tamen remanente adhuc altis radicibus fixis pravæ conſuetudinis virente ceſpite, rurſus ampliori germine infeliciter pullularunt. Ex diſſidiis enim, quibus diu vexata laboravit Romana Eccleſia, infauſtum illud accidit, ut peccata cenſura Apoſtolica non coercita in malam conſuetudinem propagata adeo increbuerint, ut cum ad ea

Adverſus decretum de continentia clericorum tumultuatum. corrigenda Gregorius poſt alios inſurrexerit, delinquentes omnes ſenſerit adverſarios, atque paſſus ſit inimicos, clericos, inquam, concubinarios, ſive dixerimus conjugatos, tamquam ſi quid novum & impoſſibile ab eo ſervandum propoſitum eſſet, cum tamen nihil præterea, quam quod ab exordio naſcentis Eccleſiæ uſu, traditione, legibuſque ſacris receptum eſſet, juſſerit obſervari. Quæ autem ob eam cauſam turbæ fuerint concitæ, Lambertus hoc anno ſic narrat: *Hildebrandus Papa cum Epiſcopis Italiæ conveniens jam frequentibus Synodis decreverat, ut ſecundum inſtituta antiquorum canonum, presbyteri uxores non habeant, habentes, aut dimittant, aut deponantur. Nec quiſquam omnino ad ſacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitamque cœlibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras litteras ad Epiſcopos Galliarum tranſmittebat, præcipiens, ut ipſi quoque in ſuis Eccleſiis ſimiliter facerent, atque a contubernio ſacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate reſecarent.*

XXXVIII. *Adverſus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem plane hæreticum & veſani dogmatis eſſe clamitans, qui oblitus ſermonis Domini, quo ait* (a) *Non omnes capiunt hoc verbum, qui poteſt capere, capiat. Et Apoſtolus:* (b) *Qui ſe non continet, nubat; melius eſt enim nubere, quam uri: violenta exactione homines vivere cogeret ritu Angelorum, & dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi & immunditiei fræna laxaret. Quod ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium, quam conjugium deſerere, & tunc viſurum eum, cui homines ſordent, unde gubernandis per Eccleſiam Dei plebibus, Angelos comparaturus eſſet.* Vide, & deplora mecum miſerandum ſtatum Germaniæ Eccleſiarum, ſi ve-

(a) Matt. 19.

(b) 1. Cor. 7.

PAGIUS VI. *Calumnia Sigeberti adverſus Gregorium VII.* Calumniatus eſt etiam Gregorium VII. Sigebertus in Chron. ad annum MLXXIV. vir partibus Henricianis addictiſſimus, qui hoc tempore vivebat. Ait enim: *Gregorius Papa celebrata Synodo ſimoniacos anathematizavit, uxoratos Sacerdotes a divino officio removit, & laicis Miſſam eorum audire interdixit, novo exemplo, & (ut multis viſum eſt) inconſiderato præjudicio contra ſanctorum Patrum ſententiam, qui ſcripſerunt quod ſacramenta quæ in Eccleſia fiunt, baptiſmus ſcilicet, Chriſma, Corpus & Sanguis Chriſti, Spiritu ſancto latenter operante, eorumdem ſacramentorum effectum, ſeu per bonos ſeu per malos intra Dei Eccleſiam diſpenſentur, &c.* Verum non ſtatuit Gregorius VII. ut Sacramenta per Sacerdotes conjugatos vel concubinarios confecta nulla ſint, ſed ne Chriſtiani Miſſas ipſorum audiant, ut publico contemptu ad uxores dimittendas compellantur: *Statuimus etiam*, inquit ipſemet Gregorius VII. in laudata Epiſtola ad Ottonem Conſtantienſem Epiſc. *ut ſi ipſi contemptores fuerint noſtrarum, imo SS. Patrum conſtitutionum, populus nullo modo eorum Officia recipiat, ut qui pro amore Dei & Officii dignitate non corriguntur, verecundia ſeculi, & objurgatione populi reſipiſcant*. Divus Anſelmus in Epiſtola ad Willelmum Abbatem Hirſaugienſem data, primum publicata a Tengnagelo in ſua Collectione anno MDCXII. rurſumque typis edita e Gerberone in editione Operum Sancti Anſelmi, accurate Gregorii VII. mentem explicat. Puricellus quidem in lib. 4. de Vita Sancti Herlembaldi ſuſpicatur, hanc Epiſtolam non eſſe Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, ſed Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, quod neque in veteribus illius editionibus, neque in Colonienſi anno MDCXII. curata reperiatur. Verum vana hæc conjectura; cum Tengnagelus eam Epiſtolam anno MDCXII. cum jam editio Colonienſis abſoluta eſſet, e tenebris eruerit. Porro ſcite notat Puricellus Willelmum, cui ea Epiſtola inſcripta, eum eſſe cujus meminit Trithemius in Chronico ad annum MLXXVI. *Ad hoc Concilium malignantium*, inquit, *Guillelmus Abbas Hirſaugienſis vocatus ire, contempſit; quippe qui Vicarium Chriſti* (nempe Gregorium) *ſanctum & innocentem noverat*. Hic obiter notabo, deceptum Bellarminum lib. 1. de Clericis cap. IX. quando ait: *Tempore Gregorii ſeptimi in Germania cœperunt Sacerdotes uxores ducere*; non ſolum enim in Germania; ſed & in Italia, Gallia, & Hiſpania & Anglia, & quidem longe ante Gregorii VII. tempora, ut ex dictis liquet, prava hæc conſuetudo invaluerat. Sed noſtri inſtituti non eſt in hujuſmodi immorari.

VII. *Herlembaldus Mediolanê agit adverſus Gothofredum invaſorem.* Huc revocanda quæ anno ſuperiori de tumultibus in Eccleſia Mediolanenſi hoc anno excitatis diximus, & hæc illis ex Arnulpho lib. 4. c 3. apud Puricellum lib. 4. c. 48. addenda: *Præterea*, inquit, *dum Gothofredus Brebiæ ſolius immoraretur præſidio; Atho* (adverſus eum Archiepiſcopus Mediolanenſis electus) *propria neglecta domo ac patria, Romæ degebat, tantummodo aſſiduis Papæ mancipatus obſequiis. Cui Herlembaldus apud Mediolanum totis favebat viribus, die noctuque laborans, datis etiam ac promiſſis muneribus. Inſuper omne collegium Gothofredi flammis ac ferro perſequebatur. Interim nihil intentatum, juxta poſſe, relinquens; præſertim cum nec Regiæ poteſtati, nec ſuorum parium, aliorumque mul-*

to-

vera ſunt, quæ auctor narrat, omnes clericos his vocibus reclamaſſe, & non magis, quod aliquot ex eis incontinentes fecerint, omnes feciſſe dicat per ignominioſam hyperbolen; non enim puto illorum Eccleſiam in profundum ita demerſam, ut Joviniana hæreſis ante tot ſæcula condemnata, pro ſacro dogmate ſic recepta, atque eo modo improba defenſione munita, ac roborata mendacio. Nullatenus autem coegit Gregorius, vel Eccleſiaſtica lex aliquem umquam invitum continentiam profiteri, ſed tantum cum quis eam ſponte profeſſus eſt, clericatus ſuſceptione, ad quem invitus nemo compellitur, obſervare præcepit; quo nihil juſtius, ſanctius nihil dici poteſt & æſtimari debet. Pergit auctor de diligenti cura Gregorii in ſacris legibus promulgandis, & in uſum priſtinum revocandis, dicens:

Concubinarii clerici reſiliunt adverſus decreta Greg.

XXXIX. *Nihilominus ille inſtabat, & aſſiduis legationibus Epiſcopos omnes ſocordiæ, ac deſidiæ arguebat, & niſi ocyus injunctum ſibi negotium exequerentur, Apoſtolica ſe cenſura in eos animadverſurum comminabatur. Archiepiſcopus Moguntinus ſciens non parvo conſtare operam hanc, ut tanto tempore inolitam conſuetudinem revelleret, atque ad rudimenta naſcentis Eccleſiæ ſeneſcentem jam mundum reformaret: moderatius agebat cum eis. Et primo eis in dimidium annum inducias & deliberandi copiam dedit, hortans eos, ut quod neceſſario faciendum ſit, ſponte faciant, & tam ſibi, quam Romano Pontifici neceſſitatem adimant aliquid in eos, quod ſecus ſit, decernendi. Ad ultimum congregata Synodo in Erfordia, menſe Octobri preſſius jam imminebat, ut relegata omni tergiverſatione, in præſentiarum, aut conjugium abjurarent, aut ſacri altaris miniſterio ſe abdicarent. Multas e contra illi rationes afferebant, quibus inſtantis perurgentiſque * improbitatem eludere, ſententiamque caſſare niterentur. Cumque adverſus Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, qua ſe ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulſum obtendebat, nihil argumenta, nihil ſupplicationes preceſque proficerent; egreſſi tamquam ad conſultandum, conſilium ineunt, ut in Synodum non redeant, ſed injuſſi omnes in domos ſuas diſcedant. Nonnulli etiam confuſis vocibus clamitabant, melius ſibi videri, ut in Synodum regreſſi ipſum Epiſcopum priuſquam execrabilem adverſus eos ſententiam promulgaret, cathedra Epiſcopali deturbarent, & merita morte mulctato, inſigne monumentum ad poſteros tranſmitterent, ne quis deinceps ſucceſſorum ejus talem ſacerdotali nomini calumniam ſtruere tentaret. Cum ad Epiſcopum relatum eſſet, hoc eos machinari, commonitus a ſuis, ut tumultum, qui oriebatur, matura moderatione præverterer; miſit ad eos foras, rogavitque ut ſedato pectore in Synodum regrederentur, ſe cum primum opportunitas arriſiſſet, Romam miſſurum, & dominum Apoſtolicum, ſi qua poſſet ratione, ab hac ſententiæ auſteritate deducturum.*

* importunitatem.

XL. Sigebertus calumniator convincitur.

*Poſtero die admiſſis in auditorium communiter laicis & clericis, veterem illam de reddendis decimis querelam replicat &c.* De eadem Synodo & Gregorii Papæ litteris his de rebus in Germaniam miſſis, quæ deſiderantur, meminit Marianus Scotus ea tunc ſcribens. Agit de iiſdem & Sigebertus hoc anno, & invehitur refractarius ipſe in ejuſdem Gregorii renovatum decretum prædeceſſorum, quo juberetur, ne conjugatorum ſacerdotum quis Miſſas audire præſumeret, quaſi negaret ipſe Gregorius, vel alii, qui hoc ſtatuiſſent, per improbos ſacerdotes non confici ſacramenta. Numquam iſtud dixit aliquis Romanorum Pontificum, ſed tantum quod ea ratione ſtatuiſſent, ut ſi fornicarius ſacerdos ſic ſe contemni videret, abſtineret ab infami conſortio feminarum. Sed nec ſic parentibus iſtis, laicis in opprobrium redditis, ut ſal infatuatum non ſolum ab hominibus ipſi conculcati ſunt, ſed eo progreſſum aſſerit (quod dici nefas) ut etiam confecta per eos ſacramenta eorumdem pedibus tererentur. In

PAGIUS

*torum cederet ullo modo voluntati, Romana tantum fretus atque contentus fiducia, ad hoc etiam prorumpens, ut Ambroſiana conſecrationis Epiſcopos blaſphemaret, aſſerens Apoſtolice excommunicatos, quorum omne reprobat officium. Unde fuit quod ſancto Pentecoſtes ſabbato fieri probibuit in urbe Baptiſma. Poſtea vero* (anno ſcilicet MLXXV.) *Chriſma ſacrum quod unus illorum* (videlicet Epiſcoporum a Sede Apoſtolica excommunicatorum) *Dominica Cœna myſterio Metropolitana direxit Eccleſia, ſicut mos eſt deficiente, Pontifice,* (Gothofredus enim invaſor habebatur) *profuſum humi coram omni populo calcibus proculcavit, ſuum producens in medium; a quo confectum, vel unde venerit, incognitum; ac ſic poſtpoſita ſabbati illius authentici* (Sabbati nempe Magni & Sancti) *apparatibus tradita prærogativa, ſexta in Albis feria ſuum fecit celebrari Baptiſma. Unde contigit, ut Paſchale gaudium ſuum neſciret lavacrum, ac multo poſt tempore plures Catechumeni Baptiſmi carerent gratia. Quo errore involvitur plurima populi multitudo, partim ſimplici oculo, partim ſeducta pretio, partim impunitate, qua patraverat, ſcelerum. Ab ipſo enim excidio quicumque ſceleſtus illius adhærebat conſortio, charus & inſons habebatur ab illo. Quamobrem Patarinorum intantum excrevit nu erus atque virtus in pagis & oppidis, ac quibuſdam, Duce ipſo* (nempe Herlembaldo), *ut ſuorum omnium videretur dominari concivium.* Quibus ex verbis magis cofirmatur quod anno MLVII. diximus, *Patarinorum* nomen datum primum fuiſſe Sanctis Arialdo & Her-



XLI. Robertus Guiſcardus excommunicatus a Gregorio Papa.

In hac eadem Synodo ab eodem Gregorio Romano Pontifice conſtat excommunicatum fuiſſe Robertum Guiſcardum Northmannorum Principem, de quo iſta in fine epiſtolarum libri primi ejuſdem Gregorii de rebus ab eo geſtis hoc anno: *Celebravit Romæ Synodum, in qua inter cœtera, quæ ibi geſta ſunt, excommunicavit atque anathematizavit Robertum Guiſcardum Ducem Apuliæ & Calabriæ atque Siciliæ, cum omnibus fautoribus ſuis, quouſque reſipiſceret.* Ita Gregorius adverſus Northmannorum Principem, quem patiebatur infeſtum, Eccleſiæ jura perturbantem, de quo ſcribit in (*a*) epiſtola ad Herlembaldum & (*b*) Guillelmum Comitem. Campaniam enim poſt captum Salernum Robertus invaſerat, & inde a Gregorio ejectus, recedens Beneventum obſedit. De his enim hæc (*c*) Leo Oſtienſis: *Robertus Campaniam expugnaturus ingreditur. Iſta ubi Gregorio Papæ nuntiata ſunt, Ducem Robertum ac Gilulphum Principem Salernitanum a liminibus Eccleſiæ ſeparans, collecto exercitu, adverſus eos ire diſpoſuit. Quod poſtquam Duci nuntiatum eſt; concite una cum Principe Capuam remeat, & Dux quidem Beneventum, Princeps vero Neapolim obſidere cœpit.*

(*a*) Greg. l. 1. ep. 25.
(*b*) Id. ib. ep. 46.
(*c*) Leo Oſt. l. 3. c. 44.

XLII. Neapolitani ope S. Januarii liberati.

*Neapolitani autem Principis timore perculſi omnipotenti ſe Deo intentius commendabant, ut eos a poteſtate Principis clementiſſima miſeratione dignaretur eripere: cumque civitas eadem acerrime oppugnaretur, ſanctus martyr Chriſti Januarius & alii Abbates a Principe ſæpe conſpiciebantur armati per caſtra diſcurrere: putans autem Epiſcopum eſſe, interrogabat, cur contra ordinem ſuum ad pugnam cum lancea ſcutatus exiret. Cui Archiepiſcopus reſpondens: Ego,* inquit, *ut tu vir illuſtriſſime conſpicis, multis jam diebus æger in lectulo decubo; ille autem armatus quiſnam ſit, ipſe videris. Scias tamen ſanctum Januarium hanc protegere civitatem. Princeps vero dictis ejus derogans fidem, urbem oppugnare perſiſtebat. In ea vero obſidione, cum prius ab communicatione abſolutus eſſet, defunctus eſt. Succeſſitque ei Jordanis filius &c.* Quando autem ipſe Robertus Dux fuerit abſolutus, ſuo loco dicturi ſumus, non enim ante annum Gregorii Papæ ſeptimum, Domini vero octogeſimum poſt milleſimum ipſe Robertus Dux obediens Eccleſiæ abſolvi meruit, ut ex ejus juramento (*d*) fidelitatis tunc præſtito ſatis apparet.

(*d*) Greg. l. 8. in princ. & l. 9. ep. 4.

XLIII. Ut autem ad Synodum revertamur, diverſorum Epiſcoporum atque Abbatum cauſæ ibi tractatæ ſunt, atque ſynodali ſententia, decretoque Apoſtolico definitæ, ut apparet ex pluribus (*e*) epiſtolis ejuſdem Pontificis ex Synodo datis. Inter quas non prætermittendum dicere de cauſa Pictavienſium canonicorum, ut Epiſcopus vel ejus loco Decanus, vel alius in dignitate conſtitutus jus retineant certis diebus cantandi Miſſam in aliena Eccleſia, exempta ſcilicet, hocque ſervari conſueviſſe Romæ in ſtationibus, atque in aliis orbis partibus. In eadem Synodo pariter ab eodem Gregorio Papa ſancitum eſſe decretum, ut Hiſpaniarum Eccleſiæ Romanum ordinem atque officium reciperent, ipſius Gregorii Papæ litteræ (*f*) teſtantur, quod & Epiſcopi Hiſpaniarum qui Synodo interfuerunt, facere promiſerunt, ut idem affirmat. Inſuper lectæ fuerunt in Synodo litteræ Geiſæ Ungariæ Regis ad Gregorium Papam ſcriptæ, quibus idem Rex ſignificabat ſuum erga Apoſtolicam Sedem incomparabile ſtudium & obſervantiam, petens, ne adverſantes, ſibi hoſtes aliquid contra ipſum ad eamdem ferentes, audiantur, eiſque fides adhibeatur. Ad quem ex eadem Synodo Grego-

(*e*) Id. l. 1. ep. 51. 52. 53. 54. 56. 57.
(*f*) Id. l. 3. ep. 18. & ſup. l. 1. ep. 64.

PAGIUS

& Herlembaldo caſtitatis Sacerdotalis defenſoribus. Jam monui, Arnulphum in iis, quæ habet de Eccleſiæ Mediolanenſis turbis, uſque ad caput 8. libri quarti, favere Schiſmaticis, ſed tunc ab errore reverſum ſine ullo partium affectu res narrare.

VIII. Robertus Calabriæ Dux quo anno ab excommunicatione abſolutus.

A num. XLI. ad XLIV. Baronius refert, *Robertum* Apuliæ & Calabriæ Ducem in Synodo Romana hoc anno celebrata a Gregorio VII. excommunicatum fuiſſe, quod, ut habet Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 44. *Beneventum* Pontifici ditionis urbem obſidione cinxiſſet, cum tunc *Richardus* Capuæ Princeps Roberti frater Neapolim obſidere cœpiſſet: *Richardo* demortuo *Jordanes* ejus filius ſucceſſit, ut inquit idem Leo, ubi Librarii errore legitur, *ſucceſſit ei Jordanis filius.* His narratis Baronius ſcribit, *Robertum* anno tantum MLXXX. a Gregorio VII. excommunicatione ſolutum eſſe: quod & eo Chriſti anno iterat. Verum anno MLXXVII. Gregorius VII. & Robertus Dux fœdus adverſus Henricum Regem ſanxere, ut eo Chriſti anno oſtendemus, ideoque quæ Leo Oſtienſis citatus de abſolutione Roberti refert, anno MLXXVII. contigere: ut mox oſtendam. Leo itaque morte Richardi & Jordanis filii ſucceſſione narratis, ſubdit, *Inde inter Ducem* (Robertum) *ac Principem* (Jordanem) *orta diſſenſio eſt. Princeps enim Gregorio favens, acceptis a Beneventanis quatuor millibus quingentis Byzantiis, caſtra qua Dux ad urbis* (nempe Beneventi) *expugnationem inſtruxerat deſtruens, cum omnibus Apuliæ Comitibus adverſus eum conſpirat,* &c. *His compertis Deſiderius Pater* (Abbas nempe Caſinenſis & Cardinalis) *Ducem adiens, eum qua paſſe ſunt rogare inſtitit. Cujus monitis Robertus obtemperans, pacem cum Principe facit. Inde Dux exercitum movens caſtrum, quod Monticulus dicitur, cepit: & alia itidem caſtella quinque belli jure quaſivit. Interea Deſiderius ægerrime ferens Ducem a matris Eccleſiæ gremio diutius exulem agi: profectus Romam Gregorium orare cœpit, ut Ducem ab anathematis vin-*

(a) Id. l. 1. ep. 58.

Modeſtia Bellovac. Epiſc.

gorius (*a*) reſpondet, laudans ejus officium erga Romanam Eccleſiam, ſpondens ab eadem quidquid amoris & beneficii erga filium mater conſueverit adhibere. In eadem item Synodo Guillelmus Epiſcopus Bellovacenſis dignum exhibuit ſpecimen Chriſtianæ charitatis & Epiſcopalis modeſtiæ, ut qui graviſſima paſſus a ſuis tam clericis, quam laicis, quorum cauſa iidem excommunicati fuiſſent; tantum abeſt, ut adverſus eos conqueſtus ſit, ut etiam pro eis Pontificem rogaret, & abſolutionem ab eodem Pontifice ab excommunicatione impetraret.

XLV. Lucenſes vocati Romam.

Ad hoc idem quod celebratum eſt Romæ a Gregorio Papa Concilium, inter alios vocati Lucenſes canonici ad dicendam cauſam, quod adverſus ſanctum Anſelmum ſuum ipſorum Epiſcopum conſpiraſſent. Iſta autem quomodo ſe habuerint, petenda ſunt ab ipſo presbytero, qui res ab eo geſtas conſcripſit, & agens de ipſo, cum ex monaſterio invitus eſt ad ſuam Eccleſiam revocatus, dicere pergit, quomodo mox ſuos canonicos ad regularem obſervantiam reducere laboravit: ſiquidem ſub decreto anathematis ſtatuerat Leo Papa Nonus, ut ejuſdem Eccleſiæ canonici vitam agerent communem & viverent regulariter. De quo ſcriptor vitæ ipſius idem presbyter pœnitentiarius B. nomine hoc tantummodo elemenro in vita ipſius prolixiori quam accepimus a Conſtantino Cajetano monacho Caſſinenſi, nomen auctoris exprimitur) hæc habet: *Cujus ſancti Leonis decreti quoties vidit, aut recordatus eſt præceptum, expavit, nec tacere auſus fuit.* Porro quam hujus rei cauſa diram ab iiſdem ſubjectis ſibi canonicis paſſus ſit perſecutionem, cum nec Mathildis ipſa id eiſdem licet multum conata fuiſſet, perſuadere potuiſſet, nec Gregorius Papa, idem auctor mox ſubiicit iſta:

XLVI. Quid Greg. Papa cum Lucenſibus.

*Accidit autem, ut ad eamdem civitatem ſanctiſſimus Papa Gregorius Septimus veniret, perlatumque eſt ad ipſum illud negotium. Qui mox incipit paterno illos primum affectu admonere ac dicere; quoniam Romani Pontificis decreta præterire non licet: rogat eos & ſuadet benigne, quatenus ſaluberrimis obediant decretis, & reverentiſſimi patris exequantur voluntatem. Nec ſemel, aut bis, ſed ſæpe ac multum, aliquando cum eodem S. Epiſcopo, interdum ſine ipſo alloquitur illos tum dure, tum blande, proferens eis Scripturas ſanctas & auctoritates authenticas.*

XLVII. Pena Lucenſium.

*Illi vero etſi humiliter ſe beata quandoque monita finxerunt audire, omnia tamen abſentes depravarunt. Vocantur denique ad Sedem Apoſtolicam; ibique conſpiratores in proprium Epiſcopum & inſidiatores detecti ſunt. Prolatis ergo canonibus, & lecto capitulo ſancti martyris & Epiſcopi Fabiani, qui conſpiratores & inſidiatores ſuorum Epiſcoporum curiæ tradendos inſtituit; judicio totius ſanctæ Synodi etiam ipſi curiæ traduntur. Tunc fidelis illa & prudens Marchioniſſa Mathilda ſervos illos appellans, in ſervitutem curiæ vocavit eos. Quamobrem triſte præterquam credi poteſt, etiam adverſus ipſam quotquot potuerunt, conſpirare fecerunt.* Hæc ibi de rebus geſtis in Romano Concilio in cauſa Lucenſi. De quibus admonendum putamus Lectorem, deſiderari omnia iſta de perſecutione Lucenſium canonicorum in ſuum Epiſcopum ſanctum Anſelmum, in vita ejuſdem, quam Luca miſſa accepimus, decurtata olim haud dubium, ab aliquo ipſorum, ne ejuſmodi ignominia ſugillati reperirentur majores eorum. Sed haud omnia in diverſis locis ſparſa exemplaria, quiſquis ille fuerit, potuit mutilaſſe. Sed quænam iſta ſecuta ſint, idem presbyter pænitentiarius ſic ſubdit:

XLVIII. Conc. ad S. Geneſium contra Lucenſes.

*Convenerunt ergo quamplures iterum Epiſcopi apud ſanctum Geneſium, quod caſtrum a civitate Lucana non multum diſtat, inter quos reverentiſſimus Albanenſis Epiſcopus nomine Petrus* (Igneus cognomento dictus) *vicem domini Papæ agebat, qui cum eodem Lucenſi Epiſcopo ſancto Anſelmo & cum reliquis omnibus conſpiratores illos excommunicavit. Unde inconſolabiliter illi dolentes & indignantes, totam civitatem malitioſe commoverunt, atque freti auxilio perditiſſimi hominis quondam dicti Henrici Regis, religioſiſſimum Epiſcopum a civitate repulerunt, ſed & prædictæ dominæ Mathildæ rebelles penitus facti ſunt. Hujus itaque conſpirationis nefariæ caput & princeps fuit quidam nomine Petrus, falſa profeſſione canonicus, ordine damnationis ſuæ ſubdiaconus, mente ſuperbus, incontinens moribus, verbis procax, corpore incompoſitus, vir ſanguinum, & fomes omnium ſpurcitiarum, qui propter immenſitatem malitiæ ſuæ, factus eſt ſubito contumax præco Henricianæ tyrannidis.* Cujus principis factione & gratia, vivente adhuc ipſo ſancto Anſelmo ejuſdem Lucanæ civitatis, idem Petrus eſt intruſus pſeudoepiſcopus, factus poſtmodum Guiberti pſeudopapæ audaciſſimus defenſor obſtinatiſſimuſque ſectator, occupans omnia quæ erant Epiſcopatus, ita ut unum tantum caſtrum remanſiſſe ſancto Anſelmo, idem auctor affirmet. Porro virum ſanctiſſimum a ſua Eccleſia ſic extorrem apud Mathildem vitam agere Gregorius Papa præcepit, ut ſuperius hoc eodem anno dictum eſt.

XLIX. Gregorius Papa parat bellum adverſus Northmannos & Sarracenos.

Inter hæc autem Gregorius, cui univerſalis gregis cura commiſſa, erga omnes ſtudio immenſo & cura propenſiori vigilans, & pro omnibus paterna exæſtuans charitate, ut omnibus in anguſtia poſitis ſit adjumento, animo indefeſſo laborat, ut ſecundum illud (*a*) Apoſtoli acciderit ipſi: *Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum: quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non uror?* Dum videlicet eodem tempore, quo in geſtis ſynodalibus totus eſſet, & mole negotiorum obrueretur, de habendo delectu militum cogitat adverſus Northmannos, Campaniam invadentes, & contra Sarracenos Conſtantinopolim perurgentes. De his enim hoc ipſo anno, dum inſtaret Synodus, nempe quarto Nonas Februarii, ad Guillelmum Burgundiæ Comitem & Eccleſiæ Romanæ fidelem (*b*) ſcribens, ab eo ſecundum promiſſionem ſuam factam Alexandro Papæ prædeceſſori ſuo milites exigit: ſed quo ſit animo in expeditione paranda, ad finem epiſtolæ ita declarat: *Hanc autem militum multitudinem non ideo coacervare curamus, ut ad effuſionem ſanguinis Chriſtianorum intendamus; ſed ut ipſi videntes expeditionem, dum confligere timuerint, facilius ſubdantur juſtitiæ. Speramus etiam, quod forſitan alia inde utilitas oriatur, ſcilicet, ut pacatis Northmannis, tranſeamus Conſtantinopolim in adjutorium Chriſtianorum, qui nimium afflicti creberrimis morſibus Sarracenorum, inhianter flagitant, ut ſibi manum noſtri auxilii porrigamus. Nam contra eos Northmannos, qui nobis rebelles ſunt, ſatis ſufficiunt milites iſti, qui nobiſcum ſunt.* At quo ſtipendio conduxerit auxiliares copias Pontifex audi: *Certus eſto, quoniam te & omnes qui tecum in expeditione fuerint fatigati, duplici, immo multiplici remuneratione* (*ut credimus*) *Petrus & Paulus principes Apoſtolorum donabunt.*

(a) 2. Cor. 11.

(b) Greg. l. 1. ep. 46.

Quo animo Pontifices parent bellum.

L.

Cedere tandem militari potentiæ, qui ſpirituali non ceſſerunt (ut vidiſti) coactis Northmannis, idem Gregorius, uti inſtituerat, in Orientalium Chriſtianorum auxilium expeditionem parat. At qua-

PAGIUS

*vinculo ſolveret. Quod cum impetraſſet pacis amator Deſiderius, ad Ducem cum Cardinalibus pergens, eum a ſententia excommunicationis abſolvit*, ſed poſt Synodum ſecundam Romanam anno ſequenti coactam in qua iterum Robertus anathematizatus eſt, ut eo anno num. XI. apud Baronium videre eſt. Certe Leo Oſtienſis, qui lib. 3. cap. 44. de excommunicatione Roberti Ducis, ejuſdem abſolutione uno tenore agit, ſtatim cap. 45. & 46. recitat quæ *Gregorius VII.* adverſus invaſores monaſterii Caſinenſis in Concilio Romano V. anno MLXXVIII. congregato ſtatuit, quæ Baronius eo anno num. XXII. & ſeq. cum eo Concilio accurate alligat, ideoque tam excommunicatio Roberti, quam ejus abſolutio a Leone cap. antecedenti narratæ, illum Chriſti annum & Concilium Romanum V. præceſſere. [1]

IX. *Aquini Eccleſia reconciliatur.*

Porro *Robertum* anno tantum MLXXVII. a Gregorio VII. in communionem fidelium reſtitutum fuiſſe, non vero anno anteriori, demonſtrat Epiſtola XI. Gregorii VII. libri III. *data Romæ II. Idus Martii, indict. XIV.* anno ſcilicet MLXXVI. in qua Gregorius ait: *Si Dux Robertus S. Romanæ Eccleſiæ ſicut filius parere exorat, paratus ſum paterno amore eum ſuſcipere, & ab excommunicationis vinculo penitus abſolvere, & inter divinas oves eum annumerare.* Tum in Epiſtola XV. ad Wifredum Mediolanenſem militem eadem indictione data, ſcribit: *Scias Nortmannos verba componendæ pacis nobiſcum habere*, &c. *Sed Deo auxiliante, hoc non cum detrimento, ſed cum augmento Romanæ Eccleſiæ in proximo ſperamus facere, & eos ad fidelitatem B. Petri firmiter & ſtabiliter revocare.* In Actis Pontificalibus Gregorii VII. a Centio Camerario ſcriptis, & in Actis Bollandianis ad diem XXV Maii recitatis cap. 2. narrato Conventu Forecheimenſi Idibus Martii anno MLXXVII. coacto Roberti abſolutio his verbis refertur: *Interea venerabilis Pontifex, receptis nunciis Roberti Guiſcardi, egregii Normannorum Ducis, verſus Apuliam poſt Octavas Pentecoſtes iter arripuit, & cum ipſo apud Aquinum colloquium habuit. Congrua itaque ab eo ſatisfactione ſuſcepta, prius a vinculo excommunicationis eum abſolvit, & conſequenter fidelitatem & homagium ejus recepit. Poſtmodum vero, jam aſſumtum in ſpecialem B. Petri militem, de totius Apuliæ & Calabriæ Ducatu, per vexillum Sedis Apoſtolicæ inveſtivit.* Tum *Aquini* Pontifex Be-

NOTÆ

[1] Erudite quidem Pagius hoc loco diſputat de anno, quo Robertus ab excommunicatione abſolutus fuit, idque cum anno 1077. componit, ſed quantum aſſequi poſſum non vere. Nam id pugnat contra perſpicuum teſtimonium Anonymi ſcriptoris coævi Chronici Normannici vulgati Rer. Ital. tom. V. pag. 278. qui ad annum 1080. habet de Roberto: *Amicatus eſt cum Gregorio Papa menſe Junio, & confirmata fuit ab illo omnis terra quam habebat Robertus Dux in Apulia, Calabria & Sicilia.* Anonymi hujus fides potior habenda eſt quam Pagii conjecturæ, qui nullum aſſertionis ſuæ authorem laudat. Et ex hoc pariter lucem accipiunt ea quæ de colloquio Gregorii cum Roberto anno 1077. conſignando Pagius ad eumdem annum n. 18. 19. 20. contendit. Cum enim quos ibi laudat authores nihil habeant perſpicuum de anno habiti colloquii, & ex anonymo noſtro diſerte conſtet Robertum in gratiam pontificis nonniſi anno 1080. menſe junio rediiſſe, conſequitur inde, colloquium nonniſi in eum annum incidiſſe. MANSI

quanam tuba milites colligit? litteris utique Apoſtolicis, iiſdemque duplicibus quarum iſtæ primæ datæ habentur hoc (*a*) anno Kalendas Martii his verbis:

(*a*) *Greg. l. 1. ep. 49.*

Ad Chriſtianos omnes pro expeditione Orientali.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Chriſtianam Fidem defendere volentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Notum vobis eſſe volumus, hunc virum præſentium portitorem, dum de ultramarinis nuper reverteretur partibus, Apoſtolorum Limina, & noſtram præſentiam viſitaſſe. A quo, ſicut a pleriſque aliis, cognovimus, gentem Paganorum contra Chriſtianum fortiter invaluiſſe Imperium, & miſeranda crudelitate, jam fere uſque ad muros Conſtantinopolitanæ civitatis omnia devaſtaſſe, & tyrannica violentia occupaſſe, & multa millia Chriſtianorum quaſi pecudes occidiſſe. Qua de re, ſi Deum diligimus & Chriſtianos nos eſſe cognoſcimus, pro miſeranda fortuna tanti Imperii, & tanta Chriſtianorum clade nobis valde dolendum eſt. Et non ſolum dolere ſuper hac re, debitæ ſollicitudini noſtræ ſufficit, ſed animas pro liberatione fratrum ponere, exemplum Redemptoris noſtri, & debitum fraternæ charitatis a nobis exigit. Quia (b) ſicut ipſe pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus noſtris animas ponere. Scitote igitur nos in miſericordia Dei, & in potentia virtutis ejus confiſos, omnibus modis id agere, atque parare, ut adjutorium Chriſtiano Imperio, quam citius, Deo juvante, faciamus. Unde vos per fidem, in qua per Chriſtum in adoptionem filiorum Dei uniti eſtis, obſecramus, & auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis admonemus, ut & vos vulnera & ſanguis fratrum, & periculum præfati Imperii digna compaſſione moveat, & veſtra virtus pro Chriſtiano nomine non invitam fatigationem ad ferenda fratribus auxilia ſubeat. Quidquid autem ſuper hac re divina pietas veſtris animis indiderit, ſine mora certis legationibus nobis renuntiare ſtudete. Dat. Romæ Kal. Martii indictione xii.* Rurſum ad eos; & nominatim ad Ultramontanos ſic: (*c*)

(*b*) Joan. 10.

(*c*) *Greg. l. 2. ep. 37.*

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus fidelibus ſancti Petri, maxime Ultramontanis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LI. *Ad vos jam perveniſſe credimus, quæ ſit noſtra voluntas, & quid ex parte ſancti Petri dixerimus de adjutorio faciendo fratribus noſtris, qui ultra mare in Conſtantinopolitano Imperio habitant, quos diabolus per ſeipſum a Fide Catholica conatur avertere, & per membra ſua non ceſſat quotidie quaſi pecudes enecare crudeliter. Sed quia noſtris invidet bonis deſideriis, tentat, ſi poteſt nos impedire, ne illi, gratia divina largiente, liberentur; & nos dando animas noſtras pro fratribus noſtris, coronemur. Proinde ex parte beati Petri rogamus, monemus, & invitamus, ut eo modo, quo portitor horum dixerit, ad nos quidam veſtrum veniant, qui Chriſtianam Fidem vultis defendere, & cæleſti Regi militare, & cum eis viam, favente Deo, præparemus omnibus, qui cæleſtem nobilitatem defendendo per nos ultra mare volunt tranſire, & quod Dei ſunt filii, non timent oſtendere. Itaque fratres chariſſimi, eſtote ad pugnandum fortiſſimi pro laude illa, & gloria, quæ omne deſiderium ſuperant, qui hactenus fortes fuiſtis pugnate pro rebus, quas non poteſtis detinere, nec ſine dolore poſſidere. Nam per momentaneum laborem æternam poteſtis acquirere mercedem. Omnipotens Deus, qui omnem legem ſuam in præcepto abbreviavit charitatis, det vobis ſe toto corde, tota anima, tota virtute diligere; ut proximos veſtros ſicut voſipſos diligentes, mereamini, ſi oportuerit, pro eis animas veſtras ponere. Dat. Rom. decimoſeptimo Kal, Januarii, indictione decimatertia.* In fine videlicet anni præſentis. Jamdiu enim variæ obortæ occaſiones cœptum opus præter Gregorii Papæ voluntatem & ſtudium ſunt remoratæ.

Ad Germanos pro expeditione Orientali Papæ litteræ.

LII. Collecta militum pro defenſione Orientalis Imperii.

Jam pluſquam quinquaginta millia militum religioſæ militiæ nomen dederant, & ipſe Gregorius erat in procinctu profectionis in Orientem, ut magno Chriſtianæ religionis bono, non ſolum Sarracenos exercitu expugnaret, ſed Orientalem Eccleſiam ſchiſmate ab Occidentali diviſam uniret, Armenos a Fide Catholica penitus aberrantes ad rectæ Fidei tramitem reſtitueret; inſuper ſi Deus annuiſſet, Hieroſolymam perveniret: cum timens (quod accidit) ne Henrici Regis inconſtantia, fides dubia, animus duplex, & in Sedem Apoſtolicam parum æquus ab inſtituto divinitus cœpti operis eum averteret, antevertens ipſe, litteras ad eum dedit, quibus quam eſſet erga eum benigno animo declaravit, & quanti ponderis pro Chriſtiana religione moliretur opus, ſignificavit; & ut cum participatione ipſius cuncta perficiat, ab eo conſilium petiit: ſed & qua eſſet erga ipſum fiducia patenter aperiens, ipſum ſui loco relinquere Romanæ Eccleſiæ defenſorem, iiſdem litteris reddere voluit certiorem. Sed præſtat hæc omnia ejus verbis audire. In epiſtola enim tunc ad ipſum Regem data (*a*) iſta leguntur poſt nonnulla de paterna erga ipſum benevolentia verba præmiſſa:

(*a*) *Greg. l. 2. ep. 31.*

LIII. Greg. Papa parat profectionem in Orientem.

*Præterea indico tuæ magnitudini, quia Chriſtianis ex partibus ultramarinis, quorum maxima pars a Paganis inaudita clade deſtruitur, & more pecudum quotidie occiditur, genſque Chriſtiana ad nihilum redigitur, ad me humiliter miſerunt, nimia compulſi miſeria implorantes, ut modis quibus poſſem eiſdem fratribus noſtris ſuccurrerem, ne Chriſtiana religio noſtris temporibus (quod abſit) omnino deperiret. Ego autem nimio dolore tactus, & uſque ad mortis deſiderium ductus (magis enim vellem pro his animam meam ponere, quam eos negligens, univerſo orbi ad libitum carnis imperare) procuravi Chriſtianos quoſque ad hoc provocare, ad hoc impellere; ut appetant defendendo legem Chriſti animam ſuam pro fratribus ponere; & nobilitatem filiorum Dei luce clarius oſtentare. Quam admonitionem Italici & Ultramontani Deo inſpirante (ut reor, immo etiam omnino affirmo) libenter acceperunt, & jam ultra quinquaginta millia ad hoc ſe præparant, ut ſi me poſſunt in expeditione pro duce ac Pontifice habere, armata manu contra inimicos Dei volunt inſurgere, & uſque ad ſepulcrum Domini, ipſo ducente, pervenire.*

LIV. *Illud etiam me ad hoc opus per maxime inſtigat, quod Conſtantinopolitana Eccleſia de ſancto Spiritu a nobis diſſidens, concordiam Apoſtolicæ Sedis expectat. Armeni etiam fere omnes a Catholica Fide aberrant; & pene univerſi Orientales præſtolantur quid fides Apoſtoli Petri inter diverſas opiniones eorum decernat. Inſtat enim noſtro tempore, ut impleatur quod pius Redemptor ſpeciali gratia dignatus eſt Apoſtolorum Principi indicare ac præcipere, dicens: (b) Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Et quia patres noſtri, quorum veſtigia, licet indigne, ſequi optamus, partes illas pro Fide Catholica confirmanda ſæpe adierunt; nos etiam adjuti precibus omnium Chriſtianorum (ſi Chriſto duce via patuerit, quia non eſt via hominis in manu ejus, & a Domino greſſus hominis diriguntur) illuc tranſire pro eadem fide & Chriſtianorum defenſione compellimur. Sed quia magna res magno indiget conſilio, & magnorum auxilio, ſi hoc Deus me permiſerit incipere; a te quæro conſilium, & ut tibi placet, auxilium.*

(*b*) *Luc. 22.*

*Quia ſi illuc, favente Deo, ivero: poſt Deum tibi Romanam Eccleſiam relinquo, ut eam & ſicut ſanctam matrem cuſtodias, & ejus honorem defendas. Quid tibi ſuper his placeat, & quid prudentia tua divinitus aſpirata decernat, mihi quantocyus potes, remittas. Nam ſi de te pluſquam plurimi putent, non ſperarem, verba hæc fruſtra proferrem; ſed quia forſan non eſt homo, cui de ſinceritate dilectionis meæ adhuc indubitanter credas; Spiritui ſancto, qui omnia poteſt, committo, ut menti tuæ ſuo more indicet, quid tibi cupiam, quantumve diligam: & eodem modo circa me tuam mentem componat, ut impiorum deſiderium depereat, & bonorum accreſcat. Hæc enim duo deſideria circa nos duos, licet diverſo modo, inceſſanter invigilant, & ſecundum voluntatem eorum, a quo prodeunt, decertant, &c.* Hæc Gregorius ad Regem Henricum, qui tantum bonum intervertit, dum Saxonicæ expeditioni totus intentus, quæque magna illi poſtponenda putavit. Cum interea Orientalium rerum eventus felicior renuntiatus, fervorem expeditionis illius minuit, ut ex litteris (*c*) ejuſdem Greg. ad Comitem Pictavienſem datis apparet. LV.

(*c*) *Greg. l. 2. ep. 3 in fin.*

Sancii Reg. obedientia erga Sedem Apoſt.

Inter hæc autem contigit, ipſum Gregorium Papam accipere litteras a Sancio Aragoniæ Rege (eſt ejus nominis Quartus, religione præſtans, & bellica fortitudine haud impar) quibus idem Rex maxime pius ſignificarat, ſe juxta ejuſdem Pontificis juſſionem per Legatum illuc miſſum expreſſam, recepiſſe in ſacris ritibus officium Romani ordinis obſervandum: ad quem idem Gregorius menſe Martii iſta reſcripſit: (*d*)

(*d*) *Id. l. 1. ep. 63.*

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Sancio Regi Aragonienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Litteras nobilitatis tuæ ſuavitate plenas læti ſuſcepimus; in quibus, quanta fide-* LVI.



PAGIUS *Beneventum* profectus, fœdus cum eodem Roberto pepigit, de quo anno MLXXVII. ſermo erit. Menſe Octobri anni MLXXVI. *Robertum* nondum in gratiam Pontificis rediiſſe, demonſtrat hujus Epiſtola VII. libri IV. ad aliquos Mediolanenſes *data Romæ ſecundo Kalendas Novembris indict. XV.* in qua ait: *Hinc bona Eccleſiæ Normanni multoties perjuri conantur auferre, &c. ſed confidimus in domino, qui ſuperbiam Normannorum paulo ante ſub manu noſtra ſubſtravit, quod adverſus Apoſtolicam ſedem non diu prævalebunt.*

Ad

PAGIUS X. *Officium Romanum in Regnis Caſtellæ, Legionis & Navarræ admitti Gregorius VII. petit.*

Ad num. LVI. ad LXII. Officium Romanum facile ab Aragonenſibus admiſſum fuit, rem promovente *Sanctio* Rege hujus nominis primo, non vero quarto, ut perperam habet Baronius, qui Epiſtolam ordine LXIII. libri primi a Gregorio VII. huic Regi datam num. LVI. recitat. Data ea Romæ *XIII. Kal. Aprilis, indictione XII.* Verum illud Officium majori cum difficultate ab aliis Hiſpaniarum Regibus admiſſum, ut patet ex Epiſtola Gregorii VII. LXIV. libri primi ad Alphonſum Legionis & Caſtellæ, & Sanctium Navarræ Reges *data Roma XIV. Kalendas Aprilis indictione XII.* & a Baronio num. LIX. relata, qua Pontifex utrumque hortatur, ut demum Romanam Eccleſiam ut matrem recognoſcant, &

Ro-

Ordo & officium Roman. præceptum primo ab Aragonenſibus.

*fidelitate erga principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ac Romanam Eccleſiam ſerveas, ſatis perſpeximus: quam, tametſi litteras tuas nullas videremus, per Legatos Apoſtolicæ Sedis evidenter compertam habebamus. In hoc autem, quod ſub ditione tua Romani ordinis officium fieri ſtudio & juſſionibus tuis aſſeris: Romanæ Eccleſiæ te filium, ac eam concordiam & eamdem amicitiam te nobiſcum habere, quam olim Reges Hiſpaniæ cum Romanis Pontificibus habebant, cognoſceris. Eſto itaque conſtans, & fiduciam firmam habeas, & quod cæpiſti perficias; qui in Domino JESU Chriſto confidimus, quia beatus Petrus Apoſtolus, quem Dominus JESUS Chriſtus Rex gloriæ principem ſuper regna mundi conſtituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem deſiderii tui adducet, ipſe te victorem de adverſariis tuis efficiet. Cum enim Dominus filium amat, (a) flagellat; & caſtigat. Melius & utilius ex adverſis pervenitur ad proſpera. Qui enim dicit ridentibus: Væ vobis, quia flebitis (b); ipſe lugentes beatos aſſerit, quoniam ipſi conſolabuntur. De Salomone autem ad præſens nihil reſpondimus, quoniam accuſationem per litteras, eo abſente, qui accuſat, ſacri canones non recipiunt. Eſt quoque aliud, quod Legatus noſter, qui ad partes illas his temporibus fuit, aberat, & ſine eo judicium inde dare noluimus. Eo vero revertente, habebimus, Deo favente, conſilium, & ad vos Nuntium noſtrum mittemus, qui hanc & alias neceßarias cauſas diligenti examine perquirens, ſingulis quibuſque juxtæ determinationis finem imponet. Datum Romæ decimotertio Kal. Aprilis, Indictione duodecima.* Aliæ adhuc extant ejuſdem Pontificis ad eumdem Regem litteræ, (c) de quibus ſuo loco dicemus.

(a) Hebr. 12.
(b) Mat. 5.
(c) Id. l. 2. ep. 50.

LVII. Sancius Rex Arag. a Greg. Pap impetrat privilegium.

Qui res Aragonenſium noviſſime magna cum laude proſecutus eſt Hieronymus Blanca, & in ſcribendo antiquos hiſtoricos Eccleſiaſticos imitatus, quæcumque potuit, vetera monimenta ſumma induſtria perquiſita, quo fidem ſuam legentibus optime teſtatam relinqueret, verbatim reddere conſuevit, cui eo nomine Eccleſiaſtica antiquitas plurimum debeat reddita luce: recitat ejuſdem Regis Sancii privilegium, conceſſum monaſterio ſancti Joannis, in quo iſta, quæ ad ejuſdem Pontificis Gregorii Papæ tempora ſpectant, ita leguntur: *Ad confirmanda priora bene acta Abbatem Sancium ejuſdem monaſterii iterum* Romæ ad beatiſſimum Papam Gregorium Septimum miſi, rogans eum, ut ipſe benigne prædictum locum Apoſtolica auctoritate, & ſua munire (ſicut anteceſſor ejus fecerat) facere non dedignaretur, quod, ſecundum quod popoſceram, ipſi libentiſſime fecerunt.* Hæc ibi.

* Romam

LVIII. Porro eidem Sancio Regi Aragonenſi ſummæ cedit laudi, quod quantum ex ejuſdem Pontificis litteris apparet, ipſe primus abſque mora in recipiendo Romano ordine in ſacris ritibus, eidem Gregorio hæc per Legatum jubenti obtemperavit, reliquis adhuc nutantibus Regibus, & aliis rurſus ejuſdem Gregorii Papæ admonitionibus indigentibus. Nam qua die & Indictione datæ leguntur Gregorii Papæ litteræ ad Sancium Aragoniæ Regem, iiſdem ſcriptæ habentur ab eodem Pontifice litteræ ad Alphonſum & Sancium Caſtellæ in Hiſpania Reges, & Epiſcopos eodem argumento, quæ ſic ſe habent: (d)

(d) Greg. l. 2. ep. 64.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Alphonſo & Sancio Regibus Hiſpaniæ a paribus, & Epiſcopis in ditione ſua conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Greg. Papæ Epiſt. ad Alphonſum & Sancium Reg.

*Cum beatus Apoſtolus Paulus (e) Hiſpaniam ſe * adiiße ſignificet, ac poſtea ſeptem Epiſcopos ab Urbe Roma ad inſtruendos Hiſpaniæ populos a Petro & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idololatria, Chriſtianitatem fundaverunt, religionem plantaverunt, ordinem & officium in divinis cultibus agendis oſtenderunt, & ſanguine ſuo Eccleſias dedicavere, veſtra diligentia non ignoret; quantam concordiam cum Romana Urbe Hiſpania in religione & ordine divini officii habuiſſet, ſatis patet. Sed poſtquam veſania Priſcillianiſtarum diu pollutum, & perfidia Arianorum depravatum, & a Romano ritu ſeparatum, irruentibus prius Gothis, ac demum invadentibus Sarracenis regnum Hiſpaniæ fuit, non ſolum religio eſt diminuta, verum etiam mundanæ ſunt opes labefactæ.* LX. *Quapropter ut filios chariſſimos vos adhortor & moneo, ut vos ſicut bonæ ſoboles, etſi poſt diuturnas ſciſſuras, demum*

(e) Rom. 15.
* adire decreviſſe.

PAGIUS Romanæ Eccleſiæ ordinem & Officium recipiant. Recitat eam Baronius omiſſa ſubſcriptione, & quia ea inſcripta *Alphonſo & Sancio Regibus Hiſpania a paribus* exiſtimat, hunc *Sancium* fuiſſe Aragoniæ Regem non advertens errorem Collectoris Regiſtri Gregoriani, qui *Sanctium* Aragoniæ Regem pro *Sanctio* Navarræ Rege ſumſit. Cur enim Pontifex *Sanctium* Aragoniæ Regem hortatus fuiſſet, ut Officium Romanum reciperet, cum id jam ab eodem *Sanctio* peractum eſſet, Romæque ſignificatum, ut ex ejuſdem Gregorii Papæ Epiſtola, XIII. Kal. April. indict. XII. data evidenter patet. Hi itaque Reges alii non ſunt, quam *Alphonſus VI.* Caſtellæ & Legionis Rex, & *Sanctius IV.* Navarræ & Navaræ Rex, *Garzeis*, & *de Penalen* cognominatus. Nec minus fallitur Sandovallius, qui in Vita *Sanctii Samora* ob hæc verba, *a paribus*, duos fratres intelligit, *Sanctium* nempe *Samoram*, & *Alphonſum VI.* indeque concludit, ſe quo ſe vertat neſcire. Verum hæc difficultas Virum in Hiſtoria Hiſpanica adeo exercitatum irretitum tenere non debuit; ſi enim ibi ſermo eſſet de duobus fratribus, *Gregorius VII.* Sanctium, utpote majorem natu, primo loco nominaſſet, non vero Alphonſum. Hæc itaque Epiſtola male ad Sanctium Alphonſi fratrem jam a biennio demortuum a Sandovallio refertur.



*mum tamen ut matrem revera veſtram, Romanam Eccleſiam recognoſcatis, in qua & nos fratres reperiatis, Romanæ Eccleſiæ ordinem & officium recipiatis, non Toletanæ, vel cujuſlibet aliæ, ſed iſtius, quæ a Petro & Paulo ſupra firmam petram per Chriſtum fundata eſt, & ſanguine conſecrata, cui portæ inferni, ideſt, linguæ hæreticorum, numquam prævalere portuerunt, ſicut cætera regna Occidentis & Septemtrionis, teneatis. Unde enim non dubitatis vos ſuſcepiſſe religionis exordium: reſtat etiam, ut inde recipiatis in Eccleſiaſtico ordine divinum officium, quod Innocentii Papæ ad Eugubinum directa Epiſcopum vos docet epiſtola, quod Hormiſdæ ad Hiſpalenſem miſſa decreta inſinuant: quod Toletanum & Bracarenſe demonſtrant, Concilia: Quod etiam Epiſcopi veſtri ad nos nuper venientes juxta conſtitutionem Concilii per ſcripta ſua facere promiſerunt, & in manu noſtra firmaverunt:* Fuiſſe autem in his Gregorio plurimum laborandum, litteræ ejuſdem ad Simeonem datæ (a) ſignificant, ſed de his inferius ſuo loco. Meminit in eiſdem litteris de Paulo Epiſcopo cognomento Munione, qui apud Legatos ſimoniæ fuerat accuſatus, quem veniſſe Romam, cauſamque dixiſſe, & innocentem repertum fuiſſe abſolutum, aliæ ejuſdem Pontificis ad Adefonſum Regem litteræ (b) datæ declarant.

(a) Id. l. 1. ep. 18.
(b) Id. l. 1. ep. 83.

LXI. Non prætereat, quod in titulo epiſtolæ datæ ad Reges Adefonſum & Sancium eos ſimul a paribus ponat, quo plane ſignificat, adhuc ambos Hiſpaniarum Reges regnare, necdum bello civili inter eos oborto ſeparatos, & alterum eorum extinctum. Unde erroris arguas, qui ponunt Sancium anno ſuperiori jam occiſum eſſe, Alphonſumque hoc anno ſolum regnare cœpiſſe. Epiſtolaris auctoritas in his præſertim, quæ ad conſignanda certa tempora ſpectant, ſententia omnium, omnibus eſt præferenda. Sed quæ ab aliis prætermiſſa, ab Hugone (c) autem in rebus geſtis ſancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis fideliter ſcripta leguntur de his, quæ paſſus eſt a Sancio fratre Alphonſus, ſive Adefonſus, hic recitanda putamus. Auctor enim vivebat hoc tempore, & quæ ſcripſit ſatis perſpecta habuit, qui ait: *Sed etiam Adefonſum Hiſpaniæ Regem liberavit. Eum namque frater ejus Sancius regno privaverat, captum & catenatum carceri mancipaverat. Illi vero pius Hugo Abbas Cluniacenſis compatiens, pro eo apud Dominum precibus inſtabat; & Apoſtoli Petri confidens meritis, a Domino eum abſolvi poſcebat. Nec moræ beatus Petrus Apoſtolus cuidam Fratri in Cluniaco apparuit, preces Hugonis pro Adefonſi ereptione Deum admiſiſſe revelavit. Fecit etiam Adefonſo illud in carcere nuntiari. Porro Sancio in ſomnis ſub gravi comminatione præcepit, ut cito Adefonſum reſtitueret, nec differre auſus eſſet. Sancius terrore correptus, Adefonſum ſtatim reſtituit. Reſtitutus ille, Deo, & liberatori ſuo gratias egit, cenſumque, quem pater ſuus Ferdinandus quotannis Cluniacenſi monaſterio ſolvendum inſtituit, ipſe duplicavit, ducentas & quadraginta auri uncias annuatim reddens.* Hæc Hugo in Hugone quem, hoc anno Gregorius Papa datis ad eum litteris, remorantem nimis ſumma inſtantia Romam vocavit. Utebatur enim eo Conſiliario, quem Dei amicum pollentem ſancti Spiritus chariſmatibus cognoſcebat.

(c) Apud Sur. t. 2. die 29. April.

S. Hugo Abbas Cluniac. liberat Adefonſum Regem a vinculis.

LXII. Dedit ergo ad eum Gregorius hoc anno (d) litteras, eadem die, qua ad Reges Hiſpaniæ ſcripſiſſe diximus, nempe decimotertio Kal. Aprilis xii. Indictione in quibus hæc inter alia habet poſt querelas quod ſæpe rogatus ab eo Romam venire deſtitiſſet, & ob tantam moram ipſe Gregorius nonnihil perturbatus eſſet: *Quapropter*, inquit, *etſi commoti, dilectionem veſtram intimo admonemus affectu, ut nos in multis & magnis anguſtiis poſitos quantocyus viſitare curetis. Portamus enim quamquam infirmi, quamquam extra vires ingenii & corporis ſoli tamen portamus in hoc graviſſimo tempore non ſolum ſpiritualium, ſed*

(d) Greg. l. 1. ep. 62.

Greg. utitur Conſiliario Hugone Abbate Cluniac.

XI. Baronius num. LIX. prætermittit hæc verba ejuſdem Epiſtolæ LXIV. libri primi: *depoſitionem & excommunicationem, quam Geraldus Oſtienſis Epiſcopus cum Rembaldo in Munionem Simoniacum, qui ſuper Simeonem venerabilem fratrem noſtrum Oſcenſem Epiſcopum ordinatus erat, ratam eſſe decrevimus atque firmavimus.* Ubi tamen loco, *Oſcenſem Epiſcopum*, legendum, *Ocenſem Epiſcopum*. Oſca enim, vulgo *Hueſca*, hoc tempore in Maurorum poteſtate erat, nullumque Epiſcopum habebat, ſed Aragoniæ Epiſcopus *Jacca* ſedebat, *Sanctiuſque* appellabatur, ut videre eſt apud Baronium anno MLXXV. num. IX. ubi dicitur, hunc coadjutorem a Gregorio VII. poſtulaſſe, ſed repulſam tuliſſe. At *Ocenſis* Epiſcopus hoc tempore erat *Scemeno*, dictus etiam *Simeon*, cujus varia Acta exhibet Sandovallius in Regibus Caſtellæ & Leonis. Cum autem Civitas *Oca* appellata, a Saracenis Seculo VIII. everſa fuiſſet, ejuſque Epiſcopus certam ſedem

*Epiſcopatus Ocenſis ſeu Auſcenſis diverſus ab Oſcenſi.*

*ſed & ſæcularium ingens pondus negotiorum, & caſum noſtrum quotidie ex imminenti ſarcina formidamus, qui ſuſtentationis auxilia in hoc ſæculo nequam reperire nequimus. Unde per omnipotentem Dominum rogamus, ut Fratres veſtros (ſicut ab initio ordinationis noſtræ poſtulavimus) pro nobis jugiter orare Deum commoneatis, quoniam niſi illorum & aliorum Fidelium interventibus, divina ſuffragia mereamur; noſtrum, & (quod magis timemus) Eccleſiæ periculum evitare non poterimus, &c.* Hæc Gregorius vallatus anguſtiis, quæ hic voluimus deſcripſiſſe, ut quales homines, quos noſceret ſanctitate præcipuas, adhibere conſueverit in conſiliis, intelligatur; & quibus niteretur auxiliis, nempe Sanctorum precibus in cunctis Eccleſiæ perturbationibus, pariter innoteſcat: quo ſciatur, eum in adminiſtratione univerſalis Eccleſiæ omnes expleſſe numeros optimi Præſulis.

LXIII. S. Hugoni Rom. venienti quid in via acciderit.

Sed quid mirandum eidem ſanctiſſimo viro Hugoni Romam venienti acciderit in itinere, ab eodem Hugone Cluniacenſi monacho ejus vitæ ſcriptore audiamus: *Romam proficiſcens aliquando pater Hugo, arctiſſimam a prominentis rupis latere viam ingreſſus eſt. Erat inferius terribilis profunditas, ita ut metu præcipitii vix umquam viatores audeant intueri. Præcedentibus itaque aliis poſt alios præ timore ſociis, ſequebatur pater mente & oculis, dextraque pariter ad cœlum levatis, ſiniſtra mulæ habenas tenebat, & oratione ſuſpenſus, Domino totus inhiabat. Propter tranſeuntes quædam paupercula mulier ibi in breviſſimum arduæ rupis foramen ſeſe receperat. Mula vero, cui Sanctus inſidebat, ubi latitantem illam ſubito aſpexit,* * *miſere pavefacta, illico reſilit, & reſiliens tota in immane profundum cum ſancto viro cadit. Ubi Sanctus, ut antea, ſic etiam cadendo mentem & oculos, dextramque ad cœlum erectam tenebat. Cadebat quidem corpore, ſed immotus cum Domino ſtabat mente: prævaluitque ſtabilitas mentis, ſuaque ſedens mula inviſibiliter reportatus ab infimis, viæque eſt redditus totus incolumis. Videte chariſſimi, videte patrem de morte redeuntem, admiramini de funere reſurgentem. Sed qui Jonam in mare præcipitatum de profundo abyſſi, de ventre cæti clamantem ad ſe liberare voluit; etiam hunc orantem omnipotenti miſericordia ſanum a ruina levavit. Vidit Vincentius, qui in laico habitu fideli ſedulus obſequio Sanctum ſequebatur, qui adhuc ſupereſt, & ſe vidiſſe teſtatur.* Hæc de S. Hugone, quem ſuperius diximus frequentare conſueviſſe Limina Apoſtolorum, de quo & inferius ſui locis ſæpe dicendum.

* mirifice

LXIV. Guillelmi Reg. Angl. & Reginæ officium erga Gregor.

Inter hæc autem perferuntur Romam litteræ a Guillelmo Anglorum Rege, & ab ejus conjuge Mathilde Regina ad Gregorium Papam, quibus de ipſius in Pontificem electione gratulatur, qui de obitu prædeceſſoris Alexandri Papæ, cui plurimum debebat, triſtatus erat. Accepit litteras, & acceptavit officium ipſe Gregorius; ad Regemque ipſum ſcripſit eruditionis plenas Apoſtolicas litteras, (a) & alias ad Reginam, (b) quam ut maxime piam fœminam hortatur, ut viro ſit adjumento in iis, quæ ſpectant ad animæ ipſius ſalutem, dicens: *Inſta viro tuo, animæ utilia ſuggerere ne deſinas: certum eſt enim, ſi vir infidelis per mulierem fidelem (ut ait (c) Apoſtolus) ſalvatur; vir etiam fidelis per mulierem fidelem in melius augmentatur.* Datæ ſunt litteræ Gregorii ad eos hoc anno pridie Nonas Aprilis, quibus etiam meminit de Legatis Apoſtolicæ Sedis Petro & Joanne in Angliam miſſis, deque redditibus S. Petri Regis opera exigendis.

(a) Id. lib. ep. 70.
(b) Id. ep. 71.
(c) 1. Cor. 7.

LXV. Guillelmus Rex Angliæ laudatur.

Quod ad Guillelmum Regem ipſum pertinet, hic præ cæteris Chriſtianis Regibus borealibus a Gregorio Pontifice commendatur: nam cum Henricum Germaniæ

PAGIUS

dem non haberet, ſe Epiſcopum *Caſtellæ* quandoque appellabat, quo nomine *Scemeno* ſubſcriptus reperitur in Teſtamento *Pelagii* Epiſcopi Legionenſis. *Urraca* & *Elvira* Ferdinandi M. filiæ quandam Eccleſiam civitati Burgenſi vicinam Scemenoni Epiſcopo dedere, *ad innovandam ſedem Epiſcopalem, quæ prius apud Aucenſem urbem noſcitur fuiſſe conſtructam, & a Saracenis deſtructam, Era MCXII.* currenti ſcilicet Chriſti anno. *Occam*, *Aucam* etiam dictam, videre eſt Tom. V. Concil. edit. Labbeanæ pag. 892. ubi uterque Epiſcopatus in Notis Garſiæ Loyaſæ egregie explicatur. *Alphonſus VI.* anno ſequenti *Aucenſem* Epiſcopatum in urbem Burgenſem tranſtulit, [1] ſanxitque, ut in *Caſtella omnibus* aliis honorabilior eſſet, & Urbanus II. eum exemit a Juriſdictione Metropolitæ Tarraconenſis & immediate Sedi Rom. ſubjecit.

XII. *Tres Hiſpaniæ Reges Sanctii dicti inter ſe non confundendi.*

Ex dictis apparet, his temporibus tres in Hiſpania Reges fuiſſe *Sanctii* nomine appellatos, nempe *Sanctium* Ferdinandi M. filium natu majorem, *Samoram* vulgo dictum, qui patri in regnum Caſtellæ ſucceſſit, annoque MLXXII. in obſidione Zamoræ periit. Præter iſtum Sanctium vivebat hoc tempore *Sanctius* Aragoniæ Rex, qui anno ſuperiori Officium Romanum in Regno ſuo recepit, annoque MLXXVI. ut ibi-

NOTÆ [1] DE tempore quo Auchenſis epiſcopatus in Burgenſem tranſlatus fuit, Vide quæ notavimus ad A. 1090. 4. MANSI



niæ Regem ſit paſſus perſecutorem, Philippum Francorum Regem Eccleſiarum expilatorem (ut prætermittamus dicere de Roberto Guiſcardo invaſore, Godefredo Lotharingio prævaricatore & aliis, de quibus ſuis ſæpe litteris queritur) hic optimus habetur comparatione malorum; de quo hæc ipſe: (a) *Rex Anglorum licet in quibuſdam non ita religioſe (ſicut optamus) ſe habeat; tamen in hoc, quod Eccleſias Dei non deſtruit, neque vendit; & pacem juſtitiamque in ſubditis ſuis moderari procurat; & quia contra Apoſtolicam Sedem, rogatus a quibuſdam inimicis Crucis Chriſti, pactum inire, conſentire noluit; presbyteros uxores, laicos decimas quas detinebant, etiam juramento dimittere compulit: cæteris Regibus ſe ſatis probabiliorem, ac magis honorandum oſtendit. Unde non indignum debet exiſtimari poteſtatem illius mitius eſſe tractandam, atque reſpectu probitatis ipſius, ſubditorum & eorum quos diligit, negligentias ex parte fore portandas, &c.* Magnam quidem tunc temporis comparavit ſibi laudem ex eo Guillelmus Rex Angliæ, quod, cum promulgata eſſent, ſancita hoc anno ſynodalia decreta de cælibatu clericorum adverſus concubinarios, & adverſus ſimoniace ordinatos, atque contra laicos, Eccleſiarum decimas occupantes, tumultuantes regia auctoritate compreſſerit.

(a) Greg. l. 9. ep. 5.

LXVI.

Quo pariter anno celebrata in Anglia Synodus reperitur, in qua ſanctus Wulſtanus deponitur, ſed magno Dei miraculo reſtituitur. Habes de ea in rebus geſtis ejuſdem (b) ſancti Wulſtani.

(b) Apud Sur. t. 1. die 19. Jan.

Legatio Philippi Regis Franc. ad Gregor. Pap.

Eodem tempore a Philippo Francorum Rege Legatos Gregorius Papa ſuſcepit ſimul & litteras, quibus idem Rex jam antea redargutus ob illata in Eccleſias damna, pariturum ſe ejus juſſis ſignificaret. Ad quem Gregorius reſcribens, (c) ubi ejus mentis propoſitum litteris, ac per Legatos declaratum magnopere commendavit, admonuit, ut per eum illata detrimenta Eccleſiæ Bellovacenſi emendare non prætermitteret. Quænam autem iſta fuerint, haud ſatis apparet; ſed enormia ſatis fuiſſe, idem Gregorius litteris (d) eadem die, nempe Idibus Aprilis, datis ad Clerum & populum Bellovacenſem aperit, quibus aſſerit, eos omnes ob inaudita, deteſtanda, & abominanda ſcelera perpetrata fuiſſe anathemate condemnatos, interceſſione vero ipſorum Epiſcopi Guillelmi abſolutos in Synodo Romæ proxime celebrata. Inter alia autem iſta notatu digna, literis ad Regem redditis, eidem conſideranda proponit, dicens: (e) *Attendere enim te nobiſcum & diligenter conſiderare volumus, in quanta dilectione Sedis Apoſtolicæ, quantaque gloria & laudibus fere per orbem terrarum anteceſſores tui Reges clariſſimi & famoſiſſimi habiti ſunt, dum illorum regia majeſtas in amplificandis & defendendis Eccleſiis pia ac devota conſtitit, in tenendo juſtitiam libera ac diſtracta permanſit.*

(c) Id. l. 1. ep. 75.
(d) ibid. ep. 74.
(e) Id. ep. 75.

LXVII. Regnum Francorum pro cultu religionis, vel ſtetit vel decidit.

*Poſtquam vero divina & humana jura ſubvertendo tanta virtus in poſterioribus cœpit hebeſcere; totius regni gloria, decus, honor, & potentia cum perverſis moribus immutata ſunt, & nobiliſſima fama & ſtatus regni a culmine ſuæ claritatis inclinata ſunt. Hæc quidem & alia talia frequenter, & ſi oportet, aſpero etiam ſermone tibi inculcare ſuſcepti nos officii cura compellit. Quoniam licet verbo-*

PAGIUS

ibidem videbimus, regnum etiam Navarræ obtinuit. Alius *Sanctius* ab utroque diverſus regno Navarræ præfuit uſque ad annum MLXXVI. & ad iſtum ultimum Sanctium Gregorius VII. ſcripſit Epiſtolam laudatam LXIV. libri primi. Sed cum Baronius hanc Epiſtolam *Sanctio* Caſtellæ Regi datam putaret, ex iſto errore in alium abreptus eſt, exiſtimavitque eos Scriptores deceptos, qui memoriæ prodidere *Sanctium* Caſtellæ Regem ante currentem annum peremptum eſſe, & *Alphonſum* fratrem ſolum regnaſſe; cum tamen hoc extra omne dubium eſſe debeat. Quæ itaque Baronius num. LXI. in medium adducit, ex Vita Sancti Hugonis Cluniacenſis Abbatis, de iis, quæ paſſus eſt Alphonſus Rex Legionis a Sanctio fratre Caſtellæ Rege, non poſſunt non contigiſſe ante annum MLXXII. cum eo Chriſti anno *Sanctius* interfectus fuerit. Quæ ad majorem claritatem Annalium hic prætermittenda non fuere.

XIII.

Porro *Sanctius Ranimirus*, qui non tantum Aragoniæ, ſed etiam Navarræ, Suprarbiæ & Ribarcorciæ temporis proceſſu Rex fuit; paucos poſt annos, cum jam e Suprarbia & Ribarcorcia univerſos Mauros expuliſſet, *foros* ſuos condidit; quo nomine Hiſpanici deſignabant conſuetudines municipales, *foros* ab illis appellatas, quod jura contineat in foris ſeu judiciis uſurpari ſolita, ut videre eſt apud Ducangium in voce *forus*. In harum legum Præfatione dicitur, conſultum fuiſſe *Apoſtolicum Hildebrandum & Longobardos*, quorum leges magni hoc tempore in Italia fiebant; *Sanctium* vero *Ramirum* Gregorium VII. magna veneratione proſecutum fuiſſe, innumera monumenta, præſertimque Epiſtola Petri Aragoniæ Regis filii ejus ad Urbanum II. Papam data, & in libro Gothico apud Sanctum Joannem Pennatenſem conſervata, demonſtrant: *Præſertim*, inquit Petrus Rex, *cum pater meus, veſter fidelis*, &c. *Romani Pontificis ſe ipſum dominatui ſubdiderit, atque etiam ſingulis annis ex cenſu quingentorum aureorum ſe ſe tributarium, a temporibus Papæ Gregorii uſque ad obitum ſuum, fideliter exhibuit.*

*Sanctius Aragoniæ Rex S. Sedi Apoſtolicæ addictiſſimus.*

XIV. *VVulſtanus in Epiſcopatum reſtitutus.*

Ad num. LXVI. Sanctum *Vulſtanum* in Wigornienſem Epiſcopatum in Concilio apud Weſtmonaſterium anno MLXX. habito reſtitutum fuiſſe, & Guillelmum Weſtmonaſterienſem, qui illud in præſentem annum differt, hallucinatum, anno MLXXII. oſtendimus. Quare videnda quæ ibi diximus. Ot-

*ho prædicationis abſcondere & uſpiam tacere, non ſit nobis tutum, aut liberum; tamen quanto dignitas eſt amplior & perſona ſublimior, tanto propenſiorem curam & clamorem pro ejus rectitudine nos habere convenit, &c.* At vero nihil profeciſſe ex iiſdem Gregorii Papæ admonitionibus Regem, quæ ab eo hoc eodem anno ſunt ſcelera perpetrata demonſtrant. De quibus coactus eſt ipſe Gregorius ad ipſos Epiſcopos Francorum & Principes proclamare, datis inter alios ad Guillelmum Comitem Pictavienſem litteris (*a*) iſtis hoc anno menſe Novembris.

(*a*) *Id. l.2. ep.18.*

LXVIII. Quid de Rege eodem ad comit. Pictav.

*Licet Philippi Regis Francorum iniquitates ad notitiam tuam perveniße dubitandum non ſit; utile tamen duximus, quantum de eiſdem iniquitatibus doleamus, tibi innoteſcere. Nam inter cætera ſcelera, quibus non ſolum Chriſtianos, ſed & Paganos videtur ſuperaſſe Principes, poſt Eccleſiarum, quas ſibi licuit confundere, varias deſtructiones, adeo regiæ dignitatis poſthabuit verecundiam, ut avaritia potius inflammante, quam ratione aliqua poſcente, Italiæ negotiatores, qui ad partes veſtras venerant, deprædatus fuerit. Qua de re, quia Epiſcopos Franciæ litteris noſtris eum convenire monuimus; te quoque ſanctum Petrum & nos pure diligentem, & ut credimus, de ejus nobiſcum periculis contriſtatum, præcipue monemus, quatenus ex illis atque nobilioribus Franciæ melioribus quibuſdam adhibitis, iniquitates ſuas ſibi notificetis.*

LXIX. *Et ut ipſe ſtultorum ſuggeſtionibus renuntiando, atque bonorum, atque ſapientum conſiliis adhærendo, incipiat jam a confuſione Eccleſiarum manum retrahere, & ad exemplar bonorum Franciæ Regum, pravos mores ſuos commutare, deprædationes quas ſupra commemoravimus, unde Oratores ſancti Petri impediuntur, capiuntur, atque multis * modis afficiuntur, ſine dilatione emendare. Qui ſi conſiliis veſtris acquieverit; nos eum qua debemus charitate, tractabimus. Alioquin ſi in perverſitate ſtudiorum ſuorum perduraverit, & ſecundum duritiam & impœnitens cor ſuum iram Dei & S. Petri ſibi theſaurizaverit; nos Deo axiliante, & nequitia ſua promerente, in Romana Synodo, a corpore & communione ſanctæ Eccleſiæ ipſum, & quicumque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus, & ejus quotidie ſuper altare ſancti Petri excommunicatio confirmabitur. Diu eſt enim, quod iniquitates ſuas portavimus: diu eſt, quod ſanctæ Eccleſiæ injuriam, parcendo adoleſcentiæ ſuæ, diſſimulavimus. Nunc autem adeo perverſitas morum ſuorum ſe notabilem reddidit, ut ſi tantæ valetudinis tantæque fortitudinis eſſet,* quantæ *Pagani Imperatores* fuere, qui tot mala *ſanctis Martyribus intulerunt; nos timore aliquo tot & tantas iniquitates ſuas nullo modo impunitas dimitteremus.*

* incommodis

de excommunicando Philippo Francorum Reg.

LXX. *Datum Romæ Idibus Novembris, Indictione xiii.* Extant aliæ ejuſdem argumenti litteræ (*b*) datæ ad Manaſſem Rhemenſem Archiepiſcopum, & alios primarios Francorum Epiſcopos in ejuſdem Philippi regno conſtitutos, quos monet, ut de tot flagitiis, quæ enumerat, Regem ipſum corripiant. Datæ habentur hoc anno Idibus Septembris, & aliæ ſeorſum ad eumdem Rhemenſem Archiepiſcopum menſe Decembris. Porro anno ſequenti de ipſo Rege in Synodo actum eſt, in qua iſta leguntur de ipſius Philippi Regis excommunicatione in hæc verba concepta: (*c*) *Philippus Rex Francorum, ſi Nuntiis Papæ ad Gallias ituris de ſatisfactione ſua & emendatione ſecuritatem non fecerit, habeatur excommunicatus.* Iſta Gregorius, qui his temporibus perditiſſimis ad correptionem Regum & purgationem Eccleſiæ poſt innumeras ſordes ex incuria prædeceſſorum contractas, poſitus eſt a Domino inſtar Jeremiæ, cui dixit: (*d*) *Conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut evellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes, & ædifices & plantes.*

(*b*) *Greg. l.2. ep. 5. & 32.*

(*c*) *Id. l.2. ante ep. 53.*

(*d*) *Jerem. 1.*



PAGIUS XV. *Otto Ep. Conſtantienſis fautor Sacerdotum fornicariorum.*

Otto Conſtantienſis Epiſcopus, ad quem vidimus Gregorium VII. geſta in Concilio Romano contra Presbyteros Simoniacos & fornicarios miſiſſe, decretis ſalutaribus inſultavit, ut Auctor Vitæ Gregorii VII. laudatus cap. 4. teſtatur, probatque ex Epiſtola ejuſdem Pontificis, quæ in Regiſtro ejus non extat, ad eundem data, qua eum acriter objurgat, turpitudinem pellicatus oſtendit, Romamque citat: *Cum autem*, inquit Gregorius VII. *hæc omnia tibi obſervanda, Paſtorali providentia tranſmitteremus, tu non ſurſum cor, ſed deorſum in terra ponens, prædictis ordinibus fræna libidinis (ſicut accepimus) laxaſti; ut qui mulierculis ſe junxerunt, in flagitio perſiſterent; & qui necdum duxerunt, tua interdicta non timerent*, &c. *Quapropter tibi Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut ad proximam Synodum noſtram [prima] proxima [Quadrageſima] hebdomade te præſentem exhibeas, tam de hac inobedientia & Sedis Apoſtolicæ contemptu, quam de omnibus, quæ tibi obiiciuntur canonice reſponſurus.* Tum ibidem ſubjicitur alia Gregorii VII. Epiſtola Clero, populoque Conſtantienſi data, quibus mandat, *ne inobedienti Epiſcopo obediant*, ſubditque: *Secundam ei ſcripſimus Epiſtolam, indignationis ei noſtræ motus oſtendentes, & idem præceptum iterato acrius inculcantes: tum etiam ipſum ad Synodum Romanam, quæ prima proxima Quadrageſima hebdomada futura eſt, advocavimus, ut pro ſe rationem reddat, & inobedientiæ cauſas ſi rationabiles habuerit, in audientiam totius Conventus exponat.* Quem exitum res habuerit, docet Chronographus Conſtantienſis a Piſtorio editus: *Hic*, inquit de Ottone, *Epiſcopus con-*



LXXI. Greg. Papæ nimia indulgentia in crimen adducta.

**Inter** hæc autem eidem Gregorio Papæ ſcribendum fuit Beatrici atque Mathildi clariſſimis feminis, quæ ſcandalum paſſæ ſunt, quod reſtitutum audiſſent a Gregorio Guarnerium Epiſcopum Argentinenſem, ab Alexandro prædeceſſore damnatum, & ſuſpenſos Longobardiæ Epiſcopos vinculo cenſuræ Eccleſiaſticæ relaxatos, unde Gregorium ipſum nimis eſſe indulgentem obmurmuraſſent, inſuper & ipſum Guarnerium haud digne tractaſſent. Vigebat in ſanctis feminis zelus exæſtuans Eccleſiaſticæ integritatis, quam vel in minimo labefactari abundantiori venia erga delinquentes exhibita, ægro animo ferrent. Laude quidem hac ex parte digniſſimæ, ſi tamen illatis alicui miſero plagis non vinum tantum, ſed oleum eſſe adhibendum conſideraſſent ex (*a*) Evangelico inſtituto. Gregorius igitur has ſcandalum paſſas minime contemnendas eſſe putavit, probe ſciens, qua pœna ſit dignus qui ſcandalum inferret etiam alicui puſillorum Fidelium: quamobrem apologeticam ad eas ſcribendam putavit epiſtolam, tanto Pontifice dignam; quæ ſic ſe habet: (*b*)

(*a*) *Luc. 10.*

(*b*) *Greg. l.1. ep.77.*

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Duci Beatrici & ejus filiæ Mathildi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LXXII. *Cum (c) Propheta teſtetur, quod omnipotens Deus, quem imitari jubemur, cor contritum & humiliatum non ſpernat: nos quidem qui peccatores ſumus, etſi contritionem cordium in aliis non ſatis plene reſpicimus, cognita tamen diſſimulare, & quaſi pro nihilo computare non debemus. Guarnerius Argentinenſis Epiſcopus, poſtquam peccatis facientibus, decorem ſui ordinis indigne tractavit, vocatus ad correctionem a domino noſtro venerandæ memoriæ Alexandro Papa ſolus inter omnes Teutonicæ terræ Epiſcopos, quorum multi non ſolum carnali ſcelere, ſed etiam ſimoniaca labe fœdati, itidem vocati ſunt, Apoſtolorum Limina petiit, locum judicii in humilitatis forma prævenit, & veritus Apoſtolicam virgam, annuntiando & cogitando pro peccatis ſuis in faciem procidit. Apoſtolica igitur tum cenſura correptus, jam nunc Apoſtolicam venit experiri clementiam, & cum tanta fatigatione, ſicut audivimus, jejunando pariter, & plerumque pedes eundo, compunctionem ſuam & obedientiam demonſtravit, ut confratres noſtri pro competentia horum temporum, miſerendum ſibi fore dignum æſtimarent & decernerent.*

(*c*) *Pſal. 50.*

Greg. Papa ſe purgat apud Beatricem atque Mathildem.

LXXIII. *Cui quamquam Epiſcopalis officii redintegrationem ad vota ſua non conceſſimus; exercere tamen in illo rigorem canonicum hoc in tempore quid referret, cum fortaſſe hoc amoto, locum ejus non alius poſſideret, niſi qui plurimum pecuniæ dare poßet? Cæterum quod vos feciſtis in eum, quam inhoneſtum vobis, quam mihi verecundum, quamque beato Petro & Apoſtolicæ Sedi contumelioſum ſit, quæſo cum animis veſtris reputate, ut in quibus peregrinorum his in partibus tutiſſima debet eße defenſio, inopinata pericula lateant, & noſtra, qui hoc aliis Principibus prohibemus, in hac re quaſi conſentanea pro familiaritate veſtræ dilectionis voluntas arguatur, præſertim cum eumdem fratrem per litteras noſtras non ſine magna fiducia vobis commendaverimus.*

LXXIV. *Quamobrem nobilitatem veſtram multum rogamus & admonemus, ut injurias ejus quantum poteſtis, demulcentes, cum omni benevolentia & manifeſta charitatis exhibitione eum abire dimittatis, & ſicut in ſupramemoratis rogavimus litteris, tutum ſibi uſque ad dominum Erlembaldum Mediolanenſem ducatum præbeatis; ſcientes eum per epiſtolam noſtram eſſe commonitum, ut nullatenus ſuper hac re contra vos, aut veſtros aliquid moliatur adverſi. Dionyſio vero Placentino & aliis Epiſcopis Longobardiæ, qui ad nos venerant, nihil de Epiſcopali officio, niſi confirmandi pueros pro neceſſitate conceſſimus, ſed totius negotii fræna ita retinemus in manu, ut aut correctis de venia, aut pertinacibus non ſit deſperandum de pœna. Quia vero ex charitate, & pro reverentia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vos de talibus adverſum nos murmuraße credimus, memores domini & patris noſtri beati Petri (d) Apoſtolorum principis, qui murmurantibus adverſum ſe diſcipulis ſatisfacere non dedignatus eſt; vobis quoque rationem de factis noſtris non inviti reddidimus, in eodemque quanta vis dilectionis, qua vobis adſtringimur, non alia vobis adhuc certiora ſi-*

(*d*) *Act. 1x.*



PAGIUS

*contra Summi Pontificis Gregorii mandatum dicti Henrici partes fovet, quapropter excommunicatus in exilium miſſus, & anno dom. MLXXIV. propter excommunicationem Henrici Epiſcopali honore deſtitutus, & inde poſt duos annos in excommunicatione mortuus Baſileæ ſepultus eſt.* Verum hallucinatur Chronographus in eo quod Henricum excommunicatum appellabat, & in anno excommunicationis Ottonis, quæ inflicta non eſt, niſi poſtquam is in Concilio Romano anno ſequenti coacto comparere noluit. Hinc lib. 2. Decreti Gregor. Epiſtola LX. *tertio Idus Martii, indict. XIII.* Pontifex ei mandat, ut litem inter eum & Augienſem Abbatem dirimat. Quare anno ſequenti initio menſis Martii Otto adhuc Epiſcopatu potiebatur. Duæ citatæ Gregorii VII. Epiſtolæ novæ collectionis Conciliorum editioni addendæ erunt.

XVI. *Fundatio Ordinis Grandimontenſis.*

Geraldus ſeptimus Prior Generalis Ordinis Grandimontenſis in Vita Sancti Stephani de Mureto ejuſdem Ordinis Fundatoris, quam Bollandus ad diem VIII. menſis Februarii, &

*gna dedimus. Neque vero nos fugit, quam diverſa de nobis hominum opinio ſit & judicium, dum in eiſdem cauſis & actibus, alii nos crudeles, alii nimium mites eſſe dicunt. Quibus profecto nil verius, nil rectius reſpondendum videmus, quam quod ait Apoſtolus:* (a) *Mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die. Deus autem omnipotens, qui verus inſpector eſt cordium, doceat nos & vos facere voluntatem ſuam, & ponat legem ſuam in medio cordis noſtri. Datum Romæ decimoſeptimo Kalend. Maii, Indictione duodecima.* Sic monitæ Beatrix atque Mathildis res geſtas ab ipſo Gregorio, ut ab homine divinitus inſpirato, omni ſunt reverentia & officio proſecutæ, & ſedulo ſemper ſtudio promovere curarunt.

(a) 2. *Cor.* 4.

LXXV. Interea vero ipſe Gregorius perpendens, ut prudens navis Eccleſiæ nauta, irrupturas maximas tempeſtates ab Aquilone, Colonienſem Archiepiſcopum ſanctum Annonem, datis ad eum (*b*) litteris, in priſtino officio defendendæ Eccleſiæ libertatis, ſtuduit continere, ne eum ſibi Rex contra Eccleſiam dimicaturus alliceret, quem ſemper adverſantem improbis ſuis conatibus ſenſerat. Perſtitit vir ſanctiſſimus in ea, qua ſemper fuerat, Eccleſiæ Apoſtolicæ fide, nec ut alii plures, rapi potuit favore Principis, vel minis attrahi. Quem hoc anno diabolico inſtinctu contigit a ſuis Colonienſibus ipſi rebellantibus, & ejus ſanguinem ſitientibus ad necem quæri; & niſi auxilio occultæ fugæ ſibi conſuluiſſet, plane a populo in Eccleſiam irrumpente fuiſſet occiſus. Rem geſtam pluribus deſcribit hoc anno Lambertus, atque ejus vitæ auctor Abbas (*c*) Sigebergenſis, quos ſi cupis ea ſcire, tu conſulas.

(*b*) *Greg. l.* 1. *ep.* 99.
Anno Colonienſis Archiep. Eccl. Rom ſtudioſus.
(*c*) *Apud Sur. t.* 6. *die* 4. *Dec. l.* 2. *c.* 21.

LXXVI. Ipſe vero Gregorius conſulturus rebus Eccleſiaſticis, in ſequentem annum Synodum indicit celebrandam ipſo exordio Quadrageſimæ, ad quam vocat in primis longius (*d*) poſitos Britannos Epiſcopos & Abbates; ſed & Tullenſis ſpecialiter Epiſcopus eſt vocatus ad dicendam cauſam de ſimonia & cohabitatione cum muliere, quam haberet ut conjugem; de quibus ad Udonem Archiepiſcopum Trevirenſem (*e*) litteras dedit. Ad eamdem Synodum juſſit accurrere (*f*) Iſimbertum Pictavienſem Epiſcopum, qui citatus adeſſe Romæ die natali ſancti Andreæ, minime comparuiſſet. Graviſſima iſte accuſatione conventus, judicium Sedis Apoſtolicæ evitabat. Scelus erat hujuſmodi. (*g*) Juſſerat Gregorius per Legatos Apoſtolicæ Sedis Amatum Epiſcopum Olorenſem, & Gozelinum Archiepiſcopum Burdigalenſem, & alios ſimul collectos examinari cauſam Comitis Pictavienſis, qui aſſereretur duxiſſe in uxorem conſanguineam ſuam: qui cum ad cauſam examinandam congregati fuiſſent in unum, paſſi ſunt irruentes milites ab eodem Pictavienſi Epiſcopo immiſſos, qui alios verberibus, contumeliis alios affecerunt.

Indicitur Synodus in annum ſequentem.
(*d*) *Greg. l.* 2. *ep.* 1.
(*e*) *Id. ib. ep.* 10.
(*f*) *Id. ib. ep.* 23. 24.
(*g*) *Id. ib. ep.* 2.

Cujus rei cauſa juſſus eſt Romam venire reus ſceleris perpetrati. Quod cum facere diſtuliſſet, ſuſpenſus ab officio, futuræ Synodo præſto eſſe jubetur. Laudavit vero (*h*) Gregorius ipſum Guilelmum Pictavienſem, qui paruiſſet Eccleſiæ jubenti divortium, donec cauſa plenius noſceretur. Cui roganti ut liceret retinere illam ſub ſororis ipſius cuſtodia, quouſque per Synodum cauſa finem acciperet, idem Pontifex denegavit; quam & longius ablegandam mandavit. Aſſiſtere pariter eidem Synodo jubentur (*i*) litigantes inter ſe Benno Epiſcopus Oſnaburgenſis atque Abbas Corbejenſis, niſi prius ea cauſa per Colonienſem terminaretur Epiſcopum. LXXVII.

(*h*) *Greg. l.* 2. *ep.* 3.
(*i*) *Id. ib. ep.* 25.

Convocatur quoque ad eamdem Synodum (*k*) Liemarus Bremenſis Archiepiſcopus ob cauſam hoc anno ſuperiore narratam. Inſuper Archiepiſcopum Moguntinum Sigefridum una cum ſuis Suffraganeis Epiſcopis Ottone Conſtantienſi, Guarnerio Strazburgenſi, Henrico Spirenſi, Herimanno Babenbergenſi, Imbrico Auguſtenſi, Adalberone Vvirceburgenſi, juſſit Gregorius datis ad eum (*l*) litteris convenire. Deque his etiam ſcripſit ad Henricum (*m*) Regem, quem petit, ut Legatos ad Synodum mittat, & aliis litteris rogat, ne illos audiat, qui diſcordias inter ipſos ſeminant. Advenire quoque juſſit Cunibertum Taurinenſem Epiſcopum, qui (*n*) accuſaretur invaſor monaſterii ſancti Angeli. Itidemque adeſſe voluit Guillelmum (*o*) Papienſem Epiſcopum ob cauſam divortii inter Azonem atque Mathildem; de quibus ſuperius dictum eſt; vocataque eſt & ipſa (*p*) Mathildis Hugonem (*q*) quo-

LXXVIII.
(*k*) *Id. ib. ep.* 28.
(*l*) *Id. ib. ep.* 29.
(*m*) *Id. ib. ep.* 30. 31.
(*n*) *Id. ib. ep.* 33.
(*o*) *Id. ib. ep.* 35.
(*p*) *Id. ib. ep.* 36.
(*q*) *Id. ib. ep.* 22.

PAGIUS Labbeus Tom. II. Biblioth. pag. 674. e codicibus MS. deſcripſere, hujus Ordinis exordium his verbis narrat: *Ad numeroſum montem, qui non longe diſtat ab urbe Lemovicarum, & Muretum dicitur, Chriſto ducente, pervenit. Ubi facto de virgulis parvo tugurio anno domini MLXXVI. XXX. agens ſuæ ætatis annum, Deo in fide Catholica ſe ſerviturum ſpopondit*, &c. *& ibidem jejuniis & orationibus, ſerviens Deo die ac nocte, ultra ad ſeculum non rediens, quinquaginta annos complevit.* Verum loco, *anno domini MLXXXVI.* legendum eſſe, *anno domini MLXXIV.* ex ipſomet Geraldo in ea Vita certo deducitur; cum tradat eum *LXXX. ætatis ſuæ anno* die octava Februarii anni MCXXIV. animam Deo reddidiſſe. Hinc enim neceſſario ſequitur, Sanctum Stephanum anno MXLIV. aut inſequenti in lucem prodiiſſe, cur-



quoque militem, ob occupata bona Eccleſiæ Turonenſis, ad Synodum rationem redditurum vocavit. Adhuc inſuper, ſed anni ſequentis exordio, vocatus eſt ad eamdem Synodum Guibertus Ravennas Archiepiſcopus (*a*) litteris ad eum datis. Vocatus & Hugo (*b*) Dienſis Epiſcopus una cum clericis ſuis. Hactenus de indictione Synodi in annum ſequentem.

(*a*) *Id. ib. ep.* 44.
(*b*) *Id. ib. ep.* 43.

LXXIX. Inter hæc autem contigit ipſum Gregorium menſe Octobris graviter ægrotare, atque ubi deſperata valetudo eſſet, Deo volente, præter ſpem omnium convaluiſſe; cum ipſe redditus ſoſpitati de his litteras dedit ad Beatricem atque Mathildem, quibus redditum ſe ingemuit ſanitati. Nam ubi primum earum erga Romanam Eccleſiam commendavit affectum, & in ipſum Petrum amorem, cujus cauſa Petri locum tenentem diligerent, iſta mox addit. (*c*) *De cætero ſcitote nos præter ſpem omnium, qui nobiſcum erant, infirmitatem corporis evaſiſſe, & jam bonam valetudinem recepiſſe: unde nobis dolendum potius quam gaudendum eſſe putamus. Tendebat enim anima noſtra, & toto deſiderio ad illam patriam anhelabat, in qua ille qui laborem & dolorem conſiderat, laſſis quietem & refrigerium præſtat. Verum reſervati adhuc ad conſuetos labores & infinitas ſollicitudines, in ſingulas horas quaſi parturientis dolores & anguſtias patimur, dum pene in oculis noſtris naufragantem Eccleſiam nullo valemus eripere gubernaculo. Lex enim & religio Chriſtiana ita fere ubique deperiit, ut Sarraceni & quilibet Pagani ſuos ritus firmius teneant, quam illi, qui Chriſtianum nomen acceperunt, & quibus in regno Patris per Chriſtum hæreditas & æternæ vitæ gloria parata eſt, divinæ legis mandata cuſtodiant. Quo minus mirandum eſt, ſi hujus lucis ærumnas ſpe ſupernæ conſolationis fugere cupimus, qui in his poſiti in ſola cognitione inundantiam periculorum ſingulorum pœnas luimus.* Hæc de ſtatu ſuo & Eccleſiæ, inſtar navis multiplicibus jactatæ procellis.

Greg. Papa ex infirmitate ſanatus.
(*c*) *Id. ib. ep.* 9.

LXXX. Quo autem ſtato tunc eſſent res Northmannorum, ſubiicit iſta: *Præterea ſcitote Robertum Guiſcardum ſæpe ſupplices Legatos ad nos mittere, & tantæ fidelitatis ſecuritatem ſe in manus noſtras dari cupere, ut nemo umquam firmiori obligatione ſe cuilibet domino debeat vel poſſit aſtringere. Sed nos non incertas rationes, cur illud adhuc ſit differendum, conſiderantes, ſupernæ diſpenſationis & Apoſtolicæ procurationis conſilia præſtolamur.* Hæc de rebus Northmannicis in Italia, ita diſponente Domino, qui inflexibiles Northmannorum cervices in obſequium Sedis Apoſtolicæ inclinavit, ut cum deficerent ab ea alii Principes Chriſtiani & perſequerentur Eccleſiam; exhiberent iſti tutum hoſpitium fugienti Pontifici perſecutores. At aliis ex cauſis nec in anni ſequentis Synodo receptum fuiſſe Robertum Guiſcardum, ſolutumque anathemate, ſed aggravatum potius ipſa ſynodalia Acta declarant.

Robertus Dux Northmannorum pacem rogat.



Contigit hoc anno (ut Lambertus narrat) ut Salamon Rex Hungarorum a Jojade Beli filio, aliter Geiſa nominato, ejus conſanguineo, prœlio victus, amiſſo exercitu, vix fuga ſibi conſulens evaſerit, adieritque per Legatos Henricum Regem, cujus ſororem conjugem accepiſſet, petens adverſus invaſorem tyrannum arma parare, ſpondens quæque maxima, ſi id faceret, nempe (ut idem auctor narrat) eum in regni Hungarici conſortium accepturum, futurumque eidem tributarium, atque munitiſſimas Hungariæ civitates, tamquam firmæ ſemper futuræ pacis pignora tributurum. Quod factum cum Gregorius accepiſſet, nempe quod ipſe Salomon ab eodem Henrico Rege quaſi domino ipſum regnum Hungaricum in feudum accepiſſet, cum ex his videret magnopere lædi jura Apoſtolicæ Sedis cui jam idem regnum eſſet oblatum, iſta reſcripſit ad ipſum (*d*) Salomonem Hungariæ Regem. LXXXI.

Salomon Rex Hung regno pulſus.
(*d*) *Greg. l.* 2. *ep.* 13.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Salomoni Regi Hungarorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Litteræ tuæ ad nos tarde propter moram Nuntii tui al latæ ſunt: quas quidem multo benignus manus noſtra ſuſcepiſſet, ſi tua in cauta conditio non adeo beatum Petrum offendiſſet. Nam ſicut a majoribus patriæ tuæ cognoſcere potes, regnum Hungariæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprium eſt, a Rege Stephano olim beato Petro cum omni jure & poteſtate ſua oblatum, & devote traditum. Præterea Henricus piæ memoriæ Imperator ad honorem ſancti Petri regnum illud expugnans; victo Rege, & facta victoria, ad cor-* LXXXII.

Gregorii ad Salomonem Regem Hungar. epiſtol.

 *pus*

PAGIUS currenti triceſimum ætatis attigiſſe, & quinquageſimum ſolitudinis inchoaſſe. Is tamen Librariorum error antiquus; cum Vincentius Bellovacenſis, qui ſæculo poſt Sancti Stephani mortem floruit, lib. 25. Spec. Hiſt. cap. 46. & Bernardus Guido, qui altero poſt Vincentium ſæculo vixit, in Tractatu *de Sanctis, qui ornant Lemovicenſem diœceſim*, a Labbeo Tom. I. Biblioth. edito eum tranſcribant. Ad quem errorem cum Baronius animum non advertiſſet, Sancti Stephani mortem cum anno MCXXVI. copulavit, quod is ſit quinquageſimus ab anno MLXXVI.

XVII. *Caiimus Biamrilla* Calipha Bagadenſis, cum Caliphatum ſuſtinuiſſet annos quadraginta quatuor & aliquot menſes, obiit *anno Hegiræ* CCCCLXVII. ut prodit Elmacinus lib. 3. Hiſt. Sarac. cap. 7. qui addit, ei *Muctadim Billam* ex

*Moritur Caiimus Caliphæ Bagadenſis.*

*pus beati Petri lanceam coronamque tranſmiſit, & pro gloria triumphi ſui illuc Regni direxit inſignia, quo Principatum dignitatis ejus attinere cognovit. Quæ cum ita ſint, tu tamen in cæteris quoque a regia virtute & moribus longe diſcedens, jus & honorem ſancti Petri (quantum ad te) imminuiſti & alienaſti, dum ejus regnum a Rege Teutonicorum in beneficium (ſicut audivimus) ſuſcepiſti. Quod ſi verum eſt, qualiter gratiam beati Petri, aut noſtram benevolentiam ſperare debeas, tu ipſe, ſi juſtitiam vis attendere, non ignoras: videlicet te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animadverſione diu regnaturum, niſi ſceptrum regni quod tenes, correcto errore tuo, Apoſtolicæ non regiæ majeſtatis beneficium recognoſcas. Neque enim nos timore vel amore, aut aliqua perſonali acceptione (quantum Deo adjuvante poterimus) debitum honorem ejus, cujus ſervi ſumus, irrequiſitum relinquemus. Verum ſi hæc emendare, & vitam tuam (ut Regem decet) inſtituere, & Deo miſerante adornare volueris; proculdubio dilectionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut matris dilectus filius, & noſtram in Chriſto amicitiam plene habere poteris. Dat. Romæ quinto Kal. Novembris, Indictione xiii.*

LXXXIII. (a) Id. ib. ep. 68. At divino plane judicio (*a*) accidit, ut qui ab alio, quam a Sede Apoſtolica regnum Hungaricum accipere voluit, illud penitus perderet, ſicque cognoſceret vanam ſalutem hominum, niſi ipſe Deus adjumento mortalibus eſſet. Cum tamen Gregorius ipſe ut pater non deſtiterit, ſequeſtrem inter eos pacis accedere, prout litteræ ad eos poſtea datæ (*b*) ſignificant. Scripſit etiam (*c*) ad ejuſdem conjugem Judith Reginam filiam Agnetis Imperatricis, quam æqua ſors cum marito e regno fecit extorrem. Quam Gregorius, ejus litteris provocatus, eſt litteris pariter conſolatus, quas his attexere dignum duximus:

(b) Id. ib. ep. 7.
(c) Id. ib. ep. 44.

Greg. ad Reginam Hung. Epiſtol. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Judith Hungarorum Reginæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LXXXIV. *Multæ ac diverſæ cauſæ ſunt, propter quas intimo & ſincero cordis affectu te diligimus. Primo quoniam ex univerſalitate ſuſcepti regiminis, omnibus qui in Chriſto ſunt, debitores ſumus. Deinde quoniam clariſſimus Imperator Henricus pater tuus, & Agnes mater tua (jam nunc non humanitus, ſed Dei miſericordia cœlitus Imperatrix Auguſta) ex quo me cognoverunt, pro ſua magnitudine honorifice, & præ cæteris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filiis charitative habuerunt, & maxime quia nunc eadem mater & domina tua poſtpoſitis ſæcularibus cauſis & honoribus, & Apoſtolorum Limina tota devotione & veneratione complectitur; ex cujus quidem præſentia inter hujus ſæculi nequam perturbationes ſæpe nobis accepta ſolatia conferuntur. Præterea multum te commendat nobis tua præclara & inclyta fama, quod in tam tenera ætate inter aſperam & incognitam gentem generis tui gloriam decoraſti, quippe quæ in excelſo nata Imperio, nihil in actibus & habitudine tua, niſi decus Imperiale hactenus demonſtraſti. His, inquam, de cauſis nos, quibus fallere quemquam nefas eſt, in loco germanæ ſororis te diligimus; & ſi quid orationes noſtræ apud Deum valent, non infructuoſam erga te noſtram fore amicitiam, in Dei pietate confidimus. Scias etiam, quod de tribulationibus & anguſtiis, quas te ſuſtinere cognovimus, valde dolemus, & divinam clementiam pro quiete & lætitia tua frequenter & ſuppliciter imploramus. Et ſi quando locus aut tempus opportunitatem dederit, temporalibus quoque ſubſidiis te honorare quam maxime cupimus.*

LXXXV. *Cæterum ea quæ nunc tibi inſtat adverſitas, non te terreat, nec mentem tuæ generoſitatis deprimat; ſed ſi quid mœſtum aut grave ingruerit, vultu regalis conſtantiæ geſtuque diſſimula, & moleſtas (quas Deus avertat) cauſas naturali morum tuorum virtute patienter tolera, fiduciam, & ſpem firmam habens in Deo Salvatore noſtro, quoniam ipſi cura eſt de te, qui numquam derelinquit ſperantes in ſe: & quanto nunc animum tuum ſollicitudinibus verberari ſinit acerbius; tanto eum ex vicina & potenti virtute conſolationis ſuæ lætificabit uberius. Ipſe enim nihil ſine cauſa præcipit, nihil ſine ratione permittit, qui Regum & Imperatorum omniumque cauſarum æquus arbiter & moderator exiſtit. Verum inter omnia te id agere & ſtudere monemus, ut præclarum nomen vitæ & nobilitatis tuæ ab ineunte ætate nactum in dies amplificetur & creſcat. Quoniam integritas famæ licet præ cunctis terrarum opibus corona ſit nobilium & ignobilium; tanto tamen unicuique plus ornamenti & gloriæ tribuit, quanto eum eminentia generis altius extollit. Age ergo, ut omnibus, quæ regnum fert, & Imperium, tanto te excellentiorem oſtendas, quanto ea omnia mutari cognoſcis. Tuam vero naturam & Imperiale germen, quod in*

PAGIUS ex filio nepotem ſucceſſiſſe, eoque Caliphatum gerente Saracenos *Edeſſam* & *Antiochiam* Chriſtianis eripuiſſe.

XVIII. Meminit hoc anno Malaterra exſcenſionum a Rege Tunetano hoc anno in *Calabriam* factarum, & anno MLXXVIII. lib. 3. cap. 8. & 17. aliarum ad Nicoteram, Siciliamque. Porro Tuneti, Bugiæ, & Telemſani Reguli Saraceni ante

*Excenſiones Saracenorum in Calabriam & Siciliam.*



*in te eſt, nullis ſucceſſibus, nulliſve adverſitatibus mutari poſſe proponas. De cætero quod nos matrem tuam de cauſa tua compellare rogaſti; pro certo ſcias, nos omnia, quæ ad honorem & ſalutem tuam pertinent, & conſulendo libenter ei intimare, & perſuadendo ut fiant, Apoſtolica benigne adjutoria exhibere. Deus autem omnipotens, qui eſt mœſtorum conſolatio, infirmantium fortitudo, præſentem vobis lætitiam cito conferat, & veram æternamque gloriam ſupernæ felicitatis tribuat. Dat. Romæ quarto Idus Januarii Indictione decimatertia.* Nempe anni ſequentis exordio, ad quem veniamus.

Se-

PAGIUS ante Almorabitarum Imperium a Caliphis Ægypti pendebant. De *Almorabitis* an. MLXXVII. ſermo erit. Faſellus lib. VII. de Reb. Siculis in poſteriori Decade pag. 401. quam egregie ſeſe geſſerit *Rogerius* Roberti Guiſcardi frater in Saracenis expellendis ab oppidis, quæ in Calabria & Sicilia ceperant, pluribus refert, noſque ſuis locis præcipuas utriuſque fratris expeditiones commemoravimus.

I. Magna Synodus Romæ cogitur.

SEquitur annus Redemptoris ſeptuageſimus quintus ſupra milleſimum, decima tertia Indictione, quo ex Occidentalis orbis circumquaque provinciis ad Synodum Epiſcopis confluentibus, magnus Romæ conventus habetur. Illic judiciale forum, in quo graviſſimæ cauſæ, potiſſimum vero Epiſcoporum audirentur, diſcuterentur, atque ſummo juſtitiæ libramento judicarentur, ad nutum ipſius Romani Pontificis Gregorii aperitur: in quo Apoſtolico throno idem præſideret Antiſtes, legitimus Petri ſucceſſor, Chriſti Vicarius, qui eadem poteſtate polleret. Cum ipſe ſic divina roboratus auctoritate, & Petri excitatus voce clamantis: (a) *Tempus eſt ut judicium incipiat a domo Dei*. Ad diſpergendum de civitate Domini omnes operantes iniquitatem, in vindictam illorum accingitur: qui cum debuiſſent ex munere aliorum peccata corrigere, cæteris deformius deliquiſſent, cæci ipſi duces cæcorum, moribus Phariſei, opere Saducæi, turpitudine Nicolaitæ & avaritia Simoniaci, in quos rurſus audiat ipſe vocem clamantis: (b)

(a) 1. Pet. 4.

(b) Act. 10.

II. *Surge, occide & manduca*; dum de illis eadem, quæ olim per viſum Petro contigit, magni lintei dimiſſi cœlitus, in ejus mente verſaretur imago, in quo eſſent animalia quæque immunda, horrendaque viſu: in quorum ſimilitudinem ex ferinis moribus homines transformati ſpectaculum exhiberent intuentibus longe deformius ac terribilius: quippe quod divinis oraculis, quibus vocum proprietates ex cujuſcumque pravis affectibus efficacius exprimuntur, iidem nominati ſint vulpes, lupi, leones, ſcorpiones, genimina viperarum atque dracones. Inter quos, tamquam in cavea frementium beſtiarum idem Pontifex conſtitutus, ſic eos gladio ſpirituali conficiat, ut pura redderet ab omni immunditia vendicata. Præſtitit hoc egregie divina potentia, qua pollebat idem Gregorius Papa in hac ipſa Synodo, quam collegit. De qua antequam agamus, opus eſt, ut quæ eam præceſſerunt, geſta nimirum ab eo ante Synodum, ab anni hujus naſcentis exordio præmittamus.

III. Anni hujus initio, nempe quarto Nonas Januarii, Gregorius Papa miſit viſitatores eccleſiarum Abbatem ſancti Bonifacii Gepizonem, & Maurum ſancti Sabæ Abbatem cum Apoſtolicis litteris (c) ad quoſque Chriſti fideles. Eſt earum exordium: *Notum vobis eſt, quod ſuccreſcente nequitia &c.* Voluit autem ab iiſdem peculiariter curari eccleſias in Umbria (d) Eugubinam & Feretranam, pro quibus vidimus Petrum Damiani diutius laboraſſe: (e) Piſaurenſis quoque eccleſiæ bona per Epiſcopum diſſipata recuperare, præter alia ipſis commiſſa, ſpecialibus litteris ad eos datis.

(c) Greg. l. 2. ep. 40.

(d) Id. ep. 42.

(e) Id. ep. 45. 48.

IV. Angebat autem Gregorii animum vehementer, quod ubique terrarum Chriſtiani orbis morum perverſitas tanta inoleviſſet, in iis præſertim, qui aliis exemplo eſſe deberent, nempe Epiſcopis, ex vitio ſimoniæ, atque abominandæ luxuriæ, ut cum clerici, tum reliqui Chriſti fideles inficerentur, eoque amplius cruciabatur; quod cum in his prædeceſſores Pontifices a Leone Nono omnes ſucceſſores ſtrenue laboraſſent, nihil propemodum effeciſſent. Quamobrem ad ſæculares Principes, quos Deum timentes ſciret, deſperatione adductus ſe convertendum putavit, rogans eos, ut ejuſmodi Epiſcopos non recipiant, ſed agant, ut undique propulſentur. Extant de his datæ litteræ (f) ab eodem Gregorio hoc anno menſe Januarii ad Rudolphum Sueviæ Ducem, & Bertholdum Ducem Carentanum, in quibus hæc inter alia: *Sciunt namque Archiepiſcopi & Epiſcopi terræ veſtræ (quod & omnibus Fidelibus notum eſſe debet) quoniam in ſacris canonibus probibitum eſt, ut hi qui per ſimoniacam hæreſim, hoc eſt, interventu pretii ad aliquem ſacrorum ordinum gradum, vel officium promoti ſunt, nullum in ſancta Eccleſia ulterius miniſtrandi locum habeant; nec illi, qui in crimine fornicationis jacent, Miſſas celebrare, aut ſecundum inferiores ordines miniſtrare altari debeant. Quæ cum eos ſanctæ & Apoſtolica mater Eccleſia, jam a tempore Leonis Papæ ſæpe in Conciliis, tum per Legatos, tum per epiſtolas in ſe, & commiſſis ſibi plebibus, utpote ab antiquioribus neglecta renovare, & obſervare commonuerit, rogaverit, & accepta per Petrum auctoritate juſſerit; adhuc tamen inobedientes, exceptis perpaucis tam*

(f) Id. ep 45.

Greg. laborat pro reformatione Eccleſ.

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hiſp. MCXIII. An. Hegiræ CCCCLXVIII. inchoato die 16. Aug. fer. 1. A. C. 1075.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6568.

☉ 20. D. ☽ 12. P. 5. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1075.

GREGORII VII. PAPÆ 3.

HENRICI IV. REG. 20.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 5.



*tam execrandam conſuetudinem nulla ſtuduerunt probibitione decidere, nulla diſtrictione punire; non attendentes, quod ſcriptum eſt: (a) Quia ariolandi peccatum eſt repugnare, & quaſi crimen idolatriæ nolle acquieſcere.*

(a) 1. Reg. 15.

V. *Cum igitur illis Apoſtolica, immo ſancti Spiritus mandata ſpernentibus, & ſcelera ſubditorum criminoſa foventibus patientia, divina myſteria indigne tractari, populum ſeduci intelligimus; alio quolibet modo contra hæc vigilare nos convenit, quibus cura Dominici gregis præ cunctis incumbit. Multo enim melius nobis videtur, juſtitiam Dei vel novis reædificare conſiliis, quam animas hominum una cum legibus deperire neglectis. Qua propter ad te & ad omnes, de quorum fide & devotione confidimus, nunc convertimur rogantes vos, & Apoſtolica auctoritate admonentes, ut quidquid Epiſcopi debinc loquantur, aut taceant, vos officium eorum, quos aut ſimoniace promotos & ordinatos, aut in crimine fornicationis jacentes cognoveritis, nullatenus recipiatis. Et hæc eadem aſtricti per obedientiam, tam in Curia Regis, quam per alia loca & conventus regni notificantes ac perſuadentes (quantum poteſtis) tales ſacroſanctis deſervire myſteriis etiam vi ſi oportuerit, probibeatis &c.*

VI. Quales autem eſſent Gregorii Papæ animi æſtus ob divinum numen in perſeverantia malorum & enormium delictorum perpetratione contemptum, communicavit litteris ad fidelem amicum, virum ſanctiſſimum Hugonem Cluniacenſem Abbatem, de quo ſæpe ſuperius dictum fuit, hoc eodem tempore, nempe Januarii menſe datis, quibus cum interiora animi ipſius pandantur abdita, hic ut fiant omnibus notiora, deſcribendas eſſe putavimus; ſic ſe habent: (b)

(b) Id. ep. 49.

Quæ Greg. Papa patiatur ob damna Eccl. Cathol.

*Si poſſet fieri, optarem te pleniter ſcire, quanta tribulatio me anguſtat, quantuſque labor quotidie innovatus fatigat, & accreſcens valde perturbat; ut ſecundum tribulationes cordis mei fraterna compaſſio mibi te flecteret, & in profuſione lacrymarum coram Domino cor tuum effunderet, ut pauper JESUS, per quem omnia facta ſunt, & qui omnia regit, manum porrigeret, & ſolita pietate miſerum liberaret. Ego enim ſæpe illum rogavi prout ipſe dedit, ut aut me da præſenti vita tolleret, aut matri communi, nempe Eccleſiæ, per me prodeſſet; & tamen de magna tribulatione adhuc non eripuit, neque vita mea prædictæ matri, cujus me catenis alligavit (ut ſperabam) profuit. Circumvallat enim me dolor immanis & triſtitia univerſalis, quia Orientalis Eccleſia inſtinctu diaboli a Catbolica Fide deficit, & per ſua membra ipſe antiquus boſtis Chriſtianos paſſim occidit, ut quos caput ipſe diabolus ſpiritualiter interficit, ejus membra carnaliter puniant, ne quando divina gratia reſipiſcant.*

VII. *Iterum cum mentis intuitu partes Occidentis, ſive Meridiei, aut Septemtrionis video, vix legales Epiſcopos introitu & vita, qui Chriſtianum populum Chriſti amore, & non ſæculari ambitione regant, invenio; & inter omnes ſæculares Principes, qui præponant Dei bonorem ſuo, & juſtitiam lucro, non cognoſco. Eos autem, inter quos babito, Romanos videlicet, Longobardos, & Nortbmannos (ſicut ſæpe illis dico) Judæis & Paganis quodammodo pejores eſſe redarguo. Ad me ipſum cum redeo, ita me gravatum propriæ actionis pondere invenio, ut nulla remaneat ſpes ſalutis, niſi de ſola miſericordia Chriſti. Nam ſi non ſperarem ad meliorem vitam, & utilitatem ſanctæ Eccleſiæ venire, nullo modo Romæ, in qua coactus, Deo teſte, jam a viginti annis inbabitavi, remanerem. Unde fit, ut inter dolorem, qui quotidie in me renovatur, & ſpem, quæ nimis, beu, protenditur; mille quaſſatus tempeſtatibus, quoquomodo moriens vivo; & eum qui me ſuis alligavit vinculis, & Romam invitum reduxit, illicque mille anguſtiis præcinxit, expecto. Cui frequenter dico: Feſtina, ne tardaveris; accelera, ne moreris; meque libera amore beatæ Mariæ ac ſancti Petri.*

VIII. *Sed quia non eſt pretioſa laus, neque ſancta oratio cito impetrans in ore peccatoris; cujus eſt vita laudabilis & actio ſæcularis, precor, exoro, rogo, ut eos qui merentur audiri pro vitæ meritis, vigilanti cura rogites, ut pro me Deum exorent ea charitate, eaque dilectione, qua debent univerſalem diligere matrem. Et quia utraque manu debemus uti pro dextera ad comprimendam impiorum ſævitiam oportet nos, quandoquidem non eſt Princeps, qui talia curet, religioſorum tueri vitam: fraterna te monemus charitate, ut in quantum potes, vigilanti ſtudio manum præbeas, eos monendo, rogando, exbortando, qui beatum Petrum diligunt, & ſi vere illius volunt eſſe filii, & milites; non babeant illo chariores ſæculares Principes, quia illi miſera & tranſitoria vix tribuunt; iſte vero beata & æterna, a cunctis peccatis ſolvendo promittit, & in cœleſtem patriam poteſtate ſibi tradita perducit. Volo quidem luce clarius intelligere, qui revera ſint illi fideles, & qui eumdem cœleſtem principem non minus pro cœleſti gloria diligunt, quam eos, quibus pro ſpe terrena & miſera ſubiiciuntur. Datum Romæ xj. Kal. Feb. Indictione xiii.* Iſta Gregorius vallatus anguſtiis, cum immineret jam pondus celebrandæ Synodi, in qua judicia

cia eſſent magni momenti tractanda.

IX. Ad Reg. Aragon. litteræ. (a) *Greg. l. a. ep. 50.*

Antequam autem indictæ Synodi tempus adeſſet, eodem Januarii menſe ad Sancium Aragoniæ Regem ſcripſit, (*a*) ea ſcilicet occaſione, quod Sancius Aragonenſis Epiſcopus Romam veniſſet, petere miſſionem ab Epiſcopatu ob graves corporis infirmitates, proponens alios vita & moribus laudatos homines deligendos, & ordinandos: quos ita repertos, ſed ex concubina natos reſpuit Gregorius, qui Coadiutorem dari Epiſcopo conſentit magis, quam penitus dimittere Epiſcopatum.

Ad Reg. Daniæ litteræ. (b) *Id. ep. 51.*

Eadem quoque die ad Svenonem Daniæ Regem pariter litteras (*b*) dedit, ea videlicet prævia occaſione, quod cum Legati ab Apoſtolica Sede ad eum miſſi ob tumultus bellicos in Saxonia concitatos, haud valuerint Daniam penetrare, ſed neceſſitate compulſi Romam reverſi eſſent; his litteris ejus explorat fidem, ſi opportuno tempore adverſus Eccleſiæ hoſtes paratus eſſet auxilium ferre, eidemque provinciam quamdam ab hæreticis in Italia poſſeſſam offert occupandam. Porro commendatur Regis hujus obedientia erga ſanctam Eccleſiam,
(c) *Id. l. 5. ep. 10.* piumque religionis cultum in litteris (*c*) poſt mortem ejus datis ad ejus filium ſucceſſorem. Agit iiſdem litteris, & aliis
(d) *Id. poſt. ep. 75.* hoc anno datis (*d*) de coſtituenda ſede metropolitana in Dania, quod poſtea ſub ejus ſucceſſore Erico impletum eſt, ut ſuo loco dicetur.

X. Synodus Romana hoc anno habita.

His ab eodem Gregorio ad Reges longe poſitos ſcriptis, atque aliis pertractatis, advenit indictæ Synodi tempus indictum, primæ hebdomadæ Quadrageſimæ. Cujus quidem Acta ſigillatim conſcripta periere, eorumque ſumma brevis tantum nobis relicta eſt in eodem epiſtolarum ejus volumine verbis iſtis expreſſa: (*e*)

(e) *Id. l. 2. poſt ep. 52.*

*Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimoquarto.* (Ita non a Natali Domini, ſed a die Annuntiationis Virginis, & Incarnationis Verbi, numerans annos, ut dictum eſt ſuperius) *Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ, ſecundi;* Tertius autem incipit hoc anno die xxii. Aprilis *Indictione decimatertia celebravit ipſe dominus Gregorius Papa Romæ Synodum a ſexto* Kalen. *Martii uſque ad pridie Kal.* * *præteriti menſis.* (* ſequentis) *Ubi interfuit Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum multitudo, atque diverſi ordinis clericorum & laicorum copia. In qua inter cætera decreta, quæ ibi geſta ſunt, quinque de familia Regis Theutonicorum, quorum conſilio Eccleſiæ* * *venduntur,* (* vendebantur) *a liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſeparavit, ita ut ſi ab inde uſque ad Kal. Junii Romam non venirent, & ſatisfacerent, excommunicati haberentur. Philippus Rex Francorum, ſi Nuntiis Papæ ad Gallias ituris de ſatisfactione ſua & emendatione ſecuritatem non fecerit, habeatur excommunicatus.*

*Liemarum Bremenſem Archiepiſcopum pro inobedientia ſuperbiæ ſuæ ab Epiſcopali officio ſuſpendit, & a corpore & ſanguine Domini interdixit. Guarnerium Strazburgenſem ab Epiſcopali & ſacerdotali officio ſuſpendit, Henricum Spirenſem ſuſpendit, Herimannum Bambergenſem, ſi ante Paſcha non venerit ſatisfacturus, ſimiliter ſuſpendit. Item in Longobardia Guillelmum Papienſem, & Cunibertum Taurinenſem ſuſpendit. Dionyſium Placentinum depoſuit, Robertum Ducem Apuliæ jam anathematizatum, & Robertum de Loritello invaſores bonorum ſancti Petri excommunicavit.* Hucuſque ibi de ſynodalibus Actis. XI.

Extant vero de iiſdem Actis aliquot ejuſdem Gregorii epiſtolæ, nimirum de Dionyſii Placentini Epiſcopi depoſitione, (*f*) epiſtola ad Placentinam Eccleſiam data. De ſuſpenſione Herimanni Epiſcopi Bambergenſis (*g*) epiſtola ad Eccleſiam Bambergenſem, ad Sigefridum Archiepiſcopum Moguntinum, (*h*) nec non ad ipſum Henricum Regem, in qua iſta de ipſo: *Simoniacus enim ille Herimannus dictus Epiſcopus, hoc anno ad Synodum Romanam vocatus venire contempſit. Sed cum propius Romam acceſſiſſet, in itinere ſubſtitit, & præmittens nuntios ſuos cum copioſis muneribus, noto* XII.

(f) *Greg. l. 2. ep. 54.*
(g) *Id. ep. 76.*
(h) *Id. l. 3. ep. 3.*

PAGIUS

I. *Synodus Romana II. adverſus Inveſtituras coacta.*

**A** Num. X. ad XXI. Habita hoc anno ſecunda Synodus Romana a Gregorio VII. cujus Acta ſigillatim conſcripta periere, eorumque tantum ſumma brevis a Baronio num. X. recitata nobis relicta eſt. In ea Synopſi nulla *Inveſtiturarum* mentio, ſed eas in ſecundo Concilio Romano primum prohibitas, certo eruitur ex Epiſtola X. libri tertii Decreti Gregoriani, ad Hericum Regem, *Romæ ſexto Idus Januarii indict. XIV. data*, & a Baronio anno MLXXVI. num. II. & ſeqq. recitata. Ibidem enim apud Baronium num. V. Pontifex ait: *Congregata in hoc anno apud Sedem Apoſtolicam Synodo, cui nos ſuperna diſpenſatione præſidere voluit,* &c. *videntes ordinem Chriſtianæ Religionis multis jam labefactatum temporibus,* &c. *ad Sanctorum Patrum decreta, doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil adinventione noſtra ſtatuentes; ſed primam & unicam Eccleſiaſticæ diſciplinæ Regulam, & tritam Sanctorum viam, relicto errore repetendam, & ſectandam eſſe cenſuimus. Neque enim alium noſtræ ſalutis & æternæ vitæ introitum Chriſti ovibus, eorumque Paſtoribus patere cognoſcimus, niſi quem ab ipſo monſtratum, qui dixit: Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſalvabitur, & paſcua inveniet; & ab Apoſtolis prædicatum, & a ſanctis Patribus obſervatum, in Evangelica & in omni divinarum Scripturarum pagina didicimus. Hujus autem decreti, quod*



Herimannus Archiep. Bamb. deponitur.

*to ſibi artificio innocentiam noſtram & confratrum noſtrorum integritatem pactione pecuniæ attentare, atque ſi fieri poſſet, corrumpere molitus eſt. Quod ubi præter ſpem evenit, jam de damnatione ſua ſecurior, feſtinanter retroceſſit, & blandis, fallacibuſque promiſſis clericorum, qui ſecum erant, animas lactans, ajebat ſe ſi patriam repedare poſſet, ab Epiſcopatu ceſſaturum, & monaſticæ vitæ profeſſionem ſubiturum. Quam ſponſionem qualiter impleverit, celſitudinem tuam, fili chariſſime, non latet. Quin etiam temeraria ulterius progreſſus audacia, clericos Eccleſiæ ſuæ ſalutem & honorem quærentes bonis ſuis deſpoliavit, & niſi eum tua (ut audivimus) regalis potentia refregiſſet, penitus confudiſſet. His exceſſibus diligenter conſideratis, ab Epiſcopali eum atque ſacerdotali officio dejecimus,* &c. Extant & aliæ eodem
(a) *Id. ep. 1.* argumento ab eodem Gregorio ſcriptæ litteræ ad Clerum (*a*) populumque Bam-
(b) *Id. ib. 4. ep. 7.* bergenſem, & ad Henricum (*b*) Regem rurſum, ut alium in locum ipſius ſubrogandum curaret.



XIII. Herimannus pœnitens Romam venit.

Porro totam hanc hiſtoriam de Herimanni Bambergenſis Epiſcopi excommunicatione, & ab Epiſcopatus & ſacerdotii depoſitione fuſius eſt proſequutus Lambertus hoc anno; de quo & ad poſtremum poſt enarratas ab eo ſæpius iteratas adverſus juſſa Apoſtolicæ Sedis inobedientias & contumacias hæc habet ſub eodem anno: *Herimannus Babenbergenſis Epiſcopus, comperto, quod alius in locum ejus ſubrogatus eſſet Epiſcopus, cum omnis jam ei ſpes adempta eſſet recuperandæ deinceps dignitatis ſuæ, nec ad eludendam Romani Pontificis ſententiam ullum ultra pateret diverticulum; in monaſterium, cui nomen eſt Suarza, ſeceſſit, ibique ſub Eggeberto Abbate ſanctæ converſationis habitum ſuſcepit; ſtatimque aſſumpto ſecum eodem Abbate ſuo Romam profectus eſt. Cum de inobedientia ſua humiliter apud Sedem Apoſtolicam pœnitentiam egiſſet, & anathemate liberatus,*



PAGIUS

*quod quidam dicunt, humanos divinis honoribus præponentes, importabile pondus, & immenſam gravitudinem: nos autem magis proprio vocabulo recuperandæ ſalutis neceſſariam veritatem vocamus, & lucem, non ſolum a te, vel ab his, qui in regno tuo ſunt, ſed ab omnibus terrarum Principibus & populis, qui Chriſtum confitentur, & colunt, devote ſuſcipiendam & obſervandam adjudicamus. Quanquam hoc multum deſideremus, & te permaxime deceret, ut ſicut ceteris gloria & honore virtuteque potentior, ita eſſes & in Chriſti devotione ſublimior,* & cetera ibidem legenda. [1]

II. *Primum decretum contra inveſtituras.*

Baronius anno tantum MLXXVII. num LX. & ſeqq. de laicorum *Inveſtituris* loqui incipit, ſed *Gregorium VII* earum uſum in Concilio Romano II. prohibuiſſe, non tantum ex laudata Epiſtola; ſed etiam ex Chronico Virdunenſi, cujus Auctor hoc tempore vivebat, conſtat. Hic quidem in anno decipitur, & Labbeum Tom. X Concil. ac alios quoſdam, qui hanc Inveſtiturarum prohibitionem ad Synodum Romanam primam referunt, in errorem traxit; ſed cum quæ de Concilio Romano narrat Baronius, neque ad primum, neque ad tertium, neque ad ſubſequentia pertinere poſſint, ea ad ſecundum ſpectare indubitatum eſſe debet. Hugo itaque Flaviniacenſis in Chronico Virdunenſi ad annum MLXXIV. de Gregorio VII. ſcribit: *Quia vidit hoc Sanctorum Patrum adverſari decretis, ut in canonica electione Epiſcopi prævaleret donum Regis; imo multoties ipſam electionem immutaret, vel potius irritam faceret: eodem anno* (imo anno MLXXV) *in Rom. Synodo quinquaginta Epiſcoporum, conſidente Presbyterorum & Abbatum multitudine, juxta decreta Pontificalia, & inſtitutiones canonicas, ne hoc amplius a quoquam præſumeretur, prohibuit ſub interminatione anathematis decretum faciens in hæc verba.* „Si quis deinceps Epiſcopatum vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei ut Epiſcopo vel Abbati audientia concedatur. Inſuper etiam gratiam beati Petri & introitum Eccleſiæ interdicimus, quoad uſque locum, quem ſub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod eſt ſcelus idololatriæ, cepit, deſeruerit. Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. Item ſi quis Imperatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet ſecularium poteſtatum, aut perſonarum Inveſtituram Epiſcopatus vel alicujus Eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerint, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe adſtrictum ſciat.

III. *Prioribus Conciliis conforme.*

*Secutus autem eſt in hoc Patrum exempla, licet jam per multa annorum curricula damnabilis hæc conſuetudo inoleviſſet, & in uſum converſa eſſet. Dicitur enim in VII. univerſali Synodo a V. Patriarchis & CCCL. Patribus ſub Hadriano Papa habita, cap. III.* Omnis electio Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi, a Principibus facta, irrita maneat: ſecundum Regulam quæ dicit: „Si quis Epiſcopus ſecu-

NOTÆ [1] **H**Oc anno Romæ Synodus habita ut ipſe pariter Baronius cum Pagio hic admittit. Menſem & diem nemine eorum indicante definire hic juvat erutum ex epiſtola quadam Gregorii Papæ ad viros quoſdam Bambergenſes, qui res Bambergenſis epiſcopi Herimanni invaſerant, vulgata a Lunig Spicileg. Eccleſ. Continuat. III. pag. 138. Datæ ſunt literæ illæ *in Synodo XIII. Kal. Mar. Indictione XIII.* hoc nempe anno 1075. Porro ad eam Synodum accitus Herimannus ille Bambergenſis ut ab objecta de Simonia accuſatione ſe purgaret, venire quidem ſimulavit; ſed cum prope Urbem perveniſſet, ſubſtitit, & pecunia ſubmiſſa emere ſibi ſuffragia Patrum, ſed fruſtra tentavit. Re intellecta patres illum a ſede removerunt. Conſtant hæc ex variis Gregorii epiſtolis ibidem legendis. MANSI

*tus, & ſacerdotalis miniſterii, præter pontificalem dignitatem, denuo licentiam eſt conſecutus.* Hæc Lambertus.

Henric. Epiſc. Spirenſis damnatus divina ultione percuſſus. XIV.

Idemque de Spirenſi Epiſcopo, quem vidiſti hoc anno Romæ in Synodo fuiſſe ſuſpenſum, agens, hoc eodem anno finem videndi feciſſe, terribili Dei judicio morte præventum, narrat his verbis:

*Henricus Spirenſis Epiſcopus, cum jam theſauros Eccleſiæ Spirenſis pene omnes puerili levitate dilapidaſſet, & prædia militibus ſuis in beneficium erogaſſet, tempore Henrici Tertii Imperatoris, & tantum, ut vix in dimidium annum ſumptus ei ex redditibus Eccleſiæ miniſtrari poſſent, inopinata morte ſubtractus eſt. De cujus obitu dignam memoria viſionem vidit clericus quidam, qui ei defuncto protinus in Epiſcopatum ſucceſſit, nomine Huzmannus. Putabat ſe in choro Spirenſi cum Epiſcopo & cæteris clericis ſtare. Et ecce ingrediebantur chorum tres viri, unus exacta ætate, canicie veneranda, duo juvenes, tamquam in obſequium ſenioris deſtinati. Cumque in medio chori aliquamdiu taciti conſtitiſſent, ait ſenior his, qui circa ſe erant juvenibus: Quid tardatis, quod vobis juſſum eſt explere? At illi: tuum,* inquiunt, *pater eſt, primo adverſus eum dictare ſententiam; & nos ſine dilatione quidquid judicaveris, exequemur. Et ille: Propter multa,* inquit, *mala quæ in locum hunc, & in ſanctam Dei Genitricem operatus eſt, egreſſa eſt a Deo ſententia, ut interficiatur. Ad hanc vocem corripientes Epiſcopum decollaverunt, & truncum in ligno Crucis, quod in eadem Eccleſia in ſublime elatum ſtabat, ſuſpenderunt. Cumque mane facto, clericus nimio horrore concuſſus Epiſcopo ſomnium retuliſſet, viſus eſt ei quaſi deliramenta loqui; & propter ſoſpitatem corporis ſui, optimeque conſtantem omnibus membris vigorem ſuum, nullum tam e vicino imminentis exitii ſenſum admiſit. Et ecce ſeptimo dehinc die, cum ad veſpertinalem ſynaxim cum Fratribus in choro ſtaret; ſenſit repente parvulam ſibi inſtar puncti puſtulam in collo excreſcere, qua paulatim in immenſum intumeſcente, ante mediam noctem defunctus eſt.* Hæc de exitu Spirenſis Epiſcopi, qui dum Sedis Apoſtolicæ judicium ſubterfugit, putans ſic eum ſua abſentia eludere poſſe, in terribile Dei judicium incurrit.

XV.

Ut autem ad Synodum redeamus, compoſitas illic fuiſſe diſcordias inter Pragenſem Epiſcopum & Moravienſem, declarant litteræ (*a*) ejuſdem Gregorii Papæ, immo decretum ejuſdem ſententiæ, ibidem auctoritate Apoſtolica promulgatæ. Incipit: *Quoniam ad memoriam &c.* Scribens (*b*) idem Gregorius Papa ad Patriarcham Aquilejenſem, quæ præcipue in eadem Synodo fuerint conſtituta, immo repetita, quæ in aliis ſæpe ſuperius Conciliis erant promulgata, his verbis ſignificat: *Fraternitatis tuæ prudentiam latere non debet, neque*

*tui*

(*a*) Greg. l. 2. ep. 53.
(*b*) Id. ep. 62.

PAGIUS

„ cularibus poteſtatibus uſus Eccleſiam per „ ipſos obtinuerit, deponatur & ſegregetur, „ omneſque qui illi communicant. *Item in VIII.* „ *univerſali Synodo habita a V. Patriarchis,* „ *ſub Nicolao I. Pontifice, cap....* Promotio„ nes vel conſecrationes Epiſcoporum concor„ dans prioribus Conciliis hæc ſancta & uni„ verſalis Synodus electione & decreto Epiſ„ coporum fieri conſtituit, & ſtatuit atque „ promulgavit, neminem laicorum Principum „ & Potentum, ſemet inſerere electioni, vel „ promotioni Patriarchæ vel Metropolitæ, „ aut cujuſlibet Epiſcopi, ne inordinata hinc „ & incongrua fiat confuſio vel contentio; „ præſertim cum nullam in talibus poteſtatem „ quemquam poteſtativorum laicorum habere „ conveniat, ſed potius ſilere, & attendere „ ſibi uſquequo regulariter a Collegio Eccle„ ſiæ ſuſcipiat finem electio futuri Pontificis. „ Si quis vero Laicorum ad concertandum „ & cooperandum invitatur ab Eccleſia, li„ cet hujuſmodi cum reverentia obtemperare „ aſciſcentibus. Quiſquis autem ſæcularium „ Principum & Potentum, vel alterius digni„ tatis laicus, adverſus communem & conſo„ nantem atque canonicam electionem Eccleſia„ ſtici ordinis agere tentaverit, anathema ſit, „ donec obediat & conſentiat.

IV. *Hugo Ep. Dienſis in Galliam adverſus Simoniacos Legatus.*

*Item ex Concilio Antiocheno cap....* Si quis Presbyter vel Diaconus per ſecularem dignitatem, Eccleſiam Dei obtinuerit, dejiciatur, & ipſe & ordinator ejus a communione modis omnibus abſcindatur, & ſint ſub anathemate, ſicut Simon Magus a Petro. *In electione igitur & conſecratione domini Dienſis* (Hugonis nempe, de cujus ordinatione antequam de Concilio Romano loqueretur, egerat) *evidenter oſtenditur operata divinitas, quia per hanc occaſionem ſancta Dei Eccleſia ſub Papatu domini Gregorii multis retro annis obnubilata electionis Eccleſiaſticæ ſplenduit veritas. Videant igitur viri cordati, quid juris Imperatoribus, Regibus, & Principibus in electione Pontificis reſervetur. Commiſit autem ei vices ſuas in Gallia* [1] (nempe Hugoni Epiſcopo Dienſi) *ubi plurimum ſimoniæ ſerpebat peſtis ini-*

*qua*

NOTÆ [1] SUſpicor Hugonem hunc antequam legati munere auctus in Galliam veniret, eo ante aliquot annos nondum Epiſcopum Dienſem conſtitutum veniſſe Apocriſarium S. R. E. ad gerenda ejus in Gallias negocia; Nam ipſe in Epiſtola ad Rudulfum Turonenſem apud Baluzium Miſcell. t. VI. pag. 411. nec Legatum ſe, nec Epiſcopum Dienſem appellat. Quæ ſi admittantur, forte ab Alexandro Gregorii deceſſore miſſus fuit, nam Epiſcopus Dienſis anno primo Gregorii renunciatus fuit. MANSI



Decretum adverſum fornicarios Clericos.

*tui ordinis dignitatem ignorare oportet, quæ ſtatuta, quæque decreta in peracto Concilio præteritæ Quadrageſimæ conſilio confratrum noſtrorum, ac totius conventus aſſenſu, ſequentes ſanctorum Patrum auctoritatem, ſtatuimus. Decrevimus enim, quod ſi quis eorum ordinum, qui ſacris altaribus miniſtrant, presbyter ſcilicet, diaconus, & ſubdiaconus uxorem, vel concubinam habet, niſi illis omnino dimiſſis, dignam pœnitentiam agant, ſacris altaribus penitus miniſtrare deſinant, nec aliquo Eccleſiæ beneficio ulterius potiantur, ſive potitis fruantur. Qui vero ſimoniace, videlicet per interventum pecuniæ ſunt promoti, ut abſque ulla ſpe recuperationis deponantur, Apoſtolica cenſura ſtatuimus.*

XVI. Decretum de Simoniacis.

Quæ ſancita in Synodo curavit idem Gregorius per univerſum Occidentalem orbem promulganda, de his ſcribens (ut dictum eſt) ad eumdem (*a*) Aquilejenſem Patriarcham, ad (*b*) Colonienſem Archiepiſcopum S. Annonem, ad Burchardum Halberſtadenſem Epiſcopum; inſuper ad Wezelinum (*c*) Epiſcopum Magdeburgenſem. Ipſos vero primarios Germaniæ Archiepiſcopos, nempe Colonienſem, (*d*) ac Moguntinum, (*e*) ad eoſdem ſcribens, mandat ob eamdem cauſam una cum ſubjectis ſibi Epiſcopis Synodos congregare, & quæ Romæ ſtatuta ſunt, de continentia clericorum, potiſſimum agere, ac de corrigenda ſimoniaca pravitate. Quod autem pertinet ad Colonienſem, longa ægrotatione laboraſſe, atque demum hoc eodem anno defunctum eſſe, ex Lamberto, atque vita ipſius fideliter ſcripta apparet. De Moguntino autem idem auctor, ipſum hoc anno pro cauſa Bambergenſis Epiſcopi primum Romam veniſſe, eumdemque vix ad communionem a Gregorio Papa acceptum eſſe, eo quod eumdem Epiſcopum ſimoniacum ordinaſſet. Demum vero accepto præcepto ejuſdem Pontificis de Synodo congreganda, eidem paruiſſe, ſed nihil penitus profeciſſe; de qua Synodo hæc ipſe Lambertus:

(*a*) Id. ep. 67.
(*b*) Id. ep. 66.
(*c*) Id. ep. 68.
(*d*) Id. ep. 67.
(*e*) Id. l. 3. ep. 4.

XVII. Concil. Moguntinum in quo concubinarii prævalent.

*Synodum autem hoc eodem anno menſe Octobri Moguntiæ congregavit, ubi inter alios Epiſcopos, qui convenerant, aderat Curienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis litteras & mandata deferens, quibus ei ſub interminatione gradus, & ordinis ſui præcipiebat, ſicut antea quoque multis legationibus præceperat, ut preſbyteros omnes, qui intra ſuam diœceſim eſſent, cogeret aut in præſentiarum conjugibus renuntiare, aut ſe in perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes, qui undique aſſidebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis geſtu in eum debacchabantur, ut ſe vita comite e Synodo diſceſſurum deſperaret. Sic tandem rei difficultate ſuperatus, ſtatuit ſibi deinceps tali quæſtione omnino ſuperſedendum, & Romano Pontifici relinquendum, ut cauſam, quam ipſe toties inutiliter propoſuiſſet; ille per ſemetipſum quando & quomodo vellet, peroraret.* Hæc Lambertus: qui & verſipellem hominem fuiſſe eumdem Sigefridum Archiepiſcopum Moguntinum oſtendit, dum docet, eumdem uſum vel abuſum potius auctoritate Apoſtolicæ Sedis ad commodum Regis, non autem ad utilitatem periclitantis Eccleſiæ, ut cum armavit milites detrectantes adverſus miſeros Thuringios, & concitavit illos adverſus eos auctoritate male præſumpta Apoſtolicæ Sedis. Sic namque rem accidiſſe idem auctor narrat hoc anno:

*Rex*



PAGIUS

*qua: quia perrari illic erant, qui non eſſent ſimoniaci, aut a ſimoniacis ordinati, aut per manum laicam inveſtiti. Plurimum illi inculcans, poteſtate data non abuti, quo minus depravata corrigeret, damnanda recideret, ſancta & honeſta doceret, & docenda faceret. Scripſit & ad Prælatos Gallicanarum Eccleſiarum, quæ ſunt juris ſancti Petri, Epiſtolam pro ſuo cenſu debito beato Petro.* Recitat ibidem Chronographus eandem Epiſtolam, quæ in Decreto Gregoriano & Tom. X. Concil. non extat, in qua ait: ſe eundem *Hugonem* in Gallias vices ſuas executurum mittere.

V. *Præfatum Decretum Concilio Rom. II. Anſelmus Lucenſis tribuit.*

Tertio Sanctus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus in lib. 2. contra *Vuicbertum* & ſequaces ejus, poſtquam enumeravit mala, quæ ex damnabili illa conſuetudine proveniebant, ait: *His tantis cladibus, quæ contingunt ex præfatis promotionibus, Gregorius VII. obviare cupiens, Romana Synodo quinquaginta Epiſcoporum, conſidente Presbyterorum & Abbatum multitudine, per omnia ſanctis præfatis Patribus conſonantia decreta ſtatuit, dicens: Si quis deinceps Epiſcopatum vel Abbatiam,* & cætera mox ex Chronico Virdunenſi deſcripta uſque ad hæc verba, *ejuſdem ſententiæ vinculo ſe adſtrictum eſſe ſciat.* Anſelmus autem teſtis oculatus fuit.

VI. *Inveſtituras hoc anno prohibitas magis probatur.*

Quarto Arnulphus hujus temporis Hiſtoricus lib. 4. cap. 3. de iis loquens, quæ paulo ante ſecundum urbis Mediolanenſis incendium, exeunte Martio hujus anni excitatum, contigere, Inveſtituras jam prohibitas fuiſſe, his verbis docet: *Præterea Cæſar Henricus adoleſcens jam factus, ut vidit ſuæ florem potentiæ hoc modo paulatim creſcere, cum ſuis Concilio ſtudet hujus* (nempe Sancti Herlembaldi) *ac Romani præſidis obſtare conatibus. Dominabatur tunc temporis Apuliæ Princeps Magnus Robertus ille Normanniæ. Inter hunc & Regem, dum ſub hac re diſcurrerent nuncii; præfatus Papa habita Romæ Synodo* (ſcilicet ſecunda Romana) *palam interdicit Regi jus deinde habere aliquod in dandis Epiſcopatibus; omneſque laicas ab Inveſtituris Eccleſiarum ſummovet perſonas; inſuper facto anathemate, cunctos Regis clamat Conſiliarios, id ipſum Regi comminatus, niſi in proximo huic obediat conſtituto.* Hoc primum contra *Inveſtituras* Decretum, in poſterioribus Synodis Romanis confirmatum; *Gregorius* VII. œconomia erga Henricum Regem primum

uſus

XVIII. Deteſtabile facinus Sigefridi Archiepiſc. Mogunt.

*Rex ipſe quamplurimum verebatur, ne miles in irritum fuſus: ſanguinis pœnitens, religionis obtentu deinceps militiam detrectaret, quam ſine peccato & gravi offenſa Dei adminiſtrare non poſſet: peſſimæ rei peſſimum exemplum Moguntinus Archiepiſcopus remedium adhibuit. Collato cum paucis familiaribus Regis conſilio, repente proceſſit in publicum, & Principes Thuringiæ nec canonice ad Synodum vocatos, nec ſynodalia audientia ſecundum Eccleſiaſticas leges diſcuſſos præcipiti ſententia excommunicavit, ea ſcilicet cauſa, quod eum anno priore Erfordiæ, cum ad exigendas decimas aſſediſſet, diſtrictis gladiis intra Eccleſiam impetiſſent. Et ne quis ei forte hoc crimini daret, quod contra canonum ſcita miſeros homines tam inexplicabilibus negotiis ad præſens implicitos tam iniquo tempore adortus fuiſſet, quando tantis undique procellis bellorum jactati, non cauſis dicendis vacare, ſed vitam ſuam fuga vel armis ſervare neceſſe haberent; ait a Romano Pontifice ſibi hoc permiſſum eſſe, ut abſque legitimis induciis, abſque legitima diſcuſſione, die quo ſibi occurreret, eos juſto anathemate ab Eccleſia recideret. Nullum tamen ſapientem latere potuit, quo potiſſimum ſpectaret hoc factum, eo ſcilicet; ut exercitus Regis promptior deinceps fidentiorque adverſus eos bellum gereret, de quorum occiſione, ſi poſt excommunicationem occiſi fuiſſent, putaret ſe nec peccatis obnoxium fore, nec pœnis, quas leges Eccleſiaſticæ ſtatuunt homicidis.* Hæc Lambertus.

XIX. Cæterum longe abeſt, ut Gregorius æqui obſervantiſſimus & amantiſſimus hoc ipſi dederit in mandatis, cum ex litteris ejus appareat etiam, quod adverſus quoſcumque contumaces & perditiſſimos homines voluerit omnia juris remedia & auxilia integra conſervari, atque etiam legibus non conceſſa præſidia indulgeri, reos etiam quam juſtiſſime condemnatos ad veniam invitari, prout intelliget, qui ejus epiſtolarum volumen perlegerit. Sed quam non recto pede tunc inceſſerit Moguntinus, quæ ſuis locis inferius dicturi ſumus, aperient.

Sed redeamus rurſus ad eamdem, de qua ſuſceptus eſt ſermo, Romanam Synodum hoc anno a Gregorio habitam. Liquet in ea quidem, omnes in Regem a Saxonibus illatas accuſationes jam a temporibus Alexandri Papæ prædeceſſoris ipſius & iterum repetitas, eſſe relictas obvolutas ſilentio, optans Gregorius, iſta omnia abſque tumultu componi, Regemque in meliorem frugem ſperans poſſe reduci; cujus rei cauſa & manifeſta ejus crimina de venditione Epiſcopatuum & Abbatiarum, de quibus frequenter adeo fuerat infamatus, & depoſitione ordinatorum ſimoniace Epiſcoporum convictus, æque paſſus eſt in miniſtros ejus, illos quinque conſiliatores ejuſmodi nundinationum tantum converti, eximi vero Regem; ſicque eorum condemnatione, intelligi in eos translatam culpam eſſe, Regemque videri purgatum. Quem & ſuis litteris idem Gregorius lenius attrectabat, laudans potius, quam arguens, ita ſperans poſſe ejus animum demereri, ad amorem allicere, & ad bona cuncta pertrahere. Nam accipe de his exemplum, ex ejus litteris ad Regem ipſum hoc anno (a) ſcriptis acceptum, ipſo earum exordio ſic dicens: Cur excommunicati tantum miniſtri regis.

(a) Greg. l. 3. ep. 3. Greg. erga Regem benignus.

XX. *Inter cætera bonarum virtutum opera, fili chariſſime, ad te quæ meliorationis ſtudio aſſurgere, fama referente, audivimus: duobus te modis ſanctæ matris tuæ, Romanæ Eccleſiæ ſcilicet, eminentius commendaſti: in altero quidem, quia ſimoniacis viriliter reſiſtis; in altero, quia clericorum caſtitatem, utpote ſervitorum Domini & libenter approbas, & efficaciter deſideras adimplere. Quibus de cauſis*

PAGIUS

uſus eſt; ſed cum ab eo obtinere non poſſet, ut ab illa ſubverſione canonum, Eccleſiaſticæque libertatis oppreſſione deſiſteret, *Inveſtiturarum* uſum ſub anathemate damnavit, ſuumque Decretum, quantum in ſe fuit, executioni mandari curavit.

VII. *Secundum incendium Mediolanenſe.*

Porro Urbem Mediolanenſem, quæ jam anno MLXXI. conflagrarat, novo incendio afflictam fuiſſe, docet Arnulphus lib. 4. cap. 4. Verſibus illud deſcriptum fuerat ad portam antiquæ Baſilicæ Stephanianæ, hoc ſæculo everſæ, quos Puricellus cap. 51. in Vita Herlembaldi conſervavit, notavitque in eorum fine hos characteres Chronologicos extitiſſe: *Anno dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo quinto, indictione decima tertia, tertio Kalendas Aprilis, feria ſecunda*, ideoque hoc Chriſti anno, quo feria II. in diem XXX. Martii incidit. Quam inſcriptionem confirmat Arnulphus, qui ait, incendium contigiſſe *ſecunda Hebdomadis Authenticæ feria*, ſeu, ut nunc loquimur, feria ſecunda majoris Hebdomadæ.

VIII. *Decretum in Synodo Rom. II. adverſus Sacerdotes fornicarios editum.*

Denique de ſecunda hac Synodo Romana Marianus Scotus ad annum MLXXV. habet: *Plures Clerici ſub ſententia interdicti Apoſtolici libentius eſſe voluerunt, quam fœminis & uxoribus carere; ſed ut vel per alios caſtigarentur, decrevit Papa Synodica legatione etiam hoc anno, ut nullus Chriſtianus audiret Miſſam conjugati Presbyteri.* Gregorii Decretum hanc in rem latum Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt. Reg. Angl. ad annum MLXXV. refert: *Gregorius Papa qui & Hiltibrandus ſervorum Dei ſervus, per totum Italicum regnum & Teutonicum debitam ſancto Petro obedientiam exhibentibus, Apoſtolicam benedictionem. Si qui ſunt Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, qui jacent in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte Omnipotentis Dei & auctoritate ſancti Petri introitum Eccleſiæ uſque dum emendent, & pe-*



*ſis ſignum nobis propoſuiſti, opitulante Deo, altiora de te & præſtantiora quæque ſperandi, &c.* Agit enim de cauſa Epiſcopi Bambergenſis, de quo nos nuper egimus. Sunt & aliæ litteræ hoc anno datæ ab eodem (a) Gregorio Papa ad eumdem Regem, indices ejus erga ipſum amoris & obſervantiæ: ut ex his intelligas illas epiſtolas, quæ ſub hoc anno in Regeſto abſque nota anni vel menſis poſitæ reperiuntur, non hoc anno datas, ſed poſtea.

(a) Id. l. 2. ep. 10.

XXI. Hoc namque anno uſque ad conſummatum bellum Saxonicum, Henricus erga Gregorium Papam benevolum & obſequentem ſe verbis ſaltem exhibuit. Imminens enim dubium valde Saxonicum bellum, periculoſum ſatis, utpote quod in eo totius regni ejus incerta alea volveretur illum erga ipſum Gregorium Papam reddidit manſuetum, cum ejus opera in caſibus adverſis indigere ſciret. Quod quidem eum uſque ad menſem Novembris tenuit occupatum, nec ſine metu: quamvis enim potitus victoria eſſet, reparatis tamen iterum viribus ſe formidabiles Saxones exhibebant. Cujus cauſa Nuntios ad eum miſit, quibus & has (b) litteras dedit, quæ habentur recitatæ in ipſius Gregorii epiſtola data ad Beatricem atque Mathildem, tertio Idus Septembris, quæ ſunt hujuſmodi:

(b) Greg. l. 3. ep. 5.

XXII. Henrici Reg. ad Greg. Papam epiſt.

*Noverit veſtra ſanctitas pater, quoniam dum ego pene omnes Principes mei regni de noſtra magis diſcordia, quam de mutua pace gaudere percipio: ad vos iſtos Nuntios latenter dirigo, quos ſatis nobiles ac religioſos eſſe cognoſco; & pacis bonum inter nos optare conjungi, nequaquam dubito. Hoc autem quod mando, neminem ſcire volo præter vos, dominam matremque meam, atque amitam Beatricem & filiam ejus Mathildam. Me vero (adjuvante Domino) de expeditione Saxonica redeunte, alios Legatos dirigam, quam familiariores ac fideliores habebo, per quos omnem vobis meam voluntatem & reverentiam, quam beato Petro & vobis debeo, ſignificabo.* Hucuſque ad Gregorium Papam Henricus Germaniæ Rex. Sed & aliis quoque litteris hoc anno datis idem Rex (ut ipſe Gregorius (c) teſtatur) ſe filium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ipſi Gregorio ſubjectum, dilectione unicum, atque devotione præcipuum eſt profeſſus, commendans ſe ipſi omni affectu amoris & reverentiæ. His vero dignis pietatis affectibus Gregorius Papa digne reſpondens, paternæ charitatis illi ſinum aperuit, ad quem paribus litteris invitavit. Non extant omnes, ſed unæ dumtaxat hoc anno poſt victoriam obtentam adverſus Saxones redditæ, quæ ſic ſe habent: (d)

(c) Id. ib. ep. 10.

(d) Id. ib. ep. 7.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Henrico Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XXIII. *Quando litteras tuæ magnitudinis accepi, longe ab Urbe, maxime, cauſa infirmitatis aberamus ..... cum quibus neceſſarium erat tractare, quid veſtræ legationi ad plenum, ſicut oportet, reſponderem. Veſter etiam Nuntius, horum videlicet portitor, ob prædictam cauſam ægritudinis timebat nobiſcum manere. Sed quia deſideramus non ſolum vobiſcum quem Deus in ſummo rerum poſuit culmine, ſed etiam cum omnibus hominibus pacem, quæ*

PAGIUS

*& peniteant; ſi qui autem in peccato ſuo perſeverare maluerint, nullus veſtrum Officium eorum auſcultare præſumat, quia benedictio illorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per Prophetam*, Maledicam, inquit, benedictionibus veſtris. Idem habet Hovedenus in Willelmo ſeniore part. I. ſed in utroque hæ voces, *qui & Hiltibrandus*, explicationis gratia videntur additæ.

IX. *In Germania a Sacerdotibus fornicariis rejectum.*

Legationem, de qua Marianus Scotus loquitur, Curienſis Epiſcopus de ſententia Synodi obivit. Concilium Moguntiæ celebratum, & Apoſtolica mandata Sigefrido Archiepiſcopo tradita, ut univerſos Diœceſeos ſuæ Clericos cogeret, *aut in præſentiarum conjugibus renunciare, aut in perpetuum ſacri Altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes, qui undique aſſidebant Clerici, ita eum verbis confutabant, & manibus & totius corporis geſtu in eum debacchabantur, ut ſe, vitæ comite, inde exiturum deſperaret. Sic tandem rei difficultate ſuperatus, ſtatuit ſibi deinceps, tali quæſtioni ſuperſedendum, & Romano Pontifici relinquendum, ut cauſam, quam ipſe toties inutiliter propoſuiſſet; ille per ſemetipſum quando & quomodo vellet, peroraret*, inquit Lambertus ad annum MLXXV. a Baronio num. XVII. laudatus. [1] In ſecunda Synodo Romana prioris Concilii Romani Decreta adverſus Simoniacos confirmata eſſe, teſtatur ipſemet Gregorius in Epiſtola *ad Annonem* Colonienſem Archiep. LXVII. libri ſecundi.

X. *Victoriæ Saxonicæ Henrici Regis.*

A num. XXI. ad XXVI. Dum *Gregorius* VII. totus eſt in promulgandis prædictis Synodalibus Decretis, *Henricus* Rex uſque ad victoriam Saxonicam ſe ei obſequentem verbis

NOTÆ [1] ANte Moguntinum Concilium in cauſa Sacerdotum concubinariorum habito, alterum pariter hoc ipſo anno celebraverat Sigefridus Moguntinus, quam Synodum eadem de cauſa Erfordiæ coactam ſcribit Joannes Latomus in Catalogo Archiep. Moguntinorum, a quo Synodi hujus notitiam accepimus, eamque ex antiquo aliquo monumento ut credere par eſt eruit. Hujus Synodi ille quidem annum non indicat, ſed convocatam a Sigefrido notat poſt acceptum ab ipſo pontificium decretum de continentia Clericorum, & ante Moguntinum Concilium. Hujus Concilii Collectores nondum meminerunt. MANSI

*quæ in Chriſto eſt, habere, juſque ſuum unicuique obſervare, cupimus ſummopere corde & animo adhærere. Novi enim (quod te credo non ignorare) quia qui Deum revera diligunt, & Romanam Eccleſiam, Romanumque Imperium ad vindictam ſuorum criminum non pertimeſcunt, inter nos pacem & concordiam inſerere agendo vel orando concupiſcunt. Quapropter bonam concepi fiduciam, quia hanc noſtram, immo totius Eccleſiæ cauſam religioſis hominibus cœpiſti committere, qui nos, non noſtra injuſte diligunt, & ut Chriſtiana inſtauretur religio, ſuam intentionem requirunt. Ego autem (ut paucis loquar) horum conſilio paratus ſum (Chriſto favente) gremium tibi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aperire, teque ut dominum fratrem & filium ſuſcipere, auxiliumque prout oportuerit, præbere; nihil aliud a te quærens, niſi ut ad monita tuæ ſalutis non contemnas aurem inclinare, & Creatori tuo (ſicut te decet) non contradicas, offerre gloriam & honorem. Valde quippe indignum eſt, ut honorem, quem a conſervis & fratribus noſtris exigimus, Creatori & Redemptori noſtro reddere contemnamus. Moveat itaque nos divina promiſ-*
(a) 1. Reg. 2. *ſio, qua dicitur: (a) Ego glorificantes me glorificabo, & qui me contemnunt, erunt ignobiles. Et offeramus ei quod placet nobis hac in * via ſæculari, ut perfruamur in cæleſtibus dono ſpirituali.* His vero mox iſta ſubiicit de victoria obtenta adverſus Saxones: *De ſuperbia vero Saxonum vobis injuſte reſiſtentium, quæ divino judicio a facie veſtra contrita eſt & gaudendum eſt pro pace Eccleſiæ, & dolendum, quia multus Chriſtianorum ſanguis effuſus eſt.*

* vita

*Vos autem in talibus plus honorem Dei, & juſtitiam ejus procurate defendere, quam honori proprio providere. Securius enim quilibet Princeps mille impios poteſt cauſa juſtitiæ punire, quam propriæ, cauſa gloriæ quemlibet Chriſtianum gladio ſternere. Omnia enim creavit & regit, qui dixit: (b) Ego gloriam meam non quæro. Saluti quippe noſtræ tunc vere providemus, cum in cunctis noſtris actibus gloriam Dei proponimus. De Herimanno &c.* Monet etenim, & jubet, ut in locum Herimanni Bambergenſis Epiſcopi alius ſubrogetur Antiſtes. Sed de his dictum eſt ſuperius. XXIV.

(b) Joan. 8.

XXV. Qui igitur ante victoriam adhuc ſub metu erat, manſuetum & obſequentem ſe Gregorio Papæ exhibuit; potitus autem victoria reſiliit, reverſus ad vomitum, & quæ ipſi promiſerat irrita reddidit. Hæc quidem litteræ (c) ipſius Gregorii ad Suffraganeos Mediolanenſis Eccleſiæ datæ menſe Octobri ſignificant; quibus queritur Regem contra promiſſa ſua in Eccleſiam Mediolanenſem intruſiſſe Thedaldum, ad quem & de his etiam ſcripſit, vocans eos omnes ad Synodum anno ſequenti celebrandam exordio Quadrageſimæ. Iſtam quoque Henrici Regis mutationem Domnizo presbyter in vita Mathildis ita verſibus deploravit, atque primum cum ante bellum Henricum ſupplicem ita deſcribit:

(c) Greg. l. 5. ep. 7. 8. 9.

Henricus Rex ex victoria tumens ſpernit Pontificem.

*Quod Rex abſque mora Papæ mandavit, adorans*

*Atque*

PAGIUS bis ſaltem exhibuit, ſed ea reportata ad vomitum reverſus eſt, & quæ Pontifici promiſerat, irrita reddidit. Ea victoria, quæ Regi magnos animos fecit, *V. Idus Junii* relata, ut Marianus Scotus, aliique docent. Hæc Mariani Scoti ad hunc Chriſti annum verba; *Henricus congregato exercitu Saxoniam hoſtili animo intrare conatur, quod audientes Saxones e contra ſe præparant ei occurrere. Congregati namque ob patriæ libertatem, ad introitum Thuringiæ juxta fluvium, qui dicitur Unſtruch, conſederunt: non enim dederant ſpatium, ut intraret provinciam eorum. Saxonibus ergo ſuper latitudinem terræ diffuſis, & jam caſtra hora IX. metantibus, ſpeculatores Henrici conſiderato exercitu, venerunt ad dominum ſuum mentiendo; dicentes Saxones ſe præparare ad pugnam. Quod audiens, protinus ſuos præcepit armari, & confeſtim irruit ſuper ignaros & imparatos. Saxonibus vero quamvis ſero, ferociter tamen ad arma confugientibus, facta eſt pugna validiſſima, ita ut fluvius illo in loco viam præberet itinerantibus ſuper occiſorum cadavera. In iſta pugna Dux Suevorum Rodolphus, qui poſtea Saxonibus regnavit, exercitum Regis ducens, ſtrenuiſſime dimicavit,* &c. *Henricus ergo tantum vice victoriam habuit, licet cum dolo acquiſitam. Hoc bellum conſummatum eſt V. Idus Junii*, in quem feria tertia incidebat, quam notavit Chronographus Magdeburgenſis a Meibomio publicatus, apud quem ideo loco, *Idus Junii feria III.* legendum, *V. Idus Junii*; illud prælium fuſe ibidem narratum.

Henricus Rex poſt eam victoriam ad ingenium rediit, ut Paulus Bernriedenſis in Gregorii VII. Vita cap. VI. hoc modo narrat: *Illo tempore Saxones, quoniam videbant ab eo ſe nimium crudeliter tractari, unanimiter conſpiraverunt, ut pro Rege illum amplius non haberent. Tunc coactus ſupplices ad Apoſtolicum literas direxit, orans, ut ſuis orationibus commendatum ſuſciperet; quatenus eum de tam horrendo, pavidoque judicio jam imminenti, ſuis meritis excelſi Regis dextræ eriperet; iterum iterumque promittens, nihil unquam amplius de Eccleſiis Dei facere quod ſancti Canones reprehendere poſſent. Cujus precibus motus Papa, eiſdem Saxonibus literas & nuncios miſit: & circa ejuſdem Regis radices fodiens, prædicationis ſuæ cophinos miſit, expectans ſcilicet ut groſſos ex ficu colligere poſſet. Sed unde ſumere humoris boni plenitudinem debuit, inde poſt marcidus aruit: & expectata vitis ad pingues botros ferendum, labruſcas viles & exiles portavit: & ſeges foliis pulchrioribus ornata, meſſis tempore nil aliud quam infandæ permiſtionis lolium protulit. Monuit equidem Regem, interim ſe ab armis ſuſpenderet, donec e Sa-* XI.

*Henricus Rex metu Saxonum rebellantium in viam redire ſimulat.*



*Atque petens ipſum pro ſe roget ut Crucifixum.*
*Paſtor confeſtim Saxonum mittere genti*
*Curavit, plane pacem cupiens revocare.*
*Inde ſuus Miſſus donec redeat, jubet ipſum*
*Regem nullo modo ſuper ipſos pergere: quod non*
*Rex expectavit. Galeatus quin equitavit*
*Contra Saxones, qui fortes ſunt & atroces.*
*Peccator quamvis, prudens tamen hic erat armis.*
*Commiſſo bello, victor Rex extitit ergo.*
*Unde ſuperbus adeſt, papam deſpexit ut amens,*
*Omnia quæ Papæ matrique ſpoponderat ante,*
*Fregit & invertit, ſimoniacos revocavit &c.*

Hæc de his qui præſens aderat Domnizo presbyter. Quæ hæc ſequuta ſint, anno ſequenti dicemus.

XXVI. Greg. totus in reformatione Eccl. Gregorius igitur totus in promulgandis decretis ſynodalibus de extirpanda ſimonia, & clericorum fornicationibus ab Eccleſia, ſicut ſegnes (a) excitat, refugas urget, & contumaces objurgat, ita obedientes commendat & laudat in his divino zelo incenſos ſtrenue ſe habentes, ut Laudenſem ſumma laude dignum Epiſcopum nomine Opizonem: ad cujus clericos de his exſtat ejuſdem Gregorii data (b) epiſtola. Sed pauci ſunt inventi, qui fuerint laude digni, plurimi vero qui redarguendi, & comminationibus perurgendi.

(a) Id. l. 2. ep. 61. 64. 65. 66. & 70.

(b) Id. ib. ep. 55.

Geiſæ Reg. Hungar. legatio ad ſedem Apoſt. Dum autem Gregorius Pontifex in his eſſet, Geiſa, qui regnum Hungariæ invaſerat, & expulerat Salomonem, Legatos ad Sedem Apoſtolicam miſit cum litteris ad eumdem Gregorium datis; quem ipſe litteris iteratis admonuit, ut nihil præter juſtitiam putet ſibi licere, jura vero Eccleſiæ Romanæ ſuper Hungariæ regno velit ſalva eſſe, atque integra remanere, quorum contemptu ipſe Salomon meruiſſet divina vindicta regno privari. Sed aliis rurſum datis ad eum litteris, (c) pro pace inter eos concilianda pluribus agit.

(c) Id. ib. ep. 70.

XXVII. Legatio Papæ ad Polonos. At qui recepit Legatos aliunde miſſos idem Gregorius, & ipſe ad remotiores provincias legationes decernit. Nam in Poloniam ad (d) Ducem eorum Boleſlaum, qui oblationes ad ſanctum Petrum miſerat, direxit Legatos ad componendas provinciæ ipſius Eccleſias, conſtituendam Metropolim, & augendum numerum ſedium Epiſcopalium, quæ ſufficerent ad immenſam populorum multitudinem gubernandam, quem & rogat, ut reſtituat quæ abſtuliſſet a Ruſſis, quorum pacem ſervare rogat.

(d) Id. ib. ep. 73.

Inſuper & Legatos miſit ad Demetrium Ruſſorum Regem, cum idem Rex ad Sedem Apoſtolicam ſuum filium præmiſiſſet. Quænam cauſam eum mittendi filium Romam permoverit, ex redditis ad eum Gregorii Papæ litteris ſcies, quæ ſic ſe habent: (e)

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei*

(e) Id. ib. ep. 74.

PAGIUS *e Saxonum partibus nuncios haberet: Rex vero non acquieſcens literis & commonitionibus Patris, terras Saxoniæ intravit; ubi ex utraque parte, hominum peccatis exigentibus, multus humanus ſanguis effuſus eſt. Regis tamen in manibus, juſto Dei judicio, victoria data; pro qua ſub manibus domini humiliari debuit, tanquam ignitus & ſpiritu elationis inflatus, contra ipſum intumuit. Nam cuncta, quæ per matrem, per Epiſcopos, per Clericos, per communes nuncios & privatos antea promiſerat: poſtmodum, quia ſecurus, in irritum duxit. Siquidem Eccleſias, quas in manibus domini Papæ corrigendas ſub juramento poſuerat, non ſolum non dimiſit; verum etiam contra decretales Patrum inſtitutiones, quibuſdam adulteris & ſimoniacis ſub Inveſtitura contradidit.* (Quare Gregorius VII. in Synodo Romana II. Inveſtiturarum uſum prohibuerat). *Inter quos etiam Gothefridum, propter Eccleſiæ Mediolanenſis invaſionem excommunicatum, ejuſdem invaſionis adulterio inveſtivit. Altono* (legendum, *Attono*, aut *Attone*, ut ex dictis anno MLXXIII. liquet) *cum Papa morante, quem Archiepiſcopum* (ſc. Mediolanenſem) *melior pars cleri & populi, dominum elegerant. Dedit etiam Firmanam, & Spoletanam.* Deſiderantur poſtea aliqua verba in fine illius capitis VI. Huc refert quæ Baronius num. XV. de geſtis poſt victoriam Saxonicam habet.

A num. XXVI. ad XXX. *Geiſa* cum anno ſuperiori Hungariæ Regnum invaſiſſet, & *Salomonem* Regem expuliſſet, ut eo Chriſti anno Lambertus narrat, curranti ad Gregorium Papam ſcripſit, qui pro pace inter eos concilianda plurimum laboravit, ut liquet ex ejus Epiſtolis a Baronio citatis. Scripſit & Gregorius VII. ad *Boleslaum Polonorum Ducem* Epiſtolam LXXII. libri II. miſitque Legatos pro Epiſcoporum cauſis; *Illud nobis*, inquit Pontifex, *primo attendendum eſt, quod Epiſcopi terræ veſtræ non habentes certum Metropolitanæ ſedis locum, nec ſub aliquo poſiti magiſterio, huc & illuc pro ſua quiſque ordinatione vagantes, ultra regulas & decreta ſanctorum Patrum liberi ſunt & abſoluti. Deinde vero quod inter tantam hominum multitudinem adeo pauci ſunt Epiſcopi, & amplæ ſingulorum parochiæ, ut in ſubjectis plebibus curam Epiſcopalis officii nullatenus exequi aut rite adminiſtrare valeant.* Epiſtola *Boleſlao Duci Polonorum* inſcripta quo etiam nomine eum Lambertus ad annum MLXXIII. & MLXXVII. appellat. Quare Polonorum Principes Regium titulum hoc tempore nondum conſecuti erant, licet Rerum Polonicarum Hiſtorici, non ſolum hoc taceant, ſed etiam negent. XII.

*Gregorius VII. pro Hungariæ & Poloniæ ſollicitus.*

XIII. Scripſit & Gregorius VII. Epiſtolam LXXIV. ejuſdem libri ad *Demetrium* Ruſſorum Regem, ſignificavitque ſe ex conſenſu ejus *Ruſſiæ* Regni gu-

*Dei, Demetrio Regi Ruſſorum & Reginæ uxori ejus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Ruſſia donata a Romana Eccl.

*Filius veſter Limina Apoſtolorum viſitans ad nos venit, & quod regnum illud dono ſancti Petri per manus noſtras vellet obtinere, eidem beato Petro Apoſtolorum principi debita fidelitate exhibita, devotis precibus poſtulavit, indubitanter aſſeverans, illam ſuam petitionem veſtro conſenſu ratam fore ac ſtabilem, ſi Apoſtolicæ auctoritatis gratia ac munimine donaretur.*

XXVIII. *Cujus votis & petitionibus quia juſta videbantur, tum ex conſenſu veſtro, tum ex devotione poſcentis, tandem aſſenſum præbuimus, & regni veſtri gubernacula ſibi ex parte B. Petri tradidimus, ea videlicet intentione atque deſiderio charitatis, ut beatus Petrus vos & regnum veſtrum, omniaque veſtra bona, ſua apud Deum interceſſione cuſtodiat, & cum omni pace honore quoque & gloria idem regnum uſque in finem vitæ veſtræ tenere vos faciat, & hujus militiæ finito curſu, impetret vobis apud ſupernum Regem gloriam ſempiternam.*

XXIX. *Quin etiam nos paratiſſimos eſſe, noverit veſtræ nobilitatis ſerenitas, ut ad quæcumque juſta negotia hujus Sedis auctoritatem pro ſua neceſſitate petierit, proculdubio continuo petitionum ſuarum conſequetur effectum. Præterea ut hæc & alia multa, quæ litteris non continentur, cordibus veſtris arctius infigantur; miſimus hos Nuntios noſtros, quorum unus veſter notus eſt & fidus amicus. Qui & ea quæ in litteris ſunt, diligenter vobis exponent, & quæ minus ſunt viva voce explebunt. Quibus pro reverentia B. Petri, cujus Legati ſunt, vos mites & affabiles præbeatis; & quidquid vobis dixerint ex parte noſtra patienter audiatis, atque indubitanter credatis; & quæ ibi ex auctoritate Apoſtolicæ Sedis negotia tractare voluerint, & ſtatuere, nullorum malo ingenio turbari permittatis, ſed potius eos ſincera charitate favendo juvetis. Omnipotens Deus mentes veſtras illuminet, atque per temporalia bona faciat vos tranſire ad gloriam ſempiternam. Dat. Romæ decimoquinto Kal. Maii indictione xiii.* Hactenus epiſtola Gregorii ad Regem Ruſſiæ, a nobis reddita, ut ex eo exemplo intelligatur, quomodo contigerit plura regna oblata reperiri Apoſtolicæ Sedi. Chriſtiana Regum pietas efficiebat, ut perſuadentes ſibi illi, magis protectione S. Petri principis Apoſtolorum, quam armis regna defendi, offerrent illa eidem ſancto Petro, a quo & per ſucceſſorem ipſius Romanum Pontificem acciperent illa in feudum, præſtito juramento fidelitatis eidem. Jactatum bellorum fluctibus Demetrium ipſum Regem Ruſſorum Lambertus in Chronico hoc eodem anno demonſtrat, dum eum ad Henricum Regem pro auxilio contra fratrem veniſſe tradit.

Iterum hoc anno legationem idem Pontifex miſit, rurſumque litteras (*a*) dedit ad Svenonem Daniæ Regem; quarum eſt ejuſmodi exordium de Romanæ Eccleſiæ conſuetudine: Apud anteceſſores noſtros juris & conſuetudinis erat, charitativis legationibus docere viam Domini univerſas nationes, corripere in his quæ arguenda erant, omnes Reges & Prin-

XXX. (*a*) *Greg. l. 2. ep. 75.* Rom. Eccl eſſe omnes Reges & Principes commonere.

PAGIUS

*Ruſſia Schiſmati Cerularii non adhæſit.*

gubernacula filio illius tradidiſſe, ſeque Legatos ad eum mittere, quos petit ſincera charitate juvari, neque turbari in iis, quæ ibi ex auctoritate Apoſtolicæ Sedis tractare voluerint. Quare *Ruſſi*, qui a Romanæ Sedis Prædicatoribus ad fidem Chriſtianam ſub præcedentis ſæculi finem converſi fuerant, *Cerulario* pathiarchæ Conſtantinop. Schiſma conflanti non adhæſere, ideoque immerito Scriptores paſſim contendunt, Ruthenicæ Eccleſiæ Sanctos, etiam qui ante hoc tempus floruere a Latinis colendos non eſſe; cum tunc Ruthenica Eccleſia Sedi Apoſtolicæ conjuncta fuerit, nec niſi poſt hæc tempora ab ea defecerit.

XIV. Cum *Berengarius* ſuum errorem rurſus ſpargeret, *Giraldus* Oſtienſis Epiſcopus in Gallia, Legatus, ad illam funditus eradicandam *Pictavis*, Concilium celebravit, uti ad an. MLXXV. teſtatur Chronographus Malleacenſis, qui ait: *Pictavis fuit Concilium, quod tenuit Giraudus Legatus, de corpore & Sanguine Domini, in quo Berengarius .... ferme interemtus eſt.* Quod poſtea docet, *Idibus Januarii* habitum fuiſſe [1]. Franciſcus Roius in Vita Berengarii, & Mabillonius. Tom. II. Analect. in Obſervat. *de Multiplici Berengarii damnatione* exiſtimant, *Giraudum* Legatum fuiſſe Epiſcopum Ecoliſmenſem. Verum nullus hoc tempore Giraldus in Gallia Apoſtolicæ Sedis Legatus fuit præter Giraldum Oſtienſem Epiſcopum, qui cum

*Concilium Pictavienſe adverſus Berengarium.*

NOTÆ [1] Concilium hoc Pictavienſe aſſignandum eſſe cenſeo anno 1073. tum quod eidem anno tribuatur a Chanuto in Notitia Burdegalenſis archiepiſcopatus apud Labbeum in Collect. Concil. tom. XII. col. 585. nov. edit. tum etiam quia habitum fuiſſe idibus januarii diſcimus ex Chronico Malleacenſi, quæ ſane dies anno quidem 1073. non vero anno 1075. in Dominicam (qua die cogi primum Concilia mos erat) incidebat. Denique ex eodem chroniſta Malleacenſi concilio huic præfuit Giraudus Oſtienſis A. S. L. qui cum anno 1074. Romam legatione abſoluta redierit, intereſſe utique concilio Pictavienſi, niſi illud ex anno 1075. in annum 1073. transferatur non potuit. MANSI



cipes, & ad æternam beatitudinem cunctos invitare legalibus diſciplinis. Plus enim terrarum lex Romanorum Pontificum quam Imperatorum obtinuit, &c. Cumque queratur de inobedientia, & contumacia ſchiſmaticorum Principum, ejuſdem tamen Regis erga Romanam Eccleſiam commendat ſtudium, & reverentiam; quam ut conſervet, hortatur, ſuum omne pollicens officium, ſi quid pro Danica Eccleſia valeat exhibere, & quæ ab Alexandro Pontifice expetiiſſet, in promptu habere præſtare, deque eo omni ſtudio bene mereri. Legatos ab eo mittendos ſe expectare ſignificat, per quos iſta tractari poſſint. At de legationibus hoc anno ab eodem Gregorio Pontifice miſſis hæc ſatis.

XXXI. S. Annonis Archiep. Colonienſis obitus.

Hoc eodem anno S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis (ut dictum eſt) ex hac vita migravit, de quo iſta Lambertus: *Annum hunc multis cladibus inſignem, potiſſimum lugubrem fecit obitus Annonis Colonienſis Archiepiſcopi, qui poſt longam ægrotationem, qua Dominus vas electionis ſuæ in camino tribulationis tranſitoriæ purius auro, purgatius mundo obrizo decoxerat, pridie Nonas Decembris beato fine perfunctus, ad Angelos ex hominibus, ad immortalia ex mortalibus transmigravit. Teſtantur hoc ſigna & prodigia, quæ quotidie circa ſepulcrum ejus Dominus oſtendere dignatur ad confutandam impudentiam eorum, qui paulo ante vitam ejus ſanctiſſimam, atque ab omni hujus mundi labe, quantum ad hominem, integerrimam, livido dente carpebant, & pretioſam margaritam, jam olim cæleſtis Regis diademati deſtinatam, falſis rumoribus obfuſcare conabantur, &c.* Pergit auctor ab exordio ejus inſtitutionem vitæ valde laudabilis ac plane Apoſtolicæ recenſere. Cæterum res ab eo præclare geſtas monachus Sigebergenſis cœnobii & ipſe ejuſdem ſæculi ſincerus ſcriptor tribus libris eſt proſecutus, qui Dei beneficio extant (*a*) integri. Sediſſe autem conſtat annis viginti atque menſibus decem, ut apparet ex ejuſdem Sancti in ſepulcro ſcripto epitaphio his verſibus:

(*a*) *apud Sur. t. 6. die 4. Decemb.*

*Patribus egregiis ornata Colonia multis*
*Eccleſia ſpeculum miſit ad hunc tumulum.*
*Emicuit mundo nova lux Annone ſecundo,*
*Qui per cuncta ſuo par erat officio.*
*Menſibus hoc denis, annis actoque vicenis*
*Quarta Decembris eum lux tulit e medio.*

XXXII. Ita quidem ſedis ejus annorum ac menſium numerus optime congruit cum creatione, quem liquet creatum eſſe Epiſcopum anno Incarnationis Domini milleſimo quinquageſimoquinto, V. Nonas Martii, id auctore vitæ teſtante, (*b*) necnon Mariano Scoto, & Sigeberto. Unde intelligas errorem in ipſum Marianum irrepiſſe, dum in ejus Chronico ſub anno ſeptuageſimoſeptimo ejus obitus collocatur, cæteris Scriptoribus, atque ipſomet reclamantibus, dum quo creatus fuerit, annum certum conſignat quinquageſimumquintum ſupra milleſimum. Porro inter inſignes tanti pontificis laudum titulos ille præ cæteris eminet, quod inter diſcordias obortas inter Henricum Regem atque Romanum Pontificem Gregorium, ſemper adverſus Regem pro Romano Pontifice ſtetit, ut Marianus affirmat, & quæ dicta ſunt ſuperius, docent.

(*b*) *Ib. 1. c. 5.*

XXXIII. Quæ in Greg. PP. Cincius ſit molitus.

Anni hujus parte poſtrema, nempe Natali die Redemptoris, a quo aliqui Chronographorum novum auſpicantur annum, contigit Gregorium Romanum Pontificem aggreſſione ſacrilegi hominis Cincii Romani præfecti invadi, dum ſacra ageret, captivumque duci, in carcereque teneri, quouſque per populum tumultuantem, & tam immane ſcelus ulci-



PAGIUS

cum anno MLXXIV. e ſua Legatione Romam redierit, ut ſuo loco diximus, manifeſtum eſt, Chronographum non minus in anno rei geſtæ peccare, quam cum ad annum MLXXI. ait, *Petrum Igneum* feciſſe judicium per rogum ardentem, & ad annum MLXXIV. obiiſſe Alexandrum Papam. Illud igitur Concilium in editione poſtrema Conciliorum hoc anno perperam etiam collocatum, ad aliquem ex ſuperioribus retrahendum.

XV. *Tedaldus Mediolanenſis Archiep. dictus.*

Mediolanenſes cum tandiu ſine Præſule eſſe nollent, hoc anno *Tedaldum* elegere; eumque anno ſequenti conſecrari curarunt. In antiquo enim Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium a Mabillonio, & Papebrocio publicato legitur, eum ſediſſe *annos IX. & menſes tres, & dies XXI.* & obiiſſe *VIII. Kalendas Junii*, ſeu die XXV. menſis Maii, anni nempe milleſimi octogeſimi quinti, ut ex ſerie & duratione Sedis cujuſlibet Præſulis conſtat. Quare *Tedaldus* ordinatus fuit anno MLXXVI. die quarta menſis Februarii, in quam quidem feria quinta incidebat; ſed Schiſmatici, qui expreſſum Pontificis mandatum ſpernebant, parum de die curarunt. Arnulphus lib. 4. cap. 9. cum jam reſipuiſſet de Tedaldi ordinatione hæc apud Puricellum habet: *Mediolanenſes pro petendo Epiſcopo ultra montes Henrico Regi Legationem dirigunt, mandantes Herlembaldicæ interfectionis triumphum. Quo cognito lætatus eſt Rex ille ſupra modum, quemcumque vellent ſe daturum promittens Epiſcopum.* Memoria labitur Arnulphus, & ſecundam Legationem a Mediolanenſibus poſt Sancti Herlembaldi Martyrium miſſam, ideoque anno ſequenti, confundit cum priori, quam ante Herlembaldi mortem contigiſſe certum. Sequentia itaque Arnulphi verba ad hanc priorem pertinent: *Interea Legatis Mediolanenſium ex Clero & populo de re præfata Regem* (Henricum nempe) ade-

ulciſci paratum eriperetur, atque priſtinæ redderetur libertati. Hæc autem quomodo ſe habuerint, a Lamberto ſic accipe: (a) *Ipſo tempore contigit Papam per immiſſionem ſatanæ graviſſima pulſari adverſitate. Quidam Urbis præfectus Romanæ * Quintius nomine, & generis claritate & opum gloria eminens valde in tota Italia, multa in poſſeſſionibus Romanæ Eccleſiæ præter leges faciebat. Perlata ad Papam querimonia, cum eum ſæpius modeſte corriperet, nec quidquam proficeret ſecreta correptio, tamdem excommunicavit eum, arbitrans hoc ſaltem modo improbitatem ejus coercendam fore. Hinc ille majori dementia efferatus, ipſa nocte Natalis Domini cum armatis inopinato irruit in Eccleſiam, in qua Papa veſtimentis pontificalibus indutus ſacro altari aſtabat, Miſſarum ſolemnia celebrans, injectaque (quod dictu quoque nefas eſt) in capillos ejus manu, multis contumeliis affectum de Eccleſia protraxit, & priuſquam vulgato per civitatem rumore, populus frequens auxilio concurreret, in domum quamdam munitiſſimam abripuit. Fama tam atrocis facti totam illico replevit Urbem; undique ad arma conclamatur. Divites & pauperes, nobiles & ignobiles omnes uno animo accurrere, atque in ipſo ſtatim orientis diei crepuſculo domum Quintii oppugnare ſumma vi aggrediuntur; & niſi ille mali, quod imminebat haud improvidus, Papam dimittere maturaſſet, domum ipſam, peremptis omnibus, qui in ea erant, a fundamento evertiſſent. Papa interveniente, concitatæ multitudinis furor vix & ægre compreſſus eſt.*

(a) Lamb. Scafn. an. 1076.
* Cincius

XXXIV. *Romani quod factum fuerat graviter nimis & indigne ferentes, omnia, quæ Quintii erant, tam intra muros, quam extra, ferro & igne demoliti ſunt. Nec minus ille multa militaris audaciæ facinora contra faciebat, ſuccendens & evertens omnia, quæ poterat de poſſeſſionibus Romanæ Eccleſiæ. Ita per multos dies non ſine magno & harum & illarum partium diſpendio ſimultas hæc trabebatur.* Hucuſque Lambertus. Eadem Guillelmus bibliothecarius in vita Gregorii, ubi ait, omnia iſta Guiberti antiqui ſchiſmatici, poſtea vero Epiſcopi Ravennatis eſſe artibus concinnata, quippe qui Romæ cum cæteris Epiſcopis in Concilio ſederit, nec Synodo abſoluta ab Urbe diſceſſerit, ſed Papatus cupidus, inde removere Gregorium niſus fuerit, atque ad rem perficiendam eumdem Cincium, ſive Quintium, vel Cinthium Stephani præfecti filium ſollicitaverit. Sed cum, Romano populo vindice, tantum ſcelus irritum redditum eſſet, eumdem Guibertum accepta a Papa licentia, Ravennam eſſe, ibique conſpirationem rebellium pontificum Longobardorum, Thedaldi Mediolanenſis Archiepiſcopi a Gregorio Papa ſuſpenſi, & aliorum eadem ſententia mulctatorum machinatum eſſe, quos ſemper idem Gregorius eſt paſſus infeſtos, & Sedi Apoſtolicæ contumaces. Inſuper opera ejuſdem Guiberti Hugonem Candidum Cardinalem, eumdemque collegam olim in ſchiſmate Cadaloico, receptum vero ab Eccleſia miſericorditer, rurſum ab eodem Gregorio divulſiſſe, atque Regi Henrico adverſus Pontificem conjungere ſtuduiſſe. Iſta omnia hoc anno Guibertum Ravennatem Antiſtitem machinatum eſſe, eadem Acta Pontificia Guillelmi ſignificant.

Guiberti Ravennatis Archiepiſc. machinationes in Greg. Papam.

XXXV. Porro ſui exordio Pontificatus Gregorius Papa hunc ſuſpectum habens, atque adverſum ſibi fore timens, officioſis literis (b) ſtuduit demereri; ſed fruſtra, cum ille ſemel ambitionis æſtu percitus, ejus beneficiis infeſtior redderetur, & ad nocendum promptior nihil non meditatus aſſidue, quonam pacto e throno Gregorium dimovere poſſet: quod eventa poſtea declararunt, quæ ſuis locis pandenda erunt inferius. Hæc de Cincio narrata, apud Urſpergenſem poſita anno ſequenti reperies: ſed in fine anni hujus accidiſſe, ſatis eſt demonſtratum. Ad poſtremum autem de Anglicana Synodo, hoc itidem anno habita nobis agendum, quam inter Lanfranci epiſtolas intextam repertam hic reddendam curavimus:

(b) Greg. l. 1. ep. 3. l. 2. ep. 42.

PAGIUS *adeuntibus, Tedaldus quidam Mediolanenſis Eccleſiæ Subdiaconus capella militabat in Regia, cui Rex .... Ambroſianum tradidit Præſulatum; poſthabita Gothofredi illius adhuc viventis Inveſtitura & unctione, Attonis quoque Romæ tunc degentis electione. Quid plura? Suſceptus eſt Præſul ille a Clero & populo, utpote novarum rerum uſu .... avido, cui etiam ſuffraganei eidem ipſi, qui Gothofredum conſecraverant, manum benedictionis imponunt* (menſe ſcilicet Februario ſequentis Chriſti anni). *Res quidem mira & cunctis retro temporibus inaudita; ut urbis unius uno dato Antiſtite* (nempe Gothofredo) *ſacrato altero* (ſc. Attone), *uno eodemque tempore tertius erumpat*, nempe Tedaldus.

XVI. Antequam S. Herlembaldus occideretur.

Lapſum Arnulphi, qui perperam ſupponit *Tedaldum* poſt Herlembaldi mortem Archiepiſcopum dictum, corrigit Gregorius VII. in Epiſtola ad Suffraganeos Eccleſiæ Mediolanenſis *ſexto Idus Octob. indict. XIV.* currenti ſcilicet anno data, qua prohibet, *Tedaldum* jam ab Henrico Rege Archiepiſcopum Mediolanenſem deſignatum ordinari. Præterea Petrus Azarius in Chronico adhuc inedito, quod in annum MCCCCII. quo floruit, deſinit, apud Puricellum lib. 1. cap. 7. num. 3. ait: *Audientes nobiles Milites de Mediolano proſcripti bona nova* (ideſt, bono nuncio) *de dato ſibi Archiepiſcopo* (nempe Tedaldo) *qui erat ex parte nobilium confortati ſunt valde, & congregantes amicos ex omnibus partibus civitatis Mediolani ipſam civitatem ſunt ingreſſi. Quod ſentiens Herlembaldus Cotta dominus populi primus exivit obviam inimicis. Cui occurrit in Campo Herlembaldus* (aliis Arnaldus) *de Raude Miles proſcriptus, atque ipſum de equo dejecit, & decapitavit, & ſic in ſancta confeſſione moriens ſepultus fuit in Eccleſia ſanctorum Protaſii Aurelii inter Martyres* (ideſt, Sancti Diony-



XXXVI. Synodus Anglicana.

*Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptuageſimoquinto, regnante glorioſo Anglorum Rege Vuillelmo, anno regni ejus nono, congregatum eſt Londoniæ, in Eccleſia B. Pauli Apoſtoli Concilium totius Anglicæ regionis, Epiſcoporum videlicet, Abbatum, necnon & multarum religioſi ordinis perſonarum, jubente, atque eidem Concilio præſidente Lanfranco ſanctæ Dorobernienſis, Eccleſiæ Archipræſule, totiuſque Britanniæ inſulæ primate, conſidentibus ſecum viris venerabilibus, Thoma Eboracenſi Archiepiſcopo, Vuillermo Londonienſi Epiſcopo, Goiffrido Conſtantienſi, qui cum tranſmarinus eſſet Epiſcopus, in Anglia multas poſſeſſiones habens, cum cæteris in Concilio reſidebat, Valchelino Vuintonienſi, Herimanno Syraburnenſi, Vuilſtano Vuiriceſtrenſi, Gualtero Herefordenſi, Giſone Vuellenſi, Remigio Dorcacenſi ſeu Lincolnienſi, Herfaſto Helmeanenſi, ſeu Norvicenſi, Stigando Slengenſi, Osberno Exonienſi, Petro Liciſeldenſi. Roffenſis Eccleſia per idem tempus paſtore carebat. Lindiſarnenſis, qui & Dunelmenſis Epiſcopus, canonicam excuſationem habens, Concilio intereſſe non poterat. Et quia multis retro annis in Anglico regno uſus Conciliorum obſoleverat, renovata ſunt nonnulla, quæ antiquis etiam noſcuntur canonibus definita. Ex Concilio igitur Toletano Quarto Milevitano, atque Bracarenſi ſtatutum eſt, ut ſinguli ſecundum ordinationis ſuæ tempora ſedeant, præter eos, qui ex antiqua conſuetudine, ſive ſuarum Eccleſiarum privilegiis, digniores ſedes habent. De qua re interrogati ſunt ſenes, & ætate provecti quid vel ipſi vidiſſent, vel a majoribus atque antiquioribus veraciter ac probabiliter accepiſſent. Super quo reſponſo petitæ ſunt induciæ, ac conceſſæ uſque in craſtinum. Craſtina autem die concorditer perbibuere, quod Eboracenſis Archiepiſcopus ad dexteram Dorobernienſis ſedere debeat, Londonienſis Epiſcopus ad ſiniſtram; Vuentanus juxta Eboracenſem, ſi vero Eboracenſis deſit, Londonienſis ad dexteram, Vuentanus ad ſiniſtram.*

XXXVII *Ex regula B. Benedicti, Dialogo Gregorii, & antiqua regularium locorum conſuetudine, ut monachi ordinem debitum teneant; infantes præcipue, & juvenes in omnibus locis, deputatis ſibi idoneis magiſtris, cuſtodiam habeant; nocte luminaria ferant, generaliter omnes niſi a Prælatis conceſſa prioritate careant. Si quis vero aliquid proprii ſine præfata licentia habere in morte fuerit deprehenſus, nec ante mortem id reddiderit, cum pœnitentia & dolore peccatum ſuum confeſſus, nec ſigna pro eo pulſentur, nec ſalutaris pro ejus abſolutione hoſtia immoletur, nec in cœmeterio ſepeliatur. Ex decretis ſummorum Pontificum, Damaſi videlicet, & Leonis necnon ex Conciliis Sardicenſi, atque Laodicenſi, in quibus probibetur Epiſcopales ſedes in villis exiſtere, conceſſum eſt regia munificentia, & ſynodali auctoritate præfatis tribus Epiſcopis, de villis ad civitates tranſire, Herimanno de Syraburna ad Seriſberiam, Stigando de Seleugeo ad Ciceſtrum, Petro de Liciſeldo ad Ceſtrum. De quibuſdam, qui in villis, ſeu vicis adhuc degebant, dilatum eſt uſque ad Regis audientiam, qui in tranſmarinis partibus tunc temporis bella gerebat.*

XXXVIII. *Ex multis Romanorum Præſulum decretis, diverſiſque ſacrorum canonum auctoritatibus, ne quis alienum clericum, vel monachum ſine commendatitiis litteris retineat, vel ordinet. Ad comprimendam quorumdam indiſcretorum inſolentiam, ex communi decreto ſancitum eſt, ne quis in Concilio loquatur præter licentiam a Metropolitano acceptam, exceptis Epiſcopis & Abbatibus. Ex decretis Gregorii Majoris, necnon & Junioris, ut nullus de propria cognatione, vel uxoris defunctæ, ſeu quam cognatus habuit, uxorem accipiat, quoaduſque parentela ex alterutra parte ad ſeptimum gradum perveniat. Ut nullus ſacros ordines, ſeu officium Eccleſiaſticum, quod ad curam animarum pertineat, emat, vel vendat. Hoc enim ſcelus a Petro Apoſtolo in Simone mago primitus damnatum eſt, poſtea a ſanctis Patribus vetitum & excommunicatum. Ne oſſa mortuorum animalium, quaſi pro vitanda animalium peſte, alicubi ſuſpendantur. Nec ſortes vel aruſpicia, ſeu divinationes, vel aliqua hujuſmodi opera diaboli ab aliquo exerceantur. Hæc enim omnia ſacri Canones probibuerunt, & eos, qui talia exercent, data ſententia excommunicaverunt. Ex Conciliis Eliberitano & Toletano Undecimo, ut nullus Epiſcopus, vel Abbas, ſeu quilibet ex Clero hominem occidendum, vel membris truncandum judicet, vel judicantibus ſuæ auctoritatis favorem commodet.*

*Ego Lanfrancus Dorobernienſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Thomas Eboracenſis Eccleſiæ Archie-*

*chiepiſcopus ſubſcripſi.*

*Subſcripſerunt & alii Epiſcopi, vel Abbates, qui interfuerunt.*

Hucuſque ibi, quæ ne, ut multa alia pereant, hic deſcribenda putavimus.

An-

PAGIUS

nyſii). *Ipſe enim ſimoniacos Sacerdotes & uxoratos ſemper fuit perſecutus.* Tedaldus itaque ante Herlembaldi Martyrium Archiepiſcopus Mediolanenſis a Schiſmaticis creatus. De Sancti *Herlembaldi* nece anno ſequenti, quo ea accidit, ſermo erit.



I. ANnus Redemptoris milleſimus ſeptuageſimusſextus Indictione decimaquarta inchoatus turbulentiſſimus extitit ob Eccleſiaſticas perturbationes Henrici Regis opera in Gregorium Romanum Pontificem excitatas. De quibus acturi, recto tramite temporis ordine rerum geſtarum ſerie accurate digeſta, quomodo iſta cœpta, deducta, atque fuerint conſummata, dicemus. Atque primum meminiſſe opus eſt, quod anno ſuperiori dictum eſt teſtificatione auctorum ejus temporis, Henricum Regem poſt obtentam victoriam adverſus Saxones, timore ſolutum contempſiſſe implere ea, quæ Apoſtolicæ Sedis Legatis ante promiſerat, atque excommunicatos a Romano Pontifice recepiſſe atque foviſſe. Quem quidem contemptum haud diutius tolerandum, viſum eſt Gregorio Papæ, qui (quod fecerat prædeceſſor ejus Alexander, cum adverſus eumdem Regem Saxones, accuſationes plurimas ad Sedem Apoſtolicam intuliſſent) eumdem Regem ad dicendam cauſam Romam vocavit ad Synodum proxima Quadrageſima convocandam. Miſſi fuerunt ad hoc agendum Legati: de quibus ita Lambertus anni hujus initio: *Aderant* (inquit) *præterea Hildebrandi Papæ Legati denuntiantes Regi, ut ſecunda feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima ad Synodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ obiicerentur, cauſam dicturus; alioquin ſciret, ſe abſque omni procraſtinatione eodem die de corpore ſanctæ Eccleſiæ Apoſtolico anathemate abſcindendum eſſe.* Hæc Lambertus ejus temporis auctor.

Henrici Regis contemptus in Sedem Apoſt.

II. Sed audiendæ ſunt litteræ, (a) quæ anni hujus exordio idem Gregorius Papa ad ipſum Regem Henricum conſcripſit, quibus queritur adverſus eum de nonnullis ab eodem Rege contra promiſſa adverſus Sedem Apoſtolicam perpetratis; quæ ſic ſe habent;

(a) Greg. l. 3. ep. 10.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Henrico Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. SI TAMEN APOSTOLICÆ SEDI, UT CHRISTIANUM DECET REGEM, OBEDIERIT.*

*Conſiderantes, ac ſollicite penſantes, quam diſtricto Judici de diſpenſatione crediti nobis per beatum Petrum Apoſtolorum principem miniſterii rationem reddituri ſumus; cum dubitatione Apoſtolicam tibi benedictionem mandavimus, quoniam judicio Sedis Apoſtolicæ, ac ſynodali cenſura excommunicatis communionem tuam ſcienter exhibere diceris. Quod ſi verum eſt, tu ipſe cognoſcis, quod nec divinæ, nec Apoſtolicæ benedictionis gratiam percipere poſſis, niſi his, qui excommunicati ſunt, a te ſeparatis, & compulſis ad pœnitentiam, de tranſgreſſione tua condigna pœnitudine & ſatisfactione prius abſolutionem conſequaris & indulgentiam. Unde excellentiæ tuæ conſulimus, ut ſi in hac re te culpabilem ſentis; celeri confeſſione ad conſilium religioſi alicujus Epiſcopi venias, qui cum noſtra licentia congruam tibi pro hac culpa injungens pœnitentiam te abſolvat, ut nobis tuo conſenſu modum pœnitentiæ tuæ per epiſtolam ſuam veraciter intimare audeat.* Hæc eſt prima querela Gregorii adverſus Henricum Regem, poſt quam ſecundam ſic ingerit:

Greg. Pap. admonitio ad Henric. Reg.

*De*

PAGIUS SÆC. XI. An. Eræ Hiſp. MCXIV. Anno Hegiræ CCCCLXIX. inchoato die 4. Aug fer. 5. A. C. 1076.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6569.

☉ 21. CB. ☽ 13. P. 27. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1076.

GREGORII VII. PAPÆ 4.

HENRICI IV. REG. 21.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 6.

I. ANum. I. ad XXXV. Gregorius VII. videns, *Henricum* Regem poſt Saxonicam victoriam ad ingenium rediiſſe, ſimoniacas Inveſtituras, uti ante eam promiſerat, non dimiſiſſe, & ab excommunicatorum conſortio non abſtinuiſſe, ſcripſit ad eum Epiſtolam X. libri tertii, *ſexto Idus Januarii indict. XIV.* datam, & a Baronio num. II. & ſeqq. recitatam, qua jubet, ut ſi ita eſt, iis a ſe rejectis, ab aliquo Epiſcopo pœnitentiam ipſe & abſolutionem petat; eundem ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ hortatur, ſignificatque Decretum contra Inveſtituras in Synodo Romana II. latum, ab omnibus Principibus obſervandum eſſe. Quid poſtea contigerit, narrat Paulus Bernriedenſis in Gregorii VII. Vita cap. VII. quæ cum Baronii tempore non extaret, juvabit hic ejuſdem Scriptoris verba, brevitatis cauſa, minus neceſſariis prætermiſſis, referre: *His ad Apoſtolicam Sedem perlatis* (nempe quæ Henricus contra promiſſa ſua faciebat) *Papa Gregorius non modicum conturbatus eſt. Cœpit interea agitari multis ſolicitudinibus, quoniam cuncta, quæ ad pacem provenire ſperaverat, verti in contraria perſpiciebat. Tandem cauſas aliquas ſibi per quoſdam Legatos ſecrete miſſas, quibuſdam perſonis, honeſtiſque viris patefecit; ut perpenderent, quid ſuper his ſtatuendum foret. Tantis itaque promiſſionibus, imo ſimulationibus inſpectis, omnes mirari cœperunt. Verum ne Romana ſedes videretur aliquid injuſte ſeu præcipitanter agere, definitum eſt; ut eidem Regi acriores literæ ſcriberentur, in quibus plene cognoſceret, nullo timore amoreve juſtitiam dimitte-*

Gregorius VII. Henricum Regem urget ut promiſſis ſtet.

*re*

III. Querelæ Gregorii de Henric. Rege.

*De cœtero mirum nobis valde videtur, quod totiens nobis tam devotas epiſtolas, & tantam humilitatem tuæ celſitudinis per Legatorum tuorum verba tranſmittis; filium te ſanctæ matris Eccleſiæ, & noſtrum vocas, in fide ſubjectum, in dilectione unicum, in devotione præcipuum; poſtremo cum omni affectu dulcedinis & reverentiæ te commendas; re tamen & factis aſperrimum, canonicis atque Apoſtolicis decretis in his quæ Eccleſiaſtica religio maxime poſcit, te contrarium oſtendis. Nam ut de reliquis taceamus, quod de cauſa Mediolanenſi per matrem tuam, per confratres noſtros Epiſcopos, quos ad te miſimus, nobis promiſeras, qualiter attenderis, aut quo animo promiſeris, ipſa res indicat. Et nunc quidem ut vulnus vulneri infligeres, contra ſtatuta Apoſtolicæ Sedis tradidiſti Firmanam & Spoletanam Eccleſiam (ſi tamen ab homine tradi Eccleſia aut donari poteſt) quibuſdam perſonis nobis etiam ignotis, quibus non licet, niſi probatis & antea bene cognitis regulariter manum imponere.* Hactenus ſecunda querela de collatione, quam Rex ſibi uſurpaverat etiam in terris ſub Romanæ Eccleſiæ dominio poſitis. Tertia, vero & illa ſubnectitur querela de contemptis a Rege decretis ſynodalibus, quibus (ut vidimus) ipſe Gregorius quidquid turpe in Eccleſia Dei, vel ex ſimoniaca labe, vel luxuriæ clericorum turpitudine eſſet aſperſum, eſt conatus abſtergere. Ait enim:

IV. *Decuerat regiam dignitatem tuam, cum te filium Eccleſiæ confiteris honorabilius magiſtrum Eccleſiæ, hoc eſt, B. Petrum Apoſtolorum principem intueri, cui, ſi de Dominicis ovibus es, Dominica voce & poteſtate ad paſcendum traditus es, dicente ſibi Chriſto (a): Petre paſce oves meas. Et iterum (b): Tibi traditæ ſunt claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. In cujus Sede & Apoſt. adminiſtratione, dum nos qualeſcumque peccatores & indigni, divina diſpoſitione vicem ſuæ poteſtatis gerimus, profecto quidquid ad nos vel per ſcripta, aut nudis verbis miſeris, ipſe recipit: & dum nos aut elementa percurrimus, aut loquentium voces auſcultamus, ipſe ex quo corde mandata prodierint, ſubtili inſpectione diſcernit. Quapropter providendum eſſet tuæ celſitudini, ne erga Sedem Apoſtolicam in verbis & legationibus tuis aliqua inveniretur diſcrepantia voluntatis; & in his, per quæ, Chriſtiana Fides & ſtatus Eccleſiæ ad æternam ſalutem maxime proficit, non nobis, ſed Deo omnipotenti debitam non denegares reverentiam, quamquam Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus Dominus dicere dignatus ſit (c): Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Scimus enim, quoniam qui fidelem Deo obedientiam exhibere non renuit, in his quæ ſanctorum Patrum ſtatuta ſequentes diximus, velut ſi ab ore, ipſius Apoſtoli accepiſſet, noſtra monita ſervare non ſpernit. Nam ſi propter reverentiam cathedræ Moyſi Dominus præcepit Apoſtolis, ut quæcumque Scribæ & Phariſæi ſuper eam ſedentes dicerent, obſervarent; non dubium eſt, quin Apoſtolica & Evangelica doctrina, cujus ſedes & fundamentum Chriſtus eſt, cum omni veneratione, a Fidelibus per eos, qui in miniſterium prædicationis electi ſunt ſuſcipienda & tenenda ſit.*

(a) Joan. 21.
(b) Matt. 16.
De cultu Apoſt. ſedis ſpreto.
(c) Luc. 10.

V. De Synodo congregata & decretis Synodalibus renovatis.

*Congregata namque in hoc anno apud Sedem Apoſtolicam Synodo, cui nos ſuperna diſpenſatio præſidere voluit, cui etiam nonnulli tuorum interfuere fidelium, videntes ordinem Chriſtianæ religionis multis jam labefactatum temporibus, & principales ac proprias lucrandarum animarum cauſas diu prolapſas, & ſuadente diabolo conculcatas; concuſſi periculo & manifeſta perditione Dominici gregis, ad ſanctorum Patrum decreta doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil adinventione noſtra ſtatuentes; ſed primam & unicam Eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam, & tritam Sanctorum viam, relicto errore, repetendam, & ſectandam eſſe cenſuimus,* Ne-

PAGIUS

*re poſſe Romanum paſtorem. Scripſit autem ad Beatricem ejuſque filiam Mathildem, quæ tunc temporis Italiam totam præ cæteris gubernabant, ad eundem Regem, ad invaſorem Mediolanenſem, ad Suffraganeos omnes.*

II. Conciliabulum VVormacienſe Henrici Regis.

*Tunc* Rex *gravi mœrore & timore correptus, hac illacque mente furibunda tranſcurrens, omnes nequam conſiliarios advocavit: deductis in medium nonnullis ſeductoribus ante perverſæ mentis oculos, qui plura, quibus humana mens falli ſolet, propoſuerunt; regni honorem a patre dimiſſum, liberum arbitrium, opes infinitas, militum abundantiam & fortitudinem, Epiſcopos, Duces, Tyrannos, & ſub fidelitate Principes conſtrictos, ſuperborum etiam colla ſuo jugo contrita quæſtum inſuper Eccleſiarum ſuis manibus traditarum, & multa alia, quæ, ut diximus, ſæcularium mentes illiciunt: inter quos Moguntinus fuit Archiepiſcopus (*nempe Sigefridus*) & reliqui, qui ſub ipſo degebant Suffraganei. Facta vero tali conventione, ſtatuerunt, ut Imperialis conſtitutio, cunctos in ſuo regno manentes Epiſcopos, curſoribus ubique miſſis, ante ſuam præſentiam juberet aſſiſtere; & coadunatis omnibus, anathemati, quod Moguntinus hæreticus contra B. Petri Vicarium, imo in dominum & Apoſtolum ejus componeret, ſubſcriberent. Quod ſi forte motus aliqua reverentia quis eorum ſe ſubtrahere vellet, rebus omnibus & dignitate privatus, ut Regalis majeſtatis obnoxius, capitalem ſubiret ſententiam.*

III. *Interea Legatis undique miſſis, ab Urbe quidam Hugo (*cognomento Albus*) olim Cardinalis*



*Neque enim alium noſtræ ſalutis & æternæ vitæ introitum Chriſti ovibus, eorumque paſtoribus patere cognoſcimus, niſi quem ab ipſo monſtratum, qui dixit: (a) Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſalvabitur, & paſcua inveniet; & ab Apoſtolis prædicatum, & a ſanctis Patribus obſervatum, in Evangelica, & in omni divinarum Scripturarum pagina didicimus. Hujus autem decreti, quod quidam dicunt humanos, divinis honoribus præponentes, importabile pondus, & immenſam gravitudinem; nos autem magis proprio vocabulo recuperandæ ſalutis neceſſariam veritatem vocamus, & lucem, non ſolum a te, vel ab his, qui in regno tuo ſunt, ſed ab omnibus terrarum Principibus & populis, qui Chriſtum confitentur & colunt, devote ſuſcipiendam & obſervandam adjudicamus. Quamquam hoc multum deſideremus, & te permaxime deceret, ut ſicut cæteris gloria & honore, virtuteque potentior, ita eſſes & in Chriſti devotione ſublimior. Attamen ne hæc ſupra modum tibi gravia aut iniqua viderentur, per tuos fideles tibi mandavimus, ne pravæ conſuetudinis mutatio te commoveret; mitteres ad nos quos ſapientes & religioſos in regno tuo invenire poſſes, qui ſi aliqua ratione demonſtrare, vel aſtruere poſſent, in quo ſalvo eterni Regis honore, & ſine periculo animarum noſtrarum promulgatam ſanctorum Patrum poſſemus temperare ſententiam, eorum conſiliis condeſcenderemus. Quod quidem, etſi a nobis tam amicabiliter monitus non fuiſſes; æquum tamen fuerat, ut prius in quo te gravaremus, aut tuis honoribus obſtaremus, rationabiliter a nobis exigeres, quam Apoſtolica decreta violares. Verum quanti aut noſtra monita, aut obſervantiam juſtitiæ feceris, in his, quæ poſtmodum a te geſta & diſpoſita ſunt, declaratur.*

(d) Joan. 10.

VI. *Sed quia dum adhuc longa Dei patientia ad emendationem te invitat, creſcente intelligentia tua, ad obedientiam mandatorum Dei cor & animam tuum flecti poſſe ſperamus; paterna te charitate monemus, ut Chriſti ſuper te imperium recognoſcens, honorem tuum ejus honori præponere, quam ſit periculoſum, cogites, & libertatem Eccleſiæ, quam ſponſam ſibi cæleſti conſortio jungere dignatus eſt, non jam tua occupatione impedias, ſed quo maxime creſcat, Deo omnipotenti & beato Petro, a quibus & tua mereatur amplificari gloria, auxilium tuæ virtutis fideli devotione exhibere incipias. Quod nimirum pro collata tibi ex hoſtibus tuis victoria, nunc te permaxime illis debitum fore, cognoſcere debes, ut dum te memorabili proſperitate lætificant, ex conceſſis beneficiis devotiorem videant. Atque hoc ut timor Dei, in cujus manu & poteſtate omne regnum eſt & Imperium, præcordiis tuis altius, quam noſtra admonitio infigat; in mente habeas quid Saul, poſt adeptam victoriam, qua Propheta jubente uſus eſt, de ſuo triumpho glorianti, & ejuſdem Prophetæ monita non exequenti acciderit, & qualiter a Domino reprobatus ſit. Quanta vero gratia David Regem ex merito humilitatis inter virtutum inſignia ſubſecuta fuit. Denique ſuper his, quæ in epiſtolis tuis viſa ac cognita reticemus, non antea tibi certa reſponſa dabimus, donec Legati tui Rabbodi, Adelprech, & Vodeſcal * Rei, quos his adjunximus, ad nos reverſi ſuper his, quæ illis tecum agenda commiſimus, tuam nobis plenius aperiant voluntatem. Dtum Romæ ſexto Idus Januarii. Indictione xiiii.* Audiſti Lector, vere patrem filio ſalutis monita ex debito impartientem, nihil adhuc minarum litteris immiſcentem, nulla de excommunicando Rege verba facientem.

Modeſte utendum victoria.
*

VII. Porro hanc miſſam legationem, & litteras datas dicta Januarii die poſtremas fuiſſe, utpote perlatas paulo ante conciliabulum Vvormatienſe celebratum Dominica Septuageſimæ, dicere opus eſt.

VIII. At quid poſt hæc Rex contemptor numinis, atque perfidiæ cultor egerit, videamus. Collegit mox adverſus eum Vormatiæ conventiculum, de quo dicturi, antea opus eſt, ut quæ occurrunt ipſo ingreſſu mendaciorum ſpineta, veritatis falce ſuccidamus.

Qui nuper edidit vitam Henrici hujus * auctor, idemque promulgator Bennonis in Gregorium Papam calumniis conferti voluminis, egregii mendaciorum contextoris opus, quod ſæpe ſuperius contigit rationibus apertiſſimis confutari, hic, inquam, confartor impoſturarum, commenticias quaſdam litteras Henrici Regis nomine ad Annonem Colonienſem Archiepiſcopum de indictione Concilii Vvormatienſis poſt Henrici ejuſdem vitam appoſuit. De quo alterum de duobus dicen-

Confutantur impoſturæ novantium.
* Rainerus damnatus auctor jure perſtringitur qui hiſtoriam de vita Henrici quarti, & de vita Gregor. Septimi ex Bennone edidit cuſam Francofurti anno Domini 1581.

PAGIUS

In eo Gregorius VII. deponitur.

*nalis, tunc autem inter Epiſcopos hæreticos præcipuum caput (qui jam tertio ab Apoſtolica ſede damnatus fuerat, quia quoſdam Simoniacos reconciliare præſumpſerat) fictitiis ſuis literis, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum perſonas repræſentans advenit; laudans omnia quæ ſuper dominum Papam compoſuerant; projectis in medium aliis Epiſtolis, ſub omnium Cardinalium, Senatuſque ac populi nomine titulatis, quibus ſignificabantur quædam proclamationes ad præſentiam Regiam delatæ; ubi etiam continebantur poſtulatio novi Pontificis, & abjectio legitimi Paſtoris; ſubintulit etiam multas inimicitias, quas patiebatur a Normannis, a circumjacentibus Comitibus, ab ipſis etiam traditoribus in Urbe manentibus. Quibus viſis Rex non modice lætatus, ad opus componendum fomentum deſideratum accepit. Adductis itaque in* me-

cendum eſt, vel quod eas ipſe commentus ſit ſtylo mendaci; vel ſi non ipſe fecit, ſed ut eas invenit antiquitus ſcriptas, edidit bona fide (ſi in malo animo potuit eſſe bona fides) tunc ſummæ oſcitantiæ, obtuſi ingenii redarguendus idem eſt homo, qui adeo manifeſtam falſitatem, ſui plane magnitudine portentoſam non cognovit. Hæc ut perſpicue intelligas, Lector, attende. Conſtat teſtificatione Lamberti, rem geſtam præ oculis habentis, non ante indictum eſſe conciliabulum Wormatienſe, quam legatione accepta a Romano Pontifice Henricus hoc anno id facere eſt aggreſſus: quomodo ergo potuit de eo ſcripſiſſe ad Archiepiſcopum Colonienſem, ut ſe conferret Wormatiam ad Concilium, quem conſtat longo laborantem morbo, anno ſuperiori eſſe defunctum? in eodem auctore teſtante, qui res ab eo præclare geſtas pluribus proſecutus eſt, idipſum affirmante auctore ipſo, qui tunc temporis vitam ejuſdem Annonis conſcripſit, id Sigeberto & Alberto Stadenſi, quem ipſemet edidit, & ſcholiis infecit, idipſum aliis pluribus aſſerentibus.

IX. Nec eſt quod dici poſſit, alias ante ab eodem Rege indictum anno ſuperiori idem Wormatienſe Concilium adverſus Romanum Pontificem, tempore Pentecoſtes celebrandum: nam nihil otii vel de eo cogitandi Henrico erat, qui totus in expeditione Saxonica eſſet, cujus erat & longe ab his remotus animus, quem vidimus ſuis litteris obſequentem ſe exhibuiſſe ipſi Romano Pontifici, & Gregorii Papæ erga ipſum haud aliena ab amantiſſimo patre frequentata eſſe officia, longeque abfuiſſe, ut quæ de Legatis Regis Romæ male habitis narrantur in iiſdem litteris, accidere potuerint, & ſub Annone illa evenerint, quæ in iiſdem Henrici litteris ad Annonem Colonienſem Archiepiſcopum narrantur his verbis, ubi queſtus eſt pluribus, quod Gregorius non ſacerdotium tantum ſibi ſumeret, ſed uſurparet & regnum:

X. *Me quoque*, inquit, *quem Deus in regnum, non autem illum vocavit ad ſacerdotium, quia me de Deo & non de illo regnare velle vidit, quia ipſe Regem me conſtituit, regno privare ſtuduit, minitans regnum, animamque mihi tollere, quorum neutrum conceſſit. Hæc & his ſimilia cum ſæpius in noſtram (ut ipſe noſti) contumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit, qui de die in diem nova exquiſita, confuſionis genera nobis ingerit, ut in noſtris Nuntiis noviter argumentum dedit. Nam charta exponere non ſufficit, qualiter eoſdem noſtros Nuntios tractaverit, quam indignis modis affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit, & carceratos nuditate, frigore, fame, ſiti, ac plagis contriverit; ſicque demum ad exemplum per medium civitatis circumductos omnibus ſpectaculum præbere juſſerit, ita ut eumdem cum Decio tyranno inſanire, & Sanctos aſſare credas & dicas. Unde ne pigeat chariſſime, communi noſtrum, ſcilicet meæ & Coepiſcoporum tuorum petitioni ſatisfacere, ut in Pentecoſte Vvormatiam venias, & ibi plura, quorum pauca docet chartula, cum cæteris audias Principibus, & quid agendum ſit, doceas, rogatus per dilectionem Coepiſcoporum, monitus per Eccleſiæ utilitatem, obligatus per vitæ noſtræ & regni totius honorem.* Hactenus ad Colonienſem Antiſtitem Annonem Rex ſcripſiſſe fingitur.

XI. Multa ab impoſtore coagmentata mendacia. Nec quidem ob aliam cauſam id a ſchiſmaticis factum, niſi ut Gregorius ſanctiſſimus Papa hujuſcemodi calumniis infamatus vileſceret, maleque penes omnes audiens ab omnibus proſcinderetur blaſphemiis & maledictis; ſacrilegus vero Rex excuſatus atque laudatus exiſteret. Sed qui Legatorum finxit carcerem, verbera, & per Urbem ignominioſam illam circumductionem, oblitus eſt jam Annonem fuiſſe defunctum, ad quem eſt commentus ſcripſiſſe Regem; ita Deo vindice veritatis agente, ut ſemper mendax aliquid in commentandis mendaciis omittat, vel addat, quibus teneri poſſit & argui. Cum alioqui etiam ſi ad alium quempiam tunc vere exiſtentem Epiſcopum Regem ſcripſiſſe finxiſſet impoſtor; adhuc tamen ex facti evidentia mendacii redargui potuiſſet, quod non ad Pentecoſten, ſed ad Septuageſimæ Dominicam indictum fuiſſet a Rege Vvormatienſe conventiculum illud. Sed & ſi hoc quoque caviſſet aſtutus

PAGIUS *medium diabolicis Pontificibus, anathema ſuper Dominum Papam, imo ſuper ſe ipſos protulerunt* (nempe in Conventiculo Wormacienſi). *Miſſis etiam in Longobardiam & Marchiam a latere Regis tam nunciis, quam apicibus, viſum eſt, ut facto anathemati ſubſcriberent. Congregatis ergo omnibus Papiæ, ex præcepto Regis, & magis ex propria malevolentia & odio, ut res patuit, anathemati ſubſcripſerunt. Nam ad oſtendendum malæ voluntatis cumulum, poſitis ſacroſanctis Evangeliis, juramento firmaverunt, nullo modo ſe deinceps Gregorium pro Papa habituros, vel obedientiam exhibituros, miſſiſque nunciis, idem ut alii facerent, effecerunt.*

IV. Synodus Romana III. Reg. Henricum deponendum & anathematizandum ſtatuit. *Scripſit autem idem Rex Romam literas, omni injuria inhoneſtas, falſitateque repletas, præcipiens domino Papæ, ut de Sede ſurgeret, Eccleſiamque dimitteret: vocans eum perjurum, invaſorem, & Regiæ dignitatis diminutorem, maxime ſimoniacis Longobardiæ elaborantibus. Statuerunt etiam, ut non ante literæ darentur & verba, quam Synodus, quæ congregata in Romana fuerat Eccleſia, plenius hoc audire poſ-*



tus artifex, tamen quod tam enorme facinus ſui immanitate longe lateque vulgandum, a nemine umquam fuerit ſcriptum; quod nec extiterit aliquando, ex litteris Gregorii noviſſime recitatis, ſatis quiſque poterit intelligere. Faceſſant igitur iſta cum aliis in Gregorium a ſchiſmaticis excogitata figmenta. Jam vero ex Lamberto tunc vivente, auctore fide præſtanti proſequamur hiſtoriam, qui pergit de indicta pſeudoſynodo Vvormatienſi iſta narrare:

XII. Wormatienſe Conventiculum. *Legatio, Papæ ſcilicet vehementer Regem permovit: ſtatimque abjectis cum gravi contumelia Legatis, omnes qui in regno ſuo eſſent, Epiſcopos & Abbates Vvormatiæ Dominica Septuageſimæ convenire præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Romanum Pontificem, ſi qua ſibi via, ſi qua ratio pateret, in hoc cardine totam verti ratus ſalutem ſuam, & regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet Epiſcopus.* At quis præparato fomiti addiderit ignem, malorum omnium incentor exiſtens, ſic idem auctor paulo inferius narrat: *Rex ſtatuta die venit Vvormatiam, venerunt etiam Epiſcopi & Abbates ampliſſimo numero.*

XIII. *Commode quoque conficiendis tantis rebus intervenit quidam ex Cardinalibus Romanis Hugo cognomento Blancus, quem ante paucos dies propter ineptiam ejus & mores inconditos Papa de ſtatione ſua amoverat, deferens ſecum de vita & inſtitutione Papæ ſcenicis figmentis conſimilem tragœdiam, ſcilicet unde oriundus, qualiter ab ineunte ætate converſatus, quam perverſo ordine Sede Apoſtolicam occupaverit, quæ ante Epiſcopatum, quæ poſt acceptum Epiſcopatum memoratu quoque incredibilia flagitia commiſerit.* Quænam autem iſta fuerint, auctor qui ea eſſe commenticia probe novit, ſcribere prætermiſit. Sed Benno pſeudocardinalis una collegit, atque in Eccleſia poſtea promulgavit, quæ nos ſicut ſuperius mendacii convicimus, ita & inferius nullo ferme negotio redarguemus manifeſti erroris & falſitatis. Cæptam ſemel modo proſequamur hiſtoriam. Pergit ergo Lambertus:

XIV. Quæ in Gregorium Papam decernuntur a Schiſmaticis. *Hujus auctoritatem tamquam divinitus ſibi deſtinatam gratiſſime amplexati, & promptiſſime ſecuti, ſententiam promulgarunt, quod Papa eſſe non poſſit; nec ullam juxta privilegium Romanæ Sedis, ligandi aut ſolvendi poteſtatem habeat, vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac criminibus commaculaverit. Cumque cæteri omnes damnationi ejus, nihil heſitantes ſubſcriberent: Adalbero Vvirtzeburgenſis Epiſcopus & Herimannus Metenſis Epiſcopus aliquandiu reſtiterunt, dicentes, incongruum valde & contra canonum ſcita eſſe, ut Epiſcopus aliquis abſens abſque generali Concilio ſine legitimis & idoneis accuſatoribus & teſtibus, necdum probatis criminibus quæ obiicerentur, condemnaretur, nedum Romanus Pontifex, adverſus quem nec Epiſcopi, nec Archiepiſcopi cujuſquam recipienda ſit accuſatio. Sed Vvillelmus Trajectenſis Epiſcopus, qui cauſam Regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut Re-*



PAGIUS *poſſet, quod etiam factum eſt. Nam & Papæ Synodum faciente, quidam Parmenſis Clericus, domini Apoſtolici ad injuriam, cum eiſdem literis præſentare ſe non abhorruit; & eaſdem blaſphemias in facie totius Eccleſiæ & Conventus, proferre non formidavit.* Paucis interpoſitis: *Poſtquam vero finito hymno, facturus ſermones exhortationis omnibus, Papa conſederat; ille præcurſor Antichriſti, non tribuens honorem Deo* depoſitionem intimat, & tamen Papa ne occidatur impedit, & oſtendit in ejuſmodi caſibus columbinam ſimplicitatem tenendam: *His atque aliis nonnullis peroratis, ſancta & magna Synodus dixit: Tua, Sanctiſſime Pater, cenſura, quem ad regendum noſtri temporis ſeculum divina peperit clementia, contra blaſphemum, invaſorem, tyrannum, deſertorem, talem ſententiam proferat, quæ hunc conterat, & futuris ſeculis tranſgreſſionis cautelam conferat. Dignum quippe eſt juſſis tuis obedire & obſecundare, &c. Tandem omnibus acclamantibus definitum eſt, ut honore Regio privaretur, & anathematis vinculis, tam prænominatus Rex, quam omnes aſſentanei ſui colligarentur.* [1]

V. De Conventiculo Wormacienſi Chronographus Virdunenſis, qui hoc tempore vivebat, & cujus Opus Baronius non vidit, hæc habet: *Verum novi dogmatiſtæ judicia Apoſtolica ſpernunt, Scripturas ſanctas abiiciunt, de corde ſuo prophetantes, & mercedem ſcelerum traditi*

NOTÆ [1] COmmemoranda eſt hoc anno Synodus Salonitana in Dalmatia, quam A. S. legati Gebizo monaſterii SS. Bonifacii & Alexii abbas, dein vero Cæſenatenſis epiſcopus & Folcuinus Foroſempronienſis epiſcopus habuerunt *octobri menſe anni* hujus MLXXVI. *indictione XIV.* (in ſeptembri non mutata) *Demetrius* alio nomine *Simmir* Croatiæ & Dalmatiæ Dux in eo concilio ab apoſtolicæ ſedis legatis *per vexillum, enſem, ſceptrum & coronam* rex conſtitutus fuit; cujus accepti beneficii gratia idem princeps tuitionem & favorem in eccleſiæ miniſtros ſpopondit tum & annuum vectigal ducentorum bizantinorum eccleſiæ Romanæ pollicitus fuit, quæ omnia adjecto fidelis ſubjectionis ſacramento ſolemni confirmavit. Synodi hujus acta in archivis *S. Lateranenſis palatii* ſervari tradit ſcriptor coævus veteris libelli cenſuum S. R. E. quem ex vetuſto codice dedit Muratorius Antiquit. Ital. t. V. col. 840. Hæc Synodus latuit Collectores. MANSI

*Regi, cui ſub jurejurando fidem ſpopondiſſent, protinus renuntiarent. Is eo tempore Regi admodum charus acceptuſque erat, eique Rex omnium quæ privatim, vel publice agenda erant, poſt ſe ordinationem delegaverat, vir ſæcularibus litteris apprime eruditus, ſed faſtu nimio inflatus, vix ſe ipſe ferebat. Igitur ex nomine omnium qui convenerant Epiſcoporum & Abbatum, plenæ contumeliarum litteræ Romam deſtinantur, quibus denuntietur Romano Pontifici, ut Pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas leges uſurpaſſet, ſe abdicet; ſciatque poſt eam diem quidquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi.* Hæc ſunt, quæ in conciliabulo Wormatienſi eſſe acta, Lambertus enarrat.

XV. His conſentiunt quæ carmine ſcripſit ejuſdem temporis auctor Domnizo presbyter in vita Mathildis libro priori, poſt enarratum lapſum Regis, poſt victoriam inſoleſcentis, in priora atque deteriora crimina relabentis, quæ emendanda tum Legatis Apoſtolicæ Sedis, tum matri Agneti Auguſtæ jurejurando promiſerat, quorum cauſa in eum commotus Gregorius fuit, his ſcilicet verſibus, qui etſi pedibus claudicent, veritatis firmitate conſiſtunt:

*Acrius ad Regem ſcripſit Papa ſacer, & ſe*
*Ulterius clamat non poſſe pati mala tanta;*
*Rex mox hac illac diſcurrere cœpit, ad iſta*
*Plures perverſos coadunans tempore certo:*
*Cum quibus adverſum patrem loquitur reverendum,*
*Moguntinus ibi fuit Archiepiſcopus, ipſi*
*Judicium totum tribuit Rex flagitioſus.*
*Huc Hugo tunc falſus venit, qui dicitur Albus.*
*Officit hic multis Romanæ presbyter Urbis.*
*Ter damnatus erat, pretio qui reſtituebat*
*Emptores Chriſti templorum, junctus & ipſis*
*Adverſus Papam fingens mala, lætificabat*
*Corda malignorum, Regis ſimul & ſociorum.*
*Audax Antiſtes Moguntinus nimis ille*
*Non Chriſtum timuit, Papam quando maledixit,*
*Cuncti ſubſcribunt. Magis ipſi ſe maledicunt,*
*O blaſphemia non umquam hic, neque poſt abolenda.*
*Hoc anathema quidem mandavit mox procul idem*
*Ad Allobroges ſimoniacos nimis altos,*
*Qui læti facti, in Papam denique raptim*
*Omnes concurrunt, Regis faciunt quoque juſſum.*
*Jurant, ſubſcribunt contra Dominumque Magiſtrum.*
*Mittendos apices Romam Rex edidit ipſe,*
*Qui de ſede ſacra dicebant ſurgere Papam*
*Injuſte ſtantem, Papatum depopulantem:*
*Quos Synodo coram ſtatuerunt mittere Romam.*
*Quidam Rolandus Parmenſis clericus aptus,*
*Eligitur, quarum gerulus tunc litterarum.*

Hæc auctor, rude, ſed vere; Albertus autem tradit, Saxonicos Epiſcopos nequaquam aſſenſum præbuiſſe ejuſmodi inaudito facinori. In quo tamen perpetrando, haud eo progredi auſa eſt factio impiorum, ut ipſum Gregorium (prout audiſti ex Lamberto) a Sede Pontificali deponeret, ſed ut ſeipſum deponeret, ad eum ex Synodo conſcripſiſſe. Sed quæ hæc ſecuta ſint, videamus. Lambertus enim, cujus fides integra comprobatur, ſic pergit:

XVI. Synodus Romana in qua Rex Henric. excommunicatur.

*Legati, ut juſſum fuerat ſummo conatu iter accelerantes, pridie quam a* Papa Romæ *Synodus indicta celebraretur* (erat ex more prima hebdomada Quadrageſimæ) *Romam ingreſſi litteras tradunt. Tunc cæteram legationem, ſicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioſo, quam ſcripto exequuntur. Papa nihil permotus atrocitate nuntii, poſtera die, cum Clerus & populus ad Synodum frequens confluxiſſet, in auribus omnium litteras recitari fecit; & ſic cunctis, qui convenerant Epiſcopis id fieri decernentibus, Regem excommunicat, & cum eo Archiepiſcopum Moguntinum Sigefri-*

PAGIUS — Conciliabulum VVormacienſe magis explicatur.

*diti deſideriis cordium ſuorum in ſuimet a Chriſto abjectione recipientes. Hi igitur Concilio VVarmaciæ habito, ubi omnis quam patimur calamitas, exorta eſt, abjecerunt a ſe jugum diſciplinæ; cum nullam adhuc in illos Domnus Papa anathematis deſtinaſſet ſententiam, & ſanctæ obedientiæ libellum repudii conſcripſerunt, Prælationi ſedis Apoſtolicæ ſuperbæ & repentina temeritate abrenunciantes. Primum hoc fermentum totam Eccleſiæ maſſam corrupit. Conventus hic inter Nativitatem dominicam & ſequentem Quadrageſimam habitus eſt, ita diſtantibus ſpatiis, ut quæcunque ibi gererentur Romam tempore Synodi referri poſſent. Die vero natalitio Andreæ Apoſtoli, ante ipſam diei feſtivitatem apud Bavemberg Heinrico poſito, tanta adhuc inter regnum & ſummum Sacerdotium vigebat concordia, ut deſtitutio Pontificis urbis ipſi-*



*fridum, Epiſcopum Trajectenſem Vuillelmum, Epiſcopum Babenbergenſem Robertum. Cæteris qui conſpirationis hujus participes extiterant, diem ſtatuit, qua niſi Romam præſentati cauſam dicerent novæ hujus & inuſitatæ contra Sedem Apoſtolicam rebellionis, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur. Porro Ottonem Ratiſponenſem Epiſcopum, & Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum, & Burchardum Loſannenſem Epiſcopum, Eberhardum Comitem, Udalricum, & alios nonnullos, quibus Rex potiſſimum Conſiliariis utebatur, jam pridem excommunicaverat.* Erant hi, qui pecunia diſtrahebant Epiſcopatus & Abbatias, quos in Synodo anno ſuperiori Gregorius (ut vidimus) excommunicatione damnarat; quos tamen Rex contra juſſa Gregorii ſecum in palatio retinebat.

XVII. Non prætermittendum, quod de hac eadem Synodo Romæ habita Domnizo presbyter ſcribat in vita Mathildis, nimirum ipſum Gregorium Papam ob oculos repræſentaſſe totius Synodi de his, quæ agerentur, ſculptam imaginem, quæ veluti ſacris litteris exprimeret totius tragœdiæ argumentum, his ſcilicet ſymbolis. Anguis erat, idemque percuſſus ſeipſum ſpiris colligens, rabido morſu appetens coram poſitum ovum, lapideum ipſum quidem, quod nihil poſſet lædere, ſed læſus ipſe refugeret. Quibus ſignificaretur petra (quæ eſt Eccleſia) furore perſequentis Regis lædi non poſſe, lædi vero ipſum, qui eam lacerandam perſecutione tentaſſet. Sed audi ipſum:

Quid de Synodo habita Romæ Rolandus.

*Incipiens Synod. paſtor Gregorius, ovum*
*Gallinæ ſculptum geſtans in cortice ſcutum,*
*Et colubrum nigrum, qui tendebat caput, ictu*
*Quippe repercuſſus quodam, pertingere ſurſum*
*Non poterat, caudamque plicans dabat ſinuatam.*
*Non erat hæc plana, ſed erat ſculptura levata*
*Ad ſynodum fertur, numquam par ante repertum.*
*Quod dum miratur; prædictus ecce Rolandus*
*In medium venit, Papæ mox dicere cœpit:*
*Rex juſſit terræ, juſſerunt pontificeſque*
*Ut linquat Sedem, quam non es dignus habere.*
*Romanis clericis mox idem portitor inquit:*
*Coſtes in Pente Romam, teſtor, veniet Rex*
*Miſſurus Papam, lupus hic, non eſt quia Papa.*

Hæc eadem de Rolando habent Acta ipſius Gregorii, quibus ejuſdem Pontificis vita texitur, & reliqua conſentientia iis, quæ ſubiiciuntur. Nam pergit Domnizo: XVIII.

*Has geſtare decet virtutes nos modo vere,*
*Atque Crucem Chriſti ſtudeamus ferre metipſi,*
*Non nos a Chriſto tribulatio ſeparet iſto*
*Tempore, ſed colla ſubdamus, membraque noſtra*
*Martyrio. Verbo fidei feriatur hic ergo*
*Oſtenſus ſerpens, qui ſcutum geſtat & enſem*
*Adverſus matrem Romanam Catholicamque*
*Eccleſiam Chriſti de ſanguine rubra benigni.*
*Plura loquens Papa, dixit Synodus ſibi ſancta:*
*Tu pater es patrum, blaſphemum contere pravum:*
*Eſt noſtrum quippe juſſis parere, tuiſque*
*Pro Chriſto mortem patienter gliſcimus omnes:*
*Judicium confer, gladium trahe, percute fortem.*
*Omnibus excelſo dignum clamantibus eſſe*
*Privari regno Regem, maledicere necnon*
*Papa dolens, vinclis anathematis illico ſtrinxit*
*Regem prædictum: Cui regnum devitat ipſum.*
*In quadrageſima Synodus celebrata ſit iſta,*
*Qui Petrum ſanctum, qui Papam diligit almum,*
*Hoc anathema probat.*

Subdit de clariſſimis feminis Beatrice atque ejus filia Mathilde Comitiſſis, quæ licet propinquæ ſanguine Regi eſſent, nequaquam a Gregorio Pontifice receſſerunt, ſed magis magiſque inhæſere; ita tamen, ut mediatrices agerent apud Regem, ut eum Eccleſiæ conciliarent; quod & perfecere tandem, ut ſuo loco dicetur. Sed nec mater ipſa Regi Agnes Auguſta amore filii receſſit a Gregorio Pa- XIX.

*Ann. Eccl. Tom. XVII.* Hhh 2

PAGIUS *ipſius* (nempe Herimanni, de qua Baronius anno MLXXV. num. XII.) *& ſubſtitutio alterius obedientiæ Domini Papæ deputaretur. Ille igitur, qui ante Nativitatem dominicam tanta in Eccleſia magnificentia erat, ut ad nutum illius mutationes Ordinum fierent, paucis poſt Nativitatem diebus inconventus & inauditus proſcriptus eſt, & quantum ad illos depoſitus,*

Papa, ſed illi inhærens permanſit immobilis uſque ad extremum vitæ ſpiritum, quem, anno ſequenti obtulit Deo apud ſanctum Petrum, ut ſuo loco dicetur inferius. De iſta namque hæc Sigebertus hoc anno de Gregorio: *Quoſcumque poteſt, ab Henrico verbis & ſcriptis avertit, animum etiam Agnetis matris ejus ab eo alienat.*

XX. Agitur de his etiam in rebus geſtis ſancti Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, ſcriptis mandatis ab ejus presbytero pœnitentiario, in quibus hæc inter alia: *Inaudita deinde audacia & admirabili ſuperbia ſui facinoris compotes, nec dicendos colligit, Epiſcopos in civitatem Vvormatiam, habitoque conciliabulo, proſcripſerunt primæ Sedis Epiſcopum: quod a ſæculis non eſt auditum. Fecit deinceps legationem in Italiam, eamdem affirmans præſumptionem per ſchiſmaticos ſibi complices Epiſcopos. Hujus legationis lator fuit quidam * Eberardus nomine, Teutonicus natione, filius ſæculi, hamus diaboli, inventor omnis fere mendacii. Hic circuivit & perambulavit terram, ut ſchiſmatica omnes inficeret contagione. Multos certe, qui propter interdictum domini Papæ divino ab officio ceſſaverant, ipſe interdictus & vinculo perditionis ligatus inaudita temeritate ac ſuperbia reconciliavit; & ex parte domini ſui Regis, ut officium more priori celebrarent, interdixit.*

* Rolandus

XXI. Retunditur procacia Nuntii Regis.

*Cum igitur diſſimulare amplius tanti facinoris malitiam non poſſet Apoſtolicus, excommunicavit tam ipſum, quam omnes ipſius fautores, atque omnem ſibi regiam dignitatem interdixit, & obligatos ſibi ſacramentis ab omni debito fidelitatis abſolvit. Quia (quod verecundum etiam eſt dicere) præter hæreticam, quam prælibavimus, culpam, aderant in ſancto Concilio Nuntii illius ſic audientes latrare: Præcipit dominus noſter Rex, ut Sedem Apoſtolicam, Papatum, utpote ſuum, dimittas, nec locum hunc ſanctum ultra impedias. Proh nefas! & o execrabilem infeliciſſimi hominis temeritatem! En ſuum eſſe dixit, quod ſolum Apoſtolorum principi Petro Chriſtus Dominus commiſit; nec ſubito quidem commiſit, verum tertio antequam committeret, interrogavit: Simon (inquiens) amas me? paſce oves meas. Non Regem, non Imperatorem, aut aliquam Chriſtianæ profeſſionis conditionem excepit præter eam, qui ſuam ſe ovem eſſe negaverit. Igitur quem ſui ſolius judicio Dominus reſervavit; hic non ſolum judicare, verum etiam ſuum dicere, & quantum in ſe eſt, audet damnare. Quam ob cauſam omnis illa ſancta Synodus jure indignata, anathema illi conclamat atque confirmat.* Hactenus de his ibi.

XXII. In vita autem ejuſdem Pontificis additur, quod ſequenti die poſt Rolandi illius in Synodo habitam invectivam orationem, allatæ ſunt litteræ pœnitentium Epiſcoporum. Sunt autem hæc ibi ſcripta: *Die vero altera ab Epiſcopis Ultramontanis litteræ ad Pontificem ſunt allatæ, in quibus confitebantur ſe erraſſe, & nimium deliquiſſe, qui poſtulabant quoque veniam; & omnem de cætero ſibi obedientiam obſervaturi firmiter ſpoponderunt. Vixque ſedato tumultu, ſynodalis tractatus in tranquillitate proceſſit. Sed cum tempus jam inſtaret abſolvendi ſynodum, Pontifex habito cum centum & decem Epiſcopis utiliori conſilio, in eumdem Regem, qui Eccleſiaſticam unitatem ſcindere attentavit, excommunicationis ſententiam protulit, & uſque ad condignam ſatisfactionem, ſententiam ipſam firmiter obſervari præcepit.* Quod quidem pie, ſancte, juſte, riteque factum prædeceſſorum exemplis pluribus auctor docet. Gregorius igitur ubi anathematis ſententia in Synodo perculit Henricum Re-

PAGIUS *ſitus; ex die enim, qua tanti ab hominibus habitus eſt, nullam eorum legationem accepit, uſque dum illa veniret, qua dictum eſt; Deſcende, deſcende, interdicimus tibi jus omne Papatus.* [1]

NOTÆ [1] DE Wormacienſi hoc Conciliabulo plus aliquid addit Annaliſta Saxo Eccardi ad hunc annum: *Vvormaciæ*, ait, *Concilio Epiſcoporum habito omnes pene Theutonici regni præter paucos de Saxonia Pontifices Papam Hildebrandum Gregorium abdicarunt, mittentes Epiſtolam ad illum, poſt multas culpationes in illum conjectas ita concluſam. Quia ergo & introitus tuus tantis perjuriis initiatus, & eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem tuarum novitatum periclitatur, & vitam converſationemque tuam tam multiplici infamia deboneſtaſti, obedientiam quam tibi promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos renuntiamus; & quia nemo noſtrum, ut tu publice declamaſti, tibi hactenus fuit epiſcopus, tu quoque nulli noſtrum eris apoſtolicus.* Tum addit hiſtoricus formulam a ſingulis patribus ejus conciliabuli ſignatam in hanc ſententiam. *Ego N. civitatis N. epiſcopus Hildebrando ſubjectionem & obedientiam ex hac hora & deinceps interdico, & eum apoſtolicum nec habebo, nec vocabo.* Id tamen pleriſque non ſincere, & ex animo factum notat hiſtoricus; quin & ex iis plures deinde per literas apud pontificem ſeſe excuſaſſe, veniamque poſtulaſſe aſſeverat. MANSI



Regem, & omnes, qui perpetrati ſceleris fuiſſent auctores; ad omnes Chriſti fideles has litteras dedit, quibus & ſententiam excommunicationis in eoſdem latam adjunxit: (a)

(a) Greg. l. 3. ep. 6.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus, qui cupiunt ſe annumerari inter oves, quas Chriſtus beato Petro commiſit, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XXIII. Epiſt. Synodalis ad omnes Chriſti fideles.

*Audiſtis fratres novam & inauditam præſumptionem, audiſtis ſceleratam ſchiſmaticorum, & nomen Domini in beato Petro blaſphemantium garrulitatem & audaciam: audiſtis ſuperbiam ad injuriam & contumeliam ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis elatam, qualem veſtri patres nec viderunt, nec audierunt umquam; nec ſcripturarum ſeries aliquando a Paganis vel hæreticis docet emerſam. Cujus mali etſi aliquod umquam poſt fundatam & propagatam fidem Chriſti præceſſiſſet exemplum; omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu & conculcatione Apoſtolicæ, immo divinæ auctoritatis dolendum foret & gemendum. Quapropter ſi beato Petro claves regni cœlorum a Domino noſtro Jeſu Chriſto traditas eſſe creditis, & vobis per manus ipſius ad æternæ vitæ gaudia introitum patere cupitis; cogitandum vobis eſt, quantum nunc de irrogata ſibi injuria dolere debeatis.*

XXIV. *Niſi enim hic, ubi per diſcrimina tentationum veſtra fides & corda probantur, ſocii paſſionum efficiamini, procul dubio non eſtis digni, ut participes futuræ conſolationis, & filii regni cœleſtem coronam & gloriam ſortiamini. Rogamus igitur charitatem veſtram, ut inſtanter divinam miſericordiam implorare ſtudeatis, quatenus aut corda impiorum ad pœnitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda conſilia, quam inſipientes & ſtulti ſint, qui petram a Chriſto fundatam evertere, & divina privilegia violare conantur, oſtendat. Qualiter autem aut pro quibus cauſis beatus Petrus anathematis vinculo Regem alligaverit, in chartula, quæ huic incluſa eſt, plene poteſtis cognoſcere.* Hactenus ſynodalis epiſtola ad Orthodoxos Chriſti fideles. Chartula autem, quam dicit iſta continere, ſic ſe habet, præmiſſo ejuſmodi titulo:

*Depoſitio Regis Henrici filii Imperatoris Henrici; & abſolutio omnium, qui ſibi præſtiterant juramentum.*

XXV. Decret. excommunicationis in Henric. Reg.

*Beate Petre Apoſtolorum princeps, inclina quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me ſervum tuum, quem ab infantia nutriſti, & uſque ad hunc diem de manu iniquorum liberaſti, qui me pro tua fidelitate oderunt & odiunt. Tu mihi teſtis es, & Domina mea Mater Dei, & beatus Paulus frater tuus inter omnes Sanctos, quod tua ſancta Romana Eccleſia me invitum ad ſua gubernacula traxit; & ego non rapinam arbitratus ſum ad Sedem tuam aſcendere, potiuſque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum pro gloria mundi ſæculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus credo, quod tibi placuit & placeo, ut populus Chriſtianis tibi ſpecialiter commiſſus mihi obediat, ſpecialiter pro vita tua mihi commiſſa, & mihi tua gratia eſt poteſtas a Deo data ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra.*

XXVI. *Hac itaque fiducia fretus, pro Eccleſiæ tuæ honore & defenſione ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti, per tuam poteſtatem & auctoritatem Henrico Regi filio Henrici Imp. qui contra tuam Eccleſ. inaudita ſuperbia inſurrexit, totius regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos a vinculo juramenti, quod ſibi fecere, & facient, abſolvo; & ut nullus ei ſicut Regi ſerviat interdico. Dignum eſt enim, ut qui ſtudet honorem Eccleſiæ tuæ imminuere, ipſe honorem amittat, quem videtur habere. Et quia ſicut Chriſtianus contempſit obedire, nec ad Dominum rediit, quem dimiſit participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meaque monita, quæ pro ſua ſalute ſibi miſi, te teſte, ſpernendo, ſeque ab Eccleſia tua, tentans eam ſcindere, ſeparando, vinculo eum anathematis vice tua alligo, & ſic eum ex fiducia tua alligo, ut ſciant gentes & comprobent, quia tu es Petrus, & ſuper tuam petram Filius Dei vivi ædificavit Eccleſiam ſuam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Hactenus ibi.

XXVII. Ex his Benno ille pſeudocardinalis ſchiſmaticorum patronus, quo minus rationibus uti poſſet, eo magis ad calumnias ſe convertens, ipſo ſuæ epiſtolæ exordio incipit declamare, contra jus faſque damnatum Regem, quem mentitur Papæ obedientem fuiſſe, nec debuiſſe abſentem ullatenus condemnari. At licet abſens fuerit, confeſſus tamen, immo profeſſus per litteras fuit errata ſua, quas Romam ad Pontificem miſit recitandas in Synodo: cum alioquin in Henricum ipſum iſta potuerint retorqueri, qui abſentem Pontificem, nec vocatum auſus fuerit condemnare. Quanta vero miſcuerit ille mendacia, Scriptorum omnium ejus temporis & actionum teſtificatione convincitur. Sed de his inferius.

XXVIII. Inſuper idem Gregorius Papa alios rebelles in ea Synodo damnavit Epiſcopos, præcipue vero Archiepiſcopum Moguntinum; cujus excommunicationis decretum ita ſe habet, præmiſſis iſtis:

*Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimoquinto*, ita numera-

rare incipiens, ut dictum eſt, annos Domini a menſe Martio die Incarnatione Verbi, *Indictione decimaquarta celebravit ipſe dominus Gregorius Papa Romæ Synodum in Eccleſia Domini Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, ubi interfuit Epiſcoporum & Abbatum, atque diverſi ordinis clericorum & laicorum copia. In qua inter cœtera decreta, quæ ibi geſta ſunt, excommunicavit Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum in hunc modum:*

XXIX. *Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum, qui conatus eſt Epiſcopos atque Abbates regni Teutonicorum a ſancta Romana Eccleſia, videlicet ſpirituali matre ſua, ſcindere; judicio ſancti Spiritus, & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & a communione corporis & ſanguinis Domini ſeparamus, niſi forte mortis periculum ſuperveniat, ita tamen, ut pœnitentia ductus reſipiſcat. Cœteros vero, qui ſua ſponte ejus ſchiſmati conſentiendo ſubſcripſerunt, & in ea iniquitate perdurare volunt, ſimiliter ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus. Illos vero, qui non ſponte conſenſerunt, uſque ad feſtivitatem S. Petri ſufferimus, eo quidem reſpectu, ut ſi infra iſtum terminum idoneam, aut per ſe, aut per nuntios ſuos ſatisfactionem præſentiæ noſtræ non obtulerint, Epiſcopali deinceps officio priventur.* ☞ Quot autem Epiſcopi in univerſa Germania ſteterint pro Gregorio Papa adverſus Regem, habes in Actis Salzburgenſibus, ubi agitur de ſancto Gebehardo Archiepiſcopo Salzburgenſi, & inter alia de ſanctiſſimo viro hæc ibi narrantur: *Tempora nimirum tunc valde periculoſa inſtabant: nam præter Chriſti athletam noſtrum dominum Gebehardum Archiepiſcopum Salzburgenſem, Altmannum Patavienſem, Adalberonem Vvirzburgenſem, Hermannum Metenſem, Meginvuardum Friſingenſem, præter hos ſolos quinque in toto regno Teutonico Epiſcopus Catholicus inveniri non poterat.* Quomodo autem idem S. Gebehardus poſt annos duos ab Henrico Rege excommunicato pulſus eſt ſede, & annis novem exulavit pro Fide Catholica, ſuo loco dicetur. ☜ Jam ponamus, quæ ſequitur in codice excommunicatio Epiſcoporum Longobardiæ iſtis ipſis verbis:

De excommunicatis in Synodo. *Epiſcopos Longobardiæ, qui ſpreta canonica & Apoſtolica auctoritate, contra beatum Petrum Apoſtolorum principem ſacramento conſpiraverunt, auctoritate ejuſdem beati Petri ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus; & a communione ſanctæ Eccleſiæ ſeparamus.* At licet Longobardi Epiſcopi inhæſerint Regi, ſecus autem contigit de Epiſcopis Venetiarum provinciæ, Aquilejenſis Eccleſiæ, & aliis ipſi ſubditis, qui Gregorio adhæſerunt, ut epiſtolæ (*a*) ejuſdem Gregorii indicant, quibus & conſtat Mediolanenſes (*b*) milites & eorum ducem Wifridum pariter contra Regem faviſſe Gregorio.

(*a*) *Greg. l. 3. ep. 14.*
(*b*) *Id. ep. 15. & l. 4. ep. 7.*

XXX. Sed quid in eadem Synodo adverſus Gallorum Epiſcopos & Abbates, & alios idem Papa decreverit, accipe:

*Agathenſem Epiſcopum Berengarium, quia Narbonenſi Epiſcopo excommunicato communicavit, & vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicamus. Viennenſem Epiſcopum Herimannum juſte depoſitum pro ſimonia, periuriis, ſacrilegiis, & apoſtaſia, quia Viennenſem Eccleſiam infeſtare non deſiſtit, excommunicavimus, & Eccleſiis Romanenſi & ſancti Irenæi Lugdunenſi, quouſque eas occupaverit, divinum interdicimus officium. Deſiderium & Romanenſis Eccleſiæ clericos, qui regulares noſtros ab ea expulerunt, & excommunicatis communicaverunt, inde donec ſatisfaciant, excommunicamus. Abbatem ſancti Ægidii ſimiliter, & Comitem ſancti Ægidii propter conſanguineam, & Comitem Forenſem, & Humbertum de Bellogioco propter infeſtationes Lugdunenſis Eccleſiæ. Podienſem ſimoniacum, homicidam Stephanum, ſcilicet a Legatis noſtris excommunicatum, & Pontium Gratianopolitanum, quouſque reſipiſcat, excommunicamus. Et ea, quæ Dienſis Epiſcopus in Epiſcopatu Dienſi de decimis & primitiis & Eccleſiis fecit, & cætera, quæ in legatione noſtra ſtatuit, nos quoque confirmamus.*

XXXI. Ad hanc quoque Synodum ſpectare noſcuntur, quæ ſuperiori libro poſitæ leguntur ejuſdem Gregorii Papæ ſententiæ breviores, quæ hoc titulo inſcriptæ habentur: (*c*) DICTATUS PAPÆ. Ita ob emergentes & urgentes caſus præſentis ſchiſmatis declaratæ & promulgatæ, quæ hactenus in Eccleſia Catholica uſu recepta fuiſſent, ut ita vel ex his reprimeretur audacia ſchiſmaticorum Epiſcoporum & Principum, hoc tempore in Romanam Eccleſiam inſurgentium.

(*c*) *Id. l. 2. ep. 55.*

Privilegia apoſt. Sedis & Rom. Pontificis.

*Quod Romana Eccleſia a ſolo Domino ſit fundata.*

*Quod ſolus Romanus Pontifex jure dicatur univerſalis.*

*Quod ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos vel reconciliare.*

*Quod Legatus ejus omnibus Epiſcopis præſit in Concilio, etiam inferioris gradus, & adverſus eos ſententiam depoſitionis poſſit dare.*

*Quod abſentes Papa poſſit deponere.* Quod enim in abſentem Regem & Epiſcopos ſententiam latam eſſe adverſarii quererentur, cum tamen ipſi in abſentem Papam adeo portentoſa decreviſſent, ita



ita voluit Pont. declaraſſe. Rurſum vero:

XXXII. *Quod cum excommunicatis ab illo, inter cætera nec in eadem domo debemus permanere.*

*Quod illi ſoli licet pro temporis neceſſitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere; & e contra, divitem Epiſcopatum dividere, & inopes unire.*

*Quod ſolus poſſit uti Imperialibus inſigniis.*

*Quod ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.*

*Quod illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur.*

*Quod unicum eſt nomen in mundo, Papæ videlicet.*

*Quod illi liceat Imperatores deponere.*

*Quod illi liceat de ſede ad ſedem neceſſitate cogente Epiſcopos tranſmutare.*

*Quod de omni Eccleſia quocumque voluerit, clericum valeat ordinare.*

XXXIII. *Quod ab illo ordinatus alii Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.*

*Quod nulla Synodus abſque præcepto ejus debet Generalis vocari.*

*Quod nullum Capitulum, nulluſque liber canonicus habeatur abſque illius auctoritate.*

*Quod ſententia illius a nullo debeat retractari; & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.*

*Quod a nemine ipſe judicari debeat.*

*Quod nullus audeat condemnare Apoſtolicam Sedem appellantem.*

*Quod majores cauſæ cujuſcumque Eccleſiæ ad eum referri debeant.*

*Quod Romana Eccleſia numquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura teſtante, errabit.*

*Quod Romanus Pontifex ſi canonice fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur ſanctus, teſtante ſancto Ennodio Papienſi Epiſcopo, ei multis ſanctis Patribus faventibus, ſicut in decretis beati Symmachi Papæ continetur.*

*Quod illius præcepto & licentia ſubjectis liceat accuſare.*

*Quod abſque ſynodali conventu poſſit Epiſcopos deponere & reconciliare.*

*Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Eccleſiæ.*

*Quod a fidelitate iniquorum ſubjectos poteſt abſolvere.* Hactenus Gregorius de privilegiis Romani Pontificis atque Apoſtolicæ Sedis.

XXXIV. Quod excommunicari Papa non poſſit. Habet Guillelmus bibliothecarius in vita Gregorii Papæ, poſt anathema in Regem & ei inhærentes in Synodo Romana hoc anno prolatum, conveniſſe Papiæ ſchiſmaticos Epiſcopos, & idem anathema in Romanum Pontificem retorſiſſe; Principes autem quid facturi eſſent, ancipites conſuluiſſe peritos, num eſſet habendus pro excommunicato Pontifex: reſponſum vero ab illis ſcite atque prudenter; Romanum Pontificem a nemine judicandum, ob idque neque excommunicari ab aliquo poſſe; Excommunicatos eſſe qui talia præſumpſiſſent. Quos revera Gregorius ipſe ut excommunicatos, indignos judicavit, ad ipſos poſtea ſcribens, Apoſtolica benedictione, ut ſuo loco dicetur.

XXXV. Willelmus Ep. Trajectenſis auctor ſchiſmatis dat pœnas. Jam vero quæ poſt excommunicationem Dei vindicta ſecuta ſit impios, videamus, & quidem ex Lamberto Germano homine, ejus temporis ſcriptore candido, quem neque privatus affectus ſuæ gentis, ſuique Principis valuit a veritate dimovere. Ipſe vero de Vvillelmo Trajectenſi Epiſcopo agens, quem præ cæteris adverſus Romanum Pontificem ſtetiſſe in Vvormatienſi pſeudoſynodo dixit, de ejuſdem poſt Synodum conatu iſta deſcribit: *Vvillelmus Trajectenſis Epiſcopus cauſam Regis (ut ſupra dictum eſt) contra bonum & æquum obſtinate tuebatur, & ſtudio partium Regis, multa in injuriam Romani Pontificis, omnibus pene diebus ſolemnibus, inter Miſſarum ſolemnia rabido ore declamabat, perjurium eum, adulterum & pſeudoapoſtolum appellans, & tam a ſe, quam a cœteris Epiſcopis ſæpenumero excommunicatum pronuntians. Is brevi, poſteaquam Rex exactis Paſchalibus feriis Trajecto diſceſſerat, repente graviſſima ægritudine correptus eſt. Cumque per acerrimos cruciatus animæ ac corporis urgeretur; miſerabili ejulatu coram omnibus, qui aderant, vociferabatur: Juſto Dei judicio ſe, & præſentem vitam amiſiſſe, & æternam, quod Regi ad omnia, quæ perperam intendiſſet, operam ſuam ſummo anniſu tribuiſſet; atque in ſpem gratiæ ejus Romano Pontifici ſanctiſſimo & Apoſtolicarum virtutum viro graves contumelias ſciens & prudens innocenti irrogaſſet. In hanc vocem (ut aſſerunt) ſine communione, ſine ulla ſatisfactione expiravit.* Hæc de vindicta divinitus illata in ſceleris anteſignanum.

XXXVI. *At hæc de ultione divina in Vvillelmum Trajectenſem Epiſcopum ſunt latius explicanda ex Annalibus Magdeburgenſibus, quos in Chronico Citicenſis Langius ſic recitat iſto titulo:* Ex *Annalibus Eccleſiæ Magdeburgenſis: Vvillelmus Epiſcopus Trajectenſis fautor Henrici Eccleſiarum tyranni. Hic cum præfatus Rex eſſet Trajecti, & excommunicatio Regis a Romano Pontifice facta præſentata fuiſſet, Rex ipſe excommunicationem Papæ conſilio Epiſcopi vilipendebat. Epiſcopus quoque idem præfatus, timens ne ſi populus hoc audiſſet, a Rege ſicut ab excommunicato diſcederet, inter Miſ-*

*ſas*

*ſas ſermonem faciens ad populum, deriſorie, quod Rex excommunicatus eſſet, indicavit. Sed hanc excommunicationem nihil valere, quibus poterat verbis utpote facundus homo, confirmabat. Sed quantum valeret, in ſemetipſo coactus eſt cognoſcere, ſi liceret ei pœnitendo, a ſuperbia reſilire. Nam in ipſo loco, in quo Romano Pontifici derogabat, ipſe mala valetudine corripitur, in qua uſque ad miſerandum vitæ terminum detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingraveſcente, dum quidam homo Regis eum rogaret, ut ſe cum ſuo mandato remitteret ad Regem: Hoc, inquit, mitto ei mandatum,* QUOD IPSE ET EGO & OMNES INIQUITATI EJUS FAVENTES, SUMUS DAMNATI IN PERPETUUM. *Cumque a ſuis, qui aderant clericis, ne talia loqueretur, eſſet admonitus: quid aliud,* inquit *loquor, niſi quod verum eſſe, viſibiliter intueor? Ecce enim dæmones lectum meum circumſtant, quatenus me mox, ut expiravero, capiant. Itaque cum fuero e corpore eductus, rogo vos & omnes fideles, ne ſe fatigent pro me faciendo ſupplicationes. Hic igitur in deſperatione defunctus, diu jacebat inſepultus, donec Romam mittitur, & inde quæſito conſilio, ne populus fœtore corrumperetur; Apoſtolico juſſu ſine commendationibus ſepelitur. Hæc ex Chronicis Magdeburgenſis Eccleſiæ.* Pergit autem idem auctor hæc narrare, quæ ſequuntur:

Willelmi terribilis confeſſio.

XXXVII *Et ita alii complures Henrici fautores male interiere. Udo Trevirenſis Archipræſul repentina morte obiit. Burchardus Miſnenſis præfectus ex equo cadens expiravit. Sic & Godefredus Dux hoſtis Saxoniæ percuſſus, ſine confeſſione periit. Ita & Eppo Epiſcopus noſter magnus Henrici fautor & aſſectator mala morte concluſit, de qua in prædictis Chronicis Magdeburgenſibus ita ad verbum ſcribitur: Eppo Citzenſis Epiſcopus, dum in Epiſcopatu S. Chiliani quemdam rivum forte ſedens in equo tranſiret, quem quilibet pedes ſine periculo tranſire poſſet, ubi nec timor ullus fuit, equo cadente, moriens ſic interiit, ſancto Chiliano ſic diſponente, ut qui ejus rebus violentus incubuerat, vinumque illius ſæpe injuſte biberat, aquam quoque ſuam juſte bibendo,* dum ſuffocatus ſcilicet obiit, *ultra merum non quærat. Et quia nobis irreconciliabilis permanſit, Deo irreconciliatus ab hac vita migravit.* Hæc ad verbum in prænarratis Magdeburgenſis Eccleſiæ Annalibus leguntur, & ut apparet ex illis ab auctore ejus temporis conſcriptis. Moguntinus autem & alii, qui Henrico faverant, pœnitentes, atque ab eo diſcedentes, divinæ vindictæ ſententiam evaſere. Succeſſit autem Vuillelmo Trajectenſi Epiſcopo Henricus Catholicus Sedi Apoſtolicæ inhærens, qui ſcripſit ad Gregorium Papam, num orandum eſſet pro iis, qui in ſchiſmate mortui eſſent. Ad quem reſcripta extat epiſtola (a) Gregorii id faciendum negantis.

(a) Greg. l. 4. ep. 16.

XXXVIII. Occiditur Godefredus Dux Lotharingiæ.

Quod autem pertinet ad obitum Udonis Archiepiſcopi Trevirenſis, contigit ille poſtea, Godefredi autem hoc anno, de quo ita Lambertus, qui eum (ut dictum eſt ſuperius) Gozelonem appellat: *Gozelo Dux Lotharingorum, cum eſſet in confinio Lotharingiæ & Flandriæ, in civitate quæ dicitur Antuerpia: occiſus eſt per inſidias, ut putabatur, Roberti Flandrenſis Comitis. Cum enim quadam nocte quieſcentibus omnibus ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet, appoſitus extra domum ſpiculator confodit eum per ſecreta natium relictoque in vulnere ferro, concitus aufugit. Vix deinceps ſeptem diebus accepto vulneri ſuperſtes quarto Kal. Martii vita deceſſit &c.* Quod autem careret filiis, Ducatum Lotharingiæ a Rege datum filio ſuo Conrado, idem auctor inferius tradit. Marchiam vero Antuerpienſem tradidiſſe ejus conſobrino, Godefredo pariter dicto, filio Euſtachii Comitis. Hæc cum ſcribat auctor ejus temporis, vides quantum errent, qui dicto Gozeloni, ſive Godefredo Lotharingiæ Duci plures tribuunt filios & in Ducatu Lotharingiæ ſucceſſores. Gregorius Papa cum iſta omnia accepiſſet per litteras Herimanni Metenſis Epiſcopi, iſta reſcripſit ad eum: *Godefredi autem quondam viri illius, Mathildis ſcilicet, indubitanter ſcias, quod frequenter apud Dominum, licet peccator, habeam memoriam, quia non me illius inimicitia vel aliqua impedit vanitas, ſed motus fraterna dilectione tua, & Mathildis deprecatione illius exopto ſalutem.* Hæc Gregorius hoc anno, menſe Auguſti.

XXXIX. Sed quænam Regem ipſum ſint ſecutæ vindictæ, ubi excommunicationis eſt dam-

PAGIUS

VI. *Gregorius VII. ad colloquium in Germaniam invitatur.*

A num. XXXIX. ad LXIII. *Cum prædicti Regis,* inquit Paulus Bernriedenſis cap. IX. *converſionem jamdiu & fruſtra Principes expectarent, & ſtatum regni periculoſius in dies diſturbandum, imo ſine capite jam penitus deſtituendum viderent; tandem Zelo Dei armati, cum Legatis Apoſtolicæ Sedis convenerunt* (Oppenheimii inter Moguntiam & Wormaciam ſecundum aliquos, vel Triburiæ e regione Oppenheimii ſecundum alios) *& eundem, ut eorum conſilio acquieſceret & reſipiſceret, ſatis fideliter rogaverunt: alioquin, ſe non ulterius communicare vel obedire proteſtati ſunt. Hac ille neceſſitate, ſimulate quidem, ut poſtmodum apparuit, ſe per omnia, & conſiliis Principum, & præceptis Apoſtolici Domini obediturum promi-*



damnatus ſententia, idem Lambertus auctor, iſtis præſens, pluribus narrat. Nos vero brevitate perſtringimus; nempe mox adverſus eum Saxones rebellaſſe, & formidando apparato prælio inſurrexiſſe; majores Principes ab eodem pariter defeciſſe, his vero adverſus Regem etiam Moguntinum Archiepiſcopum una cum aliis pluribus adhæſiſſe. Fuit horum ſuaſor Udo Archiepiſcopus Trevirenſis, qui Romam veniens, Gregorium ut vere ſummum Eccleſiæ hierarcham veneratus, rediens in Germaniam, Concionator extitit veritatis, atque plurimis auctor, ut a Rege deficerent, atque Gregorio Pontifici inhærerent; ad quos omnes ipſe litteras (a) dedit iſtas menſe Julii:

(a) Greg. l. 4. ep. 1. Greg. Ep. ad fideles Eccleſ.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus in Chriſto fratribus, Epiſcopis videlicet Abbatibus, atque ſacerdotibus, Ducibus etiam Principibus atque militibus, omnibuſque Chriſtianam Fidem & beati Petri honorem revera diligentibus, in Romano Imperio habitantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XL. (b) Rom. 8.

*Gratias agimus omnipotenti Deo, qui (b) propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quia ultra meritum, ultra ſpem etiam bonorum * hominum Eccleſiam ſuam protegit, gubernat, defendit. Scitis enim fratres chariſſimi, quia hoc periculoſo tempore, quando Antichriſtus in ſuis membris jam operatur, ubique vix aliquis ſolet inveniri, qui revera & Deum & honorem ejus diligat, & ejus præcepta ſæculari commodo & gratiæ terrenorum Principum præponat. Sed ille qui non repellit plebem ſuam, & quotidie peccatores a ſiniſtra in dexteram commutat, vos propitio ac ſereno vultu reſpexit, & contra ſuos inimicos ad ſalutem multarum gentium erexit, ut magis vobis libeat in periculo tranſitoriæ vitæ conſiſtere, quam æterni Regis gloriam & honorem humanæ gratiæ poſtponere. Hæc itaque facientes, non aure ſurda Apoſtolorum Principem dicentem (c) * tranſitis: Genus electum, regale ſacerdotium: Obedire magis oportet Deo, quam hominibus. Nam veſtra fraternitas minime ignorat, quanto tempore ſancta Eccleſia inauditas pravitates & diverſas iniquitates Regis, & utinam Chriſtiani & veſtri ſuſtinuit, & quantæ ruinæ quantæque calamitati, ipſo antiquo hoſte auctore præcedente, patuit. Cui nos fraterna dilectione, & amore patris & matris ejus ducti, adhuc in diaconatu poſiti, admonitionis verba tranſmiſimus. Et poſtquam ad officium ſacerdotii, licet indigni, venimus, ut reſipiſceret, ſummopere, & frequenter per viros religioſos procuravimus. Ipſe vero quid contra egerit, & quomodo malum pro bono reddiderit, vel qualiter calcaneum ſuum contra beatum Petrum erigendo, ſanctam Eccleſiam, quam ſibi omnipotens Deus commiſit, ſcindere procuraverit, veſtra novit charitas, & per omnia jam perſonuit mundi climata.*

* omnium

(c) 1. Pet. 2.

* ſ. auditis

XLI. Monitio pro ſalute Regis Devii.

*Sed quia noſtri eſt officii, homines, non vitia diligere, & pravis, ut reſipiſcant, reſiſtere, & impietates non homines abhorrere; auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis monemus vos, & ut chariſſimos fratres rogamus, amodo ſtudete illum de manu diaboli eruere, & ad veram pœnitentiam provocare, ut eum poſſimus, Deo favente, ad ſinum communis matris noſtræ, quam conatus eſt ſcindere, fraterna ducti charitate revocare: ita tamen, ut nulla poſſit fraude recidiva clade Chriſtianam religionem confundere, & ſanctam Eccleſiam pedibus ſuis conculcare. Quod ſi vos non audierit, & diabolum potius, quam Chriſtum ſequi elegerit, & eorum qui pro ſimoniaca hæreſi jam per longa tempora excommunicati ſunt, conſilium vobis prætulerit; divina inſpirante potentia ſimul conveniamus, ſimulque ſtatuamus, ut Dominum homini præponentes, univerſali Eccleſiæ jam pene labenti ſuccurramus viriliter. Quicumque ex his reſipuerit, qui prædictum Regem non erubuerunt omnipotenti Deo præponere, & Chriſtianam legem, ſi non verbis, operibus tamen negare, ſicut dicit Apoſtolus: (d) Ore quidem fatentur Deum, factis autem negant: vos fratres mei & conſacerdotes, illos au-*

(d) Tit. 1.



PAGIUS

*ſit. Erat autem eorum conſilium, ut Dominus Apoſtolicus ad generale colloquium Auguſtam in Purificatione S. Mariæ tunc proxima veniret: quatenus ibidem cauſa ejus in audientia totius regni legitime determinari poſſet. Ipſi quoque Principes, miſſa legatione, Dominum Papam ad prædictum diem venire ſuppliciter rogaverunt; ad quod iter agendum, illum promptiſſimum, ut ſubſcriptæ ejus literæ teſtantur, invenerunt. Rex autem contra promiſſionem ſuam, contra conſilium Principum, hoc ab Apoſtolico per Legatos ſuos voluit extorquere, ne Auguſtam veniret, ſed ut eum ad ſe Romam venire permitteret, ea utique intentione, ut tanto facilius Papam fallere poſſet, quanto pauciores regni Principes, jam ſæpius aſtutias ejus perpeſſi, diſcutiendæ ejus cauſæ intereſſent. Unde & Papa votis ejus non annuit, ſed ut Principes rogaverant, ad condictum diem venire diſpoſuit, & ſubſequentes Epiſtolas Principibus regni, pro diſponendo itinere ſuo, tranſmiſit.* Recitat poſtea duas literas Præſulibus & Magnatibus Germaniæ a Gregorio VII. ſcriptas, quibus etiam cum vitæ periculo ſe colloquio affuturum pollicetur.

*auctoritate beati Petri ſuſcipite, & ad gremium matris noſtræ ſanctæ Eccleſiæ reducite, ut mereamini gaudium in cœlo Angelis Dei innovare. In omnibus tamen, ſicut decet chariſſimos filios, honorem pii patris veſtri Apoſtolorum Principis præ oculis habete.*

XLII. Adverſus impœnitentes. *Quicumque autem Epiſcoporum vel laicorum timore vel gratia humana ſeducti a communione Regis ſe non ſubtraxerunt, ſed ei faventes, animam ſuam & illius diabolo tradere non timuerunt; ſi non reſipuerint, & condignam pœnitentiam egerint, nullam cum eis communionem vel amicitiam habeatis. Iſti enim ſunt, qui animam ſuam & Regis odio habent & occidunt, & regnum, patriam Chriſtianamque religionem confundere non erubeſcunt. Sicut enim vobis imminet, quod per Prophetam dicitur: (a) Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem ſuam, animam ejus de manu tua requiram. Et: (b) Maledictus qui prohibet gladium ſuum a ſanguine, id eſt, verbum correctionis a prave viventium increpatione: ita illis imminet, ſi non obedierint, ira divini Judicii & ultio, teſtante Samuele, idololatriæ ſcelus. Teſtis nobis eſt Deus, quia nulla nos commoda ſæcularis reſpectus contra pravos Principes & impios ſacerdotes impellit, ſed conſideratio noſtri officii, & poteſtas, qua quotidie anguſtamur, Apoſtolicæ Sedis. Melius eſt enim nos debitam mortem carnis per tyrannos, ſi oportuerit, ſubire, quam noſtro ſilentio, timore, vel commodo, Chriſtianæ legis deſtructioni conſentire. Sanctos quidem Patres noſtros dixiſſe ſcimus: Qui pravis hominibus ſui conſideratione officii non contradicit, conſentit & qui reſecanda non aufert, committit. Omnipotens Deus, a quo cuncta bona procedunt, meritis Dominæ noſtræ cœleſtis Reginæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli interceſſione corda veſtra confirmet & cuſtodiat, & Spiritus ſui gratiam ſuperinfundat, ut quæ ſunt ei placita facientes mereamini ſponſam ejus, matrem videlicet noſtram de faucibus luporum eripere, atque ad ſupernam illius gloriam ab omnibus peccatis abſoluti pervenire. Datum Laurenti octavo Kal. Auguſti Indictione decimaquarta.*

(a) Ezec. 3.
(b) Jer. 48.

XLIII. Conſultatio Herimanni. Poſt hæc autem cum Herimannus Metenſis Epiſcopus ſtudioſus conſervator jurium Apoſtolicæ Sedis, atque defenſor adverſus Regem æſtimationis Gregorii Papæ, de his quæ gererentur in Germania certiorem reddidiſſet eumdem Pontificem, deque nonnullis ipſum conſuluiſſet, præſertim vero, quid illis reſpondendum eſſet qui dicerent, non debere Regem excommunicari, neque deponi; ipſe Gregorius ad eum reſcripſit epiſtolam (c) Tiburi cum eſſet, octavo Kalend. Septembris, qua docet, id jure fieri, uſuque receptum, ut prædeceſſores Pontifices Reges & Imperatores excommunicaverint, & Imperio ſive regno privaverint. Extat ipſa epiſtola, prolixa ſatis, quam brevitatis cauſa hic deſcribere prætermittimus, poterit Lector inſpicere; eſt ejus exordium. Multa interrogando a me valde occupato requiris, &c.

(c) Greg. l. 4. ep. 2.

XLIV. Greg. pro Rege laborat. Inter hæc autem Gregorius compaſſione motus, licet Regem regno privaſſet & anathemate perculiſſet; tamen ut pœnitens utroque nexu liberaretur, de his litteras Encyclicas dedit ad omnes Germaniæ Epiſcopos atque Principes, quibus omnes commonuit, ut Regem hortarentur ad pœnitentiam, quod cuperet eum, ſi vere facti pœniteret, ab omni nexu pænitentem abſolvere. Quod ſi perſeveraret impœnitens, eligeretur legitimus Rex, qui pareret Sedi Apoſtolicæ, Quod autem ejuſmodi litteræ ſint graviſſimæ, ut hic reddantur, exigit tanti negotii magnitudo. Sic ſe habent: (d)

(d) Id. ib. ep. 3.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus dilectis in Chriſto fratribus & Coepiſcopis, Ducibus, Comitibus, univerſis quoque Fidem Chriſtianam defendentibus, in regno videlicet Teutonico habitantibus, ſalutem & omnium peccatorum abſolutionem per Apoſtolicam benedictionem.*

XLV. *Si litteras, quibus Henricus dictus Rex, in ſancta Synodo judicio ſancti Spiritus excommunicatus eſt, diligenter perpenditis; quid de eo debeat fieri, indubitanter cognoſcetis. Ex illis enim intelligitur, cur ſit anathematis vinculo alligatus, & a regia dignitate depoſitus; & quod omnis populus quondam ſibi ſubjectus a vinculo juramenti eidem promiſſi ſit abſolutus. Sed quia nos contra eum non movit, Deo teſte, ſæcularis ſuperbia, nec vana mundi cupiditas, ſed ſanctæ Sedis & univerſalis matris Eccleſiæ ſollicitudo & diſciplina; monemus vos in Domino Jeſu, & rogamus ſicut chariſſimos fratres, ut eum benigne (ſi ex toto corde ad Deum converſus fuerit) ſuſcipiatis, & circa eum non tantum juſtitiam, quæ illum regnare prohibet, ſed miſericordiam, quæ multa delet ſcelera, oſtendatis. Eſtote quæſo humanæ memores conditionis, & communis fragilitatis; nec vos prætereat pia & nobilis memoria patris ejus & matris, quibus non poſſunt noſtra ætate ad Imperii gubernacula inveniri æquales.*

XLVI. *Sic tamen adhibete vulneribus ejus oleum pietatis, ne vino diſciplinæ neglecto, cicatrices ejus in pejus (quod abſit) putreſcant, & honor ſanctæ Eccleſiæ, Romanique Imperii noſtra negligentia magnæ ruinæ pateſcat. Procul ab eo pravi removeantur Conſiliarii, qui pro ſimonia-*

*ca*



*ca hæreſi excommunicati non erubuerunt dominum ſuum propria lepra contaminare, & per diverſa crimina eum ſeducendo, ad ſcindendum ſanctam Eccleſiam provocare, & in iram Dei & ſancti Petri impellere. Adhibeantur illi Conſiliarii, qui non ſua tantum, ſed eum diligant, & ſæculari lucro per omnia Deum præponant. Non ultra putet ſanctam Eccleſiam ſibi ſubjectam ut ancillam, ſed prælatam ut dominam. Non inflatus ſpiritu elationis conſuetudines ſuperbiæ contra libertatem ſanctæ Eccleſiæ inventas defendat, ſed obſervet ſanctorum Patrum doctrinam, quam pro ſalute noſtra eos docuit poteſtas divina. Quod ſi de his & aliis jure ab eo exigendis nos ſecuros, modis quibus oportet, reddiderit: ſtatim volumus per veſtros idoneos Legatos de omnibus informari, ut quid debeat fieri, communi conſilio, Deo aſpirante, valeat inveniri.*

XLVII. Ne Rex abſque Romano Pont. abſolvatur. *Illud autem inter omnia ex parte beati Petri interdicimus, ut nullus veſtrum eum præſumat ab excommunicatione abſolvere, quouſque eis quæ prædiximus, nobis indicatis, Apoſtolicæ Sedis conſenſum, & iteratum reſponſum recipiatis. De diverſorum quidem diverſis conſiliis dubitamus, & humanam gratiam, vel timorem ſuſpicioni habemus. Quod ſi exigentibus multorum peccatis (quod non optamus) ex corde non fuerit ad Deum converſus; talis ad regni gubernacula, Deo favente, inveniatur, qui ea quæ prædiximus, & cætera quæ videntur Chriſtianæ religioni, & totius Imperii ſaluti neceſſaria, ſe certa & indubitata promiſſione obſervaturum promittat. Ut autem veſtram electionem, ſi valde oportet, ut fiat, Apoſtolica auctoritate firmemus, & novam ordinationem noſtris temporibus corroboremus, ſicut a ſanctis noſtris Patribus factum eſſe cognoſcimus; negotium, perſonam & mores ejus quantocyus poteſtis, nobis indicate, ut ſancta & utili intentione incedentes mereamini, ſicut nobis notæ cauſæ, Apoſtolicæ Sedis favorem per divinam gratiam, & beati Petri Apoſtolorum Principis per omnia benedictionem.*

XLVIII. *De juramento autem, quod factum eſt chariſſimæ filiæ noſtræ Agneti Imperatrici Auguſtæ, ſi filius ejus ex hac vita ante ipſam migraret, non eſt opus adhuc dubitare, quia ſi nimia pietate circa filium ducta, juſtitiæ reſtiterit; vel juſtitiæ favens, ut abiiciatur a regno, conſenſerit; quid reſtet, vos ipſi comprehendite. Hoc tamen videtur laudabile, poſtquam certum fuerit apud vos (ut omnino firmatum) quod ejus filius a regno removeatur; conſilium ab ea & a nobis requiratur de inventa perſona ad regni gubernacula. Tunc aut noſtro communi conſilio aſſenſum præbebit, aut Apoſtolicæ Sedis auctoritas omnia vincula, quæ videntur juſtitiæ contradicere, removebit. De excommunicatis autem jam me vobis dediſſe licentiam, qui Fidem Chriſtianam (ut decet Epiſcopos) defenditis ut abſolvatis recordor, & adhuc hoc idem confirmo, ſi revera reſipuerint, & humiliter pœnitentiam egerint. Dat. Laurenti tertio Nonas Septembris, Indictione incipiente decimaquinta.*

XLIX. Quomodo autem recipiendus eſſet Epiſcopus, qui cum Rege excommunicato communicaſſet; de his ſcripſit epiſtolam ad Epiſcopos (a) Tuſciæ de Rudolphi Senenſis Epiſcopi pœnitentia; eo quod cum eodem Rege Henrico poſt ejus excommunicationem communicaſſet.

(a) Greg. l. 4. ep 8.

Legatio a Papa decernitur in Germ. Cum autem Pontificiæ litteræ poſtremæ iſtæ innotuiſſent Epiſcopis atque Principibus Germaniæ, Catholicæ Fidei, & Apoſtolicæ Sedis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ defenſoribus, de his quæ agenda eſſent, ut conſultatio in re tam gravi quam prudentiſſima adhiberetur, ſtatuunt una ſimul ad Comitia convenire, quibus etiam præſto eſſe deberent Apoſtolicæ Sedis Legati. Placuit deliberatio iſta Gregorio Papæ, moxque ea de cauſa legationem decernit in Germaniam, quæ eidem conventui intereſſet. Locus eligitur Triburia. Quinam Epiſcoporum ac Principum auctores fuerint ejuſmodi congregandi conventus, quæve in eo tractata fuerint, atque communi conſenſu deliberata, Lambertus teſtis fidelis narrat his verbis:

L. *Interea Rudolphus Dux Suevorum, Vuelf Dux Bajoariorum, Bertholdus Dux Carentinorum, Adalbero Epiſcopus Vuirzeburgenſis, Adalbertus Epiſcopus Vuormatienſis, & alii, quos Reip. calamitas movebat, in loco qui dicitur Ulma conventu habito, ſtatuerunt, ut omnes quicumque Reip. conſultum vellent, xvii. Kal. Novembris Triburiam convenirent, & variis cladibus, quibus per multos jam annos pax Eccleſiaſtica turbabatur, tandem aliquando malorum pertæſi finem facerent. Hoc Sueviæ, hoc Bajoariæ, hoc Saxoniæ, hoc Lotharingiæ, hoc Franciæ Teutonicæ Principibus denuntiarunt, univerſoſque in commune per Deum obteſtabantur, ut omni excuſatione relegata, cuncta privatæ rei ſollicitudine poſthabita, hanc ſinguli communibus commodis, vel extremam operam dependerent. Qua expectatione ſuſpenſis atque attonitis omnibus, Epiſcopus Moguntinus & alii quamplures, qui eatenus partes Regis vehementius tuebantur, ab eo defecerunt. & adjuncti ſupradictis Principibus, ad meliorandum regni ſtatum ardentiſſimo zelo exarſerunt.* Et inferius poſt enarratam reſtitutionem exulum Dei beneficio tunc factam, hæc de conventu indicto ſic habet:

LI. Conventus Triburienſ. in cauſa Regis.

Statuta die juxta condictum Principes Sueviæ & Saxoniæ Triburiam convenerunt ampliſſimo numero, obſtinatis mentibus ad ſubmovendum a negotiis regni Regem Henricum, & alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creandum. Aderant una Legati Apoſtolicæ Sedis Sigehardus Patriarcha Aquilejenſis, & Altmannus Patavienſis Epiſcopus, vir Apoſtolicæ converſationis & magnarum in Chriſto virtutum, cui Papa vices ſuas in diſpoſitione Eccleſiaſticarum cauſarum delegaverat, & laici nonnulli, qui magnis opibus relictis, ultro ſe ad privatam tenuemque vitam propter Deum contulerant, miſſi a Romano Pontifice, ut palam omnibus per Gallias conteſtarentur, juſtis de cauſis excommunicatum eſſe Regem Henricum, & ad eligendum alium Regem Apoſtolici conſenſus & auctoritatis ſuffragium pollicerentur. Hi nec Principi, nec privato cuiquam, qui Regi Henrico dicto vel facto aliquatenus poſt excommunicationem communicaſſet communicare volebant, donec publice profeſſus pœnitentiam per Altmannum vicarium Romani Pontificis anathemate abſolveretur. Pari cautela eorum quoque communionem vitabant, qui presbyteris conjugatis, vel eis, qui Eccleſiaſticas ordinationes pretio comparaverant, in oratione communicaſſent.

LII. Querelæ in Regem propoſitæ.

Per ſeptem itaque continuos dies conſilia conferentes, quid facto opus eſſet, qua ratione periclitanti, & jam jam naufragium minitanti Reip. conſulendum foret, perquirebant. Replicabant, ab tenero (ut ajunt) ungue, omnem vitæ Regis inſtitutionem, quibus probris, quibus flagitiis exiſtimationem ſuam, decuſque Imperii vix tum adulta ætate maculaſſet, quas injurias ſingulis, quas in commune omnibus, ubi primum pubertatis annos attigit, irrogaſſet. Quod remotis a familiaritate ſua Principibus, infimos homines, & nullis majoribus ortos ſummis honoribus extuliſſet, & cum eis noctes perinde ac dies in deliberationibus inſumens, ultimum ſi poſſit nobilitati exterminium machinaretur. Quod barbaris gentibus vacatione data, in ſubditos ſibi populos dedita opera ferrum diſtrinxiſſet, & in eorum nece hoſtili crudelitate graſſaretur. Regnum quod a parentibus ſuis pacatiſſimum & bonis omnibus florentiſſimum accepit, quam fœdum, quam deſpicabile, quam inteſtinis cladibus infeſtum cruentumque reddidiſſet. Eccleſias & monaſteria deſtructa, victualia ſervorum Dei verſa eſſe in ſtipendia militum, ſtudium religionis & rerum Eccleſiaſticarum tranſiſſe ad arma militaria & ad munitiones extruendas, non quibus vis & impetus barbarorum arceatur; ſed quibus patriæ tranquillitas eripiatur, & liberæ gentis cervicibus duriſſimæ ſervitutis jugum imponatur. Nullum uſquam eſſe viduis & orphanis ſolatium, nullum oppreſſis & calumniam ſuſtinentibus refugium; non legibus reverentiam, non moribus diſciplinam, non Eccleſiæ auctoritatem ſuam, non Reipublicæ manere dignitatem ſuam: ita unius hominis temeritate ſacra & profana, divina & humana, faſque nefaſque confuſa eſſe & implicita. Proinde tantarum calamitatum unicum ac ſingulare ſupereſſe remedium, ut quantocyus, privato eo, alius Rex crearetur, qui tamdiu terminos ſuos evaganti licentiæ fræna iniiceret, & mundi vacillantis ruinam ſubjectis humeris ſuſtentaret.

LIII. Henricus per legatos pacem rogat.

Rex Henricus contractis in unum ſuæ partis aſſertoribus, in villa, quæ dicitur Oppenheim, ſe continebat, Rheno fluvio utraque caſtra dirimente, frequenteſque ad eos in dies Legatos mittebat, pollicens omnium, quæ eos offenderant, in reliquum emendationem, ſe veterum injuriarum memoriam ſequentibus beneficiis, ſi vita comes foret, aboliturum; nihilque deinceps circa rerum publicarum adminiſtrationem abſque communi conſulto acturum. Poſtremo ultro ſe jure ſuo cedere, eiſque gubernandi, diſponendique pro ſuo arbitratu totius regni jus poteſtatemque facere, dummodo æquo animo paterentur, ſola regii nominis, regiique cultus rata ſibi manere inſignia, quæ ſemel legitime accepta, ſine ſumma omnium eorum ignominia amittere non poſſet; nec ſinerent regni Teutonici ſplendorem omnibus retro ſæculis intactum, incontaminatumque ſua ætate tam turpis exempli macula ſordeſcere. Quod ſi verba ſua difficilius admitterent, magnificis promiſſionibus toties eluſi, paratum ſe quibus ſacramentis, quibus vellent obſidibus fidem facere, quod nulla umquam dies, nulla rerum vel caſuum mutabilitas hanc ſuam in eos benevolentiam corruptura foret.

LIV. Reiiciuntur legati Reg.

Ad hæc illi: Nulla, inquiunt, jam ſuperſunt argumenta, quibus toties recognita atque ſpectata fides ejus probari ultra, vel obligari valeat, cum toties morum ſuorum emendationem coram oculis omnia cernentis Dei, quam ſancte pollicitus, omnia quibus ſe obſtrinxerat, vincula, ubi primum calamitas, quæ ad præſens urgebat, præteriit tamquam aranearum telas ruperit, & ſemper ſe ipſo deterior, curſum mali operis, ſicut equus impetu vadens ad prœlium, effrenata libertate repetiverit. Neque nos præcipiti temeritate ad hæc extrema experienda prorupimus; omnes vias, omnia prius conſilia pertentavimus, ſi qua ratione rigidum, obſtinatumque in malis deſperati hominis ingenium emolliri poſſet. Sed inveteratus morbus, atque imis penitus jam inſidens viſceribus, nihil ſpei,
ni-



nihil admittit remedii, omnem artem, omnem evincens induſtriam medicantium; quinimmo dum levitati ejus impenſius morem gerere ſtudemus, & cunctis, quæ perperam molitur, religionis obtentu muliebrem præbemus patientiam, ſtatus Reipublicæ everſus eſt, tranquillitas Eccleſiarum turbata, majeſtas Imperii ablata, auctoritas Principum evacuata, mores inverſi, leges abolitæ, & ſecundum Prophetæ elogium: (a) Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit; poſtremo omnis juſtitiæ & pietatis, religionis & honeſtatis diſciplina ſitu & inculta obſolevit.

(a) Oſe. 4.

LV. Hæc quidem dum ſola vitæ temporalis detrimenta, dum ſola famæ & exiſtimationis labem minitarentur, tametſi viris ferenda non eſſent; tulimus tamen, ne contra jusjurandum, quo tenebamur, præcipitanter imprudenterque venire videremur, & dum gloriæ noſtræ conſulere conaremur, animæ naufragium pateremur: nunc vero cum ab Eccleſiæ corpore propter flagitia ſua Apoſtolici anathematis mucrone præciſus ſit, cum ei communicare ſine communionis Eccleſiaſticæ damno, & fidei jactura non poſſimus, cum fidem noſtram multis apud eum ſacramentis implicitam Romanus Pontifex Apoſtolica auctoritate explicuerit; extremæ profecto dementiæ eſſet, divinitus oblatam ſalutis occaſionem, non obviis (ut dici ſolet) manibus excipere, & quod jamdiu præmeditatum ſit ut agatur, tam opportuno tempore non agere, cum leges humanæ & Eccleſiaſticæ ſinant, cum locus & tempus arrideant, cum denique omnia, quæ paci vel bello uſui eſſe ſolent, conficiendæ tamquam rei favorem ſuum polliceantur. Quapropter contemptis inanium argumentorum cuniculis, quibus demuo in cervices, juguloſque noſtros viam gladio ſuo affectat; immobiliter animo fixum tenemus, ut abſque ulla dilatione virum nobis provideamus, qui præcedat nos, & prælietur bellum Domini ad expugnandam & deſtruendam omnem cujuſcumque hominis altitudinem, elevantem & extollentem ſe adverſus juſtitiam, & veritatem Dei, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritatem.

LVI. In hæc verba Legatos Regis dimiſerunt. Iterum alios atque alios miſit, nullum ſupplicationis genus, quod impediendæ tantæ rei proficuum putaretur, prætermittens; ſed illi in eadem ſententia fixi obſtinatique manebant. Jamque utraque ex parte ad magnum diſcrimen res ſpectare videbatur. Denique & hi Regem alium ſibi protinus conſtituere, & tranſmiſſo Rheno fluvio (navigium enim omne Epiſcopus Moguntinus in eam ripam coegerat) proxima luce Regi Henrico arma inferre parabant. Et ille inciſa ſpe dilationis impetrandæ, ſuos, qui per proximas villas diſperſi erant, in unum coire, atque arma expedire jubebat, ut in ulteriorem ripam progreſſos confeſtim prælio adoriretur. In hac tantarum expectatione rerum intentis ſollicitiſque omnibus; ecce primo diluculo ſequentis diei, quæ ultimam cladem Reipub. allatura timebatur; Suevi & Saxones Legatos ad Regem miſerunt, qui ei dicerent.

LVII. Quæ Regi conditiones impoſitæ.

Tametſi nec in bello, nec in pace ulla umquam ei juſtitiæ, vel legum cura fuerit; ſe tamen legibus cum eo agere velle: & cum crimina, quæ ei obiiciuntur, omnibus conſtent luce clariora; ſe tamen rem integram Romani Pontificis cognitioni reſervare, acturos ſe cum eo, ut in Purificatione ſanctæ Mariæ Auguſtam occurrat; ibique celeberrimo conventu habito Principum totius regni, diſcuſſis utrarumque partium allegationibus, ipſe ſuo judicio vel abdicet, vel abſolvat accuſatum. Quod ſi ante diem anniverſarium excommunicationis ſuæ, ſuo præſertim vitio excommunicatione non abſolvatur; abſque retractatione in perpetuum cauſa ceciderit, nec legibus deinceps regnum repetere poſſit, quod legibus ultra adminiſtrare, annuam paſſus excommunicationem non poſſit. Si oblatam conditionem gratanter amplexetur, & Romano Pontifici per omnia ſubditum ſe, dictoque obtemperantem fore polliceatur; hinc ſe experimentum capturos, omnes quos ille excommunicavit, extemplo a convictu, contubernioque ſuo amoveat.

LVIII. Ipſe in urbem Spirenſium dimiſſo exercitu ſecedat, ibique ſolo Verdunenſi Epiſcopo, pauciſque miniſtris, quos tamen ſententia Principum ab hac excommunicatione integros, incorruptoſque probaverit, contentus, privatam interim vitam agat, Eccleſiam non ingrediens, nihil circa publica negotia ſuo jure diſponens, nullam regii apparatus pompam, nulla regiæ dignitatis inſignia ſibi juxta ſolitum adhibens, uſque ad ſynodicam cauſæ ſuæ examinationem. Præterea civitatem Vuormatienſem, quam expulſo Epiſcopo, diſſipato cœleſtis militiæ ſanctuario, arcem belli, ſpeluncamque latronum fecerat, abducto præſidio, Epiſcopo Vormatienſi reſtituat. Datis inſuper ſacramentis & obſidibus, ne quid deinceps rebellionis vel inſidiarum ab civibus timere debeat. Porro ſi quid horum prævaricaretur; tum ſe omni culpa, omni jusjurandi religione, omni perfidiæ infamia liberatos, non expectato ulterius Romani Pontificis judicio, quid Reipublicæ expediat, communi conſilio viſuros.

LIX. Rex, cujus omnis ſpes, omneſque copiæ in arctum coactæ fuerant, gratulatus admodum, quod aliqua quantumvis fœ-
da

Rex dimittit excommunicatos. *da conditione urgentem ad præſens calamitatem declinaſſet; promptiſſime per omnia obedientiam pollicetur. Statimque Colonienſem Epiſcopum, Babembergenſem Epiſcopum, Strazburgenſem Epiſcopum, Baſilienſem Epiſcopum, Spirenſem Epiſcopum, Loſanenſem Epiſcopum, Citicenſem Epiſcopum, Oſenbruggenſem Epiſcopum, Udalricum de Corsheim, Eberhardum Hartmannum, cæteroſque excommunicatos, quorum antehac opera, conſiliiſque gratiſſime utebatur, omnes caſtris egredi jubet. Miſſis quoque Vvormatiam nuntiis, milites, quos illic præſidii cauſa conſtituerat, abſcedere, urbemque Epiſcopo patere præcipit. De hinc cæteris, qui ad auxilia ſibi ferenda frequenter convenerant, ſingulis in ſua dimiſſis, ipſe juxta condictum, cum paucis Spiram contendit, ibique intra terminos & leges, quas Principes præſcripſerant, aliquanto tempore mediocriter vitam, moreſque cohibebat.*

LX. *Suevi & Saxones, poſtquam deditis Vvormatienſibus, ſtatum civitatis Epiſcopo pacatiſſimum reddiderunt, læti, ovanteſque patriam repetebant, confeſtimque Legatos Romam deſtinarunt, qui Papam rei geſtæ ordinem edocerent, enixeque flagitarent, ut ſedandis per Gallias tantis bellorum civilium tempeſtatibus, ipſe ſtatuta die ſuam non dedignaretur præſtare præſentiam. Rex etiam certo ſciens, omnem ſuam in eo verti ſalutem, ſi ante anniverſarium diem excommunicatione abſolveretur; nec ſatis tutum ſuis rationibus exiſtimans, ut expectato intra Gallias Romani Pontificis adventu, ſic infeſto judici, ſic obſtinatis accuſatoribus cauſam ſuam addiceret ventilandam; optimum factu ſibi judicavit, pro eo tum ſtatu rerum ſuarum, ut in Gallias proficiſcenti Romano Pontifici intra Italiam occurreret, & anathematis abſolutionem quoquo poſſet modo impetrare conaretur; hac impetrata, cæteram rebus difficultatem facile adimendam, cum colloqui Principibus & conferre conſilia & fidem amicorum in adverſis implorare nulla deinceps vetaret religio.*

LXI. Profectio Regis in Italiam. *Paucis igitur ante Natalem Domini diebus Spirenſi urbe diſcedens, cum uxore & filio parvulo iter aggreſſus eſt, nec quiſquam ex omnibus Teutonicis vir ingenuus comitatus eſt regno excedentem, præter unum, & ipſum nec genere, nec opibus conſpicuum. Cumque impenſis tam longi itineris egeret, multiſque ſupplicaret, quibus incolumi Repub. ſæpenumero profuerat; pauci admodum erant, qui vel veterum beneficiorum memoriam, vel præſenti humanarum rerum ſpectaculo permoti, neceſſitatem ejus aliquatenus relevarent. Eo miſeriarum & calamitatis ex ſumma gloria ſummiſque opibus repente pervenerat. Similiter quoque cæteri excommunicati obtinendæ citius abſolutionis ſtudio, ardentiſſime iter accelebant in Italiam, nec tamen in ſocietatem itineris Regem admittere, Principum, vel potius Romani Pontificis metu abſterriti patiebantur.* Quod autem inclemens eſſet tunc hiems, qua contigit tam arduum iter arripere per Alpium juga Regem, idem auctor mox pergens, docet his verbis: *Vis atque inclementia hiemis, hoc anno adeo jugis, ſolitoque aſperior inhorruerat, ut a feſtivitate ſancti Martini, Rhenus fluvius glaciali frigore conſtrictus, pene uſque ad Kalendas Aprilis pedeſtri itineri tranſmeabilis maneret, & pleriſque in locis vineta exſiccatis frigore radicibus, omnino creſcerent.* Quam autem confecerit itineris partem hoc anno ante Kalendas Januarii, quibus novum auſpicari conſuevimus annum, idem auctor in primis ita deſcribit:

*Rex Henricus in Italiam proficiſcens, intra Burgundiam in loco, qui dicitur Biſanzun, Natalem Domini celebravit, ſatis magnifice pro ſua tum calamitate ſuſceptus, & habitus ab avunculo matris ſuæ Vvillelmo Comite, cujus in illis locis ampliſſimæ & florentiſſimæ opes erant. Ea porro cauſa erat, ut relicto recto itinere in Burgundiam diverteret, quod certo compererat, Duces Rodulphum, Vvelph, & Bertholdum omnes vias, omneſque aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine Cluſas vocant, appoſitis cuſtodibus anticipaſſe, ut nulla illic ei copia tranſeundi fieret. Exacta ſolemnitate Natalis Domini profectus inde, cum in locum, qui Civis, dicitur, veniſſet, obvium habuit ſocrum ſuam, filiumque ejus Amedeum nomine, quorum in illis regionibus & auctoritas clariſſima, & poſſeſſiones ampliſſimæ, & nomen celeberrimum erat. Hi venientem honorifice ſuſceperunt. Tranſitum tamen per terminos ſuos aliàs ei concedere nolebant, niſi quinque Italiæ Epiſcopatus poſſeſſionibus ſuis contiguos eis redimendi itineris pretium traderet. Durum hoc nimis atque intolerabile omnibus Regis Conſiliariis viſum eſt. Sed cum ei inevitabilis incumberet neceſſitas, quoquo poſſet pacto redimendi itineris, & illi nec jure propinquitatis, nec tantæ calamitatis miſeratione quidquam moverentur; multo labore & tempore in hac deliberatione inſumpto, vix & ægre tamdem impetratum eſt, ut provinciam quamdam Burgundiæ bonis omnibus locupletiſſimam, concedendi tranſitus mercedem dignarentur accipere. Ita indignatio Domini non ſolum ſacramentis & frequentibus beneficiis ſibi obnoxios, ſed etiam amicos, & genere propinquos ab eo averterat.* At quæ hæc ſecuta ſint de itinere, & reconciliatione Regis dicemus ſuo loco anno ſequenti.

LXII. Obices Regi oppoſiti ne in Italiam veniret.



LXIII. Regis hoſtes quo animo rem agerent, innoteſcunt. Cæterum qui hactenus viſi ſunt religionis ardore excitati, zeloque offenſi numinis in Romano Pontifice injuriam paſſo permoti juſte, pieque ab omnibus crediti ſunt, quorum & omnia, quæ ſunt, operati in conventu Triburienſi, commendatione ſumma digna eſſe ſunt prædicata; jam in dubium revocari ſunt cœpti, cum iidem contra pacta conventa in Comitiis Triburienſibus aditum Regis Henrici ad Romanum Pontificem pro abſolutione petenda præcludere niſi ſunt, præoccupatis Cluſis, ut audiſti, opera Ducum Rudolphi, Vvelphonis atque Bertholdi hoſtium Regis. His additum, quod excommunicati Epiſcopi in Italiam poſt Regem feſtinantes, ut abſolutionem peterent, prævia pœnitentia, a Romano Pontifice, ab eiſdem ſive eorum partium viris in itinere capi ſunt juſſi, ne ulterius progrederentur; quod accidiſſe Die-

LXIV. derico Epiſcopo Virdunenſi, & Roberto Epiſcopo Bambergenſi, idem qui ſupra Lambertus affirmat, docens pariter (quod & dicetur anno ſequenti) cœteros omnes excommunicatos Epiſcopos, qui eluſis Cluſarum cuſtodibus, tranſire potuerunt, mox ad veſtigia Gregorii Pontificis accurriſſe, abſolutionem petiiſſe, eamque prævia pœnitentia impetraſſe. Quos autem ſciſſet minus deliquiſſe, idem Gregorius per (a) litteras abſolvit abſentes. Iſta, inquam, haud mediocrem eorum æſtimationi inurebant notam, quibus indicaretur eos non zelo divini honoris & læſæ Pontificiæ ſanctitatis, animarumque ſaluris (quæ præſeferebant omnia) ad rebellionem adverſus Regem permotos, ſed inſana regnandi cupidine, religionis velamento quam honeſtiſſime obvoluta, percitos eſſe. Sed Deus inſpector cordium iſta judex omnium judicarit, nobis tantum ex ſignis & eventis conjectura opinandi relinquitur. Sed jam proſequamur quæ ſunt reliqua anni hujus rerum geſtarum Gregorii Papæ.

(a) Greg. l. 3. ep. 12.

LXV. Gregor. Reges creat. Cui a Deo datum eſt, ut evellat & diſſipet, (b) pariter conceſſum eſt, ut plantet & ædificet. Quamobrem idem Gregorius Papa, qui ut vidiſti, Henricum Regem regno privavit, ejus impietate id ab invito ſcilicet extorquente; pietate exigente, Ducem Croatiæ atque Dalmatiæ in Regem evexit. Admiratione plane digna res accidit, ut quo anno Henricus Rex ſe ſchiſmate ab Eccleſia ſeparavit, Rex barbarus eidem ſe conjunxerit, ſubditumque conſtituerit, fidelitatem juraverit, tributumque ſponte ſpoponderit, magnam ex eo acceſſionem ad ſuam gloriam comparari exiſtimans, ſi ex libero Principe efficiatur ſubditus ſancto Petro, ejuſque diceretur eſſe fidelis. Cujus tantæ rei conficiendæ gratia, Salonæ, in Dalmatia Synodus habita eſt, cui & Sedis Apoſtolicæ Legatus interfuit, eidemque uti Vicario Papæ iſta et facta promiſſio; atque ab eo ejuſdem Pontificis juſſu collata regia dignitas. Et de his omnibus monimentum in Vaticana bibliotheca, in codice, qui Cencius Camerarius inſcribitur, de cenſibus Apoſtolicæ Sedis, in quo iſta, ut hic leguntur, deſcripta habentur de ſynodalibus Actis aſſervatis olim in Archivo Lateranenſi in hæc verba; ac primum ſic titulus:

(b) Jer. 1.

*Ex Synodo habita in Dalmatia a Legatis vii. Papæ Gregorii, ſcilicet a Gebizone, tunc monaſterii ſanctorum Bonifacii & Alexii Abbate, nunc vero Cæſenate Epiſcopo, necnon a Folcuino Foriſemproníi Epiſcopo, quæ Synodus habetur in Archivo ſacri Palatii Lateranenſis; in qua de regno & de Rege Dalmatiæ ita inter cætera legitur:* LXVI.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimoſexto, Indictione decimaquarta menſe Octobris. Ego Demetrius, qui & Svinmur nuncupor, Dei gratia, Croatiæ Dalmatiæque Dux, a te domine Gebizo, ex Apoſtolicæ Sedis legatione domini noſtri Papæ Gregorii poteſtatem obtinente in Salonitana baſilica ſancti Petri ſynodali & concordi totius Cleri & populi electione de Croatarum Dalmatinorumque regni regimine per vexillum, enſem, ſceptrum & coronam inveſtitus atque conſtitutus Rex, tibi devoveo, ſpondeo & polliceor, me incommutabiliter completurum omnia, quæ mihi tua reverenda injungit ſanctitas, videlicet, ut in omnibus, & per omnia Apoſtolicæ Sedi fidem obſervem, & quidquid hic in regno tam Apoſtolica Sedes, quam ſui Legati ſanxerunt, aut ſanxerint, irrevocabiliter cuſtodiam, juſtitiam excolam, eccleſias defendam, primitiæ, decimæ, omniumque ad eccleſiam pertinentium procurator exiſtam, vitæ Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorumque, ut caſte & regulariter vivant, provideam; pauperes, viduas atque pupillos protegam, parentelæ illicitam copulam deſtruens legitimam dotem anulo, ſacerdotiſque benedictione conſtituam, & conſtitutam corrumpi non permittam, hominum venditionem contradicam, atque in omnibus, quæ ad rectitudinis ſtatum congruunt, Deo auctore, me æquum exhibeam.*

*Ducentorum quoque Byzantiorum tributum meorum omnium conſultu Primatum, ſancto Petro per ſingulos annos in Reſurrectione Domini de mihi conceſſo regno perſolvendos ſtatuo. Et ut poſt me regnaturi hoc idem perpetuo ſervent, cenſeo, corroboro atque ſancio. Dono inſuper, concedo, atque confirmo Apoſtolicæ* LXVII.

Sedi

*Sedi ſancti Gregorii monaſterium, cui Urana eſt vocabulum, cum omni ſuo theſauro, ſcilicet cum capſa argentea, reliquias ſacri corporis ejuſdem beati Gregorii continente, cum duabus crucibus, cum calice & patena, cum duabus coronis aureis gemmis ornatis, cum Evangeliorum textu de argento, cumque omnibus ſuis mobilibus & immobilibus bonis, ut ſancti Petri Legatis ſemper ſit ad hoſpitium, & omnino in poteſtate eorum. Hoc tamen interpoſito tenore, ut nulli alii poteſtati detur, ſed omni tempore ſancti Petri ſit proprium, & a me meiſque ſucceſſoribus defenſum, atque ab omni homine liberum & ſecurum.*

LXVIII. *Cujuſcumque autem audacia temerario auſu præfatum monaſterium ex aſſignato theſauro privaverit, terribilem illam Judicis vocem, quam diabolus cum ſuis angelis auditurus eſt, audiat. Præterea cum Deo ſervire regnare ſit, vice beati Petri & domini noſtri Papæ Gregorii, atque poſt ſe ſeſſurorum in Apoſtolica Sede, me tuis manibus committo, & commendo, hanc fidelitatem ſacramento ſtabilio. Ego, inquam, Demetrius, qui & Suinmur, Dei gratia & Apoſtolicæ Sedis dono Rex ab hac hora in antea ſancto Petro & domino meo Papæ Gregorio, ſuiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus ero fidelis: & ut ipſe, ſive poſt eum futuri Pontifices, ſive Legati eorum vitam, aut membra perdant, aut capiantur, neque in conſilio, neque in facto ero, & conſilium quod mihi crediderint, ad illorum damnum ſcienter nulli intimabo. Regnum autem, quod mihi per manum tuam, domine Gebizo, traditur, fideliter retinebo, & illud ſuumque jus Apoſtolicæ Sedi aliquo ingenio aliquando non ſubtraham. Dominum meum Papam Gregorium & ſuos ſucceſſores atque Legatos, ſi in meam poteſtatem venerint, honorifice ſuſcipiam, & honeſte tractabo, & remittam, & undecumque me invitaverint, prout potero, eis ſimpliciter ſerviam.* Hæc ibi.

LXIX. Sed majoris plane eſt admirationis, quod dum reſilit filius Chriſtianus, atque probris & contumeliis patrem exagitat; eodem anno, cum ita ſtatus Romanæ Eccleſiæ Aquilonaribus ventis urgentibus, fluctuaret, Rex Arabs, Sarracenus, qui regnabat in Mauritania Sitifenſi, confitens cognoſcenſque Primatum Petri, & Romani Pontificis ſuper omnes eccleſias principatum, mittit Romam presbyterum, Servandum nomine, ab eodem Papa Gregorio Epiſcopum ordinandum; honoratque eum ſuis litteris atque muneribus. Inſuper & quos habebat captivos Chriſtianos, ſolutos vinculis Romam miſit eo tempore, quo Rex Chriſtianus divellebat ab eo filios liberos, & ducebat captivos in ſchiſma. Sed audiamus quas ad eum Gregorius (a) litteras reddiderit, quibus & benedictionem Apoſtolicam impertivit, qua indignum judicavit ſchiſmaticum Regem:

Rex Arabum honorat Greg.

(a) Greg. l. 3. ep. 21.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Anzir Regi Mauritaniæ Sitifenſis provinciæ in Africa, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Nobilitas tua hoc in anno litteras ſuas nobis miſit, quatenus Servandum presbyterum Epiſcopum ſecundum Chriſtianam conſtitutionem ordinaremus. Quod quia petitio tua juſta & optima videbatur, facere ſtuduimus. Miſſis etiam ad nos muneribus, Chriſtianos, qui apud vos captivi tenebantur, reverentia beati Petri principis Apoſtolorum, & amore noſtro dimiſiſti; alios quoque captivos te dimiſſurum promiſiſti. Hanc denique bonitatem creator omnium Deus, ſine quo nihil boni facere, immo nec cogitare poſſumus, cordi tuo inſpiravit, ipſe qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in hac intentione mentem tuam illuminavit. Nam omnipotens Deus, qui omnes homines vult ſalvos facere, & neminem perire: nihil eſt quod in nobis magis approbet, quam ut homo poſt dilectionem ſuam hominem diligat, & quod ſibi non vult fieri, alii non faciat. Hanc itaque charitatem nos & vos ſpecialius no-* LXX.

LXX. Gregor. ad Reg. Arabum Epiſt.

*bis*

PAGIUS VII.

*Annaſir Mauritaniæ Sitifenſis Rex favet Chriſtianis.*

A num. LXIX. ad LXXIII. non ſolum *Africa Minor* hoc tempore Regi peculiari e Secta Saracenorum parebat, uti anno MLXXIII. inſinuavimus; ſed etiam Mauritania Orientalis, *Sitifenſis* a Sitipha, ſeu Sitifi nunc in regno Algerii & in Bugia provincia, ſic nuncupata, Sedes Regia erat *Calat Hamad*, urbs non longe ab Almaſila, vel Meſila, cujus mentio apud Geographum Nubienſem pag. 81. & quæ in chartis Geographicis locatur ad pedem Atlantis montis. Regnum vero obtinebat jam ab anno Chriſti milleſimo ſexageſimo ſecundo *Annaſir*, ſeu *Annazir*, quem Noweirius Arabs docet, conditorem fuiſſe *Bugiæ*, poſtea Regni hujus nominis capitis. Favebat Chriſtianis *Annaſirus*, ideoque ſcripſit ad Gregorium Papam VII, ut liquet ex Epiſtola XXI. libri III. Regiſtri Gregoriani, qua ei Pontifex ſignificat, ſe juxta petitionem ejus *Servandum* Epiſcopum conſecraſſe, gratiaſque agit, quod Chriſtianos apud ſe captivos dimiſiſſet, alioſque ſe dimiſſurum promiſiſſet. Scripſit etiam Gregorius VII. Epiſtolam ejuſdem libri ordine XX. ad clerum & populum Hipponenſem in Mauritania Sitiphenſi, qui *Servandum* Archiepiſcopum conſecrandum miſerant, aliamque ordine XIX. ad *Cyriacum* Carthaginenſem Archiepiſcopum, ex qua liquet, tunc in Africa duos tantummodo Epiſcopos fuiſſe. Vixit porro *Annaſir* Rex uſque ad annum Hegiræ CCCCLXXXV. Chriſti ſcilicet MXCII. & tam in Regiſtro Gregoriano, quam apud Baronium num. LXX. Librariorum errore *Anzir* appellatur.



*bis quam cæteris gentibus debemus, qui unum Deum licet diverſo modo credimus & confitemur, qui eum Creatorem ſæculorum & gubernatorem hujus mundi quotidie laudamus & veneramur. Nam ſicut Apoſtolus dicit (a): Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum.*

(a) Eph. 2.

LXXI. *Sed hanc tibi gratiam a Deo conceſſam plures nobilium Romanorum per nos cognoſcentes, bonitatem & virtutes tuas omnino admirantur & prædicant. Inter quos duo familiares noſtri Albericus & Cincius, & ab ipſa pene adoleſcentia in Romano Palatio nobiſcum enutriti, multum deſiderantes in amicitiam & amorem tuum devenire; & de his quæ in partibus noſtris placuerit tibi libenter ſervire, mittunt ad te homines ſuos, ut per eos intelligas, quantum te prudentem & nobilem habeant, & quantum tibi ſervire velint & valeant. Quos magnificentiæ tuæ commendatos rogamus, ut eam charitatem, quam tibi tuiſque omnibus ſemper impendere deſideramus; eis pro amore noſtro & recompenſatione fidelitatis prædictorum virorum impendere ſtudeas. Scit enim Deus, quia pure ad honorem Dei te diligimus, & ſalutem & honorem tuum in præſenti & in futura vita deſideramus. Atque ut ipſe Deus in ſinum beatitudinis ſanctiſſimi Patriarchæ Abrahæ, poſt longa hujus vitæ ſpacia te perducat, corde & ore rogamus.* Hæc Gregorius, haud dubium pro illo rogans, ut fieret Chriſtianus, & ita compos promiſſionum efficeretur, quæ factæ ſunt ad Abraham & ſemini ejus, ut cum filii regni eiiciuntur foras, (b) veniret ab Occidente, & recumberet cum Deo Abraham, Iſaac, & Jacob in regno cœlorum. Adhuc autem ſupererant reliquiæ eccleſiæ Hipponenſis, cui præficiendus Servandus Romam miſſus fuerat conſecrandus, cui redeunti ad Hipponenſes tunc idem Gregorius has litteras dedit: (c)

(b) Mat. 8.

(c) Greg. l. 3. ep. 20.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Clero & populo Hipponenſi in Mauritania Sitifenſi, ideſt, in Africa conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LXXII. Greg. ad Hippon. *Servandum Archiepiſcopum, quam a vobis electum ad nos conſecrandum miſiſtis, juxta petitionem veſtram ſecundum legem noſtram, divina favente clementia, conſecravimus, atque conſecratum, noſtriſque legalibus moribus quantum poſſibilitas ſpatiumque temporis indulſit, diligenter inſtructum ad vos remiſimus. Quem cum omni devotione mutuæ charitatis, omnique reverentia Chriſtianæ religionis rogamus ac paterna charitate vos monemus ſuſcipere, & omnem obedientiam divinæ legis vos hortamur ſibi humiliter exhibere, quatenus populi Sarracenorum, qui circa vos ſunt, videntes ſinceritatem fidei veſtræ, puritatem quoque mutuæ inter vos divinæ charitatis, ac fraternæ dilectionis, potius ad æmulationem, quam ad contemptum Chriſtianæ Fidei ex veſtris operibus provocentur: oportet enim vos conſiderantes, glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, &c.* Præcedit hanc epiſtola ad Cyriacum (d) Epiſcopum Carthaginenſem de eligendo quem vidimus in Epiſcopum conſecrandum.

(d) Id. ep. 19.

LXXIII. Sed nec prætermittendum, quod hoc eodem anno, iiſdem ferme diebus, quibus Gregorius iſtis premeretur anguſtiis, cum diſceſſio ab Apoſtolica Sede facta eſt ab Henrico Germaniæ Rege, Rogerius Siciliæ Comes feſtinus accurrit, ut ab ipſo Pontifice abſolutionem mereretur accipere delictorum, atque ejus benedictione fulciri; inſuper & filius ejuſdem Romanæ Eccleſiæ nominari. Ad quem Gregorius reſcribens, nihil remittens legum Eccleſiaſticarum obſervantiæ, ſic ſe recipere eum admonuit, ſi tamen non communicet cum Roberto fratre ipſius excommunicato, ita ſignificans his litteris datis ad Epiſcopum Acheruntinum: (e)

Rogerius Siciliæ Comes quid petat a PP.

(e) Id. ep. 11.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Arnaldo fratri & Coepiſcopo Acheruntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Noverit fraternitas tua, quoniam Rogerius Comes frater Roberti Ducis Apoſtolicæ Sedis benedictionem & abſolutionem requirit, ejuſque filius vocari & eſſe deſiderat. Quapropter paſtorali cura hoc laboris onus tibi imponimus, immo ex parte beati Petri imperamus, ut poſtpoſita omni torporis deſidia, illum adeas, eumque hujus noſtri præcepti auctoritate fultus, ſi nobis parere, ſicut pollicitus eſt, voluerit, & pœnitentiam, ut oportet Chriſtianum, egerit, ab omni peccatorum ſuorum vinculo tam illum, quam etiam ſuos milites, qui cum eo contra paganos (ita tamen, ut agant pœnitentiam) pugnaturi ſunt, peccatis maxime abſolvas. Addimus præterea, ut eum pia admonitione admoneas, quatenus ſe a capitalibus criminibus cuſtodiat, & Chriſtiani nominis culturam inter Paganos amplificare ſtudeat, ut de iiſdem hoſtibus victoriam conſequi mereatur. Amplius ſi de Roberto Duce fratre ſuo aliquid tibi retulerit; reſpondeas ei, quoniam Romanæ Eccleſiæ janua miſericordiæ omnibus patet, quicumque pœnitentiæ amore ducti offenſionis ſcandala deſerunt, & ad rectitudinis viam inoffenſo pede regredi concupiſcunt.* LXXIV.

*Si igitur Dux Robertus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſicut filius parere exoptat; paratus ſum paterno amore eum ſuſcipere, & ſuo conſilio ei juſtitiam conſervare, & ab excommunicationis vinculo penitus abſolvere, & inter divinas oves eum an-* LXXV.

*annumerare. Quod ſi renuerit idem Robertus Dux; ut cum eo ultra communicet, ex parte Apoſtolicæ Sedis licentiam non poterit impetrare.* Hæc de Rogerio atque ejus germano Roberto. Data eſt epiſtola hoc anno pridie Idus Martii Indict. decimaquarta. Porro reconciliatum fuiſſe Rogerium Eccleſiæ, ex eo certum deducimus argumentum, quod cum in poſterioribus Synodis excommunicandi fuiſſent Principes Eccleſiæ Romanæ rebelles, & inter alios Robertus frater ipſius; de Rogerio nulla eſt facta mentio, utpote, qui ſe in obedientia Sedis Apoſtolicæ contineret.

LXXVI. Poſtremo autem inter tot anguſtias poſitus, nihil remittens vigoris Eccleſiaſticæ diſciplinæ Gregorius, cum audiſſet in Flandria fornicarios clericos ſacræ menſæ miniſtrare, & ſimoniacos exiſtere impunitos, (*a*) graviſſimas litteras adverſus eos ſcripſit ad Robertum Flandriæ Comitem, præcipiens, ut eos omnino amoveat & perſequatur, ut Eccleſiæ adverſarios. Scripſit de his etiam ad ejus conjugem Adelam, (*b*) ſive Adelaidem. Extant & aliæ pleræque ejus epiſtolæ de privatis negotiis diverſarum eccleſiarum, quas ad nimiam prolixitatem vitandam conſulto prætermittimus.

(*a*) Greg. l. 4. ep. 11.
(*b*) Id. ep. 10.

LXXVII. Eodem anno Herlembaldus dux fidelium, qui in eccleſia Mediolanenſi Catholici habebantur, reſiſtens hæreticis atque ſchiſmaticis, necatus ab ipſis glorioſum eſt martyrium conſecutus. Quod ad tempus ſpectat, hunc plane annum con-

PAGIUS VIII. *S. Herlembaldi Martyrium.*

Ad num. LXXVII. Baronius Vitam *Sancti Arialdi* a B. Andrea Abbate Congregationis Vallumbroſianæ in Hetruria ſcriptam *Syro* Presbytero attribuit, huncque Vitam *Sancti Herlembaldi hoc anno martyrium paſſi etiam compoſuiſſe arbitratur.* Verum jam anno MLX. oſtendimus, *Syrum* compoſuiſſe quidem Vitam Sancti Arialdi, ſed eam nullibi nunc reperiri; & nullam *Herlembaldi* Vitam ab eo editam fuiſſe. Mortem itaque Sancti Herlembaldi his verbis narrat Arnulphus Hiſtoricus Mediolanenſis apud Puricellum in lib. de Vita SS. Arialdi & Herlembaldi, ubi loquens de ſecundo urbis Mediolanenſis incendio, quod anno ſuperiori contigit, ſcribit: *Solius Herlembaldi intrepidus perſeverabat, & inflexibilis animus. Siquidem inſtantibus Paſchalibus Albis Baptiſmi ſatagebat, ſicut præterito fecerat anno* (nempe MLXXV.) *ignoto chriſmate* (quod ſcilicet a Simoniacis & Schiſmaticis Epiſcopis accipi nolebat) *inchoare myſterium. Cumque Cardinales Eccleſiæ* (ſcilicet Mediolanenſis), *quorum intererat ſacrare fontes, nollent contra ſolitum agere, adſtat illico Luitprandus quidam Presbyter nuncupatus a progenitoribus Vernulæ, qui juſſu ac virtute illius* (ſc. Herlembaldi) *Ordinariorum uſurpavit officium, venientes inconſulte baptizans.* Arnulphus, qui pro Sacerdotum matrimonio ſtetit, & Arialdo ac Herlembaldo oppoſitus fuit, hic adverſus Herlembaldum declamat, refertque Mediolanenſes ob has innovationes valde commotos eſſe, & fœdus inter ſe iniiſſe in gratiam Henrici Regis, clerique Mediolanenſis, quod Herlembaldi mortis cauſa fuit. Pergit enim Arnulphus: *Unde factum eſt* (hoc nempe anno paulo poſt feſta Paſchalia), *ut ſimul diebus aliquot extra Urbem* (ſc. milites, civeſque Mediolanenſes) *exeuntes, ſuam ſibi jurarent magna plebis cum parte juſtitiam, & Sancti Ambroſii honorem, ac dono Regis accepturos ſe ſe Paſtorem* (Tedaldum nempe ab Henrico Rege deſignatum). *Cumque ingrederentur communiter urbem, Herlembaldus ut ſemper conſortis impatiens, adſtantibus ſibi concionabatur more ſuo. Ut vero cohibere furorem ultra non valuit, facto cum ſuis impetu & clamore, feſtinanter arripit arma, Vexillum quod Sancti Petri dicebat, dextra gerens. E contra cives, dum parte ſurgant ab omni, armatus prorupit in medium. Quem in momento ac prima fronte belli tanta adverſariorum oppreſſit incurſio, ut nihil memorabile poſſet ab illo fieri. Ubi vero circumdatus eſt undique, illico crebris configitur ictibus, dictoque citius moriens corruit, comitatu ejus exiguo circumquaque diſperſo. Cujus cadaver exanime protenſum humo diſcerptis prorſus exuitur indumentis, nudatumque fuſtibus undique tunditur atque petris; ut qui jam vivens multis terrori fuerat, multorum ſubjaceret luſibus moriens: & cum geſtaretur humandus, nulla eum eſt exequiarum proſecuta devotio.*

IX. *Luitprandus a Clericis concubinariis Mediolani mutilatur.*

*Poſt hæc Luitprandus ille ſupradictus Presbyter, dum fugeret, inventus, auribus truncatur & naſo; ut qui alienum præſumpſit officium, quod habere videbatur, amitteret. Apparet igitur liquido vera fore dicentis aſſertio; difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.* Ita Hiſtoricus hic adverſus cœlibatum Sacerdotum & Pontificis Romani fautores animatus, qui initio cap. VIII. lib. IV. ſcribit: *Hic jam apparet ſchiſmatis hujuſce terminus decem novemque annos ſemper ab ipſa radice* (ab Arialdi nempe ſeceſſu) *pullulando protenſi.* Is vero a Clero Mediolanenſi ſeceſſionem fecit anno MLVII. & hoc anno Herlembaldi morte diſſidium inter Clericos Mediolanenſes exortum, quod Arnulphus *ſchiſma* appellat, finem accepit. Cum vero Gregorius VII. *Luitprandum* Presbyterum a Mediolanenſibus male habitum accepit, ad eundem reſcriptum miſit a Landulpho Juniori cap. VI. Hiſtoriæ ſuæ MS. (apud Puricellum lib. 4. de S. Arialdo cap. 59.) recitatum: *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Liprando Sacerdoti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Si Sanctorum memoriam veneramur, de quorum legimus morte & abſciſſione membrorum: ſi patientiam laudamus eorum, quos a Chriſti fide gladius nec ulla pœna diviſit; tu quoque abſciſſo naſo & auribus pro Chriſti nomine laudabilior es, qui ad eam gratiam pervenire meruiſti, quæ ab omnibus deſideranda eſt, qui a Sanctis, ſi perſeveraveris uſque ad finem, non diſcrepas. Integritas quidem corporis tui diminuta eſt: ſed interior homo, qui renovatur de die in diem, magnum ſanctitatis ſuſcepit incrementum. Forma viſibilis turpior, ſed imago Dei, quæ eſt forma juſtitiæ facta eſt in diminutione jucundior, in pulchritudine pulchrior. Unde in Canticis Canticorum gloriatur Eccleſia dicens,* Nigra ſum, filiæ Hieruſalem. *Quod ſi interior ſpecies nihil paſſa eſt detrimenti in abſciſſionibus; non eſt abſciſſum a te Sacerdotale officium, quod proprium eſt ſanctitatis, & non tam*



conſignat ejus martyrii ſcriptor, Syrus presbyter, de quo dictum ſuo loco ſuperius. Porro idem Syrus qui novit eum, & familiariter uſus eſt (ut ipſe in eodem commentario, quo res geſtas Arialdi eſt proſecutus, affirmat) volumen quoque ſe ſcripſiſſe teſtatus eſt de rebus ab Herlembaldo præclare geſtis, deque martyrio conſummato; quod cum hactenus in noſtras manus non venerit, quæ tibi, Lector, de his præter hæc ſcribamus, non habemus. Certe quidem perinſignem fuiſſe Chriſti Confeſſorem dum vixit, & egregium martyrem, cum occiſus, ex paucis, quæ de eo idem Syrus habet in commentario rerum geſtarum Arialdi martyris, poſſumus intelligere: ſed & ex Gregorii Papæ epiſtolis ad eum datis, quanti eum idem Pontifex fecerit æque poſſumus aſſequi. (*a*) Porro in his turbis, cum Henricus (prout accepiſti anni hujus exordio) vexaret Mediolanenſem Eccleſiam, & Longobardi magna ex parte pro Rege agerent contra Pontificem, talia paſſum Herlembaldum exiſtimandum.

(*a*) Id. l. 1. ep. 25. 26. 27. 28.

LXXVIII. *Beatricis Comitiſſæ obitus.*

Eodem quoque anno clariſſima & virtutibus ornatiſſima femina Beatrix Mathildis Comitiſſæ mater moritur Piſis in Tuſcia, die decimooctavo menſis Aprilis, prout carmine cecinit Domnizo presbyter in vita Mathildis, dicens: (*b*)

(*b*) Domnizo lib. 1. 20.

*Plena bonis factis, dictiſque referta Beatrix,*
*Cunctis chara nimis magnis, parvis quoque, Piſis*
*Ægra manens, vita de præſenti bene migrat.*
*Octo decemque dies Aprilis dum finiere,*
*Chriſti poſt ortum vera de Virgine corpus*
*Anno milleno bis terno ſeptuageno.*
*Conditur Piſis, &c.*

Mathildis vero pro anima matris ſuæ Piſanam Eccleſiam redditibus locupletavit,



PAGIUS

*tam conſideratur in integritate membrorum, quam in integritate virtutum. Unde Imp. Conſtantinus Hieroſolymitani Epiſcopi cujuſdam oculum, pro Chriſti nomine erutum ſæpe oſculabatur: & exemplo Patrum atque documento Majorum didicimus, non auferre ſacrum officium martyribus pro hujuſmodi cæſura membrorum. Proinde Martyr Chriſti confortare in domino. Magis credas in te nunc eſſe Presbyteratus officium, quod prius olei unctione non tui ſanguinis eſt tinctione commiſſum. Et quanto minus habes, quod poſſit auferri, tanto minus timeas prædicare quæ vera ſunt, ſeminare quæ centuplicata reddentur. Scimus quidem te ab inimicis Sanctæ Eccleſiæ ſemper inimicari & affligi, ſed tu ne eos timeas, neque perterrearis; quia nos tam te, quam tua omnia ſub noſtra & ſub Apoſtolicæ Sedis tutela cum magna charitate tenemus: etſi in aliquibus tibi neceſſarium fuerit Apoſtolicam ſedem appellare, concedimus, & ſi ad Nos & ad ſedem noſtram veneris, cum gaudio & magno honore ſuſcipere parati ſumus.* De canonizatione Sancti Herlembaldi, & Luitprandi morte ſuis locis agemus.

X. *Tedaldus Archiep. a Mediolanenſibus ſuſcipitur.*

*Herlembaldus* nihil prætermiſerat, ut *Tedaldum* anno ſuperiori Mediolanenſem Archiepiſcopum Henrici Regis juſſu ordinatum impediret, ne hujus dignitatis poſſeſſionem iniret. Verum poſtquam hoc anno Herlembaldus morti traditus fuit, *in craſtinum ſimul cum clero laici cum litaniis & laudibus ad ſanctum procedentes Ambroſium reatus præteritos confitentur alterutrum. Abſolutione vero a Sacerdotibus, qui præſto aderant, celebrata* (dum nullus ſcilicet adhuc Mediolani Epiſcopus eſſet) *reverſus eſt in pace populus ad propria*, inquit Arnulphus cap. VI. apud Puricellum de Vita Herlembaldi cap. 59. Idem Arnulphus cap. XIX. his addit: *prædictis rebus* (ſc. tumultibus poſt Herlembaldi mortem excitatis) *non plane compoſitis, ſed involutis, utcunque ſæpe jam dicti Mediolanenſes pro petendo Epiſcopo ultra montes Henrico Regi legationem dirigunt*, qui Epiſcopus Tedaldus nomine anno ſuperiori jam conſecratus fuerat, ſed nondum Mediolanum venerat: *Suſceptus eſt*, ſubjungit Arnulphus, *Præſul ille a Clero & populo.*

XI. *Moriuntur Beatrix & Godefredus Gibboſus ejus gener.*

Ad num. LXXVIII. *Beatricem* Duciſſam Tuſciæ & *Mathildis* Comitiſſæ matrem, hoc anno die XVIII. menſis Aprilis ad Deum migraſſe, notat Baronius ex Domnizone lib. I. cap. 20. Filia erat Friderici II. Lotharingiæ Ducis, anno MXXVII. ſine liberis maſculis demortui. Poſt ejus mortem *Bonifacio* Tuſciæ Duci nupſit, ex quibus genita *Mathildis* ex aviæ nomine ita appellata. Bonifacius anno MLII. vita functus eſt, Mantuæque ſepultus, ut habet Hermannus Contractus, qui addit, eum ditiſſimum Italiæ Marchionem fuiſſe. *Beatrix*, ut bona ſua ab invaſoribus defendere poſſet, ſecundis nuptiis *Gothefredo Barbato* Lotharingiæ Duci matrimonio conjuncta fuit, hujuſque filius *Gothefridus Gibboſus* cum Mathilde filia. Porro *Gothefredum Gibboſum* hoc anno ſine liberis *quarto Kalend. Martii* vita deceſſiſſe, oſtendit Baronius ex Lamberto, hoc anno num. XXXVIII. Fiorentinius in Commentario de Rebus ad Mathildam Comitiſſam ſpectantibus, lib. I. de Beatricis patre, proaviſque multa in medium adducit; ſed pag. 27. in eo fallitur, quod aſſerat, *Beatricem* filiam fuiſſe Mathildis ſororis aut filiæ Conradi Salici Imp. Nam ut ſupra jam oſtendimus, *Mathildis* Beatricis mater filia fuit Hermanni Sueviæ Ducis, & ſoror *Giſelæ* Conradi Salici conjugis, qui poſt S. Henricum in Germania imperavit.

XII. *Navarræ Regnum cum Aragonenſi unitur.*

*Sanctio* Garſiæ Navarræ Regi hujus nominis IV. ſuorum conſpiratione occiſo Navarrei, qui inter Ebrum & Pyrenæos montes habitant, *Sanctium Ramirum*, ſecundum Aragoniæ Regem ſibi præfecerunt, Provinciæque Biſcaiæ, Alavæ, Rioiæ, & Burebæ *Alphonſum* jam Caſtellæ Regem Principem agnovere, ut videre eſt apud Suritam lib. 1. cap. 23. alioſque Rerum Hiſpanicarum Scriptores. Alphonſus in Cartulario Sancti Æmiliani apud Moretum in Inveſtigationibus Navarreis lib. 3. cap. 4. Najaræ Privilegia confirmans ait: *Impiiſſima fraude interfecto Rege Sancio Garſiæ ſtrenuiſſimi Regis filio, ego Adefonſus filius Ferdinandi Regis ſucceſſi in regno: cupiens igitur ſubjugare mihi illius regnum, ſalubre inveni conſi-*

vit, prout Gregorius Papa teſtatur in privilegiis, quæ eidem Eccleſiæ Piſanæ conceſſit, ut apparet ex litteris ad Landulphum (*a*) Piſanum epiſcopum datis; ſed de his etiam diplomata extare dicuntur.

(*a*) *Greg. l. 6. ep. 12.*

Mil-

PAGIUS *conſilium*, &c. *Era MCXIV.* Dies & annus mortis ejus his verbis in Kalendario Legerenſi notantur, *III. Nonas Junii Sanctius Rex minor era MCXIV. Sanctius Ramirus* Aragonius Rex expulſis e ditionibus ſuis Mauris, & jam pacifice regnans leges reformavit, & inter alias, quæ pro Regno Suprarbienſi datæ fuerant. In earum Præfatione dicitur conſultum fuiſſe Apoſtolicum Hdebrandum & Longobardos, ideſt Gregorium VII. Hildebrandum appellatum. Sanctii IV. hoc anno occiſi propinqui per plures annos patrimonio ſibi debito privati fuere uſque ad Garſiam Regni reſtauratorem, ut anno MCXXXIV. videbimus.



I. Henricus Rex properat in Italiam. Milleſimus ſeptuageſimusſeptimus Redemptoris ſurgit annus, Indictione decimaquinta, quo Henricus Rex excommunicatus olim a Romano Pontifice, vere pœnitentis hominis ſpeciem præſeferens, a Gregorio Papa Canuſii in Longobardia oppidi ritu ſolemni abſolvitur. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex auctore hujus temporis Lamberto primum inſpiciamus, qui poſt illa, quæ anno ſuperiori de eodem narrata ſunt Rege, iſta hoc anno accidiſſe ſubjungit: *Difficulter* (inquit) *aſſecuto tranſeundi licentiam, protinus alia ſucceſſit difficultas. Hiems erat aſperrima, & montes, per quos tranſiturus erat, in immenſum porrecti, & pene nubibus cacumen ingerentes, ita mole nivium & glaciali frigore obriguerant, ut per lubricum præcipitemque deſcenſum, nec equitis, nec peditis greſſum ſine periculo admitterent. Sed dies anniverſarius, quo Rex in excommunicationem devenerat, e vicino imminens, nullas accelerandi itineris moras patiebatur: quia niſi ante eam diem anathemate abſolveretur, decretum noverat communi Principum ſententia, ut & cauſa in perpetuum cecidiſſet, & regnum ſine ullo deinceps reſtitutionis remedio amiſiſſet. Igitur quoſdam ex indigenis locorum peritos, & præruptis Alpium jugis aſſuetos mercede conduxit, qui comitatum ejus per abruptum montem & moles nivium præcederent, & ſubſequentibus quaqua poſſent arte, itineris aſperitatem levigarent. His ductoribus cum in verticem montis magna cum difficultate evaſiſſent, nulla ulterius progrediendi copia erat, eo quod præceps montis latus, & (ut dictum eſt) glaciali frigore lubricum, omnem penitus * deceſſum negare videretur.*

* al. deſcenſum

II. *Ibi viri periculum omne viribus evincere conantes; nunc manibus & pedibus reptando, nunc ductorum ſuorum humeris innitendo, interdum quoque titubante, per lubricum greſſu cadendo, & longius volutando, vix tamdem aliquando cum gravi ſalutis ſuæ periculo ad campeſtria pervenerunt. Reginam & alias, quæ in obſequio ejus erant, mulieres boum coriis impoſitas duces itineris conductu præeuntes deorſum trahebant. Equorum alios per machinas quaſdam ſubmittebant, alios colligatis pedibus trahebant: ex quibus multi dum traherentur, mortui, plures debilitati, pauci admodum integri incolumeſque periculum evadere potuerunt.*

III. Longobardi favent Regi in odium Papæ. *Poſtquam per Italiam fama percrebuit, veniſſe Regem, & ſuperatis aſperrimis rupibus jam intra Italiæ fines conſiſtere; certatim ad eum omnes Italiæ Epiſcopi & Comites confluebant, eumque ut regia magnificentia dignum erat, ſummo cum honore ſuſcipiebant, atque intra paucos dies infinitæ multitudinis ad eum congregatus eſt exercitus. Erant enim jam ab exordio regni ejus ſemper deſiderantes adventum ejus in Italiam, eo quod regnum illud bellis, ſeditionibus, & latrociniis, ac variis privatorum infeſtationibus aſſidue infeſtaretur, & omnia, quæ præter leges & jura majorum ab improbis hominibus præſumebantur, regiæ auctoritatis cenſura corrigi ſperarent. Præterea quia fama vulgaverat, ad deponendum Papam ferocibus eum animis properare, admodum gratulabantur, oblatam ſibi occaſionem eſſe, qua in eum, qui ſe jam pridem ab Eccleſiaſtica communione ſuſpenderat, injuriam ſuam idonee vindicarent.* Ex his intelligere potes Lector, quinam fuerint homines, qui ad Regem convenerint, nempe qui cum eodem a Grego-

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hiſp. MCXV. An. Hegiræ CCCCLXX. inchoato die 25. Julii fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6570.

☉ 22. A. ☽ 14. P. 16. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1077.

GREGORII VII. PAPÆ 5.

HENRICI IV. REG. 22.

MICHAELIS DUCÆ IMP. 7.

A. C. 1077. I. *Henricus Rex a Papa abſolutionem impetrat.* Anum. I. ad XXXI. Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. cap. IX. poſtquam narravit Gregorium VII. a Principibus Germaniæ ad colloquium in eo Regno habendum invitatum eſſe, eumque ad id ſe paratum oſtendiſſe, ait: *Interea Rex, propria cauſæ diffidens, & idcirco audientiam totius regni ſubterfugiens, furtive Italiam cum excommunicatis, contra Præceptum Papæ & conſilia Principum, intravit; & Apoſtolico ad prædictam diem Auguſtam tendenti, ante Purificationem Sanctæ Mariæ apud Canuſium obviavit; ibique ante portam caſtri per triduum depoſito omni Regio cultu, miſerabiliter, utpote diſcalceatus, & laneis veſtibus indutus, perſiſtens, non prius cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare deſtitit, quam omnes qui aderant, & ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro eo multis precibus & lacrymis intercedentes, omnes quidem inſolitam Domini Papæ duritiam mirarentur; nonnulli vero in eo, non Apoſtolicæ ſerenitatis gravitatem, ſed quaſi tyrannicæ ſeveritatis crudelitatem eſſe clamarent: denique inſtantia compunctionis ejus, & tantæ omnium, qui ibi aderant, ſupplicatione Papa devictus, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, & ſinum Sanctæ matris Eccleſiæ recepit; acceptis ab eo ſecuritatibus, qua-rum*

gorio Papa fuerant excommunicati; in primis vero Longobardiæ Epiſcopi, quos anno ſuperiori paucis exceptis Papienſi conventiculo Papam rejeciſſe in vita Gregorii habet Willelmus Bibliothecar. Pergit vero Lambertus:

IV. *Interea Papa rogatus per litteras a Principibus Teutonicis, qui in Oppenheim convenerant, ut in Purificatione ſanctæ Mariæ ad diſcutiendam cauſam Regis Auguſtæ occurreret; invitis Romanis Principibus, & propter incertum rei eventum iter illud diſſuadentibus, Roma egreſſus eſt, & quantum poterat, profectionem accelerans, ſtatuto die præſto eſſe ſatagebat, ducatum ei præbente Mathilda, derelicta Ducis Lotharingorum Gozelonis, filia Bonifacii Marchionis & Beatricis Comitiſſæ.* Quæ de ea ſubiicit, ſuperius dicta ſunt, pergit vero inferius: *Igitur Papa dum in Gallias properaret; ex inſperato audiens Regem jam eſſe intra Italiam, hortante Mathilda, in caſtellum quoddam munitiſſimum, quod Canuſium dicitur, divertit, expectare volens, donec conſilium adventus ejus diligentius exploraret, utrum ſcilicet veniam admiſſi poſtulare, an injuriam excommunicationis ſuæ militari manu perſequi plenius animorum adveniret.* Sed ne ambigeret, Germanorum Epiſcoporum & Principum pœnitentia, eorum ſcilicet, qui Regem ſecuti eſſent, quo animo idem Rex veniſſet, Gregorius jam certior factus eſt; de quibus iſta idem qui ſupra Lambertus:

Papa Canuſium venit.

V. *Cæteri Epiſcopi & laici quos Papa excommunicaverat, quoſque Rex hujus rei gratia a latere ſuo extrema neceſſitate compulſus amoverat, eluſis cuſtodibus, qui Cluſas obſidebant, in Italiam illæſi pervenerunt; repertoque Papa in Canuſio, veniam præſumptæ rebellionis, atque ut excommunicatione abſolverentur, nudis pedibus, & laneis ad carnem induti ſuppliciter poſtulabant. Ille his, qui veraciter peccatum ſuum agnoſcerent & deflerent, non eſſe ajebat miſericordiam denegandam; ſed longam inobedientiam, & diu inveteratam peccato rubiginem diuturnioris pœnitentiæ igne exuri & excoqui oportere. Quapropter ſi eos revera facti pœniteret, æquo animo paterentur, quodcumque ſanandis vulneribus eorum adhiberet Eccleſiaſticæ correptionis cauterium, ne ex facilitate indulgentiæ culpa, quæ adverſus Sedem Apoſtolicam atrox & vehemens præſumpta fuiſſet vel parva vel nulla videretur. Illis paratos ſe profitentibus ad omnia quæ impoſuiſſet, ſufferenda; Epiſcopos omnes a ſe invicem ſeparatos præcepit ſingulis cellis ſolitarios includi, nec ullum cum aliquo habere colloquium, ad veſperum autem cibi & potus mediocri menſura refici. Laicis quoque pro ætatis, vel virium conſideratione congruentem ſingulis pœnitentiam indixit.*

VI. *Ita per aliquot dies examinatos tandem ad ſe vocavit, & leviter pro admiſſis objurgatos, & ne deinceps ſimile quid admitterent, commonitos excommunicatione abſolvit. Abeuntibuſque id ante omnia repetens iterum atque iterum præcepit, ne Regi Henrico, donec Sedi Apoſtolicæ poſt factam injuriam ſatisfeciſſet, aliquatenus communicarent, aut ei ad evertendum ſtatum Reipublicæ, turbandamque pacem Eccleſiaſticam, in aliquo operam ſuam accomodarent. Ad hoc tamen omnibus indifferenter ejus permiſſo colloquio, ut ad pœnitentiam provocaretur, & a curſu mali operis, quo præceps rapi videbatur, retraheretur.*

VII. *Interea Rex Henricus Mathildam Comitiſſam ad colloquium evocavit, eamque precibus ac promiſſionibus oneratam ad Papam tranſmiſit, & cum ea ſocrum ſuam, filiumque ejus, Azonem etiam Marchionem, & Abbatem Cluniacenſem, & alios nonnullos ex primis Italiæ Principibus, quorum auctoritatem magni apud eum momenti eſſe non ambigebat obſecrans, ut excommunicatione ſolveretur, nec Principibus Teutonicis, qui ad accuſandum eum ſtimulo invidiæ magis, quam zelo juſtitiæ exarſiſſent, temere fides haberetur. Quorum Papa legatione audita, ait incongruum valde eſſe, & ab Eccleſiaſticis legibus omnino alienum, ut abſentibus accuſatoribus cauſa accuſati ventilaretur, quinimmo ſi innocentiæ ſuæ confideret, omni timoris ſcrupulo liberatus, ſtatuto die in Auguſtam, quo cæteri Principes convenire ſtatuiſſent, fiducialiter occurreret, ſe illic diſcuſſis utrarumque partium allegationibus, nec odio, nec gratia ab jure ad injuriam devolvendum, ſed juxta leges Eccleſiaſticas, quam rectiſſimam poſſit, de ſingulis ſententiam laturum eſſe.*

VIII. Pro abſolutione Regis legati laborant. *Ad hæc illi reſponderunt, Regem illius nuſquam terrarum ſubterfugere judicium, quem ſciat æquitatis & innocentiæ incorruptiſſimum vindicem & advocatum fore; ſed e vicino jam urgere diem anniverſarium, quo excommunicatus fuiſſet, & Principes regni hac expectatione ſuſpenſos attentoſque anxie rei eventum præſtolari, ut ſi ante hanc diem excommunicatione non abſolvatur, deinceps juſta Palatinas leges, indignus regio honore habeatur, nec ultra pro aſſerenda innocentia ſua audientiam mereatur. Proinde obnixius petere, & hoc omni quo Papa jubeat, ſatisfactionis genere paratum emereri; ut ſolo interim anathemate abſolvatur, & communionis Eccleſiaſticæ gratiam recipiat, reſponſurus ex integro quacumque die, quocumque loco Papa præcipiat, tamquam nihil hac conventione actum ſit, omnibus quæ accuſatores ejus objeciſſent criminibus, & juxta ſententiam ejus regnum vel retenturus ſi objecta purgaſſet; vel æquo animo, ſi cauſa cecidiſſet, amiſſurus.*

IX. Papa cunctatur abſolvere Regem. *Diu Papa reſtitit, veritus in Rege juvenilis animi inconſtantiam, & proclive quocumque aſſentatores impuliſſent, ingenium; ſed ſuperatus tandem importunitate perurgentium & gravitate ſententiarum: Si veraciter, inquit, eum facti pænitet, coronam & cætera regni inſignia in argumentum veræ & ex animo actæ pœnitudinis, noſtræ poteſtati dedat; & ſe poſt tam contumax admiſſum, regio nomine & honore deinceps indignum profiteatur. Durum nimis hoc viſum eſt Legatis. Cumque vehementer inſiſterent, ut ſententiam temperaret, nec calamum conquaſſatum judicii auſteritate penitus contereret; vix & ægre tandem exoratus annuit, ut cominus veniret, & ſi veram pro admiſſis penitudinem gereret, culpam quam Sedi Apoſtolicæ contumeliam irrogando contraxerat, Sedis Apoſtolicæ decretis nunc obediendo expiaret.*

X. Henricus Rex venit Canuſium ad Pap. *Venit ille, ut juſſum fuerat, & cum caſtellum illud triplici muro ſeptum eſſet, intra ſecundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu ſuo, depoſito cultu regio, nihil præferens regium, nihil oſtentans pompaticum, nudis pedibus, jejunus mane uſque ad veſperam perſtabat, Romani Pontificis ſententiam præſtolando. Hoc ſecundo, hoc tertio die fecit. Quarto demum die in conſpectu ejus admiſſus, poſt multas hinc inde dictas ſententias, his poſtremo conditionibus ex communicatione abſolutus eſt: Ut die & loco, quemcumque Papa deſignaſſet, evocatis ad generale Concilium Teutonicis Principibus, præſto eſſet, & accuſationibus, quæ intenderentur, reſponderet, ipſo Papa (ſi ita expedire videretur) cognitore cauſarum aſſidente; & ad ejus ſententiam vel retineret regnum, ſi objecta purgaſſet; vel æquo animo amitteret, ſi probatis criminibus, regio deinceps honore indignus juxta Eccleſiaſticas leges decerneretur; nullam, ſive retento, ſive amiſſo regno hujus injuriæ vindictam a quopiam hominum in perpetuum exacturus. Uſque ad eam autem diem, qua cauſa ejus legitime diſcuſſa terminaretur, nulla regii cultus ornamenta, nulla regiæ dignitatis inſignia ſibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum adminiſtrationem juxta conſuetudinem ſuo jure ageret, nihil quod ratum fore oporteat, decerneret; poſtremo præter regalium ſervitiorum exactionem, quibus neceſſario ipſe & ſui ſuſtentandi eſſent, nihil regium, nihil publicum uſurparet; omnes etiam, qui ei ſub jurejurando fidem dixiſſent, ab hujus ſacramenti vinculo, & conſervandæ erga eum fidei debito apud Deum, & apud homines interim liberi expeditique manerent. * Rutbertum Babenbergenſem Epiſcopum, & Udalricum de Cosheim, & cæteros, quorum* XI.

* Robertum

PAGIUS *rum etiam confirmationem per manus Abbatis Cluniacenſis* (nempe Hugonis), *& nobilium Comitiſſarum Mathildis & Adalaiæ* (Marchionis Seguſiæ & Comitis Sabaudiæ Maurianæque conjugis) *& aliorum Principum, Epiſcoporum & Laicorum, qui ſibi ad hæc utiles viſi ſunt, in hunc modum ſuſcepit.*

II. Fraudulenter cum eo agit. Refert illud juramentum Baronius num. XX. cum hac ſubſcriptione, quæ apud Paulum deeſt: *Actum Canuſii, quinto Kal. Februarii, indict. XV.* Verum ea addititia, quia, ut ibidem Baronius ex Domnizone oſtendit, abſolutio Regis facta die XXV. Januarii. Pergit Paulus: *Rex, poſtquam communione receptæ ſed quæſtione Regni dilata, ſolutus ab Apoſtolico diſceſſit, parum attendens quid ei in reconciliatione ſua juramento promiſerit, ad ſolitam nequitiam redire, & Simoniacorum ſuorum conſiliis contra Papam aſſentire non expavit. Omnes enim Simoniaci, eorumque ſocii, quorum tyrannidi ipſe ſanctam matrem Eccleſiam ſubjugaverat, quorum etiam factione jam pridem Apoſtolicam ſedem deauctorizare tentaverat; ipſi, inquam, omnes ad eum reconciliatum recurrentes, non terrorem ſed audaciam ab eo, pro perpetrata iniquitate acceperunt; quin etiam in damnatione Apoſtolici apud eum conjurandi locum invenerunt. Ipſe vero, ejuſque complices, communionem utcunque idcirco feſtinaverant recipere; quia juxta legem Teutonicorum ſe prædiis & beneficiis privandos eſſe non dubitabant, ſi ſub excommunicatione integrum annum permanerent: cujus adhuc unus menſis ſuperfuit, dum ad reconciliationem redirent. Communionem itaque, non ut ſe corrigerent, repetebant; ſed ut plurimos jam dudum ab illis anathemate ſeparatos ſibi reſociarent; ſicque tanto audacius, tanto crudelius, quanto compluribus, ſolita tyrannide ſanctam Eccleſiam opprimere poſſent. Nam ſtatim poſt reconciliationem, ut prædictum eſt, ad priſtinum volutabrum redire; ſed & Simoniacis, utpote ſui ſimilibus, contra Apoſtolicam ſedem aſſentire non dubitarunt.*

III. Dum hæc aguntur, Mediolani, ubi anno ſuperiori Sanctus Herlembaldus occiſus fuerat, contigere quæ narrat Arnulphus lib. 4. cap. 13. (apud Puricellum lib. 4. cap. 63.): *Henricus* (Germaniæ Rex) *ſenſit Mediolanenſium populum Thedaldi Præſulis ſocietatem culpabilem, divina prohibente lege, communicari excommunicato, miſſis domino Papæ Legatis ſolutionem imploraſſe. Cui Legationi* IPSE EGO *interfui, de præteritis ſatisfaciens, in futuro caſtigari promittens. Papa vero ſapienti uſus conſilio, venerabiles viros Lucenſem* (nempe S. Anſelmum), *& Oſtienſem* (ſcilicet Geraldum) *Epiſcopos, direxit Mediolanum, daturos veniam quibuſcunque poſcentibus. Ubi vero ingreſſi ſunt urbem, lætata eſt civitas univerſa. Qui toto illo triduo, confluentibus ad eos civibus, divinæ præ-*

*Legati ad Mediolan. a Papa miſſi.*

rum conſiliis ſe remque publicam prodidiſſet, a ſua in perpetuum familiaritate amoveret. Quod ſi purgatis quæ obiicerentur, potens confortatuſque in regno perſtitiſſet, ſubditus Romano Pontifici ſemper, dictoque obtemperans foret; & ad corrigenda quæcumque in regno ejus contra Eccleſiaſticas leges prava conſuetudine inoleviſſent, conſentiens ei, & pro virili portione cooperator exiſteret.

XII. Ad ultimum, ſi quid horum prævaricaretur, irritam fore hanc, quæ nunc tantopere expetita ſit, anathematis abſolutionem; quinimmo jam pro convicto, confeſſoque hebendum eſſe, nec ultra pro aſſerenda innocentia ſua audientiam impetraturum, Principeſque regni omni deinceps quæſtione, cuncta jurisjurandi religione liberatos, Regem alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creaturos eſſe.

S. Hugo Abbas Cluniac. agit pro Rege. Gratanter Rex accepit conditiones, & ſervaturum ſe omnia, quam ſanctiſſimis poterat aſſertionibus promittebat. Nec tamen promittenti temere fides habita eſt, ſed Abbas Cluniacenſis, quoniam jurare monaſticæ religionis obtenta detrectabat, fidem ſuam coram oculis omnia cernentis Dei interpoſuit. Epiſcopus quoque Citicenſis & Epiſcopus Vercellenſis, & Azo Marchio, & alii conventionis ejus Principes, allatis Sanctorum reliquiis ſub jurejurando confirmaverunt, facturum eum eſſe quæ pollicebatur, nec aliqua rerum aſperitate vel caſuum varie ſuccedentium mutabilitate a ſententia deducendum.

XIII. Papæ de ſua innocentia conteſtatio. Ita abſoluto eo excommunicatione, Papa Miſſarum ſolemnia celebravit, confectaque ſacra oblatione Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine ad altare evocavit, præferenſque manu corpus Dominicum: Ego, inquit, jam pridem a te tuiſque fautoribus litteras accepi, quibus me inſimulabas, Sedem Apoſtolicam per ſimoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante Epiſcopatum, quam poſt acceptum Epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe; quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerint. Et licet multorum idoneorum certa teſtium aſtipulatione crimen refellere queam, eorum ſcilicet qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrime noverant, & eorum qui meæ ad Epiſcopatum promotionis auctores fuerunt; ego tamen ne humano potius, quam divino niti videar teſtimonio, ut ſatisfactionis compendio omnem omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam; ecce corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus ſuo me hodie judicio, vel abſolvat objecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum, vel ſubitanea interimat morte, ſi reus.

Hæc & alia (ut ſolemne eſt) præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum judicem & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur; partem Dominici corporis accepit & comedit: qua liberrime abſumpta, cum populus in laudes Dei, innocentiæ ejus congratulatus, aliquandiu acclamaſſet, tamdem impetrato ſilentio, converſus ad Regem: Fac ergo, inquit, fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. Principes Teutonici regni ſuis in dies accuſationibus aures noſtras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerum publicarum adminiſtratione, ſed ab Eccleſiaſtica etiam communione, & ab omnimoda vitæ ſæcularis converſatione uſque ad extremum ſpiritum te ſuſpendi oportere exiſtimant. Petunt etiam magnopere diem & locum ſtatui, rudientiamque præſtari canonice diſcutiendis, quas adverſum te afferunt, accuſationibus; & noſti optime, humana plerumque vacillare judicia, & in publicis diſceptationibus nonnumquam falſa pro veris perſuaderi, dum pro diſertorum hominum ingeniis, & dicendi copia & ſuavitate falſitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa amminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene conſultum cupiam, pro eo quod in calamitatibus tuis ſupplex Apoſtolicæ Sedis patrocinium expetiſti; fac quod moneo. Si te innocentem noſti, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendio ſe & Eccleſiam Dei ſcandalo, & te ipſum longe concertationis ambiguo; & ſume hanc reſiduam partem Dominici corporis, ut comprobata, Deo teſte, innocen-

XIV. (margin beside "Hæc & alia")

Defertur Regi a Papa canonica purgatio.

PAGIUS praedicantes eloquia cunctos abſolventes benedicunt univerſos. Quod Thedaldus (Archiep. Mediolanenſis excommunicatus) indigne ſatis ac moleſte tulit; adeo ut ſeditionem in populo bellumque conaretur inferre, ſed minime valuit. Quibus lucem accipiunt, quæ Baronius num. XXIX. de hac legatione refert. Porro Arnulphum magnum conjugatorum Sacerdotum defenſorem, poſtquam pervenit ad caput VIII. ejuſdem libri IV. ad ſanam mentem rediiſſe jam ſupra inſinuavi. Sed redeamus ad Paulum Bernriedenſem, qui poſt laudata verba ſtatim ſubjungit.

IV. Coronari petens a Papa non exauditur. Non multo poſt tamen Rex ab Apoſtolico jam regni conceſſionem callide, ut communionem, elicere volebat. Miſſa enim legatione, humiliter ei ſupplicabat, ut vel eum ſemel apud S. Joannem in Moytia (ſeu Modoetia, aliquot milliaribus Mediolano diſtante) per Epiſcopos Papienſem & Mediolanenſem, more priorum Regum,



tia tua, obſtruatur omne os adverſum te iniqua garrientium, & me deinceps cauſæ tuæ advocato, & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore, Principes tibi reconcilientur, regnum reſtituatur, omnes, quibus diu Reſpublica vexatur, bellorum civilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur.

XV. Henricus refugit oblatam purgationem. Ad hæc ille inopinata re attonitus, æſtuare, tergiverſari conſilia cum ſuis familiaribus ſegregatus a multitudine conferre, & quid facto opus eſſet, qualiter tam horrendi examinis neceſſitatem evaderet, trepidus conſulere. Reſumpto demum ſpiritu, cauſari apud Papam cœpit de abſentia Principum, qui ſibi in adverſis fidem adhuc integram ſervaſſent, quibus inconſultis, & potiſſimum abſentibus accuſatoribus irritam fore, nec quidquam virium apud incredulos habituram eſſe quamcumque pro experienda innocentia ſua ſatisfactionem, paucis qui aderant, propoſuiſſet. Proinde ſedulo Papam orare, ut rem integram generali Concilio, communique audientiæ differret, ut ibi congregatis accuſatoribus, & ſecundum leges Eccleſiaſticas diſcuſſis tam accuſationibus, quam accuſatorum perſonis, conditionibus, quaſcumque Principes regni æquas judicaſſent, objecta refelleret. Haud gravate Papa petenti acquievit. Hæc ipſe.

XVI. Verum eumdem abſque aliqua de ſua innocentia per eum facta conteſtatione, ſacra Euchariſtia communicatum Regem, Domnizo in Mathilde teſtatur, dum ait de Gregorio Papa:

> Nam benedixit eum, pacem tribuit ſibi, demum
> Miſſam cantavit, Corpus dedit & Deitatis.

Pergit vero Lambertus: Expletoque ſacro miniſterio, Regem ad prandium vocavit, benigniſſimeque refectum; & de omnibus quæ eum obſervare oporteret, diligenter inſtructum cum pace ad ſuos qui longius extra caſtellum remanſerant, dimiſit. Epponem quoque Citicenſem Epiſcopum præmiſit ante eum, ut eos qui ei excommunicato, priuſquam anathemate abſolveretur, indifferenter communicaverant, vice ſua excommunicatione abſolveret, benigne præcavens, ne quam denuo receptæ communionis maculam contraheret. Quæ autem iſta ſecuta ſint, ordine rerum geſtarum pro temporis ratione ſervato, paulo poſt dicturi ſumus; nunc autem quas mox poſt Regis abſolutionem ad Epiſcopos & Principes Germaniæ idem Gregorius (a) litteras dedit, hic deſcribamus; ſic enim ſe habent:

(a) Greg. l. 4. ep. 12.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, cæteriſque Principibus regni Teutonicorum, Chriſtianam Fidem defendentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

XVII. Epiſt. Greg. PP. de pœnitentia & abſolutione Regis. Quoniam pro amore juſtitiæ communem nobiſcum in agone Chriſtianæ militiæ cauſam & periculum ſuſcepiſtis; qualiter Rex humiliatus ad pœnitentiam, abſolutionis veniam impetraverit, & quomodo tota cauſa poſt introitum ejus in Italiam huc uſque deducta ſit, veſtræ dilectioni ſincera charitate indicare curavimus. Sicut conſtitutum fuit cum Legatis, qui ad nos de veſtris partibus miſſi ſunt, in Longobardiam venimus circiter viginti dies ante terminum, in quo aliquis Ducum ad Cluſas nobis occurrere debuit, expectantes adventum illorum, quatenus ad partes illas tranſire poſſemus. Verum cum jam decurſo termino, hoc nobis nuntiaretur, his temporibus præ multis (quod nos quidem credimus) difficultatibus, ducatum nobis obviam mitti non poſſe, nec aliunde copiam ad vos tranſeundi haberemus, non parva ſollicitudine, quid potiſſimum nobis agendum foret, circumventi ſumus.

XVIII. Interim vero Regem adventare certe cognovimus: qui etiam priuſquam intraſſet Italiam, ſupplices ad nos Legatos præmittens, per omnia ſe ſatisfacturum Deo & S. Petro ac nobis obtulit, & ad emendationem vitæ ſuæ, omnem ſe ſervaturum obedientiam, repromiſit; dummodo apud nos abſolutionis & Apoſtolicæ benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis conſultationibus differentes, acriter eum de ſuis exceſſibus per omnes qui intercurrebant nuntios redargueremus; tamdem per ſemetipſum, nihil hoſtile, aut temerarium oſtentans, ad oppidum Canuſii, in quo morati ſumus, cum paucis advenit; ibique per triduum ante portam caſtri, depoſito omni regali cultu



PAGIUS gum, coronari permitteret: vel ſi hoc nollet fieri per hujuſmodi Epiſcopos, utpote excommunicatos, ſaltem hoc Privilegium Apoſtolica auctoritate cuilibet Epiſcopo concederet exequendum; ob hoc maxime appetens coronari, ut cum communione etiam regnum a Romano Pontifice videretur recepiſſe. Sed Papa calliditatem ejus jam ſatis expertus, nullo modo votis ejus voluit acquieſcere: diligenter ſecum ipſe reputans, ſe quidem eum pro multis criminibus, & maxime pro inobedientia & contumacia Apoſtolica Sedi irrogata, a regno depoſuiſſe, omneſque ei juratos ab ejus dominio liberos reddidiſſe: & ob hoc nullatenus eum, ſicut nec alium in Regem Principibus, utpote liberis hominibus, ſuperponi debere, abſque eorum electione. Nam & a toto regno de tot ac tantis injuriis ac perfidiis erat inculpatus, ut de his eum neceſſe eſſet primitus expurgari (ſi tamen hoc aliquatenus poſſet fieri), & ſic demum cum conſenſu totius regni legitime coronari. Rex igitur ea vice quoque, ſimulata obedientia apud Moytiam Regalia inſignia non uſurpavit: quæ tamen non multo poſt contra bannum domini Papæ reſumere, & in-

*tu miſerabiliter, utpote diſcalceatus & laneis indutus perſiſtens, non prius cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare deſtitit, quam omnes qui ibi aderant, & ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro eo multis precibus & lacrymis intercedentes, omnes quidem inſolitam mentis noſtræ duritiam mirarentur; nonnulli vero in nobis non Apoſtolicæ ſeveritatis gravitatem, ſed quaſi tyrannicæ feritatis crudelitatem eſſe clamarent.*

XIX. Henricus Rex abſolvitur a Greg. PP.

*Denique inſtantia compunctionis ejus, & tanta omnium qui ibi aderant, ſupplicatione devicti, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam & ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ recepimus, acceptis ab eo ſecuritatibus, quæ inferius ſcriptæ ſunt, quarum etiam confirmationem per manus Abbatis Cluniacenſis, & filiarum noſtrarum Mathildis & Comitiſſæ Adelaidæ, & aliorum Principum, Epiſcoporum, & laicorum, qui nobis ad hoc utiles viſi ſunt, recepimus. His itaque ſic peractis, ut ad pacem Eccleſiæ & concordiam regni, ſicut diu deſideravimus, omnia plenius, Deo adjuvante, coaptare poſſimus, ad partes veſtras, data primum opportunitate, tranſire cupimus. Hoc enim dilectionem veſtram indubitanter ſcire volumus, quoniam ſicut in deſcriptis ſecuritatibus cognoſcere poteſtis, ita adhuc totius negotii cauſa ſuſpenſa eſt, ut & adventus noſter, & conſiliorum noſtrorum unanimitas permaxime neceſſaria eſſe videantur. Quapropter in ea fide, quam cæpiſtis, & amore juſtitiæ omnes permanere ſtudete, ſcientes, nos non aliter Regi oblatos eſſe, niſi quod puro ſermone (ſicut mihi mos eſt) in his eum de nobis ſperare dixerimus, in quibus eum ad ſalutem & honorem ſuum, aut cum juſtitia, aut cum miſericordia ſine noſtræ & illius animæ periculo adjuvare poſſimus.* Hucuſque Gregorii epiſtola, cui ſubiicitur Henrici Regis, quam dixerat, ſecuritas, his verbis concepta, præmiſſo in primis ejuſmodi titulo:

*Jusjurandum Henrici Regis Teutonicorum.*

*Ego Henricus Rex de murmuratione & diſſenſione, quam nunc habent contra me Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Duces, Comites, cœterique Principes regni Teutonicorum, & alii qui eos in eadem diſſenſionis cauſa ſequuntur, infra terminum, quem dominus Papa Gregorius conſtituerit, aut juſtitiam ſecundum judicium ejus, aut concordiam ſecundum conſilium ejus faciam, niſi certum impedimentum mihi vel ſibi obſtiterit. Quo tranſacto, ad peragendum idem paratus ero.* XX. Henrici Reg. juramentum.

*Item ſi idem dominus Papa Gregorius ultra montes, ſeu ad alias partes terrarum ire voluerit, ſecurus erit ex mei parte, & eorum quos conſtringere potero, ab omni læſione vitæ & membrorum ejus, ſeu captione tam ipſe, quam qui in ejus conductu & comitatu fuerint, ſeu qui ab illo mittuntur, vel ad eum de quibuſcumque terrarum partibus venerint, in eundo, & ibi morando, ſeu inde redeundo, neque aliud aliquid impedimentum habebit ex meo conſenſu, quod contra honorem ſuum ſit, & ſi quis ei fecerit, cum bona fide ſecundum poſſe meum illum adjuvabo. Actum Canuſii, quinto Kal. Februarii Indictione decimaquinta.* Porro notam temporis puto ex epiſtola per errorem illapſam in jusjurandum; ſiquidem Domnizo presbyter in Mathilde, abſolutionem Regis factam ſcribit vigeſimaquinta Januarii verſibus iſtis:

*Ante dies ſeptem, quam finem Janus haberet,* Qua die Rex abſolutus a Papa.
*Ante ſuam faciem conceſſit Papa venire*
*Regem cum plantis nudis a frigore captis*
*In cruce ſe jactans Papæ, ſæpiſſime clamans,*
*Parce beate Pater &c.*

XXI. Erat dies ille ex antiquo Eccleſiæ ritu Converſioni S. Pauli Apoſtoli conſecratus. At non eſt Saul converſus in Paulum, ſed Saul viſus inter Prophetas, qui ad ſuos pſeu-

PAGIUS *interdicta regni gubernacula uſurpare non timuit.*

V. Promiſſis non ſtat. *Interim tranſibat terminus, quem Rex coram Legatis Apoſtolicæ Sedis cum Principibus regni ad Auguſtam in Purificatione Sanctæ Mariæ condixerat, ad quem jam Papa venire conceperat: & jam illuc perveniſſet, ſi non idem Rex, contra commune decretum omnium ingreſſus Italiam, conducturos Apoſtolicum a conductu deterruiſſet: terminus, inquam, ubi coram Apoſtolico in audientia totius regni canonice de criminibus illatis expurgari, ſi inculpabilis eſſet, expurgatus legitime in regnum, cum conſenſu omnium, reſtitui poſſet: ad quem ipſe venire contempſit: imo ſuæ cauſæ diffiſus, non præſumpſit; & Papam, ne vel illuc veniret, fraudulenter in Longobardia præoccupavit.*

VI. Conventus Principum ad Ulmam. *Cum igitur Principes regni terminum generali decreto ſtatutum, Regem ſubterfugiſſe, & ſe etiam hac vice, ſolita ejus perfidia, deluſos eſſe animadvertiſſent, cumque ejus verſutiam nec in ipſa reconciliatione, vel poſtea ceſſaſſe, certiſſima relatione didiciſſent, mox in Suevia apud Ulmam, Conventu facto, deliberaverunt; nec ſe deinceps ab illo ludificari, vel potius priſtina ejus calliditate periclitari permitterent; ſed ſuæ ſaluti in legitimi Principis electione providerent. In eodem autem conventu apud Ulmam, generalius Colloquium ad Forecheim (*munitum Epiſcopi Bambergenſis oppidum*) IV. Idus Martii, ad novi Regis electionem condixerunt: ad quod etiam domini Apoſtolici conſilium & au-*



pſeudoprophetas rediens una cum illis non deſtitit malo ſpiritu agitari ut ſuo loco dicetur. Domnizo vero ejuſmodi hiſtoriam his omnibus conſentaneam carmine concinens, Mathildis Comitiſſæ operam in his egregie navatam prædicat iſtis verſibus, de Rege loquens ad Mathildem confugiente:

Mathildis opera Rex a Papa veniam impetrat.

*Ad conſobrinam Mathildem miſit, ut ipſa*
*Conſilium caperet, quo Papa veniret ab Urbe*
*Longobardiam, peteret veniam ſibi dignam,*
*Ipſe ſuum juſſum faceret dubio procul ultro.*
*Papa preceſque videns dominæ Mathildis, eidem*
*Quod quærit, donat. Dimiſit denique Romam*
*Opilio dignus, Canoſſum vexit, & intus*
*Quem ſancti Petri vice digniter illa recepit.*

Et inferius:

*Cumque dies per tres ſtarent pro pace loquentes,*
*Et pax non eſſet; Rex atque recedere vellet;*
*Cappellam ſancti petit idem Rex Nicolai,*
*In qua paſtorem lacrymans oravit Hugonem,*
*Ut pro pace ſua fidejuſſor ſibi fiat.*
*Non licet hoc, Abbas Regi reſpondit. & aſtans*
*Illic Mathildis rogitavit eum. Sed & ipſi*
*Hoc faciet nemo, reſpondit, tu niſi, Credo,*
*Poplitibus flexis dicit Rex atque Mathildi,*
*Tu niſi me multum juveris modo.*

XXII. Hic tu miraberis Lector, quomodo non erubuit Benno ille pſeudocardinalis Guibertinæ factionis, aſſerere pœnitentiam hujuſmodi Henrici Regis non ſponte factam, ſed coactione Pontificis extortam; nam audi tu ipſe impudentem concinnatorem mendaciorum: *Extortam*, inquit ipſe, *confeſſionem invitus ac coactus apud Canuſium in præſentia Hildebrandi Rex protulit. Dicite quæſo qui juſtitiam diligitis, qui ad dextram vel ſiniſtram favore alicujus perſonæ declinare non noſtis, dicite quæſo, ſi confeſſio tanto tempore extorta cuilibet pauperi nedum Cæſari præjudicare debuit? ſi ex confeſſione extorta potius non extitit reus canonum hic qui extorſit, quam qui perverſe judicatus perverſoris judicis injuriam & violentiam patienter & publice, & cum lacrymabili afflictione nudis pedibus in laneis veſtibus, hieme præter ſolitum aſpera apud Canuſium, ſpectaculum Angelorum factus & hominum, & Hildebrandi ludibrium, triduo pertulit?* Hæc perfricta fronte, ſchiſmaticus, qui dum a Gregorio abſolutionem Regis declarat extortam, & ipſum Pontificem ad eam præſtandam extortum, extorquentem affirmat; Scriptoribus omnibus reclamantibus portentoſi mendacii redarguitur. Sed reliqua proſequamur.

Poſt pœnitentiam & abſolutionem Henrici Regis Canuſii factam carminibus decantatam, hæc ſubjungit Domnizo de commoratione ejuſdem Pontificis ibidem, deque donatione ab eadem Mathilde facta Romanæ Eccleſiæ his ſcilicet verſibus agens, ſtudioſiſſimam ſancti Petri feminam prædicat, quæ Eccleſiæ cauſa, conſobrinum Regem poſthabuit: XXIII.

*Poſtpoſuit Regem, per tres tenuit pia menſes* Donatio Mathildis facta Rom. Eccleſiæ.
*Gregorium Papam, cui ſervit, ut altera Martha*
*Auribus intentis capiebat ſedula mentis*
*Cuncta Patris dicta, ceu Chriſti verba Maria,*
*Propria Clavigero ſua ſubdidit omnia Petro;*
*Janitor eſt cœli ſuus hæres, ipſaque Petri,*



PAGIUS *auxilium ſibi venire, miſſa legatione, poſtulaverunt. Quo audito Papa ad id Colloquium Legatos direxit, qui Principes rogarent, ut diſpoſitionem regni uſque in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe ſperarent. Noluit ſane eis hoc ex definito præcipere, ne ſibi jure imputari poſſet, ſi quod periculum ſtatus regni ex illa dilatione incurriſſet. Altera autem die poſt dimiſſionem Legatorum, Manegoldus Comes, magnus amator veritatis, advenit, cujus relatione Papa de novo Rege conſtituendo certior factus, alium Legatum, Gregorium ſcilicet Romanæ Eccleſiæ Diaconum, ad Principes regni deſtinavit: qui eos Apoſtolica auctoritate adventum ejus præſtolari compelleret: eo tamen primitus explorato, ſi Rex, qui adhuc in Longobardia morabatur, ab eodem Legato conventus ſecuritatem facere vellet, ut domino Papæ tranſitum ad Teutonicas partes, pro ipſius cauſa determinanda, concederet. Quod ſi Rex nollet concedere, præcepit Papa, ut Legatus ad ſe rediret, nec Principes cum aliqua dilatione, a providenda regni neceſſitate ſuſpenderet. Item eidem Legato præfatam Legationem imponens Papa, dixit inter alia; ſe quaſi pro indicio hujuſmodi ſecuritatem exegiſſe, cujus, inquam, ſecuritatis exhibitio, illum in regnum reſtitui poſſe præſagiret: ſicuti ejuſdem ſecuritatis denegatio, hoc eum non poſſe, ex divino indicio denotaret.*

VII. *Inter hæc verba Papæ tres digiti ejus dextræ, uſque ad medium, repente ſanguinei appa-*

*Accipiens ſcriptum de cunctis Papa benignus.*

Hæc de donatione Mathildis auctor, qui tunc vivens etiam præſens adeſſe potuit. Sed ejuſdem temporis ſcriptor ſinceræ fidei Leo (a) Oſtienſis Epiſcopus de eadem donatione hæc habet:

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 48.

XXIV.

*Anno Dominicæ Incarnationis* * *M. LXXIX. Mathilda Comitiſſa Henrici Imperatoris exercitum timens, Liguriam & Tuſciam provincias Gregorio Papæ & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ devotiſſime obtulit. Unde in primis cauſa ſeminandi inter Pontificem & Imperatorem odii initium fuit &c.* Subdit de pœnitentia Henrici Regis Canuſii facta, ut plane appareat in numerum errorem irrepſiſſe, cum liqueat, non niſi hoc anno eamdem Henrici pœnitentiam contigiſſe, quo & donationem factam affirmat, quam & certo anno ita Domnizo conſignat dicens:

* MLXXVII.

*Tempora mille Dei tunc ſeptem ſeptuaginta.*

Porro ejuſdem donationis autographum cum perierit, alio eam ſcripto legimus renovatam.

XXV. At quid poſt abſolutum Regem contigit? obſtrepit turba ſchiſmaticorum Epiſcoporum & Principum Longobardiæ, quos Gregorius jam pridem ob eorum concubinatus & emptos Epiſcopatus, in Synodo condemnarat. Hi oblatam ab Apoſtolicæ Sedis Legato abſolutionem contempſerunt, ſtudentes avertere Regem a cultu Pontificis. Lambertus enim de miſſo Legato Epiſcopo dum agit, ſic ait: *Qui dum veniſſet, & cauſam pro qua miſſus fuerat, Italis expoſuiſſet,* Longobardis ſcilicet, *vehemens in eum ira & indignatio coorta eſt. Fremere omnes & ſævire verbis & manibus cœperunt, Apoſtolicæ legationis irriſoriis exclamationibus obſtrepere, convicia & maledicta quæcumque turpiſſima furor ſuggeſſiſſet, irrogare. Se excommunicationem illius nihil æſtimare, quem ipſum omnes Italiæ Epiſcopi juſtis ex cauſis jam pridem excommunicaſſent, qui Sedem Apoſtolicam per ſimoniacam hæreſim occupaſſet, homicidiis cruentaſſet, adulteriis aliiſque capitalibus criminibus polluiſſet; Regem ſecus ac deceat, egiſſe, crimenque gloriæ ſuæ intuliſſe numquam abolendum, quod homini hæretico & probris omnibus infamato majeſtatem regiam ſubmiſerit, & quem juſtitiæ patronum, legumque Eccleſiaſticarum vindicem ſibi paraſſent, is fœdiſſima ſubjectione ſua Fidem plane Catholicam, auctoritatem Eccleſiæ, dignitatem Reipublicæ prodiderit, ſe in ultionem ejus omnes, quas potuerint, Papæ injurias irrogaſſet. Et nunc (quod dictu quoque turpe ſit) ſe in mediis perturbationum fluctibus relictis, ipſum ſibi conſuluiſſe, & cum hoſte publico privata neceſſitudine in gratiam rediiſſe.*

Schiſmatici laborant ut Regem a Papa divellant.

XXVI. Erant iſti, qui ex ſchiſmate Cadaloico ad breve temporis ſpacium ad Eccleſiam reverſi, rurſum ob ſimoniam vel fœdam cum uxoribus ſibi adſcitis commixtionem a Gregorio Papa excommunicati, adverſus eum (ut audiſti) ſchiſma conflaverant, nec commoniti ſæpe ab errore receſſerant: inter quos principem locum tenebat Guibertus Parmenſis Archiepiſcopus Ravennas, patronus olim ſchiſmatis Cadaloici. Hic Principes in Gregorium concitabat, de quibus idem Lambertus: *Hæc potiſſimum, Principes Italiæ jactando, & paſſim per populum ſerendo, ingens Regi odium brevi conflaverant. Adulta poſtremo ſeditione, una omnium voluntas, una ſententia erat, ut abdicato patre, qui ultro regni faſcibus indignum ſe effeciſſet, filium ejus licet impuberem adhuc, & regni negotiis immaturum Regem ſibi facerent, & cum eo Romam profecti Papam alium eligerent, per quem & ipſe protinus Imperator conſecraretur, & omnia Papæ hujus apoſtatici Geſta caſſarentur.*

XXVII. Henric. Rex ob Schiſmaticos Longobardos fluctuat.

*Perlato ad Regem tam moleſtæ conſpirationis nuntio, miſit propere quidquid apud ſe Principum erat, ut quaqua ratione, quaqua poſſet induſtria efferatæ multitudinis animos mitigarent, ne moleſte acciperent, aut in contumeliam ſuam factum reputarent, quod extrema neceſſitate compulſus, communis commodi ratione feciſſet; nec Teutonicis Principibus, qui ſibi per calumniam regnum eripere, dedita opera machinarentur, nec Romano Pontifici, qui ad evertendum ſtatum ſanctæ Eccleſiæ ſpirituali gladio circumquaque fulguraret, aliter ſatisfacere potuiſſe, quam ut ante ſtatutam diem excommunicatione abſolveretur. Nunc ſe omnibus anguſtiis, quibus vias ejus concluſiſſent inimici, liberatum, omnem deinceps curam induſtriamque ad vindicandas ſuas & illorum injurias tranſlaturum. Vix tamdem compreſſo potius, quam extincto concitati tumultus incendio, plerique ex Principibus caſtris per ſe iram ſubtrahentes, injuſſi in ſua rediere. Cæteri diſſimulata interim iracundia, redeuntem Regem pacifice exceperunt, ſed neque conſuetam ei reverentiam deferebant, neque tam ſumptuoſa ut prius, utque regiam magnificentiam decuerat, ſervitia ei exhibebant, ſed averſis oculis, infeſtis mentibus paſſim per omnes angulos de levitate & ineptia ejus muſſitabant, ſocordiamque accuſabant, quod tamdiu expectatus, tam anxie deſideratus, periclitantis Italiæ calamitatibus nihil poſtremo ſpei, nihil præſidii attuliſſet.*



Gregorius VII. Legatos ad Conventum Forecheimenſem mittit.

*paruere; quos ſanguine ex naribus profluente maculatos exiſtimans, detergere cœpit: ſed eos ſanguineis notis nullatenus emaculare potuit. Hinc ipſe & reliqui ſapientes, qui hoc miraculum conſpexerunt, aliquid magni per hæc ſigna portendi non dubitarunt. Erant autem ibi tunc præſentes prænominatus Comes Manegoldus, & venerabilis Presbyter Erkinbertus cum aliis plurimis in oppido Canuſii in capite Jejunii, quod eo anno contigit in Kal. Martii. Percepta igitur legatione ſtatim Legatus ad Regem properavit cum prædicto Comite; ſed Rex ſecuritatem, quam Papa poſtulabat, facere contempſit: unde & ille Legatus ad Apoſtolicum redire non tardavit. At Comes ad proximum Forecheimenſe Colloquium venire acceleravit; quo & priores Legati jam pervenerant, qui una tantum die, priuſquam præfatus (diſcederet) Comes, ab Apoſtolico miſſi fuerant. Hi autem erant Legati, Bernhardus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Diaconus, item alter Bernhardus, Abbas religioſus de Maſſilia, fere ſexcentorum Monachorum Pater, qui etiam ſecum duxit egregium Doctorem quemdam, nomine Chriſtianum* (Guitmundum intelligit, ut ſequentia indicant, quemadmodum & Anonymus Chifletianus, qui *Chriſtiani* nomine alium non intelligit. Quare utroque nomine Guitmundus appellatus fuit), *poſtmodum Averſanæ civitatis Epiſcopum, cujus Opus extat eximium contra Turonenſem Berengarium.*

VIII. A num. XXXI. ad XXXIV. Propoſitiones quaſdam ſeu Effata nullatenus inter ſe cohærentia, nullaque temporis nota conſignata, Gre-



XXVIII. Henric. inhærens Schiſmaticis reſilit a Pont.

*Cumque Italiam peragraret, ut his qui oppreſſi fuerant, calumniaſve patiebantur, regio more juſta faceret; nec in civitates eum recipiebant, nec cum faculis, & fauſtis acclamationibus (ut prioribus Regibus conſueverant) obviam ei procedebant, ſed foris in ſuburbanis locis caſtris poſitis commorari jubebatur, & illic ei alimenta, quibus exercitus ſuſtentaretur, & ipſa modica, & vix neceſſitatem potius, quam regalium epularum ſolitum ſplendorem copiamve explentia, ne manifeſtæ defectionis immature argui poſſent, miniſtrabant, appoſito ſingulis in locis præſidio, ut prædas forte de agris vel villis agere volentes, armata manu coercerentur. Territus Rex inſolita rerum facie, ſeroque pœnitens, quod incognitæ gentis inexpertæ prius fidei temere ſe credidiſſet, & Teutonicis finibus excedendo hoſtem mutaſſet, non evaſiſſet, gravi ſollicitudine & metu perurgebatur, nec ullum uſquam effugium inveniebat, niſi in reconciliandis forte, ſi qua ratione poſſet, quos offenderat, Italorum animis.*

XXIX. Inter hæc autem cum Gregorius Papa legationem honorificentiſſimam decreviſſet ad Mediolanenſes, ut eos Romanæ uniret Eccleſiæ; alter Legatorum, nempe Geraldus Oſtienſis Epiſcopus captus eſt, dimiſſus vero Anſelmus Lucenſis ejus in legatione collega.

Legati ad Mediolan. a Greg. PP. miſſi.

De Geraldo autem Epiſcopo Oſtienſi a ſchiſmaticis capto hæc habentur in rebus geſtis Anſelmi Lucenſis ab ejus presbytero pœnitentiario B. conſcriptis: *Infra quindecim (ut opinor) dies poſt abſolutum ſcilicet Regem, cum beatus Epiſcopus Anſelmus legationem domini Papæ una cum religioſiſſimo Oſtienſe Epiſcopo Geraldo Mediolanum deferret, impediti ſunt a melitibus illius, & captus eſt Oſtienſis Epiſcopus; ſanctum autem Anſelmum nequaquam auſi ſunt tangere, quoniam indigena fuit & nobilis proſapiæ. Ipſe autem ultro ſe capiendum ingerebat, dicens, quod a ſocio legationis non diſcederet. At illum (inquiens) dimittite, aut me captum cum illo tenete. At illis hoc non præſumentibus, triſtis abſceſſit, volens ſi poſſet, pro fratre ſuam animam ponere, &c.* Hæc ibi. Porro dimiſſus eſt tamdem Oſtienſis Epiſcopus. Sed ad Henricum redeamus, de quo pergit ita Lambertus:

*Ratus itaque hujus rei unicum hoc eſſe præſidium, ut initum cum Romano Pontifice fœdus abrumperet, & inde reparandæ concordiæ initium faceret, unde fuerat orta diſcordia, Udalricum de Cosheim, & cœteros, quos ille ſeveriſſimo anathemate a contubernio ejus amoverat, in priſtinum gratiæ & familiaritatis ſuæ gradum revocavit, & cum eis denuo de privatis, de publicis negotiis, eadem qua conſueverat ſingularitate, ac privilegio conſilia conferebat. Tum aſſidue in conventu Principum criminabatur, & detrahebat Romano Pontifici, quod ipſe omnem hunc, qui Rempublicam concuſſiſſet, ventum turbinis, & commotionis ſæviſſimæ procellam ſuis machinationibus concitaſſet, ipſe omnium, quæ in Eccleſia omni recenti memoria ſecus accidiſſent, auctor incentorque extitiſſet; hortabaturque omnes in commune, ut ſuo ductu, ſuiſque auſpiciis tantarum ab eo injuriarum vindictam expeterent. Deinde conditiones omnes, & univerſa Eccleſiaſticarum legum vincula, quibus ille eum Apoſtolica auctoritate in ſalutem obſtrinxerat, contemptim tamquam aranearum telam dirupit, abjectiſque omnibus timoris Dei habenis, in omne, quod animus ſuggeſſiſſet, effrænata libertate ferebatur.*

XXX. Henric. Rex relabitur in priſtina.

*His paulatim rebus Italorum indignatio mitigari, furor deflagrare, ſtudia denuo in eum incaleſcere cœperunt, ita ut frequentior in dies ad eum multitudo conflueret, ſumptus exercitui copioſiores miniſtrarent, & ad omne, quod juſſiſſet, promptiſſime jam manus, operamque ſuam pollicerentur. Erant tunc temporis apud eum ex Teutonicis Principibus Liemarus Bre-*

XXXI. Qui conſpirant cum Rege adverſus Rom. Pont.

Bremenſis Archiepiſcopus, Eppo Citicenſis Epiſcopus, Benno Oſenbruggenſis Epiſcopus, Burchardus Loſannienſis Epiſcopus, Burchardus Baſilienſis Epiſcopus; laici Udalricus, Eberhardus, Bertholdus, & alii pene omnes, quos in Oppenheim Legati Apoſtolicæ Sedis a contubernio ejus propter excommunicationem ſegregaverant, qui nunc poſt receptam communionem cum eum quoque Eccleſiæ reconciliatum comperiſſent, unanimiter ad eum confluxerunt, & ei deinceps peregrinationis ejus individui comites adhærebant.

XXXII. Principes Germaniæ comitia decernunt adverſus Reg. * Bertholdus

Interea Moguntinus, Vvirzeburgenſis, & Metenſis Epiſcopi, Rodulphus, Vvelph, * Bertholphus Duces, & alii plerique ex Principibus Teutonicis convenientes, tractare de utilitatibus Reipublicæ ſtatuerunt, ut Principes Saxoniæ, & omnes, quibuſcumque Reſpublica curæ foret, tertio Idus Martii in Forcheim occurrerent, & communi conſilio, quid facto opus eſſet, decernerent, præſertim cum per abſentiam Regis tranquillis rebus tempus opportunum deliberationibus, ac conſultationibus nacti fuiſſent. Romano quoque Pontifici ſcripſerunt, ut quoniam in Purificatione ſanctæ Mariæ Auguſtam juxta condictum, dolo Regis præventus, occurrere non potuerat; ſaltem in Forcheim, ſtatuto die præſto eſſe ſatageret, & ſedandis bellorum civilium tempeſtatibus, quibus jamdiu periclitaretur Reſpublica, Apoſtolici moderaminis gubernaculum adhiberet. Adhuc ille in Canuſio, & aliis circa firmiſſimis munitionibus ſe continebat, diſpoſitum habens, non prius Romam regredi, quam confecto itinere, quod inſtituerat (ſi Deo propitio conatum ſequeretur effectus) pacem Eccleſiæ Dei reddidiſſet.

XXXIII. Igitur acceptis litteris, tametſi jam pridem frequens ad eum fama detuliſſet, Regem mutata mente hoſtiles adverſum ſe ſpiritus gerere, & contemptis conditionibus, quibus excommunicatione abſolutus fuerat, animo fixum tenere, ut leges Eccleſiaſticas manu militari debellaret; miſit tamen unum ex Cardinalibus Epiſcopis Romanæ Eccleſiæ, Gregorium nomine, & alios, quos ei negotio idoneos arbitrabatur, qui ei dicerent, tempus eſſe ut promiſſa compleret, conventuros in Forcheim

Pont. ad Comitia proxima Regem vocat.

tertio Idus Martii Principes Teutonici regni, ad componendum (ſi Deus votis annuat) ſtatum Reipublicæ: veniret ergo ut pollicitus ſit, & crimina, quibus innocens, ut ipſe aſſerat, a calumniatoribus ſuis impetitus ſit, ſe cognitore & judice præſidente, reſponderet, multum rebus ſuis, ſalutique & apud Deum, & apud homines collaturus, ſi Eccleſiam ſcandalis, Rempublicam bellis civilibus, ſeipſum fœdiſſimæ exiſtimationis macula liberaret: præſertim cum ea die, diſcuſſis ſynodice, quæ adverſus eum afferantur, cauſis, vel recepturus eßet regnum, vel ſine omni deinceps retractatione amiſſurus.

XXXIV. Excuſatio Regis quod non pareat Papæ.

Legatis mandata perferentibus, ille diſſimulatis mediocriter his, quæ animo agitabat, reſpondit ſe poſt acceptum regnum hac primum vice Italiam intraße, & ideo multis nunc & magnis Reipublicæ negotiis implicitum non poſſe tam cito, infectis rebus, provincia excedere: quia ſi id faciat, Italos, quos longo tempore anxia adventus ſui expectatione ſuſpendiſſet, graviſſime offendat. Præterea diem conventui habendo ſtatutum e vicino imminere, ſeque tam brevibus induciis tanta terrarum ſpacia nulla equorum celeritate poſſe tranſcurrere, etiam ſi nullis extrinſecus retardetur impedimentis. In hæc verba Legatos dimiſit.

XXXV. Greg. P. legatos in Germaniam mittit ad Comitia.

Papa certior jam factus de immutatione animi ejus, & cæteris rebus, quas ad eum jam pridem fama detulerat; miſit protinus Bernardum Abbatem de Maſſilia virum eximiæ converſationis, & multarum in Chriſto virtutum; item alium Bernardum Cardinalem diaconum S. R. E. ut Principibus Teutonici regni, qui (ut ſupra dictum eſt) tertio Idus Martii Forcheim conventuri erant, occurrerent, eoſque per ordinem, quæ geſta erant, docerent, ſe juxta placitum dedita opera eniſum fuiſſe, ut die & loco ſtatuto, communibus ſanctæ Eccleſiæ utilitatibus tractandis præſto eſſet; ſed domini Henrici diligentia ita circumventum, ita omnes per quas tranſitus eſſe potuiſſet, itinerum anguſtias præoccupatas, ut nec tuto in German. progredi, nec tuto Rom. regredi valeat. Proinde monere eos, ut ſuis interim, rebus, & regno Franc. quod diu jam unius ho-

PAGIUS
Dictatus Gregorio VII. ſuppoſitus.

Gregorii VII. Regeſto inſerta ſunt inter Epiſtolam LV. libri ſecundi & Epiſtolam LVI. cum quibus nullam etiam habent connexionem. Illam farraginem Gregorii VII. Dictatum inſcriptam Baronius refert ad VII. Synodum Romanam ab eo, hoc anno celebratam, ſed nullius Auctoris teſtimonio, imo nec probabili ratione fultus. Quare Bellarminus & Labbeus in lib. de Script. Eccleſiaſt. Gregorii VII. opera recenſentes ejus tantum Epiſtolarum mentionem faciunt, quod viderint, uti exiſtimo, nullum Auctorem coævum aut ſupparem hujus Dictatus meminiſſe, aut eum ei adſcripſiſſe; nullum ex ejus adverſariis de illo quæſtionem adverſus ipſum moviſſe, quod certe præſtitiſſent, & imprimis Benno ille maledicentiſſimus pſeudo-Cardinalis, & atrociſſimus calumniator: denique nuſquam Gregorium ipſum in ſuis Epiſtolis Dictatum laudaſſe aut vindicaſſe, ut alias ſua Decreta, ac Propoſitionum adeo ſingularium, plerarumque nempe nullum in ejus Regeſto veſtigium extare. Articuli illi numero ſunt XXVII. quos jam aliqui Viri docti confutarunt, & nuper Natalis



hominis puerili levitate vexetur, quaqua poſſint ratione, moderentur, donec (ſi Deus velit) adempta itineris difficultate ipſe venire, & collatis in medium conſiliis, quid utilitati, quid honeſtati omnium, quid paci Eccleſiaſticæ expediat, ſecundum Eccleſiaſticas leges decernere poſſit. Hucuſque Lambertus; hicque ſuæ imponit finem ſcriptioni: quo fideliſſimo duce nos carentes, cum qui adeo exacte res geſtas digeſſerit, auctorem habeamus nullum ejus temporis præter Bertholdum, qui poſtea nobis occurret, qui præſens eo comperta habuerit, atque hiſtorice ſcripſerit; in poſterum emendicare cogemur hinc inde fragmenta ex iiſdem, qui tunc vivebant, auctoribus: a poſterioribus autem veritatem petere, periculoſum eſſe multoties experti ſumus, qui frequenter, quod falſus rumor, vel vana opinatio, interdum vero divinatio, privata etiam ſæpe affectio, aliquando autem aſſentatio ſuggeſſit animo, ſcripſiſſe inveniuntur ingenti præjudicio veritatis, nulla vel modica ejus indagandæ adhibita diligentia.

XXXVI. Domnizo presbyter, qui aderat, in rebus geſtis Comitiſſæ Mathildis, quas licet carmine, tamen hiſtorice, non autem poetice eſt proſecutus, narrat poſt hæc, dum adhuc Gregorius detineretur in Gallia Ciſalpina, Regem Henricum, auctore Guiberto Archiepiſcopo Ravennate molitum inſidias, ut ipſum Pontificem dolo caperet, atque Mathildem, quam ſtudere magnopere ipſi Papæ cognoſceret. Patefactis autem dolis, ambos evaſiſſe periculum. Sed ipſum audi: (a)

(a) Domnizo l. 2. vita Mathil.

Henric. & Guibertus conjurabant adverſus Greg. & Mathildem.

Major erat cunctis Guibertus Epiſcopus urbis
Rovennæ, doctus, ſapiens, & nobilis ortus.
Extiterat Parmæ civis ſeu clericus. Ante
Dum fuit electus Gregorius, iſte Guibertus,
Ipſi juravit; contra quem nunc mala ſancit:
Regis enim mentem contra Papam docet eſſe.
Rexque die ſexto remeavit Bibianellum
Corde dolo pleno cum plena mente veneno.
Paſtor felle carens ad eum deſcendit ab arce
Crebro ſcripta ſupra, mox eſt Comitiſſa ſecuta. XXXV.
Callidus ad multa Rex Papæ dixit; & ultra
Eridanum fluvium commune cupit fieri tunc
Colloquium. Laudat quod Papa, Mathildis & optat.
Cur Rex hoc malit, ignorant hi duo clari
Mantua revera placito ſubdique timebat.
Rex quidem fruſtra tranſivit primitus undam
Eridani tractans cum paucis tradere Papam,
Nec non ſi quiret, Comitiſſam traderet idem.
Hoc ſcelus infandum complere putat placitando.
Cuncta videns Chriſtus fieri vetuit ſcelus iſtud.
Eridanum Præſul, Mathildis & optima ſecum
Tranſivit, ſperans pacem componere veram.
Ad dominam claram multis oculis oculatam
Nuntius advenit, qui ſecretum patefecit
Regis Henrici, qui Papam tradere dicit.
Hoc ubi cognovit prudens hera, mox cito movit
Seque ſuos, fortes petiit cum Præſule montes.
Inſidiæ fractæ Regis ſunt, & patefactæ.
Papam & Mathildim Rex ulterius neque vidit.
Pontifices falſi ſunt ex hoc lætificati,
Maxime præſcriptus Guibertus, qui dedit iſtud.
Conſilium Regi, quia vult invadere Petri Sedem &c.

Iſtud

PAGIUS talis Alexander in part. II. Sec. XI. & XII. Diſſert. III. In articulo XXIII. ut cæteros omittam, dicitur: *quod Romanus Pontifex, ſi canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur Sanctus, teſtante ſancto Ennodio Papienſi Epiſcopo, ei multis ſanctis Patribus faventibus, ſicut in Decretis B. Papæ Symmachi continetur.* De Pontificalis Officii ſanctitate, non de perſonali ſanctimonia loquitur Ennodius in Apologetico contra Symmachi Papæ adveſarios, qui Donum etiam ac Privilegium impune peccandi Pontificibus tribui ironice dicebant: *Non nos*, inquit, *B. Petrum, ſicut dicitis a domino cum Sedis Privilegiis, vel Succeſſores ejus, peccandi judicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros. Quod illi conceßum eſt pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par converſationis ſplendor illuminat. Quis enim Sanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ a loci Deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eliguntur illuſtrat.* Verum Auctor Dictatus de vitæ ſanctitate loqui videtur, & Decretum illud inventum ab inimicis hujus Sancti Pontificis, doctioris ac ſapientioris quam ut ſimilem propoſitionem, alia-

Iſtud plane magnum illud videtur fuiſſe periculum, quo ſe verſatum inter Longobardos ſcribit ipſe Gregorius in litteris, (a) ad Legatos poſtea datis, & ad Epiſcopos, & Principes Germaniæ ſcriptis.

(a) Greg. l. 3. ep. 23. 24.

XXXVIII. Dum adhuc moraretur Gregorius Papa in Gallia Ciſalpina, perlata eſt querela adverſus Hildolphum Colonienſem Archiepiſcopum de villa, cui, Cloteno, nomen, ablata ab ejus prædeceſſore ſancto Annone ab Eccleſia ſancti Nicolai, collata vero Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. Quod perperam factum emendaturus, morte præventus cum non feciſſet; monachi, quorum Eccleſia erat ſancti Nicolai, ſucceſſorem ejus Hildolphum, ut id faceret, interpellarunt. Quod cum minime præſtaret, viſum eſt conſilio Wolphelmi Abbatis adire ſummum Pontificem. Quid autem apud eum actum fuerit, Conradus ita deſcribit: (b) *Tunc ejus incidit animo, nihil præſtantius, nihil conſultius fore quam Pontificem Sedis Apoſtolicæ ſuper hac re interpellare. Qua inſpiratione animæquior factus, deſtinat velociter Legatos ad Apoſtolicum, tunc forte conſiſtentem in confinibus alpium. Qui ubi coram Senatus primoribus & Romanæ Eccleſiæ judicibus ad liquidum Papæ verbis expoſuere ſingula, quæ ab Archiepiſcopo Annone de Cloteno ſæpius memorato geſta fuere; omnium mentes & corda ſtupor apprehendit cum admiratione non modica.*

(b) Apud Sur. 22. April.

XXXIX. *Tunc domnus Papa Hildebrandus, qui & Gregorius, ex auctoritate B. Petri Apoſtoli per epiſtolas ſuas denuntiat domno Hildolpho ejus ſucceſſori, ne ſub ſpecie pietatis defenſor exiſtens impietatis, Cloteno Bruvilerenſi Eccleſiæ S. Nicolai violenter ablatum, diutius patiatur irrevocatum:* (c) *Non eget*, inquiens, *o fili, Deus offerri quidquam ex injuſtitia ſibi. Quia, ut legimus, ſic ei fiunt victimæ ex rapina, quomodo ſi mactet quis filium in patris præſentia. Patratorem quidem multorum bonorum agnovimus fratrem noſtrum Annonem Archiepiſcopum, ſed tamen in hac parte minime defendendus eſt non erraſſe, dum quod beato Nicolao præripuit, ſanctæ Genitrici Dei gratum holocauſtum æſtimavit, dicente Domino per Prophetam: Quia ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocauſtum. Nec fas eſt a Fidelibus credi, Matrem diſcrepare a voluntate Filii, dum id prorſus conſtet utriuſque proprium atque commune, eadem velle, & eadem nolle. At tu, ne defendendo injuſtitiam videaris offendere Deum: tolle de medio, quod aliis licet bonus, hic male conſultus, commiſit Epiſcopus Anno, ne & illius detrimentum ſit coronæ, & tibi occaſio culpæ.* Hactenus ex Gregorii epiſtola ab auctore recitatum. Pergit vero:

(c) Ex ep. Greg. Pap. ad Archiep. Colon.

*Hujuſmodi paternis admonitionibus a Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſuſceptis, prædicti pontificis Hildolphi magis in furorem verſus eſt animus, quam ad juſtitiam vel miſericordiam provocatus. Denique convocat Eccleſiæ Colonienſis primores, ſe diffamatum, accuſatum per virum Dei conquerens apud Apoſtolicum, &c.* XL.

At quonam modo in eum detrectantem judicium facere, & exequi quod idem, qui ſupra, ſanctus Anno facere inſtituerat, & juſſa Sedis Apoſtolicæ contemnentem ultus eſt Deus; ſic inferius idem auctor enarrat:

*Ea tempeſtate quidam Hartmannus Abbas Tuitienſis, dum nocte quadam ſomno indulſiſſet, tale vidit ſomnium, præſagum utique, futurorum. Vidit igitur per viſum virum quemdam forma egregium, vultu reverendum, Epiſcopalibus infulis decenter ornatum, a Bruvilerenſi Eccleſia* ſancti Nicolai ſcilicet *prodeuntem, & iter Coloniam dirigentem. Quem præceden-* XLI.

PAGIUS aliaſque in eo Dictatu contentas litteris mandarit.

IX. A num. XXXVIII. ad LVII. Pergit poſtea Paulus cap. X. *Facto igitur Conventu apud Forecheim, præfati Legati literas Apoſtolicas in medium protulerunt: quam parum dominus Papa de promiſſione Regis lætatus fuerit; cum adverſarii Eccleſiæ plus audaciæ quam terroris ex præſentia Regis acciperent. Ad hoc, ajebant, eum petere, ut novi Regis electionem de qua audierat, in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe perpenderent. Peracta igitur Legatione, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites majores atque minores, debitam reverentiam Legatis impendentes, per conſeſſum ſinguli ſurrexerunt, & quot contumeliis, & quot periculis jam ab Henrico Rege affecti eſſent, vel ſe afficiendos fore non dubitarent, Legatis lamentari cœperunt; ſeque toties inſidias ejus inter ipſa pacis oſcula vix evaſiſſe, ut nec juramento ejus deinceps aliquam fidem exhibere poſſent. Hoc quoque addentes ſe tandiu eum poſt depoſitionem toleraſſe, non utique ut correctionem ejus, utpote deſperatam, expectarent, ſed ut quibuſdam occaſionem calumniandi auferrent, qui fortaſſe ei, ſi non tandiu expectaretur; totaque illa die cum hujuſmodi querimoniis tranſacta, nec medietatem injuriarum ſibi illatarum enumerare potuerunt.*

Conventus Forocheimenſis.

X. Poſt aliqua interpoſita: *Hoc igitur Principes regni diligentiſſime perſcrutati, ſe quidem a Regis Henrici poteſtate, penitus, ut prædictum eſt, emancipatos, nec ſe illi pluſquam illum illis alicujus fidelitatis vel ſubjectionis [ juramento ] obnoxios, ut liberi homines Rudolphum, Ducem Suevorum fruſtra multum renitentem, fruſtraque vel unius horæ inducias ad conſulendum petentem, Regia dignitate ſublimaverunt: virum ſane in humilitate præcipuum, Regio honori ætate & moribus idoneum; eique ſe debito fidelitatis ſacramento ſubdiderunt. Qui utique regnum, non ut proprium, ſed pro diſpo-*

In eo Rudolphus Rex Germaniæ electus.



*dentem beatum Vuolphelmum Abbatem cum Fratrum caterva cernit e veſtigio ſubſequentem, ſeptem Pſalmos cum Litaniis ſæpius modulatis vocibus iterantes. At ubi ad fores perventum eſt cubiculi Epiſcopi quieſcentis, fores obſeratæ virga præcedentis impulſæ, dictum velocius ſunt apertæ. Quibus taliter intromiſſis, dux prævius ſtratum adiens recubantis, eum gravi requirit animadverſione, cur tanta contra ſe temerarius præſumpſiſſet exercere. Expleto ſermone, virga, quam manu geſtabat, ad ultionem injuriæ graviter illum percuſſit in vertice. Itaque ſomno excitus Abbas præ pavore virum Domini Vuolphelmum certum reddit, de divina protectione, & beati Nicolai conſolatione. Nec falſum prorſus ſomnium extitit, vel inane, dum quod Fratres in Pſalmis, & Litaniis conſtitit egiſſe, hoc illi Dominus per viſum dignatus ſit revelare. Adhibet etiam certam fidem viſioni exhibitio operis: nam uno eodemque momento, ut hic illum vidit percuti, ſenſit Epiſcopus ſe morbo gravari. Tali ergo modo divinitus reliſa, niſu fruſtrata illius adverſatrix intentio eſt. Morbo quippe invaleſcente, poſt dies paucos obiit, & cathedram præſulatus Segninus vir pius obtinuit.* At de his hactenus, ad Gregorium redeamus, adhuc apud Longobardos degentem, ſed Romam jam cogitantem.

XLII. Sed relegamus iter ipſius in Urbem redeuntis ex datis hoc anno Gregorii Papæ litteris, ex quibus apparet, eum menſe Martii fuiſſe Carpinetæ, (a) quæ eſt in Longobardia. Inde (b) Carpum profectum, poſtea (c) Bibianellum, inde Maii (d) Figarolum veniſſe, inde rediiſſe (e) Carpinetam, ubi uſque ad Julii menſem manſiſſe legitur: inde Romam per Tuſciam revertentem, tertio Idus Auguſti Florentiæ, Senis vero Kal. Septembris fuiſſe, illis in locis (f) datæ litteræ docent: eodemque menſe rediiſſe Romam, ex (g) iiſdem colligi poteſt.

(a) Greg. l. 4. ep. 13. (b) Id. Eod. l. ep. 16. (c) Eod. l. ep. 18. (d) Eod. l. ep. 22. (e) Eod. l. ep. 23. 24. 25. 26. 27. (f) Id. l. 5. ep. 1. 2. (g) Eod. l. ep. 4. & ſeq.

Gregorius igitur Pontifex, ubi tribus menſibus in Longobardia detentus eſſet, cum interceptum omnino iter, quod paraverat in Germaniam, videret, inde recedens, Romam pervenit ☞ prout apparet ex ipſius litteris ) menſe Septembris e quibus jure redarguas erroris Domnizonem, dum ait, ipſum Romam perveniſſe menſe Maii ☜ Mathilde antecommonita, ut adverſus Henricum Regem ſe præpararet, ne homini, armis, doliſque cuncta miſcenti aditus relinquatur ejus nocendi, provinciaſque ipſi ſubditas invadendi. Quod egregie ipſa præſtitit, armata ſemper adverſus Regem impium præparata.

XLIII. Ubi autem Pontifex pervenit in Urbem, adverſus Regem fœdifragum excommunicationis jacula intorſiſſe idem Domnizo presbyter ait, poſtquam ejus in Urbem adventum primo deſcribit verbis iſtis:

*Urbem Roman. Madio florente per arva*
*Viſitat, adventum cujus plebs ipſa repertum*
*Obviat, exultat, paſtorem ſuſcipit una.*
*Ipſeque commendat quod nobilis egerat erga*
*Seque ſuumque Patrem Mathildis. Vivat in ævum*
*Clamavit cunctus Clerus, totum quoque vulgus.*

Hæc, ubi Gregorius devotionem a Mathilde factam obtulit ſancto Petro, de qua nuper eſt dictum. Subiicit vero Domnizo de excommunicatione ab eodem Gregorio Papa in Henricum Regem promulgata: ſed ea longe poſtea accidit. De ipſa autem ſuo loco dicturi ſumus.

XLIV. Inter hæc autem Principes Germaniæ prævaricationem Regis Henrici, & rebellionem adverſum Gregorium Romanum Pontificem accipientes: inconſulto ipſo Gregorio, Rudolphum Sveviæ Ducem in Regem eligunt, abdicato penitus Henrico Rege; eumque Moguntiam ductum Sigefridus Archiepiſcopus Moguntinus conſecravit. Habet iſta Marianus Scotus. Porro ſe inicio iſta eſſe peracta, Gre-

Rudolph. Rex creatur Germ.



PAGIUS *poſitione ſibi creditum reputans, omne hæreditarium jus in eo repudiavit, & vel filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore penitus abnegavit: juſtiſſime in arbitrio Principum eſſe decernens, ut poſt mortem ejus libere non magis filium ejus, quam alium eligerent, niſi quem ad id culminis ætate & morum gravitate dignum inveniſſent. Hunc igitur Rudolphum, legitime electum Archiepiſcopi Moguntinus & Magdeburgenſis cum eorum ſuffraganeis, Legati ſedis Apoſtolicæ præſentibus & regni Principibus, Regali inunctione conſecrarunt. Electus eſt autem ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus majoribus atque minoribus, in Conventu apud Forcheim, anno Dominicæ Incarnat. MLXXVII. anno IV. venerabilis Papæ Gregorii hoc nomine ſeptimi, indictione XV. Idibus Martii. Poſtea die duodecimo apud Moguntiam conſecratus eſt, ideſt, VII. Kal. Aprilis, ubi tunc medium Quadrageſimæ occurrit.*

XI. In Conventu illo apud *Forcheimum* habito Germaniæ Proceres omne hæreditarium in Regnum jus repudiaſſe teſtatur etiam Bruno in lib. de Bello Saxonico, qui ait, Saxones ac Suevos ad Forcheimum præſente *Legato, qui cuncta de regno utiliter diſpoſita firmaret*, conveniſſe; dumque *ſua cuique Deus ſit dira cupido*, ac *multi ſuas ſingulares cauſas interponunt, quas ut* Rex eligendus *ſe correcturum promitteret, volunt, conſenſu omnium comprobatum eſt, & Romani Pontificis auctoritate corroboratum, ut Regia poteſtas nulli per hæreditatem ( ſicut ante fuerat conſuetudo ) cederet, ſed filius Regis ( etiamſi valde dignus eſſet ) per ele-*

Succeſſio in Regnum Germaniæ antiquatur.

(a) Greg. l. 7. poſt ep. 14. Gregorius ( *a* ) Papa in excommunicationis decreto poſtea promulgato juratus aſſerit iſtis verbis: *Prædicti autem Epiſcopi & Principes ultramontani audientes illum non ſervare mihi quod promiſerat, quaſi deſperati de eo, ſine meo conſilio, vobis Petro & Paulo teſtibus, elegerunt ſibi Rudolphum Ducem in Regem. Qui Rex Rudolphus, feſtinanter ad me miſſo Nuntio, indicavit, ſe coactum regni gubernacula ſuſcepiſſe; tamen ſeſe paratum mihi in omnibus modis obedire. Et ut hoc verius credatur, ex eo tempore eundem mihi ſemper miſit ſermonem, adiiciens etiam, filio ſuo obſide, & fidelis ſui Ducis Bertholdi filio, quod promittebat, firmare. Interea Henricus cœpit me precari, ut illum contra prædictum Rudolphum adjuvarem. Cui reſpondi, me libenter facere, audita utriuſque partis ratione, ut ſcirem cui juſtitia magis faveret. Ille vero putans ſuis viribus eum poſſe devincere, meam contempſit reſponſionem &c.* Hæc Gregorius. Ex quibus redarguas falſitatis, qui dicunt opera Gregorii Rudolphum creatum fuiſſe Regem.

XLV. Certe quidam auctor anonymus, qui ejuſdem Henrici Regis familiaris paulo poſt obitum vitam ipſius conſcripſit, ſeu potius Apologiam, licet, ut apparet, amore domini privato videatur nonnihil affectui indulgere; tamen paulo modeſtior ſe habet, ubi omnem hanc de Regis accuſatione, privatione, excommunicatione, abſolutione, atque novi Regis creatione hiſtoriam breviter narrat, excuſans Pontificem, adverſarios vero perſtringens, dum de iiſdem ſic ait: *Videntes autem Regem bellis tangi poſse, non deiici, vexari, non ſuperari; quippe cujus robur adhuc erat inexpugnabile; ut vires ejus extenuarent, confictis, conſcriptiſque ſuper eo criminibus, quæ peſſima & immundiſſima potuit odium & livor excogitare, & quæ mihi ſcribenti, & tibi legenti nauſeam pararent, ſi ea ponerem, vera falſis miſcentes apud Romanum Pontificem Gregorium VII. eum deferebant: non decere tam flagitioſum, plus notum crimine, quam nomine regnare, maxime cum ſibi regiam dignitatem Roma non contulerit: oportere Romæ ſuum jus in conſtituendis Regibus reddi; providerent Apoſtolicus & Roma ex conſilio Principum, cujus vita & ſapientia tanto congrueret honori. Qua ſurreptione deluſus Apoſtolicus, ſimul & honore creandi Regis, quem ſibi fallaciter obtulerant, impulſus, Regem banno innodavit, & Epiſcopis aliiſque regni Principibus, ut a communione excommunicati Regis ſe retraherent, denuntiavit: ſe cito venturum in Teutonicas oras, ubi de negotiis Eccleſiaſticis, & potiſſimum de regno tractaretur. Quin etiam & hoc addidit: abſolvit omnes a juramento, qui fidem Regi juraverant, ut contra eum impelleret abſolutio, quos fidei tenuit obligatio.*

XLVI. Modeſte adverſarius agit de Pontifice. *Quod factum multum diſplicuit ( ſi cui diſplicere licet quod Apoſtolicus fecit ) & aſſerebant, tam inefficaciter, quam illicite factum quod factum eſt. Sed non auſim aſſertiones eorum ponere, ne videar cum eis Apoſtolici factum refellere. Mox & Epiſcopi tam illi, quos amor, quam quos timor in partem Regis traxerat, metuentes ordini ſuo, ab ejus auxilio ſe plerique retrahebant: quod & major pars procerum factitabat. Tum vero videns rem ſuam in arcto ſitam, inito tam occulto, quam aſtuto conſilio, ſubitum & inopinatum iter in occurſum Apoſtolici arripuit, unoque facto duo peregit, ſcilicet & banni ſolutionem accepit, & ſuſpectum ſibi colloquium Apoſtolici cum adverſariis ſuis ipſe medius intercepit. Pro impoſito ſibi crimine parum reſpondit, quia ad accuſationem inimicorum ſuorum, etſi vera fuiſſet, non ſibi reſpondendum aſſeruit.*

XLVII. Sint iſta de adverſariis vera, at quæ ab ipſo Gregorio in Regem crimina inferrentur de venditione Eccleſiarum, & inobedientia in omnibus erga Romanam Eccleſiam, plus certo vidiſti probata, quæ auctor ipſe præteriit. Qui poſt invectivam in adverſarios ſic eluſos, Gregorium Papam ait ab adverſariis Regis in excuſationem Rudolphi afferri, dicentibus ab Apoſtolico eum immiſſum, contra Regem; ſed qua probatione? addit: *Et hoc in argumentum ſumebant, quod Apoſtolicus tacuit, dum poſt abſolutionem Regis, Rudolphus regnum invaſit: juxta illud Comici: qui tacet, ſatis laudat.* Sed an tacuerit, ejus epiſtolæ docent, quæ ſunt inferius recitandæ. Cum autem tantummodo ſilentium obiiciat ei auctor ejus temporis, idemque in omnibus favens Henrico; mirum quomodo recentiores, & inter eos Albertus Stadenſis affirmet, Rudolphum eſſe promotum a Papa, atque ab eo corona donatum. Sed audi eum quot ſimul mendacia coacervet, ſic incipiens a pœnitentia Regis, a Pontifice imperata:

PAGIUS *electionem ſpontaneam, non per ſucceſſionis lineam Rex proveniret; ſi vero non eſſet dignus Regis filius, vel (ſi nollet eum populus) quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate populus.* Facta itaque hoc anno inſignis mutatio in electione Regis Germaniæ. Hactenus enim Regnum quidem electivum erat, ſed nonniſi qui erant ex familia regnatrice ad illud eligi poterant. Rodulphus vero ejuſque fautores omnes ad illam electionem jus impoſterum habituros decerni voluere. Poſt aliquot tamen annos ad priorem morem reditum; ſalutati enim Henrici Quarti filii Reges, nempe *Conradus* anno MXCIII. *Henricus* anno MCXV. eoque ſine prole demortuo, Agnetis ſororis filius *Conradus* anno MCXXXVIII. & ejuſdem ex ordine nepotes, nec poſtea deſiere, niſi forte ſemel & iterum, propinqui ad propinquorum ſucceſſionem vocari, ut ex infra dicendis manifeſtum erit.



XLVIII. *Accepit igitur*, inquit, *Rex in mandatis, ut anno integro Roma non diſcederet, equum non aſcenderet, ſed veſte humili circuiret limina Eccleſiarum, orationibus & jejuniis reddens dignum pœnitentiæ fructum. Quod Rex humiliter implere ſatagebat.* His ſimilia habet ( *a* ) Helmoldus in rebus Slavorum. (a) Helm. l. 1. c. 28. quæ ex jam dictis & dicendis aperti mendacii convincuntur. Pergit vero: *Videntes igitur Cardinales, & hi qui de Curia erant, quod præ timore Sedis Apoſtolicæ contremiſcerent poteſtates, & curvarentur, qui portant orbem: ſuggerunt Apoſtolico, ut transferret regnum in alium virum, dicentes indignum eſſe talem regnare, qui de publicis convictus eſſet facinoribus. Percontanti autem Apoſtolico, quiſnam in Alemannia dignus eſſet tanto culmine; deſignatus eſt Dux Suevorum Rudolphus, quod ſcilicet fuerit vir bonus, & amator pacis & circa cultum ſacerdotii, & Eccleſiarum optime affectus. Cui Papa auream tranſmiſit coronam hoc verſu intitulatam.*

*Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam.*

*Præcepitque Moguntino & Colonienſi, cæteriſque Epiſcopis & Principibus, ut adjuvarent partes Rudolphi, & ſtatuerent eum Regem. Quotquot igitur receperant verbum Papæ, elegerunt Rudolphum in Regem &c.* At, hæc quam falſa ſint, manifeſte declarant quæ dicta ſunt, atque dicentur ex ejuſdem Papæ recitandis epiſtolis.

XLIX. Etenim ipſe Gregorius Papa, ubi primum iſta in Germania facta cognovit, dolens regnum Germaniæ ſchiſmate ſciſſum eſſe, ne malum jam cœptum ulterius creſceret, ipſe rurſus Germaniam cogitat, ſi liceret tuto itinere id efficere, quod hactenus adverſariis ſanctæ Eccleſiæ obſiſtentibus, non licuiſſet: cujus rei gratia ad Legatos Apoſtolicæ Sedis jam pridem ( ut dictum eſt ) in Germaniam miſſos, duos Bernardos, in fine menſis Maii has dediſſe litteras reperitur: (*b*)

(b) Greg. l. 4. ep. 23. Greg. ad legatos de profectione in Germaniam. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Bernardo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diacono, & Bernardo Maſſilienſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Fraternitati veſtræ notum eſſe non ambigimus, quia ideo ab Urbe, confiſi de Dei miſericordia & adjutorio beati Petri, egreſſi ſumus, ut ad Teutonicorum partes, compoſituri inter eos, ad honorem Dei & utilitatem ſanctæ Eccleſiæ, pacem, tranſiremus. Sed quia defuerunt, qui nos ſecundum quod diſpoſitum erat, conducerent; impediti adventu Regis in Italiam, in Longobardia inter inimicos Chriſtianæ religionis non ſine magno periculo remanſimus, & adhuc ( ſicut deſideravimus ) ultra montes proficiſci nequivimus.* L. *Quocirca monemus vos, & ex parte beati Petri præcipimus, ut fulti auctoritate hujus noſtri præcepti, noſtraque vice ab eodem Apoſtolorum Principe accincti, utrumque Regem, Henricum videlicet atque Rudolphum commoneatis, quatenus viam nobis illuc ſecure tranſeundi aperiant, & adiutorium atque ducatum per tales perſonas, de quibus vos bene confiditis, præbeant, ut iter nobis, Chriſto protegente, pateat. Deſideramus enim cum conſilio clericorum atque laicorum ejuſdem regni, qui Dominum timent & diligunt, cauſam inter eos, Deo favente, diſcutere, & cujus parti magis ad regni gubernacula juſtitia favet, demonſtrare. Scitis enim, quia noſtri officii & Apoſtolicæ Sedis eſt providentia, majora Eccleſiarum negotia diſcutere, & dictante juſtitia definire. Hoc autem quod inter eos agitur negotium, tantæ gravitatis eſt, tantique periculi, ut ſi a nobis fuerit aliqua occaſione neglectum, non ſolum illis & nobis, ſed etiam univerſali Eccleſiæ magnum & lamentabile pariat detrimentum.*

LI. Quid legati agere debeant. *Quapropter ſi alterutrum prædictorum Regum huic noſtræ voluntati, ac deliberationi parere, & ad veſtra monita locum dare renuerit, ſuamque ſuperbiam, atque cupiditatis faces contra honorem Dei omnipotentis accendens, ad deſolationem totius Romani Imperii anhelare tentaverit; omnibus modis, omnique ingenio uſque ad mortem, ſi oportet, noſtra vice, immo Beati Petri auctoritate ei reſiſtite, & totius regni gubernacula, contradicendo, tam illum, quam omnes ſibi conſentientes a participatione corporis & ſanguinis Domini noſtri JESU Chriſti, & a liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſeparate, illud ſemper habentes in memoria, quia ſcelus idololatriæ incurrit, qui Apoſtolicæ Sedi obedire contemnit: & quod B. Gregorius & Doctor ſanctus & humillimus decrevit, Reges a ſua dignitate cadere, ſi temerario auſu præſumerent contra Apoſtolicæ Sedis juſſa venire. Alteri autem, qui noſtræ juſſioni humiliter paruerit, & obedientiam univerſali matri, ſicut decet Chriſtianum Regem, exhibuerit, convocato concilio omnium clericorum, & laicorum, quos advocare poteri-*

LII. *ritis, conſilium & adjutorium in omnibus præbete, & in regia dignitate per auctoritatem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, noſtra vice confirmate, omnibuſque Epiſcopis, Abbatibus, clericis, ac laicis in omni regno habitantibus, ut ſibi fideliter, ſicut oportet Regi, obediant, & deſerviant, ex parte omnipotentis Dei præcipite. Dat. Carpinetæ, pridie Kal. Junii, Indict. XV.* Porro Carpinetam hanc diverſam eſſe ab ea, quæ eſt in Latio, ex aliis ejuſdem Gregorii (*a*) litteris, datis hoc anno Kal. Martii, ſatis liquet, eam eſſe in Longobardia. Qua pariter die eodem quoque argumento idem Gregorius Papa ſcripſit (*b*) epiſtolam ad Epiſcopos, Principeſque Germaniæ, quæ incipit: *Notum volumus fieri vobis, fratres &c.* Quibus plane innoteſcit, quo animo ipſe fuerit in effuganda diſcordia, pace vero inter Principes componenda; ſed & quam ingenti fuerit ad hæc animo, & ſacerdotali vigore ad perferenda quæque ardua comparatus, extremis hiſce epiſtolæ verbis ſignificat, dicens: *Neutri prædictorum Regi neque terrore, neque amore flexi, aliquod contra juſtitiam adjutorium promiſimus. Magis enim volumus mortem (ſi hoc oporteт) ſubire, quam propria voluntate devicti, ut Eccleſia Dei ad confuſionem veniat, conſentire. Ad hoc enim nos ordinatos, & in Apoſtolica Sede conſtitutos eſſe cognoſcimus, ut in hac vita, non quæ noſtra, ſed quæ JESU Chriſti ſunt, quæramus, & per multos labores, Patrum ſequentes veſtigia, ad futuram & æternam quietem, Deo miſerante, tendamus.*

(a) Greg. l. 4. ep. 13.

(b) Id. ib. ep. 24.

LIII. Schiſmatici legatos Apoſt. Sedis capiunt.

At quid poſt hæc ſchiſmatici, Henrico Regni fideles? addentes prævaricationes, non ſolum contra leges delinquunt Eccleſiaſticas, ſed contra jus Gentium furore perciti peccant; nam Legatos Apoſtolicos pacis ſequeſtres capiunt: quod præſtitere tum in Longobardia adverſus Geraldum Epiſcopum Oſtienſem, ibidem legatione fungentem; tum etiam in Germania vinculis mancipantes Bernardum Maſſilienſem Abbatem. Cum tamen & his offenſus Gregorius Papa adhuc ſuſtinet ob bonum pacis, iſta tunc ſcribens ad Udonem Archiepiſcopum Trevirenſem: (*c*)

(c) Id. l. 5. ep. 7.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Udoni Trevirenſi Archiepiſcopo & ejus Coepiſcopis Suffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LIV. Greg. Epiſt. ad Archiep. Trevirenſem.

*De motu & perturbatione regni Theutonicorum quantam ſollicitudinem, quantamque jam per longum tempus anxietatem ſuſtinuerimus ille præ omnibus novit, qui omnium ſecretorum cognitor eſt & inſpector verus. Cui etiam, ſi tales exaudire dignatur, multas ſupplicationes fecimus, & faciemus, commonitis, & exoratis multis fratribus & religioſis congregationibus ad ſtudium earumdem ſupplicationum, ut miſereretur gentis illius, nec ſineret eam in propria armari viſcera, & ad ruinam domeſticæ fortitudinis in bello confligere, ſed totius diſcordiæ cauſas ſua potenti virtute compeſceret, & ſua moderatione ſine funeſto & luctuoſo fine componeret. Litteras quoque jam ante tres menſes, & eo amplius illuc direximus, videlicet Legatis noſtris Bernardo diacono noſtro, & item Bernardo religioſo Maſſilienſi Abbati, quem captum eſſe audivimus, necnon & univerſis Principibus terræ, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis, in quibus, quod nobis ad evitandum cædem, incendia, & alia bellorum pericula optimum, & in tanti negotii definitione juſtiſſimum videbatur, eos conſulendo & hortando, cum omni ſtudio exequi admonuimus, & ut fortius inſiſterent, Apoſtolica auctoritate injunximus. Verum quia nobis non ſatis compertum eſt, utrum ad vos pervenerint illæ litteræ, aut ſi perlatæ ſint, ne forte de earum veritate aliquid dubitetis, eaſdem vobis de noſtris exemplaribus reſcriptas mittere curavimus, admonentes vos, & per veram obedientiam præcipientes, modis omnibus operam detis, ut cauſa ſecundum ſententiam earum litterarum pertractata finem habeat, & accipiat.*

LV. *Miſimus etiam vobis ſacramentum, quod Rex Henricus nobis per fideles ſuos quoſdam fecit, data quidem propria manu ſua in manum Abbatis Cluniacenſis; ut perlecto eo cognoſcatis, quam recte, quamque honeſte pro ſuo nomine ſe erga nos habuerit: quippe a cujus fidelibus Legati noſtri poſtea capti ſunt, videlicet Geraldus Oſtienſis Epiſcopus in Longobardia, Bernardus Abbas Maſſilenſis in terra Teutonica: unde eum nihil adhuc dignum feciſſe cognovimus. Quamquam nos numquam eum in aliqua cauſa, Deo providente, hac occaſione contravenire, juſtitiam circumvenire, aut gravare velimus; ſicut etiam poſt cæptum negotium numquam apud nos aut precibus, aut aliqua oſtentatione amicitiarum, vel inimicitiarum obtinere potuit, ut quidquam pro eo, præter quod juſtum videretur, dicere vel cenſere vellemus. Atque in ea re, quoad vixerimus, incunctanter, Deo adjuvante, perſiſtere, nullo periculo vitæ vel mortis deterrebimur.*

LVI. *Agite ergo, dilectiſſimi fratres, ut appareat, quantum libertatem Eccleſiæ, & communem ſalutem omnium diligatis, ſcientes, quoniam ſi cauſa neglecta fuerit, & ad graviorem (quod abſit) exacerbationem venerit; non ſolum genti veſtræ, & regno Teutonicorum, ſed quoad fines Chriſtianitatis ſunt, damna, pericula,* con-



*confuſionem, & inæſtimabiles miſeriarum cauſas pariet. Dat. Romæ pridie Kal. Octobris Indictione prima.* Proxime inchoata. Hic finis rerum geſtarum Gregorii anni hujus in cauſa Henriciana: reliqua autem ſequentibus annis, ſuis locis opportune dicenda.

LVII. Modo autem his attexenda ſunt inſignia valde prodigia, quæ ad ſignificationem Gregorii Papæ juſtitiæ & innocentiæ, Deus in pleriſque eſt dignatus oſtendere. Deſcribit ea Bertholdus Conſtantienſis hujus temporis auctor, qui ad Hermannum appendicem elaboravit, aitque in anni hujus periodo: *Interim Henricus Longobardiæ morabatur. Ad quem Cincius civis Romanus, ſecum ducens captum venerabilem Comannum Epiſcopum nomine Reginaldum, Papiam venit: quippe remunerari volens ab Henrico, eo quod in ſervitium hunc modo Epiſcopum, & in præterito anno dominum Apoſtolicum captivaverat. Sed ibi ſubitanea morte præventus, debitam remunerationem accepit, quam tot ſacrilegiis promereri non timuit.* Et inferius eodem anno: *Vercellenſis quoque Epiſcopus, depoſiti Regis Cancellarius cum omnibus ſuis ſequacibus colloquium generale circa Kal. Maii in Runcalibus condixit, ut ſi aliquo modo poſſet, Gregorium Papam deponeret: ſed ipſe ad eumdem terminum abſque Eccleſiaſtica communione vitam ſimul & Epiſcopatum, heu! miſerabiliter depoſuit, quo ille Papam nefaria præſumptione ſtatuit deponere.*

LVIII. *Non multo poſt ejus interitum Præfectus Romanæ Urbis, indefeſſus miles ſancti Petri contra ſchiſmaticos, a quodam fautore Henrici crudeliter occiditur: ad cujus corpus parvo tempore plus quam viginti miracula contigerunt, ut fidelium virorum relatione didicimus.*

* Jamblicus Greg.

** Imbrico Auguſtenſis Epiſcopus, qui in præterito Paſcha Rudolpho Regi fidelitatem juravit, nil de perjurio curans, Henrico advenienti adhæſit; & apud illum quadam die Miſſam faciens, hanc ſibi conditionem miſer impoſuit, ut ſacræ oblationis perceptio in judicium ei proveniret, ſi dominus ejus Henricus regnum ſibi injuſte uſurparet. Poſt hanc temerariam perceptionem, parvo tempore quod ſupervixit uſque ad mortem, numquam ſe ſanum de lecto levavit; nam circa Kal. Julii abſque Eccleſiaſtica communione defunctus eſt.*

*Item Sigehardus Aquilejenſis Patriarcha in auxilium Henrici contra bannum Apoſtolici armata manu veniens, in amentiam vertitur apud Ratiſponam & ex ipſo itinere repentina morte intercipitur; ſicque domum non ſine aliquibus ſuorum funeribus in corpore & anima mortuus reportatur. Et in fine.*

*Geraldus venerabilis Oſtienſis Epiſcopus, de quo ſupra commemoravimus, jamdudum ſæculo vivus, mundo crucifixus, de hujus vitæ ergaſtulo liberatus eſt nono Idus Decembris.* Subiicit his de obitu Agnetis Auguſtæ, de quo nobis in fine anni dicendum.

LIX. Quod vero pertinet ad alias ab eodem Gregorio res geſtas hoc anno, ex ejuſdem diverſis diebus datis epiſtolis apparet, ob diverſa negotia Eccleſiaſtica ad diverſos miſiſſe legationes. Primum quidem (*a*) Hugonem Dienſem Epiſcopum, Hubertum ſubdiaconum Romanæ Eccleſiæ, & Lenzonem monachum Legatos mittit ad cognoſcendam cauſam Dolenſis Epiſcopi in Britannia, ipſum vero Hubertum in Angliam ad Regem Willelmum perventurum, & ad alia negotia diverſarum Eccleſiarum inveſtiganda & abſolvenda, mandans celebrari Synodum (*b*) Lingonienſem in Gallia, eidemque Hugonem Dienſem Epiſcopum Legatum præeſſe; cui & Hugonem Abbatem Clunacenſem voluit intereſſe, in qua de inveſtituris laicorum prohibendis mandat ſanciri decretum, conſentaneum iis, quæ ab Hadriano Papa in Octava Synodo fuiſſe ſtatuta leguntur. Sic enim de his ad eumdem Dienſem Epiſcopum in fine epiſtolæ ad eum datæ conſcripſit:

(a) Greg. l. 4. ep. 16. 17. 18. 19. 20.

Legatio in Britanniam & Angliam.

(b) Id. ib. ep. 22.

LX. De inveſtituris tollendis agi cœptum.

*Si igitur divina clementia huic noſtræ diſpoſitioni effectum dederit, ut ſcilicet Synodus congregetur, inter cætera, quæ tua fraternitas agenda ſuſcepit, hoc attentiſſime perpendat & exequi ſtudeat, ut congregatis omnibus, & in conventu reſidentibus, manifeſta & perſonanti denuntiatione interdicat, ut pro conſervanda deinceps in promovendis Epiſcopis canonica & Apoſtolica auctoritate nullus Metropolitanorum, aut quivis Epiſcoporum alicui, qui a laica perſona donum Epiſcopatus ſuſceperit, ad conſecrandum illum imponere manum audeat, niſi dignitatis ſuæ honore, officioque carere & ipſe velit. Similiter etiam ut nulla poteſtas, aut aliqua perſona de hujuſmodi honoris donatione, vel acceptione ulterius ſe intromittere debeat. Quod ſi præſumpſerit, eadem ſententia, & animadverſionis cenſura, quam beatus Hadrianus Papa in octava Synodo de hujuſmodi præſumptoribus, & ſacræ auctoritatis corruptoribus ſtatuit atque firmavit, ſe aſtrictum ac ligatum fore cognoſcat. Quo capitulo ſcripto, atque in præſentia omnium lecto, ad collaudationem & confirmationem ejus, univerſum cœtum illius conſeſſus admoneas. Eos autem, qui poſt recenſitam a nobis hujus decreti auctoritatem, inveſtituram Epiſcopatus per manus ſæcularium dominorum & poteſtatum ſuſceperunt, & qui eis in ordinatione manum imponere præſumpſerunt,* ad

*ad nos ſuper hac re rationem reddituros venire, Apoſtolica auctoritate commoneas, atque præcipias.* Hæc Gregorius hoc anno quarto Idus Majas.

LXI. Quo tempore tot ipſe vallabatur ex Henriciana prævaricatione turbinibus, & premebatur anguſtiis, in prohibendis laicalibus inveſtituris Regum, & aliorum Principum, aggreditur conſtanti animo, invictoque ac plane ſacerdotali robore controverſiam: cujus cauſa licet ſciret, omnes ſe paſſurum Chriſtianos Principes adverſarios; haud tamen ceſſit tempori, conceſſitque rerum Eccleſiæ ſtatui perturbato, quæ iſta in aliud potius differenda eſſe tempus poterant ſuadere; ſed celſo animo, invicto pectore cedere neſcio rem aggreditur perdifficilem, ac plane humanis viribus inſuperabilem. Quis enim Princ. Chriſtianorum ea dimitteret, quæ a parentibus, avis, ac proavis ſibi jure quaſi hereditario tranſmiſſa eſſent? quæ quidem licet injuſta, toleranda tamen ſunt viſa prædeceſſoribus Pontificibus, quamdiu iidem Principes non mercimonio iſta tractarent.

Cur toleratæ inveſtituræ tollantur.

LXII. Ubi vero ſemel irrepſit ejuſmodi ſacrilega nundinatio, cum a Principibus Epiſcopatus, Abbatiæ, & alia eccleſiaſtica beneficia, & dignitates venales factæ, auctione diſtrahi cœptæ ſunt; nec (ut audiſti) tot Concilis a tempore Papæ Leonis Noni & ſucceſſorum Pontificum in id incumbentium deſtrui potuit ullo pacto ſimoniaca iſta eccleſiaſticarum rerum collatio: viſum eſt, ut quæ ſemel, ac iterum atque iterum Apoſtolica falce ſuccisa, ampliori germine pullularet, ejus jam convellendas eſſe radices, nempe ut omnis laicalis prohiberetur inveſtitura. Gregorius igitur Papa divinitus inſpiratus, & confortatus divinæ gratiæ robore, ne novæ rei videri poſſet inventor, Hadriani Papæ decretum, (*a*) Octavæ Synodi Oecumenicæ auctoritate communitum in medium protulit, quod ſuo loco legiſſe memineris. At hæc ita hoc anno cœpta, quomodo anno ſequenti ſunt ſynodali decreto perfecta, ſuo loco dicturi ſumus.

(*a*) *Octav. Syn. Can.* 22.

LXIII. Legatio ad Venetos. Eodem anno idem Pontifex Gregorius Gregorium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum Legatum miſit ad Venetos, ut qui in excommunicationem incidiſſent communicando cum excommunicatis, ab eodem Legato abſolutionem acciperent: cui litteras dedit ad (*b*) Dominicum Patriarcham, & alios Suffraganeos Epiſcopos, atque alias ad (*c*) Dominicum Silvium Ducem Venetiarum, ſcriptas quinto Idus Junii.

(*b*) *Greg. l.* 4. *ep.* 26. (*c*) *Id. ep.* 27.

Legatio in Hiſpaniam. Inſuper Legatos in Hiſpanias miſit Amatum Epiſcopum Olorenſem, & Abbatem, quemdam ſancti Pontii, quibus (*d*) litteras dedit quarto Kal. Julii ad omnes Reges, & Comites, alioſque Principes, in Hiſpania dominantes, pro juribus Romanæ Eccleſiæ in provinciis illis ſancto Petro oblatis, antequam Sarraceni Hiſpaniis potiti eſſent, quod aliis ejuſdem Papæ ad eoſdem ſcriptis litteris ſuperius eſt declaratum.

(*d*) *Id. ep.* 28.

Legatio in Corſicam miſſa. Sed & eodem anno Legatum in Corſicam inſulam miſit Landulphum Piſanum Epiſcopum, cum ejus Inſulæ habitatores & domini redire vellent ſub dominio Apoſtolicæ Sedis, ut ante erant. Extant de his (*e*) litteræ hoc anno datæ Senis Kal. Octobris ac rurſum Romæ decimoſexto Kal. ejuſdem iſtis verbis: (*f*)

(*e*) *Id. l.* 5. *ep.* 2. (*f*) *Id. l.* 5. *ep.* 4.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis, & viris nobilibus cunctiſque tam majoribus, quam minoribus in inſula Corſica conſiſtentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LXIV. *Scitis, fratres, & chariſſimi in Chriſto filii, non ſolum vobis, ſed multis gentibus, manifeſtum eſſe, Inſulam, quam inhabitatis, nulli mortalium, nullique poteſtati, niſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ex debito, vel juris proprietate pertinere; & quod illi, qui eam hactenus violenter, nihil ſervitii, nihil fidelitatis, nihil penitus ſubjectionis aut obedientiæ beato Petro exhibentes, tenuerunt, ſemetipſos crimine ſacrilegii, & animarum ſuarum gravi periculo obligarunt. Cognoſcentes autem per quoſdam fideles noſtros & veſtros amicos, vos ad honorem & ju-*

PAGIUS XII. *Concil. Biſuldinenſe.* Ad num. LXIII. Gregorius VII. literis *Carpineta, IV. Kalendas Julii, indictione XV.* ad Reges & Principes Hiſpaniæ datis, & lib. IV. Epiſt. XVIII. Regiſtri Gregoriani recitatis *Amatum* Epiſcopum Eloronenſem ſeu Olonorenſem in Aquitania ſe Legatum ſuum mittere ſignificat. Quæ in ea legatione geſta, a nemine memoriæ mandata, niſi quod Diagus lib. 2. Hiſt. Comit. Barcinon. cap. 71. mentionem facit Concilii Biſuldinenſis in Catalaunia adverſus Simoniacos ab hoc Legato congregati; cujus cum nulla mentio in Collectionibus Conciliorum hactenus editorum, licet tria ejus exemplaria in Catalaunia adhuc ſuperſint, ut teſtatur idem Diagus, illud a nobis hic non prætermittendum. Narrat itaque hic Hiſtoricus, Gregorium VII. miſiſſe *Amatum* Epiſcopum Oloronenſem Legatum ſuum in Hiſpaniam, non ſolum ad tollendam ſimoniam, quæ in illo Regno invaleſcebat; ſed etiam ad reformanda Ordinis Sancti Benedicti, quem profeſſus fuerat, monaſteria. Legatus *die ſexta Decembris* currentis Chriſti anni Concilium apud *Biſuldunum* celebravit, a *Bernardo* Biſuldinenſi Comite in ſuo caſtro optime exceptus. Huic interfuere Epiſcopi tres, & Abbates multi. *Guitfredus* Archiepiſcopus Narbonenſis jamdiu propter ſimoniam excommunicatus, iterum excommunicatione perculſus, ſicuti & Abbates ſimoniaci, qui monaſteria poſſidebant in Ditione Comitis Biſuldinenſis ſita. Cum vero *Berengarius* Epiſcopus Agathenſis eidem Concilio præ-



*& juſtitiam Apoſtolici principatus (ſicut oportere cognoſcitis) velle reverti, & diu ſubtractam ab invaſoribus juſtitiam beato Petro, veſtris temporibus, veſtriſque ſtudiis redhiberi: valde gaviſi ſumus, ſcientes vobis hoc non ſolum ad præſentem, ſed etiam ad futuram provenire utilitatem & gloriam. Nec diffidere quidem, aut quidquam in hac cauſa vos dubitare oportet: quoniam ſi modo veſtra voluntas firma, & erga beatum Petrum fides immota permanſerit, habemus per miſericordiam Dei in Tuſcia multas Comitum, & nobilium virorum copias ad veſtrum adjutorium, ſi neceſſe fuerit, defenſionemque paratas. Quapropter quod in hac re opportuniſſimum nobis viſum eſt, miſimus ad vos fratrem noſtrum Landulphum Piſanæ Eccleſiæ Epiſcopum &c.*

LXV. Legatio ad Aquilejenſes. Miſit etiam Gregorius Papa Legatos ad Aquilejenſem Eccleſiam, viduatam paſtore, defuncto Sigehardo, ejuſdem Eccleſiæ Patriarcha, pro eligendo ſucceſſore, cum illi Archidiaconum elegiſſent, probandum ipſum per Legatos ejuſdem Apoſtolicæ Sedis. Extant de his (*a*) litteræ ad Clerum, & populum Aquilejenſem, necnon ad Epiſcopos Suffraganeos. Hæc menſe Septembri.

(*a*) *Greg. l.* 5. *ep.* 5. *&* 6.

Legatio in Gallias. Sed & aliam (*b*) legationem miſit menſe Octobris in Gallias ob cauſam Rainerii Epiſcopi Aurelianenſis: cujus cauſæ cognoſcendæ judices conſtituit Richerium Senonenſem Archiepiſcopum, & Richardum Bituricenſem, deponendum ipſum contumacem, niſi ſe purget criminibus objectis.

(*b*) *Id. ep.* 8. *&* 9.

LXVI. Moritur hoc anno Rex Daniæ Sveno, de

PAGIUS præſens fuerit, apparet, inquit Baluzius lib. 4. Marc. Hiſp. ad hunc Chriſti annum, eum *Guitfredi* partes deſeruiſſe. In Synodo enim Romana anno ſuperiori a Gregorio VII. coacta habetur: *Agathenſem Epiſcopum Berengarium, quia Narbonenſi Epiſcopo excommunicato communicavit, & vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicamus.* [1]

XIII. *Guitfredus Archiep. Narbonenſis in eo excommunicatus.* Guitfredus, ut legitur in *Querela Berengarii Vicecomitis Narbonenſis* adverſus eum, in quodam Concilio Narbonenſi incerto anno habito facta, & a Catello lib. 4. Hiſt. Linguadocii recitata, anno ætatis decimo Archiepiſcopatu Narbonenſi a Guitfredo patre Cerdaniæ Comite empto inveſtitus fuerat, & poſtea inſimulatus de ordinationum & conſecrationis Eccleſiarum infami quæſtu, illicitiſque amoribus cum Urgelli Comitiſſa. Non apparet autem ipſum reſipuiſſe. Gregorius enim VII. in Epiſtola XVI. libri VI. *Romæ data IV. Non. Janu. indict. II.* anno ſcilicet Chriſti MLXXIX. *ad Berengarium Epiſcopum Gerundenſem*, Guitfredi fratrem, hunc hortatur, ut fraterna charitate ſuccenſus Guitfridum ad ſalutem reducere conetur: *Commemorans illi, & præteritos longævæ ætatis exceſſus, & propinquum jam ſibi divinæ ultionis imminere judicium*, inquit Gregorius VII. Tom. X Concil. in ſecunda Appendice literarum Gregorii VII. pag. 411. refertur Epiſtola ab eo data ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates & Principes *in Narbonenſi Gallia, Guaſconia & Hiſpania regione* conſtitutos, quando illuc *Amatum* Legatum ſuum miſit, ſed in ea nullus temporis character exprimitur, diciturque tantum *Amatum* mitti ad eradicanda vitia & virtutes plantandas, quam cum non vidiſſet Diagus, exiſtimavit, Legatum propter duo, quæ memoravimus, capita in Hiſpaniam directum fuiſſe. [2]

XIV. A num. LXVI. ad LXXVII. Simeon Dunel-

NOTÆ

[1] Præter Concilium hoc apud Biſuldunum Amatus ſedis Romanæ legatus ſynodum aliam ſequenti anno celebravit Girundæ quam anecdotorum editores Benedictini Tom. IV. col. 1187. vulgarunt. Canones de variis diſciplinæ ab Eccleſiaſticis ſervandæ capitibus editi ſunt XIV. eidemque præter Amatum ſeptem alii epiſcopi Hiſpani ſubſcribunt. Ex hoc autem concilio dubitari licet, num incerta ſit conjectura Baluzii quam Pagius hic adoptavit, Berengarium ſcilicet Agathenſem, quem Gregorius papa in concilio Romano pridem damnaverat, in gratiam eccleſiæ rediiſſe, eo quod Biſuldinenſi concilio ab ejus legato celebrato cum cæteris adfuerit. Cum enim Gerundenſi concilio, ab eodem Legato inito ſubſcriptus legatur Berengarius Auſonenſis, inde ſuſpicio oboritur, num vitio Amanuenſis in concilium Biſuldinenſem pro Auſonenſi Agathenſis irrepſerit. Denique & aliud Concilium ab eodem Amato apoſtolicæ ſedis legato una cum Hugone Dienſi itidem legato celebratum fuit Burdegalæ ſequenti anno 1078. ut conſtat ex Charta judicii in eodem concilio lati de Eccleſia S Mariæ de Soliaco, quam ſibi merito vindicabat Abbas S. Crucis Burdegalenſis. Signatur Charta illa IV. Id. Octob. anno 1078. Ind. II. Extat hæc apud Mabillon. Annal. tom. V. pag. 633. Ejuſdem Concilii & judicii fit mentio in ſententia ab Henrico Albanenſi eadem de re lata anno 1132. quam habes in Collectione Martenii to. VII. col. 87. Ex hoc autem intelligimus Amatum legationem ſuam vel in ipſa Aquitania exercuiſſe. Hæc Synodus in collectionibus deſideratur. MANSI

[1] Hoc anno celebrata fuit ſynodus Xantonis in Gallia ab Hugone Dienſi epiſcopo & Huberto ſubdiacono S. R. E. quibus Gregorius VII. in litteris ſuis datis XII. Kal. Aprilis, Indictione XV. ſeſe commiſiſſe ſignificat judicium in cauſa Turonenſis archiepiſcopi, qui jus metropoliticum in eccleſiam Dolenſem, cæteraſque Britanniæ minoris ſibi aſſerebat. Legati cauſam illam in concilio Xantonienſi cognoſcentes, Turonenſibus faverunt. Synodi hujus de qua nihil in Collectionibus, meminit Innocentius III. in ſententia pro Turonenſibus data, & vulgata in Anecdotis Martenii to. III. col. 886. ibidemque pariter habes litteras illas Gregorii, quas ſupra laudavimus. In ea vero ſententia aſſeruit Innocentius cauſam illam, antequam Legatis cognoſcendo in Synodo Xantonienſi remitteretur, in Synodo Romana coram ipſo Gregorio diutius ventilatam fuiſſe. Deſignari his credo Synodum Romanam tertiam, de qua Pagius ad A. 1076. 4. In eo vero diſcuſſam Dolenſem cauſam huc uſque ignoratum fuit. MANSI

de quo plura ſuperius. Hic vero egregium, dignumque Eccleſiaſticis Annalibus factum, quo in publica agenda pœnitentia viſus eſt non ſolum priores Chriſtianos Reges imitatus eſſe, ſed etiam ſuperaſſe, deſcribendum, ut ita Principi maxime pio poſtrema ſolventes ejus memoria ubique in Eccleſia ſumma gloria perſeveret, ſitque Chriſtianis Orthodoxis Principibus in exemplum veræ pœnitentiæ, cum deliquerint. Rem geſtam paulo ante, quam Rex deceſſit, ſic concinne narrat Saxo (a) Grammaticus, agens primum de ſanctiſſimo viro Villelmo Epiſcopo Roſckildenſium, quem inter Sanctos receptum tum egregia ejus virtutum opera, tum poſt mortem edita ſigna fidem haud dubiam fecere. *Sed & ſequens caſus*, inquit, *in Antiſtite Vuillelmo ſeveritatis pulcherrimum, in Rege certiſſimum moderationis documentum exhibuit. Ipſe namque Sveno Rex ſacro Circumciſionis pervigilio ſolemni magnatum convivio feriatus, cum quorumdam Principum clandeſtina obtrectatione parum honorate de ſe habitum comperiſſet ſermonem, occultam eorum perfidiam temulentiæ laſciviis detectam exiſtimans, iræ aculeis actus miſit, qui ipſos matutino tempore intra Trinitatis ædem oraturos confoderent, tamquam in ſacris penetralibus aptiſſimus humanarum cladium locis exiſteret; itaque actum erga convivas facinus ſacrilegio duplicavit, ipſumque pietatis domicilium crudelitatis officinam effecit, neque loci, aut temporis, quo minus cupiditati indulgeret, reſpectum habuit.*

(a) Saxo Gram. hiſt. Dan. l. 11.

LXVII. *Qua in re Vuillelmus Antiſtes, templi (ut par erat) violatione permotus, in primis diſſimulanter accepit, neque indignationem ſuam ulla ex parte ſtipatoribus patefecit, opportuno vindictam tempore præbiturus. Nam cum rem divinam pontificali more peragere debuiſſet, non ſolum adventantem Regem occurrendi veneratione excipere ſuperſedit, ſed etiam ſacrarium ſubire conniſum, a primis ejus liminibus abſque reſpectu familiaritatis, ſacerdotii inſignibus ornatus, baculo, quo utebatur, excluſit, ſacrorum penatium aditu indignum judicans, quorum religionem non ſine gravi pacis rubore civili ſanguine maculaſſet; ſuppreſſoque dignitatis nomine non Regem eum, ſed humani cruoris carnificem appellabat. Nec reum objurgaſſe contentus, aculeum, virgæ ejus pectori infixit, armatumque duritia animum imperati parricidii pœnitere perdocuit. Enimvero privatæ ſocietati publicæ religionis verecundiam prætulit, non ignarus alia eſſe familiaritatis officia, alia ſacerdotii jura, quibus ſervorum æque ac dominorum, neque ingenuorum parcius, quam ignobilium flagitia vendicari par eſt.*

*Cumque abunde foret, repulſam egiſſe, etiam ex eo rationem adjecit, nec dubitavit in præſentem damnationis quoque proferre ſententiam. Itaque mirifica audacia in dubium reliquit, fortius illum manu ne, an voce pulſaverit, quem gravibus admodum contumeliis proculcatum, prius linguæ, deinde dexteræ repulſa mulctavit, inque pectore, quo virtutem ante coluerat, vitium contudit. Neque enim in tam evidenti ſcelere legum ultionis tempus expectandum fuit, facilius origini & incunabilis culpæ, quam ulterioribus ejus incrementis occurrendum exiſtimans, ne morte alitum crimen diuturnitatis tractu convaleſceret. Igitur ut Regem impotentiæ & temeritatis incurſus tranſverſum in facinus egit; ita Antiſtitem ad exercendam vindictam protectæ religionis æmulatione ſeveritas concitavit. Enimvero fortiter vindicata religione, & debitam ordini ſuo fidem, & alienæ temeritati ſalutarem reddidit diſciplinam.* LXVIII.

*Ne enim ſolemnium officiorum tutelam omittere videretur, veluti indulgentiæ oblitus ſeveritatem exercuit, neque ſanctitatis inimico amicus exiſtere, aut aſſentatoris potius, quam pontificis partes præſentare ſuſtinuit. Cæterum ſpecie hoſtem, revera amicum exhibuit, quia fidæ concordiæ pignora, ac ſincera familiaritatis ſtipendia potius juſti rigoris, quam iniqui facinoris examine ponderabat. Quapropter manſuetiſſimum ingenium ſuum, depoſita, ad tempus clementia auſteritati ſubjecit, meritoque ad firmandam religionis diſciplinam aliquid a crudelitate ſibi pauliſper mutuandum putavit. Quamobrem infeſto militum concurſu petitus, applicatos cervici ſuæ gladios animi firmitate contempſit, tantumque ſe in deſpiciendis periculis geſſit, quantum egerat in provocandis. Tanto animi robore præditus, tamque generoſi ſpiritus abundantia inſtructus, di-* LXIX.

*vinæ*

PAGIUS Obitus Svani Daniæ Regis. nelmenſis de Svano ſeu Sveno Daniæ Rege ſcribit: *Anno MLXXVI. Rex Danorum Svanus bene literis imbutus obiit, cui filius ſuus Haroldus ſucceſſit.* Quare Svani mors, neque hoc anno, ut putavit Baronius, neque anno MLXXIV. ut nullo teſte aſſerit Pontanus in lib. 5. Hiſtoriæ Rerum Danicarum, contigit. Simeoni enim in hujus temporis rebus magna fides habenda. Pontanus refert, vetus Epitaphium *Guillelmi* Epiſcopi Rochildenſis non tantum cædis, qua ſe polluerat Sveno, & expiationis qua idem in Eccleſiam receptus eſt, a Baronio ex Saxone Grammatico recitata, ſed & funeris atque obitus mirabilis ipſius Epiſcopi Guillelmi, at ſine ulla temporis nota. *Svano* in Dania regnante duo in Scania Epiſcopatus conſtituti, duoque alii in Jurlandia, ſeu in Cimbrica Cherſoneſi.



*vinæ charitatis munimento ſuperior humani timoris viribus apparuit.*

LXX. *Cujus Rex inhibita nece, cum eum non temeraria offenſa, ſed publicæ ſeveritatis fiducia concitatum animadverteret, conſcientiæ rubore perfuſus, ſceleriſque quam repulſæ pudore æquior, continuo Regiam repetit, quietamque frontem contumelioſe correptus exhibuit, nec ipſa quidem generoſæ indignationis verba invitus audivit. Deinde regia veſte depoſita, obſoletam accepit, mœroremque deformitate cultus, quam ſplendore contumaciam teſtari maluit. Neque enim tam triſti pontificis ſententia perculſus, regalis magnificentiæ cultum geſtare ſuſtinuit, ſed abjectis regiæ majeſtatis inſignibus, inſigne pœnitentiæ ſagulum ſumpſit: quin etiam ſimul cum veſte potentiam exuit, atque ex ſacrilego tyranno fidus ſacrorum venerator evaſit. Siquidem nudatis pedibus ad atrium regreſſus, in ejus ſe aditu proſtravit, terramque ſuppliciter oſculatus, dolorem, qui ex contumelia acerrimus infligi ſolet, verecundia ac moderatione compreſſit. Neque enim continuo repulſæ vindicem egit, ſed pudore, ac pœnitentia culpam cruenti imperii redemit. Exultaſſe ejus animum in nequitia, non habitaſſe credimus, quem ut primo temeritas tranſverſum in facinus egit, ita poſtmodum æquiſſima moderationis temperies rexit. Quanta enim manſuetudine pectus ejus inſtructum fuiſſe putamus, qui pontificem palam ſeveriſſimis ſacerdotii viribus adverſum ſe uſum non ſolum impunitate donaret, ſed etiam humillima veniæ petitione venerari ſuſtinuit, gratiamque tam pudoris patrocinio, quam pœnitentiæ beneficio meruit? Divina ſiquidem obſequio non viribus propitianda noverat; ideoque atrocitatem ſceleris verecunda mœroris acerbitate penſabat. Quin etiam parvulo pudoris irrigamento magnopere confuſus, excitatam ignominia virtutem rubori imperare coegit, quantumque violentiæ religioni crudeliter imperando incuſſerat, tantum venerationis vehementer animo contuſus exolvit. Sed dum taliter ſe gerit, inuſitatam ſacerdotalis auxilii clementiam expertus eſt.*

Pœnitentia publica Suenonis Regis Daniæ.

LXXI. Rex humili habitu ad Eccl. venit. *Interea Antiſtes incboamento pſallendi facto, primaque concentus parte edita, cum Græce precationi Kyrie eleiſon ſolemnem rite Gloriam ſubnectere debuiſſet; ex ſtipatoribus ſupplicem foribus Regem adeſſe cognoſcit. Igitur ceſſato cantu, Cleroque conticere juſſo, fores repetens, cum Regem, quid ita ſe gereret, percontatus fuiſſet, atque ille criminis confeſſione facta, religioni ſeſe ſatisfacturum promittens, ſacerdotalis ſubſidii veniam poſtulaſſet, continuo execratione remiſſa, jacentem amplexus, obortis lacrymis, depoſitiſque doloris inſignibus, & cultum, & animum regium reſumere juſſit, non licere, inquiens, privatum mœrorem publicis intereſſe tripudiis.*

*Neque enim eum humiliorem dignitate ſua vultum gerentem, aut ſupplicem luminibus advolutum intueri ſuſtinuit, ſed benignioribus verbis recreatum, priſtinam veſtem, qua majeſtatem ſuam concinniorem efficeret, corpori reponere, cultioremque progredi jubet; ſatis graves eum pœnas religioni dediſſe reatus, qui ſe tam demiſſe agere, tamque ſuppliciter proſternere ſuſtinuiſſet. Deinde imperatis pœnitentiæ rebus, cantores, quorum frequentia ſolemnitas agebatur, in occurſum ejus, quo ornatius reciperetur, procedere juſſit; ſtatimque venerabiliter exceptum, cunctis lætitia ovantibus, ad aram uſque perduxit. Ita prioris violentiæ ſpeciem honeſto comitatis genere temperavit, repulſæque deformitatem ſpecioſo penſavit obſequio; nec minus in pœnitentia venerationis, quam auſteritatis in admiſſo repoſuit. Quin etiam adhuc mœrenti ſollicitudinem detraxit, fiduciam adjecit, privatæque triſtitiæ ſalebram publica gratulatione diſcuſſit. Itaque quod in potentis viri ſcelere pollutum fuerat, religioſa ſeveritate expiatum eſt. Sed & populus maximo plauſu tam ſpectatam in Rege verecundiam comprobabat, plus pœnitentia pium, quam imperio ſceleſtum evaſiſſe confeſſus.* LXXII.

*Peregerat jam pontifex ſeveri ac pii vindicis partes, ſicque eodem rigoris & clementiæ experimento ſe geſſit, nec parcius veniam, quam vindictam exhibuit. Quippe cujus contumaciam ſevere repulit, indulgenter modeſtiam coluit, ſicque pietati juſtitiam contemperavit, ut nec ſperneret ſupplicem, nec reciperet inſolentem. Quæ in re paterni affectus habitum repræſentavit, quod parentis more correptionem blanditiis ſubſecutus, neque ante elatum amplecti, aut demiſſum aſpernari ſuſtinuit. Poſt hæc omiſſa altaris ſacra repetens, ſummo Patri regiæ expiationis gloriam ſuccinit, eoque ſerenius gaudium ſubiit, quo tetrior luctus cauſa præceſſit. Rex ipſe biduum quiete peragens, tertio demum die regio cultu ornatus, inter ipſa Miſſæ ſacra excelſam ædis partem conſcendit, ſilentioque per præconem venerabiliter acto, coram omnibus ſemet graviſſima accuſatione perſtrinxit, acerbum religioni vulnus inflixiſſe confeſſus.* LXXIII. S. Epiſcopus abſolvit pœnitentem Reg.

*Deinde collaudata Antiſtitis indulgentia, quod tanto crimini tam repente ignoverit, ſeque juſſu, etſi non manu reum celerrime ſacrorum uſibus reſtituerit, pro tam cruenti imperii expiatione muneris loco Stefnicæ provinciæ dimidium, aris a ſe conferri publicat. Nec erubuit multorum auribus ſingularem flagitii commit-* LXXIV.

*tere notionem. Ea res inextricabilem regni, & ſacerdotii concordiam operata eſt. Quippe Rex non ſolum Antiſtitem in eodem amicitiæ gradu habuit, ſed etiam majoribus dignitatis incrementis donavit, plus officiis ejus ad gratiam, quam contumeliis ad iracundiam concitatus, quem non privata ira, ſed publicæ religionis injuria adverſum ſe provocatum videbat. Hic enim mirificam illius ſeveritatem, ille ſanctiſſimam ejus moderationem benevolentiæ conſtantia proſequebatur. Sed & uterque quotidianis votis, ne tantæ animorum concordiæ dividuum fati tempus intercederet, exoptabat. Itaque ſummæ venerationis officia certatim mutuis ſibi ſtudiis impendebant, adeoque eximiam ſocietatis fidem honoris viciſſitudine nutriebant, ut potius inter eos amicitiæ paritas, quam ſuperioris ad inferiorem familiaritatis cerneretur.* Hucuſque Saxo, egregiam pœnitentiæ veræ figuram vero eloquentiæ penicillo colorans.

LXXV. Suenone Reg. Danorum mortuo ſuccedit filius Haraldus. Defuncto autem haud diu poſt hæc ipſo Rege Svenone (ut idem eſt auctor Saxo Grammaticus) in locum ejus ex omnibus filiis defuncti Regis major natu Haraldus regnum adminiſtrandum accepit: ad quem Gregorius Papa epiſtolam ſcripſit, qua primum admonuit pro defuncti patris Regis anima Deo preces offerre: inſuper ut eccleſiam in Dania conſtitutam habeat commendatam. Sed ejuſdem præſtat audire verba Pontificis; ſic enim ſe habent: (a)

(a) Greg. l. 5. ep. 10.

LXXVI. *Sancta & univerſalis mater noſtra, Romana Eccleſia ſcilicet, quanta dilectionis & amoris inſtantia erga patris tui curam, & honoris ſui ſollicitudinem invigilaverit, te plene noſſe, nec tui memoria excidiſſe non dubitamus; videlicet cum ipſe reminiſci poteris quam puram ſemper & in omnibus ſervitutis, & debitæ obedientiæ reverentiam circa beati Petri Apoſtoli honorem exhibuerit. Suis namque temporibus, ut Apoſtolica teſtatur Eccleſia, tam devotum, tam fidum, tamque unicum in amoris ſui ſtudio fuiſſe filium novimus, ut pene in Regibus nullus inveniretur ſecundus, & in diabolico inſtinctu incentivas vitiorum illecebras imitans, corporis ſui frœna laxaſſet, inter optime Deo placentes Reges illum cœlicas ſedes inhabitare nequaquam dubitaremus. Sed quoniam credimus, Apoſtolis, quibus fidelis extitit, opitulantibus, Domini illum miſericordia, & gratuita pietate lamenta pœnitentiæ ante vitæ ſuæ finem contrito corde arripuiſſe, veniam poſſe conſequi non dubitamus: immo ſui memores in orationibus noſtris, ſibi concedi, charitatis affectu rogamus; & te (ut optimum decet filium) ei ſuccurrere largis eleemoſynarum ſubſidiis, & Eccleſiarum orationibus hortamur.*

*Decet enim, ut qui te ſui corporalis & ſæcularis regni, ſeu honoris hæredem, ut bonus pater reliquit, ſpiritualibus auxiliis (prout eſſe poterit) ne videatur fraudari, quatenus res, quæ tibi decus paterni miniſtrant regni, manibus pauperum delatæ, cœlo patri conferant auxilium requiei &c.* Commendat protectionem Eccleſiæ, pro qua etiam, ſi opus ſit, vitam profundere debeat. Aliis poſtea ad eum datis (b) litteris laudat ejus ſtudium atque obedientiam erga Romanam Eccleſiam, in qua & perſeverare hortatur; & aliis rurſum (c) litteris commendat eum Olavo Norvegiæ Regi, ut fratres ſuos ſecum concordet.

(b) Greg. l. 7. ep. 21.

(c) Id. l. 6. ep. 13.

Hoc eodem anno, diu rebus Hungaricis fluctuantibus, defuncto Geiſa Rege eligitur Ladiſlaus, de quo idem Gregorius Papa ad Nehemiam Strigonienſem Epiſcopum hoc anno ſcribens, hæc inter alia habet: (d) *Admonemus fraternitatem tuam, ut Regem, qui inter vos electus eſt, cum aliis tuis confratribus, & Principibus terræ alloquaris, notificantes, & conſulentes ſibi, ut apertius nobis ſuam voluntatem, & erga reverentiam Sedi Apoſtolicæ debitam per idoneos Legatos denuntiet devotionem; & ita demum, quod ad nos attinet, ad honorem Dei omnipotentis, & beati Petri Apoſtolorum principis benigne ſibi reſpondebimus &c.* Præſtitit hoc abundanter idem Rex, cum iteratam ad eumdem Gregorium Papam legationem miſit, ut ipſius Gregorii redditæ ad eum poſtea litteræ docent. LXXVII. Ladiſlaus creatus Rex Hungarorum.

(d) Id. l. 4. ep. 25.

LXXVIII. Hoc eodem anno in Longobardia peſſima morte defunctum eſſe Cincium illum Romanum civem, Romanæ Eccleſiæ perduellem, habent Acta Gregorii Papæ, a Guillelmo Bibliothecario ſcripta.

Obitus Agnetis Auguſtæ. Ad poſtremum vero, hoc eodem anno Agnes Auguſta mater Henrici Regis, per-

PAGIUS XV. *S. Ladiſlaus ſuccedit fratri in regnum Hungariæ.* Ad num. LXXVII. *Geyſa* Hungariæ Rege *VII. Kal. Maii* viam univerſæ carnis ingreſſo, Sanctus *Ladiſlaus* frater ejus communi omnium conſenſu regni gubernacula ſuſcepit, inquit Joannes Thwroczius in Chron. Hungarorum cap. 57. *Ladiſlao* Croatiam & Dalmatiam etiam paruiſſe, *Zvonimiro* ſine liberis demortuo, tradunt Hungarici Scriptores, ſed Joannes Lucius in Hiſt. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 3. cap. I. & ſeqq. contendit, *Ladiſlaum* Croatiam tantum occupaſſe; & Venetos ſuis victoriis Dalmatici Regni titulum conſecutos eſſe; quæ controverſia certis argumentis definiri non poteſt. Id ſane conſtat, inquit Ducangius in Familiis Dalmaticis & Sclavonicis cap. 5. ex Andrea Dandulo in Chron. ad annum MLXXXIV. *Vitalem Falierum*, primum ex Venetorum Ducibus Dalmatiæ ducem ſe in-



perſeverans in vitæ ſanctiſſimæ inſtituto excubandi ad ſacra Limina Apoſtolorum, Romæ in Laterano decimaquarta die menſis Decembris feliciter ex hac vita migravit, atque in Lateranenſi baſilica ad tempus ſepulta, poſt dies autem vigintiduos tranſlata eſt ad baſilicam ſancti Petri, apud S. Petronillam; nam de ea hæc Bertholdus Conſtantienſis hujus temporis ſcriptor habet hoc anno: *Agnes religioſiſſima Imperatrix jam * viginti annis in viduitate Deo devotiſſime ſerviens, nec filio ſuo Henrico contra Apoſtolicam Sedem in aliquo conſentiens, Romæ requievit in pace, ſepulta Romæ in Eccleſia ſanctæ Petronillæ.* Hæc ipſe. Ad cujus tumulum eſt ſcriptum ejuſmodi epitaphium, quod (a) Vegius antiquitatum baſilicæ Vaticanæ conſervator iſtis verbis exſcriptum reliquit: * XXII.

(a) Veg. l. 3.

LXXIX. ✻ ANNO. MLXXVII. AB. INCARN. DOM. NOSTRI. JESU. CHRISTI. INDICT. PRIMA ANNO. QUINTO. PONTIFICATUS. DOMINI. GREGORII. PAPÆ. SEPTIMI. AGNES. IMPERATRIX. AUG. POST. MORTEM. VIRI. SUI. HENRICI. IMP II. ANN. XXII. DIE. XIV. MENSIS. DECEMBRIS. ANIMAM BONIS. OPERIBUS. FÆCUNDAM. LATERANIS. SALVATORI. SUO. ATQUE. OMNIUM. BONORUM. DEO. AUCTORI. REDDIDIT.

ET HIC UBI ANTEA MILITAVERAT CLAVIGERO COELI PRO CUJUS AMORE. IBIDEM. PEREGRINATA. FUERAT.

QUINTA. DIE. MENSIS. JANUARII. EXPECTANS. SPEM. BEATÆ. RESURRECTIONIS. ET. ADVENTUM. MAGNI. DEI. MEMBRA. CARNIS. COMMENDAVIT. IN. PACE. AMEN.

✻

LXXX. De eadem Urſpergenſis Abbas agens, hoc anno eam defunctam affirmat, ſepultamque in Eccleſia S. Petronillæ apud S. Petrum. Quod autem ipſa apud baſilicam S. Petri commorari ſolita, ubi ſedem (ut vidimus) fixerat in Lateranis autem ædibus defuncta eſſe dicatur; exiſtimare poſſumus, Gregorii Papæ charitate



PAGIUS inſcripſiſſe, ex Alexii Comneni Imp. conceſſione; proindeque admodum vero eſſe ſimile, ea tempeſtate maritima ejuſmodi Dalmatiæ Oppida in Venetorum poteſtatem veniſſe.

XVI. *Obitus Agnetis Imperat.* Ad num. LXXIX. *Agnetem* Imperatricem Henrici Regis matrem, Romæ hoc anno die XIV. menſis Decemb. vitam cum morte commutaſſe, demonſtrat ejus Epitaphium a Baronio recitatum. Ea poſt obitum Henrici II. Imperatoris, quondam viri ſui, primum laudabile viduitatis propoſitum amplexa eſt, & poſtea Sanctimonialium velum ſuſcepit: *Totam fere peragravit Italiam, devotiſſime viſitans Sanctorum Reliquias, & offerens eis pretioſa donaria, plurimaſque faciens eleemoſynas in urbibus & vicis, & in omnibus locis, ad qua orationis gratia properavit*, inquit Joannes Abbas in Præfatione ad libellum *de Scripturis & verbis Patrum* collectum, quem ei dicavit, & Mabillonius Tom. I. Analect. ex parte publicavit, qui exiſtimat, Joannem illum eſſe Joannem Abbatem Fiſcamnenſem variis Opuſculis clarum. Extat & in Bibliotheca Sebuſiana, centuria II. cap. LXXVII. ejuſdem Imperatricis Epiſtola ad Abbatem Fructuarienſem data, quæ quanta pietate prædita fuerit, oſtendit: Neque mirum quod in ea Imperatrix dicat: *Interim vero mente adoro ad pedes veſtros, rogans, ut Gregoriana pietate in Traianum, petatis mihi veniam a domino: quia namque ille unus homo ab inferni clauſtris exoravit Paganum, multi vos facile ſalvabitis Chriſtianam unam;* nam longe ante hæc tempora, fabula illa de Traiano Sancti Gregorii Magni precibus ex inferno erepto fidem invenerat.

XVII. Hoc anno *Marochum* Regnum, ſitum in Africa juxta Oceanum Atlanticum, qui ei ineſt ad occaſum, inſtitutum, ut teſtatur antiquus Geographus Nubienſis, qui ante annum Chriſti MCL. Opus ſuum ſcripſit, part. 1. clim. 3. editionis Latinæ Pariſienſis pag 76. ubi ait: *Eſt urbs Maracos, quam condidit Joſeph filius Talefin initio anni CCCCLXX.* (nempe Arabici, qui cœpit hoc anno menſe Julio) *poſtquam emerat terram ipſius ab incolis Aghmat magnæ vi argenti, eamque ſibi & nepotibus ſuis adſcripſerat.* Marmolus in Hiſtoria Mahometis, & Succeſſorum ejus multa habet de Abu Teſchfin ſeu Teſphin, quæ filio ejus *Joſepho Eben Teſphin* tantum conveniunt, perperamque Regni Marochani cum anno Chriſti MLXXXVI. initium conjungit. Per hæc tempora, inquit Rodericus in Hiſtoria Arabum cap. 47 & ſeq. magna erant diſſidia & ſchiſmata inter Saracenos ciſmarinos, qui nempe Hiſpanias incolebant, & *unuſquiſque in loco cui præerat, rebellabat. Extorti* tunc *Almoravidi*, ſeu *Almorabitæ*, aut *Almorabides*, qui ſibi Hiſpanias ſubjecere, quorum Rex fuit *Joſephus Eben Teſphin* Monarcha ultramarinus & ciſmarinus *ab anno Arabum CCCCLXXXIV. uſque ad DXXXIX. annum*, quando per *Almohades* extirpati ſunt Almoravides, quorum caput fuit Joſephus Eben Teſphin, qui ope variorum Regulorum, qui Africam ſub dominio Caliphæ Ægypti inter ſe partiti erant, dominationem ſuam ſtabilivit. Cum enim Ægypti Calipha a Turcis in Syria premeretur de Provinciis Africanis parum curavit. *Almorabitis* paruere in Africa Regna Teniſſæ, Bugiæ, & Tuneti, & iſti Chriſtianos Moſtarabes ſibi ſubditos tolerarunt, quos poſtea *Almohades* cum Almorabitis exterminarunt. *Inſtituitur Regnum Marochi.*

XVIII. Gregorius VII. anno MLXXV. ut ibidem apud Baronium num. XI. legere eſt, *Robertum* Calabriæ & Apuliæ Ducem ob Beneventi urbis Pontificiæ obſidionem iterum excommunica-

tate ad curationem in eaſdem pontificias ædes fuiſſe tranſlatam. Plurimum enim eam-

PAGIUS

*Colloquium inter Gregorium VII. & Robertum Ducem.*

nicarat, [1] ſed eo hoc anno abſoluto, ut anno MLXXIV. num. VIII. & ſeq. vidimus, inter utrumque fœdus conſtitutum, ut docent Anna Comnena lib. I. pag. 32. & Guillelmus Apulienſis lib. 4. pag. 34. & ſeq. Anna poſtquam ſpiritu ſchiſmatico de querela, quæ inter Romanum Pontificem & Henricum Regem verſabatur, locuta eſt, atque judicium de excommunicatione adverſus eundem Regem tulit, ait: *Hoc tanto Regis contemptu Pontifex cum magnum ejus in ſe ac formidoloſum concitaſſet bellum, veritus ne ſi Henricus ſe Roberto conjunxiſſet, parum & ipſo antea benevolo affecto erga Papam, ſuſtineri non poſſet impetus amborum ſimul, hunc ſibi matura reconciliatione præoccupandum omnino decrevit. Audito igitur Ducem Robertum Salerni eſſe, Roma ipſe diſcedens, Beneventum eſt profectus: unde convento Duce per Legatos obtinuit ab eo, ut ambo in colloquium venirent. Ad hoc cum Papa quidem Benevento cum propriis copiis, Dux Salerno cum ſua & ipſe militari manu ſibi progreſſi eſſent obviam, ubi ambo exercitus in conſpectu mutuo fuerunt, ipſi Principes juſſi ſtare armatis ſoli congreſſi fœdus pepigerunt, fide etiam quam viciſſim dederunt acceperuntque jurejurando utrimque firmata. Pactorum hac fere ſententia fuit. Ut Pontifex quidem Regis nomen ac dignitatem Duci tribueret, eidemque auxiliares copias ſubmitteret, ubi opus eſſet adverſus Romanos Orientales. Dux vero Pontifici adeſſet in omnibus, quando is & ubi vellet*, Ibi Anna Ρηγὸς, ſeu *Regis* nomine, quo utitur, Pontificem Imperium Occidentale *Roberto* promiſiſſe ſignificat. Græci enim, ut alibi diximus, alio nomine quam Ρηγὸς, non utuntur, quando de Imperatore Occidentis verba faciunt.

XIX. *Pacta in eo Conventa.* Hæc de hoc Colloquio Guillelmus Apulienſis habet.

*Illis Gregorius Beneventum Papa diebus*
*Advenit: urbs erat hac Romano ſubdita Papæ,*
*Atque ſui juris, quia Dux obſederat urbem,*
*Ægre Papa tulit, veniam Robertus ut hujus*
*Impetret offenſæ, Papæ properavit ad urbem,*
*Supplicat, & pedibus * dans oſcula Patris*
*Suſcipitur, tanti perſona vigoris honore*
*Digna videbatur, conſidere Papa coegit*
*Soliloquum cunctis adſtantibus inde remotis*
*Conſilium tenuere diu, tum Papa fideles*
*Convocat, ex Papæ ſecretum juſſibus horum*
*Panditur, allatus liber eſt Evangeliorum:*
*Dux Papæ jurat, fuerit dum vita ſuperſtes*
*Obſervaturum fidei ſe jura perennis*
*Eccleſiæ ſanctæ totus cui ſubjacet Orbis:*
*Romani regni ſibi promiſiſſe coronam*
*Papa ferebatur: quia Rex Henricus ab illo*
*Damnatus fuerat, propter commiſſa nefandis*
*Accumulata modis, nec enim venundare ſanctas*
*Eccleſias veritus perverſum dogma colebat*
*Simonis, & nullum donabat Pontificali*
*Culmine, præter eos, qui maxima dona tuliſſent.*

* deeſt *ſancti.*

Denique Ptolomeus Lucenſis in Chron. ad annum MLXXXIV. de Roberto ſcribit: *Ipſum Gregorius intendebat Imperatorem facere, vel filium ſuum Boamundum, ut idem Ricardus dicit.* Richardus autem Cluniacenſis Monachus, quem Ptolomeus citat, Hiſtoriam ſuorum temporum condidit, vixitque ſedente Hadriano Papa IV. ut tradit Voſſius lib. De Hiſt. Latin.

XX. *Colloquium illud hoc anno habitum.* Hoc Colloquium præſenti anno habitum fuiſſe, tam ex Anna, quam ex Apulienſi laudatis manifeſte eruitur. Uterque enim de eo loquitur ſtatim ac narravit, *Raimundum Berengarii* hujus nominis primum, Comitem Barcinonenſem, filium ſuum matrimonio junxiſſe cum filia Roberti. Raimundum autem Berengarii ſuperiori anno e vivis exceſſiſſe & Raimundum Berengarii filium ejus minorem, antea uxorem duxiſſe *Mathildem* filiam Roberti Calabriæ Ducis, anno MLXXIX. num. VI. videbimus. Denique Centius Camerarius, cujus verba anno MLXXIV. in medium adduximus, hoc anno *Robertum* a Pontifice abſolutum *Aquini* manifeſte inſinuat.

XXI. *Colloquii tempus.* Cum autem Centius Camerarius affirmet, Pontificem, *verſus Apuliam poſt Octavas Pentecoſtes iter* arripuiſſe, & Pentecoſtes Feſtum hoc anno in diem quartum menſis Junii inciderit, menſe Julio in Apuliam Pontifex proficiſci potuit, & Roberti juramentum recipere. Ultima enim Epiſtola lib. IV. Regiſtri Gregoriani dicitur data *Carpinetæ IV. Kalend. Julii, indict. XV.* & prima libri quinti dicitur data *Florentiæ III. Idus Auguſti, indict. XV.* ideoque Carpineto Gregorius Aquinum & Beneventum ſe contulit, & poſt abſolutum Robertum, & fœdus cum eo dictum, Florentiam venit, ubi *III. idus Auguſti* verſabatur. Porro in Germania, quod ſupra notare non memini, plerique adverſus Gregorium VII. inſurrexerant: *Præter Chriſti athletam noſtrum dominum Gebehardum Archiep. Salzburgenſem, Altmannum Patavienſem, Adilberonem Vvizburgenſem, Hermannum Metenſem, Meginvvardum Friſingenſem, præter hos ſolos quinque, in toto regno Teutonico Epiſcopus Catholicus inveniri non poterat,* inquit Auctor Anonymus Vitæ Sancti Gebehardi apud Caniſium Tom. VI. Antiq. Lect. Quare Gregorius VII. a tot Schiſmaticis vexatus hoc cum Roberto Apuliæ Duce fœdus Eccleſiæ, ſibique utiliſſimum fore non dubitavit.

XXII. *In Oriente duo Imperatores creati.* In Oriente annonæ penuria populum premente, nemineque bonum publicum curante; *Nam Imperator,* inquit Zonaras, *ſtudiis vacans, Jambos ſcribere a Pſello docebatur,* Orientalium Prætorum Principes *Nicephorum Botoniatem* Imperatorem ſalutant, & in Occidente Nicephorus Bryennius Dyrachii Dux ab imperio deficit, ſeque Imperatorem dicit. Nicephorum Botoniatem *Octobri menſe indictione prima;* Bryennium vero *tertia Octobris menſis die* Imperii inſignia arripuiſſe prodit Curopalates, qui narrat poſtea bella inde ſecuta.

XXIII. *Poloniæ Dux ſe Regem dicit.* *Dux Poloniæ ſe in Regem coronavit,* inquit Bertoldus in Chron. ad hunc annum. Erat is Boleſlaus II. de quo Lambertus in Chron. hoc anno etiam ait: *Dux Polonorum, qui per multos jam annos Regibus Teutonicis tributarius fuerat, cujuſque regnum jam olim virtute Teutonicorum ſubactum, atque in Provinciam redactum fuerat, repente in ſuperbiam elatus; pro-*

pte-

NOTÆ [1] Colloquium hoc ad annum 1080. revocandum eſſe ſupra in Nota ad 1074. §. demonſtravimus. MANSI



eamdem Auguſtam a Gregorio Papa religioſe cultam, quæ ſunt narrata ſuperius, fidem faciunt.

An-

PAGIUS

*pterea quod Principes Teutonicos cerneret, domeſticis ſeditionibus occupatos,* &c. *Regiam dignitatem, Regiumque nomen ſibi uſurpavit, diadema impoſuit, atque ipſo die Natalis Domini a XV. Epiſcopis in Regem eſt conſecratus* &c. Sed ut Cromerus in Hiſt. Poloniæ recte aſſerit, Polonia nunquam Epiſcopos XV. habuit, ideoque non dubium, quin error in numeros irrepſerit. Manifeſte vero hallucinatur Cromerus, quando ſcribit plus ſeptuaginta annis ante hoc tempus Poloniam Regem habuiſſe, & quidem Ottonis III. Imp. beneficio; Lambertus enim quæ narrat videre potuit, &, uti anno MLXXV. diximus, conteſtem habet omni exceptione majorem, ſc. Gregorium VII. Papam, & quod ſpectat ad Ottonem III. jam ſuo loco reſpondimus. Cromerus tamen, & cum eo reliqui Auctores Polonici fatentur poſt cædem *S. Staniſlai* Poloniam Reges non habuiſſe ante ſæculum XIII. & *Uladiſlaum* hujus nominis primum, Boleſlai II. fratrem, Hermannum etiam vocatum, ejus ſucceſſorem *Ducem* tantum dictum fuiſſe.

I. Greg. P. indicit Synod.

ANnus exurgit Redemptoris milleſimus ſeptuageſimus octavus, Indictione prima, quo Gregorius contumaces Epiſcopos, eoſdemque excommunicatos, ſive ſuſpenſos haud diutius tolerandos in Eccleſiæ Catholicæ contumeliam ratus, parat Synodum celebrandam ex more, prima hebdomade Quadrageſimæ, in qua audiendos eoſdem, datis ad eos litteris vocat: in primis vero ad ipſorum anteſignanum Guibertum Archiepiſcopum Ravennatem, atque ejuſdem factionis ipſi inhærentes Epiſcopos has litteras dedit: (*a*)

(*a*) *Greg. l. 5. ep. 13.*

Guibert. cum ſuis vocatur ad Synod.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Guiberto Ravennati Archiepiſcopo, omnibuſque Suffraganeis ejus, & univerſis Epiſcopis & Abbatibus in Marchia Firmana & Camerina, & in Pentapoli & Æmiliæ & Longobardiæ partibus conſtitutis.* Vides ex hac inſcriptione, quanta fuerit malignatus (ut dicam cum Pſalmiſta, inimicus in Sancto) cum tot Epiſcopos fecerit ab Eccleſia Romana deſciſcere. Sequitur autem epiſtola.

II. *Salutem vobis cum Apoſtolica benedictione libenter mitteremus, ſi veſtræ temeritati ſanctorum Patrum auctoritas non obſtitiſſet. Quam graviter enim ultra quam Chriſtianos oporteret, beatum Petrum Apoſtolum, ejuſque ſanctam Romanam Eccleſiam, veſtram utique omniumque Fidelium matrem offenſam atque commotam reddidiſtis, Deus eſt teſtis, ſanctorumque Patrum regula, veſtraque conſcientia. Sed quoniam humanum eſt peccare, Deique peccantibus converſis veniam tribuere; ipſa, quæ ejuſdem Dei & Domini ſanguine fundata eſt Eccleſia, ad gremium ſuum redire vos adhuc ut mater expectat; nequaquam in veſtra graſſari deſiderat nece, immo veſtræ cupit ſaluti occurrere. Quapropter moti tam veſtra, quam omnis Chriſti gregis nobis commiſſi ſalute, ex omnipotentis Dei parte & Romanæ Eccleſiæ, univerſalis videlicet matris Apoſtolica auctoritate monemus, & invitamus vos, ut ad Synodum, quam Deo auctore, in proximo venturæ Quadrageſimæ prima hebdomada celebraturi ſumus, conveniatis; ſcientes vos ſecuros fore ab omni læſione vitæ & membrorum, rerumque veſtrarum, & ab omni ſæculari injuria, eorumque videlicet, quos conſtringere poterimus. Sciatis etiam, quod apud nos nullius umquam odium, aut preces ſeu turpis jactantia locum obtinere poterit, quo contra vos in aliquo injuſtitiam exercere poſſit; immo rigorem juſtitiæ, prout poſſumus, temperantes, indulgere vobis, quantum ſine detrimento animarum veſtrarum, & noſtro periculo poterimus, parati ſumus.*

III. *Deſideramus enim potius, Deo teſte, veſtræ ſaluti, & populi vobis crediti conſulere, quam noſtro ſæculari commodo in aliquo providere. Dat. Romæ quinto Kalendas Februarii, Indictione prima.* Hæc ad Guibertum & alios collegas ſchiſmatis Gregorius. At vero qui ſemel ab ejus obedientia deſciviſſet averſione contentioſa, ad Eccleſiam amplius non eſt reverſus, Gregorii contempſit mandata, Synodo noluit intereſſe, ut apparet ex Actis ejuſdem Concilii, nec non ejuſdem Pontificis (*b*) litteris, ad Ravennates in fine hujus anni conſcriptis. Cum tamen Gregorius longanimis non deponendum, ſed adhuc expectandum ipſum in futuram Synodum Novembris menſe celebrandam putavit. Verum nec ad eam venientem, ſed præteritis malis mala cumulantem depoſuit, ut ſuo loco dicetur.

(*b*) *Id. l. 6. ep. 10.*

PAGIUS

SÆC.XI. An. Eræ Hiſp. MCXVI. An. Hegiræ CCCCLXXI inchoato die 14. Julii fer. 7. A. C. 1078.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6571.

☉ 23. G. ☽ 15. P. 8. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1078.

GREGORII VII. PAPÆ 6.

HENRICI IV. REG. 23.

NICEPHORI BOTONIATÆ IMP. 1.

I. *Synodus Romana IV. ſub Gregorio VII.*

ANumer. I. ad XIX. Celebrata hoc anno Romæ a Gregorio VII. Quarta Synodus Romana; prima hebdomade Quadrageſimæ, cui centum pene Epiſcopi præter Abbates, & Clericos interfuere. Hæc de ea Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. cap. XI. *Anno ab Incarnat. Domini MLXXVIII. indictione prima, cum uterque Rex, Henricus videlicet & Rudolphus, ab Apoſtolica Sede adjutorium requireret; Gregorius Papa VII. generali Synodo præſidens, decrevit; Quoniam lis & perturbatio regni, in maximum ſanctæ Eccleſiæ periculum & detrimentum quotidie redundare cernitur; placet nobis elaborare pro viribus quatenus idonei tam religione, quam etiam ſcientia pollentes Nuncii, e latere Sedis Apoſtolicæ ad partes illas mittantur, qui omnes religioſos & juſtitiæ amatores in Teutonici regni partibus commorantes, Clericalis & Laicalis ordinis viros, & ad hoc opus idoneos, convocent; cum quibus (domini gratia præeunte) aut finem & pacem juſte componant, aut veritate percognita, cui parti juſtitia magis faveat ad plenum addiſcere valeant; quatenus pars injuſta deſiſtat, & Apoſtolica auctoritate munita juſtitia, vigoris & auctoritatis robur obtineat,* &c. *Actum Romæ in Eccleſia Domini Salvatoris, V. Nonas Martii, indictione prima.* Referuntur poſtea ibidem duæ ejuſdem Pontificis Epiſtolæ, altera ad Præſules & Magnates Regni Teutonici *VII. Idus Martii* data, alteraque *Udoni* Trevirenſi Archiepiſcopo eadem die ſcripta; priori ſuum conſilium illis ſignificat, & anathema contra illud impedire volentes addit; poſteriori vero Trevirenſem Præſulem admonet, ut ſine omni dilatione hac de cauſa ſe intromittat. Prior eſt Epiſtola XV. libri V. Regiſtri Gregoriani; poſterior Epiſtola XVI. ejuſdem libri, & ex utraque Baronius num. XVI. & ſeqq. aliqua exhibet.

II. *Bis inter Henricum & Rodulphum Reges in Germania pugnatum.*

Porro hoc anno duo prælia Henricum inter & Rodulphum, qui de Germaniæ Regno contendebant, habita, non vero unum, cujus ſolius meminit Baronius n. XIX. [1] Fuſe utrumque deſcribit Chronographus Magdeburgenſis, a Meibomio editus, qui ait, Rodulphi exercitum in fugam conjectum eſſe, ſubditque: *In eadem fuga capti Bernhardus Romanæ Sedis Archidiaconus, Sigisfridus Archipræſul Moguntinus, Adelbertus VVormacienſis Epiſcopus.* In ſecundo prælio victi, fugatique Henriciani. *Ex noſtris partibus*, inquit Chronographus, *præ-*



IV. Celebrata eſt Synodus ſtatuta die, cujus res geſtæ ita inter epiſtolas Gregorii hoc anno datas deſcriptæ leguntur ſummatim collectæ.

*al. LXXVII. De rebus geſtis in Rom. Synodo.

*Anno ab Incarnat. Domini milleſimo* * *ſeptuageſimooctavo,* Pontificatus *vero domini Gregorii Papæ VII. anno quinto, celebravit ipſe dominus Gregorius Papa Synodum, ubi interfuere Archiepiſcopi & Epiſcopi diverſarum urbium fere numero centum, nec non & Abbatum, ac diverſorum ordinum clericorum & laicorum innumerabilis multitudo. In qua Apoſtolica conſtituta corroborans, multa quæ corrigenda erant, correxit, & quæ corroboranda, firmavit.* Inter cætera namque in fine ſynodalis abſolutionis hoc annexuit, & perpetuæ memoriæ pro poſteris ſcribendum mandavit, ita dicendo:

Thedaldus & Guibert. Archiep. excommunicati.

*Thedaldum dictum Archiepiſcopum Mediolanenſem, & Ravennatem Guibertum, inaudita hæreſi & ſuperbia adverſus hanc ſanctam Catholicam Eccleſiam ſe extollentes, ab Epiſcopali omnino ſuſpendimus & ſacerdotali officio; & olim jam factum anathema ſuper ipſos innovamus.*

V. Arnulphus Ep. Cremon. excommunicatur.

*Arnulphum Cremonenſem publice coram noſtra præſentia convictum, & confitentem ſe ſimoniacum, ab omni Epiſcopali officio abſque ſpe recuperationis deponimus, & uſque ad dignam ſatisfactionem anathemate percutimus.*

Rolandus Nuntius excommunicatur.

*Rolandum vero Tarviſienſem, qui pro adipiſcendo Epiſcopatus honore ſubdolus factus Legatus, inter regnum & ſacerdotium ſchiſma facere non abhorruit: ut amodo & uſque in ſæculum Epiſcopali careat dignitate, Apoſtolica cenſura cenſemus: & ut nullus ſucceſſorum noſtrarum ſuæ conſecrationi aliquo modo conſentiat, modis omnibus probibemus, & perpetuo eum anathemate alligamus, niſi reſipuerit, & digne Deo ſatisfecerit.*

Hugo Card. excommunicatur.

*Hugonem Cardinalem tituli ſancti Clementis, tertio ab Apoſtolica Sede damnatum, eo quod aſpirator & ſocius factus hæreſis Cadaloi Parmenſis Epiſcopi, & iterum conſtitutus Legatus Apoſtolicæ Sedis, hæreticis & ſimoniacis, & ab Apoſtolica Sede damnatis ſe conjunxit; & tertio factus apoſtata & hæreſiarcha, ſchiſmata & diviſiones, atque ſciſſuras in Eccleſia Dei, tentans eum ſcindere, fecit; ab omni ſacerdotali officio privamus, & tam ab ingreſſu & honore prædictæ Eccleſiæ, quam omnium Eccleſiarum, ſub perpetua & irrevocabili ſententia ſubmovemus, & uſque ad ſatisfactionem anathemate percutimus.*

VI. De Gaufredo Archiep. Narbonenſi.

*Renovamus etiam excommunicationem a prædeceſſoribus noſtris factam ſuper Gaufredum Archiepiſcopum Narbonenſem & abſque ulla recuperationis ſpe ab Epiſcopali officio eum ſubmovemus. His, quæ ad clericos ſpectarent, conſtitutis, ad laicos ſe convertit, atque in primis ad cauſam Henrici Regis cum Rudolpho electo nuper in Germania Rege, ad quos componendos de legatione decernenda ſic agit:*

De regum cauſa cognoſcenda componenda vel judicanda

*Et quoniam lis & perturbatio regni in maximum ſanctæ Eccleſiæ periculum & detrimentum quotidie redundare cernimus; placet nobis elaborare pro viribus, quatenus idonei tam religione, quam etiam ſcientia pollentes Nuntii e latere Apoſtolicæ Sedis ad partes illas mittantur, qui omnes religioſos & juſtitiæ amatores in Teutonici regni partibus commorantes, clericalis & laicalis ordinis viros, & ad hoc opus idoneos convocent, cum quibus, Domini gratia præeunte, aut finem & pacem juſte componant, aut veritate percogni-*

NOTÆ [1] UNum quidem prælium extitit, primo quidem Rodulpho averſum, e cujus exercitu cum plures in fugam declinaſſent, ipſe fractam aciem ſuam ratus, ſenſim in Saxoniam ſe recepit. Sed interim innovato ab ejus militibus, qui manum cum alio hoſtium cornu conſerebant, prælio, victoria Rodulpho ceſſit. Ita Annaliſta Saxo ævi illius Scriptor, ex quo Chronographus Magdeburgenſis ſua omnia accepit. Ideo vero prælium illud Rodulpho propitium *ſecundum* ab eodem Chronographo dictum fuit, quod alterum ante aliquot annos geſtum nempe 1075. in cenſum referat. Id melius explicat Annaliſta Saxo, qui verba a Magdeburgenſi deſcripta ita expreſſerat. *Factum eſt hoc bellum ſecundum &c.* MANSI

gnita, cui parti magis juſtitia faveat, ad plenum addiſcere valeant, quatenus pars injuſta deſiſtat, & Apoſtolica auctoritate munita juſtitiæ vigoris & auctoritatis robur obtineat.

VII. Verum quoniam nonnullos diabolico inſtinctu collectos, tyrannidis ſuæ facibus accenſos, turpis lucri avaritia mancipatos, diſcordiam potius, quam pacem fieri, ut videre deſiderantes, fore non ignoramus; ſtatuimus, ut nulla umquam perſona alicujus potentiæ, ſive Rex, aut Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Comes, Marchio, ſive miles aliqua præſumptione, temeriarove auſu, fraude, dolove, ſive aliqua perturbatione Legatis noſtris obſiſtere & contraire, ne juſtitiam & finem componant, pertentent. Quicumque autem temerario auſu (quod non optamus) hujus noſtræ Conſtitutionis violator extiterit, Legatiſque noſtris, ad hanc pacem componendam euntibus prænominatis fraudem opponere tentaverit, vinculo eum anathematis alligamus; & non ſolum in ſpiritu, verum etiam & in corpore, & omni proſperitate hujus vitæ Apoſtolica poteſtate innodamus, & victoriam ejus in armis auferimus. Ut ſic ſaltem confundantur, & duplici confuſione, & contritione conterantur.

VIII. Rainer. induciæ datæ.

Item Rainerio vero Ugizzoni filio inducias trium hebdomadarum damus. Quod ſi in ſpacio iſto coram præſentia noſtra aut per ſe, aut per Legatos ſuos juſtitiam facere noluerit, eo quod fratrem ſuum manu ſua interemit, & multa perjuria ut ſceleſtus incurrere non abhorruit, & cognatam ſuam & pupillos, liberos utique fratris ſui, caſtra eorum diripiendo, & prædia contra periculum animæ ſuæ vexare non deſinit, tranſacto prænominato termino, anathemate eum alligando percutimus. Et filium Comitis . . . . . datis induciis uſque in Palmas, ſimili excommunicatione innodamus, eo quod Lucenſem Eccleſiam quiete manere, ſua diripiendo, minime permittit.

Northmanni rurſum excommunicati.

Excommunicamus omnes Northmannos, qui invadere terram ſancti Petri laborant, videlicet Marchiam Firmanam, Ducatum Spoletanum, & eos, qui Beneventum obſident, & qui invadere & deprædari nituntur Campaniam, & maritima, atque Sabinos, necnon & qui tentant Urbem Romanam confundere. Epiſcopos vero, qui acceptis epiſtolis noſtris, aut cognitis, neque per ſe, neque per canonicam excuſationem ad præſentem Synodum venerunt, ab Epiſcopali ſuſpendimus officio: & quicumque eorum ſeu Epiſcopus, ſive presbiter prædictis Northmannis, donec excommunicati fuerint, divinum officium fecerit, a ſacerdotali officio perpetuo ſubmovemus.

IX. De Abbate Farfenſi.

Abbati Farfenſi octo ſimiliter dierum inducias concedimus: poſt quem terminum niſi ad emendationem venerit, excommunicamus, & ei corpus & ſanguinem Domini interdicimus, Abbatiſque ordine in perpetuum carere eum cenſemus. Ex his plane horum temporum calamitatem poſſumus intelligere, quod undique Romana Eccleſia vallaretur anguſtiis, perſecutionem pateretur a ſchiſmaticis, inſuper a Northmannis ad Urbis januas premeretur; cum his adverſus rebelles Eccleſiæ Romanæ ſancitis, hi qui ſequuntur, ab eodem Gregorio Papa in Synodo ſunt conſtituti canones:

Concilii canones.

Et quoniam Dei judicio nonnullos naufragio perire cognoſcimus, & eos quaſi legali jam jure, diabolico immo inſtinctu, ab his, quibus miſericorditer ſublevari, & conſolari deberent, deprædari conſpicimus; ſtatuimus, & ſub anathematis vinculo (ut a prædeceſſoribus noſtris ſtatutum eſt) jubemus, ut quicumque naufragum quemlibet, & bona illius invenerit, ſecure tam eum, quam omnia ſua dimittat.

Ordinationes vero illorum, qui ab excommunicatis ſunt ordinati, ſanctorum Patrum ſequentes veſtigia, irritas fieri cenſemus.

Iterum ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate, aut ſacremento conſtricti ſunt, Apoſtolica auctoritate a ſacramento abſolvimus, & ne ſibi fidelitatem obſervent, omnibus modis prohibemus.

X. Quos Greg. ab excommunicatione eximat.

Item. Et quoniam multos (peccatis noſtris exigentibus) pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia ſimplicitate, partim timore, partim etiam neceſſitate; devicti miſericordia, anathematis ſententiam ad tempus, prout poſſumus, opportune temperamus. Apoſtolica

PAGIUS præter Epiſcopum Magdeburgenſem, qui cecidit in fuga, nemo qui dignus ſit nomine, periit in illa pugna, &c. Factum eſt hoc prælium ſecundum an. Dom. MLXXVIII. VII. Idus Auguſti feria tertia. Corpus vero Archiepiſcopi ab ipſis Magdeburg tranſlatum in monaſterio Sanctæ Mariæ, quod ipſe conſtruxerat, eſt honorabiliter tumulatum, &c. Ipſe in diebus ſuis divinæ revelationis inſtinctu principale cum tota majori Eccleſiæ altare, quod per incendium deſtructum eſt, anno domini MLXXVIII. conſecravit, priori deſtructo, ac incluſis multorum Sanctorum integris corporibus, &c. Iſte piæ memoriæ frater fuit Annonis Colonienſis Archiepiſcopi, Wernerus appellatus, ut jam idem Chronographus dixerat. De tertio & quarto prælio inter utrumque Regem commiſſo anno MLXXX. mentionem faciemus, ut quo in ſtatu hoc tempore res eſſent, melius innoteſcat.



ca namque auctoritate anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet uxores, liberos, ſervos, ancillas ſeu mancipia, necnon ruſticos, & ſervientes, & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, ut eorum conſilio ſcelera perpetrentur. Et illos, qui ignoranter excommunicatis communicant, ſeu illos, qui communicant, cum eis, qui communicant excommunicatis. Quicumque autem aut orator, ſive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non habet unde emat; ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et ſi quis excommunicatis pro ſuſtentatione, non ſuperbiæ ſed humanitatis cauſa aliquid dare voluerit, fieri non prohibemus. Actum Romæ in Eccleſia Domini Salvatoris, quinto Nonas Martii, Indictione prima. Hactenus Acta Concilii hujus. Quæ verbatim recitanda fuerant ad redarguendum ea, quæ ſive a Mariano Scoto, ſive ab alio leguntur ad ejus Chronicon appoſita, quæ nec per ſomnium contigerunt, nempe privaſſe regno Henricum Regem, dediſſeque illud Rudolpho; & ipſum Gregorium a Rege Sedem Apoſtolicam accepiſſe. Quam iſta procul ſint ab ejuſdem Gregorii rebus geſtis, tum recitata Acta declarant, tum ejuſdem recitandæ epiſtolæ fidem facient.

XI. Benno Card. ſchiſmaticus calumniatus Gregorium.

Sed nec prætereundum putamus eſſe Bennonem pſeudocardinalem, qui adverſus ejuſmodi Gregorii Papæ decretum, quo ab excommunicatione removit communicantes cum iis, qui excommunicatis communicant, in ſua epiſtola adverſus Gregorium ſcripta ſic inſurgit: Hildebrandus autem non ſolum Eccleſiæ perturbavit pacem, ſed etiam Eccleſiaſticam ſcidit unitatem, & unicæ Fidei veſtem inconſutilem, dum Cæſarem & Epiſcopos communicantes Cæſari abſque judiciario ordine excommunicabat, & tertio gradu communicantes eis ab excommunicatione nova pietate excipiebat; quos hujuſmodi artibus, & Regi ſubducere, & ſibi allicere feſtinabat. Dicant nunc Hildebrandi diſcipuli, quibus commentis, quibus coloribus deaurare poſſint, quod ipſe Hildebrandus in Synodo generali hæretica prædicavit, prædicando excommunicatis communicare conſenſit, prædicata ſcripſit, prædicatione, & ſcriptis alteram Catholicam, alteram excommunicatorum Eccleſiam faciens, unitatem ſcidit, ſcripta per orbem terrarum diſſeminavit, prædicando, ſcribendo, ſcripta diſſeminando ſeipſum hæreticum manifeſtavit, & ore proprio, & confeſſione hæreſeos non extorta, divino urgente judicio, condemnavit, dum vulgus erroneum ſanctum exiſtimaret, & Apoſtolis exæquaret ſpiritum tanti erroris: cum etiam



prudentiores ejus laqueis caperentur, & inducerentur in tentationem, ſi fieri poſſet, etiam electi.

XII. Mentimur, niſi tredecim Cardinales ſapientiores & religioſiores, ipſe Archidiaconus, & ipſe Primicerius, & multi alii Lateranenſium clericorum, quorum judicio ex privilegio ſanctæ Sedis totus ſubjacet mundus, apoſtaſiam ejus intolerabilem perpendentes, ab ejus communione receſſerunt. Dicant, oramus, Hildebrandi diſcipuli, qua præſumptione magiſter eorum unitatem Eccleſiæ in duas, vel plures partes diviſit? Si enim Cæſarem injuſte, & abſque judiciario ordine damnavit; ſeipſum potius ab Eccleſia ſeparavit: ſi vero juſte excommunicationis gladium in Cæſarem, vel Epiſcopos communicantes Cæſari exeruit; quare communicantes ipſis Epiſcopis tertio gradu, per ſcripturam excipiendo abſolvit? numquid etiam unius diei infans ab excommunicatis conceditur aliqua neceſſitate baptizari, vel ab excommunicatis baptizatus, & continuo mortuus, creditur ſalvari? &c. Hæc & his ſimilia plane delira a Bennone in Gregorium ſunt illata: quæ ſane quam ſint enormia, falſa, omni canonica ſcientia deſtituta, ac plane hæretica, quis non intelligat? in fine autem epiſtolæ ponit, quo nititur probare, Gregorium fuiſſe hæreticum, eo quod admittendos eſſe ſancivit excommunicatos in tertio gradu, eos ſcilicet, qui communicaſſent cum eis, qui cum excommunicatis communicaſſent, damnatumque ob eam cauſam Liberium ab Euſebio aſſerens, multa in Liberium declamat, eo quod communicaverit cum excommunicatis.

Suam Benno patefacit imperitiam.

XIII. Sed quam diſpar cauſa Gregorii atque Liberii, quamque de Liberio erraverit, ut intelligatur, Lectorem ad ea, quæ ſuo loco ſuperius de ipſo Liberio ſunt ſcripta reiicimus. Ut plane cognoſcas, ſi verum eſt, quod affirmat, a Gregorio Papa præceptum, ut Liberii Papæ feſtum celebraretur, non perperam factum. Sed homini mentiri ſolito, & in ſcriptione conſerta mendaciis abſque teſte aliquo eadem aſſerenti, haud facile adhibenda fides. Recitat ex Bennone (qui Bruno corrupte legitur apud ipſum) Abbas Urſpergenſis. Quinam autem fuerint Cardinales illi tredecim, quos ſapientiores nominat, eoſque a Gregorio Papa receſſiſſe tradit, idem Benno in vita Hildebrandi, quam manus ſcorpii exaravit, ſic numerat in ejus exordio: Leo Archipresbyter Cardinalis, Benno, * Hugobaldus, Joannes, Petrus Cancellarius, hique ordinati (ut ait) ante tempora Hildebrandi, Natro, Innocentius, Leo, hique tres ab eodem Gregorio ordinati, Theodinus Archidiaconus ab

Cardin. ſchiſmatici tredecim.

* Hugo Blancus.

*eodem eo officio auctus; alii diaconi, nempe, Joannes, Creſcentius, Joannes alius, & Petrus, præter ſubdiaconos, & acolytos*. Sed quales iſti fuerint, ex uno Hugone Candido jam notiſſimo diſcere collegas impietatis facile poteris, & ex ipſo Bennone, ejus ſcriptionis auctore, mendaciorum complices intelligere.

XIV. At quos æſtus animi, quos angores mentis, cruciatus cordis ipſe Gregorius Pontifex his temporibus pateretur, qui ita undique ſciſſam contemplaretur Eccleſiam, ſimoniacos, & fornicarios, ne Eccleſiaſticum ſubirent judicium, undique rebellantes, contumacia apoſtatantes, ſchiſmaticis inhærentes, in dies magis numero, ſicut & impietate, infauſto germine multiplicantes; ipſemet charo amico ſuo, ſecretorum conſcio, vitæ ſanctæ communicatione intimo S. Hugoni Abbati Cluniacenſi, ad eum ſcribens, his aperit verbis: (*a*) *Vos autem certa fide, immo & oratione Dei omnipotentis miſericordiam implorate, ut mentes noſtras ſecundum ſuam voluntatem dirigat, & in magna tempeſtate nos gubernans ad portum ſuæ pietatis perducat. Tot enim anguſtiis premimur, tantiſque laboribus fatigamur, ut ii, qui nobiſcum ſunt, non ſolum pati nequeant, ſed nec etiam videre poſſint.*

(a) Greg. lib. 5. ep. 21.
Quales animi cruciatus Greg. P.

XV. *Et licet cæleſtis tuba clamet*, (*b*) *unde quiſque ſecundum ſuum laborem mercedem recipiet; & bonus Rex manifeſtet*: (*c*) *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ Domine lætificaverunt animam meam; tamen frequenter hæc vita nobis eſt tædio, & mors; carnis deſiderio. Sed cum pauper JESUS ille pius conſolator, verus Deus & verus homo manum porrigit, valde triſtem & afflictum lætificat; dum vero memet dimittit, nimis me conturbat. In me quippe ſemper morior, ſed in eo interdum vivo: & cum viribus omnino deficio, ad illum gemens clamo: Si Moyſi, & Petro tantum pondus imponeres, credo quia illos gravaret: quid ergo de me, qui nihil ad eorum comparationem valeo, fiet? Reſtat ergo, ut aut tu ipſe cum tuo Petro Pontificatum regas; aut me ſuccumbere, & eumdem Pontificatum confundi cernas. Tunc ad illud recurro*: (*d*) *Miſerere mihi Domine, quia infirmus ſum. Et illud*: (*e*) *Tamquam prodigium factus ſum multis, & tu adjutor fortis. Nec illud obliviſcor*: (*f*) *Potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*. Hæc ad S. Hugonem Cluniacenſem Abbatem Romæ Nonis Maii hoc anno Gregorius de animi ſui anguſtiis & doloribus.

(b) Luc. 16.
(c) Pſ. 93.
(d) Pſ. 6.
(e) Pſ. 70.
(f) Matt. 3.

XVI. Sed jam ad res poſt Concilium geſtas revocemus orationem. Synodo abſoluta, mox idem Gregorius Papa de his, quæ in ea ſancita fuiſſent, (*g*) litteras dedit ad Epiſcopos, & Principes, in regno Teutonico conſtitutos. Incipit epiſtola; *Notum vobis fieri volumus*: Data ipſa ſeptimo Idus Martii; qua pariter ſignificat in fine ipſius, quæ, antequam mittat in Germaniam Legatos, ab ipſis pro ſecuritate illorum præſtari velit. Sunt iſta: *Præſentium vero portitorem ad hoc vobis dirigimus, ut una cum venerabili fratre noſtro Trevirenſi Archiepiſcopo, qui Henrico favet, & altero, qui utilis & religioſus ad hoc ſit opus Epiſcopus ex parte Rudolphi, locum & tempus prædicti conventus ſtatuant, quatenus Legati noſtri, quos præfati ſumus, ſecurius & certius ad vos venire, & quæ omnipotenti Deo placeant, ipſo auxiliante, vobiſcum valeant perficere.*

(g) Greg. lib. 5. ep. 15.
Greg. a duobus regibus ſingulos mitti legatos jubet.

XVII. Eadem quoque die ſcripſit ad ipſum Archiepiſcopum Trevirenſem Udonem nomine, Regis Henrici cultorem, quem obnixe rogat, ut quam mandat recipiendam provinciam, non recuſet, & Romam ob eam cauſam venire non prætermittat. Sed & quam fuerit ipſe Gregorius pacis cupidus, & ſalutis animarum pereuntium, iiſdem litteris aperit, dum his verbis eumdem ita compellat Epiſcopum: (*b*) *Rogamus igitur, & admonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, ut ſecundum tenorem earumdem litterarum ſine omni dilatione de cauſa hac te intromittas, & omnibus tam minoribus, quam majoribus, quoad potes, quid a nobis deliberatum, & qualiter tibi injunctum ſit, notum facias, ut miſerante Deo, & adjuvantibus his, qui Dominum diligunt, tam feralis diſcordiæ furorem, aut penitus compeſcere, & (quod maxime optamus) ad plenam pacem reducere poſſimus; aut ſi illud, peccatis impedientibus, minime obvenire poterit, ſaltem nos in tanto fratrum noſtrorum periculo, culpam negligentiæ declinemus.* Et poſt multa, quibus hortatur, ut tum ipſe, tum qui a Rudolpho eſt eligendus, Romam veniant, iſta adiicit:

(b) Id. ibid. ep. 16.
Quam pacis cupidus Greg. fuerit, oſtendit Udoni Archiep. Treviren.

XVIII. *Nec durum tibi ſit, frater, ſubire quod imponimus: quoniam ex quo in Eccleſia locum ſacerdotii & officium ſuſcepiſti, nihil Deo dignius, aut animæ tuæ ſalubrius feciſti, quam ſi in hac re nequitiam diabolicæ fraudis elidere, & ſaluti tot millium hominum, opitulante Deo, conſulere poteris. Et ſi hoc fatigationi tuæ pro voto non ſucceſſerit, tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod juſta & perſeveranti voluntate concipitur.* Hæc & alia, quibus, quam fuerit animo ſatagenti in his componendis diſcordiis innoteſcit, ſcribens ad Udonem Henrico ſtudentem: quem tamen contigit eo tempore vita fungi, inque



que locum ejus ſubrogari Hermannum, qui adverſus Regem Henricum inhæſit adverſario.

XIX. Qui autem Henricianæ parti favebant, intervertiſſe omnia, quæ ipſe Gregorius pro rebus componendis ordinaſſet, & impedimento fuiſſe, ne conſequerentur effectum, queſtus de his eſt ipſe Pontifex, (*a*) ſcribens ad Germaniæ populos, Eccleſiæ Romanæ fideles, hoc eodem anno Kal. Julii, incipit epiſtola: *Quæ & quanta nobis cura fuerit, &c.* Quibus pariter litteris teſtatum reddidit, animum ſuum nulli partium aliquo commodo temporali perſuaſum inhæſurum, niſi cui favere juſtitiam, Epiſcoporum, & Principum judicio decerneretur in Comitiis, ea de cauſa cogendis.

(a) Id. lib. 6. ep. 1.



PAGIUS III. *Synodus Romana V. ſub Gregorio VII.*

Ad num. XIX. De Synodo Romana *Quinta* hoc anno habita, hæc tantum in eodem Paulo Bernriedenſi leguntur: *Anno ab Incarnat. domini MLXXXVIII. Pontificatus vero domini Gregorii Papæ VII. ſexto, decimo tertio Kalendas Decemb. indict. II. congregata eſt Synodus Romæ in Eccleſia S. Salvatoris, in qua juraverunt Legati Henrici & Rudolphi, quiſque pro Domino ſuo, quod nullis dolis Colloquium Legatorum Sedis Apoſtolicæ in Teutonico regno habendum, impedient.* Bertoldus in Chronico de priori Synodo ait: *Idoneos Legatos iterum deſtinavit, qui facto generali Colloquio cauſam regni juſte determinaret; & omnes Synodali ſententia, damnavit, quicumque impedirent, ne Colloquium fieret. Quod Rudolphus libentiſſime voluit fieri: Henricus autem utcumque potuit, impedire non ceſſavit. Nam contra Apoſtolicum præceptum, maxima multitudine flagitioſorum adunata, procinctum in Saxoniam paravit: cui Rex Rodulphus apud Struvam cum exercitu obviavit, & illo fugato ipſe campum victoriæ obtinuit VII. Idus Auguſti. Occubuit tamen ibi ex parte Rudolphi Vvecel venerabilis Magdeburgenſis Epiſcopus, & Vvormacienſis Epiſcopus captus eſt. Infinita autem multitudo utrimque occubuit, plures tamen & excellentiores ex parte Henrici. Facto autem alio Concilio Romæ X. Kalend. Decemb.* (legendum, XIII. Kalend. Decemb.) *utriuſque Regis Legati, in Synodo juravere, quod domini eorum non impedirent colloquium, pro cauſa regni ſtatuendum. Unde & Papa ea vice inter nos judicare non potuit, quamvis bene ſciret, cui parti magis juſtitia faveret.*

IV. *In ea Berengarius auditus.*

Subdit de V. Synodo Romana Bertoldus: *In Synodo iſta Berengarius Andegavenſis Canonicus, ut ab hæreſi ſua reſipiſceret, Synodaliter convenitur, eique induciæ uſque ad proxime futuram Synodum dantur.* Huc referendum quod Anonymus Chiffletianus in Opuſculo de Berengarii hæreſiarchæ damnatione multiplici ſcribit, *Reverendiſſimus Papa Gregorius VII. ſucceſſor Alexandri iterum eidem Beringerio audientiam in duabus Synodis generalibus Romæ conceſſit. Sed cum ipſe ſectam ſuam Catholicæ fidei contrariam denegare non poſſet, iterum ſub juramento eamdem abdicare, & fidem Catholicam profiteri delegit, ſicut in ſuperioribus Conciliis fecit. Tot igitur Concilii Beringerianam hæreſim damnatam percepimus, tum ex fidelium relatione virorum, qui eiſdem Conciliis interfuerunt, tum ex regeſtis Romanorum Pontificum, tum ex ſcriptis religioſorum virorum, qui de his fideliſſime ſcripſerunt. Nam eadem Concilia noſtris temporibus infra XL annos celebrata reperiuntur, quot anni ab exordio Pontificatus Sancti Leonis Papæ uſque in præſentem annum computantur, qui eſt ab Incarnatione domini MLXXVIII.* (quo ideo Auctor Opuſculum ſuum ſcripſit). *Unde & adhuc multi vivunt, qui eiſdem Conciliis interfuerunt; qui & nobis de eiſdem Conciliis fideliſſime teſtificati ſunt.* [1]

*Berengarius*, qui primam fidei Profeſſionem anno MLIX. coram Nicolao Papa fecerat ſecundam in iſta Synodo edidit, quam hactenus ineditam ex veteri Codice MS. Mabillonius Tom. II. Analect. in Obſervat. de multiplici Berengarii damnatione in hunc modum exhibet: *Profiteor panem Altaris poſt conſecrationem eſſe verum Corpus Chriſti, quod natum eſt de Virgine, quod paſſum eſt in Cruce, quod ſedet ad dexteram Patris: & vinum Altaris poſtquam conſecratum eſt, eſſe verum Sanguinem, qui manavit de latere Chriſti. Et ſicut ore pronuncio ita me in corde habere confirmo. Sic me adjuvet Deus, & hæc ſacra.* Veriſimile eſt, inquit Mabillonius, *Berengario* poſtea quam priorem confeſſionem quaſi proprium Humberti Cardinalis fœtum tam atrociter ſcripto ſuo a Lanfranco confutato laceraſſet; ut vel ſic omnis cauſandi ac tergiverſandi aditus ei præcluderetur, datam fuiſſe poteſtatem ſuis verbis expli-

V. *Secunda Berengarii fidei Profeſſio.*

NOTÆ

[1] NOn multos ante annos diligentia PP. Martene, & Durand. Anecdot tom. IV. col. 103. prodiit ſcriptum quoddam Berengarii, in quo ille res geſtas in cauſa ſua in utroque Romano concilio ſub Gregorio VII. narrat, mentemque ſuam de utraque fidei confeſſione exponit. Ex hoc vero plura diſcere ad eccleſiaſticæ hiſtoriæ emendationem licet. Primo ait Berengarius, Romanam hujus anni 1078. Synodum celebratam fuiſſe die feſta omnium ſanctorum, quod veriſſime dictum cenſeo, atque ideo emendandus eſt Paulus Bernriedenſis, qui collectam illam prodidit die XIII. Kal Decembris. Cum præſertim dies illa nec Dominica eſſet, nec feria ſecunda, nec ſolemne aliquod feſtum, unde ex antiquo more concilia exordiri obtinuerat. Ait inſuper Berengarius confeſſionem ſuam priorem, quam ex Mabillonio Pagius hic num. 5. recitat, a multis Romæ probatam fuiſſe, ac præſertim ab epiſcopis Portuenſi, & Sucirenſi (lege Sutrinenſi) & cardinalibus non infrequentibus; ſed & pontifici ea fidei formula ſatisfactum fuiſſe affirmat. Viciſſim autem multos ſibi adverſatos prodit, inter quos Epiſcopos Patavinum (nempe Altimannum) & Piſanum (Landulphum) commemorat. Horum opera retentum ſe dicit Romæ uſque ad concilium in Quadrageſima (anni ſequentis 1079.) celebrati. Tunc autem coactum ſe addit ad novam fidei formulam ſubſcribendam, cui ſe non plane invitum aſſenſiſſe. Hæc fidei formula in eo a priori differebat, quod affirmaret panem & vinum per conſecrationem in corpus & ſanguinem *ſubſtantialiter* converti. Illud enim *ſubſtantialiter* in priori formula deerat. Sed erraſſe ſe in eo profitetur, quod præterea coactus fuerit juratum affirmare ſe ad id uſque erraſſe. MANSI

Inter hæc autem Henricus Rex reverſus cum valido exercitu in Germaniam, adverſus Rudolphum properat, Bavariam, Sveviamque invadit, cedente ipſi Rudolpho, qui in Saxoniam ſe recepit. Ubi vero ab eo Vvirzeburgenſis civitas capitur; eo properans Rex Henricus, collatis ſignis acri bello pugnatum eſt, in quo fuſo Henrici equitatu, victoria apud Rudolphum fuit. Hæc auctor Henrici vitæ.

Pontifex vero Legatis utriuſque partis Romam vocatis, ubi pervenerunt menſe Novembri, Synodum celebrat, cujus iſta ſunt Acta: (a)

(a) Greg. l. 6. ep. 5.

Acta Synodi Romæ habitæ menſe novembri.

*Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo octavo, Pontificatus vero domini Gregorii Septimi Papæ ſexto, tertiodecimo Kal. Decembris Indictione ſecunda, celebrata eſt Synodus Romæ in Eccleſia ſancti Salvatoris, pro reſtauratione ſanctæ Eccleſiæ, In qua inter alia excommunicatus eſt Conſtantinopolitanus Imperator, & alii, qui ſubſcripti habentur.*

XX. Niceph. tyrannus excommunicatur

Quod pertinet ad Conſtantinopolitanum Imperatorem, fuit iſte Nicephorus cognomento Botoniates, qui tyrannice ſibi Imperium vendicans, Michaelem cum Maria Auguſta conjuge, filioque Conſtantino Porphyrogenito in Blachernis captos, eoſdem in monaſterium relegavit. Coronatus eſt autem ipſe Nicephorus a Coſma Patriarcha, qui eodem anno, Joanne Xiphylino defuncto, a Michaele Imperatore in locum ejus fuerat ſubrogatus. Venerat iſte Jeroſolymis, & magnæ exiſtimationis erat apud Imperatorem. Hæc omnia pluribus Joannes Curopalates. Quod enim Michael Imperator cum Latinis communicaret, coleretque ipſum Romanum Pontificem Gregorium, dignum viſum Gregorio, ſi tyrannum invaſorem Imperii excommunicaret. De pietate Michaelis, ex ejus oblationibus Caſſinum miſſis, habet iſta Leo Oſtienſis: (b)

Coſmas Patriarcha Conſtant.

(b) Leo Oſt. l. 3. c. 38.

XXI. Pietas Michaelis Imp.

*Circa hos dies Michael Conſtantinopolitanus Imp. patri Deſiderio per Nuntios dona plurima tranſmiſit, poſcens, ut pro ſe ac liberis, ac pro ſtatu Imperii ſui omnipotentis Dei clementiam aſſiduis precibus exoraret. Inſuper ob beati Benedicti patris reverentiam pro ſalute animæ ſuæ per præceptum aurea bulla roboratum conſtituit, ut annis ſingulis monaſterium iſtud ex regiis redditibus auri vigintiquatuor libras acciperet, & pallia quatuor, ad noſtræ Congregationis ſuſtentationem.* Hæc Leo. Et licet non ex ſententia fuerit exauditus, ut animæ ipſius, ac ſuorum acceptæ ſunt a Deo preces, cum ſibi, ſuiſque in monaſterio reliquum vitæ agere datum fuerit. Quæ autem poſt Conſtantinopolitanum Imperatorem excommunicatum in Synodo geſta fuerint, ita Acta declarant: *Juraverunt quoque Legati Henrici, & Rudolphi, quiſque pro domino ſuo, quod nullis dolis colloquium Legatorum Sedis Apoſtolicæ in Teutonico regno habendum impedient.* Quinam autem in eadem Synodo fuerint ſtatuti canones, ſubſequentes tituli indicant verbis iſtis:

XXII.

*De Teutonicis contradicendis ne prædia Eccleſiaſtica a Regibus data, ſive ab invitis Epiſcopis, detineant.*

*Ut iterum excommunicentur illi, quorum culpa colloquium remanſit.* Poſt titulos diverſorum excommunicatorum, de invaſoribus monaſterii Caſſinenſis iſta ſequuntur:

De conſervandis rebus monaſt. Caſſin.

*Si quis Northmannorum, vel quorumlibet hominum prædia monaſterii ſancti Benedicti montis Caſſini invaſerit, vel quaſcumque res ejuſdem monaſterii injuſte abſtulerit, & bis, vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi ſubjaceat, donec reſipiſcat, & Eccleſiæ ſatisfaciat.* Hujus autem ſanciendi canonis occaſionem Leo Oſtienſis Epiſcopus, qui aderat, ſic narrat: (c) *Eodem tempore Roſellanæ Eccleſiæ pontifex ad hoc cœnobium veniens, non parvam pecuniæ ſummam in hoc loco depoſuit. Quod ubi Jordani Principi Capuæ relatum eſt, miſſis militibus, eam de ſecretario Eccleſiæ abſtrahi, & ad ſe præcepit afferri. Ad hæc Fratres: Pecuniam,* inquiunt, *quæ patri Benedicto credita eſt, nos nulli omnino viventium damus; verum in ſecretario conditam, qui præſumpſerit, tollat. Milites diabolico furore inebriati pecuniam de ſecretario abſtrahunt, ac abſtractam ad Principem deferunt. Tantum vero & tam immane inauditumque fa-*

(c) Idem lib. 3. c. 45. 46.

PAGIUS plicandi propriam de Euchariſtia mentem; quod ipſe præſtiterit edita hac confeſſione ſecunda, in qua ſubdolis *veri Corporis* & *veri Sanguinis* verbis Catholicam fidem profiteri videbatur: tametſi ſub ejuſmodi ſpecioſis larvis hæreſim ſuam occultabat. Inde factum, ut hæc confeſſio permultis iſtius Synodi Epiſcopis non fecerit ſatis, ideoque remiſſa ac dilata ſit amplior hujus rei diſcuſſio in Synodum anni ſubſequentis, cujus gratia frequentior Epiſcoporum numerus Romam convenire debebat: ac interim *Berengarius* ad id tempus Romæ reſidere juſſus.

Quæ Viri doctiſſimi conjectura valde mihi probatur.

VI. *Michael Imp. Imperio deponitur.*

Ad num. XX. & ſeq. *Michael Ducas*, cujus ignavia Orientalis Imperii pars in Turcorum poteſtatem venit, hoc anno imperio depoſitus & ad Monaſticam vitam ad Studii monaſterium tranſmiſſus, *cum annos ſex imperaſſet, eodem ſabbato, quo a fidelibus miraculum Lazari celebratur*, inquit Curopalates pag. 862. Sabbato nempe Paſſionis, Martii menſis die XXXI. ubi detonſis capillis, Patriarchæ & Metropolitanorum ſententia Epheſi Archiepiſcopus electus, cum



XXIII. *facinus Gregorii Papæ dum perveniſſet ad aures, hujus temeritatis noxam inultam eſſe non ferens, & verens, ne hoc rurſus exemplo Eccleſia noſtra violaretur, divinum officium in Eccleſia patris Benedicti interdixit, altariaque omnia nudari fecit, aſſerens in tanto ſcelere nimiæ negligentiæ, damnandæque formidinis Deſiderium Abbatem, ac Fratres argui merito poſſe; ſeque adverſus Congregationem noſtram ſeverius commovendum, niſi ea, qua ſemper locum iſtum dilexerat, charitate teneretur. Siquidem tolerabilius eſſe villas, & caſtella juris noſtri in prædam & direptionem dari, quam ſanctum locum, ubique terrarum famoſiſſimum tantæ ignominiæ ſubjacere. Sed non diu divina ultio dilata eſt. Nam Princeps tanti auctor ſceleris, poſtquam pecuniam tulit Eccleſiæ, lumen amiſit. Inde vero Gregorius in Concilio præſidens conſtituit, ut ſi quis Northmannorum, vel quorumlibet hominum, prædia, monaſteria, villas, poſſeſſioneſque noſtri monaſterii Caſſinenſis invaſerit, & ſecundo, ac tertio admonitus non emendaverit, excommunicationi ſubjaceat, quouſque ſatisfaciat.* Hæc præſenti anno inchoata, in ſequentem propagata ſunt, quo reperitur data epiſtola ejuſdem Pontificis ad ipſum Jordanum Principem Capuanum, qua eum redarguit de graviſſimis ſceleribus, ab eodem perpetratis, quæ ſic ſe habet: (a)

(a) Greg. l. 6. ep. 37.

XXIV. Redarguit Greg. Principem Capuanum.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Jordano Capuano Principi.*

*Sicut nonnulli noverunt, olim te nos admodum dileximus, & honorem tuum tam in præſenti ſæculo adaugere, quam & in futuro ſervare ſtuduimus hactenus. Exiſtimavimus enim te (ut nobilem deceret filium) fidem B. Petro ſervaturum, & decus ipſius in cunctis, pro viribus tuis adaucturum. Verum longe nos fefellit opinio, & qui de te nihil tale pridem quivimus credere, nunc advertimus de hac perfidia tua multos non fuiſſe mentitos. Ecce enim dudum novercam tuam & dominam contra jus & fas de Eccleſia trahere invitam & reclamantem, eamque nubere nolentem nuptiis tradere violentiſſime præſumpſiſti. Epiſcopum ad Apoſtolorum Limina venientem nuper auſus es impedire, & quod ferebat, more prædonum auferre. Noviſſime Eccleſiam beati Benedicti ſacrilego auſu intrare, depradari, & violare non timuiſti. Et qui bona Eccleſiarum (quoniam fere cuncta, quæ tenes earum ſunt) defendere debueras, tu potiſſime temerator earum & dilaniator exiſtis. Quapropter ex parte beati Petri monemus te, ut ſi ipſius iram, & beati Benedicti indignationem non vis incurrere, ſuper his omnibus nobis juſtitiam facias. Quod ſi contempſeris, ad Dominum omnipotentem nos reclamabimus, de cujus miſericordia confidimus, quod dabit nobis conſilium, quid in tantam arrogantiam, & immoderatam ſuperbiam tuam facere debeamus. Datum Romæ undecimo Kalend. Maii, Indict. ſecunda.* Hæc ad Jordanem Gregorius. Porro mutatum eum in melius, correxiſſe, quæ perperam egerat, oſtendit idem Leo Oſtienſis, ſic pergens: (b)

(b) Leo Oſt. l. 3 c. 45.

XXV. Jordani Princ. Capuani donatio monaſt. S. Bened.

*Eodem anno Jordanis Princeps more* * *priorum Principum generale monaſterio præceptum fecit de omnibus finibus, & pertinentiis ejus: quo etiam præcepto ſpecialius confirmavit, quæ pater ipſius, & ipſe eatenus huic monaſterio conceſſerat, ſeu commutaverat, vel reddiderat, id eſt, Fractam caſtrum, & Teramen, & Pedemontem, & Mortulam, & Cucurugium, & Turrem ad mare; ſed & omnia, quæ antiquitus ad hoc pertinebant monaſterium in tota Liburia, cum Eccleſiis, ac finibus, ac pertinentiis earum, pœna quatuor millium librarum auri appoſita, ſi quis hanc largitionem violare præſumpſiſſet. Biennio poſt oblata eſt huic monaſterio ab eodem Principe Eccleſia ſancti Rufi intra Capuanam civitatem, quæ dudum ſibi conceſſa, & juramento firmata ab his fuerat, quibus hæreditario jure juxta patriæ morem debebatur cum ſervis, & ancillis, colonis, libris, ornamentis, & omni-*

* al. piorum.

PAGIUS cum ſemel ad Urbem acceſſiſſet, in *Manuelis* monaſterium reverſus, ſuis manibus laborans ac tandem ſub *Alexio Comneno*, a quo perhonorifice ſemper eſt habitus, diem clauſit extremum, ut ſubdit poſtea Curopalates, cui alii ſuffragantur: ſed annis illis ſex, totidem menſes cum Joele addendi; Imperium enim inierat anno MLXXI. circa initium menſis Septembris.

VII. *Nicephorus Botoniates coronatur Imperator.*

*Nicephorus* vero *Botoniates*, qui anno ſuperiori Imperium invaſerat, ſub die vigeſima quinta menſis Martii Imperator renunciatus fuit, & Imperatorio diademate in æde Sophiana, a Patriarcha donatus in magna hebdomade feria tertia, die tertia Aprilis, ut in eodem Curopalate legitur. Coronatus eſt *Botoniates* a *Coſma* Patriarcha Conſtantinop. qui an. MLXXV. non vero currenti, ut perperam Baronius habet Xiphilino ſucceſſerat, ſicuti anno MLXXX. quo Baronius de morte Xiphilini memoriæ lapſu rurſum loquitur, demonſtrabimus. *Botoniates Eudociam* Michaelis Imperatoris matrem in alteram conjugem ducere ſtatuerat, a quo conſilio avocatus, tandem pudore omni poſito calcatiſque Eccleſiæ legibus *Mariam* Michaelis Imp. uxorem ſibi copulavit, licet eamdem antea cum Michaele & Conſtantino filio in Monaſterium Studienſe amandaſſet. Anna Comnena lib. 3. pag. 73. *Mariæ* Iberiæ Regis filiæ pulchritudinem miratur, aitque nullum unquam tali humani corporis ſimulacrum extitiſſe; Theophilactus vero Bulgariæ Epiſcopus in Inſtitut. Regia part. 1. cap. 3. & ſeqq. qui ejus hortatu Commentarios in Quatuor Evangelia compoſuit, præclaras Mariæ animi dotes, pietatem & generis nobilitatem, pluribus prædicat.

Ro-

*mnibus pertinentiis ſuis, adjecta mille librarum auri pœna, ſi quis contraire niteretur.* Hæc Leo. Quibus vides, quantum profecerit Princeps ex ea, quam paſſus eſt ob perpetratum ſcelus divinam vindictam. Sed proſequamur reliquos in eadem Synodo ſancitos canones.

XXVI. Inveſtituræ laicorum veſtitæ.

Huic canon adjectus eſt in Synodo de inveſtituris, verbis iſtis: *Quoniam inveſtituras Eccleſiarum contra ſtatuta ſanctorum Patrum a laicis perſonis in multis partibus cognovimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Eccleſia oriri; ex quibus Chriſtiana religio conculcatur: decernimus, ut nullus clericorum inveſtituram Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus laicæ perſonæ, viri, vel fœminæ ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit, recognoſcat inveſtituram illam Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe uſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubjacere.* Hæc canon, cujus meminit Leo Oſtienſis, qui interfuit. Nam hæc de ſeipſo: (*a*) *Per idem tempus ſupradicto Papa Gregorio Synodum habente, Leo hujus monaſterii Bibliothecarius, qui poſtea Oſtienſis Epiſcopus fuit, propoſuit litem de monaſterio ſanctæ Sophiæ de Benevento, quod nuper Beneventani a ditione noſtri cœnobii violenter abſtraxerant. Cumque res ad judicium deducta eſſet, audientibus omnibus recitata ſunt omnia privilegia noſtra, quibus Principes, Romanique Pontifices, Imperatores, Reges, Duces prædictam cellam huic monaſterio donaſſe probatum eſt; decretumque a ſummo Pontifice, cellam illam nihil ad Beneventanos pertinere, ſed juris noſtri perpetuo eſſe debere. In eadem item Synodo inſtitutum eſt, ut qui a laico inveſtituram Eccleſiæ acciperet, anathemate uterque plecteretur, & qui ſcilicet daret, & qui acciperet.* Hæc Leo. Sed jam anno ſuperiori idem Gregorius promulgaverat de iiſdem inveſtituris decretum in partibus borealibus, quod ut obſervari deberet, jugi vigilantia intendebat. Hincque eſt, quod hoc anno ad Spiræ Epiſcopum ſcribens hæc ait: (*b*)

(*a*) Idem ibid. cap. 41.

(*b*) Greg. l. 5. ep. 18.

XXVII.

*Quia in ſuſceptione Spirenſis Eccleſiæ veremur te contra decretum Apoſtolicæ Sedis virgam de manu Regis ſcienter ac temerarie ſuſcepiſſe, Epiſcopale officium hactenus te agere non conceſſimus &c.* Et ad Legatos Apoſtolicæ Sedis duos Hugones, Dolenſem, & Cluniacenſem ſic: (*c*) *Si idem Ambianenſis contra Romanæ Synodi, & Apoſtolicæ Sedis decretum de manu laici nefanda ambitione, & temerario auſu inveſtituram ſuſcipere præſumpſit, canonici rigoris ſeveritate taliter in eum vindicare, & punire obnixe ſatagite, ut ejus exempla cœteri imitari timeant &c.* Sunt in eodem Concilio & alii ſanciti canones, omneſque numero triginra tres, quos ſi cupis perlegere, poteris; nos brevitatis cauſa deſcribere hic omittimus. Cum alioqui alia pleraque ſint in hac eadem Synodo conſtituta, quæ in iiſdem Actis minime poſita eſſe leguntur: & inter alia depoſitio Archiepiſcopi Ravennatis, nefandiſſimi ſcilicet Guiberti, toties vocati ad Synodum, & ſemper contumacis perſeverantis, qui abuſus Apoſtolicæ Sedis patientia atque benignitate, meruit tandem ob immenſa ſcelera perpetrata deponi, cum idem Gregorius poſt Synodum mox iſta ſcripſit de ejus condemnatione ad Ravennates: (*d*)

(*c*) Greg. l. 6. ep. 3.

Guibert. archiep. Ravennæ depoſitus.

(*d*) Id. ep. 10.

XXVIII.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Ravennatibus, majoribus, & minoribus, qui beatum Petrum, ejuſque filium, ſanctum videlicet Appollinarem diligunt, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Epiſt. de depoſitione archiepiſcopi Ravennæ.

*Quam fideliter, quamque humiliter, beato Petro, nempe Apoſtolorum principi Ravennas Eccleſia ſemper adhæſerit, quantamque matri ſuæ ſanctæ videlicet Romanæ Eccleſiæ obedientiam in omnibus exhibuerit, veſtra fraternitas optime novit. Ille autem, qui nunc Eccleſiæ Ravennatis Epiſcopus eſſe dicitur, quomodo eam olim tam ditiſſimam, quam etiam religioſiſſimam tyrannica deprædatione devaſtaverit, & irreligioſæ vitæ exemplo corruperit, & vos patiendo, videndoque ſenſiſtis, & nos certo experimento didicimus. Sed quia his malis, aliiſque quampluribus flagitiis irretitus*

atque

PAGIUS VIII. *Helenam filio Michaelis Imp. deſponſatam ad patrem remittit.*

*Roberti* Calabriæ Ducis filia *Helena* nuncupata Conſtantinopolim ducta fuerat, Conſtantino Michaelis Imp. filio deſpondenda, ſed connubialia pacta penitus abrupit Nicephorus Botoniates, ut fuſe narrat Anna Comnena lib. 1. ubi pluribus de eximia ejuſdem Conſtantini pulchritudine, & de Roberti fortuna verba facit. Addit Zonaras *Helenam* poſtmodum a Botoniate ad patrem remiſſam quam cum Malaterra lib. 3. cap. 13. & Ordericus lib. 7. tradant, Conſtantinopoli recluſam, & diligenti cuſtodia obſervatam, ea poſt illam cuſtodiam patri reddita videtur. Porro *Robertus iſte ex mediocri ſtirpe in Normannia ex eorum ordine,* *quas Vavaſſores vulgo illi dicere ſolent, in plaga, quam Conſtantiam indigenæ vocant, editus,* inquit Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſt. Friderici cap. 3. cui varii Hiſtorici conſentiunt.

IX. *Nicephorum Bryennium Hiſtorici avum capit & excæcat.*

*Bryennio vero*, inquit Zonaras, *qui adhuc in Occidente tyrannidem tenebat, per Legatos Cæſaris honorem pollicetur* (nempe Botoniata) *ſi tyrannide abſtineat, & adjutoribus ejus, honorum quos jam ab illo accepiſſent, confirmationem. Sed cum ille imperii cupiditate æſtuans non cederet*, Botoniata invitus bellum adverſum illum ſuſcepit, eumque captum ac cæcatum in Urbem perduxit. Erat tunc *Nicephorus Bryennius* Dux Dyrrachii, cui ſuberant provinciæ ali-



*atque pollutus, ne argui poſſit, atque convinci, ſuperbiæ faſtu elatus contra Apoſtolorum Principem calceanum erexit, & in inobedientia, quæ ſceleri comparatur idololatriæ perſeverat; Eum ſine ſpe recuperationis, Spiritus ſancti judicio, Apoſtolicæ Sedis auctoritate, in ſancta Romana Synodo eſſe depoſitum, præſentium indiciis indubitanter cognoſcite.*

XXIX.

*Quapropter ut nullam ei deinceps, quæ Epiſcopo debetur, obedientiam exhibeatis, omnibus vobis beati Petri Apoſtolorum principis auctoritate præcipimus. Si qui vero excommunicationis contagione vulnerati, his ſalutiferis auſi fuerint repugnare præceptis, eos velut putrida membra a toto corpore Chriſti (quod eſt Eccleſia Catholica) anathematis gladio reſecamus, atque proiicimus. Vobis autem Deum diligentibus & beato Petro obedientibus ex auctoritate ejuſdem Apoſtolorum principis omnium peccatorum remiſſionem largimur. Datum Romæ ſeptimo Kal. Decembris, Indictione ſecunda.* Ecce jam bis ſucciſa infelix arbor primo cum fautor inhæſit ſchiſmatico Papæ Cadaloo Parmenſi; modo autem, cum ſimoniacorum & fornicariorum, Archiepiſcopus ipſe vitio utroque turpiſſimus, ſchiſmatis auctor erupit. Sed ſic præciſa altiora cultu diaboli extulit ex ubere impietate virgulata, quibus infernalis flamma abundantius nutrienda ſuccreſceret. Quando autem iſta ſint facta, ſuis locis inferius pro temporis ratione dicenda.

XXX.

Inter alia autem negotia idem Gregorius pleroſque primarios Galliarum Epiſcopos, nempe Rhemenſem, Biſuntinum Senonenſem, Bituricenſem, ac Turonenſem ab Apoſtolicæ Sedis Legato ſuſpenſos Sedem Apoſtolicam appellantes, ad primarium officium revocans, ut iterum audirentur (*a*) conſtituit. Ad ipſum autem Rhemenſem Archiepiſcopum privilegio agentem, quod non niſi a Romano Pontifice judicari ejus cauſa debeat, aut ab eo miſſis Legatis; præter alia de Privilegiis ab eadem Sede conceſſis, & immutatis, iſta digna obſervatione reſcripſit: (*b*) *Ad id autem quod de privilegio dicitis, breviter interim reſpondemus, quod poſſunt quædam in privilegiis, pro re, pro perſona pro tempore, pro loco concedi, quæ iterum pro iiſdem ſi neceſſitas, vel utilitas major exegerit, licenter valent commutari. Privilegia ſiquidem non debent ſanctorum Patrum auctoritatem infringere, ſed utilitati ſanctæ Eccleſiæ proſpicere. Inde eſt, quod Arelatenſis Eccleſia non ſolum a beato Gregorio Doctore dulciſluo, ſed etiam a pluribus ejus ſanctis anteceſſoribus cum haberet vicem Sedis Apoſtolicæ, ut omnes Epiſcopos totius regni Francorum, quod tunc latius extendebatur, ad Concilium convocaret, eoſque in judicio conſtrinxerit (ſine cujus licentia nullis ex ſupradictis Epiſcopis longe a ſuo Epiſcopatu fas erat abire) poſt aliqua tempora pro quibuſdam cauſis prædicta poteſtas, & auctoritas ceſſavit, & ſuam vicem aliis, quibus placuit, Sedes Apoſtolica conceſſit. Rhemenſis etiam, cui præſides, Eccleſia, quodam tempore primati ſubjacuit, & ei ut magiſtro, poſt Romanum Pontificem obedivit. Quod & de pluribus aliis Eccleſiis poteſtis invenire, ſi ſanctorum Patrum dicta & Acta procuratis diligenter inveſtigare.* ☞ Hactenus ipſe.

(*a*) Id. l. 5. ep. 17. & 22.

(*b*) Id. l. 6. ep. 2.

Privilegia a Roman. Pontif. conceſſa ab eodem poſſe auferri.

XXXI. Gebehardi archiepiſcopi exilium.

Hoc eodem anno fortis athleta Chriſti propugnator Eccleſiæ S. Gebehardus Archiepiſcopus Salzburgenſis perſecutione Henrici Regis cogitur exulare. De his enim ex Actis ejuſdem Eccleſiæ, in vita ipſius recitantur iſta: *Ea igitur tempeſtate dominus ſæpe fatus Archiepiſcopus fidelis Romanæ Eccleſiæ, & veritatis Catholicæ propugnator eminebat, qui velut alter Machabæus lorica fidei ſe ſuccinxerat, & gladio verbi ſui caſtra Eccleſiæ in toto regno Teutonico protegebat. Proinde aure cordis audiens illam Domini vocem in Evangelio clamantis: Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non colligit mecum, diſpergit; quia Chriſtum pro redemptione Eccleſiæ ad Crucis brachia pendentem ſincera fide ſequi ſtuduit, multa tunc perſona, & ordine indigna nimis a fautoribus Regis excepit. Qui mox & Eccleſiæ ſuæ bona diripiebant, unuſquiſ-*

que

PAGIUS

aliquot, urbeſque complures, quarum præcipua & caput *Dyrrachium* fuit a qua totius Thematis appellatio deducta, ut liquet ex Porphyrogenneta lib. 11. de Themat. cap. IX. Eundem Ducatum obtinuerunt poſtea alii, indeque Ducis honoraria appellatio Dominis ex gente Francica attributa fuit, ut tradit Ducangius in Notis ad lib. 1. Alexiadis. Filius *Nicephori Bryennii* una cum patre captus, oculiſque perinde privatus, ut narrat Anna Comnena lib. 10. pag 274. a qua cum *Nicephorus Cæſar* ejus maritus vocetur ἀπόγονος perſpicuum eſt, hunc Nicephori tyranni ex filio nepotem extitiſſe, Zonaramque deceptum, qui ſcripſit, Nicephorum Cæſarem, Annæ maritum filium fuiſſe Nicephori Bryennii, qui Botoniata imperante tyrannidem affectavit. *Nicpehori Bryennii* Hiſtoria ad initium ejuſdem Botoniatæ perducitur, & neque a Voſſio lib. de Hiſtoricis Græcis, neque ab aliis memoratur, quia ea tantum anno MDCLXI. Pariſiis typis Regiis excuſa eſt.

X. *Tauromenium Saracenis ereptum.*

*Tauromenium* & *Rameta* munitiſſima Siciliæ oppida a Saracenis everſa, & poſtea reſtituta fuerant. Hoc vero anno, teſte Malaterra lib. 3. cap. 17. *Tauromenium* a Rogerio Siciliæ Comite poſt longam obſidionem Sarracenis ereptum. Narrat hic Hiſtoricus Regem Tunetenſem, qui hoc tempore erat *Tamimus* e familia

*que vicina ſibi quaſi ex permiſſione Regis vindicans, & bannos domini Papæ, ipſiuſque noſtri ob hanc direptionem illi factos parvipendens. Tunc etiam magna pars Hungaricæ terræ quondam Eccleſiæ ſancti Rudberti traditæ ab Epiſcopo defeciſſe dicitur. Hac etiam neceſſitate ob munimen Eccleſiæ ſuæ in poſterum caſtella duo munitiſſima Chriſti Archimandrita ædificavit, ſcilicet in monte Salzburg, & Vverven, ſed & unum caſtellum apud Friſacum.*

*Sub publica tandem fide etiam dato a Rege ducatu Ratiſponam veniens, expurgare ſe, in quibus a Rege culpabatur, recuſavit, niſi prius omnia, quæ ei ablata fuerant, juxta ſtatuta emendaretur. Inde prolixa inter eum, & inter prolocutores Regis coram Rege agitata eſt quæſtio. Poſtremo infecta re utrimque & indefinita exivit ab urbe Ratiſpona, ad urbem ſuæ ſedis eo comitatu quo venerat rediens; ſed a media via divertit, & ad partes ſecum facientes ſeceſſit. Quia denique inimicis Chriſti, & Eccleſiæ reſiſtere nonpotuit, relicta ſindone nudus ab eis profugit, quia relicta ſede ſua, in exilium ſecundo Idus Octobris receſſit, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptuageſimooctavo, & novem annos, nunc in Sueviam, nunc in Saxoniam tranſmigrando, cum ſui ſimilibus Catholicæ veritatis confeſſoribus in exilio tranſegit.*

Eccleſiæ Salzburgenſis Theſaurus diſſipatur.

*Rex Henricus Perchtoldum quemdam ſui erroris conſentaneum in cubile Salzburgenſis Eccleſiæ ingeſſit, qui & ejuſdem Eccleſiæ theſaurum ditiſſimum diſſipavit, & multa noſtræ Admuntenſis Eccleſiæ ornamenta, cum nonnullis Sanctorum pignoribus diripuit; ipſum vero locum noſtrum ad ſolitudinem fere redegit. Inter cætera pretioſa, quæ tunc temporis idem intruſus, ſeu Exepiſcopus nobis abſtulit, Rationale unum ex auro, & gemmis pretioſiſſimis intextum, aureis catenulis dependens, pene mille marcarum pretio æſtimatum, quod Imperator Græciæ fundatori noſtro Gebehardo Archiepiſcopo, dum legatione Cæſaris illo functus, filium ejus baptizaſſet, pro munere donaverat, juſſit præfatus Perchtoldus exponi, militibus ſuis hæc largiturus. Duodecim igitur milites cæteris præſtantiores, avaritiæ ſiti furentes, pro rapiendo illo in litem verſi, ante atrium baſilicæ certamen ineunt, & mutuis ſe concidentes vulneribus, octo ex his ibi ceciderunt. Quidam vero ex fratribus Norduvinus presbyter, Sacriſtæ, ſeu Cuſtodis functus officio, ad tantum facinus perhorreſcens, & aliorum quatuor, qui adhuc ſupererant ſimili cæde jam * perituris vitæ conſulens, arreptum Rationale, in quatuor fruſtra confregit, cuique illorum ſuam partem tribuens. Qui monachus eodem anno diem clauſit extremum.* Sed reliqua anni hujus, quæ ſunt Gregorii videamus.

* al. periturorum.

Porro idem pater ſanctiſſimus ad continendos in Fide Catholica populos extremos orbis borealis, nempe Danos, atque Norvegos, ad eorum Reges litteras dedit, eoſque præter ſalutaria monita, quibus eos imbuit, & cohortatus eſt ad cuſtodiam divinorum mandatorum, invitavit mittere Romam nobiles juvenes inſtituendos ſacris legibus. In epiſtola enim ad Olavum Norvegiæ Regem hæc de his: (*a*)

(*a*) *Greg. l.6. ep.13.*

XXXII. Erga norvegos Greg. PP. ſtudium.

*Notum autem vobis eſſe volumus, quoniam deſiderium noſtrum eſt, ſi quomodo poſſemus, ad vos aliquos de fratribus mittere, qui fideles, & docti eſſent, ad erudiendum vos in omni ſcientia & doctrina in Chriſto Jeſu, ut ſecundum Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam decenter inſtructi, in nullo vacillantes eſſetis, ſed radicati atque fundati ſuper ſtabile fundamentum, quod eſt Chriſtus Jeſus abundantius atque perfectius in virtute Dei creſceretis, & ſecundum operationem fructum fidei, æterna retributione dignum redderetis. Quod quia nobis tum propter longinquitatem terrarum, & maxime propter ignotas linguas valde difficile eſt; rogamus vos (ſicut & Regi Danorum denuntiavimus) ut de junioribus, & nobilibus terræ veſtræ ad Apoſtolicam aulam mittatis, quatenus ſub alis Apoſtolorum Petri & Pauli ſacris ac divinis legibus diligenter edocti, Apoſtolicæ Sedis ad vos mandata referre non quaſi ignoti, ſed cogniti, & quæ Chriſtianæ religionis ordo poſtulaverit, apud vos non quaſi rudes aut ignari, ſed lingua, ac ſcientia, moribuſque prudentes digne Deo prædicare, & efficaciter, ipſo adjuvante, excolere va-*

PAGIUS lia Ziridum, toto conatu urbi faviſſe, ſed impedire non potuiſſe, ne tandem obſeſſi fame preſſi eandem dediderint, quod Malaterra proſa & verſibus refert:

*Deficit ut panis, populus ſuperatur inanis.*
*Sic comes accitur, caſtro pro velle potitur.*
*Arbore ſub tauri, curvantur mœnia Tauri.*

Quibus ultimis vocibus *Tauromenium* deſignat. Ita Rogerius reliqua, quæ in Sicilia Saracenis parebant oppida, ſenſim ſubigebat, & miſeros Chriſtianos in libertatem aſſerebat. Porro ex his intelligimus, *Tauromenium* Græcos Epiſcopos hoc & ſequenti ſæculo ſub utroque Rogerio, Comite nempe ac Rege, habuiſſe & Pyrrhum Rochum ac Franciſcum Scorſum, hunc in editione Operum Theophanis Ceramei Epiſcopi Tauromitani, illum in Sicilia Sacra, Cata-



*valeant.* Hæc & alia Gregorius ad Regem Norvegiæ in fine anni hujus, nempe decimooctavo Kalendas Januarii, Indictione ſecunda inchoata.



Re-

PAGIUS talogum Epiſcoporum ejuſdem Urbis ante annum nongenteſimum male abſolviſſe, exiſtimantes ſc. *Tauromenium* poſtea Epiſcopos non habuiſſe.

I. REdemptoris noſtri annus ſequitur ſeptuageſimus nonus poſt milleſimum, Indictione ſecunda, quo Romæ menſe Februarii ex more Synodus a Gregorio Papa habita eſt, in qua inveteratus dierum malorum ſenex jam octogenarius hæreſiarcha Berengarius ſæpe revocatus ad pœnitentiam, ſæpe relapſus, iterum abjurans hæreſim, jurejurando profitetur Catholicam Fidem, damnans errorem, ut ejuſdem Concilii Acta docent his verbis: (a)

(a) *Apud Gregor. l. 6. poſt. ep. 17.*

Synodus Romana agitur.

*Anno ab Incarnatione ſempiterni Principis milleſimo ſeptuageſimonono, menſe Februarii, Indictione ſecunda, Pontificatus vero domini Gregorii univerſalis Pontificis anno ſexto nondum abſoluto, ad honorem Dei, & ædificationem ſanctæ Eccleſiæ, ſalutem quoque tam corporum quam animarum, ex præcepto Sedis Apoſtolicæ convenerunt finitimi, & diverſarum regionum, & provinciarum Archiepiſcopi, Epiſcopi, religioſæque perſonæ, ut ſanctam Synodum celebrarent.*

II. *Omnibus igitur in Eccleſia Salvatoris congregatis, habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri JESU Chriſti, multis hæc, nonnullis illa prius ſentientibus. Maxima ſiquidem pars panem & vinum per ſacræ orationis verba, & ſacerdotis conſecrationem, Spiritu ſancto inviſibiliter operante, converti ſubſtantialiter in corpus Dominicum de Virgine natum, quod & in Cruce pependit, & in ſanguinem, qui de ejus latere militis effuſus eſt lancea, aſſerebat, atque auctoritatibus Orthodoxorum ſanctorum Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum modis omnibus defendebat. Quidam vero cœcitate nimia & longa perculſi, figuram tantum ſubſtantiale illud corpus in dextera patris ſedens eſſe, ſeque, & alios decipientes, quibuſdam cavillationibus conabantur aſtruere. Verum ubi cœpit res agi, prius etiam quam tertia die ventum fuerit in Synodum, defecit contra veritatem niti pars altera, nempe ſancti Spiritus ignis emolumenta palearum conſumens, & fulgore ſuo falſam lucem diverberando obtenebrans, noctis caliginem vertit in lucem Denique Berengarius hujus erroris magiſter, poſt longo tempore dogmatizatam impietatem, erraſſe ſe coram Concilio frequenti confeſſus, veniamque poſtulans & orans, ex Apoſtolica clementia meruit, juravitque ſicut in conſequentibus continetur:*

*Jusjurandum Berengarii Turonenſis presbyteri*, olim diaconi Andegavenſis.

III. Berengarii ſæpius lapſi confeſſio.

*Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per miſterium ſacræ orationis, & verba noſtri Redemptoris ſubſtantialiter converti in veram & propriam, ac vivificam carnem & ſanguinem JESU Chriſti Domini noſtri; & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de Virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in Cruce pependit; & quod ſedet ad dexteram Patris; & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere ejus effuſus eſt, non tantum per ſignum & virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ, & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc Brevi continetur, & ego legi, & vos*

PAGIUS SÆC.XI. An. Eræ Hiſp. MCXVII. Anno Hegiræ CCCCLXXI. inchoato die 4. Julii fer. 5. A. C. 1079. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6572.

☉ 24. F. ☽ 16. P. 24. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1079.

GREGORII VII. PAPÆ 7.

HENRICI IV. REG. 24.

NICEPHORI BOTONIATÆ IMP. 2.

ANum. I. ad VIII. *Anno MLXXIX. Gregorius Papa Synodum Romæ menſe Februario collegit; in qua Beringarius, jam tertio convictus, hæreſim ſuam abjuravit & anathematizavit*, inquit, Bertholdus in Chron. [1] Anonymus vero Ciſſletianus, poſtquam locutus eſt de Synodo anno ſuperiori habita, in qua Berengarius ejuravit hæreſim, ſcribit: *Ultima quoque generali Synodo ſub Gregorio Papa VII. anno dom. Incarnat. MLXXIX. ipſi interfuimus, & vidimus quando Beringerius in media Synodo conſtitit & hæreſim de Corpore domini, coram omnibus propria manus ſacramento abdicavit ſub præſentia Gregorii Papæ, Henrici Patriarchæ Aquileienſis, & Reverendiſſimorum Epiſcoporum Petri Albanenſis* (Ignei cognominati) *beati Anſelmi Lucenſis, Landulfi de Piſa, Reginherii de Florentia, Hugonis Dienſis, Altſmanni Pa-*

Synodus Romana VI. ſub Gregorio VII.

NOTÆ [1] NOn unicum, ſed duplex concilium celebratum hoc anno fuiſſe Romæ demonſtrat P. Hanſizius German. Sacr. t. I. pag. 266. quod ille eruit ex relatione ſeu Chronico MS. Bertholdi multo præ editis auctiore. Ex his primum celebratum fuiſſe demonſtrat die 11. Februarii, alterum vero intra hebdomadam Pentecoſtes. Vide Bollandiſtas ad diem 8. Auguſti pag. 363. Duplex hæc Romana Synodus vel in noviſſima Veneto-Labbeana Conciliorum editione nondum diſtincta eſt. MANSI



*vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.*

*Tunc Dominus Papa præcepit Berengario ex auctoritate Dei omnipotentis, & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ut de corpore & ſanguine Domini numquam ulterius cum aliquo diſputare, vel aliquem docere præſumeret, excepta cauſa reducendi ad fidem hanc eos, qui per ejus doctrinam ab ea receſſerant.* Hactenus de Berengario in Synodo.

IV. Extra Synodum vero foris exiſtens ſchola Phariſæorum, conventus malignantium, ſchiſmatici Cardinales (juxta illud Evangelicum: (a) *Qui non colligit mecum diſpergit*) monſtruoſas calumnias in Gregorium commenti ſunt; adeo ut ſui magnitudine, & deformitate nec adverſariis ipſis fuerint perſuaſæ. Audi eorum anteſignanum Bennonem iſta ſcriptis proclamantem, & delirantem: *Idem præſumptor, Gregorius Papa ſcilicet, jejunium indixit Cardinalibus, ut Deus oſtenderet, quis rectius ſentiret de corpore Domini, Romana ne Eccleſia, an Berengarius. Per hoc manifeſte probatus infidelis, cum in Nicæno Concilio ſcriptum ſit: Quia dubius in Fide, infidelis eſt. Et de corpore Domini ſignum quæſivit, quod petente beato Gregorio ad firmandam mulieris fidem contigit, quando panis Chriſti formam accepit digiti. Et miſit duos Cardinales, Ottonem, & Cunonem ad ſanctam Anaſtaſiam, ut cum Suppone ejuſdem Eccleſiæ Archipresbytero triduanum jejunium peragerent, & illis tribus diebus ſinguli per dies ſingulos Pſalterium, & Miſſas decantarent, ut ſupra dictum ſignum eis Chriſtus oſtenderet, quod minime contigit.* Et paulo inferius:

(a) *Luc. 11.*

Schiſmatici horrenda fingunt mendacia in Greg. Pap.

V. *Joannes Portuenſis Epiſcopus, qui intimus fuerat, & a ſecretis Hildebrandi, aſcendit in ambonem beati Petri, & inter multa, audiente Clero, & populo, ait: Tale quid fecit Hildebrandus, & nos, unde deberemus, vivi incendi, ſignificans de Sacramento corporis Domini, quod Hildebrandus reſponſa divina quærens contra Imperatorem, fertur injeciſſe igni, contradicentibus Cardinalibus, qui aſſiſtebant ei.* Hæc Benno ſchiſmaticus, iſthæc & alia plura id genus excogitans, ſcriptiſque mandans, quo exiſtimari potuiſſet juſte depoſitus Gregorius jam Pontifex tot annorum.

VI. In Moguntino (b) conciliabulo, contra eumdem Gregorium celebrato (de quo dicendum inferius) in quo ipſe Gregorius impie depoſitus ab impiis fuit, damnatus aſſeritur, quod eſſe falſe diceretur antiquus diſcipulus Berengarii. Quid ſi ipſa Acta Concilii non extarent ſuperius recitata, quibus Berengarii error damnatur, & Berengarius ipſe eumdem damnare compellitur? Quid inſuper impius præmiſſa jejunia ante Concilium damnat, cum id moris antiqui fuerit, & ritus Eccleſiaſtici, ut Concilia præcedente jejunio inchoentur? & quam proficue? cum in eo veternoſus ſerpens Berengarius, ſpectantibus & audientibus omnibus, virus evomuerit hæreticæ pravitatis, confeſſuſque eſt Catholicam Fidem. Quam repugnant iſta, ut aſſeratur Gregorius particeps Berengarii, & per eum ipſe Berengarius inductus ſit ad Catholicam Fidem? ſed & quam certus aſſertor ſemper fuerit, in nullo hæſitans, veritatis, & certitudinis corporis & ſanguinis Chriſti, legat Lector ejus epiſtolam, (c) ſcriptam primo anno ſui Pontificatus ad Mathildem, qua hortatur eam Sacramento ſacratiſſimæ Euchariſtiæ uti frequenter. Nos dignas Deo vindici veritatis gratias agimus, qui poſt naufragia, quibus quamplurimæ Gregorii epiſtolæ periiſſe noſcuntur, eam integram voluerit conſervari in teſtimonium integerrimæ ejuſdem Gre-

(b) *Urſperg. in Chron. n. 1080.*

Monſtruoſa mendacia confutantur.

(c) *Greg. l. 1. ep. 47.*



PAGIUS *tavienſis, & reliquorum centum quinquaginta Epiſcoporum & Abbatum, & innumerabilium clericorum.* Tertiam fidei formulam Berengario propoſitam, quam ipſe publice lectam, non catholico animo, ſed metu ſupplici confirmavit ſacramento, ac ſubſcripſit, recitat Baronius num. III. De hoc Concilio Hugo Flaviniacenſis, qui hoc tempore vixit, in Chron. Virdun. pag. 214. hæc habet: *maxima pars panem & vinum per ſacræ orationis verba & Sacerdotis conſecrationem Spiritu Sancto inviſibiliter operante converti ſubſtantialiter in Corpus dominicum, quod in Cruce pependit, & in Sanguinem, qui de ejus latere fluxit, aſſerebat. Quidam vero cæcitate nimia perculſi figuram tantum adſtruebant. Verum ubi res cœpit agi, priuſquam tertia die ventum foret in Synodum, defecit contra veritatem niti pars altera. Denique Berengarius, hujus erroris magiſter poſt longo tempore dogmatizatam impietatem erraſſe ſe coram Concilio confeſſus, veniam poſtulatam ex Apoſtolica clementia meruit, juravitque ſic.* Refert poſtea Juramentum, de quo ſupra.

II. In ea Bereng. hæreſim abiurat.

Narrato illo juramento ſubjungit Hugo Flaviniacenſis: *Tunc domnus Papa præcepit Berengario ex auctoritate Dei Omnipotentis, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ut de Corpore & Sanguine Domini nunquam ulterius cum aliquo diſputare vel aliquem docere præſumeret, excepta cauſa reducendi ad fidem hanc eos, qui per ejus doctrinam ab ea receſſerant.* Tum, vel ſaltem anno ſequenti dedit ei literas commendatitias a Dacherio Tom II. Spicilegii pag. 508. recitatas: *Gregorius ſervus Servorum Dei omnibus beato Petro fidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: notum vobis omnibus facimus nos anathema feciſſe ex auctoritate Dei Omnipotentis Patris & Filii, & Spiritus ſancti, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli omnibus, qui injuriam aliquam facere præſumpſerint Berengario Romanæ Eccleſiæ filio, vel in per-*

Gregorii de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento confeſſionis: qua vel una obſtruatur os calumniantium ſchiſmaticorum. Qui igitur tam magnifice, tanta cum laude de Sacramento Euchariſtiæ ſenſit ac ſcripſit, quam diſpar eſt, ut fingi poſſit eodem ad vetitam divinationem abuſus, nec clandeſtino ſcelere, ſed palam coram omnibus Cardinalibus? ſunt hæc ſimillima reliquis ſuperius enarratis ab eodem auctore confictis portentis. Quouſque autem adhuc Berengarius vixerit, quotove Redemptoris anno diem obierit, ſuo loco dicturi ſumus.

VII. S. Bruno Signiæ epiſcopus.

In hoc Concilio diſputaſſe adverſus Berengarium ſanctum Brunonem, qui paulo poſt Signiæ fuit creatus Epiſcopus, ejus vitæ Acta teſtantur. Claruit iſte doctrina & ſanctitate hoc ſæculo, natus in Longobardia in villa Soleria, patre Andrea & matre Vvilla, educatus in monaſterio ſancti Perpetui Aſtenſis Epiſcopatus, inde Senis inter canonicos cooptatus, atque Romam veniens a Petro cognomento Igneo Epiſcopo Albanenſi ſuſceptus hoſpitio, hoc anno adverſus Berengarium diſputavit, & Signinæ eſt præfectus, licet invitus, Eccleſiæ, cogentibus eum oſtenſis divinitus viſionibus, quæ narrantur in vita ipſius, & Petrus diaconus ex parte refert in appendice ad (a) Leonem, qui tamen dum ait, ſub Paſchali Papa creatum Epiſcopum, redarguitur ab auctore vitæ ipſius, ejuſdem ſæculi ſcriptore, qui ait eum a Gregorio Septimo creatum Epiſcopum, ſediſſeque annos quadragintaquatuor uſque ad annum quintum Pontificatus Calliſti Papæ Secundi. Sed de ipſo ſæpe dicendum inferius. Jam redeamus ad Acta Concilii, quæ ſic pergunt:

(a) *Chron. Caſſ. l. 4. c. 33.*

VIII. Legati regum ſynodo interfuere.

*His itaque pie & feliciter actis, inter multas proclamationes conqueſti ſunt Legati Regis Rudolphi ſuper Henrico, quod nulli loco, nullique perſonæ parcens, *religionem Tranſalpinam contereret & conculcaret, neminem debitus honor vel reverentia, vel dignitas tueretur, & ceu vilia mancipia non modo ſacerdotes, ſed etiam Epiſcopi, Archiepiſcopique caperentur, vinculiſque manciparentur, partimque trucidarentur. Decreverunt ergo quamplures Concilii, in illius tyrannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo. Juraverunt igitur Legati Henrici Regis illud, quod in ſequentibus ſcriptum reperitur.*

* al. regionem.

*Sacramentum Nuntiorum Henrici Regis.*

Juramentum legatorum Henrici Reg.

*Legati domini mei Regis ad vos venient infra terminum Aſcenſionis Domini, exceptis legitimis * ſoniis, id eſt morte, vel gravi infirmitate, vel captione, abſque dolo, qui Legatos Romanæ Sedis ſecure ducent, & reducent. Et dominus Rex obediens erit illis in omnibus, ſecundum juſtitiam & judicium illorum. Et hæc omnia obſervabit abſque dolo, niſi quantum ex juſſione veſtra remanſerit. Et hæc juro ex præcepto domini mei Regis Henrici.*

*

*Item jusjurandum Nuntiorum Rudolphi Regis, itidemque Rudolphi quod ſequitur.*

IX. Juramentum legatorum Rudolphi Reg.

*Si colloquium ex veſtro præcepto conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore, a vobis definito ante præſentiam veſtram, vel Legatorum veſtrorum, dominus noſter Rex Rudolphus vel ipſe veniet vel Epiſcopos, & fideles ſuos mittet, paratuſque erit judicium, quod ſan-*

PAGIUS *perſona, vel in omni poſſeſſione ſua, vel qui eum vocabit hæreticum: quem poſt multas quas apud nos, quantas voluimus, fecit moras, domum ſuam remittimus, & cum eo fidelem noſtrum Fulconem nomine.* Inde ſumta occaſio a *Bennone* Schiſmatico aſſerendi, Gregorium erroris Berengarii participem fuiſſe; quam calumniam Baronius qui tamen hanc Epiſtolam non viderat, num. VI. recte confutat.

III. *A S. Brunone epiſc. & B. Vuolphemo Abbate refellitur.*

In hoc Concilio adverſus *Berengarium* diſputarunt *Sanctus Bruno*, qui poſtea Signiæ Epiſcopus fuit, & Beatus *VVolphemus* Abbas Brauvillerenſis Epiſtolam ad *Meginhardum* Abbatem adverſus Berengarii hæreſim dedit, quam refert Conradus Monachus in ejus Vita apud Surium die XXII. Aprilis, & Bollandum ad eundem diem. Diſſitum illud monaſterium aliquot millibus paſſuum ab urbe Colonienſi, in quo *Conradus*, poſtquam per aliquot annos Canonicus Eccleſiæ Cathedralis illius civitatis extitiſſet, vitam traduxit, & eorum quæ de *VVolphemo* narrat, teſtis ut plurimum oculatus fuit. De eo cap. 1. ſcribit: *Fervebat in eo magnifice ſtudium jugi exercitatione Scripturarum: & quoniam ſcientiæ illius theſaurus non occultabatur abſconditus, fiebat ubique fama vulgante celeberrimus. Hinc non minor de longinquo, quam ex proximo ſtudioſorum illorum Clericorum expetebat frequentia, præſenti auditu cupientium experiri, quanta in illo veri Salomonis vigeret ſapientia.* Tum cap. 2. *Iſtis diebus Francia turbabatur per Berengarium Turonenſem, qui aſſerebat Euchariſtiam, quam ſumimus in altari, non eſſe revera Corpus & Sanguinem Chriſti. Unde contra eum & pro eo multum a multis & verbis & ſcriptis diſputatum eſt. Adverſus quem etiam extat hujus beatiſſimi viri Epiſtola, ad quemdam Meginhardum Abbatem Gladebacenſem edita* ( eſt Gladebacum monaſterium in agro Juliacenſi cum oppido adjuncto poſitum), *firmiter undique veritatis aſſertione ſubnixa, qui quaſi filius patrem conſuluit ſuper hujus quæſtionis definitione: quam licet attexere ſit longum, utilitati tamen proſpicientes legentium, non incongruum duximus præſenti inſerere opuſculo.* Sed ea Epiſtola ibidem legenda. *VVolphemus* miraculis in vita & poſt mortem clarus *decimo Kalendas Maji* obiit *anno milleſimo nonageſimo primo dom. Incarnat.* inquit idem Conradus.

IV.

A num. VIII. ad XVI. Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. cap. XI. de Conci-



*ſancta Rom. Eccleſia decreverit de cauſa regni, ſubire, nulloque malo ingenio conventum a vobis ſive Legatis veſtris conſtitutum impediet. Et poſtquam certum, inde veſtrum Nuntium videbit de pace in regno conſtituenda & confirmanda, ſtudebit ut legatio veſtra provenire ad pacem regni & concordiam poſſit. Hæc & omnia obſervabuntur, niſi quantum ex veſtra certa licentia remanſerit, vel ex impedimento legitimo, ſcilicet morte, vel gravi infirmitate, vel captione, ſine dolo.* Hucuſque Acta Synodi in his, quæ ſpectant ad legationes Regum ad Synodum miſſas.

X.

Sed quomodo iſta ſe habuerint, & quæ hæc ſequuta ſint, ipſe Gregorius narrat in decreto excommunicationis, promulgato anno ſequenti, ſuo loco inferius recitando, quo innoteſcit, duos Legatos a Rege Henrico hoc anno Romam ad Synodum veniſſe, & quæ dicta ſunt, promiſiſſe, hoſque fuiſſe duos Epiſcopos, nempe Virdunenſem & * Olemburgenſem; ipſum vero Henricum Regem hoc anno contra jusjurandum impediſſe, ne colloquium indictum aliquo modo fieri poſſet. Toleraſſe tamen iſta ipſum Gregorium, expectaſſeque uſque in annum ſequentem, ſi forte Rex perperam factum aliquo pacto corrigere vellet; ſed fruſtra. Rebus enim bellicis eidem proſpere ſuccedentibus, contemnere prorſus cœpit Henricus Gregorium Papam, quem hactenus ſe colere & frequentare obſequiis ſimulavit, timens ſibi, regnoque ſuo. Hoc namque anno ( ut Albertus ait ) iterum collatis ſignis dimicatum eſt inter Henricum atque Rudolphum juxta Fladesheim, ubi in primo congreſſu Saxones terga verterunt.

* f. Oſenbruggenſem.

Henricus Rex perjurus contemnit pontificem.

In hac eadem Synodo Petro Igneo, de quo ſuperius dictum eſt, creatum fuiſſe Epiſcopum Albanenſem, injunctam legationem in Germaniam, eique adjunctum Udalricum Epiſcopum Patavinum, tradit Bertholdus in Chronico hoc anno.

Poſt hæc autem quæ in Synodo geſta ſint, Acta ſic narrant: *Juravit item eodem tempore Archiepiſcopus Aquilejenſis*, nuper electus & confirmatus, *Henricus ſecundum hæc verba:*

XI. Juramentum Patriarchæ Aquilejenſis.

*Ab hac hora & in antea fidelis ero beato Petro & Papæ Gregorio ſuiſque ſucceſſoribus, qui per meliores Cardinales intraverint. Non ero in conſilio, neque in facto, ut vitam, aut membra, aut Papatum perdant, aut capti ſint mala captione. Ad Synodum, ad quam me vocabunt vel per ſe, vel per ſuos Nuntios, vel per ſuas litteras, veniam & canonice obediam; aut ſi non potero, Legatos meos mittam. Papatum Romanum, & Regalia ſancti Petri adjutor ero ad retinendum & defendendum, ſalvo meo ordine. Conſilium autem quod mihi crediderint per ſe, aut per Nuntios ſuos, ſive per litteras, nulli pandam me ſciente, ad eorum damnum. Legatum Romanum eundo & redeundo honorifice tractabo & in neceſſitatibus ſuis adjuvabo. His, quos nominatim excommunicaverint ſcienter non communicabo. Romanam Eccleſiam per ſæcularem militiam fideliter adjuvabo, cum invitatus fuero. Hæc omnia obſervabo, niſi quantum ſua certa licentia remanſerit.* Ex his eximiam ſibi laudem comparavit Archiepiſcopus Aquilejenſis, quod eo tempore, quo reliqui defecerunt ab Eccleſiæ Apoſtolicæ obedientia, ipſe juramento arctius ſe conjunxit. Pergunt reliqua Actorum:

XII.

*Excommunicati ſunt in eadem Synodo ſine ſpe recuperationis Archiepiſcopus Narbonenſis, Thedaldus dictus Archiepiſcopus Mediolanenſis, Sigefridus dictus Epiſcopus Bononienſis, Rolandus Tarviſienſis: item Epiſcopi Firmanus, & Camerinus, hique omnes cum ſequacibus ſuis tam clericis, quam etiam laicis.* Ad poſtremum ſic miſſum juramentum Epiſcopi Regienſis, Acta continent:

*Ego Gandulphus Regienſem Epiſcopatum contra interdictum veſtrum, aut veſtri Legati, octo diebus non tenebo, neque aliquo inveniam ſtudio, quo veſtræ le-*

PAGIUS lio Romano VI. ſub eo Pontifice coacto hæc ſcribit: *Anno ab Incarnat. Domini MLXXIX. menſe Februario, indict. II. Pontificatus vero domini Gregorii ſeptimi Papæ VII. Legati Regis Rodolphi ſuper Henricum proclamaverunt, quod nulli loco, nullique perſonæ parcens, regiones tranſalpinas contereret & conculcaret; neminem debitus honor vel reverentia tueretur, & ceu vilia mancipia, non modo Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopi & Archiepiſcopi caperentur, vinculiſque manciparentur, partimque jam trucidarentur. Decreverunt ergo quamplures Concilii, in illius tyrannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo, ſimul & illud attendens, quod Petro Albanenſi* ( Igneo cognominato) *& Altmanno Battavenſi* ( ſeu Patavienſi ) *Epiſcopis de eodem negotio ſcribens, inter cætera dicit: Sic vos utrique parti communes, & ab omni ſuſpicionis nævo, quantum in vobis eſt, cum divinæ gratiæ adjutorio exhibete immunes, ut juſtitiæ ſemper, & nullo modo partibus faveatis, ſicut habetis formam noſtram: qui videlicet, poſtquam judicium tanti hujus negotii in manu B. Petri commiſſum eſt, nihil aliud teſtibus vobis intendimus, niſi ut per juſtitiæ ſemitam incedamus. Ad nullam partem ſinceritatem Apoſtolicæ diſcretionis infleximus, ut nullis promiſſionibus aut erroribus ceſſimus, nec aliud unquam, Deo protegente, acturos nos confidimus.*

*In Concilio Romano VI. querelæ latæ adverſus Henricum Regem.*

V.

Narrat poſtea Legatos Henrici Regis, *qui prædictæ querelæ ſuper eumdem prolatæ præſto fuerunt*, juraſſe iterum compromiſſum, ac promiſiſſe ex præcepto ejuſdem Regis, ſe ad Ponti-

*legationi reſiſtatur. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.* Hucuſque ibi de rebus in Synodo geſtis. Porro alia quoque diverſorum Epiſcoporum in eadem Synodo agitata eſſe, docet epiſtola ejuſdem Gregorii, ibi tum de his data. Abſoluta autem Synodo, Gregorius Legatos miſit in Germaniam ad componendas diſcordias inter Reges. Teſtatur id ipſe Gregorius in epiſtola ad Mathildem hoc anno datam quinto Nonas Martii, verbis iſtis: (a) *Legatus Regis in præſentia univerſalis Synodi juravit ex præcepto domini ſui, eum noſtris mandatis per omnia obtemperaturum. Ea quoque de cauſa & ſpe nos jam miſiße Legatos noſtros, credo tuam ſcientiam non latere.*

(a) *Greg. l.6. ep.22.*

De immunitate monaſt. Cluniacenſis.

Quod rurſus ad idem Romanum Concilium ſpectat, invenimus ibidem confecta Acta de immunitate monaſterii Cluniacenſis, his verbis:

*Dominus, ac beatiſſimus Papa Gregorius VII. anno Pontificatus ſui VII. in baſilica Lateranenſi, quæ & Conſtantiniana dicitur, in honore Salvatoris, & beati Joannis Baptiſtæ ſacrata, Concilium generale celebrans, indicto cunctis ſilentio, ſurrexit & dixit: Noveritis fratres, & ſacerdotes noſtri, immo tota hæc ſancta Synodus cognoſcat, & ſciat, quia cum ultra montes multa ſint monaſteria ad honorem Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli votabiliter, & religioſe fundata; inter omnia quoddam in partibus illis habetur, quod quaſi peculiare & proprium beato Petro, & huic Eccleſiæ ſpeciali jure adhæret, Cluniacum videlicet, ad honorem, & tutelam hujus ſanctæ, & Apoſtolicæ Sedis ab ipſis primordiis principaliter aſſignatum, & faciente divina clementia, ſub religioſis, & ſanctis Abbatibus ad id uſque dignitatis, & religionis pervenit, ut cæteris monaſteriis quamvis multum antiquioribus (quantum ipſe cognoſco) in Dei ſervitio, & ſpirituali fervore præcellat, ut nullum in terra illa (quod ego ſciam) huic omnino valeat adæquari. Nullus enim Abbas umquam ibi fuit, qui ſanctus non fuerit. Quin Abbates, & monachi hujus ſemper Eccleſiæ filii nullo modo degeneres extiterunt, nec curvaverunt genua ſua ante Baal, & Baalim, nec Jeroboam, ſed hujus ſanctæ Romanæ Sedis libertatem, dignitatemque imitantes, quam ab origine traxerunt, nobiliter ſibi per ſucceſſionis ſeriem, auctoritatem ſervaverunt. Non enim alicui umquam alienæ, vel terrenæ poteſtati colla ſubdiderunt, in ſola beati Petri, & hujus Eccleſiæ ſubjectione defenſioneque permanentes.*

*Et idcirco volumus, atque Apoſtolica auctoritate firmamus, & contradicimus, ut nulla unquam perſona parva, vel magna ſive poteſtas aliqua, non Archiepiſcopus, non Epiſcopus, nullus Regum, Ducum, Marchionum, Principum, Comitum, nec etiam aliquis Legatus meus ſupra illum locum & monaſterium umquam bigam ſuam aperiat, aliquamve exerceat poteſtatem. Verum juxta tenorem privilegii noſtri, & anteceſſorum noſtrorum auctoritatem & libertatis immunitatem ſibi ab hac Sede conceſſam, integram, perpetuamque omnino poſſideat, & tantummodo ſub alis Apoſtolicis ab omni æſtu, & turbine impugnationis reſpiret, & in gremio hujus ſanctæ matris Eccleſiæ ad honorem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli in perpetuum dulciſſime quieſcat.*

*Et ita vertens ſe Dominus Papa ad dextram partem ſynodalis conventus, percunctatus eſt eos, dicens: Placet ita vobis? laudatis? Reſponderunt, Placet, laudamus. Vertens ſe iterum in ſiniſtram, eodem modo interrogavit; Eodem quoque modo reſponſum eſt a ſancto conventu, Placet, laudamus. Poſt hæc verba ſtando in throno Pontificali perorata dominus Papa ſedit.* Hactenus Acta, quæ legimus in Chronico ſcripto monaſterii Cluniacenſis, collecto, a Joanne a Boſco Cæleſtino ad noſque hoc anno Romam allato.

Eodem tempore Maſſilienſes monachos virum ſanctiſſimum Abbatem ſuum Bernardum, inde ab eodem Gregorio Papa abſtractum, & ad legationum functionem adhibitum (quem & fungentem legatione in Germania, ab Henrici Regis hominibus captum (b) vidimus) requirentes idem Gregorius his literis conſolatur (c): XIII.

(b) *Id. l.5. ep.7.*
(c) *Id. l.6. ep.15.*

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimis Fratribus in Monaſterio Maſſilienſi commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

De abſentia Bernardi abbatis Maſſil. conſolatur monachos.

*Contriſtavi vos, immo B. Petrus commovit, turbavit, & ipſe ſanabit: Filius namque illius Abbas veſter venit ad nos, & pro ejus amore factus eſt obediens, uſque ad corporis captionem, & quia paratus fuit, ſi oporteret, mori, & ex hoc habebit retributionem. Sed ſicut ſcitis*

PAGIUS

*Miſſi a Greg. VII. Legati in Germaniam.*

tificem venturos *infra terminum Aſcenſionis domini*, & Legatis Romanæ Sedis in omnibus parituros, *ſecundum juſtitiam & judicium illorum*. Quod itidem Legati Rudolphi Regis jurarunt. Denique recitat Epiſtolam Gregorii VII. Præſulibus in Saxonico & Teutonico Regno commanentibus, cunctiſque aliis, in qua ait ſe in hac Synodo ſtatuiſſe, ut nullus Legatis ſuis obſiſtere præſumat, ſed uſque ad diem ab illis ſtatutum firmam pacem omnes obſervent.





*tis, fratres mei, rari ſunt boni, qui etiam Deo in pace ſerviant; ſed rariſſimi, qui pro illius amore perſecutiones non timeant; vel qui ſe contra inimicos Dei indubitanter opponant. Proinde Chriſtiana religio (heu proh dolor) pene deperiit, & impiorum ſuperbia nimis accrevit. Prædictus autem pater * noſter revera Apoſtolorum Principem diligens, in ejus acie nobis adhæſit, & adjutorium Chriſto gubernante, nobis impendit, non*

* *f. veſter.*

XIV. *ſurda aure intendens, quod dicit Apoſtolus:* (a) *Si fuerimus ſocii paſſionum, erimus & conſolationum.* Hæc quæſo conſiderent, qui Gregorii Papæ Acta reprehenſione digna putarunt: quotquot enim habuit præſens tempus viros ſanctitate atque doctrina celebres, hos cunctos liquet adhæſiſſe Gregorio, qui omnes, quæ ab illo geſta ſunt, verbis ſcriptiſque, atque laboribus ſubeundis defendere conati ſunt: ut ſanctus Hugo Abbas Cluniacenſis, ſanctus Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, Bernardus iſte laudatiſſimus Abbas Maſſilienſis, Deſiderius Abbas Caſſinenſis, S. Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus, Lanfrancus Cantuarienſis, & alii omnes, quos conſtat averſatos eſſe Henricum Regem, non ſecus ac Eliam prophetam Achabum Regem. Quæ ſola, ſi ut (ut par eſt) digne penſentur, plus ſatis ad Gregorii defenſionem eſſe invenientur. Pergit vero Gregorius:

(a) *2. Cor. 1.*

Viri ſanctiſſimi Greg. inhæſerunt.

XV. *Sed quia charitas (licet ratio vos conſoletur) ad dolorem vos impellit, eo quod tantum patrem, tamque vobis dulcem quaſi longo tempore amiſeritis, rogamus vos ex parte omnipotentis Dei, & amore B. Petri, patienter ſupportate nos, quia cito, Deo adjuvante, eum vobis lætum remittemus. Et ex hoc auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis, nobis valde indignis commiſſa, indulgentiam omnium peccatorum veſtrorum promittimus, & abſolutionem cum benedictione concedimus &c.* Spiritualem eorum protectionem, ſicut & Cluniacenſium pollicetur. Data eſt epiſtola hoc anno, quarto Nonas Januarii. Porro eumdem Abbatem Bernardum vinculis abſolutum ex Germania in Hiſpaniam Legatum ab eodem Gregorio Papa miſſum eſſe, ſequens docet (b) epiſtola, ſcripta ad Epiſcopum Gerundenſem, & ad Centullum Comitem. Contigit autem hoc eodem anno eumdem Bernardum ex hac vita decedere; in cujus locum idem Gregorius ſubrogavit fratrem ipſius Richardum Cardinalem in Abbatem Maſſilienſem, quem etiam & Legatum in Hiſpanias miſit, ut ejuſdem Gregorii Papæ (c) litteræ hoc anno, menſe Novembri datæ ſignificant.

(b) *Greg. l.16. ep.6. & 20.*
(c) *Id. l.7. ep.7. & 8.*

XVI.

Inter alia autem negotia, quæ tunc in Hiſpania agenda erant, Gregorium maxime angebat diſcordia, quæ oborta erat inter filios Raymundi Berengarii poſt obitum patris. Erat iſte Comes Barchinonenſis, præſtans viribus atque conſiliis, adverſus Sarracenos, quos diſcordia filiorum revaleſcere, & vires ſumere Gregorius pertimeſcebat. Quamobrem ut eos ſimul conciliaret, iſta ſcribit ad (d) Gerundenſem Epiſcopum, itidem Berengarium nominatum: *In primis negotium tibi, de quo multum curamus, injungimus. Comperimus enim, quod inter filios Raymundi Berengarii per vanitatem & ſuperbiam, & maxime per conſilium impiorum, nimirum ex invidia diaboli, diſcordia oritur; & ego inde nimis contriſtor, tum pro amore patris eorum, qui me ſatis, ex quo cognovit, dilexit: tum etiam quia ſuper Chriſtianam gentem, quæ in partibus illis magno impiorum Sarracenorum odio laborare dignoſcitur, grave ſentio periculum imminere. Unde præcipimus tibi, ut adjunctis tecum religioſis vicinis tuis, Abbatibus ſcilicet, Tumerienſe, Ripollenſe & S. Cucufati, & quoſcumque alios Deum timentes clericos, lai-*

(d) *Id. l.6. ep.16.*

Greg. inter filios Raymundi Berengarii pacem procurat.

PAGIUS VI.

*Gregorius filios Raimundi Berengarii I. Comitis Barcin. conciliare conatur.*

Ad num. XVI. & ſeq. Raimundus Berengarii Comes Barcinonenſis hujus nominis I. de quo ſupra locuti ſumus, anno MLXXVI. demortuus, poſtquam in Comitatu XLII. annis vixiſſet, duos reliquit filios, *Berengarium* ſcilicet *Raimundi*, & *Raimundum Berengarii* hujus nominis II. inter quos poſt obitum patris exortam fuiſſe diſcordiam intelligitur ex literis Gregorii VII. lib. VI. Epiſt. XVI. a Baronio recitatis, ſcriptiſque ad Berengarium Epiſcopum Gerundenſem. De ea diſſenſione agit Auctor Anonymus de Geſtis Comitum Barcinonenſium, a Baluzio in Marca Hiſpanica editus qui cap. XV. ait, poſt Raimundum Berengarii Comitem Barcinonenſem habenas Comitatus ſuſcepiſſe Raimundum Berengarii ejus filium, armis ſtrenuiſſimum, additque: *Huic pater dederat uxorem filiam, ſcilicet* Rotberti *Guiſcardi Ducis Apuliæ & Meſſinæ, ex qua genuit filium ſuo pariter nomine Raimundum Berengarii nuncupatum. Berengarius itaque Raimundi frater ejus major, videns ſe deſpectum a patre, in hoc quia ipſum non hæreditavit, pro eo quia major, tam nobili ſuo fratri invidens, ipſum plurimum odio habuit, intantum ut quadam die illum, inſtigante diabolo,* &c. *adhuc valde juvenem, heu proh dolor interfecit. Tenuitque Comitatum ſupradictus Raimundus Berengarii VII. annis*, &c. *Actum fuit hoc Chriſti anno MLXXXII.* Quare omnis Gregorii VII. conatus, ut utrumque fratrem ad concordiam reduceret, irritus fuit. Porro *Roberto* Calabriæ Duci quinque filiæ fuere, teſte Guillelmo Apulienſi lib. 2. quarum *Mathildis* Raimundo Berengarii II. Comiti Barcinonenſi, præfati Raimundi filio primum nupſit, deinde *Aimerico* II. Vicecomiti Narbonenſi. Idem Guillelmus lib. 4. nuptias Raimundi attigit, ſed nomen uxoris tacet. At de Mathildis nuptiis agunt Joannes Archidiaconus Barenſis in Hiſt. Inventionis Sancti Sabini cap. 1. & Catellus lib. 4. Rer. Occid. pag. 583. Quare perperam

*laicoſque poteris invenire, pacem inter illos reformare & componere ſtudeas. Quod ſi acquieſcere monitis veſtris fortaſſe noluerint, oſtenſis eis præſentibus litteris, ad tuendam eos treugam firmiſſimam uſque ad determinatum tempus, ex auctoritate noſtra conſtringite; infra quod nos tales illuc ex latere noſtro Nuntio dirigamus, qui cauſam litis eorum ita juſte definiant, ut non ſe ad gratiam alicujus nec præmio, nec favore deflectant.*

XVII. *Porro hoc illis debes firmiter inculcare, quia ſi nobis inobedientes extiterint, & in fraterno odio remanere, diabolo inſtigante maluerint; illi quidem, ex cujus culpa, vel ſuperbia pax iſta remanſerit, gratiam ſancti Petri auferimus, eumque ſicut membrum diaboli, & deſolatorem Chriſtianæ religionis cum omnibus fautoribus ſuis feſtinabimus a communione Chriſtianæ ſocietatis abſcindere; ita ut nullam deinceps victoriam in bello, nullam proſperitatem habere poſſit in ſæculo. Alteri vero, qui humiliter paci conſenſerit, debitamque obedientiam Apoſtolicæ Sedi exhibuerit, ſtatuemus ex gratia ſancti Petri inexpugnabile Apoſtolici favoris auxilium, eumque (ſicut filium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ condecet) ad obtinendam hæreditatem, dignitatemque paternam modis omnibus procurabimus adjuvare, & omnibus Chriſtianis in partibus illis, ut ei faveant, eumque ad obtinendum principatum adjuvent, Apoſtolica auctoritate præcipiemus &c.* Hæc & alia Gregorius hoc anno, quarto Nonas Januarii in Hiſpaniam ſcripſit. Ex quibus redarguas eos, qui Raymundi Berengarii tempora longe poſt hæc poſuerunt, & eos, qui Raymundum Berengarium unum Principem diviſerunt in duos. Quæ autem poſt hæc ſecuta ſint, ſi ſcire cupis, eos qui proſecuti ſunt res Hiſpaniarum, conſulas: iſta nobis ſatis ad inſtitutum, cum nec, quæ illi habent, ſint adeo comperta.

Qua etiam die Gregorius (*a*) ſcribens ad Hugonem Cluniacenſem abbatem, expoſtulat, quod calamitoſo iſto tempore Ducem quemdam valde probum, fide integrum, multis proficuum recepiſſet inter monachos Cluniacenſes, quem ad plurimorum ſalutem præſtabat in ſæculo commorari. Cui inter alia: *Tuliſti & recepiſti Ducem in Cluniacenſem quietem, & feciſti, ut centum millia Chriſtianorum careant cuſtode.* Quiſnam iſte Dux fuerit, non exprimitur. Magni quidem nominis fuiſſe virum, ex ejuſdem Pontificis querela implacabili iiſdem inſinuata litteris, poſſumus intelligere. Nam in fine: *Confido*, inquit, *de miſericordia Dei, quod charitas Chriſti, quæ in te ſolet habitare, me vindicando, cor tuum transfodiet, & quantus mihi dolor eſſe debeat de bono Principe ablato matri ſuæ*, Romanæ Eccleſiæ ſcilicet, *oſtendet*. Hæc ipſe, cum pluribus queſtus eſſet, quam difficile illis temporibus fuerit bonum reperire Principem, cæterum plurimos non deeſſe ex omni hominum genere monachos, qui in cœnobiis Deo ſerviant. XVIII. (*a*) Id. l. 6. ep. 17. Ducem optimum factum monachum doluit Gregorius.

Præ-

PAGIUS Surita lib. 1. cap. 24. hoc matrimonium in dubium revocavit, recteque Didacus in Hiſt. Comitum Barcinon. lib. 2. cap. 78. oſtendit, *Mathildem* poſt mortem Raimundi nupſiſſe *Aimerico* II. Vicecomiti Narbonenſi, eoque matrimonio natum Aimericum alterum, quem fratrem ſuum vocat Raimundus Berengarii filius Mathildis in ſuo teſtamento. Baronius duos Raimundos in unum confundit, non animadvertens plures ejuſdem nominis Comites Barcinone præfuiſſe, ſcilicet *Raimundum* I. *Raimundum* II. duoſque alios, qui eis ſucceſſere.

VII. *Hugo I. Burgundiæ Dux fit Monachus Cluniacenſis.* Ad num. XVIII. Gregorius VII. Epiſtola XVII. libri ſexti data *quarto Nonas Januarii, indict. II.* ad Hugonem Cluniacenſem Abbatem, queritur, quod *Ducem in Cluniacenſem quietem* receperit, quia, inquit, *vix aliquis Princeps bonus invenitur, Monachi vero, Deo miſerante, Sacerdotes & milites, & non pauci pauperes, per diverſa loca, qui Deum timent, reperiuntur*. Baronius ait, ex ea Sanctiſſimi Pontificis querela intelligi eum Ducem magni nominis fuiſſe, ſed illud in iis literis non exprimi. Verum Gregorium loqui de *Hugone* hujus nominis I. Duce Burgundiæ, qui anno ſuperiori apud Cluniacum in Burgundiæ Ducatu ſitum, Monachum induit, Ordericus lib. XIII. pag. 897. & Anonymus coævus, qui Vitam ſancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, (cujus aliqua fragmenta in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. menſis Aprilis in Vita ejuſdem Sancti Hugonis extant), literis prodidit, certum & indubitatum reddunt. Hæc Orderici verba: *Completis tribus annis* (ab anno MLXXV. quo Hugo Dux ſucceſſit Roberto avo) *Odoni fratri ſuo ſponte Ducatum dimiſit* (ideoque anno ſuperiori), *& ipſe pro cœleſti amore ſæculum reliquit, Monachuſque Cluniaci factus, XV. annis Deo glorioſe militavit* (ideoque uſque ad annum MXCII. aut inſequentem). *Odo autem frater ejus Ducatum Burgundiæ diu poſſedit*. Laudatus vero Anonymus ait; *Vidimus & Hugonem Ducem prius Burgundiæ, & poſt militiæ ſpiritualis ſigniferum, qui ſolebat calceos ungere Fratrum, ſeque ita deſpicere & humiliare, ut omnes viles perſonæ ſtuperent, cum ſub ſe viderent Principem talem ſe ſternere*. Odo hujus nominis I. cui pius Princeps Ducatum ceſſit, anno MXCVIII. quo Ordo Ciſtercienſis in ſuo Principatu fundatus, erga Monachos munificus fuit, & *monaſterium ligneum, quod ipſi in ſua paupertate incœperunt, de ſuis impendiis totum conſummavit, eoſque ibidem in omnibus neceſſariis diu procuravit, terriſque & pecoribus abunde ſublevavit*, ut dicitur in Hiſtoria Ciſtercienſis MS. cujus pars recitatur in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. Aprilis, in Vita ſancti Roberti primi Abbatis Moliſmenſis ac Inſtitutoris Ordinis Ciſtercienſis pag. 666. Legendus etiam Ordericus lib. VIII. pag. 713.

Ad



Præter alia complura negotia diverſarum Eccleſiarum, quæ Gregorius litteris eſt proſecutus, quæ prætermittimus, ne in his diutius te detineamus faſtidientem, litteras, quas ad recens creatum Hungariæ Regem Ladiſlaum Principem maxime pium Gregorius dedit, hic deſcribemus; quæ ſic ſe habent (*a*): (*a*) Greg. l. 6. ep. 29.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ladiſlao Hungarorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XIX. Ad novum regem Hungariæ Greg. *Sicut fidelium tuorum crebra relatione cognovimus, idemque ipſum noſtris atteſtantibus ratum habemus, excellentia tua ad ſerviendum beato Petro, quemadmodum religioſa poteſtas debet, & ad obediendum nobis, ut liberalem filium decet, toto affectu, & cordis intentione parata eſt. Unde nimirum devotionem mentis tuæ ſuper hoc ſtudio non indigne laudamus, eique ſincere congratulamur, quod quidem optimorum Regum ſequendo veſtigia, illuſtrat ſervando tam in moribus normam juſtitiæ, quam etiam lineam nobilitatis in ſanguine. Igitur, quia de celſitudinis tuæ liberalitate & obedientia ſatis confidimus, ad quiddam noſtræ univerſali ſollicitudini congruens, quod honori quoque tuo non parum concordat, invitare te non dubitamus; quatenus in eo & illa, quæ de te verbis ſolis credita ſunt eſſe vera, facti indicio pateant, & nobis ſit aperta firmior cauſa, qua te præ cæteris regiæ dignitatis amplius, ſpecialiuſque diligere merito debeamus &c.* Commendat Comites exules injuſte pulſos, ut eos reſtituere debeat, monitaque ſaluberrima ad regimen regni totius impertit, & de Legatis mittendis agit, Deique atque Dei Genitricis, atque ſanctorum Apoſtolorum opem ad regnum bene diſponendum precatus, finem imponit epiſtolæ, datæ duodecimo Kal. Aprilis, Indictione ſecunda.

XX. Poſt dies quatuor litteras ad Lanfrancum Cantuarienſem Epiſcopum, amicum chariſſimum dat, (*b*) quibus cum commoneat eum Regem corrigere in quibus opus ſit, ut autem ipſe Romam ſe conferat, præcipit. Sequenti vero menſe ad Gebuinum Lugdunenſem Epiſcopum (*c*) ſcribens, confirmat eidem privilegium, ſeu per quatuor provincias, nempe Lugdunenſem, Rotomagenſem, Turonenſem & Senonenſem, quibus præſit Archiepiſcopus Lugdunenſis; deque his ſcribit ad earumdem provinciarum Epiſcopos. (*b*) Id. ibid. ep. 30. (*c*) Id. l. 6. ep. 34.

XXI. Quid impie audet rex Anglorum. Accidit his temporibus, quod Gregorii ipſius animum haud mediocriter perturbavit, nimirum quod Willelmus Rex Angliæ Epiſcopos omnes prohibuerit, ne ſe conferrent ad Limina Apoſtolorum. Gregorius autem per Hubertum ſubdiaconum Legatum Apoſtolicæ Sedis eum admonendum curavit: cui etiam in mandatis dedit, ut ex unoquoque Archiepiſcopatu duos Epiſcopos Romam ad Synodum venire jubeat. Sic enim de his ad Hubertum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconum ſcribit, menſe Septembris hoc anno, tertia jam inchoata Indictione: (*d*) *Multa ſunt, unde ſancta Romana Eccleſia adverſus eum queri poteſt: nemo enim omnium Regum etiam paganorum contra Apoſtolicam Sedem hoc præſumpſit tentare, quod is non erubuit facere, ſcilicet ut Epiſcopos & Archiepiſcopos ab Apoſtolorum Liminibus ullus tam irreverentis & impudentis animi prohiberet.* (*d*) Id. lib. 7. ep. 1.

XXII. *Unde volumus, ut eum noſtra vice prudentia tua ſtudeat admonere, quatenus honorem, quem ſibi a ſubditis ſuis graviter ferret non exhiberi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ non tantopere laboret imminuere, & debitas gratias agendo, gratiam beati Petri procuret acquirere. Nos enim amicitiæ noſtræ priſtinæ circa eum memores, & Apoſtolicam manſuetudinem, quantum, Deo auctore poſſumus, imitantes, huc uſque illius culpæ pepercimus. Qui ſi his & ſimilibus, quæ tibi nota ſunt, modum non impoſuerit, omnino ſciat ſe iram beati Petri in ſe graviter provocaturum.* Et inferius: *Præterea monemus te, ut ex parte beati Petri præcipias, & invites tam Anglicos, quam Northmannicos ex unoquoque Archiepiſcopatu vel duos Epiſcopos ad Romanam Synodum, quam in Quadrageſima, Deo auctore, ſumus celebraturi, venire. Qui ſi forte murmuraverint, & ad eum terminum,*



ſe

PAGIUS VIII. *Inſtituitur Primatus Eccleſiæ Lugdunenſis.* Ad num. XX. Primatus Eccleſiæ Lugdunenſis primum hoc anno a Gregorio VII. literis hoc anno *III. Kal. Maji* ſcriptis inſtitutus eſt, datuſque *Gebuino* Archiep. Lugdunenſi in Lugdunenſem, Rotomagenſem, Turonenſem, & Senonenſem provincias. *Rodulfus* Turonenſis Archiepiſcopus huic Decreto ſtatim acquievit, & de ea re *Gebuinus* tam ipſi, quam ejus Suffraganeis gratulatus eſt, ut liquet ex literis Gebuini a Baluzio in Appendice libri de Primatibus a Marca editi productis. Verum *Richerius* Senonenſis Archiepiſcopus Eccleſiæ ſuæ jura tueri volens, novo huic inſtituto interceſſit. Sed *Urbanus* II. in Synodo Claramontana anno MXCV. celebrata Gregorii VII. Decretum confirmavit, & Senonenſem ac Rotomagenſem Archiepiſcopos, niſi *Hugonem* Gebuini ſucceſſorem tanquam Primatem ſuum revererentur, Pallii privatione mulctavit, eorumque in Suffraganeos auctoritatem ſuſpendit. Aberat uterque, ſed interim mandatis Apoſtolicis eorum Suffraganei paruere, ut patet ex Decreto Urbani II. & Synodi Claramontanæ a Marca in prædicto libro edito. Huic judicio refragatus eſt *Richerius* Senonenſis Archiep. quamvis *Ivo* Carnotenſis, Eccleſiæ Senonenſis ſuffraganeus ipſi auctor eſſet, ut ſententiæ Synodicæ ac Pontificiæ pareret, donec documen-

tis

Guillelmus Rex Angliæ correptus emendatur. (a) Greg. l. 7. ep. 25.

*ſe dixerint intereſſe non poſſe ; vel poſt Paſcha ſtudeant Apoſtolicæ Sedi ſe præſentare.* Acquieviſſe Regem Pontifici immo & una cum redeunte Huberto ſuos Legatos Romam miſiſſe ad ſatisfaciendum ipſi, (a) litteræ ejuſdem Gregorii ad ipſum redditæ anno ſequenti ſatis docent. Sed præ cæteris Principibus Chriſtianæ religionis tempore illo turbulentiſſimo, cum Henricus ab Eccleſia Romana ſchiſmate ſe diviſit, eumdem Angliæ Regem perſtitiſſe in obedientia Apoſtolicæ Sedis, ejuſdem Gregorii Papæ litteræ ad ipſum datæ ſignificant.

XXIII. *Redeunti autem Huberto Legato Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus, litteris (b) Gregorii acrioribus interpellatus ut Romam ſe conferret, has litteras reddidit.*

(b) Id. l. 6. ep. 30.

*Reverendo ſanctæ univerſalis Eccleſiæ ſummo Paſtori Gregorio peccator & indignus Antiſtes Lanfrancus ſervitium cum debita ſubjectione.*

Lanfr. ad Gregorium.

*Litteras excellentiæ veſtræ per Hubertum, ſacri veſtri palatii ſubdiaconum porrectas, qua decuit humilitate ſuſcepi. In quarum fere omni contextu paterna me dulcedine reprehendere ſtuduiſtis, quod in Epiſcopali honore poſitus ſanctam Romanam Eccleſiam, voſque ob ejus reverentiam minus diligam, quam ante honoris ipſius ſuſceptionem diligere quondam ſolebam; præſertim cum Apoſtolicæ Sedis auctoritate ad ipſius apicem honoris me perveniſſe non dubitem, nec quemquam dubitare exiſtimem. Et quidem, venerande pater, verbis tuis calumniam ingerere nec volo, nec debeo. Ego tamen, teſte conſcientia mea, in memetipſo intelligere non poſſum, quid vel corporalis abſentia, vel locorum tanta intercapedo, aut ipſa qualiſcumque honorum ſublimitas in hac parte vendicare ſibi quidquam prævaleat, quin mens mea præceptis veſtris in omnibus, & per omnia ſecundum canonum præcepta ſubjaceat.*

XXIV. *Et ſi præſtante Deo, præſens præſenti loqui quandoque valerem, me amando creviſſe; vos vero, quod pace veſtra dictum ſit, a priſtino amore nonnulla ex parte defeciſſe, non tam verbis, quam rebus ipſis oſtenderem. Verba legationis veſtræ, cum præfato Legato veſtro, prout melius potui, domino meo Regi ſuggeſſi, ſuaſi, ſed non perſuaſi. Cur autem voluntati veſtræ omnifariam non aſſenſerit, ipſemet vobis tam verbis, quam litteris innoteſcet.* Hæc tunc Lanfrancus per Hubertum Legatum Romam redeuntem; cui & ipſe Rex Anglorum Vvillelmus litteras dedit, quas reperimus inter ejuſdem Lanfranci litteras; Sic enim ſe habent:

XXV. *Excellentiſſimo ſanctæ Eccleſiæ Paſtori Gregorio, gratia Dei Anglorum Rex & Dux Northmannorum Vvillelmus ſalutem cum amicitia.*

Rex Angliæ ad Greg. Papam.

*Hubertus Legatus tuus, religioſe pater, ad me veniens ex tua parte me admonuit, quatenus tibi & ſucceſſoribus tuis fidelitatem facerem, & de pecunia, quam anteceſſoses mei ad Romanam Eccleſiam mittere ſolebant, melius cogitarem. Unum admiſi, alterum non admiſi. Fidelitatem facere nolui, nec volo: quia nec ego promiſi, nec anteceſſores meos anteceſſoribus tuis id feciſſe comperio. Pecunia tribus fere annis, in Galliis me agente, negligentes collecta eſt. Nunc vero divina miſericordia me in regnum meum reverſo quod collectum eſt per præfatum mittitur; & quod reliquum eſt, per Legatos Lanfranci Archiepiſcopi fidelis noſtri, cum opportunum fuerit, tranſmittetur. Orate pro nobis, & pro ſtatu regni noſtri, quia anteceſſores veſtros dileximus, & vos præ omnibus ſincere diligere, & obedienter audire deſideramus.* Ita Vvillelmus Rex ad Gregorium Papam, exigentem ab eo (ut audiſti) juramentum fidelitatis. At quod id Rex facere renuiſſet, ægro animo idem Pontifex tulit, ut patet ex litteris (c) ad eumdem Hubertum ſubdiaconum Legatum datis, in quibus iſtis de his habentur: *Pecunias ſine honore tributas quanti pretii habeam, tu ipſe potuiſti dudum perpendere.*

(c) Idem l. 9. ep. 1.

XXVI. Quæ nova in Greg. eſt conflata calumnia.

Inter hæc autem cum res Henrici Germanorum Regis proſperioribus ſucceſſibus augerentur, neſcio quid per Legatos Apoſtolicæ Sedis actum eſt in gratiam ejuſdem Regis, quo ſparſa eſt adverſus Gregorium Papam calumnia, quod Henrico ipſe Regi faveret. Perdifficile namque eſt eum, qui mediatorem inter contrarias partes agit, ut pace eas conciliet, penes alterutram, interdum apud utramque ſuſpicione non laborare priva-

ti

PAGIUS tis authenticis Eccleſiæ ſuæ libertatem vindicare poſſet, ut liquet ex Ivonis Epiſtola I. Verum neque judicium Claramontani Concilii, neque exemplum Provincialium Epiſcoporum, neque interdictio adverſus ſe pronunciata *Richerium* vincere potuere, nec ab eo obtinere, ut Lugdunenſis Eccleſiæ Primatum poſthabita Eccleſiæ ſuæ auctoritate revereretur. Imo in ſententia ſua uſque ad mortem, quæ anno MXCVI. contigit, perſtitit *Richerius*, quod Paſchalis Papa ad præfatum Hugonem literis ſuis ſignificavit. *Hugo Daimbertum* Richerii ſucceſſorem obedientiam ſibi præſtare juſſit, prohibuitque ne provinciæ Senonenſis Præſules manus ipſi imponerent, antequam id officii Eccleſiæ Lugdunenſi reddidiſſet. Ivo Carnotenſis Epiſtola LX. omnium Suffraganeorum nomine reſcripſit, rem inſolitam, & nullo jure, nullaque conſuetudine fultam ipſum poſtulare: neque id ipſi deberi, nec ratione Primatus, nec ratione Apoſtolicæ Legationis.

IX. Demum Jvo *Hugonem* enixe precatur, ut permit-



ti ſtudii, & affectionis. Quod de ſe dici, non ſine moleſtia percipiens, ut ea ſe ſuſpicione liberaret, has, ad quotquot in Germania S. Petri fideles eſſent, litteras dedit, quibus quam ſemper fuerit animo in rebus componendis libero, nulliſque privati affectus compedibus alligato ſignificat, ita ſcribens hoc anno, exordio menſis Octobris (a):

(a) Id. l. 7. ep. 3.

XXVII. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus fidelibus S. Petri in Teutonico regno commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Greg. pap. purgatio.

*Pervenit ad nos, quod quidam ex vobis de me dubitant, tamquam in inſtanti modo, neceſſitate uſus ſim ſæculari levitate. Qua certe in cauſa nullus veſtrum, præter inſtantiam præliorum, majores me & patitur anguſtias, & ſuffert injurias. Quotquot enim Latini ſunt, omnes cauſam Henrici, præter admodum paucos, laudant, ac defendunt, & pernimiæ duritiæ, ac impietatis circa eum me redarguunt. Quibus, Dei gratia, omnibus ſic reſtitimus hactenus, ut in neutram adhuc partem, niſi ſecundum juſtitiam & æquitatem, ſecundum noſtrum intellectum, declinaremus. Nam ſi Legati noſtri aliquid, contra quod illis impoſuimus, egerunt, dolemus, quod ipſi tamen, ſicut comperimus, tum violenter coacti, tum dolo decepti fecerunt. Nos vero injunximus eis, ut locum ac terminum communiter ſtatuerent opportunum, ad quem ſapientes noſtros & idoneos Legatos propter diſcutiendum cauſam veſtram dirigeremus, atque ut in ſedes ſuas Epiſcopos reſtituerent, & abſtinere ab excommunicatis docerent.*

XXVIII. *Sed quod contra hæc decepti, vel coacti fecerunt, non laudo. Sciatis indubitanter, quoniam Deo gubernante, nemo hominum, ſive amore, ſive livore, aut per aliquam cupiditatem potuit me umquam, aut potuerit amodo ſeducere a recta ſemita juſtitiæ. Vos itaque, ſi revera, & in charitate non ficta fideles Dei, atque ſancti Petri eſtis, nolite in tribulationibus deficere, verum ut boni æmulatores, in incæpta fidelitate immobiles perdurate: quoniam qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. In præſentiarum modo nihil vobis de prædicto negotio mandare poſſumus, quia Nuntii noſtri nondum ſunt reverſi. Quibus itaque venientibus, ſecundum quod ab ipſis intellexerimus, vobis quantocyus poſſumus, veraciter indicabimus. Dat. Romæ Kalend. Octobris, Indictione tertia.* Ita Gregorius ad Germanos fideles ſancti Petri. Porro Henricus, ſive violentia, ſive dolo nihil penitus prætermiſit, ut celebrandum in Germania Concilium impediret. Cujus rei cauſa ſequenti anno ab eodem Gregorio Papa excommunicandus fuit, ut quæ ſuo loco dicentur, oſtendent.

XXIX. Accidit autem inter hæc, ut Dalmatiæ Princeps, quem Gregorius auctoritate Apoſtolica Regem conſtituerat, Demetrius ab adverſariis impugnaretur, cujus cauſa idem Pontifex ad Vvezelinum eorum ducem iſta comminando conſcripſit: (b)

(b) Greg. l. 7. ep. 4. Dalmatiæ Regni invaſores coercet Greg.

*Scias non prudentia tua multum mirari, ut qui te eſſe dudum beato Petro, & nobis fidelem promiſeris; contra eum, quem in Dalmatia Regem auctoritas Apoſtolica conſtituit, tu modo coneris inſurgere. Quapropter nobilitatem tuam monemus, & ex parte beati Petri præcipimus, ut adverſus jam dictum Regem deinceps arma capere non præſumas; ſciens quod quidquid in illum auſus fueris, procul dubio te in Apoſtolicam Sedem facturum. Si adverſus ipſum aliquid te forte dicis habere, a nobis judicium debes expetere, & expectare juſtitiam potius, quam contra eum ad injuriam Sedis Apoſtolicæ manus tuas armare. Quod ſi te tuæ temeritatis non pœnituerit, ſed contra mandatum noſtrum contumaciter ire tentaveris, ſcias indubitanter, quia gladium beati Petri in audaciam tuam evaginabimus, & eodem pertinaciam tuam, & omnium, qui tibi in ea re faverint, niſi reſipiſcas, mulctabimus. Si vero obediens (ſicut Chriſtianum decet) prudenter extiteris, gratiam beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis benedictionem, ſicut obtemperans filius conſequeris. Dat. Romæ quarto Nonas Octobr. Indictione tertia.*

XXX. Eodem anno (ut habet (c) Saxo Grammaticus) Haraldus Rex Daniæ, ubi duobus regnaſſet annis, ex hac vita deceſſit: in cujus locum germanus ejus, Ka-

(c) Saxo Gram. hiſt Dan. lib. 11.



nu-

PAGIUS mittat, *Daimbertum* conſecrari, polliceturque ſe ei auctorem futurum, ut poſt conſecrationem Primatum Lugdunenſem agnoſcat, & ſecundum traditiones Patrum Lugdunenſi Archiepiſcopo reverentiam exhibeat. Scripſit etiam de hac *Daimberti* electione ad Urbanum II. Sed neque *Hugo* Lugdunenſis Archiep. hiſce vinci paſſus eſt, neque Epiſcopi provinciæ quidquam contra ejus prohibitionem aggredi auſi ſunt. *Daimbertus*, cum nec ordinationem a Provincialibus obtinere poſſet, neque contra jura ſuæ Sedis Primatum Lugdunenſis Archiepiſcopi agnoſcere vellet: intelligeret quoque *Hugonem* in hac ſententia permanere, prohibitoſque provinciales Epiſcopos quominus ordinationem ejus peragerent, Romam profectus abſque ulla conditione ab *Urbano* II. ordinatus eſt. Quid poſtea contigerit, ſuo loco narrabimus. Legendi interea de hoc novo Primatu Marca citatus, Carolus du Bois in Hiſt. Eccleſ. Pariſ. lib. XI. cap. V. & Natalis Alexander Sæc. XI. & XII. part. I. cap. VII. art. III.

*Huic inſtituto intercedit Archiep. Senonenſis.*

Kanutus Rex Daniæ legationem ad Gregor. mittit.

nutus dictus, eſt ſubrogatus. Qui ſtatim ad Gregorium Romanum Pontificem, quem cognovit patrem, legationem miſit: qua quidem in primis ſignificat, ſe profiteri filium eſſe ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, eidemque obedientem, a qua & cuperet inſtitui, & erudiri. Ad quem Gregorius (a) litteras reddidit, paternæ charitatis affectu plenas. Extat ipſæ quidem, ſed in ipſarum inſcriptione, librarii puto vitio, nomen ipſum Regis, ad quem datæ ſcribuntur, legitur mendoſe Acono, pro Kanuto; manifeſtus deprehenditur error, cum nullus ejus nominis Rex Daniæ fuiſſe reperiatur, & certum ſit poſt Haraldum regnaſſe Kanutum. Epiſtola autem ſic ſe habet:

(a) Greg. l. 7. ep. 5.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei * Acono Regi Danorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

* Kanuto

XXXI. Ad Reg. Daniæ Greg. dat lit.

*Sincero charitatis affectu dilectioni tuæ congratulamur, quia licet in ultimis terrarum finibus poſitus, ea tamen, quæ ad Chriſtianæ religionis cultum pertinere noſcuntur, vigilanter ſtudes inquirere, & quod ſanctam Romanam Eccleſiam matrem tuam & univerſorum recognoſcens, ipſius documenta tibi exoptas & expoſcis. Volumus etiam, atque monemus, in his ſtudiis & deſideriis, devotio tua perſiſtens, & quantum pietas divina præſtiterit, creſcens, nullatenus a recto propoſito deficiat, ſed ad meliora quotidie, ſicut prudentem virum & regiam decet conſtantiam, roboretur. Animadvertere ſiquidem debet excellentia tua, quod quanto pluribus ſupereminet, & dominatur; tanto magis ſibi ſubditos poteſt exemplo ſuo aut ad deterius (quod abſit) inflectere, aut ad ſanum conſilium ignavos etiam provocare. Intueri quippe prudentiam tuam neceſſe eſt, temporalis vitæ gaudia, quam caduca ſint, quam fugitiva, quæ etſi vitia diu crederetur manſura, tamen ſæpe multis adverſis ex improviſo ſurgentibus, ſecura ſtare non poſſunt. Unde ſummopere curare oportet, ut ad illa, quæ tranſire neſciunt, & habentem deſerere nequeunt, greſſus tuos conſtanter dirigas, & affectum mentis intendas. Cuperemus nimium certe de veſtris aliquem prudentem clericum ad nos venire, qui & veſtræ gentis mores, ſeu continentias ſciret nobis pleniter intimare, & Apoſtolicæ Sedis documenta, ſive mandata plenius eruditus ad vos poſſet perferre. Dat. Romæ Idibus Octobris.*

Inſuper & anno ſequenti ad eumdem Regem Gregorius alias litteras dedit, de quibus agemus.

XXXII. Eodem quoque menſe Gregorius decernit legationem ad Alphonſum Regem Hiſpaniarum, cui & dono mittit auream claviculam, more majorum, catenæ ſancti Petri ramentis refertam. Qui functus eſt ea legatione, fuit Richardus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Abbas Maſſilienſis, de quo ſuperius dictum, cum de alia ab eodem legatione perfuncta mentio facta eſt. Hic vero reddendæ ſunt ejuſdem Gregorii litteræ, ad eumdem Regem tunc datæ, quibus eum ad contentum rerum hujus temporis & amorem æternarum hortatur: Sic enim ſe habent (b):

Legatio mittitur ad Alphonſum Regem Hiſpaniarum.

(b) Greg. l. 7. ep. 6.

XXXIII. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimo in Chriſto filio Alphonſo glorioſo Regi Hiſpaniarum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Omnipotenti Deo laudes & gratias agimus, qui gloriam veſtram gratiæ ſuæ viſitationis illuſtrans, beato Petro Apoſtolorum principi fide, ac devotione conjunxit, cui omnes principatus, & poteſtates orbis terrarum ſubiiciens, jus ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra contradidit. Qua de re & vobis merito gaudendum eſt, quoniam eo ampliora vobis parata ſunt præmia, quo divina dignatio correctionem regni veſtri, quod diu in errore perſtiterat, uſque ad veſtra reſervavit tempora, ut veritatem Dei, & juſtitiam, qua illi, qui vos præceſſerunt, rectores, & Principes, & univerſus populus tot annis tum cæcitate ignorantiæ, tum obſtinata temeritate caruerant, veſtra mereretur ſuſcipere ſublimis humilitas, & fidelis obedientia. Verum quia omne opus bonum non tam ab incæptu, quam ex fine ſuo retributionis debitum ſpectat; excellentiam veſtram paterna charitate monemus, ut quod a Legatis noſtris de religione Fidei, & Eccleſiaſtici ordinis accepiſtis, & adhuc, Deo auctore, accepturi eſtis, firmiter teneatis. Quia ſicut certa ſpes ſalutis eſt in his, qui in obſervatione fidei & doctrinæ hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ permanent; ita illis, qui ab ejus concordia & unitate exorbitaverint, haud dubiæ damnationis terror imminet.*

XXXIV. *Et quidem de vobis bene ſperamus, quoniam relatione dilecti filii noſtri Richardi Cardinalis presbyteri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quem nunc ſecundo ad vos mittimus, bonam voluntatem vos habere intelleximus. Sed quoniam devota corda ſemper admonitione gaudent, & iſtæ etiam virtutes exercitio indigent; hortamur eminentiam veſtram, ut ab hac terrena & caduca dignitate, ad illam, quæ cœleſtis & æterna eſt, mentem levet: hac utatur ſicut tranſitoria & cito peritura; illam appetat, quæ æternitatem pariter habet, & gloriæ plenitudinem. Attendere enim, & ſollicite penſare debetis, quoniam, quotidie ad finem vitæ volentes nolenteſque properatis, & quidquid divitiarum, honoris, potentiæ, nunc arridet, vicina mors, cum minime putatur, ra-*



*piet, & omnia tenebris, & amaritudine claudet. Quæ ergo in illis ſpes, quæ gloria, quæ delectatio, aut deſiderium eſſe debet, quæ ſe amantes decipiunt, ſequentes fugiunt, habentes derelinquunt? Quanto autem in his quiſque minus delectatur, minuſque elatione ſuper ſe rapitur; tanto ſecurius ad ea quæ vera ſunt bona, deducitur. Cujus rei exemplum ipſe Dominus ac Salvator noſter Jeſus Chriſtus aperte monſtravit, cum oblatum ſibi ab hominibus regnum pia humilitate reſpuit, nec ſpeciem quidem terrenæ ſublimitatis in oculis hominum gerere voluit, qui in hunc mundum, ut nos ad regnum cœleſte perduceret, venit. Quapropter ſicut chariſſimum filium vos admonemus, ut hæc ſedulo vobiſcum cogitantes, coram illo vos exhibeatis humilem, qui vos conſtituit valde ſublimem. Et inter omnia, & præ omnibus Deo placere ſtudentes commiſſa vobis regni gubernacula ita adminiſtrare Dei adjutorio procuretis, quatenus veſtra eminentia nullum futuræ abjectionis, aut infortunii caſum ſentiat, ſed ad coronam incorruptibilis regni, & ſolium æternæ gloriæ tranſeat.*

XXXV. Clavicula aurea cum ramentis catenæ S. Petri mittitur.

*Ut autem noſtra adhortatio cordi veſtro altius imprimatur, ex more, Sanctorum miſimus vobis claviculam auream, in qua de catenis beati Petri benedictio continetur, quatenus per ejus præſentia patrocinia uberiora erga vos beneficia ſentiatis, & in amore ipſius de die in diem ferventes accendamini promerentes, ut omnipotens Deus, qui illum admirabili potentia a nexibus ferreis liberavit, ejus meritis & interceſſionibus vos ab omnium peccatorum veſtrorum vinculis abſolvat, & ad gaudia æterna perducat. Ad hæc commendamus vobis hunc dilectum filium noſtrum, quem (ſicut ſupra diximus) nunc ſecundo ad vos mittimus, ut eum ſicut nos audiatis, & in omnibus ſibi favorem exhibeatis, quatenus non fiat inanis curſus & labor illius apud vos, ſed pro commiſſa ſibi legatione ea quæ de Eccleſiaſticis cauſis tractanda invenerit, efficaciter exequi, & ad ſtatum rectitudinis, Deo opitulante, perducere valeat. Cætera vero, quæ hic minus continentur, in ejus ore poſuimus; cui vos in nullo dubitetis credere, per quem noſtram vobis auctoritatem repræſentari cognoſcitis. Dat. Romæ decimo octavo Kal. Novembr. Indict. tertia.*

XXXVI. De Concilio in Britannia celebrando.

Legationem adhuc aliam idem Gregorius Papa decrevit in Britanniam minorem ad Concilium ibidem celebrandum, ea potiſſimum occaſione, ut falſas pœnitentias proſcriberet, quibus hactenus populus ſeduceretur, dum abſque aliqua peccatorum emendatione peccantes in iiſdem peccatis perſeverantes abſolverentur: quod & anno ſuperiori in Romano Concilio fuerat canone ſancito correctum. Quod decretum ut propagaretur ad externos, idem Pontifex laboravit, ſcribens has litteras ad Britannos anni hujus extremo tempore (a):

(a) Greg. l. 7. ep. 10.

XXXVII. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Epiſcopis, ſacerdotibus, Principibus, aliiſque omnibus in Britannia commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, ſi obedierint.*

*Secerdotalis culminis dignitas tum imperitia, tum negligentia ſacerdotum (ſicut dilectio veſtra novit) ex longo jam tempore, peccatis exigentibus, fuit collapſa. Ex qua quidem re, quaſi ex peſtifera radice innumera mala orta ſunt; adeo ut uſque ad noſtra tempora inter cœtera, quæ male pullulant vitia, falſæ nihilominus pœnitentiæ conſuetudo inoleverit. Quapropter quia nobis pro officii noſtri conſideratione, & ſollicitudinis magnitudine imminet, hæc & hujuſmodi, quantum poſſumus, Deo largiente, corrigere; volumus, atque Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut Legatum noſtrum, Amatum, videlicet Olorenſem Epiſcopum, cui vicem noſtram in partibus veſtris commiſimus, ſtudeat fraternitas veſtra reverenter convocare, & ut illo agente ſynodale Concilium congregetur, ubi cum aliis, quæ ad ſalutem pertinet animarum, tum etiam de pœnitentiæ conſultatione diligentius pertractetur. Qua in re hoc ſummopere vos cavere oportet, alioſque monere debetis, quia ſi quis in homicidium, adulterium, perjurium, vel aliquid hujuſmodi lapſus in aliquo talium criminum permanſerit, aut negotiationi, quæ vix agi ſine peccato poteſt, operam dederit, aut arma militaria portaverit, excepto pro tuenda juſtitia ſua, vel domini, vel amici, ſeu etiam pauperum, necnon pro defendendis Eccleſiis, nec tamen ſine religioſorum virorum conſilio ſumpſerit, qui æternæ ſalutis conſilium dare ſapienter noverunt, aut aliena bona injuſte poſſederit, aut in odium proximi ſui exarſerit, veræ pœnitentiæ fructum facere nullatenus poteſt. Infructuoſam enim pœnitentiam dicimus, quæ ita accipitur, ut in eadem culpa, vel ſimili, deteriori, vel parum minori permaneatur. Unde quiſquis digne vult pænitere, neceſſe eſt, ut ad fidei recurrat originem, & quod in baptiſmo promiſit, diabolo ſcilicet, & pompis illius abrenuntiare, & in Deum credere, videlicet recte de Deo ſentiendo, mandatis ipſius obedire, ſollicitus ſit, & vigilanter cuſtodire. Quicumque ergo taliter pœnituerit (quoniam aliter ſimulatio dici poteſt, non pœnitentia) illi peccatorum ſuorum remiſſionem Apoſtolica freti poteſtate largimur; inſuper æternæ beatitudis gaudia de omnipotentis Dei miſericordia confiſi, promitti-*

XXXVIII. De falſa pœnitentia proſcribenda.

*timus. Dat. Romæ Octavo Kalendas Decembris, Indictione tertia.* Hactenus de his hoc anno. Porro de vera pœnitentia idem Gregorius egit rurſus Romæ anno ſequenti in Concilio ibidem congregato, in quo de ipſa renovavit decretum, his omnibus conſentiens.

XXXIX. Martyrium S. Staniſlai epiſc. Cracovienſis.

Ad coronidem autem præſentis anni apponimus coronam & purpuram ſanctiſſimi martyris Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi, qui in ſpiritu & virtute Eliæ redarguentis Achab, & Joannis Baptiſtæ corripientis Herodem, dum arguit Boleſlaum enormiter delinquentem, & non auditur; & iterum corripit, & contemnitur, atque rurſus increpat, & deſpicitur; ſententia excommunicationis eum afficit. Quam ob cauſam ab ipſo Rege, dum in altari eſſet Deo Miſſæ ſacrificium offerens, crudeliſſime cæſus, octava menſis Maii martyrii palmam eſt conſecutus, plurimiſque miraculis tam vivens, quam mortuus illuſtratus. Cujus res præclare geſtas, & martyrium præclarius obitum ex antiquioribus monimentis Joannes Longinus in Polonica hiſtoria ſcripſit: qui & ſeorſum ejuſdem glorioſiſſimi Martyris vitam copioſiſſime elaboratam Eccleſiæ legendam tradidit. Ipſum vero ritu ſolemni Innocentius Quartus Romanus Pontifex publice colendum indixit.

XL. Greg. ulciſcitur ſcelus in S. Staniſlaum admiſſum.

Cum autem tam immane ſcelus ab iniquiſſimo Rege perpetratum Gregorius Pontifex percepiſſet, quomodo ultus ſit immenſum adeo ſacrilegium, accipe quæ Longinus ipſe in hiſtoria narret: *Tam lugubri & crudeli in Sanctum Dei per Boleſlaum Poloniæ Regem deprompta occaſione ad notitiam ſummi Pontificis Gregorii ſeptimi variis nuntiis & litteris perlata; ſummus ipſe Pontifex Gregorius, & univerſorum ſuorum tunc Cardinalium cœtus in flebilem lamentationem ruens, qua rigiditate Boleſlai Regis tam inſolens parricidium plectendum eſſet, matura deliberatione tempus terens, tamdem Petro Gneſnenſi Archiepiſcopo, & omnibus Poloniæ Eccleſiarum Epiſcopis per ſpecialia ſcripta dedit in mandatis, quatenus in patrati per Regem Boleſlaum, & ſuos milites facinoris execrationem & pœnam generale interdictum in univerſa Gneſnenſi provincia obſervarent.*

XLI.

*Regem inſuper Boleſlaum, & Poloniæ regnum omni honore, dignitate, & excellentia regali privavit, & omnes Principes, Barones, Vaſſallos, & ſubditos ab ejus ditione abſolvens, obedientiam, & ſubjectionem ſolitam ipſi exhibere vetuit. Filiis inſuper eorum militum, qui Boleſlao Regi auxilium, conſilium, & aſſenſum in facinus peractum præſtiterunt, aſcenſum ad quælibet Eccleſiaſtica officia, beneficia, dignitates, & honores uſque ad quartam generationem &c.* Quod auſi ejuſmodi litteræ Apoſtolicæ in Regiſtro Gregorii ipſius non extent, non adeo mirandum cum alias complures in eo deſiderari, ex iiſdem, quæ extant epiſtolis ſatis apparet. Secuta mox eſt Apoſtolicas litteras vindicta deſuper: nam poſt alia mala ipſe Rex, ut alter Cain, factus eſt profugus ſuper terram, demum verſus in inſaniam, errabundus dum vagatur, morte præventus a canibus eſt devoratus, ita ulciſcente numine ſanguinem ſui innocentiſſimi ſacerdotis, anno ſalutis milleſimo octogeſimoprimo. At hæc ad inſtitutum ſatis reliqua, qui cupit, habet quem conſulat Longinum ipſum. Tranſlatum eſt autem corpus ejus poſtea per Lambertum Epiſcopum Cracovienſem in Cathedralem Eccleſiam, honorificentiſſimoque ſepulcro reconditum, ejuſmodi epitaphio eidem ſcripto:

*Tumba Staniſlai cineres tegit iſta beati,*
*Regis Boleſlai quia non favet impietati,*
*Martyrio meritas cœli migravit ad ædes.*
*Felix cui deitas merces, cui ſidera ſedes.*

Hæc de Martyre toto orbe Catholico celeberrimo.

Eo-

PAGIUS X. *S. Staniſlaus nefarie occiſus.*

A num. XXXIX. ad XLII. Papebrocius ad diem VII. menſis Maij recitat ſynopſim Vitæ *ſancti Staniſlai*, Martyris & Epiſcopi Cracovienſis in Polonia, ex antiquo MS. erutam. In ea dicitur, *Staniſlaum* ordinatum Epiſcopum Cracovienſem inſtitiſſe Verbo Dei, juvaſſe pauperes, & *Boleſlaum* Regem de crudelitate & libidine ſæpius monitum excommunicaſſe, indeque ab eo ad altare poſt ſacrificium Miſſæ occiſum eſſe. Ibidem etiam legitur, *Staniſlaum* ab Innocentio IV. Aſſiſii in Sanctorum numerum relatum eſſe. Refert poſtea Papebrocius Vitam ejuſdem Sancti a Joanne Longino compoſitam, eamque prolixiſſimam. Verum Longinus, qui ſæculo XV. vixit, tam in ea Vita, quam in Hiſtoria Poloniæ multa refert, quæ ſunt dubiæ fidei aut manifeſte falſa, uti verbi gratia in hac Vita cap. 2. quando ait, *Lampertum* Staniſlai deceſſorem extitiſſe *Archiepiſcopum*; cum tamen certum eſſe debeat, ſolam Gneſnenſem Eccleſiam in Polonia Archiepiſcopalem fuiſſe; & cum ibidem affirmat, *Staniſlaum* Pariſiis ſtuduiſſe, & ſollicitatum, ut *ſe Juris Canonici aut Theologiæ Doctoratu inſigniri pateretur;* declinaſſe conatus amicorum *faſces ſibi Magiſterii ingerentium;* cum Doctoratus Theologiæ & Juris Canonici nondum hoc ſæculo inſtitutus fuerit. Longini Hiſtoria Polonica uſque ad annum MCCXL. typis edita fuit, ſed ne reliqui libri imprimantur, prohibent Poloni, arbitrati in hiſce plurima Regni ſui ſecreta prodi, inquit Papebrocius in Commentario prævio ad Vitam Sancti Staniſlai. In ſubſequentibus annis ea Hi-

ſto-



XLII. Legatio ad Reg. Hungariæ pro veneratione ſanctorum.

Eodem anno ab eodem Gregorio papa ex Romana Synodo legatio miſſa eſt ad ſanctum Ladiſlaum Hungariæ Regem, pro ſanctorum reliquiis debito honore perquirendis, atque religioſe condendis. De qua legatione hæc in rebus geſtis ſancti Gerardi martyris: (a) *Tum enim a Romanæ Eccleſiæ Synodo injunctum eſt, ut corpora eorum, qui Pannoniam Fidei prædicatione irrigaſſent, ſummo honore afficerentur. Veniente etiam Sedis Apoſtolicæ Legato, & nobilium Pannoniæ coacto conventu, ſacrum hujus beati Martyris corpus elevatum eſt, atque Regis Ladiſlai & Principum humeris tranſlatum honorificeque depoſitum eo loco, ubi pro meritis tanti Patris ſuperna gratia efficiendis, & declarandis miraculis largius coruſcat.* Tunc etiam elevatum eſſe reperitur corpus ſancti Stephani Regis: tempora enim probe conveniunt. Nam cum ex ejus vitæ Actis conſtet id factum anno quadrageſimoquinto poſt ejus obitum, eumque contigiſſe manifeſtum ſit anno Redemptoris milleſimo trigeſimoquarto; utique hoc Redemptoris anno ſeptuageſimonono poſt milleſimum id oportuit accidiſſe. ☞ Sed ſecundum ſtatutam a nobis ſuperius chronologiam, auctoritate ſcriptorum ejus temporis roboratam, qua diximus accidiſſe ejus obitum anno Chriſti milleſimo trigeſimooctavo; utique quatuor ex his minuas neceſſe eſt annos. ☞ Quomodo ex mandato pariter Romani Pontificis factum id aſſeratur; conſule quæ ad finem vitæ ejuſdem ſancti Stephani (a) Regis leguntur.

(a) *Extant apud Sur. tom.5. die 24. Sept. in fin.*

(e) *Extant apud Sur. tom.4 die 20. Aug.*

Octo-

PAGIUS

ſtoria forte accuratior quam in prioribus, ideoque deſideranda. Ait Longinus apud Baronium num. XLI. & in Vita Sancti Staniſlai, Gregorium VII. Regem *Boleſlaum* & Poloniæ Regnum excellentia Regali privaſſe ob cædem hujus ſancti Præſulis, quod quidem verum eſt, ſed *Boleſlaus* anno tantum MLXXVII. ut ex Lamberto in Chron. oſtendimus, Regium nomen propria auctoritate ſibi attribuerat; & tamen Longinus, & paſſim poſt eum Hiſtorici Poloniæ aſſerunt, Poloniæ Principes Regium nomen ab Ottone III. obtinuiſſe, & uſque ad Sancti Staniſlai mortem tuliſſe, quod ex dictis ſubſiſtere non poteſt.

I. OCtogeſimus jam agitur annus poſt milleſimum, Indictione tertia inchoatus, cujus exordio, nempe quarto Nonas Januarii Gregorius Papa Uratiſlaum Boemiæ Ducem, participantem cum excommunicatis redarguit, eumque ſalutaribus monitis ad meliorem frugem reducere conatus eſt. Cui quod rogaverat de licentia dicendi divinum officium lingua Slavonica, denegavit omnino, iſta reſcribens: (a) *Quia vero nobilitas tua poſtulavit, quod ſecundum Slavonicam linguam apud vos divinum celebrari annueremus officium; ſcias nos huic petitioni tuæ nequaquam poſſe favere. Ex hoc nempe ſæpe volventibus liquet, non immerito ſacram Scripturam omnipotenti Deo placuiſſe quibuſdam locis eſſe occultam; ne ſi ad liquidum cunctis pateret, forte vileſceret, & ſubjaceret deſpectui, aut prave intellecta a mediocribus, in errorem induceret. Neque enim ad excuſationem juvat, quod quidam religioſi viri hoc quod ſimpliciter populus quærit, patienter tulerunt, ſeu incorrectum dimiſerunt, cum primitiva Eccleſia multa diſſimulaverit, quæ a ſanctis Patribus poſtmodum firmata Chriſtianitate, & religione creſcente, ſubtili examinatione correcta ſunt.*

(a) *Greg. l. 7. ep. 11.* Noluit Gregor. lingua Slavonica divinum offic. celebrari.

II. Eodem menſe idem Gregorius Papa in Arnulphum Comitem graſſatorem, qui Henricum Leodienſem Epiſcopum, ad Limina Apoſtolorum venientem fuerat deprædatus, & eumdem jurare coegerat non repetere quod amiſerat, ad Theodoricum (b) Virdunenſem Epiſcopum litteras dedit, quibus eum monuit, in eumdem Synodum congregari, hominem ad pœnitentiam cohortari: quod ſi non paruiſſet, in eumdem excommunicationis ſententiam promulgari. Interea vero a juramento, quod vi coactus præſtiterat, eumdem Henricum abſolvit.

(b) *Id. ep. 13. 14.* Quid in Arnulphum comitem graſſatorem.

Menſe vero Martii Romæ Concilium ex more celebratur, cujus Acta, quæ fuerunt collecta, inter ejuſdem Gregorii Papæ epiſtolas ita poſita leguntur: (c) *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo octuageſimo, Pontificatus vero domini Gregorii Septimi Papæ anno ſeptimo Indict. iii. celebravit ipſe dominus Papa Synodum Romæ, ubi interfuerunt Archiepiſcopi, & Epiſcopi diverſarum urbium, necnon & Abbatum, ac diverſorum ordinum clericorum & laicorum innumerabilis multitudo. In qua Apoſtolica Conſtituta corroborans, multa, quæ corrigenda erant, correxit, & quæ corroboranda, firmavit. Inter cœtera namque in fine ſynodalis abſolutionis de inveſtituris hæc annexuit, & perpetuæ memoriæ pro poſteris ſcribenda mandavit, ita dicendo:*

(c) *Id. poſt ep. 14.* Concilium Romanum.

III. *Sequentes ſtatuta ſanctorum Patrum, ſicut in prioribus Conciliis, quæ Deo miſerante, celebravimus, de ordinatione Eccleſiaſticarum dignitatum ſtatuimus; ita & nunc Apoſtolica auctoritate decernimus, ac confirmamus. Ut ſi quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei ut Epiſcopo ſeu Abbati audientia concedatur. Inſuper etiam ei gratiam ſancti Petri, & introitum Eccleſiæ interdicimus, quouſque locum, quem ſub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ) cæpit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus.*

De prohibendis inveſtituris confirmatum decretum.

IV. *Item ſi quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet ſæcularium poteſtatum, aut perſonarum inveſtituram Epiſcopatuum, vel alicujus Eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe obſtrictum eſſe ſciat. Inſuper etiam, niſi reſipiſcat, & Eccleſiæ propriam libertatem dimittat; divinæ animadvertionis ultionem in hac præſenti vita tam in corpore ſuo, quam cæteris ſuis rebus ſentiat, (a) ut in adventu Domini ſpiritus ſalvus fiat.* Hæc de inveſtituris in ſuperioribus Synodis antea conſtituta Gregorius voluit confirmari, atque perpetuo iteratis ſanctionibus ſtabiliri. Sicut & anathema in ſchiſmaticos contumaces iſtis verbis:

Adverſus principes inveſtituras uſurpantes.

(a) 1. *Cor.* 5.

*Item ſententiam depoſitionis & excommunicationis jam plerumque datam in Thedaldum Mediolanenſem dictum Archiepiſcopum, & Guibertum Ravennatem, & Rolandum Tarviſienſem confirmamus & corroboramus. Et Petrum olim* * *Rothonenſem Epiſcopum, nunc autem Narbonenſis Eccleſiæ invaſorem, pari ſententia damnamus.* In Northmannos autem iſta:

Renovata excommunicatio in ſchiſmaticos.

* Ruthenenſem.

V. *Item ſi quis Northmannorum terras ſancti Petri, videlicet illam partem Firmanæ Marchiæ, quæ nondum pervaſa eſt, & Ducatum Spoletanum, & Campaniam, necnon Maritimas, atque Sabinum, & Comitatum Tiburtinum, necnon monaſterium ſancti Benedictini montis Caſſini, & terras ſibi pertinentes; inſuper etiam Beneventum invadere, vel deprædari præſumpſerit, gratiam ſancti Petri, & introitum Eccleſiæ ei uſque ad ſatisfactionem interdicimus. Verum ſi quis illorum adverſus habitatores harum terrarum aliquam juſtam cauſam habuerit, prius a nobis, vel a rectoribus ſeu miniſtris inibi conſtitutis juſtitiam requirat: quæ ſi ei denegata fuerit, concedimus, ut pro recuperatione ſuarum rerum de terra illa accipiat, non tamen ultra modum, nec more prædonum, ſed ut decet Chriſtianum & eum, qui ſua magis quærit recipere, quam aliena diripere, & qui timet gratiam Dei amittere, & maledictionem beati Petri incurrere.* Sequens canon ſancitus eſt de vera pœnitentia, quem recenſere prætermittimus, cum de ipſo dictum ſit anno ſuperiori ex litteris ejuſdem Pontificis ad Britanniæ Epiſcopos datis.

Adverſus Northmannos invadentes res apoſt. ſedis.

VI. Actum eſt poſt hæc de reſtituenda legitima electione Epiſcoporum: de qua ejuſmodi ſancitus eſt canon: *Quoties defuncto paſtore alicujus Eccleſiæ, alius eſt ei canonice ſubrogandus, inſtantia viſitatoris Epiſcopi, qui ei ab Apoſtolica, vel metropolitana Sede directus eſt, Clerus & populus, remota omni ſæculari ambitione, timore atque gratia, Apoſtolicæ Sedis, vel Metropolitani ſui conſenſu paſtorem ſibi ſecundum Deum eligat. Quod ſi corruptus aliquo vitio aliter agere præſumpſerit, electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cætero nullam electionis poteſtatem habebit. Electionis vero poteſtas omnis in deliberatione Sedis Apoſtolicæ, ſive Metropolitani ſui conſiſtat: ſi enim is, ad quem conſecratio pertinet, non rite conſecrando, teſte beato Leone, gratiam benedictionis amittit; conſequenter is, qui ad pravam electionem declinaverit, eligendi poteſtate privatur.*

De epiſcoporum electione.

VII. His ita peractis, noviſſime omnium in eodem Concilio de promulgando in Henricum Regem anathemate, in quod ipſe multiplici nomine Apoſtolicæ Sedi contumax atque perjurus, ſeipſum ſæpius implicuiſſet, actum eſt. Toleratus ipſe quidem jam triennio, cum (ut vidiſti) promiſſionis ſuæ, poſtquam ab eodem Pontifice eſt abſolutus, prævaricator extiterit, atque toties juratis per Legatos ſuos in Romanis Synodis pollicitationibus ſemper adverſa præſtiterit, & in deteriora quotidie prolapſus fuerit. Toleraſſet, adhuc puto diutius, niſi tanta ejuſdem Gregorii patientia ab Eccleſiæ fidelibus in deteriorem partem accepta, ipſe in ſuſpicionem vehementem jam (ut audiſti anno ſuperiori) eſſet adductus tacitæ conniventiæ cum Henrico, non ſine gravi ſcandalo totius Eccleſiæ. Quamobrem invitus licet, & nolens, tractus eſt tamen, ut in hoc eodem Concilio excommunicationem (ut diximus) in eumdem Henricum Regem his ipſis ver-

Henricus Rex rurſum excommunicatur.



PAGIUS

PAGIUS Sæc. XI. Anno Eræ Hiſp. MCXVIII. Anno Hegiræ CDLXXIII. inchoato die 22. Junii fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6573.

☉ 25. ED. ☽ 17. P. 12. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1080.

GREGORII VII. PAPÆ 8.

HENRICI IV. REG. 25.

NICEPHORI BOTONIATÆ IMP. 3.

A.C. 1080 I. ANum. II. ad XVII. Celebrata hoc anno Synodus Romana VII. Præſidente Gregorio VII. de qua Paulus Bernriedenſis in hujus Vita cap. XII. hæc ſcribit: *Anno ab Incarnat. Domini MLXXX. Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ ſeptimi anno VII. indict. III. celebravit ipſe Papa Synodum Romæ; ubi interfuerunt Archiepiſcopi & Epiſcopi diverſarum urbium, nec non & Abbatum, ac diverſorum ordinum, Clericorum ac Laicorum innumerabilis multitudo. Supervenerunt autem & Legati Rudolphi Regis & Principum regni Teutonici, & hujuſmodi querimoniam protulerunt ſuper tyrannidem Henrici: Nos ex legatione domini noſtri Regis Rodulphi & Principum ejus conquerimur Deo & S. Petro, Veſtræque paternitati, & cuncto huic ſanctiſſimo Concilio; quod ille Henricus, quem vos Apoſtolica auctoritate depoſuiſtis a regno, id ipſum regnum contra veſtrum interdictum tyrannice invaſit, omnia circumquaque ferro, præda, incendio devaſtavit: Archiepiſcopos, Epiſcopos de Epiſcopatibus ſuis impia crudelitate expulit, & eorum Epiſcopatus ſuis fautoribus in beneficia diſtribuit. Per cujus etiam tyrannidem piæ memoriæ Vverinharius Magdeburgenſis Archiepiſcopus occiſus eſt* (anno ſcilicet MLXXVIII.); *Adelbertus Vvormacienſis Epiſcopus adhuc ab eo contra ſedis Apoſtolicæ præceptum in captione cruciatur: multa hominum millia ejus factione ſunt occiſa; quamplures Eccleſiæ ablatis Reliquiis, incenſæ ac penitus deſtructæ. Innumerabilia quidem facinora ſunt, quæ Henricus in Principes noſtros perpetravit, eo quod ſibi contra ſedis Apoſtolicæ decretum ut Regi obedire noluerunt: & Colloquium, quod vos pro inquirenda juſtitia & pace componenda fieri decreviſtis, ex culpa Henrici & fautorum ejus remanſit. Quapropter Veſtram humiliter imploramus Clementiam, ut nobis, imo Sanctæ Dei Eccleſiæ, decretam ſacrilego pervaſori Eccleſiarum juſtitiam faciatis.*

*Synodus Romana VII. in qua Henricus Rex excommunicatus.*

II. Addit Paulus, Gregorium VII. his auditis eam excommunicationem in *Henricum* Regem promulgaſſe, quæ legitur apud Baronium a num. VIII. ad XIV. quæque his verbis clauditur: *Acta Romæ nonis Martii, indict. III.* In eodem Concilio Romano trium Epiſcoporum Schiſmaticorum, *Tedaldi* nempe Mediolanenſis, *Guiberti* Ravennenſis & *Rolandi* Tarviſenſis Præſulum depoſitio confirmata eſt, ut narrat Baronius num. III. & ſeqq. Adhæc Gregorius VII. *Rudolphum Apoſtolica auctoritate in Regia dignitate confirmavit*, inquit Bertoldus in Chronico, ſtatuitque, *ut ſi quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei ut Epiſcopo ſeu Abbati audientia concedatur.* Quare quæ in ſecunda Synodo Romana anno milleſimo ſeptuageſimo quinto congregata de Inveſtituris conſtituerat, confirmavit, & perpetuo obſervari decrevit.

*In ea aliqui Epiſcopi deponuntur.*

verbis ſcilicet promulgaret:

VIII. Excommunicatio in Reg. Henricum. *Beate Petre princeps Apoſtolorum, & tu beate Paule Doctor gentium dignamini quæſo aures veſtras ad me inclinare, meque clementer exaudire. Quia Veritatis eſtis Diſcipuli & amatores, adjuvate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falſitate, quam omnino deteſtamini, ut fratres mei melius mihi acquieſcant & ſciant & intelligant, quia ex veſtra fiducia poſt Dominum & matrem ejus ſemper Virginem Mariam, pravis & iniquis reſiſto, veſtris autem fidelibus auxiliam præſto. Vos enim ſcitis, quia non libenter ad ſacrum ordinem acceſſi, & invitus ultra montes cum domino Papa Gregorio abii; ſed magis invitus cum domino meo Papa Leone ad veſtram ſpecialem Eccleſiam redii, in qua utcumque vobis deſervivi. Deinde valde invitus, cum multo dolore & gemitu, ac planctu in throno veſtro valde indignus ſum collocatus. Nec ideo dico, quia non ego vos, ſed vos elegiſtis me, & graviſſimum pondus veſtræ Eccleſiæ ſupra me poſuiſtis. Et quia ſuper montem* (a) Iſai. 58. *(a) excelſum me juſſiſtis aſcendere & clamare, atque annuntiare populo Dei ſcelera eorum, & filiis Eccleſiæ peccata eorum: membra diaboli contra me cœperunt inſurgere, & uſque ad ſanguinem præſumpſerunt in me manus ſuas iniicere.* (b) Pſ. 2. *(b) Aſtiterunt enim Reges terræ, & Principes ſæculares & Eccleſiaſtici: aulici & vulgares convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus vos Chriſtos ejus dicentes: Dirumpamus vincula eorum; & proiiciamus a nobis jugum ipſorum. Et ut me omnino morte, vel exilio confunderent, multis modis conati ſunt in me inſurgere.*

IX. *Inter quos ſpecialiter Henricus, quem dicunt Regem, Henrici Imperatoris filium, contra veſtram calcaneum erexit Eccleſiam, facta cum multis Epiſcopis Ultramontanis & Italicis conſpiratione, annitens me deiiciendo, eam ſibi ſubjugare: Cujus ſuperbiæ veſtra reſtitit auctoritas, eamque noſtra deſtruxit poteſtas: qui confuſus & humiliatus ad me in Longobardiam veniens, abſolutionem ab excommunicatione quæſivit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promiſſionibus acceptis de ſuæ vitæ emendatione, ſolam ei communionem reddidi, non tamen in regno, a quo eum in Romana Synodo depoſueram, inſtauravi, nec fidelitatem omnium, qui ſibi juraverant, vel erant juraturi, a quo omnes abſolvi in eadem Synodo, ut ſibi ſervaretur, præcepi. Et hæc ideo detinui, ut inter eum & Epiſcopos, vel Principes Ultramontanos, qui ei cauſa juſſionis veſtræ Eccleſiæ reſtiterant, juſtitiam facerem, vel pacem componerem, ſicut ipſe Henricus juramento per duos Epiſcopos mihi promiſit. Prædicti autem Epiſcopi & Principes Ultramontani audientes illum non ſervare mihi quod promiſerat, quaſi deſperati de eo, ſine meo conſilio, vobis teſtibus, elegerunt ſibi Rudolphum Ducem in Regem. Qui Rex Rudolphus feſtinanter ad me miſſo Nuntio, indicavit ſe coactum regni gubernacula ſuſcepiſſe; tamen ſeſe paratum mihi omnibus modis obedire.*

*Et ut hoc verius credatur, ſemper ex eo tempore eumdem mihi ſemper miſit ſermonem, adiiciens etiam, filio ſuo obſide, & fidelis ſui Ducis Bertholdi filio, quod promittebat, firmare. Interea Henricus cœpit me precari, ut illum contra prædictum Rudolphum adjuvarem; cui reſpondi, me libenter facere, audita utriuſque partis ratione; ut ſcirem cui juſtitia magis faveret. Ille vero putans, ſuis viribus eum poſſe devincere, meam contempſit reſponſionem. Poſtquam autem perſenſit, ſe non poſſe, ſicut ſperavit, agere; duo Epiſcopi, Virdunenſis videlicet, & Oſenburgenſis de conſentaneis ſuis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici me, ut ei juſtitiam facerem, rogaverunt; quod & Nuntii Rodulphi fieri laudaverunt. Tamdem, aſpirante Deo, ſicut credo, ſtatui in eadem Synodo, in partibus Ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax ſtatueretur, aut cui amplius juſtitia faveret, cognoſceretur. Ego enim (ſicut vos mihi teſtes eſtis Patres & domini) uſque hodie nullam partem diſpoſui adjuvare, niſi eam, cui plus juſtitia faveret. Et quia putabam, quod injuſtior pars colloquium nollet fieri, ubi juſtitia ſuum locum ſervaret; excommunicavi, & anathemate alligavi omnes perſonas, ſive Regis, ſive Ducis, aut Epiſcopi, ſeu alicujus hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret.* X.

*Prædictus autem Henricus cum ſuis fautoribus non timens periculum inobedientiæ (quod eſt ſcelus idolatriæ) colloquium impendio excommunicationem incurrit, & ſeipſum anathematis vinculo alligavit, magnamque multitudinem Chriſtianorum morti tradi, & Eccleſias fecit diſſipari, & totum pene Teutonicorum regnum deſolationi dedit.* XI.

*Quapropter confidens de judicio & miſericordia Dei, ejuſque piiſſimæ matris ſemper Virginis Mariæ, fultus veſtra auctoritate, ſæpe nominatum Henricum, quem Regem dicunt, omneſque fautores ejus excommunicationi ſubiicio, & anathematis vinculis alligo, & iterum regnum Teutonicorum, & Italiæ ex parte omnipotentis Dei, & veſtra interdicens ei, omnem poteſtatem, & dignitatem illi regiam tollo, & ut nullus Chriſtianorum ei ſicut Regi obediat, interdico; omneſque qui ei juraverunt vel jurabunt de regni dominatione, a juramenti promiſſione abſolvo. Ipſe autem Henricus cum ſuis fautoribus in omni congreſſione belli nullas vires, nullamque in vita ſua victoriam obtineat. Ut autem Rudolphus regnum Teutonicoram regat & defendat, quem Teutonici elegerunt ſibi in Regem, ad veſtram fidelitatem ex parte veſtra, dono, largior, & concedo omnibus ſibi fideliter adhærentibus abſolutionem omnium peccatorum, veſtramque benedictionem in hac vita, & futura, veſtra fretus fiducia, largior. Sicut enim Henricus pro ſua ſuperbia, inobedientia, & falſitate a regni dignitate juſte abiicitur; ita Rudolpho pro ſua humilitate, obedientia & veritate poteſtas, & dignitas regni conceditur.* XII.

XIII. *Agite nunc quæſo, Patres & Principes ſanctiſſimi, ut omnis mundus intelligat, & cognoſcat, quia ſi poteſtis in cælo ligare & abſolvere; poteſtis in terra Imperia regna, Principatus, Ducatus, Marchias, Comitatus, & omnium hominum poſſeſſiones pro meritis tollere unicuique, & concedere. Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus frequenter tuliſtis pravis & indignis, & religioſis viris dediſtis. Si enim ſpiritualia judicatis; quid de ſæcularibus vos poſſe credendum eſt. Et ſi angelos, dominantes omnibus ſuperbis Principibus, judicabitis; quid de illorum ſervis facere poteſtis? Addiſcant nunc Reges & omnes ſæculi Principes, quanti vos eſtis, quid poteſtis: & timeant parvipendere juſſionem Eccleſiæ veſtræ, & in prædicto Henrico tam cito judicium veſtrum exercete, ut omnes ſciant, quia non fortuito, ſed veſtra poteſtate cadet.* (a) 1. Cor. 5. *Confundatur utinam ad pœnitentiam, (a) ut ſpiritus ſit ſalvus in die Domini. Acta Romæ Nonis Martii. Indictione tertia.* Hucuſque excommunicationis decretum, Actaque Synodi tunc Romæ habita.

XIV. De impiorum proſperitate. At qui iſta audit, atque res, quæ proxime contigerunt, longe Gregorii Papæ votis adverſa conſiderat, nempe Henrici Regis victoriam glorioſam adverſus Rudolphum Regem, qui vulneratus interiit: fortaſſe ſcandalum patietur, quo non puſilli tantum, ſed etiam viri ſanctiſſimi eſſe pulſati noſcuntur, Jeremia ita Dominum compellante: (b) Jer. 12. (b) *Juſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen juſta loquar ad te: Quare via impiorum proſperatur, & bene eſt omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt?* Atque Propheta David nutante, atque dicente: (c) Pſ. 72. (c) *Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns &c.* Sed eruditus, divinoque ſpiritu illuſtratus, ut præſentia futura prænoſcens, ſic eam, quam ingerit, ſolvit mox quæſtionem, iſta ſubiiciens: *Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: dejeciſti eos dum allevarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam.* Finis præterita judicat: adeo ut ſuſpendendum abs te ſit de unoquoque judicium, antequam noviſſima intuearis. Nam ſi tantum principia, vel progreſſus tantummodo ſpectes, de impio quam lætum illud & glorioſum? (d) *Vidi impium exaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani.* (d) Pſ. 36. Sed quam funeſtus conſecutus eſt finis? audi: Tranſivi, inquit, & ecce non erat: quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.

At quem digne juſteque percelluit excommunicatio Henricum Regem, demum poſt victorias infeliciter conſecutas (nihil enim infelicius felicitate peccantium) ultio divina proſtravit. Qui enim patrem contempſit Gregorium Papam, a filiis ſuis ipſe deſpectus, atque regno pulſus, in exilio mori eſt coactus infelix, privatuſque regno deceſſit, quem Apoſtolicæ Sedis ſententia regni abrogatione mulctavit: ut impleri Deus omnino voluerit, quod Petri ſublime tribunal immobile permanens in impium ſtatuiſſet, & perſpicue apparuit, quem Petri ſucceſſor pari poteſtate ligaſſet in terris, ex ſcripto divinæ promiſſionis, Deum in cœlis pariter alligaſſe. Sed ſera eſſe conſuevit executio divinæ ſententiæ (diſſimulat (e) Deus peccata hominum propter pœnitentiam) ſicut in Saul, qui ſimul ac deliquit, ſententiam regni privationis accepit, dicente per Samuelem Domino: (f) *Scidit Dominus regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Sed executio ſera. Non enim regnum David accepit, niſi poſt obitum Saulis: ſed & in Henrico tarditatem gravitate compenſaſſe Deum apparet, dum filios in patrem ſtatuit eſſe carnifices, acerbiſſimos ſuæ ſententiæ executores. Hoc namque concipitur anno ejus filius Henricus Quintus, qui patrem regno pulſum, exulem more coegit. Ita in Auctario ad Lambertum: ſed de his inferius ſuo loco dicendum, modo hiſtoriam proſequamur. XV.

(e) Sap. 11.

(f) Reg. 15.

Dei vindicta in Henricum ſera ſed gravis.

XVI. Corona Rudolphi. Ubi in Concilio abrogatum eſt regnum Henrico, & collatum ipſo Rodulpho, tum ad eum ipſe Gregorius coronam miſit, cui verſus iſte fuit inſcriptus:

*Petra dedit Petro, Petrus diadema, Rudolpho.*

Errant tamen, qui coronam ipſi miſſam a Pontifice tradunt, cum ab Epiſcopis, atque Principibus Germaniæ Rex fuerat nominatus. Nam ipſo teſte Gregorio, numquam uſque in hanc diem ab Apoſtolica Sede fuerat in Regem confirmatus, expectante convocari Concilium, in quo de utriuſque Regis juribus ageretur.

In hac eadem Synodo ventilatam eſſe an-

antiquam controverſiam inter Turonenſem, atque Dolenſem in Britannia Eccleſiam, ejuſdem Gregorii Papæ litteræ ad Epiſcopos Britanniæ datæ (*a*) ſignificant; at nec quid certi eſt definitum, ſed de mittenda legatione in Britanniam ad cauſam cognoſcendam, deliberatum eſt. (*b*) Actumque de juribus Lemovicenſis Eccleſiæ ſuper duo monaſteria, a monachis Dolenſibus uſurpata, deque aliis occupatis ab Archiepiſcopo Rhemenſi. Hæc & alia id genus ad diverſas Eccleſias pertinentia actitata ibi noſcuntur; atque hactenus de his, quæ ad præſentem Synodum ſpectant.

(*a*) *Greg. l. 7. ep. 15.* (*b*) *Idem ibid. ep. 17. 20.*

XVII. At quid anathematis jaculo ſauciatus Hen-

PAGIUS III. *Guibertus eligitur Antipapa.*

A num. XVII. ad XXXV. Centius Camerarius in libro ſuo Cenſuali cap. 3. narrata excommunicatione a Pontifice in Regem Henricum lata, ait: *Rex ubi ſe cognovit per ſententiam Romani Pontificis a conſortio fidelium ſegregatum, triſtis effectus eſt: ſed cum a diverſis diverſa darentur ſibi conſilia, in anxietatis dubio poſitus, quid potius eligeret ignorabat. Tandem perverſorum Antiſtitum & impiorum Principum ſententia prævalente, apud Brixiam generalem Curiam diſpoſuit celebrare. Convenerunt itaque in loco ipſo plurimi ſeditioſi & infames Epiſcopi, cum multitudine Clericorum & Principum, quatenus in jacturam Domini Gregorii Papæ poſſent aliquid mali ordinare vel ſtatuere; ut inter Romanam Eccleſiam & Imperium diſcordia futuris temporibus fulciretur. Communicato itaque execrabili & deteſtando conſilio, de conſenſu ipſius Regis, elegerunt in Romanum Pontificem, imo Antipapam, Guibertum Ravennatenſem, virum manifeſte perjurum, atque omni malitia & doloſitate plenum.* [1] *Et*

NOTÆ [1] Guibertum antipapam ordinatum fuiſſe anno ſequenti 1081. poſt VI. Non. Martii ſuſpicor, nam bullæ ejus apud Rubeum annum 1084. tertiumque electionis ejus deſignant; cui conſonat altera ejuſdem bulla apud Ughellum tom. V. in Veronenſ. pag. 769. quæ Bulla data inſcribitur anno 1084. *Ind. 7. ordinationis Clementis III. VI. Non. Martii.* Ex hoc autem altera non levis conjectura conſurgit, nimirum ordinatum illum fuiſſe in conciliabulo Papienſi, cujus meminit Bernriedenſis apud Pagium ad A. 1076. 2. illud autem diu poſt annum 1076. celebratum fuiſſe, penes me certum eſt. Hujus rei gratia afferre in medium libet integrum locum Norberti Abbatis Viburgenſis in Vita Bennonis Epiſcopi Oſnabrugenſis, vulgata ab Eccardo in Corp. Hiſtoric. tomo II. col. 2161. Hic enim qui per hæc tempora vivens, in Capite XXII. ſcribit: *Congregata igitur apud Ticinum Italiæ civitatem Epiſcoporum multitudine, qui regiæ parti favebant &c. Cum eorum conſilio & inſtinctu rex alium papam in ſede apoſtolica ſublimare diſponeret, interfuit etiam conventui illi epiſcopus Benno, quamvis invitus; ſed eo tamen prudentiæ oculo, quem ſecum ſemper portare ſolebat. Videns enim in utraque parte plurima magis odio quam ratione tractari &c. diligentiſſime intendere cæpit, quonam rationis exitu fieri poſſet, ut ſalva honeſtatis priſtinæ integritate neutra in parte poſſet jure culpari.* Narrat ſubinde Hiſtoricus Bennonem occuluiſſe ſeſe intra cavum Altaris ſinum, cui aptum quoddam foramen aditum præbebat; foramine illo oppanſo panno tecto. Hic igitur tandiu ſe continuit, quandiu tota cauſa tractata fuit. Igitur congregati epiſcopi, Bennone abſente, ait Norbertus *cum papam abdicaſſent, ejuſque in locum conſtituiſſent Ravennatem epiſcopum, qui etiam adhuc nomine Clemens præſidet Romanæ Eccleſiæ, plurimaque alia ſtatuiſſent, quibus epiſcopus iſte, ſi præſens eſſet, minime præberet aſſenſum. Tunc egreſſus ſuo, nemine itidem rem conſiderante, latibulo, juxta altare ubi prius ſederat ſubito reſidere conſpicitur &c. Ad regem quoque ſtatim adductus, pleniſſime ſe de omni inſidelitate purgavit.* Ex hac coævi ſcriptoris narratione plura intelligimus. Primo in Papienſi conciliabulo, ſeu tunc primum facta, ſeu antea ſequuta electio antipapæ confirmata fuit, atque tunc demum Guibertus pontificiam ordinationem obtinuiſſe videtur. Id autem huc uſque ignoratum fuit. Secundo conventui huic Epiſcoporum Henricum præſentem adſtitiſſe. Porro Henricus ante annum 1081. ſemel tantummodo in Italiam venit anno 1077. Tunc autem, cum veniam & abſolutionem a pontifice poſtulaturus veniret, eo uſque illum exacerbaſſe, ut æmuli electionem, coacta in Italia Synodo, urgeret, credi vix poteſt. Poſt obtentam dein abſolutionem, licet pontifici contumacem ſe præbuit, nihil tamen quoad electionem novi pontificis ab illo tunc motum fuiſſe inde colligimus, quod facinus illud numquam Pontifex ante annum 1080. Henrico exprobraverit; quin & animum apoſtolici numquam ſequentibus annis per legatos pertentaſſet, (quod ab illo factum conſtat) ſi pontificem alterum elegiſſet, & agnoviſſet. Nec ſane Scriptores paſſim Antipapæ electionem ullam agnoſcunt ante conciliabulum ad Brixiam Noricorum celebratum anno 1080. VII. Kal. Julii feria V. Ind. III. Conciliabulum ergo Ticinenſe, cui Henricus adfuit, ad annum 1077. referri non poteſt. Anno demum 1081. Henricus ſecundam in Italiam profectionem inſtituit, atque tunc demum Papienſe concilium, & in eo Guiberti electio ac ordinatio præſente Henrico abſolvi potuit, ut ex epocha annorum ordinationis Guiberti ſupra a nobis ſtabilita deduci poteſt. Quod etiam confirmat Waltramus Epiſcopus Numburgenſis, in ſuo libro de unitate Eccleſiæ conſervanda vulgato a Frehero to. I. ille enim lib. 2. cap. XVII. aſſerit poſt occiſum in bello Rodulphum hoc anno 1080. accidiſſe Guiberti conſecrationem: *Tunc*, ait, *geſta ſunt, quæ ſuperius dicta ſunt, de conſecratione Vuigberti in pontificem ſedis Apoſtolicæ.* Scribebat autem Waltramus anno poſt pugnam illam octavo, ut ipſe ibidem teſtatur. Tertio denique Paulus Bernriedenſis qui conciliabulo quoddam anno ut videtur 1076. abſente Henrico (quantum ex ejus verbis colligitur) conſtituit, vel plane errat, quippe qui cum celebri hac hiſtoria a coævo Scriptore memorata pugnet, vel forte de alterius conciliabuli Papiæ ante aliquot ab eo, de quo modo tractamus, annos celebrato explicandus eſt. Id ſi admiſerimus conciliabula Ticinenſia duo, quod huc uſque ignoratum fuit, admittenda ſunt. Si vero, quod magis credo, oſcitantius hac in re ſcripſit Bernriedenſis, Annales Eccleſiaſtici corrigendi ſunt, & Conciliabulo Ticinenſi ad annum 1081. promoto, ejus decreta in Romano concilio anni ejuſdem a nebulone illo, de quo Bernriedenſis, promulgata fuiſſe, arbitrandum eſt. MANSI



Conciliabulum Moguntinum & Brixienſe.

Henricus? Habito cum ſuis Epiſcopis eadem ſententia ab Eccleſia ſeparatis, atque Principibus iiſdem excommunicationis vinculis colligatis conſilio; de dimovendo e Pontificatu Gregorio, jam annum octavum in Cathedra Petri ſedente, inita conſpiratione, decernit. Crimen excogitatur, locuſque hiſce perficiendis decernitur Moguntia, quo decem & novem dumtaxat inventi ſunt qui convenirent, ſchiſmatici Epiſcopi; ſed paucitatem pertæſi, alius commodior locus, quo turba in unum coiret ſchiſmaticorum, tam ex Germania, quam ex Italia, Brixia, ſeu Brixino in Noricis eo infamanda conventu deligitur. Quidnam autem fuerit objectum in tantum Pontificem, hæc accipe ab auctore ejus temporis, eodem intimo familiari ejuſdem Henrici Regis, qui ipſius vitam conſcripſit, immo pro domino ſuo potius Apologiam: qui dum ad iſta pervenit, quæ vitaſſe non potuit, hærens in ſalebris, quomodo excuſet herum, non inveniens, ſatisfeciſſe putavit, ſi leviter reprehenſum prætereat, hæc dicens, ab iterata a Gregorio in Regem excommunicatione auſpicatus orationem:

XVIII. *Quid in culpam excogitatum in Gregorium.*

*Ad quorum criminationem Apoſtolicus eum iterum banno, ut ipſi jactabant, illigavit. Sed non magni ponderis ille bannus habetur, eo quod non rationis, ſed arbitrii, non amoris, ſed odii eſſe videretur. Cernens autem Rex Apoſtolicum ad hoc tendere, ut ſe regno privaret, alia ſua obedientia contentum, niſi ut regno renuntiaret, ex obedientia in rebellionem, ex humilitate in tumorem relabi coactus, hoc Apoſtolico facere parabat, quod Apoſtolicus ſibi facere intenderat. Ceſſa, obſecro, Rex glorioſe, ceſſa ab hoc molimine, ut Eccleſiaſticum caput de ſuo culmine deiicias, & in reddenda injuria te reum facias: injuriam pati felicitatis eſt, reddere criminis. Quærebat itaque Rex cauſas & occaſiones, qualiter eum eiiceret. Inventumque eſt, eum Romanam Sedem olim abjuratam inſediſſe, quam idcirco abjuraverit, quia ad eam, dum Archidiaconus eſſet, adhuc vivente domino ſuo, per ambitionem aſpirare voluerit. Utrum hæc vera ſint, an falſa, parum comperi: alii aſſerebant, alii figmentum eſſe dicebant. Utriſque Roma fuit in argumentum. His, quod Roma mundi domina numquam pateretur tale nefas: illis, quod ea cupiditatis ancilla facile permitteret ob pretium omne nefas. Mihi autem in medio res relinquenda eſt, cum incerta, nec poſſim defendere, nec auſim affirmare.* Hæc auctor ejus temporis, Henrico ipſi a ſecretis inhærens, pro domino & hero ſuo nihil prætermittens, quod ad excuſationem, atque defenſionem ſpectare poſſe cognoverit. Quibus plane redarguas atque deiicias totum illum a Bennone male congeſtum in Gregorium calumniarum acervum: ex quibus auctor ſchiſmaticus Conradus Urſpergenſis Abbas noſcitur ita conflaſſe decretum, quod recitat, hæc dicens:

XIX. Anno Domini milleſimo octogeſimo, cum apud Brixiam Noricam triginta Epiſcoporum conventus, necnon & optimatum exercitus non ſolum Italiæ, ſed & Germaniæ juſſu Regis Henrici congregaretur; factus eſt omnium conſenſus adverſus Hildeprandum Papam, cognominatum Gregorium Septimum, quem pſeudomonachum totiuſque veſaniæ peſtiferum principem, & præcipue ſanctæ Romanæ Sedis invaſorem affirmantes, ab Apoſtolica Sede depellendum, quamvis abſentem diiudicabant, & Vvigbertum Ravennenſem Archiepiſcopum ipſi ſubrogandum eligebant. Hujus decreti concluſio hæc eſt: Quia, inquiunt, illum conſtat non a Deo electum, ſed a ſeipſo, in fraude, ac pecunia impudentiſſime objectum: Qui Eccleſiaſticum ſubvertit ordinem: Qui Chriſtiani Imperii perturbavit regnum: Qui Regi Catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem: Qui perjurum defendit Regem: Qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia; & quidquid quiete inter pie viventes ſtare videbatur, concuſſit. Nos,

*Decretum ſchiſmatic. adverſus Gregor. Pap.*

PAGIUS IV. *Venit in Italiam.*

*Et quoniam plerumque contigit, ut peccatum ſit pœna peccati, de ſuperbiæ radice proceſſit ad perjurium, de perjurio ad inobedientiam, de inobedientia ad excommunicationem cecidit, & de excommunicatione pervenit ad idololatriam. Hunc talem, ſicut diximus, Rex Henricus adoravit pronus in terram; qui etiam, ſuadente Dionyſio Placentino Epiſcopo, juraſſe aſſeritur, ut ab eo imperii coronam acciperet. Quid plura? Ita peccatis exigentibus, omnes qui præſentes aderant, mente excæcati ſunt, non ut reſpicerent cœlum, ſed ad ejus veſtigia oſculanda. Heu! proh dolor! ſe pariter incurvavunt. Et his ita peractis, Rex in apertam hæreſim lapſus, ad propria in Octavis Apoſtolorum regreſſus eſt; Guibertus vero hæreſiarcha, inſignitus Papalibus inſigniis, cum complicibus ſuis pompoſe intravit Italiam.* Idem de verbo ad verbum legitur in Actis a Nicolao Cardinali Aragoniæ collectis. Quando vero Guibertus coronatus fuerit, ſuo loco dicemus. *Deinde apud Maguntiam Conventu facto, eandem ipſam electionem a quibuſcunque potuit confirmari fecit;* inquit Bertoldus in Chron. Urſpergenſis Abbas ad annum MLXXX. de utroque Concilio verba facit, additque: *facta ſunt hæc VII. Kal. Julii, feria V. indict. III.* nempe die XXV. menſis Junii in quam hoc anno feria quinta incidit, ubi de die electionis Antipapæ loquitur; cum jam aſſeruiſſet, Synodum Moguntinam in Pentecoſte fuiſſe coactam.

XX. Nos, auctore Deo, congregati in unum, Legatis, ac litteris freti decem & novem Epiſcoporum, die ſancto præteritæ Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum, contra eumdem Hildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia ac incendia prædicantem, periuria, & homicidia defendentem, Catholicam & Apoſtolicam Fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtionem ponentem, hæretici Berengarii antiquum diſcipulum, divinationum ac ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, phytonico ſpiritu laborantem, & idcirco a vera Fide exorbitantem, judicamus canonice deponendum & expellendum: & niſi ab ipſa Sede, his auditis, deſcenderit, in perpetuum condemnandum. *Facta ſunt autem hæc ſeptimo Kalend. Julii feria quinta, Indictione tertia.* Hæc apud Urſpergenſem concinnata (ut diximus) ex Bennonis calumniis a poſterioribus ſchiſmaticis. Nam quæ illi priores hoc anno adverſus Gregorium intulerint, ex recitatæ Regis vitæ auctore didicimus. Sed ex hoc ipſo eorumdem ſchimaticorum decreto diſcere potes, in quo poſt enumeratas ſingulas cauſas depoſitione Gregorii dignas exiſtimatas, uſque ad illa verba: *Nos auctore Deo, congregati in unum &c.* Quibus ſe aſſerunt eſſe permotos ad eumdem Pontificem deponendum, ab Urſpergenſi illa adduntur, quæ poſtea fuere a Bennone conficta, ſui deformitate adeo monſtruoſa, ut ante omnia alia in decreto illo fuiſſent ibidem collocanda, ſi vel excogitata fuiſſent, atque in Gregorium tunc objecta. Sed neque de his ulla mentio in epiſtola illa infamiſſima, quam Henricus Rex ad Gregorium Pontificem reſcripſit, quam proxime reddituri ſumus. Sed antea videamus, quæ de eodem conventu Brixienſi in Gregorio Guillelmus Bibliothecarius habeat.

XXI. Adoratur beſtia. Hic quidem ipſe temporis hujus ſcriptor de Brixienſi ſchiſmaticorum conciliabulo agens, hæc habet poſt creationem pſeudopontificis Guiberti: *Hunc talem Henricus Rex adoravit pronus in terram; cui etiam, ſuadente Dionyſio Placentino Epiſcopo, juraſſe aſſeritur, ut ab eo Imperii coronam acciperet. Quid plura? ita peccatis exigentibus, omnes qui aderant præſentes, mente excæcati ſunt, ut non reſpicerent cælum, ſed ad ejus veſtigia oſculanda (heu proh dolor!) ſeſe pariter incurvarent. His ita peractis, Rex in apertam hæreſim lapſus, ad propria in octavis Apoſtolorum egreſſus eſt: Guibertus vero hæreſiarcha inſignitus papalibus inſigniis, cum complicibus ſuis pompoſe intravit Italiam.* Hucuſque de his Guillelmus. Sed jam audi virulentam epiſtolam, quam poſt pſeudoſynodum Henricus Rex ſcripſit ad Gregorium Romanum Pontificem: quam cuſam poſt Henrici vitam antiquitus ſcriptam, ſed recens editam, his verbis deſcriptam invenies:

*Henricus non uſurpative, ſed pia Dei ordinatione Rex, Hildebrando non jam Apoſtolico, ſed falſo monacho.*

XXII. Henricus ad Greg. Pap. *Hanc talem pro confuſione tua ſalutationem promeruiſti, qui nullum in Eccleſia ordinem prætermiſiſti, quem confuſionis, non honoris, maledictionis, non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca & egregia loquamur; rectores ſanctæ Eccleſiæ, videlicet Archiepiſcopos, Epiſcopos, vel presbyteros non modo tangere, ſicut Chriſtos Domini non timuiſti, quin ſicut ſervos, neſcientes quid faciat dominus eorum, ſub pedibus tuis calcaſti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparaſti, quos omnes nihil ſcire, te autem ſolum omnia noſſe judicaſti. Qua utique ſcientia non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem uti ſtuduiſti; ut jure hoc beatum Gregorium, cujus nomen tibi vendicaſti, de te credamus prophetaſſe, dicentem ſic: Ex affluentia ſubjectorum plerumque animus Prælati extollitur; exiſtimat ſe plus omnibus noſſe, cum ſe videt plus omnibus poſſe.*

XXIII. *Et nos quidem hæc omnia ſuſtinuimus, dum Apoſtolicæ Sedis honorem conſervare ſtuduimus: ſed tu humilitatem noſtram * timori fore intellexiſti, ideoque in ipſam regiam poteſtatem nobis a Deo conceſſam exurgere non timuiſti, quam a nobis auferre auſus es minari, quaſi nos a te regnum acceperimus, quaſi in tua, & non in Dei manu ſit regnum vel Imperium. Quia dominus noſter Jeſus Chriſtus nos ad regnum, te autem non vocavit ad ſacerdotium. Tu enim his gradibus aſcendiſti, ſcilicet aſtutia, & fraude, quodque monachica profeſſio abominatur, pecunia favorem, favore ferrum, ferro Sedem pacis adiſti, & de Sede pacis pacem turbaſti, dum ſubditos in Prælatos armaſti, dum Epiſcopos noſtros a Deo vocatos tu non vocatus ſpernendos docuiſti; dum laicis* miniſterium eorum ſuper ſacerdotes uſurpaſti, ut ipſi deponant, vel condemnent, qui ipſos de manu Domini per impoſitionem manuum Epiſcoporum docendos acceperant.*

* timorem forte.

* uſus.

XXIV. *Me quoque (licet indignus inter Chriſtianos ſum ad regnum vocatus) te teſte, quem ſanctorum Patrum traditio ſoli Deo judicandum docuit; nec pro aliquo crimine, niſi a Fide (quod abſit) exorbitaverim, deponendum aſſeruit: cum etiam Iulianum Apoſtatam prudentia ſanctorum Epiſcoporum non ſibi, ſed ſoli Deo deponendum commiſerit. Ipſe vero quid verus Papa beatus Petrus clamat? (a) Deum timete, Regem honorificate. Tu, inquam, quia*

(a) 1. Pet. 2.



*quia Deum non times, me conſtitutum ejus inhonoras. Unde beatus Paulus, (a) ubi Angelo de cælo, alia ſi prædicaverit, non pepercit: te quoque in terris alia docentem non excepit. Ait enim: Si quid vel ego, vel Angelus e cælo præter id, quod evangelizavimus, vobis evangelizaverit, anathema ſit. Tu igitur hoc anathemate, & omnium Epiſcoporum noſtrorum judicio damnatus, deſcende, vendicatam tibi Sedem Apoſtolicam relinque, alius in ſolium beati Petri aſcendat, qui nulla violentia religionem palliet, ſed beati Petri ſanam doctrinam doceat.* Hucuſque Henrici epiſtola, cui ejuſmodi inhæret ſubſcriptio: *Ego Henricus Rex Dei gratia cum omnibus Epiſcopis noſtris tibi dicimus: Deſcende, Deſcende.*

(a) Gal. 1.

XXV. Henricus quid ad Romanos. Scripſit tunc etiam ad populum Romanum epiſtolam, ex qua iſtud fragmentum ibidem recitatur: *Exurgite in eum, fideliſſimi, & primus in fide ſit primus in ejus damnatione. Non autem ut ſanguinem jus effundatis, dicimus; quippe cum major ſit ſibi poſt damnationem pæna vita, quam mors, ſed ut eum, ſi nolit deſcendere, cogatis, & alium communi omnium Epiſcoporum, & veſtro conſilio a nobis electum in Apoſtolicam Sedem recipiatis, qui quod iſte in Eccleſia vulneravit, curare velit & poſſit.* Hæc ibi: Inſuper & hæc ab eodem Rege ad Hildebrandum, ut ſe habet inſcriptio:

XXVI. Rurſum Henricus ad Greg. Pap. *Cum hactenus a te ea, quæ ſunt patris, expectarem, tibique in omnibus magna fidelium noſtrorum indignatione obedirem; recipi a te viciſſitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ, regnique noſtri pernicioſiſſimus hoſtis eſſet. Nam cum primum omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa Sede Apoſtolica debebatur, ſuperbo auſu rapuiſſes; longius inde progrediens, regnum Italiæ peſſimis artibus alienare tentaſti. Neque hoc contentus, in reverendiſſimos Epiſcopos, qui nobis velut dulciſſima membra uniti ſunt, manum mittere non timuiſti, eoſque ſuperbiſſimis injuriis, acerbiſſimiſque contumeliis contra divina & humana jura (ut ipſi ajunt) exagitaſti. Quæ omnia cum ego quadam patientia diſſimularem; tu hoc non patientiam, ſed ignaviam exiſtimans, in ipſum caput inſurgere auſus es, mandans quæ noſti, ſcilicet (ut tuis verbis utar) quod aut tu morereris, aut mihi animamque regnumque tolleres.* Hactenus ibi. Sed quam diſparia iſta ab his, quæ per Gregorium ſunt ſæpe litteris ſcripta, quæ dicta ſunt ſuperius, fidem faciunt.

XXVII. Quæ Henricus pro antipapa. Decernuntur inter hæc ab Henrico ipſo pro Antipapa legationes ad Chriſtianos Principes, & inter alios ad Regem Angliæ, a quo non recipitur Legatus miſſus. Docent hæc litteræ ad Legatum redditæ a Lanfranco Archiepiſcopo Cantuarienſi, quæ ſic ſe habent:

Lanfrancus * Hu.

* f. Hugoni.

*Litteras tuas, quas mihi per portitorem mearum miſiſti, ſuſcepi & legi, & diſplicuerunt mihi quædam quæ in eis inveni. Non probo, quod Papam Gregorium vituperas: quod Hildebrandum eum vocas: quod Legatos ejus Spinoſulos nominas: quod Clementem tot & tantis præconiis tam * propere exaltas. Scriptum eſt enim, (b) non eſſe laudandum in vita ſua hominem, nec detrahendum proximo ſuo. Adhuc incognitum eſt humano generi, quales nunc ſint, & quales futuri ſint in conſpectu Dei. Credo tamen, quod glorioſus Imperator ſine magna ratione tantam rem non eſt aggreſſus patrare, nec ſine magno auxilio Dei tantam potuit victoriam conſumare. Non laudo, ut in Anglicam terram venias, niſi a Rege Anglorum licentiam veniendi prius accipias. Nondum enim Inſula noſtra priorem refutavit, nec utrum huic obedire debeat, ſententiam promulgavit. Auditis utrimque cauſis, ſi ita contigerit, perſpicacius quid fieri oporteat, provideri valebit.* Hucuſque ibi.

* f. præpoſtere.

(b) Eccl. 11.

XXVIII. Portentum in Eccleſia. Audiſti quæ tum Epiſcopi ſchiſmatici ſæpe condemnati ſimoniaci, tumque Henricus ipſe in eodem ſatanico conventiculo Brixienſi ſint nullo exemplo majorum auſi? ut quem per annos octo orbis Catholicus cognoverit legitimum Eccleſiæ Catholicæ caput, & Eccleſiæ Romanæ Pontificem, eumdemque Rex ſuo calculo confirmaverit) ut quæ ſunt ſuperius dicta ipſo ejus ingreſſu Pontificatus, oſtendunt) eidem ipſi de ipſius electione quæſtio moveatur: quin & inauditus, immo nec vocatus ad Synodum condemnetur. Quod huic ſimile portentum vidit aliquando populus Chriſtianus? Quod huic ſimile monſtrum peperit aliquando ex connubio ſatanæ hæreſis, vel ſchiſma produxit? Ad quod confodiendum, mox ut apparuit, gladio verbi Dei inſurrexere viri doctiſſimi, vita ſanctiſſimi: inter quos primum tenuit locum ſanctus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, de quo plura ſuperius dicta meminimus. Hic ſtatim, ut talem beſtiam erectam vidit, & exaltatam ſuper Cathedram Petri, adverſus eumdem Guibertum, vendicantem ſibi nomen Pontificis, in defenſionem Gregorii, Chriſti legitimi ſucceſſoris, ſcripſit epiſtolam, ipſam publicam, quam majores nominavere Encyclicam, ad omnes eccleſias: quæ licet modo non extet, fragmentum tamen ipſius quod Urſpergenſis Abbas, licet a partibus ſchiſmaticorum ſtans, recitat, hic reddamus, ut ſe habet his verbis:

XXIX. *Scripſit poſt hæc Anſelmus Lucenſis Epiſcopus epiſtolam ad eumdem Guibertum,*

S. Anſelmus Lucenſis defenſor Greg. P. *tum, in qua illum prævaricatorem, ac ſuperbum cognominat, inter alia ſubinferens: Ut ergo de beato Gregorio patre noſtro dicam, quod de Cornelio ſcripſit beatus Cyprianus: Factus eſt Epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio: de clericorum pene omnium, & ut (verius dicam) omnino omnium teſtimonio; de plebis, quæ tunc aderat, ſuffragio, de ſacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Alexandri locus, id eſt cum locus Petri, & gradus ſacerdotalis cathedræ vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſu ordinato, quiſquis jam Epiſcopus voluerit fieri, foras fiat neceſſe eſt, nec habet Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet unitatem. Quiſquis ille fuerit, licet multum de ſe jactans, ſibi plurimum vendicans, probatus eſt alienus, foris eſt. Et cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolus debet eſſe, factus eſt, non jam ſecundus ille, ſed nullus. Hæc priori ſententiæ valde contraria ſcripſit Anſelmus Epiſcopus, vir litteris apprime eruditus, ingenio acutiſſimus, facundia præcipuus & (quod omnibus majus eſt) in Dei timore, & ſancta converſatione nominatiſſimus; adeo ut tam in vita, quam poſt mortem referatur miraculis clarus.* Hæc Urſpergenſis, qui pro adverſariis militarit, ſed potentia veritatis coactus fuerit iſta fateri. Dolemus excidiſſe illud integrum egregium viri doctiſſimi monimentum, nec niſi recitatum ſuperius nos potuiſſe reperire fragmentum.

☞ Sed poſt Tomi hujus editionem ex optato accidit, ut inventum opus diu quæſitum, Caniſii induſtria cuſum, ab eo acceperimus proditum ex bibliotheca cathedralis Eccleſiæ Ratiſponenſis. Invenies id ipſius auctoris tomo ſexto Antiquæ lectionis duobus libris diſtinctum, ſed fine carentem ultimum librum. Deſideratur tamen adhuc Epiſtola illa, quam ſe primo loco ad eumdem Guibertum ſcripſiſſe teſtatur operis ipſius principio. ☜ Eodem quoque argumento.

XXX. Deusdedit Cardinalis comment. Deuſdedit presbyter Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctorum Apoſtolorum, ſcripſit ad Victorem Papam, ſucceſſorem Gregorii hujus, commentarium ejuſdem diri ſchiſmatis occaſione, de privilegiis Romanæ Eccleſiæ, eumdemque quadrifariam partitum, ut ipſe ejus exordio docet his verbis: *Primus liber continet privilegium auctoritatis ejuſdem Romanæ Eccleſiæ; & quoniam Eccleſia ſine Clero eſſe non poteſt, nec Clerus abſque rebus, quibus temporaliter ſubſiſtat; huic ſecundum ſubjunxi de Clero, & tertium de rebus ejuſdem Eccleſiæ. Quia vero ſæculi poteſtas Dei Eccleſiam ſibi ſubjugare nititur, libertas ipſius & Cleri, & rerum ejus tertio, & maxime quarto libro evidenter oſtenditur.* Eſt apud nos exſcriptum volumen, fine tamen carens. Inter alia autem agens de præſenti ſchiſmate, auctorem ejus declarat fuiſſe Guibertum jam depoſitum, & ſæpe excommunicatum Archiepiſcopum Ravennatem jam ante, ſchiſmatis Cadaloici anteſignanum tempore Alexandri Secundi. De quo habet iſta:

*Poſt præſtita domino ſuo beatæ memoriæ Septimo Gregorio Papæ fidelitatis ſacramenta, & obedientiam, viiii. annis exhibitam, Apoſtolicum thronum invaſit, cooperante ſibi Henrico Rege, quem ſeducendo in ſimoniacam hæreſim, in quam idem Henricus dudum inciderat, profundius impulit, & avertit ab obſervatione juramenti, quod apud Canuſium Tuſciæ oppidum præbuerat eidem domino Papæ ad integrandam pacem, & juſtitiam in regno, quod multa ſuperbia, & malitia perturbaverat: propter quæ omnia poſt multam deprecationem ejuſdem domini Papæ, ut reſipiſceret, & ſæpenumero vocationem, ut ſatisfaceret, tandem primum excommunicatione, deinde niſi acquieſceret, comminatione depoſitionis a regno iterum, iterum ad juramentum ſatisfaciendi compulſus eſt. Sed poſtea (ut dictum eſt) a præfato Guiberto, novo Simone mago, veluti alter Nero ſeductus eſt, ſcilicet quod non oporteret eumdem veluti tantum Regem Apoſtolicæ Sedis judicio cuiquam ſatisfacere, ac ſi non eſſet de ovibus beati Petri, & exceptus ab ea obligatione, de qua eidem a Deo dicitur: Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo, &c. Ejuſdem itaque ſuaſione præfata duo juramenta tranſgrediendo, iterum, quouſque reſipiſceret, ſynodali Apoſtolicæ Sedis judicio vinculis anathematis obligatus eſt.* XXXI. Guibertus auctor ſchiſmatis. · viii. Hæc de exordio ſchiſmatis. *Porro* (inquit Bertholdus) *Henricus totam Italiam adeo conturbavit, ut nullus ſecurus ad Limina Apoſtolorum ire poſſet, qui non prius abjuraret, quod ad Papam Gregorium diverſurus non eſſet.*

Sancti Anſelmi presbyter pœnitentiarius B. qui res ab eo præclare geſtas conſcripſit, de Guiberto tamquam ſpectro apparente inopinato Pontifice, qui jam olim creatum Gregorium legitimum Romanum Pontificem viſitaſſet, coluiſſet, & digno obſequio veneratus eſſet, hæc habet: *Hic namque, nobis cernentibus, omnem obedientiam & ſubjectionem domno noſtro Gregorio Papæ exhibuit. Sed & ipſe Gregorius cum honore illum ac dilectione in ſacro Lateranenſi palatio recepit hoſpitio, & proximum etiam illum a dextris ſuis in Sancto habuit* XXXII. Hugo Cand. excommun. promotor antipapæ.



*buit Concilio, & primum in omnibus, quibus digne oportuit. Ille autem non poſt multa per ſuperbiam incidit in inobedientiam.* Et inferius, cum quaſi per larvam impoſitam eſt transformatus in Papam, hæc ſubiicit: *In ejus promotione ſcilicet Roma non quæritur, nec Romanus aut Clerus, aut populus.*

XXXIII. *Unus quidem affuit Hugo nomine, Candidus facie, nigerrimus mente, Cardinalis olim, ſed dudum pro ſuis ſceleribus juſte excommunicatus, & abjectus. Hic damnatus damnatum, perjurus perjurum, parricida laudat parricidam. In loco ſiquidem horrido & aſperrimo, in mediis nivalibus Alpibus, ubi fames aſſidua, frigus pene ſempiternum, locus iſte vicus eſt pro civitate, qui Brixinorium vocatur, altiſſimis circumdatum ſcopulis, ubi vix etiam nomen obtinetur Chriſtianitatis, promovetur. Hic principalis Eccleſiæ privilegia, hic ſummi ſacerdotii jura, hic ſanctorum Patrum inſtituta, hic omnia evacuantur canonica decreta. Nimirum ſi qui rogaſſent, ut alium cœlis imponeret Deum; quantum in ipſo erat exiſtimo, faceret & confirmaret.* Hæc de Guiberto & Hugone Antipapæ promotore, & inferius de Henrico Rege omnium malorum auctore per ipſum Gregorium Papam ſæpe admonitum addit iſta: *Ille autem in ſua permanens deteſtabili pertinacia, admonetur rurſus ab Apoſtolico affectu paterno, miſſis ad eum epiſcopis, Albanenſi & Paduano. At qui dum non emendatur, rurſum periculoſiſſime excommunicatur.* Hæc auctor.

XXXIV. (a) Pſ. 54. Chriſtus pro eccleſ. ſua ſolicitus. Sed accidit plane ſecundum propheticum illud oraculum: *(a) Diviſi ſunt ab ira vultus ejus: & appropinquavit cor illius.* Ut magis inhæreret, ſtrictiuſque atque coniunctius jungeretur ſuæ Eccleſiæ Chriſtus auctor ipſius quo contentioſius & execrabilius ab unitate corporis diſcinduntur tabe corrupta membra putentia. Cum ſimulac Antichriſtus inſurgit, Chriſtus adjutor exurgit: cum molitur ille damna ac parat exitium; auxilium iſte, qui ferat, invenit, afferatque præſidium, cum videlicet majori miraculo perſecutorem ſuæ conſtituit Eccleſiæ defenſorem, qui ſuperet Imperatorem, & cum eo pellat ab Urbe monſtrum, Petri Cathedræ pervaſorem. Ut plane iſta conſiderans, illud cum Propheta exclamare compellare: *(b) Domine conſideravi opera tua, & expavi.* (b) Heb. 3. ex 70.

XXXV. Robertus Guiſcardus ſe ſubiicit Greg. pap. Nam obſerva, quæſo, magnam Dei providentiam in ſancta Romana Eccleſia gubernanda. Cum enim (ut audiſti) ſeptimo Kalend. Julii ſacrilegum illud decretum de Gregorii Papæ abrogatione in conventiculo illo Brixienſi, ſeu Brixinonenſi, editum eſſet; poſt triduum, nempe tertio Kalend. Julii Robertus ille Guiſcardus, quem hactenus audiſti hoſtem implacabilem Romanæ Eccleſiæ, & invaſorem bonorum ejus, ob idque ſæpe ab eodem Pontifice in Conciliis Romæ habitis excommunicatum, ſponte veniens ſe eidem Gregorio Papæ ſubjecit, & ipſius & univerſæ Romanæ Eccleſiæ defenſorem fideliſſimum exhibens, præſtitit eidem juramentum fidelitatis verbis iſtis, ſecundum formulas conſuetas: (c) (c) Greg. l. 8. poſt. x. epiſt.

XXXVI. Juramentum fidelitatis Roberti Guiſcardi. *Ego Robertus Dei gratia, & ſancti Petri, Apuliæ, & Calabriæ, & Siciliæ Dux, ab hac hora & deinceps ero fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedi, & tibi domino meo Gregorio univerſali Papæ. In conſilio, vel facto, unde vitam, aut membrum perdas vel captus ſis mala captione, non ero. Conſilium quod mihi credideris, & contradixeris ne illud manifeſtem, non manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, tibique adjutor ero, ad tenendum, acquirendum, & defendendum Regalia ſancti Petri, ejuſque poſſeſſiones pro meo poſſe contra omnes homines (excepta parte Firmanæ Marchiæ, & Salerno, atque Amalphi, unde adhuc facta non eſt definitio) & adjuvabo te, ut ſecure, & honorifice teneas Papatum Romanum. Terram ſancti Petri, quam nunc tenes, vel habiturus es, poſtquam ſcivero tuæ eſſe poteſtatis, nec invadere, nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præſumam abſque tua, tuorumque ſucceſſorum, qui ad honorem ſancti Petri ordinati fuerint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi concedes, vel tuæ conceſſuri ſunt ſucceſſores.*

XXXVII *Penſionem de terra ſancti Petri, quam ego teneo, aut tenebo, ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo ut illam annualiter ſancta Romana habeat Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt domi-*



PAGIUS V. *Robertus inveſtituram Calabriæ & Siciliæ accipit.* A num. XXXV. ad XLIV. Baronius ex eo quod poſt Epiſtolam Gregorii VII. primam libri octavi, quæ eſt de Armenorum erroribus, in Regiſtro collocatum fuerit *Juramentum* Roberti Ducis Calabriæ, eum hoc tantum anno vinculo excommunicationis, quo in prima & ſecunda Synodis Romanis legatus fuerat, abſolutum, & illud Juramentum prolatum deducit. Verum, ut anno MLXXIV. jam oſtendimus, *Robertus* anno MLXXVII. in gratiam Pontificis rediit, neque Juramentum illud ſuo loco a Collectore poſitum; cum *Robertus* illud emiſerit *Aquini* eo tempore, quo in gratiam Gregorii VII. rediit, ut eo Chriſti anno oſtendimus. Collectorem decepit ſubſcriptio, quæ in fine Juramenti hoc anno a Baronio relati legitur: *Actum Ciprani tertio Kalendas Julii.* Videns enim Epiſtolam II. ejuſdem libri VIII. dici datam Ciprani quinto Kalendas Julii, indictione tertia, hoc nempe anno, exiſtimavit ju-

*minatione, cum illarum poſſeſſionibus dimittam in tua poteſtate, & defenſor ero illarum ad fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu, vel tui ſucceſſores ante me ex hac vita migraveritis; ſecundum quod monitus fuero a melioribus Cardinalibus, clericis Romanis, & laicis, adjuvabo, ut Papa eligatur, & ordinetur ad honorem ſancti Petri. Hæc omnia ſupraſcripta obſervabo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi cum recta fide: & hanc fidelitatem obſervabo tuis ſucceſſoribus, ad honorem S. Petri ordinatis, qui mihi (ſi mea culpa non remanſerit) firmaverint inveſtituram, a te mihi conceſſam. Actum Ciprani* ( eſt oppidum in Latio, ad ripam Liris fluminis ) *tertio Kalend. Julii. Quibus mox iſta ſubiiciuntur, de facta per Gregorium Papam inveſtitura:*

XXXVIII. Inveſtitura de Apulia Calabria, & Sicilia.

*Ego Gregorius Papa inveſtio te, Roberte Dux, de terra, quam tibi conceſſerunt anteceſſores mei ſanctæ memoriæ Nicolaus, & Alexander. De illa autem terra, quam injuſte tenes, ſicut eſt Salernus, & Almaphia, & pars Marchiæ Firmanæ, nunc te patienter ſuſtineo in confidentia Dei omnipotentis, & tuæ bonitatis, & tu poſtea exinde ad honorem Dei & ſancti Petri ita te habeas, ſicut & te agere, & me ſuſcipere decet, ſine periculo animæ tuæ & meæ. Actum ut ſupra.* His ſubiicitur de perſolvendo cenſu ejuſmodi jurata promiſſio, hoc titulo annotata:

*Conſtitutio reddendi cenſus in die Reſurrectionis Domini, duodecim videlicet denariorum Papienſis monetæ, de tota Apulia, Calabria, & Sicilia,* pro unoquoque jugo boum.

XXXIX. Annua penſio quanta & quo die ſolvenda.

*Ego Robertus Dei gratia, & ſancti Petri, Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Dux, ad confirmationem traditionis, & ad recognitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego teneo proprie ſub dominio meo, & quam adhuc nulli Ultramontanorum ita conceſſi, ut teneat; promitto me annualiter pro unoquoque jugo boum penſionem, duodecim ſcilicet denarios Papienſis monetæ perſoluturum beato Petro, & tibi domino meo Gregorio Papæ, & omnibus ſucceſſoribus aut tuis, aut ſucceſſorum tuorum Nuntiis. Hujus autem penſionariæ redditionis erit ſemper terminus, finito quoque anno, ſanctæ Reſurrectionis dies Dominicus. Sub hac vero conditione hujus perſolvendæ penſionis obligo me, & meos ſive hæredes, ſive ſucceſſores tibi domino meo Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus tuis.* Ita Deus cum permittit ſævire impium adverſus juſtum, tutum parat juſto confugium, & conſtituit in perſecutione Eccleſiæ defenſorem.

XL. Gregorius autem ubi accepit, quod factum eſſet per pſeudoepiſcopos in Brixienſi conciliabulo ſchiſma nefandum; de his omnibus fideliores Epiſcopos ſub eodem Duce Roberto Guiſcardo, & aliis Principibus Campaniæ conſtitutos his litteris menſe Julii reddidit certiores, quibus & ab eis preces exigit, Legatis hac de cauſa ad omnes miſſis: (*a*)

(a) Greg. lib. 8. ep. 5.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto fratribus, & Coepiſcopis, per principatus, & Apuliam & Calabriam conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

De oborto ſchiſmate Greg. P. litteræ.

*Fraternitatem veſtram credimus non latere, quod plures ſatanæ diſcipuli, qui falſo nomine per diverſas regiones cenſentur Epiſcopi, diabolica inflammati ſuperbia, ſanctam Romanam Eccleſiam conati ſunt confundere; ſed per auxilium omnipotentis Dei, & auctoritatem B. Petri iniqua eorum præſumptio, ſicut eis verecundiam & confuſionem, ita Apoſtolicæ Sedi gloriam contulit & exaltationem. Siquidem a minimo uſque ad maximum, videlicet Henricum Regem, qui vertex auctor peſtiferi conſilii fuiſſe probatur, per plurima corporum, & animarum pericula perſenſit, quantas beati Petri auctoritas ad ulciſcendam eorum iniquitatem vires obtineat.*

XLI. *Scitis enim, quia tempore domini noſtri Papæ Alexandri quid idem Henricus injuriæ Eccleſiæ B. Petri per Cadaloum inferre excogitaverit, & in quantam, quamque turpiſſimam, mundo teſte, confuſionis foveam cum eodem Cadaloo cadere meruerit, & quanto honore, quantiſque triumphis in exercitatione illius certaminis Reſpublica noſtra profecerit. Scitis etiam quam deteſtandis conſpirationibus ante annos tres, præcipue Longobardorum Epiſcopi ſe adverſum nos, eodem Henrico principante, armaverunt; & quod per defenſionem beati Petri illæſi & incolumes, non ſine magna noſtra, noſtrorumque fidelium honoris exaltatione remanſimus. Illis vero priorem arbitrantibus non ſufficere ſibi confuſionem, a planta pedis uſque ad verticem Apoſtolicæ ultionis quantum ferverit gladius, adhuc plaga incurabilis præſtat indicium. Sed in his omnibus obduratas meretricum more frontes gerentes, & impudentia ſua iram ſibi juſti judicii theſaurizantes, qui reſpectu contumeliæ ſuæ ad ſenſum redire debuerant, patrem ſuum ſecuti, qui dixit:* (*a*) *Ponam ſedem meam ab Aquilone, & ero ſimilis Altiſſimo, priſtinam conſpirationem adverſus Dominum, & ſanctam univerſalem Eccleſiam conati ſunt innovare, & hominem ſacrilegum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perjurum, necnon per univerſum Romanum orbem nefandiſſimis ſceleribus denotatum (Guibertum dicimus, ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ devaſtatorem) Antichriſtum ſibi & hæreſiarcham conſtituere.*

(a) Iſai. 14.

XLII. *In quo nimirum Satanæ conventu illi interfuere, quorum eſt vita deteſtabilis, & ordinatio hæretica, immenſitate multimodi criminis. Siquidem ad hanc inſaniam illa demum eos deſperatio traxit, quod neque precibus, neque ſervitiorum, aut munerum promiſſionibus, ſcelerum ſuorum veniam apud nos * maluerint impetrare, niſi forte vellent judicio Eccleſiaſtico, noſtræque cenſuræ ſe, mediante miſericordia, ſicut decet officium noſtrum, ſubmittere. Hos itaque nullis rationibus fultos, immo omnium criminum conſcientia perditiſſimos tanto magis vilipendimus, quanto ipſi ſe altiora conſcendiſſe confidunt. Per miſericordiam quippe Dei,*

* f. meruerint.



*& orationem beati Petri, quæ Simonem magum, eorum utique magiſtrum ad altiora tendentem mirabiliter dejecit, ſperamus ruinam eorum non diu remoraturam, & quietem ſanctæ Eccleſiæ, victis & confuſis hoſtibus ſuis, more ſolito glorioſiſſime dilatandam.*

XLIII. *Vos itaque, dilectiſſimi fratres, innocentiam communis matris veſtræ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perpendentes, & quantum diabolus membra ſua ad inferendam præfatæ Romanæ Eccleſiæ inquietudinem exerceat, conſiderantes; ſicut decet, & officii veſtri debitum exigit, orationibus, aliiſque modis, quibus laboranti matri ſuccurrendum eſt, operam, ſtudiumque impendite, quatenus appareat vos legitimos ejus filios eſſe, ipſiuſque contumeliam, partita nobiſcum laboris diligentia, ex corde ſentite. Quod ſi fueritis ſocii compaſſionis, eritis, auxiliante Deo, lætitiæ participes & conſolationis. Cætera, quæ non inſeruimus, Legatis noſtris, quibus ſicut nobis credere poteſtis, referenda commiſimus. Datum Cicani (eſt oppidum in Campania) xii. Kalend. Auguſti.*

XLIV. Michael Imp. Conſtant. fugit ad Greg. P.

In his anguſtiis Gregorius conſtitutus, charitatis amplioribus ſpaciis dilatatur; nec quærens quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum; ſuarum ærumnarum oblitus, ad ferendam opem miſeris ſe totum convertit. Accidit enim, ut iiſdem ferme diebus Michael Conſtantinopolitanus Imperator, ante triennium a Nicephoro ( ut vidimus ) pulſus ab Imperio, atque detruſus in monaſterium, inde Epheſinus creatus Epiſcopus, fuga lapſus ſe contulerit in Italiam, auxilium imploraturus a Romano Pontifice atque Northmannis, ut reſtitueretur in priſtinum ſtatum. Hæc cum ex Gregorii Papæ litteris ſatis pateant, a Græcis tamen hiſtoricis prætermiſſa eſſe ſcias. Porro miſeratus anguſtias ejecti Imperatoris benignus Pontifex, has litteras pro decernenda in Orientem expeditione conſcripſit. (*b*)

(b) Greg. l. 8. c. 6.

XLV. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, fratribus & Coepiſcopis, in Apulia & Calabria commorantibus, ſalutem*

PAGIUS Juramentum ſicuti Epiſtolam ad præſentem annum pertinere. [1] Verum alio anno Epiſtola illa ſcripta; alio Juramentum emiſſum; cum Robertus a Pontifice *Aquini* abſolutus fuerit, eique homagium præſtiterit, ut anno MLXXIV. monſtravimus. Baronius num. XXXVII. ait, *Ciprianum* eſſe oppidum in Latio ad ripam Liris fluminis. Sed exiſtimo arcem fuiſſe ad Lirim ſeu Garilianum fluvium poſitam, in confiniis Terræ Laboris in Regno Neapolitano, in confiniis, inquam, quia Sumontius in Hiſtoria Neapolitana lib. 1. pag. 487. indicat, eam in Campania ſitam fuiſſe. *Cyperani* vel *Ceperani* mentio in Chron. Caſinenſi lib. 4. cap. 51. & apud Fulconem Beneventanum. Quare cum locus ille *Aquino* vicinus eſſet, quod *Ciprani* geſtum, id Centius Camerarius anno MLXXIV. num. IX. a nobis laudatus, *Aquini* contigiſſe dicit.

Ad

NOTÆ [1] JUramentum iſtud Roberti in regiſtro Gregorii ad hunc annum optime collatum eſſe, ſupra in Nota ad A. 1074. 8. demonſtravimus. MANSI

PAGIUS VI. *Pſeudo-Michael Imp. menſe Julio Romam venit.*

Ad num. XLIV. & ſeq. Refert Baronius Epiſtolam Gregorii VII. ex lib. VIII. cap VI. ejus Regiſtri, Epiſcopis Apuliæ & Calabriæ datam, in qua ait, *Michaelem* Imperatorem Conſtantinop. in Italiam veniſſe, ejus & Roberti Calabriæ Ducis opem imploraturum, quem eis maximopere commendat. Epiſtola *dat. Octavo Kal. Auguſti.* Verum Pſeudo-Michael ille Gregorio Papæ fucum fecit. De eo Anna Comnena lib. 1. pag. 28. & ſeq. ſcribit duplicem ad ſe famam emanaſſe, quarum poſteriori adhæret: *Verum alia me aliunde, eademque credibilior fama circumſonat: neminem fuiſſe plagiarium Monachum, qui ultro in Michaelis quondam Imperatoris nomen invaſerit, Robertumque provocarit: nugas eas, præſtigiaſque eſſe: nihilque aliud niſi artificis ſcelus Roberti ipſius, facundiſſimi ad fraudes ingenii. Nimirum is dudum concepta cupiditate Romani imperii ſibi bello parandi, apparatibus rei tantæ jam, ut ſibi erat conſcius, maturis, parturiebat impotens animi, & rumpere conſilio exitum omni conatu moliebatur. At obſtabant præcipiti incœpto injuſti belli, adverſus Chriſtianos ſuſcipiendi, tum plerique Principum, qui ei aderant, tum ipſa ejus conjux Gaita, qui quoties iſtam pruriginem laceſſendi Romani nominis* ( Græcos intelligit Anna ) *Robertum oſtenderet, nullum finem diſſuadendi faciebant. Eos igitur ad ſuam ſententiam trahendi talem viam iniit. Mittit certos homines Crotonem arcanæ mentis ſuæ conſcios, clam nempe in aurem monitos, ut ſi*

quem

*tem & Apoſtolicam benedictionem.*

Greg. P. pro expeditione Orient. laborat. *Notum eſſe prudentiæ veſtræ non dubitamus, glorioſiſſimum Imperatorem Conſtantinopolitanum, Michaelem videlicet ab Imperialis excellentiæ culmine indigne potius & malitioſe, quam juſte aut rationabiliter eſſe dejectum. Qui auxilium beati Petri necnon filii noſtri glorioſiſſimi Ducis Roberti flagitaturus Italiam petiit. Quapropter nos licet indigni Sedis ipſius curam gerentes, compaſſionis viſceribus moti, precibus illius, necnon ejuſdem Ducis annuendum eſſe cenſuimus, & a fidelibus beati Petri ſubveniendum ſibi fore putavimus.*

XLVI. *Igitur quia inter cœtera multimoda ſuffragia iſtud non minus profuturum memorati Principes exiſtimant, ſcilicet, ut milites auxiliatores recta fide, non diſſimilibus animis ire conſtanter in adjutorium & defenſionem præfati Imperatoris debeant, Apoſtolica auctoritate præcipimus; quatenus illi, qui militiam ipſius intrare ſtatuerint, in contrariam partem proditoria tergiverſatione tranſire non audeant, verum (quod Chriſtianæ religionis honor & debitum poſtulat) ei præſidium fideliter impendant. Dilectioni quoque veſtræ nihilo minus præcipiendo mandamus, ut eos, qui cum eodem Duce & prædicto Imperatore transfretaturi ſunt, diligentiſſime (ut veſtrum officium exigit) moneatis condignam pœnitentiam agere, & rectam Fidem (ſicut decet Chriſtianos) circa illos ſervare, in omnibus actibus ſuis timorem Dei & amorem præ oculis habere, & in bonis operibus perſeverare; ſicque illos, fulti noſtra auctoritate, immo beati Petri poteſtate, a peccatis abſolvite. Dat. octavo Kalend. Auguſti.*

XLVII. Vidiſti æſtuantem Chriſtiana charitate ſanctiſſimi Pontificis animum, qui dum patitur in Occidente Regem potentiſſimum adverſarium, ipſe de reſtituendo in Imperium ejecto Imperatore ita laboret? Conſideraſti Rom. Eccleſiæ ampliſſimam dignitatem, & poteſtatem, ut cum deprimitur a Rege ejuſdem Eccleſiæ filio, ab externo Imperatore interpelletur ut mater, & cognoſcatur talis, quæ potens ſit reſtituere Imperatores? Miranda plane rerum converſio! dum filius Romanæ Eccleſiæ Rex abſcinditur ſchiſmate, ſchiſmaticus Imperator ejus quærens conjunctionem, ab ea imploret auxilium. At hæc non inaniter inchoata, ſed efficaciter quidem promovit hanc in Orientem expeditionem Gregorius Papa per Robertum Guiſcardum Ducem, qui in Græciam profectus eſt cum exercitu una cum Boamundo filio ſuo anno ſequenti, atque admiranda plane & digna memoria operatus eſt, ut ſuo loco dicetur auctoris hujus temporis teſtificatione, nempe (a)Leonis Epiſcopi Cardinalis Oſtienſis. (a) Leo Oſt. l. 3. c. 48. in fin.

XLVIII. At non ſic curat externa Gregorius, ut domeſtica prætermittat, quæ præ oculis habet: nam adverſus ſchiſmaticum Papam expeditionem adornat, qua hoc anno autumnali tempore Ravennatem Eccleſiam ipſum tyrannice occupantem expellat, fultus auxilio Ducum, nempe Roberti, ac Jordani Principis Capuani. Cujus rei perficiendæ gratia has litteras dedit ad univerſos Chriſtianos fideles S. Petri (b): (b) Greg. l. 8. ep. 7.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei fratribus & Coepiſcopis Chriſtianam religionem defendentibus, cœteriſque clericalis ac laicalis ordinis ſancti Petri fidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XLIX. *Notum ſit dilectioni veſtræ, nos tam per nos ipſos, quam & per Legatos noſtros cum Duce Roberto & Jordane, cœteriſque potentioribus Northmannorum Principibus fuiſſe locutos. Qui profecto unanimiter promittunt, ſe (ſicut jurati ſunt) ad defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ,*

PAGIUS *quem ibi reperirent Monachum, e Græcia limina Apoſtolorum cogitantem, quem aſpectu & congreſſu non inidoneum ad rem, quæ parabatur, judicarent, exciperent hominem comprehenderentque officiis, omninoque ad ſe adducerent. Occurrit iſtis Crotone commodum his, quem dixi Rœctor, homo verſutus & ſimulandi quidvis, diſſimulandique ſummus artifex. Aptius nihil viſum ad Roberti propoſitum.*

VII. *Menſe Aprili in Apuliam venerat.* *Literas ergo ad ipſum Salernum mittunt in eam formam ſcriptas, quas ipſe præſcripſerat: quibus ſignificabant conſocerum ipſius Michaelem imperio pulſum, profugumque in Italiam Crotone eſſe, mox ad ipſum tranſmiſſurum auxilii rogandi cauſa. Has literas repente Robertus, ut adhuc primum patentes in manu habebat, conjugi primum legit, tum comitatus ſui viros illuſtres ac Principes convocans, quid nuncii perferretur docet. Illi omnes re facile credita, nequaquam negligendum affinis Principis caſum Roberto aſſenſerunt.* Hiſtoriam illam fuſius Anna proſequitur, cujus etiam meminere Lupus Protoſpata hoc anno, & Anonymus Barenſis, qui ait: *An. MLXXX. ind. III. ipſe Dux fecit ſine cum Bari, & menſe Aprili fecit Tarenta cum illo, & Trane, & Fumilare fecit ibi Michael Imp.* Fumilare vox deducta a Græco, ut interpretatur Ducangius in Notis ad præfatum Annæ locum; εὐφημεῖν, quæ ſignificat *Laudes Imperatori acclamare*, uti variis exemplis oſtendit in Gloſſario Græcobarbaro. Hujus Michaelis mentionem etiam faciunt Malaterra lib. 3. cap. 13. & Guillelmus Apulienſis magnus encomiaſtes Roberti Ducis, lib. 4. qui Roberti expeditionem, de qua anno ſequenti verba faciemus commemorans, hæc ſubdit:

*Modicum remoratus Hydrunti*
*Tempore præſtolans adventum conjugis, atque*
*Multorum Comitum, quos noverat ipſe futuros*
*Eſſe*



*cleſiæ, noſtrique honoris, contra omnes mortales auxilium impenſuros. Idipſum quoque nobis, & qui circa Urbem longe lateque ſunt, & in Tuſcia, cœteriſque regionibus, Principes firmiter pollicentur. Unde poſt Kalen. ſeptembris, poſtquam tempus frigeſcere cœperit, cupientes ſanctam Ravennatem Eccleſiam de manibus impiis eripere, & Patri ſuo beato Petro reſtituere; partes illas armata manu (ſicut de Domino ſperamus) petemus, ac per ipſius auxilium nos eam liberaturos haud dubie credimus. Quapropter nos audaciam impiorum, eorumque qui in nos, immo in beatum Petrum ſe erexerunt, machinationes pro nihilo ducentes, volumus, atque hortamur vos, ſuperbiam, conatuſque illorum æque nobiſcum contemnere, tanto de ruina eorum certiores, quanto eos ad altiora niti aſcendere cernitis. Talibus namque Propheta* (a) Pſ. 73. *imprecans ait: (a) Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendat ſemper. Aperte declarans, quia audax impietas eo magis caſui vicinior extat, quo amplius ſe aſcendiſſe exiſtimat. Vos ergo qui Deum timetis, & beati Petri fidelitatem tenetis, de miſericordia Domini nullatenus hæſitantes prorſus ſperate, & nefandorum perturbationem merita ruina cito ſedandam, & ſanctæ Eccleſiæ pacem & ſecuritatem (ſicut de divina clementia confidentes promittimus) proxime ſtabiliendam.* Iſta Gregorius ſecundum hominem non ex prophetico ſpiritu, ut declararunt eventa: nam non tam cito ſunt facta.

L. Ex his calumnia in Gregor. ſtructa. Sed ex his calumniæ occaſio oborta eſt, ut dicerent adverſarii, falſum vatem Gregorium eſſe probatum, quaſi prænuntiaverit Regem Henricum proxime defungendum, & alia plura id genus: cum tamen (ut dictum eſt) non ex prophetico ſpiritu iſta ſe dicere profiteretur, ſed ex communiter accidentibus: quod quæ ſeminaverit homo, hæc & metet, (b) Job. 4. ſecundum illud Job: (b) *Recordare, obſecro te, quis umquam innocens periit? aut quando recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ ejus eſſe conſumptos.* Quod igitur certus eſſet Gregorius, quam juſtiſſimam tueri ſe cauſam, Regem vero niti ſceleribus, magna fiducia, Deum præſto fore defendentibus Dei cauſam aſſerere non dubitavit, & victoriam polliceri. Nec quidem dici potuit eſſe mentitus, ſi finis totius certaminis attendatur. Vicit plane Eccleſia tandem, vicere Pontifices Orthodoxi, ſchiſmatici periere, quorum a monumentis effoſa ſunt oſſa atque diſperſa. Rex ipſe ſæpe victus atque confuſus, regni exors, infelici exitu diem clauſit extremum. Sed ad hiſtoriam redeamus.

Expeditio autem iſta hiſce litteris promulgata tanto animi ardore, refrixit fortaſſe, eo quod pœnituerit Gregorium rem armis agere, cum tamen non ceſſaret litteris cum Ravennate Clero, & comprovincialibus Epiſcopis, & aliis pertractare, ut Ravennatis Eccleſiæ legitimus eligeretur Antiſtes, jam ante triennium damnato ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo Guiberto: nam de his extant (c) duæ ejuſdem Gregorii epiſtolæ, eodem argumento conſcriptæ. Verum cum ſciret ab his ſe abſtinere ſchiſmaticos, immo & in contrarium niti, & pro Guiberto propenſiori ſtudio laborare, eligit ipſe Romæ Archiepiſcopum Ravennatem Richardum quemdam, magnæ æſtimationis virum; de quo ad Ravennates, & alios ſcribens epiſtolam hoc anno, iii. Id. Decemb. hæc habet: (d) *Igitur Ravennatem Archiepiſcopum fratrem noſtrum Richardum, quem poſt longas & innumeras pervaſorum occupationes nuperrime, ſicut olim a beato Petro Apollinarem, ita nunc Ravennas ab Eccleſia Romana meruit accipere, ſtudium vobis ſit, tum propter amorem ſanctiſſimi Martyris, cujus ſede & reliquiis illa decoratur Eccleſia, tum propter Apoſtolicæ Sedis debitam reverentiam, conſiliis & auxiliis veſtris confirmare, atque ei contra illius ſancti loci ſacrilegum damnatumque devaſtatorem Guibertum modis omnibus ſubvenire. Præcipimus namque, ut juxta conſilium Legati noſtri, qui defert has litteras, prædicto confratri noſtro Archiepiſcopo conſilium & auxilium veſtrum ita firmiter promittatis, ut dum inimici audierint, rebus ſuis cogantur, & jure poſſint timere; cum vero amici & fideles noſtri cognoverint, una nobiſcum de promiſſis veſtris certiſſime queant ſperare.* Hæc de novo electo Archiepiſcopo Ravennate Gregorius. LI.

(c) Greg. l. 8. ep. 12. 13.

(d) Id. l. 8. ep. 14. Eligitur alius Archiepiſc. Ravenn.

Inter hæc autem docens, quibus nitendum auxiliis, ut conſequi victoriam poſſint adverſus Henricum Regem, Eccleſiæ Catholicæ perduellem, iſta ſcribit Gre- LII.

PAGIUS

*Eſſe via ſocios. Mentitus ſe Michaelem,*
*Venerat a Danais quidam ſeductor ad illum,*
*Immerito raptum jus imperiale repoſcens,*
*Se profugum lachrymans, lachrymantem dux & honeſte*
*Suſcipit & tractat, placidoque favore benignum*
*Exhibet obſequium. Populus quoque credulus omnis.*
*Aſſurgebat ei flexa cervice ſalutans.*
*Hunc adhibens ſocium ſibi dux, ut juſtior eſſet*
*Cauſa via, ſecum dum transfretat, ipſe reducit.*

Ad

Gregorius menſe Septembris ad clericos & laicos in Germania conſtitutos communionis Apoſtolicæ Sedis, his verbis: (*a*)

(a) Idem l. 8. ep. 9.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, diverſique ordinis ac poteſtatis clericis & laicis in Teutonico regno morantibus, illis duntaxat, qui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fideliter obediunt, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

LIII. Greg. ad Germanos catholicos. (b) Job. 5.

*Quoniam nihil in terra ſine cauſa fit (ſicut (b) Sapientis verba teſtantur) quod dudum ſancta Eccleſia fluctuum, procellarumque mole concutitur, quodque tyrannicæ percuſſionis hactenus rabiem patitur, non niſi peccatis noſtris exigentibus evenire credendum eſt.* Nam *judicia quidem Dei veriſſime omnia juſta ſunt.* Sed *inter hæc omnia, chariſſimi, diſpoſitionis divinæ patientiæ virtus habenda eſt, & ſpei certitudo ad cæleſtis miſericordiæ reſpectum firmiter eſt extendenda: cujus manus nec ad exaltandam Fidelium humilitatem imbecillis, nec ad deiiciendam hoſtilis elationis ſuperbiam invenitur invalida. Quod ſi culparum morbis pœnitentiæ medicamen adhibuerimus, & exceſſus, ac negligentias noſtras ipſi diſtricte corrigendo, ad juſtitiæ formam mores noſtros inſtituerimus, profecto ſuperna virtute auxiliante, & inimicorum rabies cito peribit, & diu deſideratam pacem, atque ſecuritatem Eccleſia ſancta recipiet.*

LIV. *Quare vobis ſpecialiter, qui in ſacerdotalis regiminis apice præſidetis, nunc loquimur, ad quorum ſollicitudinem ſubditorum vita pertinere dignoſcitur, & quos de commiſſi gregis cura in venturo examine rationem reddere convenit, ut ſubjectorum actus, & converſationem nulla gratia vel timore præpediente, diligenter inſpiciatis, & diſcretæ correctionis acie, quæ amputanda ſunt, reſecare, ſecundum quod a matre veſtra ſancta Romana Eccleſia accepiſtis, non negligatis, illud propheticum in memoria ſemper habentes: (c) Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino.* (c) Pſ. 4. *De cætero dilectionem omnium veſtrum monemus atque hortamur, fiduciam veſtram in Domino, & in potentia virtutis ejus conſtituite, quoniam fini appropinquavit adverſariorum malitia, ita ut qui deſperantes, in Dominum, & ſanctam Romanam omnium matrem Eccleſiam ſe extulerunt, temeritatis pœnas haud multum tardante merita ruina perſolvant. Nonnulli tamen (quod de cunctis optaremus) per miſericordiam Dei de errore ſuo & iniquitatis via pœnitentes, ad gremium matris convertentur Eccleſiæ. Dat. decimo Kal. Octobris.* Hæc ipſe.

LV. Rudolphus Rex occiſus in prælio.

Idibus vero Octobris apud Elſtram fluvium pugnatum eſſe, ibique cæſum Rudolphum Regem, Marianus Scotus teſtatur his verbis, hoc eodem anno milleſimo octogeſimo: *Bellum juxta Elſtra promittitur, in quo Rudolphus Rex occiditur, & Nerſepurg ſepelitur, Saxones vero victoriam reportarunt.* Hæc eadem de nece Rudolphi hoc eodem anno Urſpergenſis & Sigebertus & alii, qui faventes Henrici cauſæ contra Rudolphum, pœ-

PAGIUS VIII. *Rodulphus Rex in acie occiſus.*

Ad num. LV. *Henricus* Rex cum *Rodulpho* Rege die decima quinta menſis Octobris, ut narrat Marianus Scotus, inter Eliſtrum fluvium & Gronæ paludes congreditur, & occiſo Rodulpho totus Saxonum exercitus in fugam vertitur. Hoc tamen prælium non uno modo narratur. Auctor Anonymus Vitæ Henrici IV. a Rubero editus, & a Baronio num. XXI. citatus, qui hoc tempore vixit, ait Rodulphum Wirtziburgenſem civitatem obſediſſe, & Henricum ad propellendum hoſtem exercitum convocaſſe: *Inſtructa ambarum partium acie, & primis inter ſe prælia miſcentibus, quidem equites Regiæ partis mercede conducti, qui ſe Regis lateri quaſi fidi clientes applicuerant, ſubito in ipſum arma verterunt: ſed are munito corpori livorem, non vulnus inflixerunt;* eoque occiſo Saxonum exercitus in fugam vertitur, & brevi poſt tempore Henricus Rex venit. Alii aliter rem referunt. Legendus Chronographus Magdeburgenſis a Meibomio editus, qui ait, *tertium prælium* inter Rudolphum & Henricum factum eſſe anno Domini MLXXX. VI. Kalend. Febr. feria II. quartum vero, in quo Rudolphus occiſus, [1] *Id. Octob. feria V. Eodem die deciſſionis ejus* (nempe Rodulphi) *in Longobardia milites prudentiſſimæ Ducis Mathildæ fugantur ab exercitu pene totius Longobardiæ apud VVitam prope Mantuam*, inquit Bertholdus in Chron. quare dies XV. menſis Octob. Henricianis hauſtus fuit; [2] Catholicis vero tantum timorem injecit, ut cum *Henricum* in Ita-

NOTÆ [1] QUoad diem vero utriuſque pugnæ majorem præ aliis omnibus fidem meretur Wigbertus de quo ſupra in Nota ad num. 3. qui tunc florebat, & ſcribebat. Notat autem ille prælium, quod tertium vocat Chronographus Magdeburgenſis, accidiſſe VI. idus Februarii; alterum vero Rodulpho fatale ad diem IV. id. Octobris pertinere, quod etiam poſtremum confirmat Annaliſta Saxo Eccardianus, quamvis iſte per errorem feriam V. in diem illam occurriſſe tradat; ſed de feria Wigbertus ſilet. MANSI

[2] QUamvis ſe pro victore obtruſerit Henricus, & victoriæ illi pars magna ceſſerit, lethaliter vulnerato æmulo ſuo Rodulpho, tamen victoriam penes Saxones fuiſſe teſtis eſt Annaliſta Saxo qui non procul ab his temporibus ſcribebat, narratque Rodulphum *audita hac ſuorum victoria dixiſſe: Nunc lætus patior ſive vivens, ſive moriens quidquid Deus voluerit.* MANSI



pœnituiſſe tradunt Rudolphum in ipſo exitu, quod contra Henricum Regem inſurrexiſſet; dexteramque, qua ipſi juraverat, juſto Dei judicio abſciſſam pati ſe dicens. At licet Saxonibus, qui a partibus Rudolphi ſtabant (ut audiſti) victoria ceſſerit, nece tamen Rudolphi compenſata, nullius eſt æſtimata momenti; immo jactura Regis viſa eſt in partem adverſam advolaſſe, cum ita ejus fama conſternati ſunt victores, ut ſe victos cæſo capite faterentur, victi vero e contra in unius occiſione gloriarentur, omnes cum eo capite amputato eſſe necatos.

LVI. De S. Matthæi corporis inventione. (a) Leo Oſt. l. 2. c. 5.

Dum autem iſta in Germania gererentur, contigit in Italia, Salerni civitate inveniri venerandum corpus Matthæi Apoſtoli, quod illuc (ut ſuo loco dictum eſt) tranſlatum ante centum (*a*) vigintiquinque annos ob varia bellorum diſcrimina occultatum ex memoria hominum jam effluxerat. Quod ubi repente apparuiſſet, veluti Apoſtolus omnibus profuturus ſe exhibuiſſet, erexit omnium animos, magnoque affecit gaudio. Cumque ejus civitatis Archiepiſcopus Alphanus de his Gregorium Papam certiorem reddidiſſet, hanc ab eodem redditam accepit epiſtolam: (*b*)

(b) Greg. l. 8. ep. 8. Greg. pap. ad Archiep. Salern.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, fratri & Coepiſcopo Salernitano Alphano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Divinæ pietatis reſpectui gratias ingentes referimus cujus dignatio theſaurum magnum, totique mundo profuturum noſtris temporibus miſericorditer revelavit. Non immerito tuæ quoque dilectioni gratulamur, quæ tantæ lætitiæ cælitus revera oſtenſæ participes nos efficere ſollicite procuravit.*

LVII. *Credimus ſiquidem, & incunctanter aſſerimus de tanti corporis inventione, non ſolum ipſum beatum Matthæum Apoſtolum, verum etiam cæteros Coapoſtolos cum Sanctis omnibus, ipſiſque cæleſtibus ſpiritibus, & glorioſa Dei genitrice Maria mortalibus congaudere, atque ipſorum omnium ſtudia circa humanum genus hoc tempore quam aliis multo propenſiora, multumque eſſe uberantiora. Si enim cæteris temporibus Sanctorum nos patrocinia pia non deſerunt; certiſſime tunc potiſſimum ſperanda ſunt eorum auxilia, cum ſanctiſſima eorum corpora nobis quaſi rediviva divino nutu manifeſtantur; & ſicut per corporei aſpectus intuitum tanquam fides cernitur, ſpes jam tenetur; ita eorum beneficia tunc erga devotos renovari, uberiuſque redundare credendum eſt. Unde & jam ſancta univerſalis Eccleſia dudum magnis turbinibus, variiſque procellis impulſa, clamorem ſuum a Domino exauditum non dubitet, ſed ad quieti litoris ſecuritatem alacres oculos e vicino intendens, beati Matthæi Apoſtoli præſidium juxta contempletur: quoniam jam nunc non dubie agit in portu, cui ſuam præſentiam oſtendit gubernator antiquus. Quapropter de tanti theſauri revelatione tua fraternitas exultet in Domino, & beatiſſimas reliquias debitæ venerationis obſequiis dignas amplectens, glorioſum Ducem Robertum, ipſiuſque nobiliſſimam conjugem hortetur & moneat, quatenus tam inſigni patrono, qui ſe eis demonſtrare dignatus eſt, reverentiam & honorem decenter exhibentes, ipſius gratiam & auxilium ſibi, ſuiſque promereri, niſibus ſummæ devotionis contendant. Dat. Romæ xiii. Kal. Octobris.* Hactenus Gregorius ad Alphanum Salernitanum Antiſtitem, de quo apud (*c*) Leonem Oſtienſem eſt honorifica mentio. (c) Leo Oſt. l. 3. c. 67. Hic nobilis Salernitanus ex clerico factus monachus S. Benedicti, virtutibus, atque doctrina celebris prodiit Abbas, & ex Abbate eſt tractus ad Epiſcopatum invitus.

☞ Cujus conſilio, ac hortatione idem Robertus Dux baſilicam eidem S. Apoſtolo Matthæo conſtruxit Salerni, ubi hæc

PAGIUS Italiam pergere fama fuit, qui in Germania & Italia neutras partes ſecuti fuerant, victoris partes amplexi ſint; eo magis quod ſola in Italia *Mathildis* Comitiſſa a Pontifice ſtaret. *Poſt ubi vero hæc geſta ſunt*, inquit Centius Camerinus laudatus, ubi de Brixinenſi conciliabulo verba fecit, *evolutis paucis diebus Henricus filius ejus cum exercitu illuſtris Comitiſſæ Mathildis pugnavit, & quia, ſicut fieri ſolet, varius eſt eventus belli, victoriam habuit. Illis ſucceſſibus provocatus venit in Italiam*, ſcilicet Henricus Rex.

IX. *Henricus Rex in Italiam pergit.*

Quæ vero idem Rex in Italia geſſerit, narrat hoc modo Bertholdus citatus ad hunc Chriſti annum: *His temporibus Henricus Rex totam Italiam adeo conturbavit, ut nullus ſecurus ad limina Apoſtolorum poſſet ire, qui non prius abjuraret, quod ad Papam Gregorium diverſurus non eſſet*, ideſt, qui non polliceretur, ſe ſe Gregorium Papam non agniturum. De hac profectione Romana hæc habet citatus Auctor Anonymus in Vita ejuſdem Henrici: *Igitur cum exercitu Romam pergebat, proterens in via quidquid obſtabat, oppida fregit, tumida preſſit, ardua curvavit, factiones diſſipavit.* Pontifex, qui, ut narrat Baronius num. XXXV. & ſeqq. pacem cum Roberto Calabriæ Duce ac Normannorum capite pepigerat, eumque deditionibus, quas armis occuparat, inveſtiverat, cum eo pacis perpetuæ fœdus pepigit, ut narrat Willelmus Apulienſis lib. 4.

*Se quaſi victorem, percepta morte Rodulphi,*
*Gaudens Henricus, quem regni depoſitorem*
*Noverat eſſe ſui, Papam infeſtare laborat,*
*Romam obſeſſurus magna cum gente venire*
*Nititur, hoc prudens comperto Papa favorem*
*Curat habere Ducis, ſuccurrat ut ipſe labori*
*Promptus ad arma ſuo, vires & deprimat hoſtis;*

Pa-

De Alphano Archiep. Salernitano. Baſilica S. Matthæo Apoſt. Salernitani ſtructa. † accipit innuba pro incorrupta.

hæc quæ ſequuntur antiquitatis monimenta aſſervantur in fronte ipſius ædis Epiſcopalis S. Matthæi Apoſtoli, in coronide inciſa unico verſu:

M. A. ET EVANGELISTÆ PATRONO URBIS ROBERTUS DUX R.
IMP. MAXIMUS TRIUMPHATOR DE ÆRARIO PECVLIARI.

In abſide opere muſivo.

DA MATTHÆE PATER PATRIS, HOC DET ET † INNUBA MATER
VT PATER ALFANUS MANEAT SINE FINE BEATUS.

In ſepto marmoreo circa aram maximam a tergo inciſum.

*Ne populus temere ſacram perrumpat ad aram,*
*Sitque ſalutiferis major reverentia ſacris,*
*Marmora pulchra nitent variis diſtincta lapillis,*
*O Matthæe, tuæ pulchra corona domus.*
*Sumptus & arbitrium VV. Præſulis iſtis,*
*Marmoreis titulis hanc cinxit, & extulit aram.*
*Tu ſcis quanta fuit devotio Præſulis in te:*
*Devoti memorem te decet eſſe tui.*
*Non niſi Pontifici ſanctorum ſancta patebant,*
*Cum veteri populo victima taurus erat.*
*Illius vituli ſpecies quem panis obumbrat,*
*Digne ſumpta caro languores quoſlibet aufert,*
*Nec minus hæc ſacra ſunt, quamvis ſint pervia cunctis,*
*Namque novo populo victima Chriſtus adeſt.*
*Exue te veterem quiſquis vis ſumere digne*
*Has epulas, hominemque novum novus indue Chriſtum.*

In turri campanaria, in tabula marmorea, parieti inſerta.

TEMP. MAGNIFICI
REG. ROG. VV. EPISCOPVS
A. M. ET PLEBI DEI.

LVIII. Cæterum quod pertinet ad ſancti Matthæi Apoſtoli inventionem, haud abſque divinæ providentiæ nutu id factum quis dicere poterit, ſed magno diſpenſationis conſilio voluit Deus ſuum Apoſtolum innoteſcere, antequam illuc Apoſtolicus confugeret exul, ibi Chriſto ſpiritum redditurus, ut exciperet hoſpitio, & jungeret ſepultura, quem tyrannica perſecutio feciſſet extorrem Chriſti Vicarium, Petri Apoſtoli ſucceſſorem, vindicem Eccleſiaſticæ libertatis, reſtitutoremque diu exulis diſciplinæ. Ita namque occurriſſe meminimus, ſed per viſum. Baſiliſcum martyrem ſancto Joanni Chryſoſtomo, quem paria certamina proſcripſiſſent, parque victoria coronaſſet. Sic & immenſo fatigato labore ex perſecutione Arriana ſancto Ambroſio Mediolani ſeſe Martyres prodidere in auxilium, quo Fideles non dubitarent, certantibus pro Eccleſia cœlites præſto eſſe, ac ſubſidia miniſtrare.

LIX. Sed jam quæ ſunt reliqua anni hujus rerum geſtarum Gregorii Papæ, in medium afferamus. Hic in ærumna ex Henriciana perſecutione poſitus cum eſſet, ex diverſis orbis partibus diverſas legationes accepit: nempe ab Anglorum Rege Guillelmo, ad quem reſcribens, cum amorem ſuum erga ipſum, quo eum ſemper fuerit proſecutus, inſinuet, de ſeipſo anguſtiis circumvallato iſta commemorat: (a) *Nunc tanquam dilectiſſimo filio, & fideli ſancti Petri, & noſtro (ſicut in familiari colloquio facerem) conſilium noſtrum, & quid te poſtmodum facere deceat, paucis aperio. Quando enim complacuit ei, qui exaltat humiles, ut ſancta mater noſtra Eccleſia ad regimen Apoſtolicæ Sedis invitum ſatis ac renitentem, Deo teſte, me raperet; continuo nefanda mala, quæ a peſſimis filiis ſuis patitur, officii mei, quo mihi clamare, & numquam ceſſare injunctum eſt, neceſſitate compulſus, amore quoque ac timore convictus, diſſimulare non potui. Amore quidem, quia ſanctus Petrus a puero me in domo ſua dulciter nutrierat, & quia charitas Domini Dei noſtri me quaſi aliquid æſtimans, tanti paſtoris Vicarium, ad regendam ſanctam matrem noſtram elegerat. Timore autem, quia terribiliter divina lex intonat, dicens: (b) Maledictus homo, qui parcit gladio ſuo a ſanguine, ideſt qui doctrinam ſubtrahit ab occiſione carnalis vitæ. Nunc igitur, chariſſime, & Chriſto ſemper amplectende fili, cum & matrem tuam nimium tribulari conſpicias, & inevitabilis nos ſuccurendi neceſſitas urgeat, talem te volo, & multum pro honore tuo & ſalute in vera, & non ficta charitate moneo, ut omnem obedientiam præbeas, & ſicut, cooperante Deo, gemma Principum eſſe meruiſti, ita regula juſtitiæ & obedientiæ forma cunctis terræ Principibus eſſe merearis; tot procul dubio, in futura gloria Principum Princeps futurus, quot uſque ad finem ſæculi exemplo tuæ obedientiæ Principes ſalvabuntur: & ſi quidam illorum ſalvari noluerint, tibi tamen retributio nullatenus minuetur. Non ſolum autem, ſed & in hoc mundo tibi, & hæredibus tuis, victoria, honor, potentia, ſublimitas amplius cœlitus tribuetur. Exemplum tibi teipſum propone &c.*

(a) Greg. l. 7. ep. 23. Quæ Gregor. cum Anglor. Rege Guillelmo.

(b) Jer. 48.

LX. Addidit alias (c) litteras, quas ſcripſit ad ejus conjugem Mathildem, necnon & ad Robertum eorumdem filium, in regnum futurum ſucceſſorem, iiſdem omnibus monita ſalutis impartiens, dignas omnes, quæ Annalibus intexerentur, niſi prolixitas prohiberet. Inſuper dedit alias (d) Cnuto Daniæ Regi, de dicto anno ſuperiori, cujus laudat erga Eccleſiam Romanam ſtudium & obſervantiam, hortatuſque eſt ad contemptum ſæculi, monuitque pravos mores corrigere, quos ſciſſet in Dania coaluiſſe. De cujus nece, ob quam inter Martyres meruit cooptari, dicturi ſumus ſuo loco anno ſequenti. Porro idem Gregorius Papa hoc eodem anno alias (e) litteras ſcripſit ad Regem Sveonum ea occaſione, quod Evangelii prædicatores ex Gallia ſuſcepiſſet. Sic ſe habent:

(c) Greg. l. 7. ep. 25. 26. 27.

(d) Idem ibid. ep. 21.

(e) Idem l. 8. ep. 11.

LXI. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei J. . . . glorioſo Sveonum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

De Gallorum prædicatione ad Sueones.

*Quoniam regni tui terram quoſdam ſacri verbi miniſtros fuiſſe ingreſſos audivimus; noverit excellentia tua, nos in Domino multum lætari, deinceps quoque de ſalutis veſtræ reparatione plurimum ſpei indubitanter habere. Gallicana ſiquidem Eccleſia non vos alienis documentis inſtruxit, ſed quod de theſauris matris ſuæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ accepit, ſalubri vobis eruditione contradidit. Quapropter ut Chriſtianæ religionis & doctrinæ gratiam obtineatis uberiorem; volumus celſitudinem tuam aliquem Epiſcopum, vel idoneum clericum ad Apoſtolicam Sedem dirigere, qui & terræ veſtræ habitudines, gentiſque mores nobis ſuggerere, & Apoſtolica mandata, de cunctis pleniter inſtructus, ad vos certius queat referre. Interim vero monemus, ut prudentia tua commiſſum ſibi regnum in concordiæ, juſtitiæque cuſtodia dirigat, atque diſponat: ac ita circa ſubjectos pacis jura & æquitatis diſtrictionem ſervare inter cætera virtutum ſtudia ſatagat, quatenus per temporalis regiminis ſollicitudinem mereatur æterni percipere ſecuritatem, & cum juſtis vocem, totius jucunditatis plenam in extremo examine digne poſſit audire: (a) Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Dat. quarto Nonas Octobris.* Sed proſequamur cœtera.

(f) Mat. 25.

LXII. Cum Rege quoque Hiſpaniarum Alphonſo eidem Gregorio fuit agendum hoc



PAGIUS

*Pacis perpetuæ Beneventi fœdere pacto*
*Gregorius Romam remeavit, Duxque Salernum.*
*Hac Matthæe tibi conſtruxit in urbe decoris*
*Eccleſiam miri, ſibi nobilis aula paratur.*

X. Duo Colloquia inter Gregorium VII. & Robertum Ducem Beneventi habita.

Jam anno MLXXVII. *Robertus* in gratiam Pontificis redierat, Juramentum fidelitatis ei præſtiterat, & Eccleſiam Romanam ſe ſe defenſurum promiſerat, ut ibidem ex eodem Willelmo Apulienſi oſtendimus. Quare Juramentum fidelitatis, quod Baronius num. XXXV. & ſeqq. refert, ad præſentem annum pertinere non poteſt, licet a Regiſtri Gregoriani Collectore cum eodem illigetur. Beneventi itaque Pontifex & *Robertus* bis colloquium habuere; primo poſtquam *Rodulfus* Rex Germaniæ creatus, iterumque hoc anno poſt ejuſdem Rodulphi mortem. Tunc *Robertus* Ducatus Apuliæ Inveſtituram ab eo accepit, hoc vero anno pacis perpetuæ fœdus cum eo pepigit. Denique tunc promiſit *Robertus*, ut in ejus Juramento legere eſt, ſe adjuturum, ut Papa eligatur, ſecundum quod monitus fuerit, ſi Gregorius vel ejus ſucceſſores ante ſe ex hac vita migrarent; hoc vero anno auxilium ſe illi adverſus hoſtes præbiturum. Willelmus Apulienſis ait, fœdere illo inter utrumque conſtituto, *Robertum* Eccleſiam in honore *Sancti Matthæi* Salerni conſtruxiſſe; ut enim apud Baronium num. LVI. & ſeq. videre eſt, corpus *Sancti Matthæi* hoc anno Salerni inventum; qua de re *Alphanus* Archiepiſcopus Salernitanus Pontificem monuit, qui ei *Romæ XIV. Kal. Octob.* hac de re reſcripſit, ſignificavitque, ut *Robertum* Ducem hortaretur, quo auxilium tanti patroni ſibi, ſuiſque promereretur. Porro *Henricus* Rex nonniſi anno ſequenti Romam acceſſit.

A num.

PAGIUS XI. Epocha Concilii Burgenſis.

A num. LXII. ad LXXII. Baronius duas Legationes Hiſpanicas *Richardi* Monachi Sancti Victoris Maſſilienſis, Presbyteri Cardinalis, & Abbatis Maſſilienſis recte diſtinguit; ſed utramque perperam anno MLXXIX. collocat. Prior enim obita anno milleſimo ſeptuageſimo octavo, ut ipſemet Gregorius lib. V. Epiſt. XXI. teſtatur. Secunda ad annum milleſimum ſeptuageſimum nonum pertinet, ut ex ejuſdem Pontificis Epiſtola VII. lib. VII. diſcimus: *Poſtquam*, inquit, *Deo auctore monaſteria tua bene compoſueris, legationem tibi commiſſam ad Hiſpanias perficere non moreris. Data Romæ quarto nonas Novemb. indict. III.* Tum in Epiſtola VIII. ejuſdem libri ad Monachos Maſſilienſes, poſtridie ſcripta confirmat electionem Richardi Cardinalis in Abbatem Sancti Victoris, mortuo ſcilicet eo anno Bernardo ejuſdem monaſterii Abbate. In poſteriori legatione *Burgenſe* Concilium celebravit, & priſca

hoc anno, atque ad Regem ipſum ſcri-
(a) Id. ibid. ep. 3. bendæ (a) litteræ. Perardua namque negotia interceſſerunt, quorum cauſa comminatio ab eodem Pontifice haud levis prodiit adverſus eundem Regem, Ordinem Romanum perſuaſione cujuſdam Roberti Cluniacenſis monachi recipere detrectantem, necnon uxoris ſuæ defunctæ conſanguineam in conjugem accipere cupientem. Cujus Regis conatibus Richardus Abbas Maſſilienſis, idemque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Legatus (de quo ſuperius dictum eſt) conſtanti animo, ne id faceret, reſtitiſſet. Quam ob cauſam indigna Apoſtolicæ Sedis Legato pati ab eodem Rege coactus eſſet. Quæ omnia cum idem Gregorius Papa litteris ejuſdem Legati comperta habuiſſet, magnopere commotus eſt; atque his malis quam citius mederi ſtudens, ad Richardum reſcribens, ipſum indigna paſſum conſolatus eſt litteris, quæ adhuc
(b) Idem ibid. ep. 4. extant; eſtque earum exordium: (b) *Quia miſſis litteris ſignificaſti &c.* Sed & adverſus Regem acerrimus vindex canonum inſurrexit, atque has ad eum
(c) Idem ibid. ep. 3. litteras commonitorias ſcripſit: (c)

LXIII. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo in Chriſto filio Regi Adelphonſo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem ſi obedierit.*

Alfonſum Caſtellæ Regem Greg. P. per literas corripit.

*Dici non poteſt, fili chariſſime, quantum nos, referente filio noſtro Apoſtolicæ Sedis Legato Richardo nobis, cognita præclara tua obedientia lætificaverat. Tu enim coram Deo ſemper in viſceribus noſtris eras: tu apud homines maximum nobis exemplum egregiæ virtutis eras: de te apud alios Reges gloriabamur, te vere Chriſtianum Regem, & ideo vere Regem nos habere in parte Domini JESU contra membra diaboli gaudebamus. Unde & bona tua flagrantia multas jam regiones aſperſerat, & velut ſol quidam in Occiduis natus Orientem verſus cæleſtis luminis radios emittebat. At tunc comperto, quod diabolus tuæ ſaluti & omnium, qui per te ſalvandi erant, more ſuo invidens, per membrum ſuum quemdam Robertum pſeudomonachum, & per antiquam adjutricem ſuam perditam fæminam viriles animos tuos a recto itinere deturbavit; quantum de te primo fueramus gaviſi; tantum nunc confundimur, erubeſcimus, contriſtamur. Quapropter ut cognoſcas quantum circa te pie ſolliciti ſumus per bonitatem & gloriam Chriſti te paterna voce monemus & conteſtamur, remove a te quantocyus Conſiliarios falſitatis: (d)* (d) 1. Cor. 15.
*Corrumpunt quippe mores bonos colloquia prava. Acquieſce autem per omnia Legato noſtro Fratri Richardo, quem niſi prudentem & religioſum cognoviſſem, noſtras ei vices nullatenus commiſiſſem. Non te a ſalutaribus monitis atque inſtitutis noſtris inceſtæ mulieris amor abripiat: quia mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Ipſum quippe Regem (e) ſapientiſſimum* (e) 3. Reg. 1.
*Salomonem inceſtus mulierum turpiter amor dejecit, & florentiſſimum regnum Iſrael Dei judicio pene totum de manu poſteritatis ejus abripuit.*

LXIV. Commonitione urget regem.

*Proinde per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per potentiam adventus ejus, nec non & ex auctoritate beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli iterum monemus, atque præcipimus, ne teipſum deſpicias, ne in gloria tua maculam ponas, ne poſteritatem carnis tuæ inutilem & reprobam facias; vires reſume, illicitum connubium, quod cum uxoris tuæ conſanguinea iniſti, penitus reſpue. De tua emendatione nos, & totam Eccleſiam Dei cito lætifica; ne ſi inobediens (quod avertat Deus) eſſe malueris, iram Dei omnipotentis incurras, & nos (quod valde inviti dolenteſque dicimus) beati Petri gladium ſuper te evaginare cogamur. Prædictum ſane nefandiſſimum Robertum monachum ſeductorem tui, & perturbatorem regni ab introitu Eccleſiæ ſeparatum, intra clauſtra monaſterii Cluniacenſis in pænitentiam retrudi decernimus. Sed Abbas Cluniacenſis nos imitando id facit; eadem enim via, eodem ſenſu, eodem ſpiritu ambulamus. Deus autem omnipotens*

*nos*

PAGIUS

ca Gothorum Inſtituta rebus Divinis procurandis antiquavit, & quidem currenti anno; cum, ut mox diximus, menſe Novembri ſuperioris Chriſti anni in Hiſpaniam legatus fuerit. Loquitur de hoc Concilio Pelagius Ovetenſis, ſed exemplar, quo Sandovallius, qui ejus Hiſtoriam publicavit, uſus eſt, quibuſdam in locis, vel corruptum vel interpolatum. Doctiſſimus Anonymus Mazarinæus qui illud cum variis manuſcriptis contulerat, Pelagium de Alphonſo Caſtellæ & Legionis Rege, hujus nominis VI. loquentem ſic legit: *Tunc velociter nuncios miſit ad Papam Aldebrandum cognomento* VII. *Gregorius* (in laudatis correctionibus legitur, ad Papam VII. Gregorium, qui prius Hildebrandus dictus eſt) *ideo hoc fecit, quia Romanum myſterium habere voluit* (emenda ex Codicibus MSS. ab eodem Anonymo lectis, miniſterium) *in omni regno ſuo. Memoratus itaque Papa Cardinalem ſuum Richardum Abbatem Maſſilienſem in Hiſpania tranſmiſit, qui apud Burgenſem urbem Concilium celebravit, firmavitque Romanum miniſterium in omni regno Regis Adefonſi.* In Codice Pampilonæ a Sandovallio in lucem emiſſo additur, *Era MCXXIII.* Sed hæc nota temporaria non extabat in manuſcriptis a citato Anonymo lectis; & rejici debet; cum ex Epiſtola Gregorii ſexta libri VII. data *Romæ XVIII. Kalendas Novemb. indict. tertia*, anno ſcilicet Chriſti MLXXIX. conſtet eo tempore Alphonſum Regem ad illam ſacrorum mutationem faciendam propenſum fuiſſe, paratumque Richardo Legato morem gerere.

Non



*nos de tua correctione cito exhilarare dignetur, fili cariſſime.* Hæc ad Regem Gregorius Papa: qui eodem argumento ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem litteras dedit, quibus, quid in Robertum pſeudomonachum agere debeat, ita ſi-
(a) Greg. l. 8. ep. 2. gnificavit: (a) *Robertus Simonis magi imitator factus, quanta potuit malignitatis aſtutia, adverſus beati Petri auctoritatem non timuit inſurgere, & centum millia hominum, qui laboris noſtri diligentia ad viam veritatis redire cæperant, per ſuggeſtionem ſuam in priſtinum errorem reducere.* De Rege vero ſic: Regem quoque illius fraude deceptum diligenter litteris tuis intelligere facias, B. Petri iram & indignationem, atque (ſi non reſipuerit) graviſſimam adverſum ſe, & regnum ſuum ultionem provocaſſe, quod Legatum Romanæ Eccleſiæ indecenter tractavit, & falſitati potius, quam veritati credidit. De quibus digne Deo, & beato Petro ſatisfacturus, ſicut Legatum noſtrum dehoneſtavit, ita ſe ſibi per debitam humilitatem, & condignam reverentiam commendabilem faciat ac devotum.

LXV. Græg. Pap. aſperiores in Alphonſum Regem minæ.

Significare etiam te ſibi dignum ducimus, nos eum, ſi culpam ſuam non correxerit, eſſe excommunicaturos, & quotquot in partibus Hiſpaniæ fideles ſancti Petri, ad confuſionem ſuam ſollicitaturos. Qui ſi minus præceptioni noſtræ obedierit, non gravem exiſtimaremus laborem, nos ad Hiſpaniam proficiſci, & adverſum eum, *quemadmodum Chriſtianæ religionis inimicum, dura & aſpera moliri &c.* Hæc & alia Gregorius hoc anno, quinto Kal. Julii Ciperani, oppidi in Campania dedit. Ut magna ſit admiratione dignus, qui adeo celſo & invicto animo perſtiterit inter moles anguſtiarum: ut cum magis premeretur a Principibus, in alios Principes, quos ſibi allicere debuiſſet, & blanditiis reddere obſequentes, nihil remiſerit vigoris Eccleſiaſticæ ſeveritatis, & conſtantiæ ſacerdotalis, quin in eos toto animo, cunctiſque viribus vindex legum inſurgeret, nihili faciens, ſi eos etiam ob juſtitiam conſervandam ſibi infenſos redderet adverſarios; ſatis ducens a partibus ſuis veritatis & juſtitiæ defenſorem aſtare Deum, in cujus manibus ſint corda Regum, eaque in quam velit partem inclinet, quem omnes experiantur adjutorem atque defenſorem aſſiſtere, qui cuncta, quæ agant, non privato animi affectu, ſed amore tantum juſtitiæ, zeloque rectitudinis proſequantur. At quam magna hæc, exæſtuantem in Rege libidinem coercere? quamque perardua, ab inolita antiquitus conſuetudine Regem cum populo revocare, cum præſertim non deeſſent qui illi faverent viri docti, atque inſtituto vitæ ſanctiſſimi? quam inſuper inſolitum, flectere poſſe Regem ab ea, quam totis niſibus defendendam ſententiam ſuſcepiſſet? nam ut plurimum, in quam partem ſe inclinat animus Regis, eidem propenſior hæret, & immobilis perſtat; quod indignum putet regia majeſtate, iſtiuſmodi nobilitate poſſe redargui levitatis. Attamen Gregorius Papa in Catholico Rege, Dei ope fultus, iſthæc omnia ſuperavit, quod proprium ſit Catholici Principis, a capite non deſciſcere, ſed Catholicæ Eccleſiæ Antiſtiti monenti annuere, atque præcipienti obtemperare, ſicut ille feciſſe cognoſcitur.

LXVI. Alphonſi Regis emendatio.

Conſtat enim a Rege Catholico Alphonſo in omnibus cumulate ſatisfactum Gregorio Papæ, nempe una cum ſuis ſuſcepiſſe ſervandum in divinis Officiis Romanum Ordinem, uxorem diverſam a conſanguinea defunctæ conjugis accepiſſe; inſuper ut ſancto Pontifici ſe arctius inſinuaret, munera miſiſſe, regia digna munificentia, ad ſanctum Petrum. Conſtat hæc de recepto Romano Ordine, atque muneribus, ex aliis ejuſdem Gregorii Papæ litteris, anno ſequenti ad



eum-

PAGIUS XII. *Ab hoc anno removeri non poteſt.*

Non poteſt itaque Concilium *Burgenſe* in annum MLXXXV. era MCXXIII. notatum differri, nec cum Mariana lib. 9. in an. MLXXVI. retrahi. Verum quidem eſt ſupereſſe Chartam a Paſchali Epiſcopo Burgenſi in dedicatione Eccleſiæ Sanctæ Eugeniæ datam, & a pluribus Magnatibus ſubſcriptam, ac inter alios a Roderico Diaz *Campiatore*, & poſtea *Cido* cognominato, quæ dicitur data *Era MCXV. in anno primo, in quo lex illa Romana* (Officium nempe juxta uſum Romanum) *intravit in Hiſpania*, ubi nomine *Hiſpania* Paſchalis Alphonſi Regis hujus nominis VI. Regnum intelligit. Verum era illa evidenter corrupta. Anno enim Chriſti MLXXVII. in quem convenit non *Paſchalis*, ſed *Simeon* deceſſor ejus Eccleſiæ Burgenſi præerat, ut demonſtrat Epiſtola II. libri IX. Regiſtri Gregoriani ad Alphonſum Regem Caſtellæ data, nullo quidem die aut anno expreſſis, ſed recte in eodem Regiſtro cum Epiſtolis anno MLXXX. ſcriptis relata. In ea enim mentio *Simeonis* Epiſcopi tanquam adhuc viventis, & *Richardi* Maſſilienſis Abbatis ac Sedis Apoſtolicæ Legati, aitque Pontifex: *Noverit Excellentia tua, dilectiſſime, illud unum admodum nobis, imo clementiæ divinæ placere, quod in Eccleſiis regni tui, matris omnium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari effeceris.* Præterquamquod Richardus anno tantum MLXXIX. in finem vergente Abbas Maſſilienſis creatus, & Legatus in Hiſpaniam miſſus. Quare era illa MCXV. manifeſte depravata. De Concilio *Legionenſi* propter receptionem Officii Romani congregato anno MXCI. verba faciemus, ut magis pateat, ritum Gothicum magnos patronos in Hiſpania habuiſſe, & ſuppleantur Annales, in quibus neutrius Concilii mentio.

eumdem Regem Alphonſum datis; de conjuge vero ex his, quæ ſcribit Tudenſis, qui quatuor numerans Regis ejuſdem uxores, nullas earum inter ſe conſanguinitate conjunctas oſtendit: itemque Pelagius, qui recenſet quinque, alii vero ſex ejuſdem uxores. Sed ſcimus, a rerum Hiſpanicarum compluribus Scriptoribus negari, ab eodem Rege ſuſceptum unquam Romanum Ordinem, atque dimiſſum Officium Gothicum. Quamobrem hic reddendæ ſunt citatæ nuper litteræ Gregorii Papæ, ad eumdem Alphonſum Regem datæ, cum de his omnibus idem Princeps ad eumdem Pontificem litteras conſcripſiſſet: in quibus etiam illud idem Rex ab eo doceri rogavit, quid eſſet, quod in ipſum tot mala per Regem Henricum, & alios Principes, vel Epiſcopos inferri jugiter ſparſum eſſet. Ad quæ omnia idem Pontifex iſta reſcripſit (*a*):

(*a*) *Greg. l. 9. ep. 2.*

LXVII. Greg. P. epiſt. ad Alphonſum Reg.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Alphonſo glorioſo Regi Hiſpaniæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Plane diſpar iſta ſalutatio ab illa, ſuperioribus indita litteris, qua dicebatur, *Apoſtolicam benedictionem, ſi obedierit.* Sed audi ipſam epiſtolam:

*Non ignorat prudentia tua, mentiri peccatum eſſe (ſi & de otioſo verbo in diſtricto examine exigenda eſt ratio) ſed ne mendacium quidem ipſum, quod fit pia intentione pro pace, a culpa penitus immune eſſe, probari poteſt. Hæc idcirco prælibavimus, ut cum in cæteris illud peccatum eſſe non dubitaveris, in ſacerdotibus quaſi ſacrilegium coniicias; & quod tibi dirigimus, ita in re eſſe, teſte veritate, cognoſcas. Non nos latet, multa de noſtris factis, ac dictis tuis auribus ſiniſtra interpretatione deferri: unde & pro nobis in notitiam dilectionis tuæ obtrectantibus reſpondere, non alienum putavimus. Peccatorem me eſſe (ſicut verum eſt) confiteri minime piget: verum, ſi cauſa odii, vel detractionis eorum, qui in nos fremunt, ſubtiliter inveſtigetur, profecto non tam alicujus iniquitatis meæ intuitu, quam ex veritatis aſſertione, juſtitiæque contradictione illos in nos exarſiſſe patebit; quorum quidem ſervitia, & largiſſima munera nos ſatis abundantius multis anteceſſoribus noſtris habere potuimus, ſi ad periculum illorum & noſtrum veritatem ſilere; malitiamque ipſorum diſſimulare maluiſſemus. At nos certe ex hujus vitæ termino, & temporalium commodorum qualitate perpendentes, numquam melius quemquam poſſe Epiſcopum* nominari, *quam cum perſecutionem patitur propter juſtitiam: decrevimus potius divinis mandatis obtemperando, pravorum inimicitias incurrere, quam illis male placendo, iram Dei provocare.*

LXVIII. Receptus in regno Hiſp. ordo Rom. exploſo Gothico.

*Nunc ad induſtriam tuam ſermonem vertimus, chariſſime fili: Noverit excellentia tua, dilectiſſime, illud unum admodum nobis, immo divinæ clementiæ placere, quod in Eccleſiis regni tui matris omnium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari feceris. Denique in illo, quem hactenus tenuiſſe videmini (ſicut ſuggerentibus religioſis viris didicimus) quædam contra Catholicam Fidem inſerta eſſe patulo convincuntur. Quæ cum relinquere, & ad priſcam conſuetudinem ſcilicet hujus Eccleſiæ reverti deliberaſti, non dubie te beatum Petrum patronum optare, & ſubditorum tuorum ſalutem, cœleſti gratia inſpirante (ſicut Regem decet) curare monſtraſti: quod tamen gaudium de ſapientia tua multo cumulatius referimus, cum tuæ humilitatis illuſtrem famam memoriæ interdum reducimus, & eam virtutem, quæ cum regia potentia vix, aut rariſſime capi ſub uno domicilio conſuevit, in corde tuo morari conſideramus.*

LXIX. De eligendo archiep. Toletano.

*Cæterum quod de uxore tua, & de Abbatia ſancti Facundi poſtulaſti, competentius reſponderi per filium noſtrum Richardum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem & Legatum, & fratrem Simeonem Epiſcopum arbitrati ſumus. De illa autem perſona, quæ in Archiepiſcopum fuerat eligenda; dicimus, licet ſatis prudens & liberalis videatur; tamen (quemadmodum nobis notum eſt, & literæ tuæ non negant) diſciplinæ fundamento, videlicet litteralis ſcientiæ peritia indiget. Quæ virtus quam ſit non modo Epiſcopis, verum etiam ſacerdotibus neceſſaria, ipſe ſatis intelligis, cum nullus ſine ea aut alios docere, aut ſeſe poſſit defendere. Quapropter ſerenitatem tuam ſtudere oportet, ut cum conſilio præfati Legati noſtri Richardi Maſſilienſis Abbatis, aliorumque religioſorum virorum eligatur inde, ſi inveniri poteſt; ſin autem, aliunde expetatur talis perſona, cujus religio, & doctrina Eccleſiæ veſtræ, & regno decorem conferat & ſalutem. Neque vero te pigeat, aut pudeat extraneum forte, vel humilis ſanguinis virum (dummodo idoneus ſit) ad Eccleſiæ tuæ regimen quod proprie bonos exoptat, adſcire: cum Romana Reſpublica, ut Paganorum tempore, ſic & ſub Chriſtianitatis titulis inde maxime, Deo favente excreverit, quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi, & corporis virtutes perpendendas adjudicavit.*

LXX. Ne Judæi dominentur Chriſtianis.

*Quoniam autem, ſicut de bonis gloriæ tuæ merito congratulari, ita & de his, quæ non conveniunt a te fieri, dolere, ac ex merito inhibere compellimur; dilectionem tuam monemus, ut in terra tua Judæos Chriſtianis dominari, vel ſupra eos poteſtatem exercere ulterius nullatenus ſinas.*



*nas. Quid eſt enim Judæis Chriſtianos ſupponere, ac hos illorum judicio ſubiicere, niſi Eccleſiam Dei opprimere, & ſatanæ ſynagogam exaltare? & dum inimicis Chriſti velis placere, ipſum Chriſtum contemnere? Caveas itaque, fili, hoc facere Domino & Creatori tuo, quod non impune fieri tibi ſuſtineres a ſervo tuo. Memento honoris & gloriæ, quam tibi ſuper omnes Hiſpaniæ Reges miſericordia Chriſti conceſſit, atque illius voluntatem tuis actibus, quaſi formam adhibendo, mutuam vicem in cunctis ei rependere ſtude: immo ut hic, & in futuro exaltari merearis, te in omnibus illi ſubmittere ſemper memineris. Valde quippe indignum eſt, ei unum hominem, videlicet te ipſum perfecte non ſubiicere, qui tibi ultra mille hominum millia ſubjecit, & judicio tuo commiſit.*

LXXI. De donis a rege miſſis ad S. Petrum.

*De cætero regiæ munificentiæ tuæ gratulamur, cujus animi devotionem in eo plane ſatis agnoſcimus, atque agnoſcentes amplectimur, quod quanti beatum Petrum fecerit, ex dono patenter oſtendere voluit. Et certe cum tui cordis amorem munus illud per ſe ſatis ſufficienter oſtendat, tum etiam tuæ fidei meritum illud ipſum mutua vice longe vero magis commendat, multiſque gentibus e cunctis mundi partibus ad gremium matris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ venientibus ad honorem tuum clare manifeſtat. Et quidem licet illud munus tam amplum & magnificum fuerit, ut & te Regem dare, & beatum Petrum recipere convenienter decuerit; tamen in illo animi tui devotionem multo magis amplectimur, quæ quanti beatum Petrum fecerit, ex dono patenter oſtendit. Eo igitur, ut dignum eſt, decenter ſuſcepto, donum, quod Domino largiente, Sedes habet Apoſtolica, ſinceræ tuæ devotioni remittit. Omnipotens omnium rerum creator & rector, omniumque dignitatum ineffabilis diſpoſitor, qui dat ſalutem Regibus, meritis altiſſimæ Dominæ genitricis Dei Mariæ, omniumque Sanctorum, auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nobis licet indignis per eos qualicumque commiſſa, te tuoſque fideles in Chriſto ab omnibus peccatis abſolvat, detque tibi victoriam de inimicis viſibilibus, & inviſibilibus; mentem tuam ſemper illuminet, ut ejus bonitatem, & humanam fragilitatem diligenter perſpiciendo, mundi gloriam deſpicias, & ad æternam, beato Petro duce, pervenias.* Hactenus ad Alphonſum Regem Gregorius Papa anno ſequenti, menſe Maii.

LXXII. Paruit Rex Catholicus, ut ex ejuſdem Pontificis conſilio Archiepiſcopus eligeretur Toletanus. Itaque recedit penitus a ſententia eligendi eum, quem conceperat animo, de quo ad eumdem Gregorium Papam ſcripſerat; ſed extremum homine, natione Gallum Aquitaniæ provinciæ, profeſſione monachum Cluniacenſem, ab Hugone Abbate miſſum in Hiſpaniam Abbatem monaſterii ſancti Facundi, ad revocandum monachos in priſtinum S. Benedicti ordinis cultum, nomine Bernardum, ſanctitate celebrem, atque ſcientia tanto muneri minime imparem, poſtea eligendum curavit. Porro ex ejuſmodi Gregorii epiſtola primum corrigas opus eſt, quæ de numquam ablegato, ſed miraculo comprobato Officio Gothico plures rerum Hiſpaniarum Scriptores affirmant: emendes inſuper eoſdem, qui Toletum captum ab Alphonſo tradunt anno Chriſti milleſimo octogeſimoquinto, cum iſta hoc jam tempore facta fuiſſe, litteræ ipſius Papæ Gregorii manifeſto ſint argumento, niſi quis dicere velit, de alio aliquo Archiepiſcopo potius, quam de Toletano Gregorium locutum eſſe. Verum ſub Gregorio Septimo iſta facta de recuperatione Toletanæ civitatis, & de electione Bernardi Archiepiſcopi, ex antiquis monimentis Eccleſiæ Toletanæ teſtantur in ſua collectione Conciliorum Hiſpaniarum Garſias Loaiſa Archiepiſcopus Toletanus, & alii.

De Bernardo electo archiepiſc. Toletano.

LXXIII. Legatio ab Armenorum archiepiſc.

Dum iſta geruntur in Occidente, & negant proximi; confitentur & colunt eum Romanum Pontificem remotiſſimi: dum inquam Henricus Herodis inſtar inſequitur Chriſtum Domini; legatio Romam ab Oriente venit ab Armenorum Patriarcha ad Gregorium Romanum Pontificem. Functus eſt ea Joannes presbyter, inſecutus hæreticum quemdam Armenia pulſum, ab ipſo Papa Romæ damnatum jam convictum hæreſeos. Extant de his litteræ ipſius Gregorii ad Beneventanum (*a*) Epiſcopum. Cujus occaſione idem Gregorius ſcribens ad eumdem (*b*) Armenorum Antiſtitem, errores damnandos enumerat, a quibus eos præcipit abſtinere, licet negaret Legatus, illis eſſe eos implicitos.

(*a*) *Greg. l. 7. ep. 26.*

(*b*) *Ibid. l. ep. 1.*

LXXIV. Armenorum errores.

Enumerantur a Gregorio iſti: Quod non miſcerent in ſacrificio aquam vino: Quod ſacramentum Chriſmatis non balſamo, ſed butyro conficerent: Quod Dioſcorum hæreticum diu antea condemnatum colerent; atque demum, quod ſacro Triſhagio more hæreticorum Crucem adderent. Laudat autem quod ex antiquo Eccleſiæ ritu Euchariſtiam in azymo conficerent, ob idque Græcos ipſos ipſis infeſtos experirentur. Commendans demum Romanæ Eccleſiæ integritatem, utpote Petri Sedem, in ea nullum umquam hæreticum Pontificem ſediſſe gloriatur, nec in futurum ſeſſurum ex præſcripto divinæ promiſſionis aſſerit. Immo idem Gregorius quod certo ſciret, hal-

lu-

lucinatos omnino, qui Liberium Papam Arriana hæreſi labefactatum aſſererent, eumdem uti Confeſſorem ſanctiſſimum fine optimo in Domino quieſcentem populo Chriſtiano venerandum propoſuit. Quod adverſarii ejus Cardinales ſchiſmatici, præcipue vero Benno ille nefandus, eidem vitio vertit, & inter alias mendaciſſimas accuſationes annumeravit.

LXXV. Concilium Lugdunenſe. Ad finem autem vergente anno, celebratum eſt in Gallia Concilium Lugdunenſe, cui præfuit Apoſtolicæ Sedis Legatus Hugo Dienſis Epiſcopus, in quo cauſa Manaſſis Rhemenſis Archiepiſcopi, per plura annorum ſpacia agitata, finem accepit, damnato iterum, atque throno depoſito eodem Antiſtite, qui vocatus ſæpe Romam ad dicendam cauſam, nullatenus obtemperare voluiſſet, atque vetitus nihilominus eamdem Rhemenſem Eccleſiam invadere præſumpſiſſet. Scripſit de his litteras Gregorius ad Rhemenſem Eccleſiam, monens omnes, ut eidem invaſori conſtanter reſiſterent. Incipit

(a) Id. ibid. ep. 17. 18. 19. epiſtola: (a) *Non dubitamus &c.* Data autem habetur hoc anno, ſexto Kalen. Jan. Addidit aliam ad Comitem ejus loci, necnon aliam ad Epiſcopos Suffraganeos. Sed eodem argumento ad Philippum Francorum Regem litteras dedit, quæ dignæ plane ſunt, ut perpetuæ memoriæ cauſa Annalibus intexantur. Sic ſe habent (b):

(b) Id. ep. 20.

LXXVI. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Philippo glorioſo Regi Francorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Ad Philippum Reg. de damnato Rhemenſi Archiep. *Sæpe per Nuntios tuæ celſitudinis audivimus, te gratiam beati Petri, noſtramque amicitiam cupere: quod & tunc nos libenter accepiſſe, & adhuc, ſi cum animum geris, noveris admodum nobis placere. In hoc enim te tuæ ſalutis amicum, ſollicitumque eſſe demonſtras, ſi Apoſtolicam benevolentiam (ſicut Chriſtianum Regem decet) aſſequi, & obtinere deſideras. Quam quidem hoc pacto adipiſci multo facilius ac dignius poteris, ſi te in Eccleſiaſticis negotiis diligentem, devotumque reverenter exhibueris. Qua in re procul dubio minus vigilanter, multoque negligentius, quam ſanum fuerit, olim habuiſſe te, cerneris. Sed nos adoleſcentiæ tuæ præterita delicta ſpe correctionis tuæ portantes; ut deinceps caſtigati moribus, ad ea, quæ oportet, invigiles, ex debito officii noſtri monemus. Igitur inter cætera virtutum ſtudia regiæ excellentiæ convenienti a, quæ tibi ineſſe optamus, cum te juſtitiæ amatorem, miſericordiæque cuſtodem exiſtere, Eccleſias defendere, pupillos, viduaſque protegere ſit neceſſarium; non minus ad internæ ſalutis cuſtodiam tibi eſſe pravorum conſilia ſpernenda, maximeque excommunicatorum familiaritates deteſtandas, arbitramur, atque aſſerimus.*

*Unde ſublimitati tuæ ex parte beati Petri præcipimus, ac ex noſtra rogamus, ut Manaſſe Rhemenſi Archiepiſcopo dicto, ſed propter ſuas iniquitates, quæ non prætereunt ſcientiam tuam, irrecuperabiliter depoſito, nullum alicujus tui favoris ſolatium præbeas, ſed eum ita ab amicitia tua reſcindas, atque a conſpectu præſentiæ tuæ contemptum repellas, ut te pateat inimicos ſanctæ Eccleſiæ, videlicet excommunicatione induratos reſpuendo, Deum diligere, Apoſtoliciſque mandatis morem gerendo, gratiam beati Petri veraciter deſiderare.* LXXVII.

*Præterea volumus, & ex parte Apoſtolica jubemus, ut electionem, quam præfatæ Rhemenſis Eccleſiæ Clerus & populus, Deo annuente, facturus eſt, nullo ingenio, aut ſtudio, quo minus canonice fiat, impedias; ſed & ſi quis impedire aliquo ſtudio ſæculari tentaverit, illi omnimodo contradicas, atque illi quem pars fidelior & religioſior elegerit, adjutorium tuum impendas.* Age

PAGIUS XIII. *Manaſſes Remenſi Archiepiſcopatu deponitur.* A num. LXXV. ad LXXIX. *Manaſſes* Remenſis Archiepiſcopus eo nomine primus, multas in ſe turbas concitavit ob varia crimina, de quibus accuſatus fuit, inquit Mabillonius in Admonitione præfixa Apologiæ ejuſdem Manaſſæ a ſe ex veteri MS. Tom. I. Muſæi Italici part. II. publicatæ. Præcipua criminum ſeu accuſationum capita erant, ſimoniaca in Remenſis Eccleſiæ Pontificatum intruſio, ſacræ ſuppellectilis direptio, ſpoliatio Clericorum, Eccleſiarum, Abbatiarum & injuſtæ in pleroſque excommunicationes. Accuſatores ejus in primis *Manaſſes* alter, *Bruno* & *Pontius*. Is Bruno, uti exiſtimat Mabillonius, videtur vir ille ſanctiſſimus, qui cum ex Eccleſia Colonienſi in Remenſem tranſlatus fuiſſet, Manaſſæ flagitiis offenſus, cum nullum eis modum imponi cerneret, ceſſit tandem; & ſæculi pertæſus, in ſolitudinem ſeceſſit in pago Gratianopolitano, ubi Sacri Carthuſiani Ordinis fundamenta jecit. Hanc ejus ſeceſſus cauſam affert Guibertus Abbas de Novigento in libro de Vita ſua. Manaſſes enim in illa Apologia de Brunone accuſatore ſuo loquens ait: *Bruno, nec noſter Clericus, nec noſter natus aut renatus eſt, ſed ſancti Cuniberti Colonienſis in regno Teutonicorum poſiti Canonicus eſt.*

XIV. *Apologia in ejus defenſionem edita.* *Manaſſes* primus Sedem Remenſem occupavit ab an. MLXVIII. poſt mortem Gervaſii. [1] In Concilium Auguſtodunenſe ob crimina, quæ ipſi

NOTÆ [1] MAnaſſes I. cathedram Remenſem invaſit non quidem A. 1068. ſed anno 1069. vel 70. ut perſpicue demonſtrat Privilegium ab eo datum Andaginenſibus S. Huberti Monachis ſignatum anno *Dominicæ incarnationis MLXXVIIII. Indict. II. anno archiepiſcopatus Manaſſe decimo*. Extat charta hæc in Collectione Martenii t. I. col. 499. MANSI



LXXVIII Paterna admonitio Greg. ad Reg. *Age igitur, & jam ætate vir factus in hac re procura, ut non fruſtra tuæ juventutis culpis peperciſſe, nec in vanum te ad emendationem expectaſſe videamur; ac maxime enitere, ut beatum Petrum, in cujus poteſtate eſt tuum regnum, & anima tua, qui te poteſt in cœlo & in terra ligare, & abſolvere, tibi facias debitorem, & non pro negligentia, aut veritatis diſſimulatione judicium, ſed pro diligentia, juſtitiæque executione, ipſius gratia, æternum digne merearis auxilium. Dat. ſexto Kal. Januarii.* Hæc ad Philippum Regem Francorum.

Porro eumdem Hugonem Dienſem Eſcopum tranſlatum fuiſſe in cathedram Lugdunenſem, & creatum ejus civitatis Archiepiſcopum, teſtantur Acta S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani. In quibus pariter habetur hoc anno ab eodem Hugone eſſe celebratum Concilium Avenionenſe, in quo inter alia reperitur, creatum ibi fuiſſe ſanctum Hugonem Epiſcopum Gratianopolitanum, quem ponit ſediſſe annos quinquaginta duos, diemque obiiſſe anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimoſecundo. Hic autem quomodo ſexto anno ab ordinatione ſua cum ſancto Brunone Carthuſiam ſolitudinem incolere cœpit, ex quo loco nomen accepit Carthuſianorum inſtitutio, ſuo loco dicetur. Concilium Avenionenſe in quo S. Hugo epiſc. gratianop. creatus.

LXXIX. Quo etiam anno meminit Sigebertus de electione ſancti Arnulphi in Epiſcopum Sueſ-

PAGIUS ipſi objiciebantur, ab Hugone Dienſi Epiſcopo, Gregorii VII. in Galliis Legato, accitus, cum adeſſe recuſaſſet, anno MLXXVII. damnatus eſt, ut videre eſt apud Hugonem Flaviniacenſem in Chron. Virdun. pag. 199. ubi Concilium illud recitat, & cum eo Chriſti anno affigit; ejus enim apud Baronium mentio non eſt. *Manaſſes* vero cum ad Romanum Pontificem appellaſſet, ab eoque mitius fuiſſet tractatus, perſeverante iniquorum facinorum dedecore, a Legato in Lugdunenſe Concilium hoc anno habitum denuo vocatus, in ordinem redactus eſt. Apologiam ille poſtea in ſuam defenſionem edidit, aut potius aliquis alius ab eo conductus. Manaſſem quippe literarum expertem fuiſſe teſtatur Willelmus Abbas Metenſis in Epiſtola III. ad ipſum data his verbis: *Certe olim apud quoſdam Philoſophos de revolutione animarum grandis erat opinio: quæ per te nominanter confirmatur, dum, ſicut illi Euphorbum in Pythagoram, ſic te Gervaſium putent noſtri temporis homines eſſe transfuſum. Verum non ideo ego tibi conceſſerim, ut ille in te totus tranſierit: cum in illo tyranno quondam bonarum artium veſtigia fuerint; quibus omnino tu cares, ille excelluit.* Gravia ſunt quæ in Manaſſem intorquet Guillelmus iſte, quem ex Abbatia ſancti Remigii exturbaverat. Nec magis ſpecioſi ſunt colores, quibus eumdem Manaſſem depingunt Gregorius VII. Guibertus Abbas Novigenti in libro de ſua ipſius Vita, atque Hugo Abbas Flaviniacenſis citatus. Hæc & plura de eodem Mabillonius ibidem.

XV. *S. Hugo fit epiſcopus Gratianopolitanus.* Celebratum & hoc anno *Avenione* ab Hugone Epiſcopo Dienſi Sedis Apoſtolicæ Legato Concilium, ad quod cum veniſſent Gratianopolitani Canonici Epiſcopum ab eodem Legato obtinuerunt ſanctum *Hugonem* tunc Valentinum Canonicum, qui cum eodem Legato ad Summum Pontificem profectus eſt, ut Gratianopolitanus Epiſcopus conſecraretur, inquit Chronographus Virdunenſis. Ei Mathildis Comitiſſa neceſſaria procuravit. De ea Guigo Carthuſianorum Prior Auctor coævus, qui Sancti Hugonis Vitam in Actis Bollandianis ad diem primam Aprilis recitatam, ſcripſit, hæc refert: *Comitiſſa Mathildis, habitus quidem fœminei, ſed animi per cuncta virilis, quæ rerum humanarum tumultus atque pericula, inſtar Prophetiſſæ Deboræ, prudenter ſedare & fortiter noverat tolerare; in ſuo Deum venerans famulo, diei conſecrationis ejus neceſſaria cuncta ſubminiſtravit; Paſtoralem, quo diu uſus eſt, baculum dedit, additis Pſalmorum ſecundum B. Auguſtinum Explanationibus; cum B. Ambroſii volumine, cujus titulus eſt, de Officiis: totoque quo deinceps tempore vixit, tanquam verum Dei famulum ſincera devotione ſpecialiter honoravit, & coluit, ſitiens ejus inceſſanter & conſiliis inſtrui, & oratione defendi.* Porro cum Sanctus *Hugo* anno MCXXXII. conſecrationis in Epiſcopum LII. ad Deum migrarit, ut in ejus Vita legitur, is hoc anno Epiſcopus ordinatus. De eo rurſus infra. Hugo Sedis Apoſtolicæ Legatus adhuc Epiſcopus Dienſis erat, quando præfuit Concilio Avenionenſi, & nonniſi anno MLXXXII. Gebuino Archiepiſcopo Lugdunenſi ſucceſſit, ut teſtatur Hugo Flaviniacenſis in Chr. ad annum MLXXVII. pag. 206. ubi loquens de variis Conciliis ab Hugone Dienſi Epiſc. S. Sedis Legato celebratis, ait: *Celebravit & ſeptimum apud Avenionem, in quo depoſitus eſt Achardus Arelatenſis invaſor, & electi ſunt Gibilinus in Arelatenſem Archiep. Lantelmus in Ebredunenſem æque Archiep. Hugo in Gratianopolitanum Epiſcopum, Deſiderius in Cavalicenſem, quos poſt expletionem Concilii ſecum Romam duxit, & conſecrati ſunt a Papa.* Concilium itaque Avenionenſe hoc anno celebratum, primum ordine non fuit, ut perperam Baronius ſupponit, ſed ſecundum; cum jam de priori anno MLX. egerimus, eique Hugonem Cluniacenſem Abbatem præfuiſſe oſtenderimus. [1]

XVI. Ad num. LXXIX. & ſeq. Depoſitio *Nicephori Botoniatæ*, quam Baronius hoc anno refert, anno ſequenti contigit, ut non tantum An-

NOTÆ [1] INter concilia ab Hugone Dienſi celebrata anno huic aſſignatur concilium Meldenſe, quod juſſu Gregorii Pontificis coactum fuit, ut de epiſcopi Sueſſionenſis electione deliberaretur. Verum eruditi Galli ante me animadverterunt uno anno citius concilium iſtud conſtitutum fuiſſe. Nam Arnulfus ex permiſſione ab eodem Synodo facta electus conſecratus fuit epiſcopus die *XIIII. Kalend. Januarii*, quæ tunc incidit *in Dominicam ante natalem Domini* Hariulfo Abbate Aldenburgenſi authore ſynchrono in vita ejuſdem Sancti. His characteribus annus 1081. exprimitur. Vide Bollandiſtas ad diem XV. Auguſti MANSI

Meldenſis Synodus in qua creatus epiſc. S. Arnulphus.

Sueſſionenſem, cum per eumdem Apoſtolicæ Sedis Legatum habita fuit Meldenſis Synodus, in qua depoſitus eſt Urſio Sueſſionenſis Epiſc. & in ejus locum vir ſanctiſſimus ex monaſterio ſancti Medardi vocatus, coactus licet, ſuffectus eſt tamen. Cujus divinitus factam electionem, & alias eiuſdem Sancti præclaras res geſtas proſecutus eſt omni fide ejus ſucceſſor (*a*) Liſiardus, qui & ea quæ tunc acciderunt de ortu Ludovici, filii Philippi Regis, ab eodem Arnulpo prænuntiato, & aliis ab eo in Epiſcopatu rebus geſtis, idem pluribus narrat.

(*a*) *Liſiar. in vit. Arnulph. c.26. Apud Sur. tom. 4. die 15. Aug. & c.27. 28.*

Pellitur Niceph. Imper. & Alexius Comnenus imperat.

Quod ſpectat ad res Orientalis Eccleſiæ, hoc etiam anno Nicephorus Imp. poſt concertationes adverſus diverſos inſurgentes tyrannos, eoſdemque ſuperatos, tandem quæ fecit, & ipſe paſſus: nam ab Alexio Comneno pulſus in monaſterium detruditur. Hæc pluribus Joannes Curopalata, qui & hic finem ſuæ imponit hiſtoriæ, quam cum Cedrenus, tum Zonaras in ſuos retulere commentarios. Porro tum Michaelis Rangabe, a quo Joannes Curopalata inchoatur, tum ſequentium quinque Imperatorum totidem pene verbis deſcriptam habemus hiſtoriam a Leone Grammatico, Leonis ſapientis Imperatoris mandato, in Vaticana bibliotheca cuſtoditam, quam & in Medicea Reginæ Francorum Pariſiis accepimus aſſervari.

Cum vero iſta agerentur in Nicephorum Imperatorem, Malphitanus quidam nobilis partem haud exiguam ligni ſalutiferæ & vivificæ Crucis, auro & lapidibus pretioſis ornatam, & in aurea icona locatam de palatio Conſtantinopolitano ſuſtulit, atque in Italiam rediens, in Caſſinenſi monaſterio collocavit: (*b*) Leo hæc narrat in Chronico Caſſinenſi. LXXX.

(*b*) *Leo Oſt. Chr. Caſſ. l.5. c.54.*

Quo

PAGIUS

*Depoſito Nicephoro Botoniate Alexius Comnenus fit Imperator.*

Anna Comnena lib. 3. ſed etiam Zonaras teſtantur. Scribit Zonaras Iſaacium & Alexium Comnenos fratres magnis dignitatibus a Nicephoro Botoniate Imp. exornatos, aulicorum, præſertimque duorum ſervorum, obtrectationibus obnoxios fuiſſe, & apud Imperatorem criminatos, quaſi regnum cogitarent. *Quo illi cognito*, inquit Zonaras, *veriti, ne quid in ſe gravius conſuleretur, &, ut fama eſt, regni cupiditate jam olim æſtuantes*, urbe excedunt, univerſas pene Legiones ad ſe attrahunt, & *in magna quinta ſeptimanæ Paſſionis Salvatoris noſtri die* Conſtantinopolim per vim occupatam diripiunt. Botoniates Comnenorum congreſſu cognito monaſterium ingreſſus in eo aliquandiu vixit, & mortuus eſt. Anna Comnena ait, Alexium patrem ſuum & Iſaacium patruum monitos fuiſſe: *evocandos nocte una Comnenos ambos Imperatoris nomine quantumvis inſcii: ſic comprehenſis eruendos oculos falſo crimine impoſito*; & multis interpoſitis addit: *Erat ea dies feria quinta majoris hebdomadæ: qua myſticum Paſcha ſacrificamus ſimul & comedimus, indictione IV. anno 6589. menſe Aprili* quando Conſtantinopolis civitas capta eſt. *Cædibus modo temperatum eſt; cætera crudelitati libidinique fræna laxata*, eademque die Alexius Comnenus Imperator acclamatus, ideoque anno ſequenti, in quem characteres illi temporarii competunt, & feria quinta in Cœna Domini in diem primum menſis Aprilis incidit.

XVII.

*Moritur Joannes Xiphilinus Patriarcha Conſtantinop.*

Tum Anna Comnena lib. 3. pag. 75. *Rebus ſic pendentibus Alexius coronatur manu Patriarchæ Coſmæ. Etenim IV. anno imperii Michaelis Ducæ & filii ejus Conſtantini, cum eſſet mortuus ſanctiſſimus Patriarcha Joannes Xiphilinus ſecundo die menſis Auguſti, indict. XIII. ſubrogatus in ejus ſedem fuerat hic Coſmas, illo loco digniſſimus, & ſanctitate plenus.* Paulo poſt: *Septimo poſt inaugurationem Alexii die uxor quoque ipſius Irene miniſterio Coſmæ Patriarchæ ſolemnem coronæ impoſitionem accepit.* Quare cum Zonaras in Michaele Duca ſcribat, *Joannem Xiphilinum* mortuum eſſe, *cum Eccleſiam annos XI. & menſes VII. paviſſet*, perſpicuum eſt, non tantum Xiphilinum anno milleſimo ſeptuageſimo quinto indictione XIII. notato ſupremum diem obiiſſe; ſed etiam eum menſe Januario anni milleſimi ſexageſimi quarti ad eam dignitatem evectum eſſe, & Chronotaxim Patriarcharum Conſtantinop. per hæc tempora hactenus depravatam fuiſſe. Gretzerus Tom. II. de Sancta Cruce aliquas Xiphilini Homilias exhibet, ſed ſcripſit etiam alias Homilias in Evangelia Dominicalia totius anni, quæ MSS. extant in Bibliotheca Vaticana.

XVIII.

*Variæ Dignitates ab Alexio Imp. inſtituta.*

*Quoniam vero*, inquit Anna lib. 3. pag. 78. *Meliſſeno Nicephoro Cæſaris dignitas ex pacto debebatur, & Iſacium natu majorem fratrem inſigniori aliquo decorari honoris titulo par erat, alius autem præterquam Cæſaris non erat, excogitavit nomen novum Imperator: & mixtis Sebaſti ſive Auguſti & Autocratoris, hoc eſt Imperatoris, nominibus titulum conflavit Sebaſtocratoris, quaſi diceret, Secundi Imperatoris, cui Cæſaris gradum ſubjunxit: eo cum Iſaacium honeſtaſſet, uni eum concedere Auguſto voluit, Meliſſenum Cæſarem tertio demum loco in acclamationibus appellari.* Verum Alexius Comnenus non tantum hanc dignitatem invenit, verum etiam ex *Sebaſti* nomine alias confecit, nempe *Protoſebaſti*, quam in Hadrianum fratrem contulit, *Panyperſebaſti*, qua decoravit *Taronitam*, qui ejus ſororem in matrimonio habebat. Quæ dignitates ibidem ab Anna explicatæ, quæque poſtea aliis a ſequentibus Imperatoribus conceſſæ ſunt. Et quia & privata, & publica, & ſacra expilata, direptaque fuerant, de iis Alexius Imp. coram Coſma Patriarcha & Synodo culpam fatetur: & in ſalutarem pœnitentiam jejunium quadraginta dierum cum humi cubatione totidem noctium accipit, & cum ſuis implet. Denique matrem religioſum ſeceſſum meditantem adminiſtrationi rerum præficit, ut ibidem narrat Anna, quæ matris Imperatoris Annæ ſc. Alexii Præfecti Italiæ filiæ prudentiam, religionem, & compoſitiſſimam vitæ rationem pluribus narrat.

XIX.

*Concilium Juliobonenſe.*

Ordericus lib. 5. cap. 552. & ſeq. recitat Concilium habitum in territorio Caletenſi, in villa Regia, quam Juliam bonam Antiqui dixere, quæque modo vulgariter *Lileſbona* vocatur. Celebratum illud *anno Incarn. Domini MLXXX. Anglorum Rege VVillelmo gubernante Normanniam, in feſtivitate Pentecoſtes, ſub ejuſdem Regis præſentia, præſente Rotomagenſi Archipræſule Vvillelmo, congregatis, etiam Præſuli-*

*bus*



Coſmas Hieroſolymitanus Patriarcha Conſtant.

Quo pariter anno Joannes Xyphilinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, cum ſediſſet annos tredecim, & menſes ſex, moritur, & in locum ejus ſuffectus eſt Coſmas Hieroſolymitanus, prout apparet ex ſerie Conſtantinopolitanorum Patriarcharum, quæ extat in codice Juris Orientalis, tomo primo.



Mil-

PAGIUS

*bus & Abbatibus, Conſulibus quoque & cæteris Normanni Principibus*, ut in Præfatione legitur. Plura Decreta in eo condita, quorum primum eſt: *Ut pax Dei, quæ vulgo dicitur, Trevia* (ſeu Tregua,) *ſicut ipſe eam initio conſtituerat, firmiter teneatur, & per ſingulas parochias dictis excommunicationibus renovetur. Qui vero eam obſervare contempſerint, vel aliquatenus fregerint, Epiſcopi ſecundum quod prius ſtatutum eſt, eos judicando juſtitiam faciant. Si quis autem Epiſcopo ſuo inde inobediens fuerit, domino in cujus terra habitat Epiſcopus, hoc demonſtret, & ille eam ſubdet Epiſcopali juſtitiæ. Quod ſi & dominus facere contempſerit, Regis Vicecomes inde per Epiſcopum requiſitus, omni remota excuſatione faciat.* Hæc ad majorem eorum confirmationem, quæ de Treuga Dei in Annalibus Eccleſiaſticis prætermiſſa ſuis locis diximus.

XX.

*Berengarius redit ad vomitum.*

Reverſus Roma *Berengarius* rurſus declinavit ad priſtinum errorem, ac tertiam confeſſionem perfide retractavit. In Chronico enim Malleacenſi legitur: *Anno MLXXX. fuit Concilium Burdegalæ, in quo Berengarius reddidit fidei ſuæ rationem.* Mabillonius Tom. II. Analect. in Obſervat. de multiplici damnatione Berengarii ait, ſe legiſſe in MS. Codice Scriptum Berengarii, in quo tertiam fidei Profeſſionem anno ſuperiori a ſe emiſſam reſcindit, iiſdemque fere argumentis convellit, quibus primam ſub Nicolao II. Papa editam labefactarat, in Lanfranci Dialogo relatis. Tum, ſubdit Berengarius, quemadmodum ad ſubſcribendum ultimæ fidei profeſſioni ductus ſit, nimirum metu mortis ſibi certe imminentis; quove ſenſu eam aſſeruerit. Quare licet Bertoldus in Chronico Berengarii obitum cum anno MLXXXIII. copularit, eumque nunquam hæreſim dimiſiſſe tradiderit, recte tamen ibidem affirmat, Berengarium poſt Synodum Romanam anno ſuperiori habitam iterum relapſum eſſe. Hæc Bertoldi verba: *Berengarius, novæ hæreſis de Corpore Domini auctor, eo tempore deficiens abiit in locum ſuum; qui licet eandem hæreſim ſæpiſſime in Synodo abjuravit, ad vomitum tamen ſuum canino more non expavit redire. Nam & in Romana Synodo canonice convictus, hæreſim ſuam in libro a ſe deſcriptam combuſſit, & apparatam anathematizavit: nec tamen poſtea dimiſit.* Verum Berengarium annos aliquot ante mortem ſuam ad Catholicæ fidei communionem rediiſſe, & ut verum Catholicum vixiſſe, in morte ejus oſtendemus.

I. Concilium Romanum. Milleſimus octogeſimus primus annus volvitur, Indictione quarta, quo Gregorius Papa ex more, initio Quadrageſimæ Synodum habuit in Lateranenſi baſilica. Quæ autem ibi ſunt geſta, in codice epiſtolarum ipſius Gregorii hæc habentur perpauca notata: *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo octuageſimo-primo, Pontificatus vero Gregorii Septimi anno octavo nondum exacto, præſidente eodem Apoſtolico, celebrata eſt Synodus Romæ in baſilica ejuſdem Salvatoris & Redemptoris noſtri JESU Chriſti, in qua inter cœtera, ſententiam depoſitionis Archiepiſcoporum Arelatenſis, & Narbonenſis atque excommunicationis per Legatos Apoſtolicæ Sedis promulgatam dominus Papa, his qui aderant collaudantibus, firmavit.*

*Henricum quoque dictum Regem, & omnes fautores ejus, qui in præterita excommunicatione animum induraverant, iterum excommunicavit.*

*Anathematizavit item Ildimundum & Landum Campaninos tyrannos, omneſque adjutores eorum.*

II. *Præterea ſuſpendit officio quoſdam Epiſcopos, qui ad Concilium invitati, neque ipſi, neque Nuntii eorum pro ipſis venerunt.* Hæc ibi. Cecinit iſta de iterato in Regem, & Guibertum anathemate, necnon de perſecutione, per eoſdem renovata Domnizo in vita Mathildis, quam tunc ſcribebat, his verſibus:

*Actibus, & verbis exprobat ſchiſma Guiberti;*
*Perpetuo damnans anathemate ſchiſmata tanta.*
*Naſcitur hinc cunctis ingens tribulatio juſtis:*
*Mucronem Regis pia pars quam maxima ſentit.*
*Sedibus expulſi ſunt pontifices, quoque multi,*
*Flagris afflicti, * vinculis in carcere ſtricti.* * al. vinclis.
*Rex & Guibertus faciunt juveneſcere tempus*
*Neronis priſci &c.*

Schiſmatici vero addunt ad ſchiſma privatam hæreſim, dum quod aliud non haberent, quo Regis cauſam defendere poſſent, vanum illum excogitarunt ad defenſionem prætextum, dicentes non poſſe Pontificem excommunicare Regem, cui eſſe obediendum præcepiſſent Apoſtoli. Quorum adeo inſanam ſententiam idem Gregorius ſuis litteris plenius confutavit, cum iiſdem prope diebus, quibus Synodus agebatur, nempe Idibus Martiis idem ſcripſerit epiſtolam ad conſultationem Herimanni Metenſis Epiſcopi, qui præ cæteris ultra montes poſitis Epiſcopis ſemper adverſus ſchiſmaticos pro Apoſtolica Sede ſtetiſſet defenſor acerrimus, atque adhuc perſiſteret imperterritus, multa ob id paſſus ab iis, qui Regi inhærentes ſeſe ſchiſmaticis conjunxiſſent, qui & ipſi cum in ſuam defenſionem, ut ſcelus honeſto aliquo prætextu velarent, jactare ſolerent, non potuiſſe Romanum Pontificem Regem excommunicare, atque regno privare; quid adverſus hos debeat reſpondere, ab eodem Pontifice doceri cuperet. Ad quem Gregorius prolixam de his ſcripſit epiſtolam, cujus eſt exordium: (a) *Quod ad perferendos labores &c.* Et paulo poſt: III.

Conſultatio Herimanni epiſc. de regum depoſitione.

(a) Greg. l. 8. ep. 21.

IV. Hæreſis nova confutatur. *Quod autem poſtulaſti, te quaſi noſtris ſcriptis juvari ac præmuniri contra illorum inſaniam, qui nefando ore garriunt, auctoritatem ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis non potuiſſe Regem Henricum, hominem Chriſtianæ legis contemptorem, Eccleſiarum videlicet, & Imperii deſtructorem, atque hæreticorum auctorem & conſentaneum excommunicare, nec quemquam a ſacramento fidelitatis ejus abſolvere; non adeo neceſſarium nobis videtur, cum hujus rei tam multa ac certiſſima documenta in ſacrarum Scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus, eos qui ad cumulum ſuæ damnationis veritati impudenter detrahunt & contradicunt, hæc ad ſuæ defenſionis audaciam tam ignorantia, quam miſeræ deſperationis vecordia coaptaſſe. Nec mirum. Mos eſt enim reproborum, ob ſuæ nequitiæ protectionem niti conſimiles ſibi defendere: quia pro nihilo habent mendacii perditionem incurrere. Nam ut de multis pauca dicamus, quis ignorat vocem Domini ac Salvatoris noſtri JESU Chriſti, dicentis in Evangelio: (a) Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum; & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Numquid ſunt hic Reges excepti? aut non ſunt de ovibus, quas Filius Dei beato Petro commiſit? Quis, rogo, in hac univerſali conceſſione ligandi atque ſolvendi a poteſtate Petri ſe excluſum eſſe exiſtimat, niſi forte infelix ille, qui jugum Domini portare nolens, diaboli ſe ſubiici oneri vult, & innumero ovium Chriſti eſſe recuſat? cui tamen hoc ad miſeram libertatem minime proficit, quod poteſtatem Petri divinitus ſibi conceſſam, a ſuperba cervice excutit. Quoniam, quanto eam quiſque per elationem ferre abnegat, tanto durius ad damnationem ſuam in judicio portat &c.* Subiicit inſuper, hanc doctrinam a Patribus cognitam & confirmatam, quorum ſententias ex parte recitat, quas brevitatis cauſa recenſere omittimus; cum præſertim cuſa epiſtola ſit ipſa, atque omnibus patens. Jam vero alias res geſtas anni hujus proſequamur.

(a) Matt. 16.

Quæ autem hæc ſecuta ſint, quive progreſſus fuerint tum Henrici perſecutionem inferentis, tum Gregorii eam patientis, ut proſequamur, primo diſcemus iſta ex ipſius litteris, eodem quoque tempore, nempe paulo poſt Synodum datis (b) ad Epiſcopum Patavienſem, & Abbatem Hirſaugienſem, qui in his turbis ab Henrico permotis inhærebant magna cum laude ipſi Romano Pontifici: quorum alter, nempe Patavienſis Epiſcopus legationis munere fungebatur in partibus illis. VI.

(b) Greg. l. 8. ep. 3.

Cum enim iidem qui ſupra, ſtudioſiſſimi Apoſtolicæ Sedis ſignificaſſent, quinam eſſet rerum ſtatus in regionibus illis, Gregorius ad eos reſcribens, quænam Italicarum rerum eſſet conditio aperit, quove ipſe eſſet compoſitus animo ad pacem ineundam, vel bello reſiſtendum, his litteris reddit certiores:

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto fratri & Coepiſcopo Patavienſi A. & venerabili Hirſaugienſi Abbati Vv. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Prudentiæ veſtræ ex hoc ſatis gratulamur, quia ſicut oportebat, nuntiare nobis vera ſummopere ſtuduiſtis; præſertim cum multa & varia ex partibus veſtris apud nos referantur.* De ſtatu rerum Germanicarum & Italicarum.

VII. *Notificamus autem dilectioni veſtræ, pene omnes noſtros fideles, audita * voce Rudolphi beatæ memoriæ Regis, niti ad hoc eos crebris adhortationibus flectere, ut Henricum, jampridem, ſicut ſcitis, plura facere nobis paratum, cui ferme omnes* * al. nece.



PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MCXIX. Anno Hegiræ CCCCLXXIV. inchoato die 11. Junii fer. 6. A. C. 1081

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6574.

☉ 26. C. ☽ 18. P. 4. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1081.

GREGORII VII. PAPÆ 9.

HENRICI IV. REG. 26.

ALEXII COMNENI IMP. 1.

I. Synodus Romana VIII. ANum. I. ad IV. Celebrata hoc anno a Gregorio VII. Synodus *Romana* VIII. in qua Henrici Regis, ejuſque fautorem excommunicatio confirmata, uti narrat Baronius; neque enim aliud de hac Synodo ſupereſt. [1]

II. Henricus Rex venit in Italiam. A num. IV. ad XIII. *Henricus poſt obitum Regis Rudolphi Veronam in Paſcha venit, & inde ad invadendam Romam, cum ſuo non Apoſtolico, ſed apoſtata Guiberto, utpote domini Apoſtolici non ſemel perjuro & anathematizato profectus, ſed mox regreſſus eſt,* inquit Bertoldus in Chron. hoc anno. Lupus vero Protoſpata ad annum MLXXXI. *Alemannorum Rex Henricus venit Romam, ut eiiceret exinde Papam Gregorium.* [1] Gregorius Papa in hoc rerum ſtatu ſcripſit ad Altmannum Epiſcopum Paſſavienſem & ad Abbatem Hirſaugienſem, Epiſtolam III. lib. IX. Regiſtri a Baronio recitatam, qua utrique ſignificat, defuncto Rudolpho Rege omnes ſibi ſuadere, ut Henricum, *cui ferme omnes Italici favent*, in gratiam recipiat, monetque, ut Mathildem Comitiſſam certiorem faciant, an ab eis præſidium contra Henricum expectare debeat, & Ducem Welfonem, alioſque moneant, ut fidem B. Petro ſervent, atque omnes hortentur, ne Regis electio temere fiat; ſed Deum exorent, ut inimici reſipiſcant, & Eccleſiæ ſuæ defenſorem tribuat. *Si vero*, inquit, *filiæ noſtræ Mathildi, cujus militum animos ipſi perpenditis, a vobis ſuffragatum non fuerit, quid aliud reſtat, niſi ut cum ſui reſiſtere recuſaverint, quam utique hac in re pro inſana habent, ipſa vel coacta paci illius ac-*

NOTÆ

[1] Synodus hæc Romana die IV. Non. Maii Gregor. VII. anno nono celebrata fuit, & in ea deliberatum etiam, num Eccleſiæ bona oppignorari ad colligendam pecuniam, ut Guiberto Archiepiſcopo Ravennati reſiſteretur, fas eſſe, & patres nequaquam id licere ſanxerunt. Baluz. Miſcell. lib. II. p. 69. Decretum vero hoc integrum recitatur in Collectione Martenii tom. VII. col. 64. Subſcripta leguntur nomina Brunonis Signini, & trium inſuper Epiſcoporum, cum cardinalibus ſeptem. MANSI

[1] Romam perveniſſe Henricum in pervigilio Pentecoſtes tradit ad hunc annum author Chron. Regiæ S. Pantaleon. Colonienſis. Vulgatus ab Eccardo Hiſtor. German. tom. I. col. 908. & Annaliſta Saxo apud eundem Eccar. ibid. col. 561. qui addit excluſum fuiſſe Urbe a pontificiis, adeoque conſediſſe ante *caſtellum Sancti Petri* nempe in pratis, quæ *Neroniana* vocantur; addit Benzo ſæpe a nobis laudatus in præfatione lib. 6. Ex quo etiam accepimus Henricum deſiderio Coronæ Imperialis accipiendæ in Templo S Petri de more Imperatorum fruſtratum ex conſilio ejuſdem Benzonis ſolemni ritu in Caſtris a Guiberto Ravennate coronatum fuiſſe. Sed coronatio illa poſtea repetita fuit in Vaticano anno 1084. die 31. Martii quod certum eſt, tum ex congeſtis ibi a Pagio, tum ex diplomate quodam Henrici pro Monaſterio Prumienſi; de quo nos ſupra ad An. 1053. 17. ubi anniverſarium ordinationis ſuæ in imperatorem ad II. Kal. aprilis conſtituit. MANSI

*omnes Italiæ favent, in gratiam noſtram recipiamus: adiicientes, ſi ille in Italiam pro velle & conatu ſuo, non valens nobiſcum habere pacem, contra ſanctam Eccleſiam venerit, ex vobis fruſtra ſperandum fore auxilium. Quod quidem ſi nobis, qui illius ſuperbiam parvipendimus, deficiat, non adeo grave videtur. Si vero filiæ noſtræ Mathildi, cujus militum animos ipſi perpenditis, a vobis ſuffragatum non fuerit; quid aliud reſtat, niſi ut cum ſui reſiſtere recuſaverint, quam utique hac in re pro inſana habent, ipſa vel coacta illius pacis acquieſcat, aut quidquid poſſidere videtur, amittat? Quamobrem ſummopere niti vos oportet eam certam reddere, an ex vobis præſidium expectare firmiter debeat,*

VIII. De Vvelphone Duce. *Si Henricus forte Longobardiam intraverit, admonere te etiam, cariſſime frater, volumus Ducem Vvelphonem, ut fidelitatem beato Petro faciat, ſicut coram Imperatrice Aguete, & Epiſcopo Comano mecum diſpoſuit, conceſſo ſibi poſt mortem patris ejus beneficio. Illum enim totum in gremium beati Petri deſideramus collocare, & ad ejus ſervitium ſpecialiter provocare. Quam voluntatem ſi in eo, vel etiam in aliis potentibus viris, amore beati Petri pro ſuorum peccatorum abſolutione ductis cognoveris, ut perficiant elabora; noſque certos reddere diligenter procura. Hac enim fiducia, ut Italici, remoti ab Henrico, nobis, immo beato Petro fideliter adhæreant, Deo adjuvante, efficere credimus.* Sed antequam ulterius progrediamur, in memoriam revocandum de Welphone iſto, quod dictum eſt ſuperius ex Lamberto, nimirum fuiſſe filium Azonis Marchionis Ferrarienſis, inhæſiſſe autem Henrico Regi contra Saxones, inde contra Henricum ipſum Rudolpho novo Regi, cum privatus eſſet Ducatu Bavariæ, quo ab eodem Rege, pulſo Ottone, donatus fuerat, tradito illo Corrado filio ſuo; cujus cauſa ab eo deficiens, Rudolphi partibus inhæſiſſet. Pergit vero Gregorius:

IX. De cohortandis Germanis in fidelitate Sedis Apoſt. *Præterea admonendi ſunt omnes, in partibus veſtris Dominum timentes, ac ſponſæ Chriſti libertatem diligentes, ut non aliqua gratia ſuadente, aut ullo metu cogente, properent eam temere perſonam eligere, cujus mores & cætera, quæ Regi oportet ineſſe, a ſuſcipienda Chriſtianæ religionis defenſione & cura diſcordent. Melius quippe fore arbitramur, ut aliqua mora, ſecundum Dominum, ad honorem ſanctæ Eccleſiæ provideatur idoneus, quam nimium feſtinande in Regem aliquis ordinetur indignus. Scimus quidem, quod fratres noſtri longo certamine diverſiſque perturbationibus fatigantur, nobilius tamen eſſe dignoſcitur, multo tempore pro libertate ſanctæ Eccleſiæ decertare, quam miſeræ ac diabolicæ ſervituti ſubjacere. Certant namque miſeri, ſcilicet membra diaboli, ut ejuſdem miſera ſervitute opprimantur; certant econtra membra Chriſti, ut eoſdem miſeros ad Chriſtianam libertatem reducant. Quapropter fundendæ ſunt frequentiſſimæ orationes, & largiſſimæ dandæ eleemoſynæ; omnibuſque modis Redemptor noſter exorandus, ut inimici noſtri, quos ſuo præcepto diligimus, reſipiſcant, & ad gremium ſanctæ Eccleſiæ redeant, ſuæque ſponſæ, pro qua mori dignatus eſt, defenſorem & rectorem, ſicut eam decet, clementer tribuat.*

X. *Niſi enim ita obediens, & ſanctæ Eccleſiæ humiliter devotus ac utilis, quemadmodum Chriſtianum Regem oportet, & ſicut de Rudolpho ſperavimus, fuerit; procul dubio ei non modo ſancta Eccleſia non favebit; ſed etiam contradicet. De prædicto enim Rudolpho Rege quid ſancta Eccleſia ſperaverit, & quid ille promittebat; tu ipſe, frater chariſſime, ſatis cognoſcis. Providendum eſt ergo, ut non minus ab eo, qui eſt eligendus in Regem, inter tot pericula & labores ſperare debeamus. Qua de re quid promiſſionis juramento ſancta Romana Eccleſia ab illo*

PAGIUS *acquieſcat, aut quidquid poſſidere videtur, amittat.* Epiſcopus Paſſavienſis & Abbas Hirſaugienſis Sedis Apoſtolicæ Legati erant in Germania; verum ibi Catholici in minori numero, quam Regii erant, & in Italia milites Pontificii ob infelices anni ſuperioris eventus ita animo depreſſi, ut Sapientioribus videretur pacem faciendam, ſi æquas Henricus Pontifici conditiones offerret, ut inquit Fiorentinius in Comment. Rer. ad Mathildem Comitiſſam pertinentium lib. 2.

III. Sola Mathildis Comitiſſa ſe ei armis opponit. *Ille ergo*, inquit Presbyter Pœnitentiarius in Vita ſancti Anſelm. Epiſc. Lucenſis cap. 4. de Henrico Rege loquens, *quaſi novo tyrannidis aucupio, tunc incœpit univerſarum Eccleſiarum tam prædia, quam omnes pene theſauros earum militibus diſpertiri: quos & omnes parti ſuæ agglutinat præter admodum paucos, quos reſervavit ſibi dominus, ut non curvarent genua coram Bail. Collecto igitur exercitu Romam tendit, atque primo mox ingreſſu omnem furorem ſuum in ſupradictam dominam Mathildam convertit; villas incendit, caſtella diruit; quæ tamen divina ſe protegente miſericordia non nimium detrimenti ſuſtinuit.* Paucis interpoſitis: *Illa nobiliter & magnifice, inſolito mulierum more, plus dico quam viriliter agebat, nullum fere periculum metuebat. Quiſnam Potentum unquam ſuum, ut illa, deduxit exercitum? Receſſerunt tamen ab illa plurimi ſuorum, & abierunt retrorſum. Separati ſunt, inquam, a nobis, qui non erant ex nobis: nam & Angeli quidam de Cœlo deciderunt, aliis ſic corroboratis, ut cadere amplius non valerent. Corroborati ſunt & hi, qui permanſerunt, tum ex dulcedine Paſtoralis ſapientiæ, tum ex benevo-*



*illo requirat, in ſequenti ſignificamus.* Videlicet formam juramenti, quod præſtare deberet, qui eſſet eligendus in Regem, iſtis verbis conceptam:

XI. Juramentum a rege præſtandum. *Ab hac hora & deinceps fidelis ero per rectam fidem, beato Petro Apoſtolo, ejuſque Vicario beato Gregorio, qui nunc in carne vivit: & quodcumque ipſe mihi præceperit, ſub his videlicet verbis: PER VERAM OBEDIENTIAM, fideliter, ſicut oportet Chriſtianum, obſervabo. De ordinatione vero Eccleſiarum, & de terris, vel cenſu, quæ Conſtantinus Imperator, vel Carolus ſancto Petro dederunt; & de omnibus Eccleſiis, vel prædiis, quæ Apoſtolicæ Sedis ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore ſunt oblata, vel conceſſa, & in mea ſunt, vel fuerint poteſtate, ita conveniam cum Papa, ut periculum ſacrilegii, & perditionem animæ meæ non incurram, & Deo, ſanctoque Petro, adjuvante Chriſto, dignum honorem, & utilitatem impendam. Et eo die, quando illum primitus videro, fideliter per manus meas miles S. Petri & illius efficiar.* Hucuſque juramentum ab eligendo Rege præſtandum. Pergit vero ipſe Gregorius:

*Verum quoniam religionem tuam, Apoſtolicæ Sedi fidelem & promiſſis tenemus, & experimentis non dubitamus; de his ſi quid minuendum, augendum cenſueris, non tamen prætermiſſo integro fidelitatis modo, & obedientiæ promiſſione, poteſtati tuæ & fidei, quam beato Petro debes, committimus.*

*Quod vero de ſacerdotibus interrogaſtis, placet nobis, ut in præſentiarum, tum propter populorum turbationes, tum etiam propter bonorum inopiam, ſcilicet quia pauciſſimi ſunt, qui fidelibus Chriſtianis officia religionis perſolvant; pro tempore rigorem canonicum temperando, debeatis ſufferre. De his namque pacis & tranquillitatis tempore (quod Domino miſerante cito futurum credimus) convenientius tractari, pleniuſque poterit canonicus ordo ſervari. Cæterum de Buggone, cujus malitiam ſignificaſtis, necdum tantam poteſtatem, videlicet abſolvendi, ſibi tam temere commiſiſſe, nec etiam recordamur nos aliquando vel ſermone, vel viſu notum habuiſſe. In ſancta quidem Synodo, quam nuper Deo auctore celebravimus, omnes excommunicatos uſque ad condignam ſatisfactionem rurſus excommunicavimus, & fratrum multitudinem, qui aderant, rogavimus, ut miſericordiam Dei quotidie exorent, quatenus illos per veram pœnitentiam ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ reducat, eiſque in bono perſeverantiam tribuat: nullius enim hominis perditionem quærimus, ſed omnium ſalutem in Chriſto deſideramus.* XII.

Hucuſque Gregorius, qui ad eumdem Epiſcopum Legatum ſcribit epiſtolam de recipiendo (*a*) Oſnaburgenſi Epiſcopo, qui a ſchiſmaticis recedere, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ inhærere ſe velle ſignificaſſet.

(*a*) *Greg. l. 9. ep. 10.*

Eodem quoque tempore litteras dedit ad XIII.

PAGIUS *volentia & hilaritate tam deſiderabilis matronæ, &c. Ipſi denique quondam dicto Regi commonitorium dictavit* (nempe Sanctus Anſelmus) *& hæreſiarcham ipſum, ſanctæ Sedis Romanæ invaſorem VVibertum ſcriptis ſalutaribus commonuit.* Meminit Anſelmi ad Guibertum Epiſtolæ Urſpergenſis Abbas ad hunc Chriſti annum, & nonnulla ex ea refert.

IV. Civitas Lucenſis adverſus Mathildem ſtat. Ptolomeus Lucenſis in Chronico ad annum MLXXX. quid Henricus ut Lucenſes ſibi conciliaret, egerit, his verbis indicat; *ut habetur in Regiſtro Lucenſis Communitatis, Henricus Imperator conceſſit Lucenſibus Privilegium de muris veteribus non deſtruendis. Item de Regali, ſive Imperiali Palatio non ædificando in civitate, nec de Caſtro conſtruendo Imperiali intra VI. milliaria* Fiorentinus citatus ait, Privilegia illa Lucæ adhuc conſervari, & his verbis ſubſcribi: *Anno dominicæ Incar. MLXXXI. indict. IV. nono Kal. Julii. Data anno domni Henrici XXVII. regni vero XXII. Romæ feliciter actum.* Verum error irrepſit in numeros; ex dictis enim conſtat, Henricum ab Henrico patre anno MLIII. Regem appellatum, annoque MLVI. menſe Octobri ipſi ſucceſſiſſe. Quare legendum, *anno domini Henrici XXVIII. regni vero, XXV.* Quod & ex variis ejus Diplomatis liquet. [1]

V. A num. XIII. ad XXV. Epiſtola IV. lib. IX. Regiſtri Gregorii, ad Deſiderium Abbatem

NOTÆ [1] LUcenſe Diploma ab omni mendo integrum eſſe, me penes certum eſt. Error quidem in ſecundam Henrici epocham irrepſit, id tamen non autographi, ſed legentis vitio provenit. Cum enim duæ illæ ſtantes lineæ quibus numerus V. conficitur, inferiore ſui parte, ubi in angulum coeunt præ vetuſtate obliteratæ eſſent; numerum. II. pro V. referre viſæ ſunt. Prior vero epocha ſana eſt, cum ordinationis ſuæ annum XXVII. tunc Henricus egerit, ut ex in Nota ad A. 1053. 17. intelligitur. Alterum etiam Henrici Diploma hoc anno datum proferre hic juvat, quod erui ex tabulario inſignis & vetuſtiſſimi Monaſterii S. Juſtinæ Lucenſis in quo SS. Virgines regulam S. Benedicti profeſſæ nobilitate & religione conſpicuæ olim & nunc pariter florent. Autographum eſt, eoque res & latifundia ejuſdem Monaſterii aſſeruntur. Datum eſt *anno Dominicæ Incarnationis MLXXXI. Indictione IV. decimo quarto Kal. Auguſti anni autem domini Henrici XXVII. Regni vero XXV. Lucæ.* Hac quidem die menſis Julii Henricus annum XXVIII. ante biduum ceptum numerare debuerat, ut ex Nota ad an. 1053. 17. conſtat; ſed tantam diligentiam in Cancellariis vix ſperes. Simili exemplo Diploma Henricianum anni 1070. diei XIII. Kal. Auguſti ſignat annum Henrici XVI. licet annus XVII. ante triduum cæpiſſet. Extat illud apud Murator. Antiquit. Ital. to. I. col. 738. Porro ex Diplomate Lucenſi intelligitur Henricum hoc anno ea menſis die Lucæ fuiſſe. MANSI

Explorатur fides Roberti.

ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, ut exploraret voluntatem Roberti Guiſcardi Ducis, an perſtaret in fide, quam juramento anno ſuperiori pollicitus fuerat ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Incipit epiſtola: (*a*) *Satis nobis dilectio tua &c.* Verum eidem Dux Robertus hoc anno trajecit copias in Orientem adverſus Alexium Comnenum Imperatorem, quem & inito certamine collatis ſignis egregie ſuperavit. De qua victoria habet iſta (*b*) Leo Oſtienſis ejus æqualis:

(*a*) *Idem ibid. ep. 4.*

(*b*) *Leo Oſt. l. 3. c. 48. in fin.*

Robertus Guiſcardus Alexium Imp. ſuperat.

*Hoc anno Robertus Dux cum quindecim millibus armatorum tranſito mare, cum quindecim millibus pugnatorum Thraciam debellaturus ingreditur. Adverſus hunc Alexius Imperator cum centum ſeptuaginta millibus pugnatorum ad prœlium exiens ſuperatus eſt.* Sunt de his litteræ ejuſdem Gregorii Papæ, quibus eidem Roberto Duci de adepta victoria gratulatur, cum antea ipſe eumdem Pontificem populumque Romanum de his omnibus certiorem feciſſet. Sunt hujuſmodi (*c*):

(*c*) *Greg. l. 9. ep. 17.*

XIV. Congratulatur Greg. P. Roberto duci de victoria.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Roberto glorioſo Duci ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Quod geſti belli proventum, & adeptæ victoriæ palmam nobis, & Romanis notificaſti, id quod decuit, prudenti conſilio uſus egiſti, ut res quam ex voto amicorum glorioſe obtinueras, ipſorum congratulationibus glorioſior tibi reddetur atque jucundior. Oportet interea te illum alta memoria figere, cujus favore & auxilio non ambigis res tuas jamdudum procedere. Nam ſicut ingratitudo provocat indignationem; ita devotio incunctanter accumulat gratiam. Quapropter beatum Petrum, cujus tibi adeſſe patrocinium grandia facta teſtantur, præ oculis habere ſemper memineris, ejuſque beneficiis, cum neceſſe eſt, gratam vicem rependens, ipſum de cætero velut debitorem efficere tibi procurato. De quo nimirum eo magis præſumere poteris, quo amplius obſequiis illum tibi quaſi obnoxium aſtrinxeris. Memento itaque matris tuæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ de te inter cæteros Principes ſpecialiter confidit, & peculiariter diligit. Memento quod promiſiſti, & quod pollicitus tu es (cui etiam non promittens ex jure Chriſtianitatis debes) adimplere, cum promiſeris, non ulterius differas. Non igitur ignoras, quanta perturbatio contra eam per Henricum dictum Regem ſit orta, quantumque tuo, qui ſuus es filius, auxilio indigeat. Age ergo, ut quantum ſtudet filius iniquitatis adverſari, non minus debeat de tuæ devotionis opitulatione mater Eccleſia gratulari.* Hucuſque epiſtola Gregorii ad Robertum Ducem: cui additamentum iſtud appoſuit: *Dubitamus hic ſigillum plumbeum ponere, ne ſi illud inimici caperent, de eo falſitatem aliquam facerent.* Robertus autem, ubi nuntiatum eſt, ipſum Gregorium obſideri ab Henrico in munitione ſancti Angeli; relicto cum exercitu filio Boamundo in Oriente, ad propulſandum ſchiſmaticum Regem eſt reverſus in Italiam, atque eumdem fugavit Henricum, ut idem (*d*) Leo teſtatur; ſed de his ſuo loco dicendum: ad Henricum ipſum jam redeamus.

(*d*) *Leo Oſt. l. 3. c. 52.*

XV. Henrici Regis machinamenta in Gregor. pap.

Ubi enim nece Rudolphi Regis res Germaniæ in tutiorem ſtatum cerneret collocatas, in Italiam parat adventum, quo Gregorium Papam, quem ſibi putaret infenſiſſimum hoſtem, e Sede Petri deponeret, atque adverſarium ejus in ea ſedere faceret Antipapam. Quod autem ſciret eumdem Pontificem magnopere niti viribus Northmannorum, Robertum Guiſcardum Ducem ab eo avertere, & vinculo cognationis ſibi jungere cogitavit. Sunt de his omnibus litteræ ejuſdem Gregorii ad Deſiderium Caſſinenſem Abbatem, eumdemque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, his verbis conſcriptæ (*e*):

(*e*) *Greg. l. 9. ep. 11.*

*Gregorius Epiſc. ſervus ſervorum Dei, Deſiderio venerabili Cardinali S. Petri & Abbati Caſſinenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XVI. *Fraternitatem tuam, dilectiſſime, cognoſcere volumus, quod (ſicut pro certo didicimus) Henricus dictus Rex in ſuburbanis Ravennæ moratur, diſponens, ſi poterit, Romam circa Pentecoſten venire. Quem certiſſime ſcimus ex Ultramontanis, & Longobardis parvam manum habere. Audivimus autem quod ex his, qui*

PAGIUS

*Papa & Henricus a Roberto Duce Calabriæ auxilium petunt.*

tem Caſinenſem data, quæ præcipit, ut exploret, an Robertus Calabriæ Dux Apoſtolicæ Sedis auxilio venturus ſit, & an Quadrageſimali tempore, quo *Normanni ſolent pugna vacare præfatus Dux aſſentiat hoc pacto Deo offerre, ut ad aliquas terras B. Petri, quo invitatus fuerit, competenter inſtructus accedat*, data eſt ſine die & anno. ſed ex ejus verbis mox recitatis eruitur, eam ante Quadrageſimales dies ſcriptam eſſe. Verum *Robertus* Dux ob bellum Dalmaticum Pontificis petitioni ſatisfacere non potuit. Anna Comnena lib. 1. pag. 33. refert, Gregorium VII. miſiſſe ad Robertum, qui ex fœdere auxilia poſcerent, & veniſſe etiam Henrici Regis Legatos: qui Regis ſui nomine a Duce auxiliares copias ad Romanæ urbis oppugnationem peterent, ſed Nortmannum utroſque irriſiſſe, Regi quidem *alio modo ac ſine literis* reſpondiſſe, Papæ vero dediſſe Epiſtolam quam recitat. Paulo poſt ſubdit: *Papa autem eatenus duntaxat rationem habuit, quatenus Rogerio filio quem Apuliæ præfecit univerſa, & fratri ejus Borytilæ mandavit, ſi quando ab eis Romana ſedes auxilia flagitaret adverſus Henricum Regem, promptiſſime in ipſum pergerent, & pro facultate au-*



*qui Ravennam, vel in Marchia morantur, putet exercitum, cum quo veniat, colligere: quod fieri minime credimus, quoniam nec etiam focum ab his, per quos tranſitum habet, habere poteſt. Tu vero ipſe, amande frater, cognoſcis, quia ſi nos amor juſtitiæ, & honoris ſanctæ Eccleſiæ non teneret, tamque pravæ voluntati ac nequitiæ Regis, & ſuorum vellemus favere, nulli aliquando prædeceſſorum noſtrorum & anteceſſoribus Regibus, ſeu etiam Archiepiſcopis tam amplum & devotum ſervitium, ſicut nos ab hoc Rege, & ab Archiepiſcopo, habere potuerunt. Verum, quoniam illorum minas & ſævitiam pro nihilo ducimus; magis ſi neceſſe fuerit, mortem ſuſcipere parati erimus, quam impietatibus eorum aſſenſum præbere, aut juſtitiam relinquere. Quapropter rogamus, & monemus, ut (quemadmodum te decet) ita nobis adhæreas, quatenus ſanctæ matris tuæ Romanæ Eccleſiæ honor, quæ de te multum confidit, nunc & ſemper robur obtineat.*

XVII. Henrici Romam adventus hoſtilis.

*Hoc etiam te ſcire volumus, quod Comitiſſa Mathildis litteras ad nos direxit, quibus continetur hoc, quod quemadmodum a familiaribus ipſius pro certo cognovit, præfatus Rex Placitum cum Roberto Duce habeat, videlicet hoc ut filius Regis filiam ipſius Ducis accipiat, & Rex Duci Marchiam tribuat. Quod Romani facile credent, ſi viderint Ducem adjutorium, ſicut juramento fidelitatis nobis promiſit, ſubtrahere. Sed prudentia tua ſollicite invigilet, & quid ſuper hac re actum ſit, diligenti examinatione cognoſcat. Tu ipſe etiam quantocyus ad nos propera. Scias præterea, quod Romani, & qui circa nos ſunt, fide, & prompto animo Dei, & noſtro ſervitio parati per omnia exiſtunt.* Hucuſque epiſtola Gregorii ad Deſiderium, qui, quomodo ſe geſſerit pro Gregorio dicetur anno ſequenti.

XVIII. *Hoc vero anno* (Albertus Stadenſis inquit) *Henricus Romam profectus eſt, habens in comitatu ſuo Liemarum Bremenſem Archiepiſcopum, penes quem tunc ſumma conſilii erat. Et reſiſtente ſibi Papa Hildebrando cum Romanis, ante Caſtellum ſancti Petri caſtra poſuit, ibi etiam crebris per biennium incurſibus Romanorum infeſtatus, parva manu multa viriliter egit.* Hæc ipſe. Porro expugnaſſe loca vicina Romæ, obſediſſeque Leonianam civitatem, quæ ambit baſilicam S. Petri, non tamen cepiſſe (teſtatur Sigebertus) niſi poſt annum ſequentem. Quo tempore Gregorius ad omnes Chriſti fideles, Romanæ Eccleſiæ communicantes datis circularibus litteris, eos eſt hortatus, ad perſecutiones conſtantiſſimo animo perferendas; quæ ſic ſe habent: (*a*)

(*a*) *Greg. l. 9. ep. 21.*

XIX. Greg. P. Encyclica qua fideles hortatur ad tolerantiam.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, clericis, & laicis, Apoſtolicæ Sedi fidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Scimus, fratres chariſſimi, quia tribulationibus, & anguſtiis noſtris compatimini, & in veſtris orationibus ante Dominum memoriam noſtri habetis, quod idem nos erga vos agere non dubitetis, & merito: nam Apoſtolus dicit:* (*b*) *Si patitur unum membrum, compatiuntur & cætera membra. In hoc etiam credimus charitatem Dei diffuſam in cordibus noſtris, quia omnes unum volumus, unum deſideramus, & ad unum tendimus. Unum volumus, videlicet, ut omnes impii reſipiſcant, & ad Creatorem ſuum revertantur. Unum deſideramus, ſcilicet, ut ſancta Eccleſia, per totum orbem conculcata & confuſa, & per diverſas partes diſciſſa, ad priſtinum decorem, & ſoliditatem redeat. Ad unum tendimus, quia, ut Deus glorificetur in nobis, & nos cum fratribus noſtris, etiam cum his, qui nos perſequuntur, ad vitam æternam pervenire mereamur, exoptamus. Nolite mirari, fratres chariſſimi, ſi odit vos mundus, quia nos ipſi eum contra nos irritamus, qui illius deſiderio valde contradicentes, opera illius condemnamus.*

(*b*) *1. Cor. 12.*

*Quid autem mirum, ſi Principes mundi, & potentes ſæculi nos pauperes Chriſti, pravitatibus illorum obviantes odiunt & quadam indignatione contra nos deſæviunt, cum alioqui ſubjecti, vel etiam ſervi juſſi ſuas iniquitates relinquere, conantur præpoſitorum ſuorum vitam auſer-*

PAGIUS *xiliarentur.* Sed, ut notat Ducangius ad locum illum, loco *Borytilæ*, legendum, *Lorytilæ*, quem vulgo Robertum Comitem Lorytelli Scriptores appellant, quique erat Roberti non frater, ſed ex fratre nepos, ut liquet ex Orderico lib. 3. & 7.

VI. *Reſponſum Ducis ad Legatos Henrici.*

De hac Henrici Regis Legatione mentionem facit Guillelmus Apulienſis hujus temporis Scriptor:

*Ante tamen paulo quam tranſeat, accelerare*
*Hunc Regis mandata monent, quem Papa notarat*
*Regno privari cenſens: ut conferat illi*
*Auxilium, contra Papam, tumidoſque Quirites,*
*Qui facti fuerant non cum ratione rebelles:*
*Tempore Rex Romam veniens obſederat illos.*
*Dux quanquam placidi dederit reſponſa favoris:*
*Legati redeunt ſine quolibet emolumento.*
*Gregorio Papa, cui pura mente favebat,*
*Omnia notificat, damnati nuncia Regis,*
*Seque fatetur iter nullatenus illud iniiſſe,*
*Adventum hoſtilem prænoſcere ſi valuiſſet:*
*Sed quia jam tantos compleverat ipſe paratus,*
*A tantis ſe poſſe negat deſiſtere cœptis.*

Ini-

*ferre? & tamen adhuc uſque ad ſanguinem rari ex noſtris impiis reſtiterunt: & quod omnino erat optandum, pauciſſimi noſtrum pro Chriſto mortem ſubierunt.*

XX. *Penſate, chariſſimi, penſate quod quotidie milites ſæculares pro dominis ſuis vili mercede inducti morti ſe tradunt. Et nos quid pro ſummo Rege, & ſempiterna gloria patimur, aut agimus? Quale dedecus, & quale improperium, qualisque deriſio oculis noſtris obiicitur, quod illi velut pro vili alga mortem ſubire non metuunt, & nos pro cœleſti theſauro, & æterna beatitudine etiam perſecutionem pati devitamus? Erigite ergo animos in vires, ſpem vivam concipite, illud vexillum præ oculis habentes ducis noſtri, ſcilicet Regis æterni. Unde ipſe dicit:* (a) Luc. 21. *(a) In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et ſi volumus, divina ſuffragante gratia, hoſtem antiquum cito & fortiter confringere, omneſque verſutias ejus parvipendere; ſtudeamus perſecutiones ab eo immiſſas, mortem pro juſtitia non ſolum non devitare, ſed etiam pro amore Dei & Chriſtianæ religionis defenſione appetere. In hoc enim omnes elationes maris, & ſuperbiam ſæculi conculcabimus, & pro nihilo ducemus, & ei qui eſt caput noſtrum, ſedens in dextera Dei Patris, ipſo largiente, jungemur, & conregnabimus. Clamat enim magiſter noſter:* (b) 2. Tim. 2. *(b) Si compatimur, & conregnabimus. Interea vobis, fratres mei, qui mecum minus valentes eſtis, fortiora bella certaminis annuntiamus, quia pius Redemptor noſter cito faciet, cum tentationibus noſtris etiam proventum, ne nimia fragilitate devicti non poſſimus ſuſtinere, ſed inter qualeſcumque ſuorum Fidelium poſiti addiſcamus, vel in proſperitate ſibi ſervire.*

XXI. Perſecutio diriſſima illata per ſchiſmaticos in Roman. Eccl. Iſta Gregorius, quaſi claſſico excitans ſuos ad ſpirituale certamen; & quidem opportune: perſecutio enim adeo horrenda conſecuta eſt, ut fortaſſe omnes, quæcumque a ſchiſmaticis, vel hæreticis illatæ in ipſam Eccleſiam Romanam; vel motæ fuerint, ſuperarit. In qua Catholicæ communionis Fideles ejuſdem Gregorii litteris roborati duriſſima quæque pati potius delegerunt, quam communicando cum ſchiſmaticis deſciſcere ab Eccleſiæ Catholicæ unitate. Hæc autem ut quam veriſſima eſſe percipias, teſtificationem accipe auctoris ejus temporis, qui ſub Urbano Secundo, ſucceſſore Victoris, qui ſucceſſit Gregorio Septimo, iſta ſcribebat, quæ præſens intuebatur Deuſdedit ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, de quo ſuperius mentio facta eſt. Hic, *inquam* univerſam perſecutionem iſtam brevi compendio perſtringens, ab hoc anno, quo idem Henricus in Italiam deſcendit, uſque ad finem hæc habet:

*Tandem præfatus tyrannus, Henricus ſcilicet, induratus ut Pharao, relictis ad reſiſtendum in Germania copiis, aſſumpto partim ſuo, partim conductitio ſive gregario exercitu, Romam, & ſuburbana ejus deprædationibus, ac incendiis, & cædibus quibus valuit, quadriennio devaſtavit, & tandem ſuo Simone magis pretio, quam vi inthronizato, ab eodem Imperialem coronam accepit. Et paulo poſt, cum eodem, militari Northmannorum manu Ducis Roberti, qui in auxilium domini Papæ Gregorii in Hadrianeo degentis concite affuit, turpiſſime fugatus abſceſſit. Et tam non faventibus, quam non communicantibus ſibi ac ſuis complicibus, & Romæ, & omni regno ſuo ſæviſſimam & diuturnam intulit perſecutionem.* XXII. Quanta per ſchiſmaticos illata.

*Hujus rei cauſa & eccleſiæ pene totius regni deſolatæ, & Chriſtiana religio propemodum diſſipata, & nonaginta millia hominum, & eo amplius in diverſis regionibus, beato Papa Guiberto cooperante, cæſa ſunt. Qui etiam pulſis Catholicis Epiſcopis, & Abbatibus ſceleratos, & idiotas ſingulis civitatibus, & xenodochiis, vel Eccleſiis ſingulos, interdum autem binos, vel annuos prælatos damnabili prioris & magiſtri ſui Guiberti Simonis mercimonio ſubſtituens, deprædationibus ſanctorum locorum, Chriſtianorum ſibi non faventium, immo etiam faventium, dum non eſſet qui armato reſiſteret, longe lateque voluntate quidem non minus ſuo Nerone, ſed minus poſſibilitate graſſatus eſt. Sed gratias Deo, qui (ut ait Apoſtolus) ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu: quoniam idem Imperator ejus Nero, ab uxore, quam multis Deo teſte proſtituit, & filiis propter ſuam* XXIII. Quæ pati coactus Henricus perſecutor.



PAGIUS VII. *Expeditio Roberti Ducis in Dalmatiam.* Initium expeditionis Dalmaticæ *Roberto* inauſpicatum fuit; poſtquam enim *Aulonem* primo impetu cepit, copias univerſas bifariam diviſit; partem ipſe unam mari cum claſſe ad *Dyrrachium* ducturus, alterius itinere terreſtri eidem urbi Dyrrachio admovendæ ductum permiſit Baimundo. Sed poſtquam claſſis Corcyræ oram prætergreſſa eſt, maxima in eam ſubito procella ingruit: *frangebantur paſſim in navigantium manibus remi*, inquit Anna Comnena lib. 3. pag. 98. *diſcerptiſque momento vi ventorum velis comminuta antenna in foros cadebant: naves ipſæ cum viris hauſtæ mergebantur. Incidit hic caſus alieno tempore, Soleque poſt Cancrum magna jam ex parte obitum, ad Leonem feſtinante, quod tempus eſſe ajunt exorientis caniculæ. Pratoria, in qua Robertus ipſe Dux erat, vix multo denique labore ſemifractæ ſervata eſt.* Nihilotamen ſegnius in propoſitum Robertus incumbens, reliquiis naufragii collectis Dyrrachium pervenit, & hoc anno, teſte Anna lib. 4. oppugnavit, cepit, & Alexium Auguſtum acie vicit. Hanc expeditionem narrant etiam Ordericus lib. 7. & Guillelmus Apulien-



*crudelitatem relictus, jam tandem non cujuſlibet Regis, & Ducis, ſive Marchionis, ſed unius fœminæ, ſcilicet glorioſæ, & Deo dilectæ Comitiſſæ Mathildis, congreſſione adeo debilitatus eſt, ut vix quinquagenarius magnus Romanorum Imperator incedat, juſto diſtrictoque Dei judicio, Dei frequentiſſimus venditor, & abjurator fœmineo ſuperaretur triumpho, qui Dei ſuave jugum a ſe proiiciens, ſicut pater ejus Belial, & immemor illius ſancti Regis Job, qui ait: Si contempſi judicium ſubire cum ſervo meo; ad ſatiſfaciendum his, quorum infeſtiſſimus extitit perſecutor, beati Apoſtoli Petri ſubiici dedignatus eſt judicio.*

XXIV. *Idem vero Guibertus, qui multo rectius* (a) Eadem Leo Oſt. l. 3. c. 69. *(a) papa demens, quam Clemens dici debuit, in oppidulo ſuo, quod Argentum dicitur, quaſi ad ſui munitionem celſa turri fabricata præſtolatur ſimoniacos angelos cum quibus volando, in putidiſſimas ſtygias paludes corruat fractis cruribus, ſcilicet rebus ſuis, Deo nobis propitio, jam propemodum confractis, & ad nihilum redactis. Cui nemo Apoſtolicam reverentiam, ſive obedientiam exhibuit, præter ſuum Neronem, & ſceleratos complices ejus, vel qui ſe illi propter avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus, vel perpetuo, vel ad tempus, pacto jurejurando vendidere: quorum plurimi, quibus perfidia claruerat, dum exercenda ſariſicia celebrat, ne intereſſent, aufugiebant, ſcientes eumdem nulli Romanorum ſucceſſiſſe Pontificum, ſed præſcripto modo perjurium & invaſorem ac ſimoniacum, Henricum videlicet Regem, domino Gregorio Papæ fuiße ſuperinductum, &c.* Guiberti Pſeudo-Papæ extrema. Hæc de his Deuſdedit uſque ad tempus, quo iſta ſcribebat, ſub Papa Urbano, adhuc ſuperſtite eodem pſeudopontifice Guiberto, ſummatim collegit, quæ nos per annos ſingulos ſumus uberius tractaturi, & quando expugnata Leoniana urbe, in cathedram Petri ſe intruſerit, oſtenſuri.

XXV. Quod autem ad pia ſtudia erga Gregorium Papam, cunctoſque Catholicos pertinet Mathildis Comitiſſæ, quæ breviter attigit Deuſdedit; accipe ex auctore ejuſdem æquali Domnizone, qui iſta tunc cecinit verſibus iſtis, rudibus quantumlibet, veracibus tamen, ſic ab adventu Henrici in Italiam anni hujus incipiens: Mathildis laudanda pietas & fortitudo.

*Italiam rurſum ſpacium poſt temporis unum*
*Ingreditur. Terram totam maculabat aberrans.*
*Sola reſiſtit ei Mathildis filia Petri.*
*Rex exardeſcens contra quam concitat enſes,*
*Prœlia, terrores, & caſtris obſidiones.*
*Ad nihilum pugnat. Non hæc umquam ſuperatur,*
*Inſuperabilia loca ſunt tibi plurima fixa.*
*Diligitur valde. Villas defendit & arces.*

Et inferius de his, quæ Mathildis egerit adverſus Henricum atque Guibertum, hæc habet:

*Corde pio flagrans Mathildis lucida lampas*
*Adverſus binos Domini Crucis hos inimicos*
*Arma, voluntatem, famulos, gazam propriamque*
*Excitat, expendit, inſtigat, prœlia geſſit.*

XXVI. Sed præter illa, quæ bellicis armis adverſus ſchiſmaticos egit, memoria plane æterna ſunt digna, quæ exhibuit adjumenta Catholicis, ſive Præſulibus, ſive aliis, ab iiſdem ſuis pulſis ſedibus, & innumera mala pati coactis. De quibus idem Domnizo ſic iſta:

*Catholicis prorſus fuit hæc tutus quaſi portus:*
*Nam quos damnabat Rex, pellebat, & ſpoliabat*



PAGIUS lienſis lib. 4. qui omnes aſſerunt, Robertum ſecum duxiſſe Pſeudo-Michaelem. Hæc Legatis a Dyrrachianis miſſis, cur venerit requirentibus reſpondit:

*Dux veniſſe refert ſe Regni ſede repulſus*
*Immerito Michael, ut reſtituatur honori.*
*Illi promittunt urbis, quos ipſe petebat*
*Ingreſſus, nunquam viſo Michaele negandos.*
*Cornicinum ſonitu circumdatus atque tubarum*
*Et plectrix, qui ſe Michaelem finxerat eſſe*
*More coronatus deducitur Imperiali,*
*Circumvallatus cantantibus undique turbis.*
*Unanimi cives hunc ut videre, cachinno*
*Viſum derident dicentes, iſte ſolebat*
*Crateras menſis pleno deferre Lyæo*
*Et de pincernis erat inferioribus unus.*

*Venetos* in hoc bello Alexii Imp. partes ſecutos eſſe, ſe ſeque præclare in eo geſſiſſe, produnt Anna, Apulienſis, & Scriptores Veneti, qui ultimi addunt, tunc Regium titulum *Dalmatiæ* Venetiarum Ducem conſecutum eſſe; Lucius vero in Hiſt. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 3. cap. 2. exiſtimat, integram maris Adriatici ditionem ex Dalmatiæ acceſſione tunc Venetos habuiſſe. Sed tam hic, quam Ordericus laudatus, Lupus Protoſpata, aliique multi perperam credidere *Michaelem*, qui cum Roberto Duce erat, fuiſſe illum qui Conſtantinopoli Imperio depoſitus eſt. Porro hanc expeditionem cum hoc anno Lupus Protoſpata in Chron. & Anonymus Barenſis recte copulant.

*Pontifices, monachos, clericos, Italos, quoque Gallos,*
*Ad vivum fontem currebant funditus omnes,*
*Scilicet ad dictam dominam jam mente benignam,*
*Quique requirebant apud ipſam repperiebant.*
*Defuit haud ulli, quin profuit optima cunctis.*
*Non ab ea mæſtus ſi quis vir venit honeſtus*
*Umquam præteriit, ſed conſolatus abivit.*
*Veſtibus e ſacris multos hæc nota Ducatrix*
*Patres Catholicos veſtiſſe quidem reminiſcor;*
*Inter quos fuit & venerandus Epiſcopus Urbis Lucenſis.*

Et Inferius:

*Nam quos ipſa valet pravos convertere mater,*
*Qantiſcumque modis quit, agit in omnibus horis;*
*Multos cum feudo, multos munus tribuendo;*
*Rogando plures; caſtellaque ſæpius urens*
*Regis ab obſequio jugiter diſjungit iniquo.*
*Ultramontanis ac Principibus ſibi charis*
*Errores Regis ſcribit vitare rebellis.*
*Sicque Deo multum generabat credula fructum*
*Gregorio Papæ proceres ſervire ſuadens,*
*Mittere cui gratis crebro ſolet in Lateranis,*
*Xenia multa nimis, quam Papa pie benedicit.*
*Bis centum libras domus argenti Canuſina*
*Tunc miſit Papæ, quam debet Papa beare.*

Hactenus de Mathilde. Proſequamur reliqua Gregorii.

XXVII. Idem per Legatos in Gallias miſſos exigendam curavit pecuniam, quam ſancti Petri denarium nominabant, a Carolo Magno primitus in tribus Galliarum locis indictam. Fuiſſe autem ſummam totius exactionis mille & ducentas libras, ipſe teſtatur in (a) epiſtola ad eos data, præter quantitatem illam, quam ſponte unuſquiſque amore S. Petri offerre ſoleret. Quo tempore, datis ad eum (b) litteris, redarguit Rothomagenſem Epiſcopum, quod diſtuliſſet inviſere ſacra Limina Apoſtolorum; in quibus hæc inter alia obſervatione digna leguntur:

(a) Greg. l.8. ep.25.

(b) Id. l. 9. ep. 1.

*Qui vero labor, aut quæ difficultas præ aliis diſſuaſit vobis per tantum ſpacii beatum Petrum negligere; cum etiam ab ipſius mundi finibus etiam gentes noviter ad Fidem converſæ ſtudeant annue tam mulieres, quam viri ad eum venire?* Redarguit eumdem, quod tres menſes diſtuliſſet petere pallium, ac prohibet, ne pontificalia uſque ad ſuſceptum pallium exercere præſumat.

Annua fidelium peregrinatio ad limina apoſtolorum.

XXVIII. Hoc eodem anno idem Gregorius Papa nihil penitus prætermittens officii ſeduli paſtoris excubiarum, vallatus ipſe pelago ærumnarum, exigit a longe poſito, quod deberet implere, adventum in Urbem, Lanfranco Cantuariorum Archiepiſcopo, acrioribus eum (c) litteris iſtis corripiens, quamvis fama celebrem ſciret Antiſtitem, quod non viſitaret ſacra Limina Apoſtolorum:

(c) Greg. l.9. ep.10.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Lanfranco Cantuariorum Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Lanfrancus archiep. Cantuariorum vocatur. ad limina Apoſt.

*Sæpe fraternitatem tuam Apoſtolica legatione invitavimus Romam venire etiam pro Fidei & religionis Chriſtianæ comprobatione: quod hucuſque (ſicut apparet) aut ſuperbe, aut negligenter, noſtra abutens patientia, diſtuliſti, cum nec etiam canonicam excuſationem prætenderis. Non enim labor aut difficultas itineris te ſufficienter excuſat, cum ſatis notum ſit, multos longe remotos, licet corpore invalidos & infirmos, & a lectulis vix valentes ſurgere, tamen beati Petri amore flagrantes, ad ejus Limina vehiculis properare. Quare Apoſtolica tibi auctoritate præcipimus, ut poſtpoſita occaſione, & inani formidine, datis induciis quatuor menſium, poſtquam hæc noſtra mandata ad notitiam tuam pervenerint, in præſentis anni feſto Omnium ſanctorum Romæ adeſſe procures & ſatagas, & inobedientiæ tuæ reatum per tantum temporis ſupportatum emendare non ulterius negligas. Quod ſi nec adhuc te mandata Apoſtolica moverint, ſed ea diſſimulans in contemptu durare malueris, & periculum inobedientiæ incurrere non erubueris (quod eſt quaſi ſcelus idololatriæ, teſtante beato (d) Samuele) a beati Petri gratia ſcias te procul dubio removendum, & ejus auctoritate omnino feriendum, ita videlicet, ut ſi infra prædictum ſpacium ad nos non veneris; ab omni ſis officio Epiſcopali ſuſpenſus.* Hæc Gregorius, jurium S. Petri tempore etiam bellico ſtudioſus exactor.

(d) 1. Reg. 15.

XXIX. Inſuper Legatum Apoſtolicæ Sedis in Galliis Hugonem Dienſem Epiſcopum nemini parcentem, plurimos excommunicantem, mitius agendum (e) admonuit. Venetorum Ducem, ne amicitias cum excommunicatis inire præſumeret, datis ad eum litteris (a) monuit: ſcripſitque de his ipſis ad Theobaldum Comitem, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſtudioſum.

(e) Greg. l.9. ep.12.



(a) Idem ibid. ep.8. 9.

Excommunicavit etiam Comitem Andegavenſem ob injurias illatas (b) Archiepiſcopo Turonenſi; necnon (c) Jordonem Principem Capuanum perjurum, quod quæ juraſſet, Apoſtolicæ Sedi, præſtare noluiſſet. Carnotenſem Epiſcopum reum juramento ſe purgare permiſit, cum Romam veniſſet. Hæc & alia id genus negotia pontificia inter bellicos tumultus, ac ſi ſumma pace frueretur, perſolvere non neglexit.

(b) Idem ibid. ep. 22.23.

(c) Idem ibid.25. 26.

Accidit autem inter tot lugubria illud plane lætum atque jucundum, quod dum Henricus Rex ab Eccleſia contumelioſus abſcedit, Reges longe poſiti ad Fidem converſi, eamdem Eccleſiam miſſa legatione requirunt, & ejus primarium Antiſtitem Gregorium venerantur: dum contendit ille, colunt iſti: cum perſequitur ille, conſequuntur iſti. Ut plane in Eccleſia Dei illud ſit intueri, quod natura agi videmus in arbore, quæ ut in proceram altitudinem exaltata ſiccatur, e trunco virenti germine læta virgulta promantur. Sed quinam iſti Reges, quibuſve prædicantibus ad Fidem converſi fuerint, Scriptorum inopia remanſit obſcurum: innotuere illa duntaxat, quæ ejuſdem Gregorii Papæ epiſtola docet, quæ ſic ſe habet (d):

Wiſigothi rurſum ad fidem converſi.

(d) Idem ep.14.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Vviſigothorumglorioſis Regibus L. & A. & populis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

XXX. *Frater noſter Epiſcopus veſter ad Apoſtolorum Limina veniens ſuggeſſit nobis de nova gentis veſtræ converſione, ſcilicet qualiter relicto Gentilitatis errore ad Chriſtianæ Fidei veritatem pervenerit. Unde plurimum in Domino lætati, miſeratori omnium intimo corde gratias agimus, qui mentes veſtras lumine ſuo viſitare, & de tenebris ad lucem, de morte ad vitam dignatus eſt vos æterna ſua benignitate reducere. Simul etiam ipſius ineffabilem miſericordiam deprecati ſumus, aſſidueque poſtulare optamus, ut vos tam Fidei gratia, quam & bonorum operum fructibus & in hac vita vigere, & in futura Sanctorum cœtibus faciat annumerari.*

Greg. Pap. congratulatur Wiſigothis ad fidem converſis.

XXXI. *Proinde chariſſimi filii, auctoritate ſanctæ Remanæ Eccleſiæ, vice beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli nobis licet indignis conceſſa, vos admonemus, ut hujus fugitivæ vitæ incertitudinem, ac temporalium rerum & gaudiorum inſtabilitatem perpendentes contemnere, & ad illa, quæ ſine fine manſura ſunt, quæque humani ſenſus, ac deſiderii anguſtias amplitudine ſua excedunt, memineritis aciem mentis ſemper extendere, concordiam, & dilectionem ſtudeatis ad invicem indeficienter habere, eccleſiis honorem, pauperibus vel afflictis compaſſionem, ſacerdotibus, præcipueque Epiſcopis reverentiam & obedientiam quaſi patribus procuretis impendere; necnon & decimas, quæ ad uſum tam ipſorum, quam eccleſiarum, & pauperum proficiant, dare, totique regno indicere. Quod quidem nulli debet grave videri pro meliori parte videlicet ſemper victura anima quemque decimam Deo offerre, cum pro morituro corpore plurimæ gentes conjugibus ſuis tertiam rerum legibus compellantur exſolvere.*



XXXII. *Præterea ad hoc ſummis animis viribus enitimini, ut qui velut in fine orbis, ita & ſæculorum ad laborandum in vineam Dominicam introiſtis, inter primos remunerandi eumdem denarium undecimæ operatores percipere debeatis. Agite etiam, ut quemadmodum de præceſſoris veſtri laudabili fama valde ſumus gaviſi; ita quoque ſtudiorum, probitatumque veſtrarum opinio nos de ſe, ſicut optamus, lætificet. Quia vero noviter ad Chriſtum converſos nondum Chriſtianæ Fidei & religionis doctrinam ſufficienter vos ſumpſiſſe putamus, volumus, ut frequenter ad hanc Sedem clericos veſtros mittatis, taleſque perſonas provideatis ad nos deſtinare, qui & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ moribus plenius inſtrui, & inſtructi valeant ad vos docte ſalubriterque, quæ agenda ſunt, referre.* Hactenus Gregorius, novæ prolis multiplicatione ex inſperato fœcundus, præ admiratione propheticum illud uſurpans, ac dicens in corde ſuo: (e) *Quis mihi genuit iſtos? ad quem Dominus: Ecce levabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum, & afferent filios tuos in ulnis ſuis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.* Ad Eccleſiam venientes.

(e) Iſa.49.

XXXIII. Quo anno & Bertrannus Comes Provinciæ fidelitatis juramentum ipſi Gregorio ſic primo juravit: *Ego Bertrannus Dei gratia Comes Provinciæ, ab hac hora & deinceps tibi domino meo Papæ Gregorio, & cunctis ſucceſſoribus tuis,* qui



PAGIUS VIII. Ad num. XXXIII. Collector Regiſtri Gregoriani lib. IX. refert duo Juramenta *Bertranni* Comitis Provinciæ, quibus ſe ſuumque Comitatum Gregorio VII. ejuſque Succeſſoribus ſubmittit; cum enim *Henricus* IV. Germaniæ & Burgundiæ Transjuranæ Rex ab eodem Gregorio excommunicatus fuiſſet, exiſtimavit Bertrannus ſe ſolutum eſſe a fidelitate eidem Regi debita, quod Provincia intra Burgundici Regni limites contineretur; exindeque tam ipſe, quam Comites Forcalquerii, Venaſcini, Arauſionis, Sabaudiæ, Vicecomites Maſſilienſes, alique

*Origo Principatuum in Regno Arelatenſi inſtitutorum.*

Bertrannus comes provinciæ fidelitatem jurat Romano Pont. libera donatio ejuſdem.

*qui per meliores Cardinales S. R. E. electi fuerint, fidelis ero, & quidquid mihi credideritis, in damnum veſtrum non manifeſtabo. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.* Poſtea addidit ſubſequens juramentum:

*Ego Bertramnus Dei gratia Comes Provinciæ, pro remiſſione peccatorum meorum, & parentum meorum, offero, concedo, dono omnem honorem meum, quantum ad me jure parentum pertinet, omnipotenti Deo, & ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, & domino meo Gregorio Papæ Septimo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis; ita ut quicquid placuerit deinceps domino Papæ Gregorio de me, & de toto honore meo, ſine ullo contradicto faciat. Eccleſias autem omnes, quæ in mea poteſtate ſunt, præfato domino meo Gregorio Papæ omnino dimitto, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, & ordinandas eas juſte & ſecundum Deum pro poſſe meo fideliter adjuvabo.*

XXXIV. Comitem vero Andegavenſem munera mittentem ad Apoſtolicam Sedem, nequaquam recipiendum putavit, eo quod excommunicatus a ſuo Epiſcopo, eidem minime ſatisfeciſſet. Ad quem ſcribens, & paterne corripiens, hæc habet in fine: (a) *Licet munera tua propter illud peccatum non receperimus; tamen Dei miſericordiam pro te orare non deſiſtemus. De cœtero nobilitatem tuam monemus, atque præcipimus, ut præfato Epiſcopo tuo res, quas ſibi abſtuliſti, reſtituens, digne ſatisfaciendo eum placare procures, ac deinceps nullatenus inquietare præſumas.* Voluit idem Gregorius ea de cauſa per Legatum Apoſtolicum Synodum in Gallia congregari, atque eam cauſam cognoſci, deque his litteras ad Epiſcopos dedit (b):

(a) Greg. l. 9. ep. 22.

(b) Idem ep. 23.

XXXV. Inſuper ad Theobaldum laudatiſſimum Comitem Pictavienſem Aquitaniæ, Sedem Apoſtolicam conſulentem de Principibus excommunicatis, an cum illis conſuetudinem aliquam habere poſſet, & ut habere liceret, licentiam ab eodem Gregorio impertiri cum rogaſſet, ad ipſum reſpondens hæc habet inter alia notatu digna, ubi primum ejus erga Romanam Eccleſiam amorem & obſervantiam commendaſſet: (c) *De cauſa excommunicatorum, ſuper qua conſuluiſti, nihil tibi præterquam ſacri canones præcipiunt, reſpondere poſſumus, ſcilicet ut abſtineatis vos a communione ipſorum, prout Deus conceſſerit, & veſtra prudentia poterit. Nec enim parum, te a talibus abſtinendo, exiſtimes agere; im-*

(c) Idem ibid. ep. 9.

PAGIUS

que multi, quorum Præfecturæ intra Regnum Arelatenſe ſeu Burgundiæ, conſtitutæ erant, jugum Henrici IV. excuſſerunt, & ſe ſe ſupremos dominos reputarunt. Hæc enim verba in Bertranni ſeu Bertrandi Juramento leguntur: *Ego Bertrannus Dei gratia Comes Provinciæ*, &c. quæ ſupremi dominii certa indicia ſunt. Regnante quidem in Burgundia Henrico Imperatore hujus nominis II. eorum Comitatuum Præfecti cæperant ſe ſe paulatim ſubtrahere ab ejuſdem Regis ſeu Imperatoris dominio, ut videre eſt apud Boucheum in Hiſt. Provinciæ lib. VII. pag. 816. ſed nullus ex illis ſe *Dei gratia* Comitem expreſſis verbis appellare auſus fuerat. Verum Henrico IV. excommunicationis fulmine perculſo *Bertrandus* & plures alii ſe ſe ſupremos dominos dixere, illeque ut tutius ageret, Comitatum ſuum Eccleſiæ ſubjecit, ut idem Boucheus lib. IX. cap. IX. magis explicat. Hæc vera origo tot Principatuum in vaſto Regno Arelatenſi circa hæc tempora inſtitutorum.

IX. *Gilbertus & Raimundus Comes S. Ægidii de Comitatu Provinciæ decertant.*

Verum nec Baronius, nec Boucheus, nec alii, qui de hoc Juramento verba faciunt, animadverterunt, illud a Collectore Regiſtri Gregoriani in hunc annum male dilatum, huncque ordinem temporis non ſemper ſervare. *Bertrandus* enim anno mileſimo octogeſimo jam vita functus erat, & *Gilbertus* Comes Aemiliani & Ruthenenſinm in Occitania, qui *Gilbergam* Bertranni Comitis ſine liberis demortui ſororem, ſibi copularat, de Comitatu Provinciæ cum Raimundo Sancti Ægidii Comite contendebat, & magis hic, quam ille Provinciæ dominabatur. Quæ ſucceſſio cum tam Hiſtoricos Provinciæ, quam Occitaniæ maxima ex parte latuerit, juvabit eam hic in manifeſtam lucem educere. *Raimundus* itaque, de quo Malmesburienſis lib. 5. ait, *immane quantum auxit Arelatenſi, & Narbonenſi, & Provinciali adjectis*, nempe Comitatui Caturcenſi, quem a patre in hæreditatis partem acceperat, ut habet idem Malmesburienſis, Raimundus, inquam, licet anno milleſimo octogeſimo nondum Toloſano Comitatu potiretur, jam tamen erat Comes Narbonenſis, Biterrenſis, Agatenſis, Nemauſenſis, Ruthenenſis, Vivarienſis, & aliarum Ditionum, ut Beſſa in Hiſtoria Narbonæ, Catellus, & alii in Hiſtoriis Occitaniæ certis Antiquitatis documentis oſtendunt. Mortuo autem *Bertranno* Comite Provinciæ potiorem Provinciæ partem præfatis dominiis adjunxit, ſive invaſione aut jure belli, ſive jure ſucceſſionis, ut videre eſt apud Hiſtoricos Provinciæ & Occitaniæ; neque enim hic locus hac de re diſſerendi.

X. *Dominatus Raimundi in Provincia.*

*Raimundum* anno ſuperiori jam utrique Provinciæ, Orientali, nempe & Occidentali dominatum eſſe, ideoque & *Bertrannum* jam tunc obiiſſe, diſcimus ex Malaterra lib. III. num. XXII: *Igitur anno Dom. Incar. MLXXX. Raimundus famoſiſſimus Comes Provinciarum* (qui titulus ſolis utriuſque Provinciæ dominis attributus reperitur) *famam Rogerii Siculorum Comitis audiens, propter ſtrenuitatem, qua de ipſo referebatur, Legatos dignos, qui a tanto ad tantum dirigerentur, mittens, Mathildem filiam ſuam* (ideſt, *ejus*, ut quæ poſtea fuſe de hoc matrimonio narrat, certo oſtendunt, Malaterra quippe Auctor barbarus) *quam de prima uxore admodum honeſtæ faciei puellam habebat, ſibi* (nempe Raimundo) *in matrimonium copulandam expoſtulabat*. Addit Malaterra conjugium magno apparatu in Sicilia, quo Raymundus Comes venit, celebratum eſſe; quod ipſe ignorare non potuit, ſicuti nec nomen filiæ *Rogerii* Comitis, quia ſubditus ejus erat, aut ſaltem Normannus natione. Parte alia conſtat,



*mo credas certiſſime, quoniam in futura beatitudine geminam a Domino coronam, obedientiæ ſcilicet, & ſanctæ prædicationis accipies. Bona namque eſt vox prædicationis cum opere; ſed non parva eſt bona actio ſine voce. Neque enim nos alicui licentiam peccandi dare poſſumus, aut debemus; cum nos ipſi hanc licentiam non habeamus, ſed peccantibus Apoſtolica auctoritate ſubvenire non denegamus, &c.*

XXXVI. Hoc eodem anno, ejus exordio martyrium contigit S. Kanuti Regis Daniæ: de quo primum, quod ad tempus ſpectat, aſſentiri non poſſumus iis, qui id contigiſſe ponunt anno ſuperiori. Nam cum illud acciderit ſeptima Jan. die, reperiaturque ad eum dediſſe litteras Gregorius Papa eo anno decimanona menſis Aprilis; plane adhuc eo tempore fuiſſe ſuperſtitem, & ad hunc annum perveniſſe, ſignificatur. Quod autem iſte Rex perduellium conjuratione necatus in ſanctorum Martyrum numerum relatus inveniatur; ut de rebus ab eo geſtis accuratius agamus admonemur, atque in primis (a) litteris Gregorii Papæ ejus pietatem, & erga Apoſtolicam Sedem ſtudium & obſervantiam collaudatam ſuperius vidimus. Saxo Grammaticus luculento ſtylo proſecutus res (b) Danicas, ubi de eodem Kanuto poſt Haraldi obitum

S. Kanutus Rex Daniæ martyr inſignis habetur.

(a) Greg. l. 7. ep. 5. & 21.

(b) Sax. Gram. hiſt. Dan. l. 11.

PAGIUS

ſtat, anno milleſimo octogeſimo ſeptimo, quo *Guillelmus* Raimundi Comitis Sancti Ægidii frater Toloſanum Comitatum adhuc poſſidebat, Provinciam bellicis tumultibus ita fuiſſe conturbatam, & laceratam, ut quem dominum agnoſcerent, populi vix ſcirent. Id liquet ex Inſtrumentis eo anno datis, & in Archivis Eccleſiæ Arelatenſis aſſervatis, quæ aliquot, prædiorum donationem continent, factam *cum conſilio Comitum ſive Comitiſſarum, qui tunc temporis regere videbantur regnum Provincialium hominum*, &c. *quia tunc temporis non erat Dux, nec Marchio, qui rectam juſtitiam faceret*. Quæ verba intelligi non poſſunt, niſi de diſſidiis, mutuiſque bellis, quæ *Gilbertus* maritus Gilbergæ ultimi Comitis Provinciæ ſororis, & Raimundus Comes Sancti Ægidii frater & hæres Guillelmi Comitis Toloſani, & Venaſcini, ſibi mutuo inferebant. Præterea in Inſtrumento in Eccleſia Anicienſi conſervato, & a Catello lib. 2. Comitum Toloſæ cap 1. relato, legitur: *Quod ſi aliquis homo hanc donationem tollere*. &c. *Nec dubitet ſe eſſe poſitum ſub anathemate domini Urbani Papæ, & omnium Epiſcoporum, & Abbatum, qui Claromontenſi Concilio interfuerunt* &c. *Hujus honoris redditio facta eſt ſecunda die, quando R. Comes mancipium & fortalitium Sancti Maximini invaſit, & eadem die hæc charta facta eſt.*

XI. *Gilbertus in Provincia pacificus non fuit ante bellum ſacrum.*

Cum autem Concilium Claromontanum menſe Novembri anni MXCV. coactum fuerit annoque MXCVI. *Raimundus* in Terram Sanctam profectus ſit, ex laudatis verbis apparet, bellum, *Gilbertum* inter & *Raimundum*, uſque ad hunc fere ultimum annum perduraſſe. Fanum enim Sancti Maximini ſex tantum leucis ab Aquis ſextiis, Provinciæ urbe diſſitum. *Gilbertus* itaque Comitatum Provinciæ uſque ad præfati belli finem non obtinuit; ſed ubi a morte *Bertrandi* manſerit, quidve egerit, deficientibus Monimentis, non liquet. De *Gilberto* & *Mathilde* Raimundi Comitis Sancti Ægidii conjuge hactenus non ſatis cognita, ſuis locis ſermo erit.

XII. *In charta Lirinenſi Raimundus non dicitur Comes Provinciæ.*

Neque his obſtat Charta in Archivis Lirinenſibus aſſervata ſcriptaque *anno ab Incarnat. Domini MLXXXIX. ſecundo anno ordinationis Urbani II.* in qua narratur, *Richardum* Maſſilienſem Abbatem Lirinum veniſſe, & præſente *Adelberto* cœnobii Abbate, cæteriſque fratribus lacrymabiliter conqueſtum eſſe ſe ab iis injuriis pati, ac admonuiſſe quo in unum congregarentur, ut utraque Eccleſia ſine alterius læſione, quod ſui juris eſſet, probaret: Monachos vero blandis ejus acquieſcentes ſuggeſtionibus ſuos advocaſſe Judices & Richardum Abbatem ſuos, ut ſecundum Deum cauſam dijudicarent. Verum re judicata Abbatem Maſſilienſem noluiſſe judicium recipere, ſed *in tantam elatus eſt malitiam*, ſubdunt Monachi Lirinenſes, *ut omni abjecta charitate & amore, quem nobis primo oſtenderat dimiſſo, Raimundum Comitem ſuper nos induceret, ut ſua vi noſtram ſubverteret æquitatem.* Addunt Lirinenſes, dum cernerent in nullo proficere, ſe judicium tranſtuliſſe in duos viros laicos, *ipſo accedente Comite, ipſumque judicium laudante*. Sed poſtea Maſſilienſes promiſſionibus Judices obcæcaſſe, & Lirinenſes injuſte oppreſſos illis conceſſiſſe, quæ pertinebant ad honorem S. Honorati, *vidente Raimundo Comite Sancti Ægidii atque laudante*. Numerantur poſtea obedientiæ (ita cellæ & grangiæ a monaſteriis dependentes vocatæ, ut videre eſt in Gloſſario Ducangii) Maſſilienſibus ac Lirinenſibus tunc traditæ, ſubditurque, *interfuit Raimundus Sancti Ægidii Comes in omnibus, & per omnia conciliator & adjutor.*

XIII. *Sed hoc non officit noſtræ ſententiæ.*

Hæc, inquam, Charta in qua *Raimundus* numquam dicitur *Comes Provinciæ*, noſtræ opinioni non officit; non ſolum quia jus ejus ac poſſeſſio in controverſia verſabantur, & *Gilbertus* Provinciæ partem obtinebat; ſed etiam quia *Richardus*, qui ab aliquot annis S. R. E. Cardinalis erat, in ea nunquam Cardinalis appellatur, ſed tantum *Abbas Maſſilienſis*. Præterea Monachi Lirinenſes utrumque tanquam hoſtem habebant, ut ex laudatis verbis manifeſte liquet. Denique fanum Sancti Ægidii nunquam *Comitatus* fuit, ut oſtendit Catellus in Hiſt. Com. Toloſæ, & *Raimundus* ſe Comitem Sancti Ægidii vel Raimundum Sancti Ægidii ob amorem erga hunc Sanctum nuncupabat.

XIV. *S. Kanutus Daniæ Rex Martyrium facit.*

Ad num. XXXVI. & ſeqq. Baronius Martyrium *Sancti Canuti* Daniæ Regis, qui *Haraldo* ſucceſſerat, fuſe narrat ex Saxone Grammatico lib. XI. tradente eum, dum populares adhuc ſacrorum rudes Decimarum penſitatione obligare vellet, ab eis rebellantibus dire necatum fuiſſe. Verum Martyrium illud ad annum milleſimum octogeſimum ſextum pertinet, ut diſcimus ex *Aelnotho* Monacho Cantuarienſi, qui paucis poſt mortem ejus annis Vitam & Martyrium literis mandavit, quam Hafniæ ſub hujus ſæculi initium publicatam Joannes Meurſius anno MDCXXXI. in eadem urbe iterum edidit, & Notis illuſtravit. Hæc Ælnothi de hujus Martyrii anno verba: *Anno In-*

tum ſubrogato agit, plane eum ab ipſo in regnum ingreſſu nihil antiquius habuiſſe, quam Chriſtianam religionem amplificare ſignificat: his addidiſſe cultum juſtitiæ inviolabilem, legum pervigilem cuſtodiam, pravorum morum propulſationem aſſiduam, bonorum vero introductionem, & conſervationem ſtabilem atque perennem, armis, ac legibus roboratam. Sacerdotium vero quomodo illuſtrandum curaverit, his tu audias verbis ejuſdem auctoris:

*Sacerdotia*, inquit, *gerentes gratiæ nutrimentis proſequebatur; cumque ab inerti & rudi populo parum juſtam pontificibus venerationem haberi conſpiceret, ne tanti nominis potiores inter privatos relinqueret, decretæ circumſpectionis induſtria, Principum eis conſortionem indulſit, eiſque primum inter proceres locum perinde ac Ducibus aſſignavit, auctoritatem honore concilians. Providit enim, ne tanti officii pondus æquo minor veneratio caperet, inque ſumma religionis arce poſiti infirmi cultus conditione vileſcerent.*

XXXVII. Quæ a Kanuto Rege ſint religioſe ſtatuta.

*Nec ſolum pontificibus dignitatis incrementa donavit; ſed etiam privatorum Clericorum ordinem benigniſſimis decretis adornare ſtudebat. Nam quo cumulatiorem eis honorem redderet, * litteratorum*

* al. litigatorum.

PAGIUS *Incarnat. Domini milleſimo octogeſimo ſexto, in civitate Othenſia, glorioſus Rex & Protomartyr Danorum Canutus, pro Zelo Chriſtianæ religionis, & juſtitiæ operibus, ut Chriſtus a proprio conviva traditus, in Baſilica Sancti Albani Martyris, per eum paulo antea de Anglia in Daciam* (ideſt Daniam, quæ ab Auctoribus paſſim per hæc tempora ita appellatur) *tranſvecti, poſt communionem, & confeſſionem delictorum, ſacramento munitus Dominici Corporis ante aram, manibus ſolo tenus expanſis latere lanceatus, ſexto Idus Julii, & feria ſexta* (quæ anno MLXXXVI. in diem decimum menſis Julii incidebat) *mortem pro Chriſto paſſus, requievit, in ipſo*. Erravit itaque Pontanus in Hiſt. Daniæ lib. 5. Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Reg. Angl. aliique, qui hanc mortem aliis annis conſignarunt.

XV. *Patruus fuit S. Canuti Junioris non vero pater.*

Porro in Martyrologio Romano ad diem VII. menſis Januarii *Sanctus Canutus* Daniæ Rex & Martyr, Sevonis Eſtrithii ſive Magni filius, *Othoniæ* Martyrio coronatus, male ad illum diem inſcriptus legitur, indeque Baronio errandi cauſa data. Scribit enim num. XXXVI. *Sancti Canuti* Daniæ Regis Martyrium contigiſſe die ſeptima menſis Januarii; cum tamen, ut mox vidimus, illud die X. menſis Julii acciderit, & dies ſeptimus menſis Januarii ſacer ſit *Sancto Canuto Regi Obotritorum* ac Duci Slevicenſi, anno MCXXX. martyio affecto. In eo etiam Baronius peccavit, quod anno MCLXIV. num. L. Sanctum Canutum Juniorem filium faciat Sancti Canuti Senioris, patremque *Valdemari* Regis. Filius enim Canuti Senioris fuit *beatus Carolus Bonus Comes Flandriæ*, & ipſe Martyr, de quo Gualterus Archidiaconus Eccleſiæ Morinorum Auctor coævus, in beati Caroli Vita apud Bollandum ad diem II. Martii part. I. ait: *Carolus Comes Flandriæ filius Canuti Martyris* (de quo hic agimus) *Regis quondam Daciæ, & Adelæ Reginæ; quam poſtea duxit uxorem Rogerius Dux Apuliæ*, qui anno MLXXXV. Roberto Guiſcardo patri, Duci nominatiſſimo in Ducatum ſucceſſit. Canutus vero Junior filius extitit *Erici Boni*, Sancti Canuti Senioris fratris, qui poſt *Olaum* etiam fratrem in Dania regnavit, ut videre eſt apud Saxonem Grammaticum lib. XIV. alioſque Rerum Danicarum Scriptores. De *Sancti Canuti Junioris*, & beati Caroli Boni Martyrio ſæculo ſequenti ſermo erit.

XVI. *Alexius* Comnenus die prima menſis Aprilis currentis anni Imperator dictus eſt, ut anno ſuperiori oſtendimus, ideoque, quæ illic in medium adduximus, huc transferenda. De hoc Imperatore Annæ Comnenæ patre hæc illa lib. 3. ſcribit: *Alexius Imp. palpitantem extremis ſingultibus rem Romanam cernens, Turcis in Oriente cuncta vaſtantibus, Occiduis provinciis imminente Roberto, nullumque non funem movente ut Pſeudo-Michaelem in Imperium eveheret, vel potius prætextu hominis fœnei vafre utente ad olim conceptam & hactenus preſſam Imperii ſibi ipſi parandi cupiditatem explendam; quæ ex fumo ac cinere in Flammam late minacem exardeſcente, magnum jam & vehemens Romanos ab occaſu fines amburere incendium cœperat, tot ſimul copiis terreſtribus ex tota continente collectis, & ex univerſa littorali regione marium illorum tanto apparatu congregato triremium, biremium remulco trahendarum, & per ſe euntium onerariarum navium: hæc inquam videns & ſecum reputans in Imperii primordiis generoſus juvenis, æſtuabat animo non ſatis expendens quo ſe verteret; cum eum illinc ad pugnam Turci vocarent, hinc Nortmanni raperent.* Ita illa pag. 91. Tum pag. 95. *Quoniam vero impiiſſimos Turcos videbat circa Propontidem commorantes; Solyma, qui orienti tot imperitabat, Nicææ habitante (ubi & Sultanitium erat, quod nos palatium diceremus) & ad quotidiana latrocinia eos immittente, ſicque omnem late horam quæ Thyniæ & Bithyniæ obiacet, uſque ad ipſum Boſphorum, quæ nunc damalis dicitur, aſſiduis, qua equeſtribus, qua pedeſtribus incurſionibus deprædante planeque vaſtante: tam ſecuræ licentia graſſantibus Barbaris, ut tantum non mare ipſum inſcendere, Urbemque ultro invadere auſuri viderentur: quos cernentes Byzantii ſine ullo metu moras agere in oppidulis circum littora poſitis, atque in ſacris templis, nemine inde illos abſterrente, aut pellere parante, terrore ac conſternatione pleni quid conſilii caperent, non habebunt.*

*Imperium Orientale hinc a Turcis illinc a Normannis vexatum.*

XVII. *Alexius Imp. pacem facit cum Turcis.*

Paulo poſt pag. 96. *Atqui ne Hercules quidem, quod vulgo ajunt, cum duobus uno tempore unus hoſtibus pugnam ſuſcipiat: nedum juvenis Imperator in ipſis initiis novæ gubernationis Rempublicam inveniens funditus perditam: non enim ut a longo jam tempore, vergebat in interitum ſenſim; ſed quæ peſſum ruere dudum cœperat, jam plane perveniſſe ad imum præcipitii, & tota ruina procubuiſſe videbatur, nec copias habens, nec pecuniam, devorata enim prius cuncta fuerant, & ſine ulla utilitate publica prodige abſumpta. Ea extrema neceſſitas rerum Alexium, quamvis invitum, compulit ut Turcis a Damali atque a maritima ora longe prius recedere coactis, præter dona quibus tali tempore ſupplices Barbaros excipere utile viſum eſt, pacem quoque largiretur, his legibus:* „ Ut „ Dra-



*rum controverſias, vulgaris fori conditione exemptas, ad ejuſdem profeſſionis judicium relegabat. Iiſdem religionis reos, objecta repellere nequeuntes, pecuniariæ mulcta puniendos permiſit. Quibus etiam in omnia, quæ adverſum divina committerentur, animadverſionis arbitrium tradidit, cunctaſque hujus generis actiones, ſacerdotali judicio deſtinatas a publico foro ſecrevit, ne honore impares conditio æquaret. Qamobrem dignitati pondus adjecit, decuſque privato faſtigio excelſius eorum reſpectu ineſſe voluit; quo effectum eſt, ut Danorum nemini, niſi Regi, aut pontificibus, eique qui potiſſimus regni ſucceſſor advertitur, domeſticis quemquam liceat actionibus poſtulare.* Hæc quidem Rex maxime pius, quem de his Gregorius Papa anno ſuperiori id potiſſimum admonuiſſet litteris ſuis, in quibus hæc cum aliis: (a) *Inter cæteras ergo virtutes, quas animo tuo imitandas cenſueris, eccleſiarum defenſionem in mente tua volumus eminere; ſacerdotales ordinis reverentiam proximum locum tenere, ac deinde juſtitiam & miſericordiam in cunctis te judiciis diſcrete ſervare.* Redarguit autem, & Apoſtolica cenſura perterruit, quod ſacerdotes apud eos adeo iniquæ æſtimationis eſſent, ut omnium quæ cælitus immitterentur cladium, populus ad eoſdem culpam transferret, ac proinde non ſolum contemptui eſſent, ſed ut malorum omnium rei, odio haberentur.

(a) Greg. l. 7. ep. 12.

XXXVIII. Pro decimis rex laborat.

Subiicit autem iſta Saxo Grammaticus: *Idem populares adhuc ſacrorum rudes decimarum religioni aſſueſcere conabatur; ſed propoſiti irrita ſuaſio fuit, quippe maturitatem rerum capere novelli cultus rudimenta nequibant.* Verum non deſtitit Rex in opus inſiſtere, ut populus decimarum penſitationem eccleſiis pro religione ſuſciperet, occaſioneque nacta indictæ a Rege multæ populo ob impium deſertionis crimen, ea liberandum propo-

PAGIUS „ Dracontem fluvium deinceps pro Ditionis „ ſuæ termino haberent: cum ne unquam ma„ nu facta trajicerent, neve in fines Bithynio„ rum irrumperent. *Sic bellum Orientale conquievit.* Quare Imperium Orientale maximopere inclinabat, & Turcarum potentia in dies augebatur.

XVIII. *Prima Turcorum Sedes.*

De *Turcorum* primis ſedibus multa hactenus varii Scriptores congeſſerunt. Ducangius ex Bryennio, Curopalate & Zonara eos ad Caucaſi montis partes Septentrionales, verſus Tanaim & Boſphorum habitaſſe colligit, & illis Auctoribus conſentit Porphyrogenneta lib. de Adminiſt. Imp. cap. 3. Turcos *Patzinacis* vicinos fuiſſe; cap. 12. provinciam ab eis inhabitatam ab Occidente *Franciam*, a Septentrione *Patzinacitas*, a meridie *Magnam Moraviam* habuiſſe auctor eſt. Denique cap. 38. & 40. ait, eos *Chazaris* conterminos fuiſſe. Atque ut inde facilius deprehendatur, quem incoluerunt, tractum, obſervandum ex eodem Scriptore cap. 1. 8. & 37. *Patzinacitas* gentem fuiſſe, vicinam *Ruſſis*, & ad *Dunaprim & Danaſtrim* celeberrimos fluvios, verſus Cherſoneſum Tauricam habitaſſe. *Franciæ* appellatione intelliguntur Regiones ad Septentrionem, quæ Francis aut Imperatoribus Germanicis Porphyrogennetæ ævo, parebant, Poloni videlicet & vicinæ iis nationes. *Magna Moravia*, quæ Sphendopluchi regio dicitur, eidem Porphyrogennetæ cap. 12. 38. & 42. videtur eadem quæ hodie *Moldavia* appellatur. *Chazari* denique, quorum crebra eſt apud Scriptores Byzantinos mentio, finitimi erant Uzis, Alanis, Cherſonitis, Bulgaris & ipſis Turcis. *Turcia* igitur Vetus, ex prædictis extitiſſe coniicitur in *Lithuaniæ* Provinciis, quæ ad Pontum Euxinum vergunt. Sed & ad *Iſtrum* ipſum habitaſſe Turcos docent Curopalates & Zonaras in Leone Philoſopho, & in Conſtantino Monomacho. Ita ſcite Ducangius in Notis ad Nicephorum Bryennium pag. 199.

XIX. *Turci Orientales in varias tribus diviſi.*

Verum Vir doctiſſimus quarundam tantum *Turcorum* Tribuum eo in loco mentionem facit; horum enim natio, ſi in univerſum conſideretur, longe magis extenſa fuit. Perſæ, aliique Orientales *Turcos* appellant, quos Græci, Latinique *Scythas* vocarunt, & Turcos cum Tartaris confundunt; & ſicut intra & extra Imaum, montem Aſiæ maximum, variis nunc pro locorum diverſitate nominibus deſignatum, *Scythæ* reperiebantur, ita & Turci dilatabantur uſque ad murum quingentarum fere leucarum, quo Sinenſes populi clauduntur; quia vero in immenſo illo terrarum ſpatio complures variæ Turcorum & Tartarorum *Tribus* exiſtunt, inde etiam diverſis temporibus *Turci* exiere, & in varias provincias excurſiones fecere. Quæ de *Turcis* præmittere viſum, quia ſequentibus temporibus frequens eorum in Hiſtoria Eccleſiaſtica mentio occurrit.

XX. *Obitus Brunonis Epiſc. Andegavenſis.*

In Appendice ad Chronicon Andegavenſe, quæ extat Tom. I. Biblioth. Labbei ad annum MLXXXI. legitur: *In ipſo anno obiit quinto Kal. Septemb. Andegavorum Epiſcopus Euſebius, qui alio nomine Bruno dicebatur.* Tum in alia Appendice ad idem Chronicon, ad annum MLXXXI. *Obiit Domnus Euſebius cognomento Bruno Andegavorum Præſul VI. Kal. Septemb.* in priori Appendice dies ſepulturæ, in poſteriori dies mortis notatur, ideoque alter Chronographus ab altero hæc non deſumſit. Baronius anno MXXXV. num. I. ait, *Brunonem* Berengarianæ hæreſeos propugnatorem acerrimum fuiſſe. Verum *Brunonem* hæreſeos infamiam apud nonnullos ſubiiſſe, quod *Berengarium* Archidiaconum ſuum errores publicantem non coercuerit, non excommunicarit, ac ejus hæreſim atque excommunicationem cæteris Epiſcopis encyclicas Epiſtolas notas non fecerit, certum eſt. Sed, ut notat Natalis Alexander Sæc. XI. & XII. part. II. Diſſert. I. art. IV. ſola fama hac in parte mendaci nitebatur *Deoduini* Leodienſis Epiſcopi, ibidem a Baronio laudati, & Durandi Troarnenſis Abbatis, cujus verba anno ML. num. XV. retulimus, de Brunone Andegavenſi Antiſtite opinio: quem etſi a negligentiæ reatu, cujus cauſa fuit nimius illius in *Berengarium* amor, purgare difficile ſit: ab hæreſi tamen Berengariana penitus immunem probare facillimum eſt.

XXI. Primo, quia cæterorum Auctorum nullus eum Berengarianæ hæreſeos infamia infecit: non *Hugo* Lingonenſis, non *Lanfrancus*, non *Guitmun-*

poſuit, ſi decimarum ſolutioni ſe vellent lege perpetua obligare. Renuente populo, decimarum exhibitione ſe velle teneri, cum Rex pœnæ impoſitæ exactioni per miniſtros inſiſteret; inſtigante proditore Blacco, ficte agente ſequeſtre concordiæ, idem in eum totius populi furorem & arma convertit, quibus & in eccleſia peremptus eſt.

XXXIX. Sed quanta animi conſtantia, quantaque religione mortem exceperit, Saxo ſic narrat poſt alia ad id ſpectantia recenſita: *Sed ne extrema quidem ejus bona ſanctitatis ſtudio vacua fuit. Nam cum parietem undique a popularibus perfringi (quippe ligneus erat) adeoque propinquam ſibi necem inſtare animadverteret, accerſito ſacerdoti factorum arcana confeſſus, per ſummam mœroris acerbitatem prætéritæ vitæ culpas abſolvit, præmiumque ſibi pænitentiæ ſalubritate concivit. Tantum in innocentia ſua fiduciæ repoſuerat, ut mortem non periculo oppreſſus refugere, ſed metu vacuus appetere videretur,* Populus in Reg. rebellans eum dire necat. *Quin etiam propanſis utrimque brachiis ante aram fati ſecurus occubuit. Ubi dum victimæ more proſtratus percuſſorem exſpectat, immiſſæ per feneſtram lanceæ mortifero jactu confoſſus, pium mortis ſacrificium edidit, fuſoque militum ſanguine, ſuum ad ultimum erogavit. Enimvero crebris undique telis impetitus corpus immobile tenuit, nec ante loco, quo excubabat, exceſſit, quam feretro mandaretur extinctus. Ex cujus ſanctiſſimis vulneribus plus gloriæ, quam cruoris effluxit.* Pergit auctor narrare uberem miraculorum editionem, quibus Deus ejus manifeſtam fieri ſanctitudinem voluit etiam interfectoribus refractariis. Factum igitur, ut Eccleſiaſtico judicio, ſummo prudentiæ libramento martyrii titulo idem Rex, die qua paſſus eſt, ſeptima Januarii ſacris tabulis adſcriberetur, ubi annua die Eccleſiæ præconio celebratur. Porro publicum ſacrilegium publica eſt ultus Deus vindicta, immiſſa dein fame in rebellem populum, qua coacti ſunt ſuum fateri crimen, cujus ſupplicium paterentur. Poſt eum Olavus germanus ipſius regnum accepit, tenuitque annos decem, ut idem Saxo Grammaticus docet.

PAGIUS *Hæreſi Berengarianæ non favit.* *mundus*, non *Algerus*. Secundo, nec ullo in Concilio, nec apud ullum Summum Pontificem de hæreſi delatus eſt; imo cum aliis Epiſcopis adfuit Synodo Remenſi a Leone IX. celebratæ, ut ex illius Synodi Actis conſtat. Tertio, ſi vel leviſſima hæreſeos ſuſpicione aſperſus fuiſſet, non minus ipſi, quam ejus Archidiacono profeſſionem fidei imperaſſent. Denique *Bruno* fidei ſuæ integritatem luculenter probatam reliquit in Epiſtola ad Berengarium data, poſt ultimum Concilium Romanum in ejus cauſa habitum, cum *Berengarius* ipſum per literas obteſtatus eſſet, ut *ſe & Gaufridum Martini* clericum Andegavenſem *ſub Judice audiri faceret in libro B. Ambroſii de Sacramentis*. Epiſtola illa ad *Beringerium Magiſtrum* data, a Claudio Menardio in Notis ad libros Sancti Auguſtini contra ſecundam Juliani reſponſionem ex veteri MS. primum edita. Etenim *Berengarius* anno MLXXIX. poſtquam Synodus Romana abſoluta eſt, in Galliam rediit, fidei Profeſſionem, quam in ea ſub juramento aſſeruerat, iterum perfide violavit, & prædictam Epiſtolam ad Brunonem Andegavenſem Epiſcopum dedit: reſpondit *Bruno*, id ſibi conveniens non videri; ſufficere ad fidem, ut verbi Chriſti virtute panem & vinum poſt conſecrationem verum Chriſti Corpus & Sanguinem fieri credatur, ejus rei modum, ordinemque non inquirendum; Patres hac de re caute legendos: *ac nullam aliam de hac re diſputationem vel controverſiam;* Subdit Bruno, *nec auditores me quærere, procurare, congregare aliquando ſciatis. Omnibus vero pro hac re, me volente, quod ſi parum eſt quamvis parvipendatur, contradicente Conventum publicum aggregare volentibus conſenſum non tribuam, confluentibus humilitatis meæ perſonam ſubtraham, confligentibus audientiam, perſeverantibus communionem: eſt enim cauſa ter provinciæ noſtræ judicio terminata, quarto Sedis Apoſtolicæ Synodi ſententia extincta.*

XXII. *Ejus Epitaphium a Marbodo viro piiſſimo compoſitum.* *Brunonis* Andegavenſis Epitaphium condidit *Marbodus*, tunc Scholæ Andegavenſis Magiſter, & deinde Redonenſis Epiſcopus, ab Urbano II. in Concilio Turonenſi anno MXCVI. creatus:

*Bruno Pater; jocunde ſenex, mitiſſime Præſul,*
*Cujus cor pietas, lingua mel & lac erat*
*Si tibi culpa fuit, quod nullum lædere velles,*
*Quale tuum meritum cum bona culpa fuit?*
*Quid tibi, chare pater, clerus, populique precemur?*
*Ut quod tu nobis, id tibi ſit Dominus.*

Refertur illud Epitaphium ex veteri Cartulario Sancti Albani Andegavenſis a San-Marthanis in Epiſc. Andegav. Porro *Marbodus*, de quo mentio non eſt in Annal. Eccleſ. Eccleſiam Redonenſem annos pene XXVII. ſanctiſſime rexit, & de eo infra ſermo erit.

XXIII. *Inquiritur in ſectatores hæreſis Berengarianæ.* Poſt Synodum Burdegalenſem anno ſuperiori habitam, in qua *Berengarius fidei ſuæ reddidit rationem*, cœpit hæc hæreſis vires amittere, cum inquireretur in eos, qui eam tuebantur. Hinc Anaſtaſius quidam Monachus SS. Sergii & Bacchii, Andegavenſis, cum ſuſpectus eſſet apud Geraldum Sancti Albini Andegavenſis Abbatem, fidei ſuæ profeſſionem edere coactus fuit. Publicavit illam Dacherius ad Vitam Lanfranci, cujus hoc eſt initium: *Domino Geraldo Abbati olim filio, nunc Deo propitio venerabili Patri frater Anaſtaſius domini qui eſt quod habet. De Corpore & Sanguine Domini juſſiſti, Venerande Pater, ut quidquid parvitas mea ſentit, imo quod credit, ſanctitati veſtræ patefaciat, hoc breviter pro modulo meo ſalva fidei puritate accipiet.*





I. *Henric. Rex rurſus infeſtat urbem.* REdemptoris annus ſequitur milleſimus octogeſimusſecundus, Indictione quinta, idemque ſecundus numeratur expeditionis Henricianæ in Gregorium Romanum Pontificem, de quo Bibliothecarius iſta: *Anno quoque ſecundo per Spoletanum Ducatum ad Urbem iterum redivit, & per totum Quadrageſimale tempus ipſam Romanam cum multa hoſtilitate obſedit; adveniente vero tempore Paſchali, ut æſtivum calorem devitaret, per * compitas civitates exercitum diſtribuit, & ipſe in Longobardiam cum paucis reverti ſtuduit; Guibertum vero apud Tiburtinos dimiſit, & exercitui ſuo præfecit, qui poſtpoſito ſacerdotio, per incumbentem æſtatem agros & ſegetes Romanorum devaſtavit, & alia mala tamquam vir ſanguineus eiſdem Romanis intulit.* Hæc ipſe.

II. Sed Bertoldus rerum præſentium inſpector, hæc de his hoc anno: *Henricus autem in Italiam aſſumpto apoſtata ſuo Guiberto, iterum Romam inviſurus proficiſcitur, adunata multitudine ſchiſmaticorum; ibique ea æſtate moratus pene incaſſum laboravit, niſi quod milites ſuos quibuſdam caſtellis, ut facerent guerram Romanis, impoſuit, quia eum, nec hac vice Romam intrare permiſerunt. Ignem quoque in domum ſancti Petri per quemdam traditorem immittere voluit, ſed Dei miſericordia protegente non potuit. Cogitavit enim, ut die improviſo portas irrumperet, ſi Romani derelictis propugnaculis ad incendium reſtinguendum concurrerent, unde ignem domibus quibuſdam S. Petro contiguis immitti fecerunt. Sed dominus Apoſtolicus huic verſutiæ obviavit. Nam primum viſo incendio, omnes milites Romanos ad propugnacula defendenda tranſmiſit, ipſeque ſolus fiducia S. Petri fretus, facto ſigno Crucis contra incendium, ignem progredi ulterius non permiſit. Igitur Henricus capto venerabili Epiſcopo de Satria, aliiſque nonnullis, ſuoque apoſtata Guiberto in Tiburtina urbe ad infeſtandos Romanos derelicto, ipſe Longobardiam revertitur.* Incendium ab Antipapa immiſſum extinguitur. Hæc Bertoldus.

III. *Synodus impeditur ab Henric.* Gregorius autem, qui celebrandam ex more hoc anno tempore Quadrageſimæ Synodum indixerat, impeditus ſubſtitit; quod etiam duobus ſequentibus annis accidit, quibus per Henricum ipſe Gregorius teſtatur ſe fuiſſe impeditum, tres Quadrageſimales Synodos agitare, quantumlibet idem Pontifex hoc anno Synodum datis litteris indixiſſet. Quod autem idem perſecutor Henricus ad conflandam in-



PAGIUS Sæc. XI. Anno Eræ Hiſp. MCXX. Anno Hegiræ CDLXXV. inchoato die 1. Junii. A.C.1082.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6575.

☉ 27. B. ☽ 19. P. 24. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1082.

GREGORII VII. PAPÆ 10.

HENRICI IV. REG. 27.

ALEXII COMNENI IMP. 2.

I. *Secunda expeditio Henrici Regis in Urbem Romanam.* AD num. I. & ſeq. Eſt hic ſecundus annus obſidionis Romanæ ab Henrico Rege peractæ, de qua Hugo Flaviniacenſis ad hunc Chriſti annum: *Adhuc Romanæ urbi domnus Gregorius præerat, quam VVibertiſtarum* (ſeu ſectatorum Wiberti, vel Guiberti Antipapæ) *jam eſſet facta conſpiratio, non tamen promotio. Ubi vero & promotio ejus execratione ſua illa quaſi auctoriſata eſt, & judicatum eſt ab impiis & perjuris hoſtili manu Romam aggrediendam, ut Papa, qui populi obſequio & amore cum gratia Dei protegebatur, cum injuria & dedecore a Sede propelleretur: eo uſque res devenit, ut Rex cum Papa ſuo exercitu innumerabili fultus Romam tenderet, & in itinere quotquot poterat ad adorandam ſtatuam, & in ea imaginem beſtiæ compellebat. Sed modo mirabili quo plus ad explendam profanæ mentis veſaniam ferebatur, eo gravius deiiciebatur, & dehoneſtabatur. Aliquando enim magnum erat, ſi quod oſculum Regium merebatur, gratum, ſi quis veſtigia Papæ oſcularetur. Nunc verſa vice rerum, quicunque inventus fuiſſet, tenebatur, nec antea dimittebatur, niſi primo pedem Paparelli illius oſcularetur, & ſic demum oſculo Regis potiebatur: ut eſſet in ambobus æquipartita injuria, verum Regis tanto gravior, quanto hic cujus pedibus inclinabatur erat deterior.* Malaterra ait Henricum in Sedem Sancti Petri hoc anno Guibertum inthronizaſſe, ſed refellit eum Lupus Protoſpata in Chron. ad annum MLXXXII. ſcribens: *Henricus obſedit Romam, ut vi introiret & faceret ibidem Papam Ravennenſem Archiepiſcopum, ſed minime potuit.* Quod anno ſequenti magis conſtabit.

II. *Bonizonem Epiſcopatu deturbat.* Hanc *Henrici* expeditionem narrat Baronius ex Bertoldo in Chron. ubi dicitur Henricum Regem *capto venerabili Epiſcopo de Sutria, ſuoque apoſtata Guiberto in Tiburtina urbe ad infeſtandos Romanos derelicto*, in Longobardiam reverſum eſſe. Erat hoc tempore *Bonizo* Epiſcopus Sutrii, ab Urbe Roma paucis milliaribus diſſiti, magnus Eccleſiæ Romanæ Defenſor qui Epiſcopatu jubente Henrico Rege deturbatus, *cum plura, ærumnoſaque mutaſſet exilia, perveniſſetque Placentiam, ibi a Catholicis ejuſdem civitatis eſt dictus Epiſcopus*, inquit Ughellus Tom. II. Italiæ Sacræ in Catalogo Epiſc. Placentiæ. Sed Epiſcopatum illum ante annum MLXXXVI. adeptus non eſt; cum Preſbyter Pœnitentiarius in Vita Sancti Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, anno MLXXXVI. die XVIII. Martii demortui, cap. VI. narret, *Anſelmum* deſideraſſe in vicino Mantuæ Cœnobio ſepeliri, ſed cum jam deferretur ad monaſterium corpus, *affuit ſubito Sutrienſis Epiſco-*

invidiam in ipſum Gregorium Romanum Pontificem, ſe autem liberandum, in vulgus ſpargeret, ſeque coactum talia agere, & invitum provocatum ab ipſo: Gregorius ad iſta diluenda, veritatemque inſinuandam litteras apologeticas ſcripſit, quibus ſe purgaret ab omnibus objectis, & ob id Synodum generalem indicere exoptaret. Ipſæ autem litteræ ſic ſe habent: (a)

(a) *Greg. l. 8. ep. 28.*

IV. Greg. ſe purgat encyclica Apologetica.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, clericis & laicis qui non tenentur excommunicatione, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Notum facimus vobis, chariſſimi fratres & filii, nos admodum deſiderare & Apoſtolica auctoritate velle ſancire, ut generalis Synodus congregetur in loco tuto & ſecuro, ſicque opportuno, ut ad eum poſſint undique terrarum clericalis ordinis & laicalis amici vel inimici ſine timore convenire. Diſponimus enim tractare, & diligenti excuſſione detectum in faciem orbis ex occultis tergiverſationum ſuarum antris extrahere, quicumque ille eſt, qui tantorum malorum, quæ jam pridem in Chriſtianam religionem graſſantur & ſæviunt, cauſa & auctor exiſtit. Cujus etiam impietas, & inaudita temeritas hactenus obſtitit & perturbavit, ne inter Pontificatum & regnum divina pax, & recta concordia fieret: quam pacem opitulante Domino (ſicut Chriſtiana devotio cupit, & poſtulat) in eodem Concilio inſtaurare & confirmare optamus. In qua Synodo præterea, Deo auctore, ad honorem beati Petri, ſecundum ſanctorum Patrum decreta parati erimus, quod juſtum eſt, facere, & iniquorum nequitiam revelantes, de his quæ Apoſtolicæ Sedi obiiciuntur, & unde quidam fratrum ſubmurmurant, ipſius innocentiam evidenter oſtendere; ita tamen, ut ante omnia res ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quibus ſpoliata cognoſcitur, ſi dignum eſt, reſtituantur.*

V. Greg. quam alienus fuerit ab electione Rudolphi

*Verum illud admodum veſtræ dilectioni notificare non dedignamur, Deo teſte, Rudolphum, qui Rex ab Ultramontanis ordinatis eſt, non noſtro præcepto ſive conſilio regnum tunc ſuſcepiſſe. Inſuper etiam nos in Synodo decernentes firmaviſſe, niſi Archiepiſcopi & Epiſcopi, qui illum ordinaverant, hoc factum ſuum recte defendere potuiſſent, tam ipſos a dignitatibus ſuis, quam præfatum Rudolphum a regno deponere. Enimvero interim quis hanc noſtram diſpoſitionem interturbaverit & multi veſtrum ſciunt, & noſtram ſcientiam nequaquam fugere poteſt. Si enim Henricus, Rex dictus, & pars ejus obedientiam quam promiſerat, nobis, im-*



PAGIUS *ſcopus nomine Bonizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitavit, ut clamaret, dignum eſſe, ut in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta, inquit, lucerna, non decet, ut abſcondatur. Ipſe adhuc vivens tanquam indignum ſe humiliavit: nos autem ut vere dignum exaltare oportet hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum.* Quod ita factum eſt, acclamante *Mathilda* Comitiſſa, cæteriſque præſentibus.

III. *Bonizo doctrina & pietate clarus.*

Sed non ſolum pietate, verum etiam doctrina *Bonizo* claruit. Lambecius enim lib. 2. Biblioth. Cæſ. pag. 790. & ſeqq. refert extare in Bibliotheca Cæſarea Epitomen omnium Operum & Sententiarum Sancti Auguſtini, cujus inſcriptio, *Paradiſus Auguſtinianus* in libros octo diviſam, & a Bonizone Sancto Joanni Gualberto Abbati Vallumbroſiano, cujus ſuaſu eam compoſuit, dicatam, quam Lambecius prælo digniſſimam cenſet. Compoſuit & Decretale ſive Syntagma *Decretorum Eccleſiaſticorum, ex ſacra ſcriptura, probatisque Conciliis,* ut & ex Pontificum Romanorum & Sanctorum Patrum, aliorumque Orthodoxorum Auctorum monumentis collectum, & ſecundum *Locos communes in ſeptem libros* diviſum; cui Proemii loco præfixa eſt Epitome *Hiſtoriæ Pontificum Romanorum a S. Petro* uſque ad Urbanum II. de qua Epitome jam ſupra locuti ſumus, quam valde dolendum hactenus lucem non vidiſſe.

IV. *Mathildis Comitiſſa ad defenſionem Gregorii VII. in armis erat*

Lupus Protoſpata in Chron. ait, Henricum Regem rurſus in Longobardiam veniſſe, *ad debellandam Mathildæ Provinciam, quæ cum Papa tenebat Gregorio.* Stabat enim Mathildis ad defenſionem Pontificis armata, & continuo excurrebat, expugnabatque loca, quæ partes Schiſmaticorum Longobardiæ ſequebantur, uti in ejus Vita Domnizo refert. Et quia, poſt tot expenſas ei deficiebat pecunia, obtinuit a Sancto Anſelmo Epiſcopo Lucenſi, ut bona quæ ipſa & Deceſſores ejus Eccleſiæ Canuſinæ dederant, ad hoc bellum inſumere poſſet, a ſe poſtea reſtituenda. Tengnagelius in Syntagmate *Veterum Monumentorum pro Gregorio VII.* libros duos Domnizonis Presbyteri de Vita Comitiſſæ Mathildæ edidit, eiſque præpoſuit Relationem de Theſauro Canuſinæ Eccleſiæ Romam tranſmiſſo, cujus initium eſt: *Anno Domini MLXXXII. Comitiſſa Mathildis cum Epiſcopo Anſelmo, qui & Vicarius erat Papæ Gregorii VII. in illis diebus in Longobardia, theſaurum Eccleſiæ Canuſinæ poſtulavit Abbati Gerardo, qui tunc præerat præfatæ Eccleſiæ, dirigendum PP. pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, quæ illo tempore perſecutionem grandem habebat a Guiberto hæreſiarcha. Itaque prænominatus Abbas una cum congregatione fratrum, fidelem amorem & dilectionem habens in B. Petro & Romana Eccleſia, Vicario ejus ex Comitiſſæ petitione alacriter theſaurum obtulit,* &c.

V. *Cura S. Anſelmi Epiſc. Lucenſis a Greg. VII. commendata.*

*Guibertus* Antipapa, qui Archiepiſcopatum Ravennenſem invaſerat, & Henrici Regis conatus in quibuſcunque poterat promovebat, ad Sanctum *Anſelmum* Lucenſem Epiſcopum ſcripſit, ut a Mathilde, cujus curæ eam Gregorius VII. commendarat, recederet, ad quem ſervus Dei, ut legitur in libro ejus primo contra Guibertum, reſpondit: *Quod autem obſecras per Jeſum, ne nobiliſſimam feminarum amplius circumveniam, deludam, & fallam, Deum teſtem invoco, nihil terrenum, nihilque carnale in ea, vel ab ea ex intentione concupiſco, & ſine intermiſſione oro, ut ab hoc ſeculo nequam cito eripi merear nimio affectus tædio, quia incolatum meum prolongari video, ſerviens die ac nocte in cuſtodiendo illam Deo, & ſanctæ Matri meæ Eccleſiæ, cujus præ-*





*mo beato Petro ſervaſſet (confidenter dico Deo juvante) non tot mala, videlicet homicidia, perjuria, ſacrilegia, ſimoniacæ hæreſis peſtilentiæ ac perditiones eveniſſent. Vos itaque quos aut tantæ calamitates movent, aut divini timoris reſpectus ad Deo dignam pacem, & concordiam animant; nitimini & ſummopere laborate, ut Synodus, qualem ſupra memoravimus, fieri poſſit, quatenus ſanctæ Eccleſiæ caput, totumque corpus, quod impiorum procelloſis fraudibus & machinationibus fluctuat nimirum & titubat, communi omnium bonorum conſenſu & robore quieſcat de cœtero, & ſtabiliter conſolidetur.* Hucuſque Encyclica Gregorii; cum tamen, ne indicta Synodus optatum conſequeretur effectum, Henricus Rex impedierit.

VI.

Hoc eodem anno ad Sedem Apoſtolicam, ad quam ex more caſus atrociores deferri ſolerent, Tervannenſis Eccleſiæ duplex eſt perlata tragœdia; tam de his quæ egerit intruſus Epiſcopus, quam quæ idem poſtea paſſus fuerit. Lambertus hic fuit, qui primum convictus, atque damnatus (a) hæreticus, inde ſimoniace ordinatus Epiſcopus, ad Synodum Romam vocatus, venire contempſiſſet. Inſuper qui in (b) Concilio Meldenſi auctoritate Apoſtolica congregato fuerit excommunicatus ab ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, tum ob nefaria crimina, tum etiam, quod quinque clericos Romam ire paratos detruſit in carcerem; idem ita excommunicatus ſe fecerit a ſuſpenſis miniſterio Epiſcopis conſecrari. Deinde etiam hoſtiliter & armata manu, Comite *Flandriæ* Roberto cum exercitu ſecum eunte, ad ipſam civitatem pergens, portas eccleſiæ, quas ei Clerus, & populus occluſerat, in ſecuri & aſcia & aliis violentiis, inciderit atque confregerit. Crucem quoque & imaginem Salvatoris libellum contradictorium ante ipſius portas clauſas manu dextera ſibi quaſi porrigentis, & velut ore proprio ingreſſum eccleſiæ ipſi contradicentis, ita diabolice a portis abſtraxerit, ut dexteram manum (quod numquam antea legimus, aut audivimus factum) illi evulſerit; ſicque cum lanceis & gladiis evaginatis fur & latro irrumpens, alios clericorum vulneraverit, alios ſemivivos fugaverit, omniumque ſibi communicare nolentium domos diripuerit, atque deſtruxerit; ipſumque Comitem in tantum ſeduxerit, ut omnes clericos ſibi obedire nolentes omnibus bonis privatos de tota terra ſua ejecerit, & duas epiſtolas a Papa miſſas adeo deſpexerit, ut portitoribus earum contumelioſa verba, & tanto Principe multum indigna protulerit. Hæc ex Gregorii Papæ litteris de pſeudoepiſcopi intruſi atque ſacrilegi nefandis operibus ſcribentis ad omnes Epiſcopos Flandriæ, tanta mala deplorantis.

(a) *Idem l. 7. ep. 10.*

(b) *Id. l. 9. ep. 34.*

Tervannenſis eccleſ. cauſa tragica.

VII.

Quæ vero idem pſeudoepiſcopus Lambertus a Tervannenſibus paſſus ſit, ex ejuſdem Pontificis (c) litteris accipe, quæ ſcriptæ habentur ad milites Tervannenſes, his verſibus abſque Apoſtolica benedictione datis, cum ipſe apud Apoſtolicam Sedem conqueſtus eſſet.

(c) *Idem l. 9. ep. 30.*

Quanta paſſus Pſeudoepiſc. Teruannenſis.

*Intolerabilis audaciæ, horribiliſque facinoris ſuper vos ad nos relatio venit, quod quanto noſtris ſæculis inuſitatum, nec a tempore Paganorum perſecutorum præſumptum eſſe vel legitur, vel auditur, tanto ad juſtitiam de ſe exequendam Apoſtolicæ manſuetudinis zelum movet & incitat. Denique conqueſtus eſt nobis Lambertus, dictus Tervannenſis Epiſcopus, quod poſt tot tantaque ſacrilegia, quibus eamdem eccleſiam deprædati fuiſtis, januas ejus infringentes, ſerica, argentea,*



PAGIUS *cepto mihi commiſſa eſt, & ſpero quod multa mihi retributio per gratiam Dei in ejus cuſtodia excreſcat, quæ non in vanum ſua diſpergit, ſed indeficientem in cœlo theſaurizat theſaurum, quem tinea non demolitur, ubi fures non effodiunt, nec furantur, parata pro defenſione juſtitiæ non ſolum terrena omnia diſtribuere, ſed uſque ad ſanguinem pro veſtra confuſione & reverentia ad ſanctæ Eccleſiæ gloriam & exaltationem certare, donec tradat Dominus inimicum ſuum in manu feminæ.*

VI. *Concilium Meldenſe.*

Ad num. VI. Concilii *Meldenſis*, cujus meminit Baronius mentio eſt in Chronico Clarii, ſeu Sancti Petri Vivi Senonenſis, his verbis: *Anno MLXXXII. die XIV. Kal. Novembr. obiit VValterius Meldenſis Epiſcopus, & inſequenti ſeptimana Hugo Dienſis Epiſcopus & Roman. Eccleſiæ Legatus congregavit Concilium in eadem urbe, & ordinavit Epiſcopum in eadem urbe Rotbertum Abbatem Eccleſiæ Resbacenſis. Quod qui ſine præſentia & aſſenſu Richerii Archiepiſcopi* (Senonenſis) *& Coepiſcoporum ejus factum eſt excommunicaverunt eum.* Ad annum vel MLXXXV: *Eodem quoque anno Richerius Archiepiſcopus ordinavit VValtherium Meldenſem Epiſcopum IV. Nonas Novembris excommunicati ſupradicto Rotberto.* In Epiſcopatu Meldenſi ſucceſſive ſederunt *VValterius* ſeu Gualterius I. poſt cujus mortem præfata Synodus provincialis habita ab Hugone Dienſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato, qui teſte Chronographo, Virdunenſi hoc anno ad Archiepiſcopatum Lugdunenſem tranſlatus eſt. In ea Synodo Hugo *Rotbertum* Meldenſem Epiſcopum ordinavit, ſed ſine aſſenſu *Richerii* Archiepiſcopi Senonenſis, qui ideo *Robertum* excommunicavit, annoque MLXXXV. *Gualterium* ſeu *VValterium* hujus nominis II. Meldenſem Epiſcopum ordinavit, rurſumque Robertum excommunicavit. *Gualterius II.* Eccleſiam Meldenſem uſque ad annum MCII. adminiſtravit. Apud San-Marthanos in Epiſcopis Senonenſibus & Meldenſibus dicitur, *Hugonem* Sedis Apoſtolicæ Legatum excommunicatum fuiſſe in Concilio Meldenſi a Richerio, licet Chronicon Senonenſe, quod citant, ſeu Chronicon Sancti Petri Vivi, & Chronographus Autiſiodorenſis iiſdem verbis rem narrent, ut eam modo retulimus.

*aureaque diverſi generis, & innumera ornamenta diripientes, ac ſacris crucibus comminutis, tam ipſas, quam & duas capellas & reliquias auferentes, abſtrahentes eumdem Epiſcopum ab altari, ubi proſtratus orabat, linguam ei dexteræque articulos ad acervum tantorum ſcelerum detruncaſtis. Qua in re nullam excuſationem tentetis obtendere, quaſi de ipſius vita reproba, vel ordinatione injuſta, ſeu depoſitione irrogata. Sicut enim ſupra notavimus, nemo adhuc tale aliquid præſumpſiſſe dignoſcitur, niſi forte qui Deum non timens, & Chriſtianam reverentiam abiiciens pro nihilo duxit, manum in ſacros ordines mittere.*

VIII. *Quapropter monemus, & ex parte beati Petri præcipimus, ut tantam nequitiam veſtram recognoſcentes, aut ante Legatos noſtros Lugdunenſem Archiepiſcopum, & Abbatem Cluniacenſem ſatisfacturi veniatis &c.* Vidiſti, Lector, contumacem pſeudoepiſcopum Apoſtolicæ Sedis judicium averſantem & contemnentem, atque omnino refugientem, denique terribili Dei judicio (de quo (*a*) Pſalmographus, *Humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum*) coactum, elinguem, truncatum digitis Sedem Apoſtolicam adire, & de acceptis injuriis eam vindicem implorare? cogitur, invitus licet malus, impellente juſtitia judicem adire legitimum, & quam negaverat veritatem profiteri. Nam cum juxta Urbem ſciret reſidere pſeudopapam, eum tamen averſatus pſeudoepiſcopus legitimum Pontificem adit, quamtumlibet eum ſibi adverſantem ſemper antea paſſus eſſet.

(*a*) *Pſ. 88.*

IX. Eodem anno in Saxoniam ſubſtituitur Rodulpho defuncto Regi Hermannus. Lotharingius præſtans nobilitate & peritia militari, ſed non æque viribus jam Rodulphi obitu labefactatis, quas cum reſtituere conaretur, dum caſtrum expugnatum pervadit, molari lapide ſuper injecto per feminam, periit. Sed hæc poſtea contigerunt. Interea nova iſta terrorem Henrico nonnihil incuſſere, quamobrem ipſe timens, ne ad novum parandum bellum adverſus novum Regem revocaretur in Germaniam, doloſis artibus res componere velle cum Gregorio Papa ſimulavit, ut quem armis hactenus expugnare non potuit, inſidiis ſuperaret, ſicque liber ab Italicis periculis imminentibus adverſus novum Regem toto robore junctis exercitibus, in Germaniam ſe transferret. Sed quod iſta ſequenti anno contigerint, de his ſuo loco dicendum.

Hermannus ſubrogatur Rudolpho.

Quod autem ad res pertinet Orientales, hoc anno Alexius Imperator ſtrage ſuorum ab exercitu (ut audiſti) Northmannorum accepta prudentior redditus: peccatis ſuis eam adſcribens, quod ex donariis eccleſiarum exhauſtum ærarium replere ſtuduiſſet; ne id umquam a quovis tentaretur Imperatore, edita Conſtitutione aureo ſigillo munita ſancivit, quam dignam Annalibus, ad Principum admonitionem hic putavimus deſcribendam, quæ ſic ſe habet:

X. *Domini Alexii Comneni Græcorum Imp. de donariis & rebus ſacris Reſcriptum, ſive oratio, quam auream bullam inſcripſit.* (*b*)

*Qui corpore male affecti ſunt, medicaque*

(*b*) *Extat tom. 3. Biblioth. ſanct. & in corpore Juris Orient.*

PAGIUS VII. Ad num. IX. Marianus Scotus in Chronico hoc anno habet: *Catholici per Saxoniam conſtituti, ex conſtantia domini Apoſtoli* (legendum, Apoſtolici) *roborati, conſtituerunt ſuper ſe Regem Hermannum. Iſte Hermannus fuit Lotharingus, vir ſapiens, modeſtia, genere & fortitudine inſignis.* Chronographus Hildenſheimenſis & Continuator Lamberti ad hunc annum ſcribunt, Hermannum Regnum Germaniæ invaſiſſe, quia nempe Henriciani erant. Denique Chronographus Magdeburgenſis a Meibomio editus notat Hermannum hoc anno natali Sancti Stephani a Sigfrido Moguntiæ Archiep. Regem unctum eſſe.

*Hermannus eligitur Rex Germaniæ.*

VIII. *Robertus* Calabriæ Dux anno ſuperiori *Dyrrachium* in poteſtatem redegit, & currenti novas auxiliarium cohortes conducere paravit. E contrario Alexius Imp. qui tunc prælio victus fugatuſque fuit, *prævalente in dies metu Roberti, perditis rebus, quaſi ad ſacram anchoram Eccleſiaſticorum theſaurorum* animum convertit, inquit Anna Comnena lib. 5. *Replicati ad obtentum rei parum in vulgus plauſibilis veteres Canones, quibus in redemptionem captivorum impendi ſacras pecunias, conſlarique vaſa Templorum, fas eſſe cavebatur. Admonebant incidiſſe tempus illud. Servire enim ſervitutem miſerabilem & in exitium animæ ac periculum ſalutis præſens ſub dominis infidelibus chriſtianos per Orientem innumerabiles.* Hanc ubi tentare viam placuit, Sebaſtocrator Iſaacius in magnam Eccleſiam ſe confert, ibique indicto cœtu ſacrorum miniſtrorum, non modica eſt exceptus admiratione, Præſulum aſſeſſorum Patriarchæ. Metaxa quidem ei conſtanter obſtitit; verum pluribus cedentibus in ſenten-

*Alexius Imp. ad proſequendum bellum theſauros Eccleſiæ accipit.*

NOTÆ [1] SI vera prodit chronographus Magdeburgenſis de coronatione Hermanni die natali S. Stephani peracta, ad ſuperiorem Chriſti annum 1081. referri oportet, cum in Reliquiis Ludevvig. tom. VII. lib. 3. inter Diplomata Halberſtadienſia vulgatum ſit unum Hermanni datum *Idus Aprilis, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo octogeſimo tertio Indictione ſexta, anno autem ordinationis & regni Domini Herimanni Regis ſecundo;* Quæ ſane epocha ſicut cum coronatione peracta die Natali S. Stephani anni 1081. congruit, ita & cum eadem altero evoluto anno celebrata, non quadrat. Quare authores qui exordium Hermanni cum anno 1082. componunt annum a Natali incepiſſe oportet. MANSI



*que curatione egent, ſi modo ſe morbo laborare ſenſerint, multo facilius a medicis curantur. Qui vero morbi quo laborant, gravitatem minime perſentiſcunt; immo nec ſe ægrotare ſciunt; ii procul dubio non parum negotii, & ſibi & medicis faceſſere ſolent. Hoc ipſum quidem certe in animi quoque morbis perſpicuum eſt. Atque ex nobis, cum peccant alii, quamlibet in profundum malorum gurgitem prolapſi, in utramvis ſecuri dormimus aurem; ſcelerumque gravitati ſuccumbentes, vix ac ne vix quidem nos peccare ſentimus, quia nimirum malus ille habitus jam in naturam tranſit. Quibus autem ſalutiferi ſui luminis ſcintillam aliquam Deus indidit, quorumque intellectus non omnino mundi hujus ſublunaris cœno obſorduit, nec lateritio operi mens prorſus inſervire cogitur; ii demum a lapſu reſurgere, Deique conſortio, præter animi ſententiam exturbati ſæpius, ad eundem non ſine ſedula ſpontaneaque rerum meliorum diſquiſitione recurrere poſſunt.*

Alexii Imp. Bulla aurea de ornamentis Eccl. non auferendis.

XI. *Quæ res haud dubie nobis imperantibus uſu venit. Variæ enim multipliceſque negotiorum circumſtantiæ, dum ubique publica exhauriuntur æraria, paſſimque hoſtium incurſionibus patet aditus, tranquillum Imperii noſtri ſtatum repreſſerunt. Cum primumque adeo Imperatoriæ faſtigium majeſtatis conſcendimus, nos a tergo illa malorum myrmecia inſecuta eſt. Ex quo evenit, ut in ſummam rerum anguſtiam adducti, iiſque omnibus exuti, quæ lapſis alioqui adjumentum aliquod afferre poterant; tandem vel ſacra divinaque Dinodia contigere, iiſque noſtram ſolari inopiam ſtatuerimus. Quod certe facinus, in pleriſque ſacris diviniſque eccleſiis admiſſum eſt, nec ſacrorum denariorum pauca in publicos ceſſerunt uſus. Neque eo quidem adacti ſumus, ut quidquam moliremur, vel in Dei contumeliam, & contemptum, vel in eorum deſpectum, quæ illi pia conſecravit antiquitas (quod omen Deus ab omni animo Chriſtiani nominis amantiſſimo avertat) ſed urgente temporum neceſſitate, atque etiam conſilio noſtro, quod medio ſe operi immiſcuit, Imperatoriæ enim majeſtatis noſtræ animo viſum eſt, nulla Deum ira inde percitum iri, ubi mens male conſcia nullius criminis agentem reum coargueret. Cum autem quidquid in Imperatoriis ærariis ſupererat, exauſtum & inſumptum eſſet, nec in ullos uſus neceſſarios ea ceſſiſſent, quæ a ſanctis extorſeramus eccleſiis; tum vero conſilium omne noſtrum tot undique periculis Romam circumvallantibus, inverſum & labefactatum eſt. Quocirca pleriſque in locis hoſtium noſtrorum cornu exaltatum eſt, noſtrique adeo Imperii naviculæ naufragium imminet, niſi præpotens Dei virtus iis quibus aſſolet judiciis illam vindicet, procellamque ipſam in auram convertat.*

XII. *Itaque imperatoriæ majeſtati noſtra majore cura diſquirendum & inveſtigandum eſſe viſum eſt, quid tandem ſit illud, quod tantam Dei iram concitavit, violentumque ejus furorem in nos exacuit. Præterea cum viris divino maxime ſpiritu afflatis de re ipſa conſilium iniit. Et poſteaquam certior ab illis facta eſt, ſatis eſſe cauſæ manibus cur in nos ira divina excanduiſſet, quod profanis manibus ſacra, venerandaque ſanctarum eccleſiarum vaſa contrectaſſemus (etiam ſi nulla nos improbitas, maleve conſcia mens eo promoviſſet) quia nimirum neque res divinæ profanandæ ſunt, nec a Dei manibus repetenda, in alioſve uſus convertenda ea, quæ ſemel illi conſecrata fuerint; operæ pretium illi fore viſum eſt, & futurum mali impetum reprimere, ne ullo in poſterum tempore inter Chriſtiani no-*

PAGIUS IX. tentiam Sebaſtocratoris concluſa res eſt.

*Miſerat denuo Legatos ad Regem Alamanniæ ſub quodam Methynnæ dicto, quem Legationis eſſe Principem juſſerat. Is & literas & mandata dederat, quibus magnopere inſtigare Henricum conabatur ad rumpendas omnes moras invadendæ Longobardiæ, juxta pacta conventa inter ipſos antea tranſacta. Iret ergo quamprimum, moveretque infeſta ſigna in Roberti ditionem, quo ejus viribus ad neceſſariam rerum ſuarum defenſionem a Romano Imperio tantiſper averſis, reſpirare interim a clade Alexius poſſet, & conductis iterum auxiliaribus copiis comparare ſe ad Robertum toto Illyrico pellendum. In eo ſi Rex Alamanniæ operam commodare ipſi facillimam vellet, maximam ab ſe initurum gratiam, quam omnibus officiis & beneficiis rependere ac remunerare paratiſſimus eſſet Imperator Alexius, imprimis vero connectenda quamprimum affinitate, quam Henrici Legati Regem ipſorum cupere ſignificaverant, cujuſque ipſis ſpes facta fuerat.*

*Henricum Regem ad fœdus adverſus Robertum Ducem ſollicitat.*

X. *Dum hæc ita Imperator adverſus Robertum comparat, venit ad eundem Robertum trepidus nuncius: Regem Alemanniæ in procinctu eſſe ad invadendam Longobardiam. Ea ille re in curam verſus, poſtquam in contrarias ſententias alternavit animum aliquandiu, acri attentione diſquirens, quid in tali articulo rerum factu eſſet optimum: tandem reputans ſe Rogerio filio ditionem Italicam attribuiſſe, jam tum cum in iſtam expeditionem verſus Illyricum ſolveret, Baimundo vero alteri filio, nullam adhuc aſſignaſſe regionem, cui præeſſet ſummo jure, comitibus & lectis ex toto exercitu viris in conſilium vocatis*, Dyrrachium, & Aulonem, urbeſque ac inſulas cæteras captas & capiendas reliquit, addixit, & commendavit. Præcipue autem præ cæteris omnibus etiam atque etiam mandavit ei bellum adverſus Græcos, ſignificans ſe decertaturum cum Rege Alemanniæ, ipſumque e ſuis finibus pulſurum, ut *Rogerio* filio poſſeſſionem olim a ſe datam vindicaret & aſſereret. Tum navem conſcendit, & in oppoſitam oram Longobardicam trajecit; momentoque *Salernum* delatus, quæ urbs totius Principatus qua-

*Robertus Calabriæ Dux in Italiam redit.*

*nominis Principes irrepat, & præteritis (quoad ejus fieri poſſit) præſens afferre remedium. Quamobrem ut ſit erranti medicina confeſſio, coram Deo, & hominibus Imperatoria ſe majeſtas prolapſam fatetur, veniamque delictis quæ temere admiſit, ex intimis animi adytis poſtulat; ſeque omnia quæ ſui ſunt Imperii divino numini mancipaturum, eaque viribus Imperatoriis denuo reſtituturum pollicetur, quæ in hodiernum uſque diem ab Eccleſiis Deo ſacris ablata in publicoſque uſus male reverſa ſunt, ſi modo quæ orbem univerſum exagitat, procella deſævierit, Imperioque ſtatus melior reſtitutus fuerit.*

XIII. *Hæc enim perſolvenda nihilo ſecius quam privatum aliquod debitum in ſe recipit; nec ſe ſanctis obæratum Eccleſiis inficiatur. Quare in poſterum tum ſibi, tum poſt ſe futuris Chriſtiani dogmatis Principibus AUREA hæc BULLA legem non minus obſervandam imponit, quam ſi a Deo ipſo dictaretur; NE QUIS POSTHAC SACRA TEMERE CONTRECTET, etiam ſi vel Cadmea neceſſitas urgeat; ne manus impuras ſacris rebus iniiciat, ne profana ex divinis Dinodia fiant, dum in publicos uſus circumferuntur. Cumque inter Deum & homines ſit interſtitii loco poſitum, quod nullus, ſi modo pius fuerit, tranſgredietur; homines quidem, rebus noſtris utemur, & fruemur: Deo autem ſarta tecta manebunt, quæcumque illi conſecrata fuerint, nec illa manibus vel audaciſſimis contingent. Quod ſi quis, Domine Deus, in poſterum manus ſacris & divinis Dinodiis utenſilibus, & vaſis, quæ ſacris olim & venerandis Eccleſiis tuis dicata, vel in poſterum dicanda fuerint, iniicere audeat; is nec lumine in die viſitationis tuæ fruatur; ne ſol illi matutinus illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſthic divina protectione gaudeat; ſed ubique deſpectus a te, deſertuſque jaceat. Tantum propitius eſto nunc, o Rex, hæreditati tuæ. Siſte juſtam illam iram, qua in nos exarſiſti, quin parce nobis, qui cum peccaverimus antea, nunc tandem ad te convertimur. Quoniam omnia peccata noſtra cum miſericordiæ tuæ abyſſo collata, & velut ad perpendiculum examinata, ſic ſe habent tamquam aquæ hæmina, cum toto mari conferatur.*

XIV. *Ut ergo coram te, Domine, multitudinem peccatorum meorum confiteor; ita tuum quoque maxime ſalutiferum auxilium imploro, ex intimiſque animi penetralibus, a ſacris in poſterum pertractandis deſiſtens, etiam ſi extrema me neceſſitas eo impellat, & debitorem eorum, quæ antea inde ablata fuerunt, me ingenue profiteor.*

*In hujus enim rei confirmationem univerſis Eccleſiis tuis ſanctis hanc aurea bulla obſignatam orationem, tamquam tutum aliquod antidotum appendi: ut quicumque poſthac ſacrorum Dinodiorum quodpiam contrectare auſus fuerit, impii ſacrilegii nomine apud te, & pios quoſque homines cenſeatur. Dat. menſe Auguſto quintæ Indictionis, quater anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo: quo quidem tempore pium quoque hoc, & Deo ſubditum Imperium nobis deſignatum eſt.* Anniverſaria nempe die. Hactenus bulla aurea aureis re vera litteris digna.

Octo-

PAGIUS quaſi Metropolis delecta fuerat, ibi per otium dilectibus habendis vacabat; dum interim Henricus Rex, *juxta ea qua Auguſto promiſerat, ſe ad invadendam Longobardiam accingebat*, inquit Anna Comnena.

XI. *Ditiones ſuas Illyrici donat Boemundo filio.* *Robertum* relicto Illyrico, in Italiam Gregorio VII. opem laturum hoc anno trajeciſſe, docent Lupus Protoſpata in Chron. Anonymus Barenſis & Malaterra lib. 3 cap. 32. Guillelmus Apulienſis lib. 4 pag. 43. Roberti ex Illyrico diſceſſum his verbis narrat:

*Robertus geminis exacto navibus anno*
*Adriacis undis loca rurſus ad Appula tranſit:*
*Is primogenito populum commiſerat omnem,*
*Cui nomen Boamundus erat, pariterque Brieno.*

*Brienus* dignitatem Conſtabularii, quæ tum ſuprema erat, a *Roberto* obtinuerat, quod indicat Anna lib. 5. eumque ſub Rogerio Duce, Boemundi fratre, in Apulia & Calabria eodem functum munere, docent veteres Chartæ annorum MXCIII. & MXCVII. ab Ughello in Epiſcopis Melphenſibus recitatæ. Prætermiſeram monere Græcos *Longobardia* nomine Italiam exprimere, ut innumeris exemplis liquet. Denique Lupus Protoſpata ad hunc Chriſti annum de Roberto Guiſcardo ſcribit: *Dux rediens ab Epidauro ſublecto ſibi Boamundo filio ſuo perrexit Romam, ferens auxilium Papa Gregorio, cum Rex* (nempe Germaniæ) *jam in partibus moraretur Lombardia, ad debellandam Mathilda provinciam, qua cum Papa tenebat Gregorio.* Ubi Lupus profectionem Romanam Roberti Ducis, quæ poſtea contigit, ut infra narrabitur, uno tenore recitat.



I. *Intruditur in ſedem Petri Guibertus antipap.* OCtogeſimustertius poſt milleſimum exurgit annus, ſexta Indictione, idemque ob Henricianam peſecutionem Eccleſiæ Romanæ turbulentiſſimus, quo (inquit Bertholdus Conſtantienſis (iterum Henricus cum multitudine ſchiſmaticorum, ſive excommunicatorum ante Pentecoſten Romam impugnaturus aggreditur, ſicque Guibertum Ravennatem perjurum, depoſitum, & anathematizatum apud ſanctum Petrum inthronizavit, non per Oſtienſem & Albanenſem, & Portuenſem Epiſcopos, qui hoc privilegium habent, ut & Papam conſecrent; ſed per Mutinenſem & Ariminenſem Epiſcopos, utpote jam multis annis depoſitos, & anathematizatos. Hæc ipſe; ſed alii inferius ponuntur ordinatores. *Capta autem fuit civitas Leoniana ab Henrico.* De his habet iſta Leo (a) Oſtienſis: *Henricus interea ſequenti anno exercitum congregat, Romam advenit, & porticum S. Petri per vim cepit, magnaque ex parte deſtruxit, Archiepiſcopumque Ravennatem Apoſtolicæ Sedis invaſorem abſque conſilio & voluntate Romanæ Eccleſiæ inſtituit.* Vidit plane inauditum hactenus tunc Roma portentum, nempe, vivente ipſo legitimo, orthodoxo, Gregorio Septimo Papa, jam a toto Chriſtiano orbe per annos undecim recepto atque culto Pontifice, ſuperinduci in Petri Cathedram ac conſecrati ſæpe ante depoſitum, & execratum ſæpius Guibertum Archiepiſcopum Ravennatem, decoro nomine Clementem Tertium nominatum, quod factum tradunt (b) undecimo Kalend. Aprilis feria ſexta ante Palmarum Dominicam, licet alii id factum dicant anno ſequenti: verum Bertholdo tunc per ſingulos annos ſingulas res geſtas ſcribenti magis deferimus.

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 49.

(b) Urſperg. Sig. & Albert.

II. Bibliothecarius autem hos tres recenſet initiatores fuiſſe monſtri hujus, nimirum Epiſcopos Bononienſem, Vicentinum & Cervienſem, de cujus execratione potius, quam conſecratione Domnizo in vita Mathildis hos habet verſus:

*In cathedraque locant hunc. Clemens*
*Falſo vocatur.*
*Hic eſt Guibertus fallax, vaſtator*
*apertus*
*Eccleſiæ Chriſti, merito quem ſignat*
*abyſſi*
*Beſtia, quam vidit Dilectus (c) in Apo-*
*calypſi.*

(c) Apoc. 11.

*Indicitur a Greg. Pap. Synodus.* At poſt hæc Henricus ad Urbem ipſam capiendam intentus, quid egerit, Bertoldus ita deſcribit: *Statim ergo juxta ſanctum Petrum quemdam monticulum, nomine Palatiolum in caſtellum erexit, eique milites multos, ut impugnarent Romanos, impoſuit, qui eum Tranſtiberinas Urbis regiones intrare nullo pacto permittebant. Multi tamen jam ex Romanis conſenſerant, partim pretio inducti, partim multis promiſſionibus ſeducti; omnes tamen æqualiter jam triennii impugnatione nimium fatigati.*

III. *Quid plura? Omnes pene Romani præter Principem Salernitanum, hoc laudaverunt, ut Papa Gregorius Synodum in medio Novembri colligeret Romæ; cujus Synodi ſtatuta de cauſa regni nec Henrico, nec Romanis, immo nulli penitus liceret*

PAGIUS SÆC. XI. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6576.

☉ 28. A. ☽ 1. P. 9. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1083.

GREGORII VII. PAPÆ II.

HENRICI IV. REG. 28.

ALEXII COMNENI IMP. 3.

Anno Eræ Hiſpan. MCXXI. Anno Hegiræ CCCCLXXVI. inchoato die 21. Maii fer. 1.

AN. C. 1083. I. *Henricus Rex tertio Romam obſidet.* AD num. I. & ſeqq. Narrat Baronius geſta hoc anno in obſidione Romana, ex Leone Oſtienſi lib. 3. cap. 45. Urſpergenſi, & Bertoldo in Chron. quibus addenda quæ in Actis Pontificalibus a Centio Camerario in lib. MS. Cenſuali de ea habentur. Ibi cap. 3. relatis quæ primo & ſecundo obſidionis anno accidere, legitur: *Sic tertio quoque anno idem Rex ad obſidendam Romam reverſus: ſed quia ſe ipſum excommunicatum a Cluniacenſi Abbate* (nempe Sancto Hugone,) *atque aliis religioſis Deum timentibus pro certo haberi cognovit, ut eorum ſimplicitatem melius circumvenire poſſet, ad callida ſe argumenta convertit. Poſt captionem itaque Oſtienſis Epiſcopi & aliorum multorum, quos præcepit abſolutos dimitti; univerſis Romam viſitare valentibus firmam ſecuritatem dedit, quam, juramento publice confirmavit; & ut popularem favorem omnino conſequeretur & gratiam, in publico dixit, quod a Domino Gregorio Papa Imperialis coronæ dignitatem vellet accipere. Quod poſtquam populus Romanus cum religioſis viris audivit, non mediocriter lætati ſunt omnes, & ad veſtigia Pontificis lachrymabiliter accedentes ipſum cum magna inſtantia exoraverunt, ut patriæ jam fere perditæ miſereretur, & paterna clementia condoleret. Pontifex autem qui pro juſtitia & Eccleſiaſtica libertate tuenda, ſi rationabilis cauſa exigeret, mortem ſubire paratiſſimus exiſtebat, conſtanter in hunc modum reſpondit: Ego verſutias & calliditates Regis frequenter expertus ſum; ſed ſi vult in iis, in quibus manifeſte peccavit, Deo & Eccleſiæ ſatisfacere, ipſum libenter abſolvam, & Imperialem ſibi coronam cum benedictione imponam; alioquin nec*

de-

teret prævaricari. Henricus quoque ituris ad illam Synodum & redituris ſecuritatem jurejurando fecit. Unde, & Papa omnes religioſos Epiſcopos & Abbates ad Synodum litteris ſuis vocavit. Quæ autem uſque ad Synodi tempus fieri contigerint, ita pergit ſcribere: Reverſo ergo Henrico Longobardiam, milites ejus, quos in caſtello prope ſanctum Petrum dimiſit, repentina mors pene omnes invaſit: inter quos, & Uldaricus Goſcezeheim abſque Eccleſiaſtica communione (heu miſer) interiit, auctor hujus ſchiſmatis & incenſor conſpirationis. Ex quadringentis autem militibus, qui in illo caſtello pro cuſtodia dimiſſi ſunt, vix triginta gladium ſancti Petri, ut ajunt, conceſſa vita evaſerunt: ipſum autem caſtellum a Romanis penitus ſolo adæquatum eſt.

IV. Quid Henric. in epiſc. ad Synodum venientes.

Henricus ergo, Ravennate ſuo interim Ravennam tranſmiſſo, ad prædictam Synodum profectus eſt, quo & Legati Teutonicorum Principum ire debuerant, ſed ab Henrico in via apud forum Caſſii capti, & ſedati ſunt circa feſtum ſancti Martini, licet omnibus Synodum illam petentibus ſecuritatem juramento promiſerit. Unde & Romani contra Henricum murmurare cæperunt. Erant autem religioſiſſimi monachi & clerici, quos in captivitate fecit cruciari: cum quibus & Ottonem venerandum Oſtienſem Epiſcopum captivatum, videlicet ad ipſum ab Apoſtolica Sede tranſmiſſum. Multi tamen ex Francigenis ad illam Synodum tam Epiſcopi, quam Abbates pervenerunt. Meliores autem Epiſcopi, & domino Apoſtolico magis neceſſarii, ideſt Hugo Lugdunenſis. Anſelmus Lucenſis, Reginaldus Comanus ſpecialiter ab Henrico ad Synodum pervenire prohibiti ſunt. Dominus tamen Papa Synodum tribus diebus ſolemniter celebravit: & ne Henricum iterum ſpecialiter anathematizaret, vix a Synodo exoratus; omnes tamen excommunicavit, quicumque aliquem ad S. Petrum & Papam venientem impedirent quoquo modo. Porro quæ hujus Synodi extant monimenta ad finem epiſtolarum ejuſdem Gregorii Papæ hic deſcribamus. Sic ſe habent:

V. Acta Synodi Romanæ.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo octuageſimoquarto, Pontificatus vero domini Gregorii Papæ Septimi anno undecimo, xii. Kalen. Decem. præſidente eodem Apoſtolico, celebrata eſt tribus diebus in Lateranenſi Baſilica Synodus, in qua fuerunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates Campani, & de Principatibus atque Apulia, pauci quoque Gallicani. Nam primos Henrici tyranni perfidia iter retro vertere compulit, qui Oſtienſem Epiſcopum de Apoſtolica legatione redeuntem, contra fas, & juramenti fidem capi juſſit, ſive permiſit. Pergit dicere de aliis Synodis, quæ ante hanc ſuperioribus annis, per eundem Henricum, ne agitarentur, fuerant impeditæ. Tres autem, inquit, Synodos Quadrageſimales ejuſdem Henrici perſecutio impedivit; qui ſemel B. Paulum, bis B. Petrum aggreſſus, demum poſt multum fuſi ſanguinis, non tam ſuorum fortitudine, quam negligentia civium porticu muros ſurripuit. Romanum ſiquidem vulgus, pars videlicet copioſior civitatis, bienni bello fatigatum acri inedia laborabat, cum nec ipſis ad vicina oppida, vel caſtra exire liceret, nec illi jurati Henrici in Urbem vellent negotiatum venire. Multi vero fame adacti Urbem reliquerant; proinde cæteri bello remiſſius attenti, rem ex animo minus gerebant, & a cuſtodiis, prout cuique licebat, ſine timore negligen-

PAGIUS debeo, nec poſſum, vos in hac parte nullatenus exaudire. Quod verbum cum Rex remordente conſcientia denegaret facere, & populus Pontifici per plures dies vehementer inſtaret, ut abſque ſatisfactione Regem ſuſciperet, & Pontifex ad eorum cæcas preces omnino permaneret immobilis; Rex paulatim cæpit popularem favorem pecunia & terrore ſibi acquirere. His addit Lupus Protoſpata ad annum MLXXXIII. menſe Junio relicto ibidem præſidio ac filio, cum XL. obſidibus Regem Roma receſſiſſe in Partes Tuſciæ. [1]

II. Baronius num. I. ſcribit, Guibertum Ravennatem hoc anno apud Sanctum Petrum fuiſſe inthronizatum, & Clementem III. nominatum; quam in rem laudat Bertholdum in Chron. ac Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 49. Verum Bertoldus non raro in Chronologiam peccat; cumque in laudatis Actis a Centio Camerario ſcriptis, in lib. 3. Leonis Oſtienſis a Baronio citato, & in Chronicis Urſpergenſis ac Sigeberti, Guiberti inthronizatio in ſequentem annum conferatur, certum eſſe debet, id eo anno contigiſſe, quod & ſtatim demonſtrabo. Leo vero Oſtienſis geſta utroque anno ſummarie refert, indeque narrata obſidione Urbis hoc anno facta, alterius poſtea non meminit, quas tamen alii diſerte diſtinguunt, utpote factas diverſis annis. Adhæc Urſpergenſis tempora notat. Ait enim primo, Henricum caſtra poſuiſſe ad Occidentalem partem caſtelli ſancti Petri quod Leo Oſtienſis ac Bertoldus etiam habent. Tum addit: Capta eſt urbs IV. Non. Junii, feria ſexta ante Octavam Pentecoſtes, hoc

Guibertus anno tantum ſequenti inthronizatus.

NOTÆ [1] DE tertia hac in Romanos expeditione loquens Benzo lib. 6. in hæc verba Henricum ab Urbe excluſum loquentem inducit: Sicut avus atque pater (meus) quæſierunt S. Petrum in Sacratis ædibus ita eſt mea voluntas. Addit Roma abeuntem illum male affeciſſe Mathildam, cum qua dein pacem compoſuiſſe, conciliante Adelaida, quam ſororem fuiſſe Henrici ſuſpicor & ſanctimonialem, natam facile Henrico II. ex Gunnilda uxore. MANSI



tius aberant. Hæc ſuper Henrici tyrannide, quia ſe occaſio præbuit, perſtrinxiſſe ſufficiat. Cæterum Dominus Apoſtolicus in eadem Synodo de fidei forma & Chriſtianæ religionis converſatione, ſed & de robore, animique conſtantia ad præſentem preſſuram neceſſaria, ore non humano, ſed angelico patenter diſſerens, die tertia totum ferme conventum in gemitus, & lacrimas compulit. Sicque Concilium Apoſtolica benedictione lætificatum in pace dimiſit. Hactenus ibi de Synodo, ex preſſuris, quibus opera Henrici populus Romanus eſt afflictatus. Reliquas autem res geſtas anni hujus Gregorii Papæ, atque Henrici Bertholdus ſic abſolvit:

VI. De corona danda Henric. altercatio.

Sed jam, inquit, advenit terminus, ad quem Romani, neſciente Papa, hoc Henrico ſe effecturos juraverant, ut aut Gregorius Papa eum incoronaret, aut alius, quem ipſi illo, Gregorio ſcilicet, expulſo, eligerent. Quod juramentum licet in præterita æſtate factum fuerit, omnes tamen intimos Papæ uſque ad terminum pene latuit. Adveniente ergo termino, Romani Papæ de juramento manifeſtaverunt, dicentes ſe hoc juraſſe, non ut Papa ſolemniter regali unctione incoronaret, ſed tantum ſimpliciter, ut ei coronam daret. At quid tunc Gregorius? Sic annuit, ut tamen juſtitiæ conſuleretur. Pergit enim: Annuit ergo Papa eorum votis, ut eos a juramento abſolveret, videlicet Henrico, ſi vellet cum juſtitia: ſin autem, cum maledictione coronam daret. Unde Romani mandaverunt, ut veniret ad accipiendam coronam cum juſtitia, ſi vellet: ſin autem, de caſtello ſancti Angeli per virgam ſibi demiſſam a Papa reciperet. Sed Henrico utrumque recuſante, alium Legatum illi direxere, qui eos bello defenderet, ſi neceſſe eſſet. Se bene attendiſſe quid juraverint, nec ſe amplius eo juramento detineri obnoxios. Igitur domino Papæ multo firmius quam pridem conſilio, & auxilio adhæſere. Henricus autem multo inſtantius pro eis ſuæ parti applicandis, nunc minando, nunc promittendo laboravit; multumque tempus circa Romam moratus, huic negotio invigilavit. Et inferius:

VII. Dira perſecutio in eccleſ.

Sed jam ſeptennio totum Romanum Imperium civili bello, nimio ſchiſmatis diſſidio laboravit, aliis quidem domino Apoſtolico, aliis autem Henrico faventibus, & ob hoc utrimque totum regnum præda, ferro, & igne miſerabiliter devaſtantibus; pauciſſimi Catholici Epiſcopi ex parte Apoſtolici remanſerunt, qui a propriis ſedibus expulſi ſuis gregibus providere non permittebantur. Quapropter omnes pene religioſi, ſive clerici, ſive laici in aliqua monaſteriorum latibula fugientes hujuſmodi mala declinaverunt, ne videlicet devaſtationem ſanctæ Eccleſiæ cernerent, cui in nullo adminiculari poſſent: ſatius enim illis videbatur, ut ſal-



PAGIUS hoc ſcilicet anno. Ad annum vero MLXXXIV. ait, Henricum ad portam Lateranenſem caſtra poſuiſſe, ſubditque, eum Vvibertum Romanis Apoſtolicum præfeciſſe XI. Kal. April. feria VI. ante diem Palmarum, qui characteres in annum ſequentem competunt, additque ſequenti Dominica inthronizatum fuiſſe.

III. In Actis publicis modo ſe Clementem, modo ſe Vvibertum dixit.

Rubeus lib. V. Hiſt. Ravennenſis pag. 309. & ſeqq. refert exordium litterarum ab iſto Antipapa datarum, quod tale eſt: Anno dominicæ Incarnat. MLXXXIV. regnante vero Henrico filio quond. Henrici Imp. anno XXVIII. die XXVI, menſis Januarii, indict. VII. in Capitulo ſancti Apollinaris in Claſſe: domino ſancto & meritis beatiſſimo, atque Apoſtolico Patri Patrum domino VViberto, ſanctæ catholicæ Ravennatis eccleſiæ Archiepiſcopo. Addit Rubeus, alias extare tabulas XI. Kal. Febr. ſcriptas atque alias quæ exaratæ dicuntur anno MLXXXIV. Guiberto Archipræſule Papa Electo anno III. Henrico, Henrici filio in Italia regnante, anno tertio (annus ille mendoſe deſcriptus) XVI. Kalend. April. Indict. VII. Cum vero Guibertus anno MLXXX. pſeudo-Pontifex electus fuerit, loco, Papa electo anno III legendum, Papa electo anno IV. qui error facile a Librariis committitur. VVibertus anno MLXXXVI. Ravennæ Conventum aliquot Cardinalium & Epiſcoporum habuit, & Ravennenſis Eccleſiæ bona confirmavit Diplomate a Rubeo recitato; cujus initium: Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c. His unis literis, inquit Rubeus, „ Pontificio ſolio vacante ſcriptis Wibertum „ ſe Clementem appellaſſe novi; reliquis deinde omnibus, quas viderim, ſe perpetuo „ VVibertum Archiepiſcopum vocavit. Quodque „ majori notatione atque animadverſione dignum eſt, in quibus tabulis ipſe ſe VVibertum nominat, eas factas eſſe tempore „ Clementis Papæ dicit, ut duo, iidemque „ omnino inter ſe diverſi videri poſſint Vvibertus Archiep. & Clemens Pſeudo-Pontif. „ Cumque hoc tempore Pontifices Max. Summi „ Pont. & Univerſales Papæ, & quidem jure, ſcribantur, hunc unico Papæ vocabulo, nullo præterea adjecto titulo ubique exaratum legi: id puto factum, quod populi, „ Ravennatis præſertim provinciæ, in qua ipſe plurimum morabatur, illum nequaquam „ verum Pontificem ducerent, quanquam metu impulſi, de illo in tabulis mentionem „ Scribæ facerent. Illa autem eo modo ſcribebat ipſe, quod ejus adhuc fluctuaret animus, neque ſe palam Pontificem Max. jactare, conſcientia deterritus auderet. Hinc „ ſe modo Clementem, idque, uti docui, ſemel tantum, cum eſſet in Epiſcoporum Conventu, & Pontificia vacaret Sedes, modo „ VVibertum Archiep. idque perpetuo affirmabat. Nam & Deſiderio Abbati Caſſinati, „ ab eo quærenti, cur Pontificatum ita arripuiſſet, & Henricum Imper. conſecraſſet, „ Leo Oſtienſis Epiſcop. in Caſſinati Chron. „ & Trithemius in Hirſaug. auctores ſunt, „ ſe illud, poſtulantibus Romanis, hoc plane „ coactum, invitumque feciſſe, reſpondere ſolitum. Ita Vir doctiſſimus.

Antipapam vero utrumque nomine uſurpaſſe, IV

*ſaltem ſe ipſos deliteſcendo ſalvarent, quam pro aliis incaſſum laborando, cum eiſdem perirent.* Hæc Bertholdus.

VIII. Inter hæc autem cum in obſidione Urbis perſeveraret Henricus, quem ſciebat erga Gregorium Papam propenſiorem, vocavit ad ſe Deſiderium Caſſinenſem Abbatem eumdemque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem. Quæ autem cum ipſo tranſegerit, idem Leo Oſtienſis (a) enarrat ☞. Sed prius de rebus geſtis adverſus Northmannos habet iſta ☜. *Hoc audito omnes fere iſtarum partium omines adverſus Northmannos uno animo, una voluntate conſpirant, ut cum Imperator Romam tranſiret,* venturus Campaniam verſus, *omnes in illos unanimiter inſurgerent.* Quod enim violentum admodum dominium Northmannorum eſſe conſuevifſet, quodque abeſſet illorum Dux Robertus, qui una cum filio in Orientali (ut vidimus) expeditione detinerentur occupatus, ſpem conceperant indigenæ, ut Henrici Regis auxilio Northmannos ab occupatis per vim locis expellerent. Sed quid ad hæc ipſi, ſic Leo declarat his verbis:

(a) Chron. Caſſ. l. 3. c. 49.

IX. Northmanni timent Henricum Reg. & pacem rogant.

*Hoc illi explorato, perterriti conſilium invicem ineunt, ut cum Imperatore, Henrico Rege videlicet, fœdus quoquo pacto componant; ne ſi Roma ille potiretur, adjunctis illi Romanis, & omnibus per circuitum gentibus, ipſi ſedibus ſuis pellerentur. Quod ubi inter eos firmatum eſt, Legatis jam ad Imperatorem ab ſe profectis, atque reverſis; Deſiderium tandem advocant patrem, eique (quia multum illi confidebant) conſilia ſua patefacientes orant, ut ſecum ad Imperatorem pergat. Licet autem ob ſecuritatem ſuam una cum Imperat. componerent fœdus: eo tamen etiam animo pergebant, ut pacem inter Imperatorem Pontificemque tractarent. Hoc ubi Gregorio Papæ nuntiatum eſt, Imperatorem cum ſuis fautoribus ab Eccleſiæ communione ſeparavit. Northmanni his cognitis, cum antea Pontificem ſincere, ac fideliter dilexiſſent & corpore, & animo tunc alienati ſunt.*

X. Henricus vocat ad ſe Deſiderium

*Interea Imperator per Marſorum Comites epiſtolam ad patrem Deſiderium ſcripſit, ut ad ſe pergeret, mandans. Ad eam vero epiſtolam ille nihil omnino reſpondit. Scripſit illi & alteram plenam minarum, commotus, cur nec ſe adierit, nec litteris ſuis reſponſa dederit, mandans ei, ut Farfæ ſibi maturaret occurrere, alioquin obfuturam ſibi graviter tarditatem ſuam. Ad hæc reſcripſit Deſiderius, pro ſalutatione, debitum fidelitatis obſequium in fronte epiſtolæ ſcribens. Et cum in eis litteris multas allegaret rationes, quod Northmannorum cauſa illum adire non poſſet, ſed ſi de pace cum Romano Pontifice tractandum eſſet, locum inveniret illum adeundi, aſſerens ut illum ad pacem animaret, neque regnum, neque ſacerdotium in tanto deſidio incolume poſſe conſiſtere: Imperator iratus, multaque adverſus Deſiderium indignatione commotus, Nuntiis ſuis, quos ad principem Capuæ miſit, omnino interdixit, ne Deſiderio colloquerentur; mandavitque Principi, ut illum pro viribus læderet, niſi ſponte ſua adiiſſet Imperatorem.*

XI. *Hæc ubi Deſiderius pater agnovit, Romano Pontifici cuncta literis ſuis ſignificavit, & quid ſibi eſſet agendum, ut moueret, oravit. Rurſus Imperator De-* ſide-

PAGIUS

*Annos ſuos a ſequenti deduxiſſe demonſtratur.*

ſe, variæ tabulæ Ravennenſes demonſtrant. In unis legitur: *Anno Incarnat. Dominicæ MLXXXVI. anno III. Deo propitio Pontificatus domni Clementis Papæ: imperante Henrico fil. quond. Henrici Imp. anno III. die XV. menſis Maii indict. IX. Ravennæ. VVibertus ſervus ſervorum Dei, divina gratia Archiepiſcopus. Gratia venerabili Abbatiſſæ,* &c. Aliarum tabularum initium hoc eſt: *Anno dominicæ Incarnat. MLXXXVIII. temporibus domni Clementis Papæ, ſedis, ejus anno V. ſicque imperante domno Henrico fil. quondam Henrici Imperator. anno V. die quinto menſis April. indict. XI. Ravennæ. Domino ſancto, & meritis beatiſſimo, atque Apoſtolico Patri Patrum domno VViberto, ſanctæ catholicæ Ravennatis Eccleſiæ Archiepiſcopo.* In aliis tabulis menſe Junio ſcriptis ſe eas confeciſſe dicit Wibertus Archiepiſcopus, *tempore domni Clementis Papæ, & Henrici Imp. anno XV. indict. VI. Ravennæ,* anno ſcilicet Chriſti MXCVIII. Ex tribus his literis manifeſte apparet, Bertoldum, licet Auctorem coævum, in anno Ordinationis *Guiberti* Antipapæ hallucinatum eſſe, ſicuti & Papebrocium in Conatu Chronico. Hiſt. qui eam hoc anno factam ſupponens, tantum de die dubius eſt, an nempe die XXVI. Maii, vel die XXXI. Martii currentis anni ea peracta fuerit. Verum dies illius Ordinationis non minus certus ex dictis, quam annus.

V. *Concilium Romanum IX.*

Baronius num. V. & ſeq. recitat Acta Synodi Romanæ IX. ſub. Gregorio VII. cujus initium: *Anno ab Incarnat. domini MLXXXIV. Pontificatus vero domini Gregorii Papæ VII. anno undecimo, XII. Kalendas Decemb.* Idem legitur Tom. IX. Concil. pag. 401. Verum loco, *anno ab Incarnat. Domini MLXXXIV.* legendum, *anno ab Incarnat. Domini MLXXXIII.* ut annus XI. Pontificatus Gregorii hoc anno inchoatus certo demonſtrat. Præterquam quod anno MLXXXIV. menſe Novembri Gregorius VII. Romæ non erat. In ea Synodo Pontifex queſtus eſt de Henrico Rege, qui Oſtienſem Epiſcopum, Caſtilioneum nempe, in Pontificatu Urbanum II. appellatum, *capi juſſit, ſive permiſit.*

VI. *Geſta in Illyrico ab Alexio Imp. & Boemundo Duce.*

*Robertus* Calabriæ Dux toto hoc anno in Italia fuit, non vero in Illyrico, ut perperam Baronius num. VIII. habet. Neque hoc in dubium revocari poteſt, poſt ea quæ anno ſuperiori in medium attulimus. Boemundus vero ejus filius ab eo in Illyrico relictus, *ferox juvenis, non magis patris mandatis, quam proprio impetu in occaſionem conſerendi cum* Im-



*ſiderio ſcripſit, ut ſe omnimodis in Paſcha adiret, & cum eo ipſam feſtivitatem celebraret; ſcripſit & monachis ſeorſum litteras ea ipſa de re. Sed ille adhuc ire differebat.*

Deſiderius abbas proficiſcitur ad Henric.

*Poſtquam vero Princeps Capuanus, ac Northmanni omnes ad Imperatorem proficiſci inſtituerunt, & Princeps Deſiderium ſecum ire hortatus eſt: Abbas convocatis Fratribus dixit ad eos: Anguſtiæ mihi ſunt undique: Niſi enim ad Imperatorem iero, periculum imminet, & monaſterii everſio. Si autem iero, & ejus voluntati paruero, incurram animæ periculum. Porro ſi pergens illius voluntati non obtemperavero, imminet periculum corporis mei ſimulque timeo, ne iratus Imperator ita monaſterium iſtud, quod ſub tutela ſua eſt, ſicut & totum Principatum Northmannis permittat. Pergam tamen ad eum, tradens me morti ac periculo: neque enim faciam animam meam pretioſiorem, quam ſanctiſſimum patrem Benedictum. Nam pro veſtra ſalute animarum & corporum, locique iſtius incolumitate (ſi aliter fieri non poteſt) opto a Chriſto anathema eſſe. Si enim millies occidant, nullus me ſeparabit a dilectione loci hujus.*

XII. *Non modo enim Imperatori, qui Chriſtianus eſt, verum ne tyranno quidem cuilibet gentili occurrere (ſi ita opus ſit) recuſabo, dummodo hoc monaſterium valeam ab ejus barbarie ulla ratione liberare. Nam & Leo Papa, ut Romanam Urbem a vaſtitate & incendio eriperet, Genſerico Arriano Regi occurrit; & Sabinus Canuſinus Epiſcopus Totilam Arrianum ad convivium æque invitavit, & de manu ejus accepto calice bibit, & Benedictus pater Gallam itidem hominem Arrianæ perfidiæ etiam in oratione ſuſcepit, ut eum ab afflictione ruſtici coerceret. His dictis, patri Benedicto ſe commendans, iter arripuit. Ita tamen, Deo protegente, caute ſe egit, ut in toto illo itinere, & omni mora, quam ibi habuit, cum multi Epiſcopi & honorati viri, amici etiam ſui quamplurimi, & Imperatoris Cancellarius ſibi occurriſſent, neminem ſit oſculatus, cum nullo eorum oraverit, comederit, vel biberit.*

XIII. Congreſſus Deſiderii cum Henrico Rege.

*Poſtquam vero Albanum pervenit, neque ipſe per ſe Imperatorem adiit, neque ad illum aliquem miſit, ſed per totam illam hebdomadam minæ ab Imperatore intendebantur. Mandabat enim, ut ſibi fidem juraret, homoque ipſius fieret, ac monaſterium ex manu ſua ſuſciperet. Quæ videlicet omnia Deſiderius conſtanti animo & forti contemnebat, dicens, ſe non modo monaſterii cauſa, ſed ne pro mundo quidem toto id facturum. Cumque ipſius rigidum animam Imperator & inflexibile propoſitum cerneret, iratus valde eſt, præcepitque Principi Capuano, ut acceptis ſecum Nuntiis, ad monaſterium pergeret, eiſque ipſum ille aſſignaret. Sed cum Princeps multa illa bona ſæpe de Deſiderio locutus eſſet; eo tamdem ad illum perducto, ita mutatus eſt, ut ipſe coram Principe, amicum illum appellaverit; oraveritque ut de acquirenda Imperii corona, ipſe ſibi fautor exiſteret. Et quia ſuperioribus collata Deſiderius levia exiſtimabat, facturum ſe pro viribus, Principe aſtante, promiſit. Et cum exigeret, ut virgam Abbatiæ de manu ſua ſuſciperet, renuit, dicens: Quando ille coronam Imperii collatam cerneret, tunc ſi placeret, Abbatiam ab eo percepturum, vel etiam ſi ita viſum eſſet, dimiſſurum.* Hæc quidem eo ſenſu Deſiderius, quod certo ſciret, numquam fore, ut a Gre- go-



PAGIUS

*Imperatore* (nempe Alexio) *prælii totus imminebat. Ergo aſſumtis ſecum tum ſuis copiis, tum Romanis transfugis, qui deſperata Imperatoris fortuna victorem ſecuti, non plebeii ſolum; ſed viri etiam inſignes magno numero ad Baimundum acceſſerant: quibus adjungendi Præfecti urbium ac regionum, quæ nuper ditioni Roberti ſubjectæ fuerant; cum his omnibus per Bagenetiam profectus Joannina tenuit, occupavit & muniit,* inquit Anna Comnena lib. 5. pag. 133. *Joannina* Ætoliæ oppidum, olim *Caſſiope* dictum. *His Imperator auditis, confeſtim ſumma diligentia collectis copiis Conſtantinopoli erumpit menſe Maio,* currentis ſcilicet anni. Subdit Anna, Alexium bis acie victum, fugatumque fuiſſe a Boemundo, *inſidiis ejus evitatis.* Poſtea tamen *Alexius* Turcorum auxilia imploravit; & cum Boemundus *Lariſſam* obſidione cinxiſſet, auxilio Lariſſenſibus venit, & aſtra Normannorum cepit, multis necatis, qui illic reperti ſunt, & præda omni ac ſpoliis potitus eſt, ut fuſe ibi Anna, quæ ſequentis libri initio *Caſtoriam* ab Alexio expugnatam refert, quod Zonaras ſub menſem Novembris indict. VII. anno ſcilicet currenti, contigiſſe aſſerit.

VII. *Annus natalis Annæ Comnenæ.*

*Cæterum Imperator,* ait Anna lib. 6. pag. 166. *cum ejecto Caſtoria Comite Bryenio, Latinis, quos in partes ſuas traxerat, comitantibus, victor trophæis poſitis in Urbem Regiam inveheretur Kalendis Decembris indictione ſeptima, Auguſtam ſuam conjugem in ea Palatii parte diverſantem reperit, quæ olim puerperiis Auguſtarum eſt dicata (ædes iſta antiqua appellatione* Porphyra *ſive* Purpura *vocantur: unde Porphyrogenitorum nomen orbe toto Romano celebre profluit). Ibi circa diluculum die ſabbati nata ipſis puella eſt, haud dubiis lineamentis patrem referens, ut notarunt jam tum, prædicaruntque qui viderunt. Illa ego fui.* Hæc Anna Comnena de ſe ipſa, cujus Hiſtoria, quæ Baronii tempore non extabat, nobis magno ſubſidio eſt.

VIII. Jam Anna lib. 5. pag. 143. & ſeqq. dixerat, Alexium patrem Conſtantinopoli offendiſſe Eccleſiam factionibus *Itali* cujuſdam novam hæreſim ſpargentis perturbatam, *fuit is,* inquit, *ut nomine, ſic & origine Italus:* diu tamen com-

gorio coronam eſſet percepturus Henricus Imperii, niſi abdicatis erroribus, ſchiſmateque dimiſſo plene eidem Gregorio Pontifici ſatisfacturus eſſet, ut ex iis, quæ inferius dicentur, apparet, cum de conditionibus pacis agetur, quas idem Pontifex eidem Henrico præſcripſit, ſi Eccleſiæ pacem cuperet, & beneficia conſequi ab eo ſperaret. Pergit autem Leo Oſtienſis:

XIV. *Poſt hæc Imperator accepta a Principe Capuæ magna pecunia, per præceptum aurea bulla roboratum, confirmavit ei Capuani Principatus omnes pertinentias, reſervato ſibi & Imperio monaſterio Caſſinenſi cum rebus omnibus, ac pertinentiis ſuis. Interim quam diu illic permanſit Deſiderius ſæpe diebus ſingulis cum Epiſcopis, qui cum Imperatore aderant, de Apoſtolicis Sedis dignitate contendit, præcipuequæ cum *Oſtienſi Epiſcopo, qui *etiam Gregorio Papæ favere videbatur. Cumque ille privilegium Nicolai Papæ, quod cum Hildebrando Archidiacono & Epiſcopis centum viginti quinque fecerat, proferret, quo ſtatutum fuerat, ut nunquam in Romana Eccleſia ſine Imperatoris nutu Pontifex fieret; quod ſi contingeret fieri, ſciret, hujuſmodi non pro Papa habendum, ſed anathematizandum: Deſiderius hujuſmodi rationibus occurrit, dicens: Neque Papam, neque Archidiaconum, neque Epiſcopum aliquem ſeu Cardinalem, vel quemlibet omnino hominem licite facere id potuiſſe: Sedes enim (inquit) Apoſtolica domina eſt noſtra, non ancilla, nec alicui ſubdita, ſed omnibus prælata, & ideo nulla omnino ratione ſub jugum a quoquam mitti poteſt. Quod a Nicolao Papa factum eſſe injuſte profecto ac temere præſumptum eſt.*

* Aſtenſi
* nec

Nullius Pontif. decreto labefactari poſſe privilegia Apoſt. ſedis.

XV. *Non tamen cujuſque ſtultitia, vel temeritate amittit Eccleſia dignitatem ſuam, neque vos id ſentire ulla ratione debetis: neque favente Deo, ultra continget, ut ex Alemanni Regis nutu Papa Romanus ordinetur. Ad hæc cum iratus Epiſcopus indignationem illi Regis & omnium ultra montes habitantium, ſi iſta perſentirent, minaretur: Deſiderius conſueta conſtantia, neque Regem, neque totum ſimul orbem, ſi in unum conveniret, ſe ab hac depellere poſſe ſententia, aſſeveravit. Poteſt quidem (inquit) Imperator ad tempus (ſi tamen id permittat Deus) vim libertati Eccleſiaſticæ inferre; noſtrum tamen ad hoc numquam poterit inclinare conſenſum. His autem & hujuſmodi pluribus quotidie cum eis contendebat, juſtiſque eos convincebat rationibus.* At de Nicolai Secundi decreto conſule, quæ ſuo loco ſuperius dicta ſunt. Pergit Leo:

XVI. *Cum Archiepiſcopo quoque Ravennate* Antipapa Guiberto *ea de re ſæpe contendit, & prædictum privilegium confutavit, arguens, cur ſe de Papatu præſumpſiſſet intromittere; idque ſeverius. Verum cum multis illo rationibus ſatisfacere vellet, nec valeret, invitum ſe tandem id feciſſe, reſpondit: nam ſi facere id renuiſſet, jus ſuum profecto ab Imperatore adimendum aſſerebat. Deſiderius autem accepto ab Imperatore præcepto,* privilegio pro monaſterio ſcilicet, *aurea bulla munito de poſſeſſione totius monaſterii,*

Deſid. quid cum antipapa.

PAGIUS commoratus in Sicilia, qui *Conſtantinopolim venit, in urbem eruditionis & artis ratiocinandi nequaquam tuam egenam. Quanquam enim inde uſque a principatu Baſilii Porphyrogeniti, ad imperium Monomachi, melioris doctrinæ ſtudium a pleriſque neglectum jacuerat; non tamen ut extinctum, planeque ſepultum eſſet. Extitit ergo atque emerſit illuſtrius excitatum ingeniis excellentibus, qualium circa tempora Imperatoris Alexii magnus proventus apparuit.* Quando Italus in Urbem venit, *etiam Michaeli Pſello dedit operam illi late inclyto, homini non tam cum magiſtrorum ſapientum, quorum limina non multum triverat, quam indolis præſtantia & velocitate mentis divinitus adjuta, id videlicet impetrantibus ardentiſſimis per crebras vigilias continuatis matris ejus precibus, (in Templum Cyri ad ſanctam imaginem Dei matris, haud ſine ferventibus lachrymis fundi ſolitis) in eminentiſſimum ſapientiæ atque eruditionis omnis apicem evecto: quippe qui ad Græcorum litteras, atque artes omnes, quas perfecte norat, etiam chaldæorum diſciplinas adjunxerat, famamque meruerat doctiſſimi omnium, qui tunc eſſent.*

*Litera in Oriente a Monomacho & Alexio Impp. reſtituta.*

IX. *Italus* ſub Michaele Duca & Nicephoro Botoniate Impp. Beneficio Dialecticæ & Sophiſticarum cavillationum adeo inclaruit, ut poſt Michaelem Pſellum, cujus diſcipulus & æmulus fuerat, *Philoſophiæ univerſæ Profeſſor & Princeps Philoſophorum* publice declaratus ſit. Sed variis hæreticis dogmatis, & præcipue quidem de Phytagorica Metempſychoſi, ſive *Tranſmigratione animarum*, & *de Ideis Platonicis* graviſſimas in Eccleſia Orientali excitavit turbas, ideoque imperante Alexio Comneno per Judicium Eccleſiaſticum Conſtantinopolitanum tanquam hæreſiarcha ſolemniter condemnatus, & anathemate percuſſus eſt. Imperator *dedit operam, ut nefariorum iſtorum dogmatum catalogus ad ſe deferretur. In capita undecim redacta ſunt; quæ Imperator retractare ipſum ac condemnare, anathematique ſubjicere, productum ex ambone nudo capite ad concionem univerſi populi juſſit. Ingeminabatur a multitudine anathema ſingulis ſententiis prolatis.* Igitur anathemati, cui ſubjecta prava ejus doctrina fuerat, *ipſum jam quoque nomen ejus ac caput eſt ſubjectum.* Sed ſecutis temporibus *recepit ſe hic vir in bonam mentem, ſententiaſque priores revocavit.* Quæ cum Anna teſtetur, accidiſſe *Euſtratio Garida* Patriarchatum gerente, quem *hominem non doctiſſimum* Italus *verbis ac ſophiſmatis* obruerat, & Euſtratius anno ſequenti e vivis exceſſerit, ut ſuo loco oſtendetur, tumultus hi ſerius in Eccleſia Conſtantinopolitana ſedati non fuere, nec Italus ſerius anathematizatus.

*Italus hæreticus Conſtantinopoli damnatur.*

Ita-



*rii, petita remeandi licentia, ad filios ſuos tandem atque ad monaſterium rediit.* Hæc Leo, qui & ſubiicit de ſancto Hugone Abbate Cluniacenſi, tunc inviſente Caſſinenſe cœnobium, aitque: *His temporibus Hugo venerabilis Cluniacenſis Abbas, vir vita & fama celebris ad patris Benedicti limina devotus advenit. Quem venerabilis Deſiderius, ut tantum decebat virum, magno cum honore ſuſcipiens, & ſocietatem Cluniacenſium Fratrum noſtræ Congregationis conjungens, inito fœdere, & noſtræ apud illos & illorum apud nos Congregationis memoriam perpetuo habendam, ſingulares illi viri decreverunt.* Hactenus Leo, ſubiiciens de tranſitu Gregorii monachi viri ſancti ex hac vita ad Deum; quem conſulas, ſi ſcire cupis.

Se-

PAGIUS X. *Italum* hunc *Joannem* nuncupatum fuiſſe, Allatius lib. 2. de Eccleſ. Occident. & Orient. conſenſione cap. 10. eruit ex ejuſdem anathematiſmis, qui recitantur in Eccleſia Græca, die orthodoxiæ ſacro; editique ſunt in Triodio, ex quibus, quæ fuerint hominis dogmata, intelligitur. Ducangius in Notis ad lib. VI. Alexiadis Annæ Comnenæ recte cenſet, alium non fuiſſe ab Italo *Joannem* illum Philoſophum, quem Theophilactus Archiep. Bulgariæ in Epiſt. XLV. hortatur ad patientiam, & ut inimicis, virtutem ejus impetentibus viriliter obſiſtat. Indeque concludit, Epiſtolam hanc ſcripſiſſe *Theophylactum* poſt exactum Urbe *Italum*. Varia Joannis Itali Opera, quibus Ariſtotelis Philoſophiam expoſuit & illuſtravit, commemorant Labbeus in Nova Biblioth. MSS. Librorum in 4. Pariſiis edita, & Lambecius in Appendice ad. lib. IV. Biblioth. Cæſareæ. Anna Comnena pag. 145. poſtquam dixit, Pſellum tandem Byzantio egreſſum eſſe, ſubdit; *Principi Philoſophiæ Cathedræ Magiſter impoſitus Italus idem eſt, Summuſque Philoſophorum declaratus; quam ad loci & honoris poſſeſſionem obtinendam Ariſtotelicos & Platonicos libros mox ſuſcepit enarrandos*, αὐτός φιλοσοφίας ἁπάσης προέςη διδάσκαλος, ὕπατος τῶν φιλοσόφων χρηματίσας. Καὶ τάς τε Ἀριςοτελικάς βίβλυς, καὶ τάς Πλατονικάς ἐξηγεῖσθαι ἐσπύδαζεν. *Hypatus* itaque dignitatis nomen erat, inter cætera Palatii Coſtantinopolitani Officia apud Matthæum Monachum recenſitæ, ſed a Codino omiſſæ, quod pluribus exemplis eorum, qui eam geſſere, oſtendit ibidem Ducangius.

*Fuit Princeps Philoſophorum in Aula Conſtantinop.*

NOTÆ [1] VIx credo hunc Italum hæreticum fuiſſe Joannem illum cujus memoria in Triodio damnatur; nam Joannes de quo in Triodio, idem videtur ac Joannes ille, cui anathema dicitur anathematiſmis additis Epiſtolæ ſanctæ Nicenæ Synodi ſecundæ, qui legebantur quotannis in Eccleſia Græca Dominica ſecunda Quadrageſimæ, quæ apud Græcos *Dominica Orthodoxiæ* vocabatur. Anathematiſmos illos vulgavit P. Montfaucon Biblioth. Coiſlin. p. 1. p. 102. nec recentiores eſſe credo Michaele Duca imperatore, cujus nomen ibidem inter Imperatores poſtremum legitur. Cum igitur Itali damnatio ſub Alexio contigerit, ut ex Comnena eruitur, hinc fit ut Joannes ille alter ſit hæreticus aliquanto vetuſtior Italo. Quin & ex Anna Comnena lib. 5. pag. 119. edit. Venet. diſcimus Italum hunc reſipuiſſe, ejuſque pœnitentiæ gratia nomen ejuſdem *obſcure* duntaxat ac *oblique paucis modo conſciis Eccleſiaſtico anathemate deformatum fuiſſe.* Quæ verba vix aliquem aptum ſenſum ferrent ſi Itali hujus nomen expreſſum in anathematiſmis exhiberetur. MANSI

I. Henric. urbe potitur.

SEquitur annus Redemptoris milleſimus octogeſimusquartus, Indictione ſeptima, quo Roma poſt obſidionem triennalem ab Henrico Rege diverſis modis tentata tamdem capitur non ferro, ſed auro. Quomodo autem & quando id acciderit, ex Bertholdo præſtat audire, qui tunc temporis iſta ſcribebat. Nam poſteriores confundunt invaſionem civitatis Leonianæ cum Urbis ipſius captione, & quæ contigerunt anno ſuperiori cum his, quæ hoc anno geſta eſſe reperiuntur: de quibus iſta diſtincte ingerit ipſe:

*His temporibus Conſtantinopolitanus* Imperator *ſcilicet maximam pecuniam Henrico quondam Regi tranſmiſit, ut Robertum Guiſcardum Ducem Calabriæ & Apuliæ conjuratum militem domini Papæ, in ultionem ejuſdem Regis bello appeteret. Nam Robertus jamdudum fines Conſtantinopolitanorum invaſit; iterumque illac expeditionem movere diſpoſuit. Sed Henricus acceptam pecuniam non in procinctum contra Robertum, quod juramento promiſit, ſed ad conciliandum ſibi vulgus Romanum expendit, cujus adjutorio Lateranenſe palatium feria quinta ante Palmas cum ſuo Ravennate Guiberto intravit. Nobiles autem Romani, præter admodum paucos, cum domino Papa Gregorio tenuerunt, qui & quadraginta obſides ei dederunt. Papa autem in caſtellum S. Angeli ſe recepit; omneſque Tiberinos pontes & firmiores Romanorum munitiones in ſua obtinuit poteſtate.* Henricus autem ad ſuum ſuorumque præſidium munivit montem Aventinum, in quo ſe continuit. Quomodo autem per ſuum Antipapam fuerit coronatus, ita pergit Bertholdus:

II. Coronatur Henricus III. ab Antipapa.

*In die Reſurrectionis Dominicæ Henricus ab hæreſiarcha ſuo Ravennate coronam non gloriæ, ſed confuſionis accepit. Nam hujuſmodi coronator juxta atteſtationem ſanctorum Patrum non benedictionem, quam perdidit, ſed damnationem, quam habuit, ſuo coronato impoſuit.* Ita quidem, ob idque ejuſmodi execratione potius, quam conſecratione initiatus Henricus, ita dici meruit Imperator, ſicut ejus initiator Guibertus meruit dici Pontifex; ſicque ſicut iſte Antipapa, ita conſecratus ab eo Pſeudoimperator dicendus fuit ab Orthodoxis omnibus; nec ipſi nomen nudum Imperatoris aliquid potuit contuliſſe niſi maledictionem, quam tantum conſequi potuit a maledicto, ut hic pluribus diſputat ipſe Bertholdus. Cæterum aſſertum potius, quam re ipſa, jure aliquo eum quis legitimum (ſi res ad calculum deferatur) dicere poterit Imperatorem, quo titulo ad conſignanda certa tempora etiam poſitos vidiſti ſuperius in Annalibus tyrannos pleroſque invaſores, Orientalis Imperii ejus nominis indigniſſimos. Quæ dixiſſe voluimus, ut non mireris, ſi ad tempora conſignanda eo titulo plures ex iis invenies nominatos in Faſtis, tamquam columnas milliarias collocatas in itineribus, quæ mutæ licet ipſæ, loquantur tamen, & viam doceant.

III.

At quæ poſt hæc geſta ſint, ita narrare Bertholdus pergit: *Morabatur autem Henricus in Lateranenſi palatio cum Ravennate ſuo, nec a fidelibus Papæ per civitatem ad ſanctum Petrum tranſire permittebatur, ſed in ipſa Paſchali hebdomada fideles aggreditur. In qua congreſſione quadraginta pene inter mortuos, & vulneratos perdidit; nam reliqui fugerunt: ex parte autem domini Papæ nec unus cecidit.* Qua occaſione factum, ut ipſe Henricus ſe, ſuoſque in Aventinum conferret, locumque muniret, timens tum urbanos, tum externos, ne improviſa aliqua aggreſſione Romanorum, vel Northmannorum fidelium Papæ Gre-

PAGIUS SÆC XI. Anno Eræ Hiſpan. MCXXII. Anno Hegiræ CDLXXVII. inchoato die 9. Maii. fer. 5. A.C. 1084

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6577.

☉ 1. GF. ☽ 2. P. 31. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1084.

GREGORII VII. PAPÆ 12.

HENRICI IV. REG. 29. IMP. 1.

ALEXII COMNENI IMP. 4.

I. ANum. I. ad X. Non tantum poſteriores Hiſtorici, uti putat Baronius num. I. confundunt quæ anno ſuperiori cum iis, quæ hoc anno geſta ſunt; ſed etiam non pauci ex Antiquis, uti Bertoldus, quem Baronius excipit, Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 52. cujus verba Baronius num. VIII. recitat, & Abbas Urſpergenſis ad annum MLXXXIII. ubi ait, Gregorium VII. *Salernum* receſſiſſe, & ibidem ad diem mortis ſuæ permanſiſſe, quod tamen hoc anno accidiſſe certum & indubitatum. Sed antequam Hiſtoricorum errores indicemus, ex his, quæ certiora viſa, in medium proferam. *Heinricus Natale domini Romæ apud S. Petrum celebravit*, inquit Abbas Urſpergenſis, qui annum a Chriſti Natali inchoat. Bertoldus vero: *Henricus in Romanorum finibus hyemavit, ibique Guibertum Ravennatem ſuum Romam venturum expectavit, ut ab eo apud Sanctum Petrum incoronaretur, eo quod Gregorium Papam ad hoc flectere non poſſet, ut eum, niſi legitime reconciliatum, incoronare vellet.* Subdit Bertoldus, Henricum maximam pecuniam, quam ei Alexius Imperator Conſtantinop. miſerat, ut

*Henricus Rex Romæ ab Antipapa coronatur.*



Quid tentatum in Henricum

gorii trucidaretur una cum ſuis militibus, ſuoque pſeudopontifice Guiberto. Accidit autem inter hæc, dum Henricus una cum ſuis contineret ſe in Aventino, ibique poſitus frequentare ſoleret Eccleſiam S. Mariæ, in qua oraret; cuidam ignoto homini parandi necem ipſi, ex loci opportunitate occaſionem datam fuiſſe, nempe, ut prægrande ſaxum pararet, quod ſuper caput Imperatoris deorſum mitteret.

IV. Sed quod Deo ſemper invitum ac deteſtabile fuit, cujuſcumque ſanguine quantumlibet noxio Eccleſias inquinari, ſceleri minime favit, ſed extitit ultor, effecitque, ut cum ſaxum ille pararet, una cum ſaxo deorſum cadens occumberet. Quem in gratiam Regis populus per devia tractum in fruſta diſcerpſit. Ex quo facinore mendax Benno, digna occaſione captata conflandi calumniam in Gregorium, in argumentum aſſumpſit, ipſi tribuens facinus, quod nec cogitaſſet aliquando. At non ita, qui res geſtas tunc ab ipſo Henrico conſcripſit, licet ipſi favens, non auſus tanto Pontifici ſcelus tantum adſcribere: qui poſt hæc divinam vindictam in Regis exercitum eſſe graſſatum affirmat, nimium ingruenti lue nec unum quidem ejus militum remanſiſſe ſuperſtitem. *Ait enim: Nulla fortuna longa eſt: nam hi, quos Imperator Romæ præſidio impoſuerat, ægritudine correpti, quam & locus & tempus intulerat (erat enim æſtas) ne uno quidem ſuperſtite mortui ſunt.*

Milites Henrici lue conſumpti.

At quæ damna intulerit Urbi Henricus, in vita Gregorii antiquitus ſcripta per Bibliothecarium ita legitur: *Domos Corſorum ſubvertit. Dehinc Septem ſolia, quibus Ruſticus nepos prædicti Pontificis continebatur, obſidere cum multis machinis bellicis attentavit, de quibus quamplurimas columnas ſubvertit. Cum Nuntius ei advenit de adventu Roberti Guiſcardi, a quo, ſi ab obſidione non recederet, expellendus eſſet, vel capiendus.* Hæc ibi. Erat locus ille, Septem ſolia dictus e regione ſancti Gregorii inter montem Palatinum & clivum Scauri ſuffultus multiplici ordine columnarum, totidemque diſtinctis ſuperexaltatis ſoliis ſeptem, qui celſæ turris ſpeciem exhibebat, in cujus vertice Eccleſia erat, ſicut in mole Hadriani ſancti Angeli, eademque dicta ſanctæ Luciæ ad Septem ſolia, quam inter Urbis diaconias memini numeratam. Permanſerunt ejus reliquiæ igni atque concuſſionibus ſuperſtites in paucis columnis, & reſiduis tribus V.

Eccleſia S. Luciæ ad ſeptem ſolia.

PAGIUS ut Robertum Calabriæ Ducem, Gregorio VII. addictum bello appeteret, ad conciliandum ſibi vulgus Romanum expendiſſe: *Cujus adjutorio Lateranenſe Palatium feria quinta ante Palmas* (die nempe XXI. Martii) *cum ſuo Ravennate Guiberto, intravit. Nobiles autem Romani, præter admodum paucos, cum Domino Papa Gregorio tenuerunt, qui & XL. obſides ei dederunt; Papa autem in caſtellum Sancti Angeli ſe recepit, omneſque Tiberinos pontes & firmiores Romanorum munitiones in ſua obtinuit poteſtate. In die Reſurrectionis Dominicæ Henricus, ab hæreſiarcha ſuo Ravennate, coronam non gloriæ ſed confuſionis accepit*, ideſt, die triceſima prima menſis Martii, a quo ideo ejus Imperium a Chronologis exordiendum. [1]

II. Prætermittit ibi Bertoldus, & cum eo Baronius, inthronizationem *VViberti* Antipapæ, quam uterque perperam cum anno ſuperiori affixit, ut ibidem diximus. Sed hunc errorem corrigit Urſpergenſis, qui hoc anno ait: *VVipertum Ravennatem Epiſcopum eis Apoſtolicum* præfecit Henricus Rex *XI. Kal. April. feria ſexta ante diem Palmarum*, ideoque poſtridie ab ejus ingreſſu in Lateranenſe Palatium. Subjungit Urſpergenſis: *Qui ſequenti Dominica per multos Pontifices Apoſtolico nomini dicatus, nomenque Clementis accipiens, reverenter eſt inthronizatus. A quo Rex cum Regina Bertha in ſancta Dominica Paſcha, Imperiali benedictione ſublimatus eſt.* Adhæc Centius Camerarius in libro Cenſuali refert, Henricum Regem, *quoniam populum Romanum ad voluntatem ſuam indubitanter attraxerat*, Guibertum in Sede Apoſtolica violenter intruſiſſe, & viciſſim ab eo in feſto Paſchatis Imperii coronam accepiſſe. [2] *Poſt*

*Antipapa Romæ inthronizatur.*

NOTÆ [1] QUæ de hac expeditione ſcribit Benzo ut exponamus, nihil eſt cum reliquis hiſtoricis conſona afferat, addens tantummodo Henricum & Guibertum Pſeudo-ſynodum Romæ tunc celebraſſe, in qua Gregorio VII. damnato, electio Guiberti approbata fuit l. 6. cap. 5. Synodale illud judicium dein redux in Germaniam Henricus confirmari curavit, addit idem Hiſtoricus in altera Germanica Synodo, cui epiſcopos (Heſperiæ) intereſſe juſſit, deſignari hiſce Moguntinam Synodum vel ad exitum hujus anni, vel initium alterius referendam, non dubito. Hujus Conciliabuli in Collectionibus nulla mentio. MANSI

[2] URſpergenſis & Pagii chronologiam quæ Guibertum hoc anno die 25. Martii inthronizatum fuiſſe ſtatuit, egregie confirmat bulla ejuſdem Guiberti apud Murator. in Notis ad Donizonem de vita Mathildis Rer. Italic. t. 5. pag. 372. num. 107. data enim legitur *Caſenæ A.* 1092. *Indict. XV. anno autem Pontificatus Domini Clementis III. Papæ VIII. IX. Idus Junii.* Cum igitur certum ſit ſacram dignitatem uſurpaſſe illum die 2. Martii, ut omnes agnoſcunt, utique non potuit illam capeſſere anno 1083. alioquin enim anno 1092. IX. Id. Junii non nonum, ſed decimum ſacerdotii ſui annum egiſſet. Ex his vero deduci poſſe arbitror Guibertum duplicem dignitatis ſuæ epocham tenuiſſe, alteram ab ordinatione ſua ex anno 1081. alteram vero ex aſſumptione ſua in thronum anno 1084. deductum. MANSI

bus ſoliis uſque ad tempora Sixti Papæ Quinti, quas ad uſum recentium conſtructionum vidimus demolitas, non ſine indignatione animi omnium cultorum antiquitatis. Sed ita ſtylo noſtro, ſaltem in chartis numquam periturum amplius, maneat ædificium, quod firmæ columnæ præſtare penitus nequiverunt.

VI. *Accerſitur a Gregor. Pap. Robertus qui fugat Henricum*

Gregorius autem Pontifex ſimulac Henricum cœptam Urbis obſidionem indefeſſo ſtudio proſequi intellexit, exigere non deſtitit a fidelibus ſancti Petri, quæ promiſerant juramento, tueri Romanam Eccleſiam; & inter alios magis urſit, quem novit potentiorem atque audaciorem Robertum, qui reſiſteret Henrico, cujus ſi poſteriora proſpera cederent, res Northmannorum eſſent in ultimo diſcrimine conſtitutæ, ac proinde, niſi eum res Petri moverent, ſaltem ſuæ ipſius ſi ſalvas eſſe vellet, permovere deberent.

Qui his optime perſuaſus, Boamundo cum exercitu in Oriente relicto adverſus Alexium Imperatorem, ipſe in Italiam advolavit, collectiſque novis copiis, ad liberationem Pontificis ocyus properavit, Henricumque fugavit. At de his inter alios hæc habet verſibus iſtis Domnizo in vita Mathildis, ſcriptor temporis hujus.

*Pervigil & rector Gregorius ex grege feſto* [* f. feſſo]
*Pollutæ cathedræ nullum quoque condolet, æque*
*Sperans in Petrum, rogitat pugnare Robertum*
*Northmannum quemdam. Qui Regem depulit extra*
*Urbem. Qui veluti per ſtratam damula fugit*
*Francigenam. &c.*

VII. De tempore autem Roberti adventus hæc Bertholdus: *Robertus Guiſcardus Dux Northmannorum in ſervitium ſancti Petri poſt Kal. Maii Romam armata manu invaſit, fugatoque Henrico, totam Urbem Gregorio Papæ rebellem penitus expoliavit, & majorem ejus partem igni conſumpſit, eo quod Romani quemdam ejus militem vulneraverunt. Deinde acceptis obſidibus a Romanis, & in caſtello S. Angeli, quod domum Theoderici dicunt, reſervatis, ipſe ad recuperandam terram S. Petri reverſurus, in brevi plurima caſtella & civitates domino Papæ recuperavit. Henricus autem Roberto reſiſtere non valens, ad partes Teutonicorum ſatis feſtinanter revertitur.* Hæc Ber-

PAGIUS

III. *Papa in caſtro S. Angeli obſidetur.*

*Poſt modicum vero ad obſidionem caſtri Creſcentii* (quod moles Hadriani antiquitus, & poſtea Sancti Angeli caſtrum dictum eſt) *univerſos Romanos conduxit. Pontifex autem, ſicut vir cautus & providus jamdiu Robertum Guiſcardi, egregium Normannorum Ducem ſollicitare ſtuduerat, ut in manu valida contra illatam ſibi violentiam & potenter ſuccurreret*, inquit Centius Camerarius. His adjunge quæ Hugo Flaviniacenſis in Chronico Virdun. pag. 229. habet: *Gregorius igitur in turre Creſcentis muro clauſus Legatos miſit ad Robertum Apuliæ Ducem, qui tunc forte claſſe inſtructa mare tranſire parabat, ut veniret, & obſidionem ſolveret. Erat tunc forte Romæ Abbas Divionenſis* (Jarento nempe) *domino Papæ per omnia fideliſſimus, quem pro ingenita ſibi bonitate & obedientia debita B. Petro dulciſſimo amplectebatur affectu, adeo ut concaptivum ſuum eum vocaret; quia non eum movebant ſalutis pericula pro juſtitia ſuſcepta. Hunc ergo ad evocandum Ducem cum quibuſdam Cardinalibus miſit. Qui obedientiam non ſegniter executus Principem adduxit, & data Urbi obſidione, patefactoque ingreſſu, Rege fugato, Papa liberatur, & ad Lateranenſe Palatium cum gloria reducitur.* Diem adventus Roberti Ducis notavit Bertoldus: *Robertus VViſcardus*, inquit, *Dux Normannorum, in ſervitium Sancti Petri, poſt Kalendas Maji, Romam armata manu invaſit; fugatoque Henrico totam Urbem, Gregorio Papæ rebellem penitus expoliavit, & majorem ejus partem igni conſumpſit, eo quod Romani quemdam ejus militem vulneraverunt* [1]

IV. *Henrici ipſius verba de ſua expeditione.*

Henricus Imp. poſt ſuum Roma reditum *ſecus Alpes moram faciebat*, inquit Auctor Anonymus Hiſtoriæ Trevirenſis Tom. XII. Spicilegii Dacheriani pag. 228. publicatæ, *directis Epiſcopis* ad Theodericum Virdunenſem Epiſcopum, *qui ei ſumma familiaritate adhærebat*, ad eundem literas dedit ibidem recitatas, in quibus ait ſe *Romam in die Sancti Benedicti* intraſſe: *Cum in Teutonicas partes de acquirenda Roma* deſperans redire vellet, Romanos miſſis Legatis, ut Romam intraret, rogaſſe, & *ſummo ſtudio ſecum manentes* adjuviſſe: *ſummo triumpho & fide ab eis recedentes proſecuti ſunt, in tantum ut in domino fiducialiter dicamus, quia tota Roma in manu noſtra, excepto illo caſtello, in quo recluſus habitat Hildebrant, ſcilicet in domo Creſcentii, quem Hildebrandum legali omnium Cardinalium ac totius populi Romani judicio ſcias abjectum, & Electum noſtrum Papam Clementem in Sede Apoſtolica ſublimatum omnium Romanorum acclamatione, noſque a Papa Clemente ordinatum, & conſenſu omnium Romanorum conſecratum in die ſancto Paſchæ in Imperatorem, totius populi Romani exultatione*, &c.

NOTÆ [1] QUandiu Henricus Romæ hoc anno ſubſtiterit, multo præ cæteris accuratius ex vetuſtis ſi ut arbitror, monumentis definit Anonymus Author Chronici Cavenſis excuſus Rer. Ital. tom. VII. col. 922. inquiens: *A. 1084.* Indict. 7. Henricus *Rex Romam a Romanis intromiſſus XII. Kal. Aprilis, ſtetit ibi uſque XII. Kal. Junii.* Cum autem Robertus Urbem ingreſſus fuerit die 29. Maii, feria tertia, (nocte forte inter feriam tertiam, & quartam) hinc deducitur, Henricum antea fugiſſe quam Robertus intraret. Porro dies eadem ingreſſus Roberti in Urbem exhibetur in nota Veteris MSS. Codicis Cryptæ Ferratæ apud Montfaucon. Iten. Italic. pag. 336. MANSI



Bertholdus. At vero Leo Oſtienſis aliam affert cauſam Urbis incendii, plane diverſam ab ea, quam ille poſuit, aitque liberandi cauſa Gregorii obſeſſi id facere perſuaſum. Sed ipſum audi Leonem (a):

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 52.

VIII. *Incendii urbis partis occaſio.*

*Anno ſequenti Henricus Imperator Romam cum exercitu venit, & ſupradictum Papam Gregorium, qui in arcem ſancti Angeli ſe contulerat, variis bellicis machinis modis omnibus oppugnare cœpit. Hoc ubi Roberto Duci, qui ea tempeſtate Conſtantinopolitanum Imperatorem oppugnabat, nuntiatum eſt: Boamundo filio in ipſa expeditione derelicto, Italiam ocyus repetit, atque ingenti coacto exercitu, ad Pontificis liberationem adverſus Imperatorem ire diſponit. Quod poſtquam Deſiderius comperit, Romam Nuntium dirigit, qui & Papæ proximam eruptionem, & Imperatori Ducis nuntiaret adventum. Tunc Urbe egreſſus Imperator, quia ſine militum præſidio erat, Caſtellanum oppidum*, dictum antiquitus Vejos, *ſubiit: Robertus autem Dux Romam cum exercitu noctu ingreſſus, dum ad Eccleſiam Sanctorum Quatuor coronatorum adveniſſet, ex conſilio Cincii Romanorum Conſulis ignem Urbi injecit. Romani igitur rei novitate perculſi, dum extinguendo igni toti incumberent, Dux ad arcem ſancti Angeli continuo properans, atque inde Pontificem abſtrahens, Roma ſine mora egreditur, & Gregorium Papam ad noſtrum deducit monaſterium. Eum vero Abbas noſter quoad vixit, cum Epiſcopis & Cardinalibus, qui eum ſecuti fuerant, honorifice habuit.* Hæc Leo. Sed antequam ab Urbe recederet, ut pſeudocardinales, mala germina, adulterina plantatio Guiberti pellerentur ab Urbe, miniſtrarent vero legitime inſtituti ſacerdotes, Roberti Ducis favore curavit. De quibus iſta Bibliothecarius habet:

De Cardinalibus Pſeudopap.

IX. *Erant enim cives Romani uxorati, ſive concubinarii, barbaraſi, & mitrati, peregrinis oratoribus, præcipue vero multudini ruſticanæ Longobardorum mentientes, aſſerentes ſe Cardinales prebyteros eſſe, quique oblationibus receptis indul-gen.*



PAGIUS

&c. *Tu autem ſi non gravaris facere quod volumus, Auguſtam ad nos venire poſt feſtum Petri & Pauli te rogamus, quia Deo favente, in feſto eorum Radisbonæ erimus.* Quibus egregie confirmantur quæ jam ex variis Hiſtoricis retulimus.

V. *Gregorius VII. liberatur a Roberto Calabriæ Duce.*

Baronius num. VI. ait: *Robertum relicto Oriente* in Italiam advolaſſe, & ad liberationem Pontificis ocyus properaſſe: Verum Robertus jam anno MLXXXII. ex Illyrio in Apuliam venerat, & nunc, ut recte Hugo Flaviniacenſis laudatus, ſe ſe ad redeundum in *Illiricum* parabat. Se teſtatur Guillelmus Apulienſis lib. 4. eum *Cannas* ſibi rebelles obſediſſe, captaſque evertiſſe. Porro *Cannæ* urbs fuit prope Auſidum fluvium, nunc exciſa, & memorabilis pugna illic Romanos inter & Carthaginenſes commiſſa. Hæc victoria hoc anno reportata, de qua laudatus Poeta canit:

*Cannis deſtructis Romam molitur adire*
*Contra Gregorii Romani Præſulis hoſtem*
*Henricum, cujus jamdudum obſederat urbem.*
*Plurima barbaries annis remorata duobus,*
*Altaque tormentis murorum mœnia fregit,*
*Et turres multas invictæ diruit Urbis.*
*Jamque ſibi fuerat pars ſubdita Tranſtiberina,*
*Gregorius quadam fuerat concluſus in arce,*
*Qua munita ſatis non expugnabilis ulli*
*Eſſe videbatur, miri ſtructura laboris.*
*Hanc & munierat fida cuſtodia gentis:*
*Robertum tantos ubi novit iniiſſe paratus,*
*Et ſibi cum tantis inferre paratibus arma,*
*Rex fugit Henricus, Ducis hunc audacia terret,*
*Et virtus tota jam notificata per Orbem,*
*Expectare verens hunc ad loca tuta receſſit.*
*Robertus Romam properans vi perforat Urbis*
*Egregiæ muros: tamen auxiliantibus ipſi*
*Paucis Gregorii fautoribus, indeque quibuſdam*
*Aedibus exuſtis violenter ab obſidione*
*Liberat obſeſſum jam tanto tempore Papam:*
*Hunc ſecum magno deducit honore Salernum.*

VI. *Adveniente Roberto Henricus Imp. Roma diſcedit.*

Ordericus lib. 7. pag. 642. & ſeqq. magno quidem errore ait, *Robertum* poſt adventum Legatorum Roma miſſorum mare ingreſſum eſſe, & in Apuliam veniſſe, cum, ut demonſtravimus, Robertus jam a biennio in Italia verſaretur, ſed recte de Henrico ſcribit: *Jamque facta cum quibuſdam Romanorum Proceribus pace, partem Urbis recepit, ac poſtmodum Occiduas regni ſui partes repetiit. Maluit quippe ſanus & liber honeſte diſcedere, quam furibundum Agonothetam* (nempe Robertum) *expectare, & repentini certaminis involvi turbine.* Varia hic habet Ordericus de hac Romana Roberti expeditione, quæ nulla veritate nituntur, quæque ex dictis ſe ipſis corruunt.

VII. *Robortus Gregorium VII. Salernum deducit.*

Centius Camerarius loco laudato, narrata Gregorii VII. liberatione, ait: *His igitur ita peractis, Dux ad propria rediit, & Patrem ſuum Gregorium Pontificem in Lateranenſi Palatio ſedentem cum fratribus ſuis Epiſcopis & Cardinalibus in pace dimiſit pertractantem Eccleſiæ negotia pro ſui officii debito.* Paulo poſt: *Hic ter quaterque vere beatus Pontifex, poſt diutinam in Urbe moram deſcendit in Apuliam; & occurrente ſibi jam dicto Duce Roberto Guiſcardi, Salerni famoſam civitatem glorioſe intravit.* At certum eſſe debet, Robertum ſecum Pontificem Salernum duxiſſe; cum id non tantum Guillelmus Apulienſis teſtetur; ſed etiam Leo Oſtienſis, qui lib. 3. cap. 52. ſcribit: *Dux ad arcem S. Angeli continuo properans, atque inde Pontificem abſtrahens, Roma ſine mora egreditur, & Gregorium Papam ad noſtrum deducit monaſterium.* In eo tamen Leo Oſtienſis, licet Auctor coævus, errat, quod lib. 3. cap. 49. narrans geſta in obſidione Romana anno præterito ſuſcepta, tradat tunc Henricum Guibertum Antipapam inthronizaſſe. Tertium teſtem pariter coætaneum mox proferam, cum de Synodo Rom. X. ſermo erit. Nunc quartum exhibeo ſc. Lupum Protoſpatam, qui hoc anno de Roberto ait; *Papam exinde* (nempe ex urbe Romana) *viriliter abſtrahens ſecum devexit Salernum.*

Hu-

*gentiam, & remiſſionem omnium peccatorum uſu nefario impudenter præſtabant. Hi & occaſione cuſtodiendæ Eccleſiæ conſurgentes intempeſtæ noctis ſilentio intra & citra eamdem Eccleſiam impune homicidia, rapinas, varia ſtupra & diverſa latrocinia exercebant, quos uti diximus beatus Pontifex ab eadem Eccleſia non ſine multa difficultate removit, & cuſtodiæ curam honeſtis ſacerdotibus & clericis commiſit & tradidit.* Hæc ipſe.

Con-

PAGIUS VIII. *In Germania plerique ab Antipapa ſtabant.*

Hugo Flaviniacenſis, qui hoc tempore vivebat, in Chronico Virdunenſi refert, in tanta rerum perturbatione Germanos *Guiberto* Antipapæ adhæſiſſe, ſicuti tam Lotharingos, quam Longobardos, præſertimque Epiſcopos, paucis exceptis. Virduni Theodoricus Epiſcopus in Monachos, qui Gregorii partes ſequebantur, omnem furorem exercuit, ita ut publice in Eccleſiis Antipapæ nomen in Canone recitari vellet. Sed perſtat ipſummet Hugonem Flaviniacenſem audire, qui de obſidione Romana rebuſque hoc anno geſtis aliqua ſingularia habet: *Inter hæc Virdunenſis tota fere humanitatis facie verſa, hac illacque debacchabatur, ita ut omnis in eo religionis ſpecies immutaretur, & obſequium, quod prius viris religioſis, qui tunc a Leodio confluxerant, & ab aliis undique partibus, atque ſub habitu monaſtico in cœnobiis ſuburbanis degebant, exhibuerat, verteret in arma furoris. Totus illi ſermo de imperio Heinrici, de Papatu Clementis erat: ita ut publice in Eccleſiis nomen illius hæreſiarchæ nefandi in Canone recitari præciperet. Quod etiam faciebant reliqui Epiſcopi Lotharingiæ & Longobardiæ; exceptis perpaucis, qui magiſterio Petri adhærebant: quorum vita cum eſſet ſancta, pia, caſta, & Catholica, publica notabatur infamia, inſana dicebatur & hæretica*, &c. *non ſufficiebat Sacerdotibus vel ſoli peccare, facti erant laqueus juvenum omnes, ut etiam abſque ſynagogis facerent eos, qui non communicabant operibus eorum in communicando excommunicatis, in abjectione Gregorii, in aſſertione VViberti. Jam vero ſi quis eſſet, qui Gregorio communicaret, hic publice convitiis appetebatur, hic hæreticus, deſtructor regni, aſſertor mali, qui nec vita dignus eſſet, qui publicæ indignationis offenſam contraheret perjurus, & quodam adinventitio nomine Paterinus dicebatur.* Hic locus egregius ad confirmandum quod ſupra aſſeruimus, nomen videlicet *Paterinorum* a Schiſmaticis, & a conjugii Sacerdotum defenſoribus datum illis fuiſſe, qui miniſtros Eccleſiæ caſtos eſſe volebant.

IX. *In ea Catholici a Schiſmaticis graviter afflicti.*

Schiſmaticorum ſeu *VViberto* adhærentium numerus adeo increvit, ut Domnizo in Vita Mathildis Comitiſſæ lib. 2. cap. 2. ſcripſerit:

*Hac lepra mundus fere non locus extitit ullus.*
*Munda domus ſola Mathildis erat ſpecioſa.*

Catholici ubique multis & miris modis affligebantur, & idem Domnizo, Antipapæ intruſione narrata, præſentem perſecutionem cum Neroniana comparare non dubitat.

*Naſcitur hinc cunctis ingens tribulatio juſtis,*
*Mucronem Regis pia pars quam maxime ſentit;*
*Sedibus expulſi ſunt Pontifices quoque multi,*
*Flagris afflicti, vinclis in carcere ſtricti.*
*Rex & Guibertus faciunt juveneſcere tempus*
*Neronis priſci*, &c.

X. Inter hæc una *Mathildis* pro Pontifice pugnabat. Bertholdus enim Pontificis liberatione, victoriaque Roberti Ducis memoratis, ſcribit: *Eodem tempore milites prudentiſſimæ dominæ Mathildæ in Longobardia contra fautores Henrici & inimicos S. Petri viriliter pugnaverunt, e quibus Epiſcopum Parmenſem* (Eberardum a Domnizone lib. 2. cap. 3. appellatum), *& ſex Capitaneos cum aliis bonis fere militibus centum ceperunt. Equos etiam pluſquam quingentos, & loricas plurimas, & omnia tentoria inimicorum pleniter potiti victoriam habuerunt.* Hugo vero Flaviniacenſis citatus: *At vero Mathildis Comitiſſa Romanæ Eccleſiæ filia virilis animi conſtantiam tenens, tanto ei* (ſcilicet Henrico Regi) *fortius reſiſtebat, quanto magis hujus aſtutias, & Papæ innocentiam noverat. Sola enim tunc temporis inventa eſt inter fœminas, quæ Regis potentiam aſpernata ſit, quæ calliditatibus ejus, & potentiæ etiam bellico certamine obviaverit, ut merito nominetur virago, quæ virtute animi etiam viros præibat*, &c. *Hæc eſt mulier illa, de qua ab obtrectatoribus fidei, & conculcatoribus veritatis crimen inceſtus ſancto Pontifici objiciebatur. Cui ſi deeſſent meritorum laudes, hoc ſatis eam commendabilem redderet, quod cum tali viro dum exprobratur, dum convitia ſuſcipit, dum improperia audit, approbatur, honoratur, laudatur. Quæ enim ut hæc pro Romana decertavit Eccleſia? Quot & quanta paſſa eſt, ut illa debita libertate frueretur?* — *In Italia ſola Mathildis pro Papa pugnat.*

XI. *Scribit ad Germanos, ut caveant, ne ab Henrico decipiantur.*

Paulo poſt idem Hiſtoricus, qui hoc tempore Monachus erat in monaſterio Virdunenſi, relato, Roberti Ducis Romam adventu, hæc ſcribit: *Rex hoſte adventante, fugæ præſidium requirens, ſigillum domini papæ, quod furto ſubripuerat, ſecum tulit: & Portuenſem, quia olim familiaris Papæ fuerat, ſibi conciliatum ſecum duxit. VVitbertus vero & ipſe aufugit. Quamobrem verita Mathildis ne ſimplices quique aſtutia Regis ſpecie ſigilli deciperentur, prævenit malitiam illius mittens litteras fidelibus in hæc verba*: Mathildis Dei gratia ſi quid eſt, „ omnibus fidelibus in Teutonicorum Regno „ commorantibus ſalutem. Notum vobis faci„ mus, quod *Kenricus* falſus Rex furto ſubripuit „ ſigillum domini Papæ Gregorii. Unde ſi quid „ audieritis quod diſcordet a noſtra legatione, „ falſum arbitramini, neque mendaciis ejus ac„ quieſcatis. Præterea Epiſcopum Portuenſem „ ſecum ducit; quoniam olim fuit familiaris „ domini Papæ. Si igitur aliquid vobiſcum „ vel contra vos per eum vult operari, eum „ falſum teſtem nolite dubitare. Nulli un„ quam credatis, qui aliter quam nos dicere „ audebit. Sciatis domnum Papam jam recu„ peraſſe Sutrium atque Nepe. Barrabas la„ tro, ideſt Heinrici Papa, ipſe quoque aufugit. Valete, & de inſidiis Henrici cauti eſtote. *Igitur ſummo Pontifice ab urbe diſcedente, ejus comitatu Abbas Divionenſis* (nempe Jarento) *non defuit.* Multis interpoſitis: *miſit etiam per eum, & per Petrum Igneum, & per Principem Salernitanum Giſulfum nomine, quos Cluniacum mittebat, literas omnibus fidelibus, in quibus & calamitatis S. Rom. Eccleſiæ cauſam, & cur tanta paſſus ſit, breviter dilucidavit, & ut ſui mi-*



X. Conſtat inſuper ipſum Gregorium, antequam ab Urbe recederet, Concilium habuiſſe, de quo iſta Bertholdus hoc anno: *Dominus autem Papa collecta Synodo, iterum ſententiam anathematis in Guibertum hæreſiarcham, & Henricum, & omnes eorum fautores promulgavit, quod & in feſto ſancti Joannis Baptiſtæ præterito jam dudum Romæ fecit, cum Henricus adhuc ibi moraretur. Hanc ſententiam Legati Sedis Apoſtolicæ, videlicet Petrus Albanenſis Epiſcopus in Francia, Otto Oſtienſis Epiſcopus in terra Teutonicorum uſquequaque divulgarunt.* Hæc Bertholdus. Omnibus his peractis, Gregorius ab Urbe recedens, Caſſinum primum advenit.

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 53. Viſio divinitus oſtenſa de Greg. Pap.

Quid autem ipſi tunc memoria maxime dignum acciderit, (a) Leo Oſtienſis ſic narrat: *Factum eſt autem, cum idem Papa Gregorius Miſſarum ſolemnia celebraret, vir quidam Joannes nomine, juxta altaris crepidinem immobilis perſtitit. Cumque ad altare deflexiſſet obtutus ſubito in exſtaſim raptus, niveo candore columbam, cujus erat aureum guttur, ſupra eamdem aram aſtare conſpexit. Quæ inde leviter advolans, ac ſupra dextrum Pontificis humerum recubans, alis protinus expanſis, utrumque protexit, ac tamdiu ſic perſtitit, quouſque commixtio Dominici corporis & ſanguinis in calice fieret. Iterumque ſe in dexterum humerum colligens, inde ad altare deſcendit, caput blande ſuper hoſtiam flectens, viro illo, quid hæc ſibi vellent non intelligente, cum volatu præpeti, pleno roſtro remeavit ad cœlum. Poſt hæc homo ille in ſe rediens, nulla penitus hujus rei veſtigia memoria tenuit.* XI. *Nocte vero ſubſecuta cum ſe ſopori dediſſet, vir quidam illuſtrior ſole, minaci vultu in medio ſuæ domus hoſpitio eidem apparuit. Quo ille viſo, de ſtratu exiliens, terrore correptus, fugam tentat arripere. Vir autem ille porrecta manu, continuit brachium ejus ſuaviter tenens. Cum autem ejus manus nequiret effugere, ac ſi vinctus ſtetit invitus: Ad ejus mox auxilium quidam nivea canicie aſperſus, indutuſque ſtola candida affuit, ejuſque mœrorem conſolans, de manu ſe tenentis eripuit. Quem ille quiſnam hic eſſet tantæ claritatis vir, quæſivit intrepidus. Hic, inquit, eſt juſtitiæ ſol. Et ille: Nomen quoque, ait, tuum inquirenti ſimpliciter pande. Nequaquam (ait ille) ſcire te oportet nomen meum; ſed mihi ad interrogata reſponde. Putaſne, recolis, quid heri, dum in Eccleſia aſtares, vidiſti? Ille cujus animum occuparat oblivio, cœpit intra ſe volvere quidnam eſſet, quod ab eo ſenior quæreret, ſubitoque reminiſcens, cuncta ſibi quæ viderat, ex ordine retulit. Et ille: Vade*, inquit, *celeriter, & hoc ipſum auribus Papæ intimato, ut conſtanter vigore ſancti ſpiritus, quod cæpit, exequatur. His dictis, ab oculis ejus elabitur.* Hucuſque Leo.

XII. Res a Greg. geſtæ divinitus comprobatæ.

At quid columbæ viſio in Pontifice, niſi Spiritus ſancti eum inſtinctu regi & gubernari? Quid inſuper, illud quod eidem nuntiari mandatur, ut vigore ſancti ſpiritus, quod cæpit, exequatur: niſi manifeſtum divino oraculo reddi; quæ ab eo hactenus geſta eſſent, ejuſdem ſancti Spiritus opere bene facta probari? Quam iſta opportuno tempore ſunt mortalibus divino conſilio declarata, cum non apud ſchiſmaticos tantum, verum apud Catholicos tunc viventes, & qui poſtea futuri eſſent, ejuſdem Pontificis fama in ſuſpicionem nimiæ auſteritatis adduceretur, periclitareturque proſciſſum calumniis tanti Pontificis nomen? de quo adverſus obloquentes ac detrahentes illud Apoſtolicum pro defenſione liceat uſurpare: (b) *Quis ſtabit adverſus electos Dei? Deus qui juſtificat, quis eſt qui condemnet?* Ut quod divino calculo recte factum probari poſſet, non auderet humana temeritas ſugillare, ut ſic ora loquentium mendacium prorſus obſtruerentur, qui ipſum Gregorium in fine, obitus tempore, pœnituiſſe facti, mentiti ſunt in ſuo ipſorum conciliabulo, Guibertini (de quo ſuo loco dicturi ſumus) ex quo Sigebertus, qui narrat de Gregorii pœnitentia, noſcitur deſcripſiſſe. Quomodo ergo potuerunt ipſi diſplicuiſſe, quæ adverſus ſchiſmaticos geſſerat, & penituiſſe exantlati laboris atque bene functi certaminis, qui (ut vidiſti) divinitus monitus fuerat, ut con-

(b) Rom. 8.



ſtan-

PAGIUS

*miſererentur, ammonuit in hæc verba.* Recitat poſtea Epiſtolam illam, quæ cum deſiit in Appendice ad Regiſtrum Gregorianum, in altera editione Conciliorum addenda erit, cum aliis ab eodem relatis.

XII. *Synodus Romana X. ſub Gregorio VII.*

Ad num. X. *Dominus Papa*, inquit Bertoldus, *collecta Synodo, iterum ſententiam anathematis in Guibertum hæreſiarcham, & Henricum, & omnes eorum fautores promulgavit.* Eſt hæc decima & ultima Synodus Romana ſub Gregorio habita intra paucos illos dies, quibus Presbyter Pœnitentiarius Auctor coævus in Vita Sancti Anſelmi Epiſcopi Lucenſis cap. 4. affirmat eum poſt ſuam liberationem Romæ reſediſſe, antequam cum Roberto Duce Salernum proficiſceretur. Hæc ejus verba: *A creſcente tam impia hæreticorum perſecutione, invitatus ab Apoſtolico viro Dux Apuliæ & Calabriæ Robertus Romam feſtinavit, ante cujus adventum Henricus Urbe relicta, fugit, quam una die, manu armata Dux fidenter expugnavit, dominumque Papam de anguſtia turris in latitudinem ſacri Palatii Lateranenſis cum magno triumpho & gloria reduxit. Itaque ibi aliquot diebus, Salernum pariter perrexerunt.*

Ad

ſtanter, quæ vigore Spiritus ſancti cæperat, facere pergeret. Gregorius autem ex Caſſinenſi cœnobio recedens, Salernum ſe contulit, ubi permanſit uſque ad obitum.

XIII. Henric. Imp. revertitur in Germaniam. Henricus interim cum metu Roberti perculſus diſceſſiſſet ab Urbe, & in Caſtellanum inexpugnabile præſidium ſe recepiſſet, Guibertum ſecum ducens: nequaquam ibi conſtitit, ſed quanta licuit celeritate recedens ex Italia montes prætergreſſus, reliquit Guibertum ſchiſmaticorum vallatum potentia. Porro quam ex turpi fuga indignationem concepit animo, in eos effudit abunde, quos partes Gregorii Papæ faviſſe comperiit. Auguſtana civitas ſtudioſa Pontificis furorem ejus prima omnium eſt experta; quam obſedit ac cepit, & excidit, & ejus Epiſcopum cuſtodiæ mancipavit. Hæc Urſpergenſis in Chronico. Porro civitas Chriſto fidelis ſui ruina magis erigitur & exaltatur, atque nobilitatur excidio, cum iſta ſit paſſa ob conſervatam ſumma conſtantia vero Eccleſiæ Romanæ Pontifici fidem, & deſpectum Principem, adverſus Deum & ejus Eccleſiam bella moventem, atque penitus inſanientem, præferens jure ſemper Deum Imperatori.

XIV. Robert. navali prœlio victor. Robertus autem Guiſcardus, qui dimiſerat filium Boamundum in Thracia adverſus Alexium Imperatorem bella gerentem, de reditu ſollicitus, novas copias allegit, & claſſem parat. Quomodo autem bello maritimo victor evaſerit, audi quæ ſcribat Romualdus Archiepiſcopus Salernitanus eorum temporum ſcriptor, qui ait: *Dux Robertus collecto agmine iterum in ultramarinas partes ſtatuit proficiſci. Quod dum Imperatori Alexio compertum eſſet, ſuum direxit exercitum cum multitudine navium ſimul cum exercitu Venetianorum, ut maris iter Duci prohiberetur. Contra quos Dux Robertus una cum filio ſuo Rogerio cum navibus ſuis non ſegniter progreſſus, cum eis acriter conflixit menſe Novembris, & navali bello commiſſo, Dux Robertus una cum filio ſuo Rogerio victoriam capiens maxima cæde proſtravit eos, quorum quidem multi in mare demerſi, plures autem capti, nonnulli vero vix per fugam elapſi ſunt, ſicque proſtratis hoſtibus Dux ipſe ſimul cum Rogerio filio exultans tripudio adiit Boamundum filium ſuum, quem, in terris, quas ibi conquiſierat, dereliquit cum ſuo exercitu Conſtantinopolitanum Imperium invadere cupiens.* Hæc Romualdus.

XV. Ubi autem Henricus ab Italia receſſit, Orthodoxi reſumunt vires, ſchiſmaticique hebetati languent, ex hiſque plurimi deficientes ab Imp. inhærent Gregorio Papæ. Ad horum autem ſuſcipiendam pœnitentiam, atque impertiendam abſolutionem, idem Pontifex Legatum mittit Anſelmum Lucenſem Epiſcopum pleniſſima facultate abſolvendi omnes, qui a ſchiſmate recedentes, ad Catholicam communionem accederent, impertiendi inſuper indulgentias piis, qui ſincero corde, zelo veritatis pugnarent adverſus ſchiſmaticos, quos ingenti victoria profligarunt. De quibus hæc habentur in Actis ipſius Sancti Anſelmi Lucenſis iſtis verbis: *Fugato ab Urbe Henrico in Teutonicas ſtatim partes revertitur, concitatis primum omnibus pene Longobardis adverſus præfatam dominam Mathildem, & adverſus S. proviſorem ejus; ſed & adverſus omnem Catholicam unitatem. Nec multo poſt ecce coadunati ſunt Epiſcopi & Marchiones cum aliis multis, qui magno impetu & furore ſubito terram invaſerunt ejuſdem Comitiſſæ, putantes totam illico ſuæ ditioni ſubiicere. Tunc ergo congregati & noſtri, ſed quidem pauci, quoniam una vix die præſcii facti ſunt. Verumtamen nimis confortati ſunt, quia dominus noſter ſanctus Anſelmus Epiſcopus ſuam eis benedictionem per noſtram direxit parvitatem, hoc in mandatis præcipue com-* Profligati ſchiſmatici a Catholicis.

PAGIUS XIII. *Geſta in Illyrico inter Alexium Imp. & Robertum Ducem.* Ad num. XIV. Alexio Imp. ut narrat Anna lib. 5. pag. 143. Proceribus Normannorum præmia ab annis quatuor eis a Roberto & Baimundo filio debita, ſi Baimundus ſtatim repræſentare ea nollet promittente, illiſque ſine ulla mora perſolvi poſtulantibus, Boemundus, ad Patrem Salernum rediit. *Quod cum Imperator certo comperiſſet, in urbem Regiam victor invectus eſt*, anno nempe ſuperiori circa Kalendas Decembris, ut loquentes de Nativitate Annæ ejus filiæ ibidem diximus. Tum Anna lib. 6. pag. 158. Geſta hoc anno recitat. *Robertus*, inquit, ubi Boemundi filii oratione cognovit in quid recidiſſent ingentes illæ ſpes, quas in eo, ejuſque exercitu rediens ab Illyrico collocaſſet, in heroicas aſſurrexit minas, cladis hoſti reponendæ, tam valide, itaque ſe ſe armavit, quam putavit neceſſarium ad ulciſcendam filii cladem. *Rogerium* & *Gildas* filios ſtatim miſit cum mandatis, ut *Aulonem* mature occuparent, quod illi fecere, capto etiam Buthroto. Interim Robertus cum claſſe univerſa ſolvit, & filiis ſe *Buthroti* injunxit. Quæ dum ageret Robertus, Alexius Imperat. Venetorum auxilium implorat, *pecunias in ſumptus navium & in ſtipendia militum largiſſimas liberaliſſime pollicens*. Ipſemet claſſem comparat, nec recuſavit certamen *Robertus*, ſed eum ſemel & iterum Veneti vicere. Verum Venetorum ſecura negligentia cauſa illis magnæ cladis fuit: victi enim, & ipſi navali prælio a Roberto, qui *illuſtri ea victoria uſus crudeliſſime præteritarum dolorem cladium ſtuduit ulciſcendo conſolari*. Multos eorum quos cepit, inhumane cruciavit deformavitque. Non longum inde tempus fluxerat, cum Veneti in Robertum infeſti movent, *conſertoque acri prælio, illum plane vincunt, multis ex ejus ex-*



*commendans nobis, ut ſi qui cum excommunicatis communicaſſent, primitus illos abſolveremus, & tunc pariter omnes auctoritate Apoſtolica & ſua benediceremus, inſtruentes eos quo pacto, quave intentione deberent pugnare; ſicque in remiſſionem omnium peccatorum eorum inſtantis belli committeremus periculum.*

XVI. *Facto igitur congreſſu, citiſſime dorſa hoſtes dederunt, & captus eſt mox Parmenſis Epiſcopus, & nobiles multi, minores vero abſque numero, ſed & mortuorum non eſt inventus numerus; de noſtris autem tres mortui ſunt, & vulnerati pauci. Qua vice gloriam Dei & virtutem benedictionis reverendiſſimi Præſulis fideles omnes agnoſcere poteſtis. Abhinc enim confuſa ſunt hæreticorum conciliabula, & declinata eſt nimis elata eorum inſolentia. Gaviſi autem & confortati ſunt omnes Catholici, præſertim domus illa, quam ſanctus pater noſter Anſelmus Epiſcopus inexpugnatam poſtea cuſtodivit, & in Fide Catholica permanentem reſervavit. Et factus eſt ille unius olim civitatis Epiſcopus, innocenter quidem expulſus, multarum civitatum Præſul magnificus.* Hæc ejus presbyter pœnitentiarius de Anſelmo olim pulſo, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Pergit vero:

XVII. De legatione S. Anſelmi Lucenſ. *Poteſtatem & vicem ſuam dominus Papa commiſit per omnem Longobardiam, ubi Catholici non haberentur Epiſcopi, qui tunc inveniebantur certe rariſſimi. Concurrerunt itaque ad ipſum ab omnibus partibus Longobardiæ quotquot zelum habebant Fidei Catholicæ. Ibi benedictionem Eccleſiaſtici, abſolutionem excommunicati ſuſcipiunt. Sed converſi accipiunt ibi Chriſma, ibi ſacros ordines acquirunt; illic deſolati ſolatium, inconſulti conſilium, conſulti gaudium invenerunt &c.*

At qui innumeris (ut audiſti) premebatur anguſtiis, coactus extorris ab Urbe ſecedere Gregorius afflictiones Epiſcoporum longe degentium audiens, promptus aſſurgere, & opem illis ferre non deſtitit. Accidit autem his diebus, ut cum audiſſet Guillelmum Anglorum Regem detinere jam ab anno ſuperiori in carcere Odonem Epiſcopum Bajocenſem ejuſdem Regis germanum, pro ipſo ad eumdem Regem litteras dederit, quæ & ultimæ numerantur omnium ejuſdem Gregorii epiſtolarum. Eſt earum exordium: *Communis amor & ſincera devotio &c.* Et quod ad rem ſpectat, inferius dum pluribus eumdem laudat, illud redarguit, quod ſacerdotalis dignitas apud ipſum ſit contemptui, hæc dicens: Greg. pap. pro fratre regi Angliæ ſcribit.

XVIII. *Unum tamen interea nos tangit, & tangendo anguſtat, atque inter regalium tuarum virtutum inſignia monimenta lætitiam in amico corde violenter obnubilat, videlicet; quod in capiendo germanum tuum Epiſcopum, non ſicut decuit, propriæ honeſtati proſpiciens, ſed ſæcularem cautelam & rationem divinæ legi præponens, ſacerdotalem reverentiam minus vigilanter attendiſti. Et quidem non latere tuam prudentiam credimus, ſcriptum eſſe, quod de ſacerdotibus maxime oportet intelligi* (a): *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et alibi* (b): *Nolite tangere Chriſtos meos. Et quod Dominus* (c) *ipſe ſacerdotibus licet pravis*

(a) Zac. 2.
(b) 1. Par. 16.
(c) Mat. 23.

PAGIUS *ercitu caſis, pluribus demerſis.* Lupus Protoſpata ad annum MLXXXV. unicam Roberti victoriam de Venetis, ſed nullam ex tribus Venetorum victoriis ab Anna recitatis, ſicuti neque Malaterra Monachus memorat, quamvis Anna in recenſendis Roberti victoriis cum illis conveniat. [1]

XIV. Adhæc Romualdus Archiep. Salernitanus in Chronico ad annum MCLXXVII. perducto, adhuc inedito, in Bibliotheca Regia, & quibuſdam aliis aſſervato, & a Baronio, hic, alibique laudato mentionem tantum facit ultimæ hujus *Roberti* de Venetis victoriæ, quam aſſerit *menſe Novembri*, reportatam eſſe, & poſt eam *Robertum* in victos ſæviiſſe. Quare Lupus Protoſpata in anno rei geſtæ hallucinatus eſt, niſi annos Incarnationis a Septembri exordiatur. Neque enim anno ſequenti, *menſe Novembri* Robertus adhuc in vivis fuit. Porro Robertum *hoc anno* in Illyricum *menſe Se-* *De iis inter Hiſtoricos Græcos & Latinos non convenit.*

NOTÆ [1] AD hunc annum pertinere arbitror Synodum habitam Conſtantinopoli a Nicolao patriarcha, cui adfuerunt præter Symeonem Jeroſolymitanum patriarcham, archiepiſcopi cum epiſcopis viginti tres, additis Hegumeniis Monaſteriorum plane multis, adſtititque pariter Alexius Imperator cum optimatibus. In hac Synodo diſcuſſa fuit cauſa Leonis Archiepiſcopi Chalcedonenſis, qui ſacris imaginibus cultum abſolutum *non relativum*, ut vocant, impendendum eſſe in ſua ad Nicolaum Adrianopolitanum epiſtola contendebat. Quæ viri ſententia ſummo totius Synodi conſenſu damnata fuit, eamdemque pariter & Leo ipſe præſens damnavit atque in Eccleſiæ communione admiſſus fuit. De hoc Leone agit pariter Anna Comnena lib. 5. pag. 104. & 105. edit. Venet. aſſeritque, illum numquam ex animo ſententiam ſuam retractaſſe, quin & illam palam deinceps docuiſſe; donec tandem coacti Eccleſiaſtici principes illum judicialiter conventum damnarunt, & ab Epiſcopatu depoſitus exulare juſſus fuit Sozopolim in Pontum. Porro cum hoc anno conjungendam Synodum hanc cenſeo, quod ex Anna Comnena diſcimus, Leonem ſpargere novam hæreſim cœpiſſe poſtquam Alexius coronatus ac triumphans in urbem regiam invectus fuit, quod contigiſſe anno ſuperiori 1083. Pagius ad annum 1084. 13. ſcite animadvertit. Synodum hanc Montfauconius in Bibliotheca Coiſliana vulgavit. MANSI

*vis & indignis honorem deferre non ſit dedignatus &c.* Oſtendit id ipſum exemplo Magni Conſtantini, & auctoritate ſancti Ambroſii eadem pluribus inculcantis. At quænam cauſa præceſſerit, ut idem Guillelmus Rex Germanum ſuum Epiſcopum vinculis ſtrinxerit, ex fragmento rerum geſtarum ejuſdem Regis ex codice monaſterii Cadomenſis nuper edito una cum aliis monimentis rerum Anglicanarum, Northmannarum, Hibernarum, & aliarum Francofurti anno Redemptoris milleſimo ſexcenteſimo, ſic accipe:

XIX. Divinatione fallitur Odo.

*Dum furerent in orbe tempeſtates multæ, quarum aliquæ in præcedentibus libri capitibus memoratæ ſunt: quidam ſortilegi Romanorum, quis in Papatu ſuccederet Hildebrando, indagarunt. Et cum poſt tranſitum Gregorii* * *Odo Romanus Papa fore compererunt: hoc audiens Odo Præſul Bajocenſis, qui cum fratre ſuo Guillelmo Rege Northmannis dominabatur & Anglis, parvipendens poteſtates, & divitias regni Occidentalis, niſi jure Papatus dominaretur latius, & omnibus terrigenis: Romam miſit, palatium ſibi emit, Senatores Quiritum magnis muneribus datis ſibi amicitia copulavit, palatiumque ſuum multis ſumptibus & ſuperfluis apparatibus exornavit. Hugonem Caſtrenſium Comitem, magnamque cohortem præcipuorum militum adſcivit, ut ſecum in Italiam proficiſcerentur, obſecravit; & ingentia precibus promiſſa prodigus addidit. Illi vero (quia Northmanni leves, & extera videre cupidi ſunt) protinus præſumptori Epiſcopo, cui principatus Albionis & Neuſtriæ non ſufficiebat, aſſenſerunt.*

* Odonem Romanum Papam.

XX. *Ingentes quoque fundos, quos in occiduis climatibus poſſidebant, deſerere decreverunt, ac ut præfato Præſuli trans Padum comitarentur, per fidem ſpoponderunt. Apparatum hujuſmodi prudens Rex Guillelmus edidicit, ſed non approbavit; regnoque ſuo, multiſque aliis nociturum exiſtimavit. Unde feſtinanter in Angliam transfretavit, ac Odoni Epiſcopo cum grandi pompa navigare in Northmanniam cupienti, ex inſperato in inſula Vecta obviavit. Ibi nimirum congregatis in aula regali primoribus regni, Rex ita locutus eſt:*

*Egregii proceres, verba mea diligenter audite, & ſalubre conſilium mihi quæſo tribuite. Antequam transfretaſſem in Northmanniam, regimen Angliæ fratri meo Bajocenſi Epiſcopo commendaveram. In Northmannia multi contra me ſurrexerunt, & ut ita dicam, intimi me invaſerunt. Robertus filius meus, & tyrones quos enutrivi, & quibus arma dedi, contra me rebellarunt, eiſque mei malefidi clientes & finitimi hoſtes gratanter adhæſerunt.* Odo epiſcopus detruditur in carcerem.

*Verum Deo, cujus ſervus ſum, me protegente, nihil profecerunt; nec de meo aliquid, niſi ferrum in vulneribus ſuis obtinuerunt. Conglobatos in me Andegavenſes paratos ad bellum terrore compreſſi; parique modo Cænomannos armis & viribus compeſcui. His nimiram occupationibus ultra mare irretitus fui, ibique diu moratus, publicis utilitatibus laborioſe deſervivi. Interea frater meus Angliam vehementer oppreſſit, & Eccleſias fundis & redditibus expoliavit, ornamentis ab anteceſſoribus eis datis nudavit, militeſque meos, qui contra Danos & Hibernenſes & alios hoſtes mihi nimis infeſtos, Angliam tutari debuerant, ſeduxit, & trans Alpes in extera regna, me contempto pertrahere diſponit.* XXI.

*Nimius dolor cor meum angit, præcipue pro Eccleſiis quas afflixit. Chriſtiani Reges, qui ante me regnaverunt, Eccleſiam Dei amaverunt, honoribus, & xeniis multi generis locupletarunt; unde nunc, ut credimus, in amœna ſede, felici retributione gaudentes requieſcunt. Adalbertus, Eduinus, ac ſanctus Oſuvaldus, Athulphus & Alfredus, Eduardus Senior & Edgarus, cognatuſque meus & chariſſimus dominus Eduardus dederunt opes Eccleſiæ ſanctæ, quæ eſt ſponſa Dei: & frater meus, cui totius regni tutelam commendavi, violenter opes diripuit, crudeliter pauperes oppreſſit, frivola ſpe milites mihi ſurripuit, totumque regnum injuſtis exactionibus concutiens exagitavit. Quid indigne agendum ſit, caute conſiderate, & mihi quæſo inſinuate. Cumque omnes tantum virum timerent, & ſententiam in illum proferre dubitarent; magnanimus Rex ait: Noxia temeritas ſemper* XXII.

PAGIUS *Septembri* iterum trajeciſſe, auctor eſt Malaterra lib. 3. cap. 40. cui ſuffragatur Guillelmus Apulienſis lib. 5. ubi in Illyrico geſta fuſe narrat, aitque Robertum ſe ſe mari commiſiſſe,

*quia tempus adeſſe*
*Cœperat autumni, tranquilla receſſerat æſtas.*

Ait etiam ſecum duos ſuos filios habuiſſe, & exegiſſe fere menſes duos in littore, tempeſtate gravi bellum differre cogente; ſed de unica tantum victoria, eaque a Roberto relata verba facit; qua in re cum Lupo Protoſpata, Malaterra, & Romualdo convenit. Hæc Guillelmus Apulienſis de dilatione belli:

*Exegere fere menſes in littore binos,*
*Tempeſtate gravi bellum differre coacti.*
*Temperie placida portum redeunte relinquunt,*
*Et contra Venetum naves Danaumque chelindros*
*Certamen navale parant.*

quæ ſi vera ſint, vix Annæ in trium illarum victoriam narratione fides adhiberi poteſt.

XV. Hoc anno ſecunda Gallorum in Mauros Hiſpaniæ expeditio ſuſcepta, de qua Auctor Ano-



*per comprimenda, multoties olim contra patrem ſuum litigaverat, & tunc noviter pro quibuſdam ineptiis ſimiliter ſtomachatus ad Regem Francorum diſceſſerat....* Reliqua deſunt: nam quæ poſt hæc ſequuntur, ſpectant ad obitum ipſius Guillelmi, quem certum eſt poſt annos tres contigiſſe, anno nimirum Redemptoris milleſimo octogeſimoſeptimo: ad quod uſque tempus eundem Odonem Bajocenſem Epiſcopum præterito anno vinctum, eſſe detentum in carcere liquet.

XXIII. Adverſus curioſa ſectantes.

En quos infelix Epiſcopus ex divinatione dæmonum meſſuit fruges. Ita plane qui ſemel his intendens, divinationibus adhibere cæperit fidem, ludus diaboli effici conſuevit, ut (quod deterius eſt) magno ſuæ quiſque diſpendio animæ captivus, ſpe vana pellectus in inferos demergatur, cum ſe putat thronum eminentiorem proxime conſcenſurum. Poſſemus hic de pluribus ita deceptis temporibus noſtris, ſcribere librum, quorum funeſtos deploravimus, quos vidimus caſus; ſed nos inſtituti ratio cohibet, quæ ſuis quæque temporibus reddenda veluti lege præſcripſit. Satis ſit ad miſerrimos iſtos, ne ejuſcemodi laqueis aureis irretiri ſinantur, illud Apoſtolicum inclamare: (a) *Ne tetigeritis, neque guſtaveritis, neque contrectaveritis quæ ſunt ad interitum ipſo uſu.* Memores ab exordio naſcentis Eccleſiæ (ut habent Acta) (b) cognitis præſtigiis hujuſcemodi & illuſionibus dæmonum, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita illi qui inſilire dæmonem in auctores ſuos ipſos filios Scevæ adjuratores viderunt, certi nimirum, quod multo magis eoſdem eſſent paſſuri diros vindices & ultores, qui eos conſulerent & eorum opera quomodolibet uterentur. Sed redeamus ad infelicem germanum Regis Odonem Bajocenſem Epiſcopum qui divinationibus dæmoniacis tot tantaque peperit ſibi mala.

(a) Coloſſ. 2.

(b) Act. 19.

XXIV. De quo certum eſt, Gregorii Papæ preces apud Regem nullius fuiſſe momenti, quod ſtatuiſſet idem Rex, ejus pœnam fore perennem; adeo ut idem Princeps proxime moriturus, cum vinctos omnes fore ſolvendos teſtamento juſſiſſet, unus ne eximeretur e carcere Bajocenſis Epiſcopus, omnino vetuerit. Mirantibus autem & rogantibus eum pro illo Regis amicis, hæc ad eos traditur reſpondiſſe: *Minor quod prudenter non indagatis quis & qualis eſt vir, pro quo ſupplicatis. Nonne pro tali viro petitis, qui jam diu contemptor extitit religionis, & argutus incentor lethiferæ ſeditionis? Nonne hunc coercui quatuor annis Epiſcopum, qui debuerat eſſe juſtiſſimus rector Anglorum, & factus eſt peſſimus oppreſſor populorum, & monachalium deſtructor cænobiorum? ſeditioſum liberando male facitis, & vobiſmetipſis ingens detrimentum quæritis. Evidenter patet, quod Odo frater meus levis eſt & ambitioſus, carnis inhærens deſideriis, & immenſis crudelitatibus, & nunquam mutabitur a lenociniis & noxiis vanitatibus. Hoc perſpicue in pluribus expertus ſum. Ideoque conſtrinxi non Antiſtitem, ſed tyrannum.* Carcer epiſcopi.

*Abſque dubio, ſi evaſerit, totam regionem turbabit, & multis millibus perniciem ſubminiſtrabit. Hæc non ex odio ut hoſtis profero, ſed ut pater patriæ plebi Chriſtianæ provideo. Si enim caſte & modeſte ſe haberet, ſicut ſacerdotem & Dei miniſtrum ubique condecet; cordi meo major, quam poſſim referre, lætitia ineſſet. Spondentibus autem cunctis emendationem pontificis, Rex iterum ait: Velim, nolim, veſtra fiet petitio; quia me defuncto vehemens ſubito rerum fiet mutatio. Invitus concedo, ut frater meus de carcere liberetur. Sed ſcitote, quia multis per eum mors, ſeu grave impedimentum incutietur.* Sic igitur vix poſt annos tres (ut audiſti) idem Bajocenſis Epiſcopus, dum Romanæ Eccleſiæ per pecuniam quærit ſibi adipiſci Pontificatum præter alia mala, annorum quatuor moleſtiſſimum ſibi carcerem procuravit. XXV.

Eodem ferme tempore idem Gregorius Pa- XXVI.

PAGIUS nonymus Fragmenti Hiſtoriæ Franc. a Roberto ad mortem Philippi I. apud Ducheſnium Tom. IV. pag. 88. habet: *Secundam expeditionem in Hiſpanos Dux Burgundionum Hugo, plureſque alii Principum Galliæ paraverunt. Quibus Rex Aragonenſis Sancio, cujus patrem Milonem ſcilicet Regem ipſi Saraceni jamdudum excoriaverant* (loco Milonis reponendus Ramirus, & fabula de genere mortis ejus rejicienda. Neque enim antiquitus Galli de Rebus Hiſpanicis magis edocti, quam Hiſpani de Rebus Gallicis), *obviam venit, eiſque Ducatum contra eoſdem præbuit Sarracenos. Quo Duce Hiſpaniam ingreſſis, captaque una nobilium ejuſdem Hiſpaniæ urbium, & devaſtata ex parte ipſa regione, plurima onuſti præda domum remeant, quamplurimis captivis adductis.* Hanc expeditionem ad hunc annum pertinere inſinuat Garibaius lib. 23. cap 2. qui licet Gallorum mentionem non faciat, ait tamen *Sanctium Ramirum* Aragonenſium Regem bellum hoc anno intuliſſe Mauris in Navarræ limitibus poſitis, & die vigeſima quinta menſis Maji urbem *Arguedam* dictam ſibi ſubjeciſſe, eodemque menſe ad *Tudelam* civitatem cum Mauris prælium commiſiſſe.

*Secunda Gallorum in Mauros Hiſpaniæ expeditio.*

XVI. Hæc expeditio lucem accipit ex egregia Charta a Chifletio in Probationibus Hiſtoriæ Trenorcienſis pag. 331. relata, in qua dicitur: *Revolventibus quibuſdam annis cum illo magno exercitu, in quo pene totius Nobiles regni Franciæ, ordinante Deo, venerunt Hiſpaniam, venit*

*Tudela a Chriſtianis obſeſſa.*

Greg. quid cum Comite Flandriæ.

Papa Robertum Comitem Flandriæ, qui ſe inexorabilem adverſus inimicos ſuos prorſus reddidit, ut nec de illis aliquis verba facere auderet, placavit ſuis litteris, redditis ei per ſanctum Arnulphum Epiſcopum Sueſſionenſem. Quomodo autem iſta ſe habuerint, exacte deſcribit (a) Liſiardus in rebus geſtis ſancti Arnulfi, quas fideliſſime digeſſit, his verbis: *Robertus Flandriæ Comes infeſtus erat quibuſdam gentis ſuæ primariis & ditioribus viris, qui pertæſi onerum, quibus ab illo premebantur, inter ſe tractabant, ut illo profligato, humaniorem ſibi Principem adſciſcerent, nempe Balduinum Comitem Montis caſtrorum. Id ubi reſcivit Robertus, ſummo conatu intercipit illos ceu proditores, atque alios ex eis proſcribit, alios interimit, nonnullos rebus & honoribus nudatos jubet in exilium proficiſci: inter eos etiam Arnulphus Morinorum Archidiaconus, & Eccleſiæ ſancti Audomari præpoſitus omni dignitate ſua privatus multo tempore vixit profugus: Sed tandem ad ſe rediens, Gregorium Romanum Pontificem adit, qua calumnia gradu & honore ſuo ſpoliatus ſit, lacrymabiliter ei exponit. Tantam vero ejus calamitatem miſeratus Pontifex, litteris ſuis ferocem & truculentum Roberti animum ſtatuit lenire, ut illis quos ſuſpectos habebat, aut plane ignoſceret, aut certe facultatem ſeſe purgandi non negaret; ſed cum nemo poſſet inveniri, qui Pontificis litteras tunc infenſo Principi offerre auſus eſſet; res diu protracta eſt. Tandem animo ſuccurrit conſtantia ſanctitatis & fervor charitatis Arnulphi Sueſſionum Antiſtitis, cujus tum in curia Pontificis celebris fama innotuit, & quod is proculdubio incunctanter oblaturus eſſet Roberto Comiti ſcripta Pontificis.*

(a) *Liſiardus in vita S. Arnul. c. 34. apud Sur. cap. 4. die 15. Auguſt.*

XXVII. S. Arnulphus internuntius Greg. Papæ.

*Tum vero animatus Pontifex, Arnulpho diploma mittit, mandans ei, ut litteras interceſſorias, & perſonas, de quibus agebatur, ad Robertum Comitem ſecum adducat, illiſque vel veniam, vel ſaltem ſe purgandi copiam obtineat pro Sedis Apoſtolicæ honore. Ita ille pietate fortis, gemina inſtigante juſtitia, obedientiæ, & fraternæ condolentiæ, cum quibuſdam ex illis venit ad Inſulam civitatem, atque illic reperto Comiti obtulit ſacras Pontificis litteras: quæ cum legerentur, illi quorum res agebatur, clam ſe ſubmittentes, ejus tenuere pedes. Sed o furorem & rabiem! o fellis acerbam commotionem! quem tamen in fronte, oculis, & toto Comitis vultu viſebatur, quando ſenſit eos quos oderat, ſuos apprehendiſſe pedes. Et quid vero illa ferocitas in ſancti viri præſentia faceret? Affuit continuo gratia Dei; & tum ſanctitatis ejus contemplatione, tum pro Apoſtolicæ Sedis reverentia, ſalus, vita, res, & facultates, eis donatæ ſunt.* Hæc de legatione functa nomine Apoſtolicæ Sedis per ſanctum Arnulphum, Liſiardus. Porro deſiderantur litteræ illæ a Gregorio Papa ad Robertum, ſicut & aliæ anno iſto ab eo datæ ad diverſos epiſtolæ.

Re-

PAGIUS *nit & ſupradictus Dux* (nempe Odo Burgundiæ Dux, ut mox videbimus.) *Quid fecerunt, & quantum laboraverunt in obſidione Tudelæ, ſatis notum eſt. Cum autem unuſquiſque prout potuit, remeavit ad propria, ipſe Dux adiit Curiam Imperatoris Anfonſi* (ſeu Alphonſi VI. Caſtellæ & Legionis Regis, Imperatoris nomine in Hiſpania appellati), *cauſa videndi avunculam ſuam*, Conſtantiam nempe Alphonſi Regis uxorem, & Odonis Burgundiæ Ducis amitam. In fine legitur: *Scripta eſt hæc Charta, jubente Regina* (nempe Conſtantia) *quæ hoc donum fecit, laudante & firmante Duce Odone, in Leone civitate, Nonas Auguſti, feria V. Luna III. Regnante Anfonſo Rege in Toletis, & Philippo in Francia, anno ab Incarnatione domini MLXXXVII.* Cum vero in ea Charta Burgundiæ Dux ſemel & iterum Odo nuncupetur, & facilius Librarii, quam Notarii in ſcribendo labantur, exiſtimandum Anonymum loco laudato, pro *Odone*, Hugonem poſuiſſe. Uterque Burgundiæ præfuit, & Hugoni, poſtquam Monachum induit, *Odo* ſucceſſit, anno MLXXVIII. De tertia Gallorum in Mauros Hiſpaniæ expeditione anno MLXXXVII. ſermo erit. Porro *Tudela* anno MLXXXVII. cum univerſo antiquo Navarræ regno citra Ebrum fluvium poſito ab *Alphonſo* VI. Caſtellæ & Legionis Rege pendebat, ſed poſtea in Saracenorum poteſtatem venit, tandemque anno MCXIV. ad Chriſtianos rurſus rediit, ut ibi videbitur. *Nicolaus Grammaticus* fit Patriarcha Conſtantinop. ut videre eſt anno MLXXXIX.



I. Conventus habitus inter Catholicos & Schiſmaticos.

Redemptoris annus milleſimus octogeſimusquintus, indictione octava ſequitur, cujus exordio nempe (ut Bertholdus ait) decimoquinto die poſt Epiphaniam, vigeſimaprima ſcilicet Januarii, conventus eſt habitus in Saxonia, ſeu (ut Urſpergenſis vult) in Thuringia, loco qui Berchach dicitur, condictus (ut ait) tam ab inimicis, quam amicis Imperatoris, ſeu ut vult Bertoldus, indictus a Saxonibus contra Henrici fautores, ut probarent, ſe jure Henricum, ut excommunicatum vitare. Hujus autem decernendi conventus ea præceſſit occaſio, quod Otto Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Legatus in Teutonicis regionibus promulgaverat ſynodale decretum de Henrico Rege excommunicato, una cum Guiberto pſeudopontifice. Quo decreto jubente, ſe jure vitare communicationem Henrici, Saxones affirmabant, Catholici, ſchiſmaticis contra aſſeverantibus, Henricum eſſe excommunicatum injuſte, atque ob eam cauſam non vitandum. *Adverſarii autem* (inquit Bertholdus) *eis objecerunt, quod Papa eum nequiverit excommunicare, eo quod expoliatus, regno ſcilicet, non potuerit vocari, judicari, ſive damnari.* Ita quidem decretis (a) ſummorum Pontificum decernentibus, aſſerentibuſque, (b) Spoliatum non ad Synodum provincialem, nec generalem vocari poſſe, nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ ei ſublata ſunt, reſtituantur. Sed iſta (c) regula ſuis reſtringitur exceptionibus. *Ad hæc* (pergit Bertholdus) *Saxones reſponderunt, ſe judicium Sedis Apoſtolicæ non debere retractare, nec poſſe. Hoc cum illo potius tractandum, qui illum damnaverit; non cum Saxonibus, quod damnationi ejus non interfuerint, qui Sedis Apoſtolicæ judicio nullam retractationem, ſed obedientiam debuerint. Ita ergo ſoluto colloquio, diſceſſum eſt ab invicem.* Iſta Bertholdus de conventu hoc; Urſpergenſis vero rem geſtam pluribus proſecutus, hæc ait:



(a) *2. q. 2. per tot.* (b) *2. q. 2. c. 4. in ſcripturis.* (c) *Gloſ. in d. c. in ſcripturis, ver. nec in aliquo & Doctores ibi & alibi.*

II. Defenſor Reg. Wecilo.

*Electis igitur ſatis litteratis & eloquentibus viris, hinc Vuecilone Moguntino, illinc Gebehardo Saltzburgenſi Archiepiſcopis, diſputatio cæpta eſt. Affirmat Gebehardus, proponente hoc prius Vuecilone, Imperatorem non injuſto judicio, tam regno, quam communione, Apoſtolici ſententia privatum. E contra Vuecil, dominum ſuum præjudicium non minus a Papa, quam a Principibus paſſum con-*



*ten-*

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MCXXIII. Anno Hegiræ CCCCLXXVIII. inchoato die 29. April. fer. 3. A.C. 1085.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6578.

☉ 2. E. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1085.

GREGORII VII. PAPÆ 13.

HENRICI IV. REG. 30. IMP. 2.

ALEXII COMNENI IMP. 5.

I. *Conventus Berbacenſis.*

ANum. I. ad X. Hoc anno in *Berbac* loco in Thuringia poſito, communi partium conſenſu, ſeu Henricianorum & Catholicorum *Conventus* habitus, ut Canonum auctoritate probaretur, cui parti juſtitia faveret. *VVecilo* Moguntinus Archiep. partes Imperatoris abſentis, S. *Gebhardus* Saliſburgenſis Archiep. Gregorii VII. cauſam defendit. Hujus Conventus Acta ab Abbate Urſpergenſi & Waltramo ſeu Venerico in lib. *de Unitate Eccleſiæ commemorata.* [1]

II. *Synodus Quintiliniburgenſis.*

Sed quia Epiſcopi partium Henricianarum ſententias a Gregorio VII. contra Henricum Regem latas, in Berebacenſi Conventu retractari voluerant, *Otto* Sedis Apoſtolicæ Legatus Synodum *Quintilineburgi* (eſt Abbatia prope Halberſtadium in Saxonia ſita) cum Epiſcopis & Abbatibus Germaniæ, quorum præcipui erant Sanctus *Gebehardus* Saliſburgenſis, & *Hartuicus* Magdeburgenſis Archiepiſcopi celebravit. In ea Henriciana & Weciliana hæreſis damnatæ. *Henriciani* enim ſummam auctoritatem Imperatori in electionibus Epiſcoporum, & ipſius Romani Pontificis vindicabant, huncque negabant eſſe legitimum, ſi eum Imperator vel Germaniæ Rex non nominaſſet, ac latæ a Gregorio VII. in Henricum excommunicationis nullam habendam eſſe rationem contendebant, injuſtamque aſſerebant. *VVeciliani* vero ita a Wecilone Moguntinæ Sedis invaſore nuncupati, ſeculares ſuis rebus expoliatos, Eccleſiaſtico judicio non ſubjacere vo-

le-

NOTÆ [1] CErtum eſt hoc anno circa nonas Januarii quæ in diem Dominicam inciderunt, Romæ Pſeudo-Synodum celebratam fuiſſe a Guiberto, qui ejus meminit in ſuo Privilegio pro Eccleſia Ravennate relato Rer. Italic. t. I. part. 2. fol. 583. Hanc Synodum aliam eſſe a priori, de qua nos in Nota ad A. 1084. cenſeo, cum non prius quam hoc anno celebrari potuerit; nam actam dicit idem Guibertus in primordio ſui pontificatus; ideoque hoc anno quo adhuc annus primus ſuæ ordinationis in Januario currebat. Porro hoc anno Henricus Romæ amplius non verſabatur, ut proinde aliud fuiſſe oporteat Concilium a Guiberto in exordio ſuæ aſſumptionis, imperatore præſente, celebratum, de quo Benzo lib. 7. cap. 5. & nos ex eo in Nota ad annum ſuperiorem num. I. Hæc pariter Pſeudo-Synodus Collectores latuit. MANSI

*tendit, dum ipſo apud Canuſium in ſatisfactione poſito, immo jam a Papa in communionem recepto, alterum ſuper ſe Regem elevarent. Adiecit etiam idem Moguntinus, quod Imperator diu jam a Saxonia depulſus, & regnandi copia etiam ab illa diſſenſione, quæ ante Rudolphum facta præſcribitur, ſpoliatus; nec vocari, nec judicari, nec damnari canonice debuiſſet. Hoc Gebehardus improbare nitens, aſſerit, neminem per hoc divinis abſolutum legibus, ſi forte ſua qualibet re familiari fuerit ſpoliatus; quanto minus Rex, qui Saxonia, quæ non ſuum dumtaxat prædium, ſed Domini ſit regnum, qui Daniele, (a) vel ipſo Rege Nabuchodonoſor teſte, cuicumque voluerit dat illud: cum etiam ante amiſſam Saxoniam, prius ab Alexandro, dehinc ab Hildebrando vocatus ſatisfacere contempſiſſet. Sic itaque utrimque parte ſua favente, atque acclamante, diſceſſum eſt. Notum tamen eſt, quod eamdem ſententiam adverſarii Imperatoris tanto inſequebantur zelo, ut habito poſtmodum in Quintilineburg Concilio, ubi Otto Epiſcopus Oſtienſis interfuit Legatus Hildebrandi Papæ, ipſam nimium ventilantes; hæreſim Vvecilonis, ipſumque hæreſiarcham appellarent, contra fidem ſcilicet illum dogmatizaſſe culpantes, quod quamdiu quis ſuis ſpoliatus ſit rebus, divinis non ſubjaceat legibus.* Hucuſque Urſpergenſis.

(a) Dan. 2. 5.

Wecilonis hæreſis quæ.

III. Wecilo ex clerico fugitivo factus Archiep. Moguntinus.

Porro Wecil iſte, qui anno ſuperiori intruſus eſt poſt obitum Sigefridi in Moguntinum Archiepiſcopatum, quisnam fuerit, præſtat audire a Bertholdo, qui ait: *Interim Henricus congregata multitudine ſchiſmaticorum, Vvecilonem clericum Halverſtatenſis Epiſcopi fugitivum Moguntinenſi Epiſcopatu remuneravit, eo quod illi in omni pertinacia contra Dominum, & ſanctum Petrum indefeſſus cooperator affuit. Qui ipſe jamdudum anathematizatus, & ab anathematizatis electus; nihilominus etiam ab anathematizatis (juxta Pelagium Papam) non conſecratus, ſed execratus eſt.* Hæc ipſe. Permanſit iſte in ſchiſmate, cujus ſemper extitit acerrimus propugnator uſque ad obitum, qui poſt biennium contigit. At ſicut hæreſis ab auctore Wecilina (ut audiſti) eſt appellata, ita & ignominiæ cauſa ſchiſmatici ſectatores ipſius Wecilini denominati fuerunt.

IV. Sed videamus, quid in Concilio Catholicorum, hoc anno poſt promiſcuum illum conventum in dicto Quintilineburg, per Ottonem Apoſtolicæ Sedis Legatum geſtum ſit, quod prætermiſſum ab Urſpergenſi, a Bertholdo ejus temporis ſcriptore ita deſcribitur:

Synodus generalis Quintilineburg.

*Hermannus Rex in Quintilineburg Paſcha celebravit, ubi & Legatus domini Apoſtolici in ipſa Paſchali hebdomada generalem Synodum cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, ſancti Petri fidelibus ſolemniter celebravit. Interfuit autem huic Synodo Gebehardus reverendiſſimus Juvanienſis Archiepiſcopus; item venerabilis Hartungus Magdeburgenſis Archiepiſcopus cum Suffraganeis ſuis. Item Suffraganei Moguntinæ Sedis de Saxonia: nam Vvirceburgenſis, & Vvormatienſis, Auguſtenſis quoque, & Conſtantienſis de Alemannia, quique ipſi canonica neceſſitate impediti, venire non potuerunt, per legationem ſuam ſe ſancto Concilio repræſentaverunt, ſeque per omnia ejuſdem Synodi ſtatutis aſſenſuros mandaverunt. Rex etiam Hermannus cum ſuis Principibus eidem Synodo interfuit. Cum ergo omnes juxta ordinem ſuum conſediſſent, prolata ſunt in medium decreta ſanctorum Patrum*

PAGIUS lebant. In hac Synodo Wecilionis, & aliorum ſchiſmaticorum Ordinationes irritæ declaratæ; repetita anathematis ſententia in Clementem III. Antipapam & ſchiſmatis ejus fautores: *Gebehardi* Conſtantienſis Epiſcopi confirmata Ordinatio; quæſtio de conſanguinitate *Hermanni* Germaniæ Regis & uxoris ipſius agitata eſt, qui Synodo ſe pariturum promiſit. Denique conditi in hac Synodo Canones ſeptem a Baronio ex Bertoldo in Chronico num. VI. & ſeq. recitati.

III. *Pſeudo-Synodus Moguntina.*

*Henriciani*. ubi hæc accepere, *Moguntiæ* pſeudo Synodum coegere, cui Henricus Imp. cum Legatis Antipapæ interfuit, & univerſos Epiſcopos compulit, ut *Gregorii* VII. depoſitionem, & *Guiberti* Ordinationem approbarent. *Herimannus* Metenſis Epiſcopus, Gregorii VII. defenſor acerrimus, aliique eidem Pontifici adhærens depoſiti, ut videre eſt apud Baronium num. VIII. & ſeq. Hujus pſeudo-Synodi Acta a Waltramo laudata prolixe deſcripta, qui & teſtatur, *Hermannum* Germaniæ Regem in ea tanquam reum Majeſtatis damnatum eſſe. Sigebertus in Chron. ait: *Imperator in Epiſcopatu Metenſium alterum mercenarium ſuppoſuit, ſed oves Chriſti non audiverunt vocem alienorum*. In Chronico Sancti Trudonis part. 2. lib. 3. cap. 10. intruſus ille vocatur *Bruno*, [1] filius Comitis de Salmos, *cujus frater Godefridus poſtea extitit Comes Palatinus*. Ibidem lib. 4. cap. 2. *Jam Metenſes, cum inſolentiam Brunonis ferre non poſſent, ſtultaque ejus ſuorumque ſuperbia, Deo ita volente, provocarentur, armis tandem in eum irruerunt, & intra mo-*

NOTÆ [1] *Intruſus ille vocatur Bruno &c.* Intruſus ab Henrico Imperatore ſtatim ab expulſione Herimanni Gaulo abbas S. Arnulphi Metenſis fuit, ut in eodem Chronico S. Trudonis lib. 3. ad annum 1085. Dein Gauloni defuncto Bruno ſubſtitutus fuit, ut ibid. lib. 4. ubi hæc legas: *Bruno qui Herimanno ſuppoſitus poſt Gaulonem Metis invaſerat epiſcopatum*. MANSI



*trum de primatu Sedis Apoſtolicæ, quod nulli umquam liceat ejus judicium retractare, & de ejus judicio judicare; quod de totius Synodi publica profeſſione laudatum, & confirmatum eſt. Et hoc utique contra Henricianos, qui fideles ſancti Petri conſtringere voluerunt, ut excommunicationem domini Papæ Gregorii ſuper Henricum cum illis retractare præſumerent.*

V. *Quidam autem Babenbergenſis clericus, nomine Gunibertus, Romani Pontificis primatui derogare volens, in mediam Synodum ſe contulit, aſſerens, Romanos Pontifices hunc ſibi primatum adſcripſiſſe; non aliunde conceſſum hæreditaſſe, videlicet, ut nullus de eorum judicio judicare debeat, nec illi alicujus judicio ſubjaceant. Qui cum aperte a tota Synodo confutaretur, præcipue tamen a quodam laico convictus eſt per illud Evangelicum; (a) Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Cum enim hoc generaliter in omnibus Eccleſiaſticis ordinibus obſervandum deputetur, ne major a minore judicetur: quis hoc Vicario ſancti Petri denegare potuit, quem omnes Catholici pro domino, & magiſtro venerantur?*

(a) Matt. 10.

*In eadem Synodo ordinatio Vvecilonis Moguntini invaſoris, & Sigefridi Auguſtenſis, & Norberti Curienſis: immo omnes ordinationes, & conſecrationes excommunicatorum penitus irritæ judicatæ ſunt juxta decreta ſanctorum Patrum Innocentii, Leonis Primi, Pelagii, atque ejus ſucceſſoris Gregorii Primi.*

Canones Concilii Quintilineburg.

*Item ſecta prædicti Vecilonis Moguntini Invaſoris, ejuſque ſociorum, ſub anathemate damnata eſt, quæ aſſerit: Sæculares ſuis rebus expoliatos Eccleſiaſtico non ſubjacere judicio, nec excommunicari poſſe pro ſuis exceſſibus; quæque excommunicatos abſque reconciliatione recipi poſſe contendit.*

VI. *Statutum eſt autem ibi, ut quicumque ab Epiſcopo ſuo, nec officio, nec communione privato excommunicatus eſſet, etſi injuſte; nullatenus tamen reciperetur ad communionem, niſi abſolutus Eccleſiaſtico more.*

*Similiter, & pro ſacrilegio excommunicatos decrevit ſancta Synodus non recipiendos, abſque ſolita reconciliatione, & niſi dudum, quæ ſacrilege ſibi vendicaverant, reddidiſſent.*

*In eadem Synodo presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, perpetua juxta decreta ſanctorum Patrum indicta eſt continentia.*

*Item ſtatutum eſt, ne laici pallas altaris, & ſacra vaſa contingant.*

*Item, ne laici decimas ſibi vendicent in proprietatem, nec etiam in beneficium, niſi conceſſione legitimorum poſſeſſorum.*

*Item ut vernum Jejunium in prima hebdomada Quadrageſimæ æſtivum in Pentecoſte ſemper celebretur.* VII.

*Item ne quis caſeum & ova comedat in Quadrageſima.*

*Item ſynodali judicio confirmata & laudata eſt ordinatio domini Gebeardi Conſtantienſis Epiſcopi; immo omnia, quæ præfatus Sedis Apoſtolicæ Legatus, cum eſſet Conſtantiæ, ordinavit.*

*Item ibi mota eſt quæſtio de conſanguinitate Regis, & uxoris ſuæ. Unde & Rex in media Synodo ſurrexit, ſeque de hac re judicium ſanctæ Synodi per omnia obſervaturum profeſſus eſt: ſancta autem Synodus hanc cauſam in præſenti canonice examinari non poſſe judicavit, eo quod legitimi accuſatores non eſſent.*

*In fine autem Synodi ſententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata eſt in Guibertum hæreſiarcham Sedis Apoſtolicæ pervaſorem, & in apoſtatas S. Petri Hugonem Album cognominatum, Joannem Portuenſem Exepiſcopos, Petrum excancellarium.* Erant hi pſeudocardinales Guiberti Antipapæ ſectatores, & acerrimi defenſores.

*Item in Liemarum Bremenſem, Utonem Hildineshemenſem, Ottonem Conſtantienſem, Burchardum Baſilienſem, Uzmannum Spirenſem Exepiſcopos.* VIII.

*Item in Vvecilonem Moguntinum invaſorem, Sigefridum Auguſtenſem, Norbertum Curienſem. In hos inquam, & in omnes eorum complices inevitabilis ſententia anathematis promulgata eſt.* Hactenus de rebus in Synodo geſtis Bertholdus, quæ ut ratio illius temporis exigebat, tam ibi, quam in aliis quoque Synodis inculcata, ac repetita fuere.



PAGIUS *monaſterium B. Protomartyris concluſum obſederunt. Sed foribus tandem ſuper eum fractis, milites ejus hac illacque per monaſterium gladiis lanceiſque confoderunt, quoſdam ſuper ipſa altaria immolantes, quoſdam ipſis altariis, contortis ſpiculis affigentes. Itaque Bruno vix elapſus tam honore quam nomine Epiſcopi ea ipſa die penitus eſt privatus a Metenſibus.*

IV. *Herimannus Epiſc. Metenſis ſede pellitur.*

Hanc perſecutionem in *Hermannum* excitatam magis explicat Hugo Flaviniacenſis in Chron. Virdun. qui narrata Gregorii VII morte, ait: *Anno ſequenti perſecutione Henrici Herimannus Mettim exiit, & Sedem Cathedræ ejus VValo Abbas Sancti Arnulphi illicite uſurpavit. Actum eſt illic miro Dei judicio, ut cum ad execrationem ejus criſma quæreretur, & allatum eſſet criſma ab Herimanno confectum, Epiſcopus Virdunenſis* (nempe Theodericus Henrici partibus addictus *reprobratum criſma, quod ſanctum erat, projiceret, & allato ſuo, quod ipſe contra jus & fas ſacraverat, inde perficeret VValonis ſacrationem, ne benedictionem patris filius impudens mereretur. VValo tamen, quia patris cubile aſcendit, publicam pœnitentiam egit. Heinricus in loco ejus Brunonem quendam Exepiſcopum creavit, qui poſtea ab ur-*
*be*

His anathematis percuſſi jam telis ſchiſmatici ſuperioris Germaniæ Epiſcopi, majori audacia, quam furor copioſe auxit, concitati; ſimulac iſta, quæ contra eos in proxima Synodo facta eſſent, intellexerunt, coeundum ſimul ad vindicandam, quam accepiſſent injuriam, ſtatuerunt, ſynodalemque conventum proxime celebrandum indixerunt: locus autem conventiculi eſt præſtitutus Moguntia; cui etiam intereſſe deberet Rex Henricus. De hoc conciliabulo Sigebertus hæc habet hoc anno: *Henricus Imperator Moguntiæ regali, & ſynodali conventu coacto, exegit ab omnibus, ut Hildebrandi depoſitionem, & Guiberti ordinationem ſubſcripto approbent. Cui aliqui manu, & ore faventes, corde tamen Hildebrando adhærebant.* Interfuiſſe huic ſpuriæ Synodo Legatos tamquam Apoſtolicæ Sedis titulo miſſos a Guiberto Antipapa, auctor eſt Dodechinus; præfuiſſe autem ipſi Vvecilonem Moguntinum intruſum: inſuper & Urſpergenſis aſſerit, eidem Synodo Legatos interfuiſſe Romanos ex illis, ſcilicet, qui favebant Henrico, & receperant Guibertum. De eadem autem ſcribit iſta Bertholdus hoc anno, poſt memoratam Synodum Orthodoxorum enarratam iſta ſubjungens:

Conciliabulum Moguntinum.

IX. *Sed hi omnes adverſarii Eccleſiæ Dei, excommunicati ſcilicet in Synodo Orthodoxorum, in tertia hebdomada poſt finitam Synodum ſuam Moguntiæ collegerunt, non Synodum, ſed conciliabulum, in quo umbratilem ſententiam excommunicationis contra fideles ſancti Petri deprompſerunt, utpote nequaquam illos excommunicare valentes, ſed apertiſſime ſeipſos a communione Catholicorum ſequeſtrantes, ut non tantum judicio ſanctæ Eccleſiæ, ſed & proprio eorum judicio, ſicut omnes hæretici, a Catholicis eſſent ſeparati; ſedes quoque Catholicorum Epiſcoporum viventium temeraria cupiditate cæcati ſibi vendicare non timuerunt.* Hæc ipſe.

Inter alios Herimanno, Metenſi Catholicæ communionis Epiſcopo, & defenſori acerrimo Gregorii Papæ (de quo ſæpe ſuperius) licet abſenti, privato Epiſcopatu, Imperator mercenarium ſuppoſuit Meginardum. *Sed oves Chriſti non audierunt vocem alienorum* Wirceburgenſem quoque Epiſcopum, quod faveret Gregorio legitimo Eccleſiæ Catholicæ Pontifici, eſſe in eadem pſeudoſynodo condemnatum, Urſpergenſis affirmat, inque locum ejus alium ſubrogatum, ac denique omnes, qui non reciperent Guibertum, eadem pœna mulctatos. At de Moguntino conventiculo hactenus. Quod enim omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus (ait (a) Dominus) eradicabitur; quæ in eo ſtatuta, Deo operante convulſa ſunt, vel ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam evellatur, exaruit, ſua ipſa ſponte quam citiſſime periere, execrantibus ubique Catholicis omnibus infeliciſſimum Guibertum, Gregorium vero, & ſucceſſores ejus, uti legitimos Eccleſiæ Catholicæ Pontifices venerantibus.

(a) *Matt.* 15.

X. Funera ſchiſmaticorum Epiſcop. & Principum.

Subiicit poſt enarratas res geſtas conciliabuli Moguntini Bertholdus funera ſchiſmaticorum in Italia, qui urgente fame atque lue ex hac vita extra Eccleſiam poſiti miſere abrepti ſunt: nimirum defunctus aſſeritur novus Parmenſis Epiſcopus ab Henrico nuper electus, inſuper & Regienſis ejuſdem factionis Antiſtes, atque Mediolanenſis Archiepiſcopus Thedaldus, cujus contumacia poſt alia ſcelera litteris Gregorii Papæ reperitur ſæpius condemnata: erant hi inſigniores ſchiſmatis promotores, ac defenſores. Porro e medio ſublato eodem potentiſſimo Mediolanenſis Eccleſiæ invaſore, perditoque tyranno, erigere caput ea cæpit eccleſia, excuſſoque e cervicibus jugo ſchiſmaticorum, Catholicum ſibi delegit Antiſtitem Anſelmum ejus nominis Tertium. Ex Principibus autem laicis Henrici fautoribus eodem morbo interiiſſe liquet miſerando interitu Adalbertum, & Reginherum Marchiones, atque Boſonem Comitem, hoſtes infenſiſſimos Comitiſſæ Mathildis: quibus ſublatis de medio, liberum fuit eidem Co-

PAGIUS *be cum dedecore & ignominia pulſus eſt, & ſic Herimannus poſt multa laboris & via pericula a ſuis de Longobardia, quo cum Mathilde morabatur, revocatus, IV. anno egreſſionis ſuæ Mettis recipitur cum omnium affectione, anno, ab Incarnat. domini MLXXXIX.*

V. *Obitus Tedaldi Archiep. Schiſmatici Mediolanenſis.*

Ad num. X. In Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium a Mabillonio & Papebrocio edito, legitur: *Domnus Tedaldus Archiepiſcopus ſedit annos IX. & menſes tres, & dies XXI. obiit VIII. Kalendas Junii, ſepultus in Arona*, ſicut Gothofredus ejus deceſſor Brebiæ vitam finierat. Quibus ex verbis liquet, verum eſſe quod ſuo loco diximus, Tedaldum ſchiſmaticum circa initium menſis Februarii anni MLXXVI. ordinatum eſſe. *Tedaldus*, inquit Bertoldus in Chron. *obiit Mediolanenſis, non Archiepiſcopus, ſed Antichriſtus*, & quidem eodem die, quo Gregorius VII. quem mox VIII. Kalend. Junii demortuum eſſe oſtendemus. Poſtquam Mediolanenſes cum Sede Apoſtolica reconciliati fuiſſent, nihil prætermiſit Tedaldus, ut pacem turbaret: *Quod Tedaldus*, inquit Arnulphus lib. 4. cap. 3. *indigne ſane ac moleſte tulit, adeo ut ſeditionem in populo, bellumque conaretur inferre, ſed minime valuit.* Hæc cauſa ejus ſeceſſus Aronam, oppidum ad fluvium Adduam, media inter Comum & Bergomum via, ubi mortuus eſt. Sigonius lib. IX. ad annum MLXXXIV. ait: *Teobaldus Mediolanenſis Archiep. circa Urbanum lacum oberrans, prope exul mortuus eſt. Ei per Henricum An-*



Comitiſſæ Eccleſiis, Mutinenſi, Regienſi, atque Piſtorienſi Epiſcopis, vacantibus Catholicos ordinari pontifices procurare. Hæc ex Bertholdo.

XI. Obitus Greg. Pap. VII.

Sed eodem quoque anno, forte licet longe diverſa (*pretioſa enim in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus; mors autem peccatorum peſſima*) Gregorius Papa Salerni conſiſtens, quo ad dedicandam ſancti Matthæi Apoſtoli eccleſiam convenerat, vigeſimaquarta menſis Maii ex hac vita migravit, qui in Album Sanctorum relatus anniverſaria memoria in Eccleſia nomine celebri perſeverat. Conſtatis autem anno ſuperiori, quæ de ejus pœnitentia in Synodo poſtea finxere ſchiſmatici & Sigebertus exſcripſit; nam ea quæ de ipſo inveniuntur ab ejus temporis Scriptoribus enarrata in medium afferimus. Ipſum quidem, cum ſermonem habuiſſet ad populum, infirmitate corporis affectum in lecto decubuiſſe, Bibliothecarius teſtatur; præſcientem vero eo ſe morbo interiturum, in ea erupiſſe verba: *Dilexi juſtitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio.* Otto Fiſingenſis affirmat; cui merito occinendum ſit illud propheticum carmen: (a) *Dicite juſto, quoniam bene.*

(a) *Iſai.* 3.

XII. Quomodo Eccleſiæ pax quæratur.

Ita plane perſecutionibus indeſinentibus, diverſi generis ærumnis, atque ſæpe cædibus ſacerdotum multo felicius paritur Eccleſiæ pax, libertas acquiritur atque confirmatur Eccleſiaſtica, & ſalus quæritur animarum. Sic ſacerdotes ſuos pugnare & vincere Chriſtus docuit, cujus paſſionibus & infirmitatibus robur ac fortitudo, ac morte denique vita eſt Fidelibus comparata. Mentiar, niſi iſta jam experimento rerum præſentium monſtrari poſſint, per Gregorium nempe vendicatas e manibus Principum Eccleſiarum inveſtituras, liberam electionem Romanorum Pontificum poſtliminio reſtitutam, diſciplinam Eccleſiaſticam collapſam penitus reparatam, & alia innumera bona parta.

XIII.

Porro eumdem Gregorium ſicut in vita, ita & poſt mortem claruiſſe miraculis, Bibliothecarius ejus temporis abſque ulla dubitatione confirmat. Sane quidem ſicut ſemicintia (b) Pauli ejuſque ſudaria ad pellendos languores, dæmoneſque fugandos uſui fuiſſe Fidelibus, Acta teſtan-

(b) *Act.* 19.

PAGIUS *Anſelmus a Raude ſuffectus, pariter a Gregorio eſt improbatus.* Verum Tedaldus hoc anno interiit. Secundo, Gregorius VII. iiſdem, quo ille die & anno, vita functus Anſelmi electionem improbare non potuit. Tertio, Mediolanenſes ad Henricum recurrere non potuerunt, cum Bertoldus ſcribat: *Civitates de Longobardia Mediolanum*, &c. *contra Henricum in viginti annos conjuraverunt.* Quarto, Anſelmus, non Henricianus, ſed vir vere Catholicus fuit: *In Longobardia*, inquit Bertholdus, *venerabilis Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus, in cauſa Sancti Petri ſtudioſiſſimus*, imo & Henrico inimicus, cum, ut infra viſuri ſumus, Conradum coronarit. Puricellus quidem ait, Anſelmum Pontificatus ſui initio potuiſſe eſſe Henricianum, & poſtea in gratiam cum Sede Apoſtolica redire; ſed nonniſi poſitivis argumentis in medium adductis id aſſeri poteſt; nec Sigonius excuſari; cum Bertoldus, qui hoc tempore vixit, Tedaldi morte narrata ſcribat: *e medio ſublato potentiſſimo Eccleſiæ Mediolanenſis invaſore, erigere caput; ea cœpit, excuſſoque e cervicibus jugo ſchiſmaticorum, Catholicum ſibi delegit Antiſtitem Anſelmum ejus nominis tertium.* Sigonius itaque multa de ſuo dicere ſolitus eſt; & cum magna cautela legendus. [1] Porro cum in Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium a Mabillonio & Papebrocio edito *Tedaldi* pſeudo Epiſcopi nomen legatur, *Attonis* autem veri Epiſcopi & *Gothofredi* pſeudo-Epiſcopi nomina deſiderentur, apparet illum antiquum non eſſe.

VI. *Moritur Gregorius VII. PP.*

A num. XI. ad XXII. Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. cap. 12. hujus ſancti Pontificis tunc Salerni commorantis mortem relaturus ait: *Rogatus, ut in tanta fidelium perturbatione, ſibi ſucceſſorem & Eccleſiæ contra prænominatum adulterum* (nempe Guibertum) *deſignaret ultorem, trium dedit optionem; videlicet Deſiderii Cardinalis & Abbatis cœnobii Caſſinenſis, atque Reverendiſſimorum Epiſcoporum, Ottonis Oſtienſis, & Hugonis Lugdunenſis. Verum quia Otto nondum a Germaniæ & Galliæ partibus redierat, ubi Apoſtolica legatione functus, venerabilem Gebehardum Conſtantienſis Eccleſiæ Præſulem ſe præſente & favente conſecraverat, & alia nonnulla ad ſtabilimentum Eccleſiæ pertinentia prudenter ordinaverat; Hugo quoque ſua luſtrans gubernacula procul aberat, interim ſuaſit eligi vicinum Deſiderium.* Poſt pauca interpoſita: *Interea Pontifex B. Gregorius, ſu-*

NOTÆ [1] SIgonium hic multis accuſat Pagius, ſed non merito ſemper. Recte igitur Thedaldi mortem anno ſequente 1086. Pagius ex Bertholdo conſignat. Secundo erravit Sigonius aſſerens Anſelmum Thedaldi ſucceſſorem cathedram Mediolanenſem poſt obitum Gregorii VII. aſcendiſſe, cum Anſelmo hoc anno electo Gregorius ſuccedenti anno obierit. Viciſſim autem male Pagius ſtatuit Mediolanenſes tunc Henrico infenſos fuiſſe, ad Bertholdum id aſſerentem provocans; cum Bertholdus id quidem non hoc anno ſed anno 1093. tradat. Male tandem aſſerit idem Pagius a Bertholdo ſcribi, Anſelmum III. Catholicum Antiſtitem fuiſſe, & ſub eo Mediolanenſem Eccleſiam caput erigere cæpiſſe, ex quo infert Anſelmum ab Henrico eligi non potuiſſe. Sed Bertholdus nequaquam hæc de Anſelmo III. ſcripſit; at ea quæ de hoc Anſelmo notaverat Baronius tamquam Bertholdi dicta Pagius accepit. Vere autem ab Henrico invectum Anſelmum affirmat Landulphus Junior author coævus editus tom. V. Rer. Italic. cap. 9. Hæc Saxius in Not. ad Sigon. tom. 2. col. 587. novæ edit. MANSI

ſtantur: Gregorii indumentis eamdem a Deo inditam fuiſſe virtutem, vel ex iis poteris intelligere, quæ ab authore ejus temporis in vita ſancti Anſelmi Lucenſis Epiſcopi ita ſcribuntur: *ille*, nempe Gregorius, *mitram capitis ſui tranſmiſit iſti, Anſelmo videlicet, tamquam poteſtatem ſuam ligandi, & ſolvendi, ſed & miracula credo faciendi. Nam non multo poſt, cognoſcentibus nobis omnibus, per ipſius conſilium, & fidem magnam, præclara quædam fecit Deus per eamdem mitram mirabilia. Inter alia enim reverentiſſimus dominus Ubaldus, Mantuanus ſcilicet Epiſcopus, multis jam annis graviſſime ſpleneticus, toto corpore ulceratus, præſertim in cruribus, ſic ut vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam jacere vel ſedere, qui & multa in medicis erogaverat, nihilque profecerat, appoſita eadem mitra, ubi major ingrueret dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati.*

Miracula plurima a Gregorio poſt obitum edita.

XIV. *Beatus itaque talis, & tantus magiſter Gregorius miracula fecit multa vivus & mortuus, fecit quidem & bonus diſcipulus ejus Anſelmus: Magiſter quidem in Deo, diſcipulus in Deo & in beatiſſimo magiſtro.* Et inferius eadem quæ ſuperius dicta ſunt: *In extremis ſuis, ſicut ab ipſius capellanis didicimus religioſis, poſt omnia* inquit: *Dilexi juſtitiam, & odio habui iniquitatem; idcirco morior in exilio. Et quidem in vita ſua, quod magiſter ac diſcipulus docuerunt, hoc & in morte quaſi teſtamento confirmaverunt. Ille nempe Gregorius quos obedientes ſibi vivens adhuc benedixit; moriens quoque commendavit. Henricianos vero penitus, penituſque niſi poſt magnam demum converſionem, & pœnitentiam reprobavit: hic, nempe Anſelmus, præſentibus nobis, & in verbo Domini præcepit, ut in fide & doctrina beatiſſimi Papæ Gregorii permaneremus.* Hæc auctor. Quibus quam aperta luce commentum Sigeberti de pœnitentia Gregorii de eo, quod Henricum fuerit perſecutus, eluditur? Moriens igitur Gregorius (ut audiſti) teſtatam, obſignatamque reliquit quam vivens promulgaverat execrationem perfidorum ſchiſmaticorum, quam Deo gratam fuiſſe, teſtata ſunt crebra edita per eum miracula.

XV. Quæ quidem ſi ex ejus indumentis adeo copioſe emanarunt; ut ex his quæ jam ſunt enarrata, eſt demonſtratum; proculdubio copioſior fons miraculorum ex ejus corporis venerandis reliquiis ea petentibus, cunctis erupit in loco, ubi ſepultus fuit in baſilica ſancti Matthæi, cujus ſtudioſiſſimus erat. Excepit Apoſtolus Apoſtolicum in terris hoſpitem, quem in cælis habuit quoque concivem, & in ampliſſima Chriſti hæreditate conſortem. Porro tanti Pontificis obitus, tempore, ut patuit adeo inopportuno, cum vigeret & urgeret Eccleſiam beſtia cornibus, ingentem Catholicis omnibus luctum attulit, perculſis omnibus improviſa ejus morte. Ex qua cognoſcerent ingentia undique imminere Chriſti Eccleſiæ damna. Unde Domnizo in Mathilde de ejuſdem Pontificis obitu hos cecinit verſus:

*Interea planctus de Præſule naſcitur altus*

Gre-

PAGIUS *ſuper his, quos excommunicarat requiſitus, ſi quam diſpenſationem facere vellet, reſpondit: Præter Henricum Regem dictum, & Guibertum Apoſtolicæ Sedis invaſorem, & omnes illas principales perſonas quæ aut conſilio aut auxilio favent nequitiæ, vel impietati illorum, omnes abſolvo & benedico, quicunque me hanc habere ſpecialem poteſtatem in vice Apoſtolorum Petri & Pauli credunt indubitanter.* Subdit poſtea cœleſtem viam arripuiſſe die feſtivitatis *Urbani prædeceſſoris ſui*, nempe Sancti Urbani hujus nominis primi, die XXV. menſis Maji demortui.

VII. Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 64. præter Deſiderium, Hugonem & Ottonem, ait Gregorium commendaſſe etiam cum illis Anſelmum Lucenſem Epiſcopum. *Hoc ſtatuto*, inquit, *defunctus eſt VIII. Kalend. Junii die dominico, & digniſſime intra Eccleſiam Sancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi ſepulturæ traditus: cum ſediſſet, annis XII. menſe uno, diebus tribus.* Centius Camerarius in libro Cenſuali habet dies quatuor, quia ſcilicet diem emortualem, quem Leo excludit, in ſummam confert. Electus Pontifex fuit Gregorius VII. die XXII. menſis Aprilis anni MLXXIII. Quare hoc anno die XXV. menſis Maji, in quam Dominica incidebat, ſpiritum Deo reddidit, perperamque Baronius num. XI. mortem ejus cum die XXIV. ejuſdem menſis copulavit. Non dubitandum autem, quin proximiorum Prædeceſſorum exemplo annos ſuos ab electionis ſuæ die deduxerit, & quin tam Leo Oſtienſis quam Centius Camerarius ac Auctores Catalogorum ad eam numerandi rationem reſpexerint; quod tamen ex ejus Reſcriptis erui non poteſt, cum Gregorius VII. nec annos Incarnationis, nec annos Pontificatus in eis memorarit. Ex laudatis Pauli Bernriedenſis verbis apparet, Sigebertum falſo ſcripſiſſe *Gregorium* VII. morti proximum ſententiam in *Henricum* Regem latam reſcidiſſe, ipſumque abſolviſſe, quod & refellit Baronius num. XIII. & ſeq. verbis Presbyteri Pœnitentiarii, qui Vitam Sancti Anſelmi Lucenſis Epiſcopi ſcripſit, eique coævus fuit.

*Ante mortem ſententiam in Henricum latam non reſcidit.*

VIII. Laudatur *Gregorius* VII. non tantum a Sancto Anſelmo Lucenſi, a Willelmo Abbate Monaſterii Metenſis in Epiſtola a Mabillonio Tom. I. Analect. publicata; ſed etiam a Scriptoribus illius temporis omnibus, paucis exceptis Henricianæ factioni adhærentibus. Paulus Bernriedenſis Canonicus Regularis circa annum MCXXXI. Vitam ejus edidit, quæ nunc in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XXV. menſis Maii legitur. Marcus Antonius Marſilius Columna anno MDLXXIV. Salernitanus Archiepiſcopus creatus, librum compoſuit de

*A bonis laudatur.*

Vi-



*Gregorio, geſtat Dominus quem Chriſtus ad æthra*
*Ante dies ſeptem Maii quam finis adeſſet.*
*Hunc monachi flerunt, monachus quia noſcitur eſſe:*
*Hunc clerici flebant valde, laicique dolebant,*
*Pura fides quorum procul eſt a ſchiſmaticorum,*
*Quando ſuum ſanctum reverenter corpus humatur.*

XVI. Porro quæ idem Pontifex ad ordinem Eccleſiaſticum, rituſque ſacros ſpectantia reliquerit monimenta, auctor (*a*) Micrologi in ſuum commentarium aliqua ex parte retulit, aitque de ipſo: *Illi, Sedi Romanæ videlicet, noſtro tempore talem Deus gubernatorem, reverendæ memoriæ Gregorium Papam impoſuit, qui ſub decem ſuis anteceſſoribus a puero Romæ nutritus & eruditus, omnes Apoſtolicas traditiones diligentiſſime inveſtigavit, & inveſtigatas ſtudioſiſſime in actum referre curavit. Hunc ergo doctorem, religione & auctoritate præcipuum, immo Apoſtolicam traditionem per ipſum in conſecrandis myſteriis potiſſimum imitari decrevimus &c.* Et inferius (*b*):

(*a*) Microl. c. 14.

*Reverendæ memoriæ Gregorius Papa fecit, ut prædiximus, quod beatus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus ita ſe ab eo didiciſſe teſtatus eſt, & hoc ita ſemper obſervavit, nobiſque itidem obſervandum firmiſſime inculcavit, cum dicimus:* Per omnia ſæcula ſæculorum, *corpus cum calice levamus.* Et inferius (*c*):

(*b*) eod. l. c. 17.

(*c*) eod. l. c. 24.

XVII. *Gregorius Papa Septimus, cum Apoſtolicæ Sedi præſideret, conſtituit, ut jejunium, quod dicitur Martii, in prima hebdomada Quadrageſimæ omni anno celebretur, ſicut & ſancti Patres illud inſtituiſſe leguntur.* Atque poſt hæc (*d*):

(*d*) ibid. c. 25.

*Gregorius Papa Septimus Apoſtolicæ Sedi præſidens, conſtituit, ut æſtivale jejunium infra octavam Pentecoſtes annuatim celebraretur.* Idque ex majorum præſcripto: cum perperam factum oſtendat, in Concilio Moguntino tempore Henrici Secundi Imperatoris de jejuniis Quatuor temporum aliter eſſe diſpoſitum, quod & confutat, quibus hæc addit:

*Cur autem iſta replicamus, cum etiam, ſi prædictæ regulæ ſibi annuatim convenirent; auctoritati tamen Sedis Apoſtolicæ nullatenus præjudicare poſſent, cui omnes per omnia abſque hæſitatione debemus obedire? Cui numquam debitam exhibemus obedientiam, ſi ejus ſtatuta potius judicare, quam implere curamus. Hoc eſt enim privilegium obedientiæ, de ſententia ſui præceptoris non judicare, in iis dumtaxat rebus, quas canonicis Scripturis contraire non videmus; immo ſtatim exequi quod jubetur.* Et paulo poſt: *Hanc ergo puram obedientiam cum omnibus ſpiritualibus noſtris præceptoribus certiſſime debeamus, maxime tamen Apoſtolicæ Sedi ex intimo corde debemus, quæ totius Chriſtianæ religionis caput eſt & origo.* Rurſus autem idem auctor de conſtitutis ab eodem: (*e*)

(*e*) ibid. c. 43.

XVIII. *Gregorius hujus nominis Papa Septimus Apoſtolicæ Sedi præſidens conſtituit, ut ſanctorum omnium Romanorum Pontificum & Martyrum feſtivitates ſolemniter ubique cum pleno officio celebrentur. Nam cum qualibet Eccleſia ſui patroni, etiam ſi Confeſſor fuerit, feſtum ſolemniter obſervet, quanto magis eorum qui totius Eccleſiæ non tam patroni, quam patres extiterunt, quam etiam uſque ad martyrium tam verbis, quam exemplis inſtituere non deſtiterunt?* At de his hactenus.

Modo autem (quod reliquum eſſe videtur) quodnam fuerit ejus in extremis laborantis de futuro ſucceſſore eligendo judicium, afferamus in medium. Leo Oſtienſis de ejuſdem obitu agens, hæc ait: (*f*)

(*f*) Leo Oſt. l. 3. c. 64.

An-

PAGIUS Vita & Geſtis ac Tranſlatione B. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ, ex qua Ughellus Tom. VII. Italiæ Sacræ hæc de Sepulcro marmoreo Gregorii VII. exſcripſit: *In quo Robertus Guiſcardus, Gregorii VII. ſummi, optimique Pontificis corpus collocavit, quem ut Henrici IV. Romanorumque perfidiæ ſubtraheret, quaſi perfugium hoſpitio receperat: cujus nos ipſi Reliquias, nulla ex parte labefactatas, Pontificiiſque indumentis ornatas, hoc anno, qui eſt a tumulatione fere quingenteſimus, propriis oculis inſpeximus, propriiſque manibus contrectavimus.* Robertus hoc anno menſe Julio in Illyrico e vivis exceſſit, ideoque exiſtimandum, Gregorium VII. illud ei erigi literis ſuis præcepiſſe. Guillelmus enim Apulienſis lib. 5. pag. 49. poſtquam Gregorium VII. ſummopere laudavit, de Roberto ſcribit:

*Dux non ſe lachrymis audita forte coercet*
*Morte viri tanti: non mors patris amplius illum*
*Cogeret ad lachrymas, non filius ipſe, nec uxor,*
*Extremos etſi caſus utriuſque videret.*
*Magnus erat de morte dolor, quia magnus amoris*
*Vivere dum licuit, nexus conjunxerat illos,*
*Alter ab alterius nunquam diſceſſit amore,*
*Firmata quondam, poſt mutua fœdera pacis.*

Gregorius XIII. anno MDLXXXIV. Martyrologium Romanum corrigens, in illud Gregorium VII. ad diem XXV. menſis Maji inſeruit, quod retentum eſt in editione ejuſdem Martyrologii a Baronio annotationibus aucti, Sixto V. ſedente facta. Poſt *Gregorii* VII. mortem Sedes vacavit ob rationes in Annal. Eccleſiaſt. deductas.

Ad

XIX. Greg. PP. de electione ſucceſſoris judicium.

*Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimoquinto Indictione octava, cum venerabilis ſemperque recolendæ memoriæ Gregorius Papa Septimus Salerni magna vi morbi premeretur; ante tertium ſui obitus diem rogatus ab Epiſcopis & Cardinalibus, qui forte tunc aderant una cum Deſiderio, quid de Romanæ Sedis poſt obitum ſuum ordinatione juberet: hortatus eſt, ut ſi quo pacto poſſent, ipſum Deſiderium Pontificem facerent. Is enim præter id, quod Romanæ tunc Eccleſiæ preſbyter Cardinalis eſſet, & prudentia ſumma, & religione præcipua, & ſingulari Principum benevolentia amicitiaque pollebat: quod ſi hunc flectere nullatenus poſſent: aut Lugdunenſem Archiepiſcopum Hugonem, aut Ottonem Oſtienſem, aut Lucenſem Epiſcopum eligere, quanto citius ſe defuncto ſtuderent. Hoc ſtatuto, defunctus eſt octavo Kal. Junii die Dominico, & digniſſime intra eccleſiam ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi ſepulturæ traditus, cum ſediſſet annis duodecim, menſe uno, diebus tribus.* Quæ autem poſt obitum ſecuta ſunt uſque ad creationem novi Pontificis, & tempore, quo Sedes ipſa vacaverit, idem Leo qui tunc aderat, ſcribere ita pergit:

XX. Agitur de electione ſucceſſoris.

*Et quoniam Romana Eccleſia paſtore deſtituta remanſerat, & hæretici illam atque ſchiſmatici luporum more nitebantur invadere; Deſiderius una cum Epiſcopis & Cardinalibus laiciſque religioſis, qui hactenus in Catholica unitate perſtiterant, & Gregorio Papæ fideliter obedierant, uno voto ad eam ordinandam incumbere ſatagunt. Mittunt ergo qui idoneas ad hoc perſonas undique convocent, ut ex omnibus is eligeretur, qui ad tantum onus ſubeundum cœteris aptior eſſet. Convenientes ergo ad Abbatem noſtrum Epiſcopi & Cardinales, cœperunt eum de præfati Pontificis appellare judicio, utque in tanta temporis neceſſitate periclitanti ſubveniret Eccleſiæ, paſtorale ſubeundo onus inſtantiſſime flagitare. Ad hæc ille Papatum quidem renuere obſtinatiſſima reſponſione pervexit, ſe tamen in quibus poſſet aliis, ad Romanæ Eccleſiæ ſervitium paratum eſſe reſpondit. Die vero Pentecoſtes Sabinenſi* Epiſcopo *& Gratiano Roma venientibus occurrit: eiſque verba, quæ cum Papa Gregorio de ordinatione Eccleſiæ habuerat, retulit; pariterque cum eis Jordanem Principem, & Rainulphum Comitem adiit, eoſque ad ſervitium & adjutorium Eccleſiæ Romanæ adhortatus, ad omnia promptos ac paratos invenit. Cœpit deinde Cardinalibus vehementer inſiſtere, ut de Pontificis eligendi perſona quamprimum deliberarent, & quotquot ad hoc officium idoneos noſſent, litteris convenire ſatagerent.*

*Quod illi facere omnino negligentes, clam cum Principe Capuano agere cœperunt, ut Abbati paſtoralis injungeretur cura; Romamque illum perducere quoquo pacto nitebantur, ut ſi aliter non poſſent, id ſibi onus violenter imponerent. Quo ille cognito, renuere penitus, & contradicere cæpit, ſicque ad monaſterium rediens, Northmannos iterum, ac Longobardos, & quoſcumque potuit, hortari ad Rom. Eccleſiæ ſervitium cæpit; plurimoſque ex eis paratos invenit, alios item ipſe præparavit. Sed quia fervor æſtatis nimius erat, Romam tunc ire diſtulerunt, quoad æſtus ille tranſiret. Poſtquam vero Princeps conducto exercitu, ut Romam pergeret, in Campaniam venit, comitante ſecum Deſiderio, & nonnullis illarum partium Epiſcopis; ipſe ſuſpecta habens priora conſilia, ulterius procedere noluit, aſſerens; niſi Princeps, & Comes & Epiſcopi fide ſua ſibi pollicerentur nullam hac de re ſibi illaturos vim, neque alios inferre paſſuros, ſe ulterius non progreſſurum. Renuentibus facere, res tunc infecta remanſit.* Sicque in his pertractandis & conſulendis præſens elapſus eſt annus. XXI. Deſiderius eligendus quæritur.

Eodem anno contigit obitus Roberti Guiſcardi potentiſſimi Ducis, de quo iſta Romualdus ſæpe citatus, hoc anno menſe Julio: (*a*) *Robertus Guiſcardus magnificus Dux apud Inſulam Caſſiopem exiſtens, obiit morte communi, major ſexagenario, anno Ducatus ejus vigeſimoſexto.* Hæc de tempore alii quoque teſtantur auctores hujus ſæculi, ut Bertholdus & alii, ex quibus omnibus redarguas tu recentiorem (*b*) auctorem, qui eum mortuum ponit anno ſalutis milleſimo octoge- XXII. Roberti Guiſcardi obitus.

(*a*) Leo Oſt. l. 3. c. 56.

(*b*) Fazel. de reb. Sicul. poſter. dec. 1. l. 7.

PAGIUS IX. *Moritur Robertus Apuliæ & Calabriæ Dux.*

Ad num. XXII. & ſeqq. *Robertus* Calabriæ & Apuliæ Dux, qui anno ſuperiori in Illyricum venit, præſenti, cum jam antea navigia ex ſuis quædam, duce iis ſuo filio (nempe Rogerio) præfecto, in *Cephaleniam* miſiſſet, ſtudio civitatis, quæ in ea inſula eſt, occupandæ, ipſe *galea* invectus Cephaleniam tenuit, ubi antequam ſe filio ſuo conjungeret, vehementi correptus febre eſt, qua ſexta die ſublatus. *Supremum ſpirantem aſſecuta uxor ejus Gaita offendit, & filium ut in tali ſpectaculo ac caſu flentem*, inquit Anna Comnena lib. 6. pag. 162. quæ addit, Rogerium deinde copias in Apuliam deportaſſe, quando *æſtatem agebat annus, &* corpus patris in navi detuliſſe. Deinde ait: *Exceſſit e vivis anno viceſimo ſexto Ducatus ſui, ætatis ſeptuageſimo.* Subdit, Dyrrachienſes præſidiarios ingentibus ab Alexio Auguſto lactatos ſpebus ultro eum adeuntes arcem ei dediſſe. *Æſtate* etiam febrem Robertum corripuiſſe aſſerit Guillelmus Apulienſis lib. 5. poſtquam Gregorii Papæ VII. mortem narravit. Quare Robertum hoc anno e vivis exceſſiſſe accurate ſcripſere Romualdus in Chronico a Baronio citatus; Ordericus lib. 7. Anonymus Barenſis, & quantum ad



geſimotertio. Addit vero iſta Leo Oſtienſis: (*a*) *Corpus ejus relatum in Italiam in Venuſia Apuliæ civitate conditum eſt. Qui dum moreretur, brachium ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi clericis, qui ſecum aderant, ut Salernum referrent, ac filio redderent, juſſit. Sed illi fide ac ſubſtantia pauperes, argenteam thecam, in qua ſanctum brachium conditum fuerat, inter ſe dividunt, indeque Hieroſolymam pergentes ſanctas reliquias uſque ad obitus ſui diem apud ſe abſconſas tenuere; ad mortem autem venientes memoratas reliquias, ignaris ſociis, pueris ſuis tradiderunt, qui ſanctum brachium qua huc ratione detulerint, ſuo loco ſcribemus. Non autem ab re fuerit oblationes Ducis hujus, ejuſque conjugis hic ad poſterorum memoriam ſcribere, qui ſupra fere omnes ſui temporis homines & locum hunc, & patrem Deſiderium & noſtram congregationem dilexere, ac pro viribus honorare ſtuduerunt.* Ad oſtendendam ergo Northmannorum pietatem, per quam a Deo promeruerat in hoc etiam ſæculo exaltari, deſcribere non gravabimur. Sic ſe habent:

(*a*) Leo Oſt. l. 3. c. 56.

XXIII. (*b*) Leo Oſt. l. 3. c. 57. Oblationes Roberti Ducis monaſterio Caſſin.

*Quando (b) itaque primum Abbas noſter ad eos profectus eſt Rhegium; donavit ei Dux ſexcentos Byzanteos & quinque pallia, & naviculam auream; ſecundo pallium magnum & gemmas, margaritaſque plurimas pretii ſcyphatorum ſeptingentorum. Alia item vice donavit ei byzanteos ſexcentos, & duo millia tarenos Africanos, & tredecim mulos cum Sarracenis totidem, & magnum pulchrumque tapetium. Item quando ægrotavit, miſit huc ſcyphatos mille, a Gallipoli quoque trecentos byzanteos miſit, & duo millia arenos. Quando autem huc primo advenit in Capitulo, duodecim auri libras & byzanteos centum impoſuit. Super altare vero ſancti Benedicti ſcyphatos trecentos & tria pallia, & pro fabrica dormitorii ſcyphatos centum, & in refectorio totidem, in hoſpitum domo quadraginta, duodecimque denariorum libras in infirmorum domo, & centum michalatos pro pictura Capituli.*

XXIV.

*Cum vero expugnare Aquinum venit; miſit huc byzanteos quingentos. Captaque Bari, duodecim auri libras donavit Deſiderio. Secundo huc adveniens, poſuit in Capitulo auri libras duodecim; ſuper altare vero ſcyphatos centum, & pallium magnum. Tertio quando huc acceſſit cum Papa Gregorio, poſuit in Capitulo mille ſolidos Amalphitanos, & ſuper altare byzanteos centum; profectus hinc centum nonaginta farganas Fratribus in dormitorium miſit. Alia vice pro piſcibus miſit tarenos mille, item tarenos mille & unum navigium valens ſolidos mille. Item quadringentos ſolidos Analphitanos. Item ex Thracia miſit huc mille michalatos. Uxor præterea ipſius Sicelgaita quando ægrotavit, miſit B. Benedicto quadraginta & quinque argenti libras, & pallium unum. Item quando venit huc poſt mortem Ducis, poſuit in Capitulo trecentos ſcyphatos, & omnes refectorii menſas mantiliis texit.*

XXV.

*Alia vice obtulit beato Benedicto altare aureum, gemmis, & margaritis ac ſmaltis ornatum, pallium altaris ſericum cum urna purpurea ornatum margaritis ac ſmaltis, calicem aureum parvum, planetam purpuream cum phrygio, & cum aquila ex margaritis contexta. Tunicam unam ex Perſico panno inaurato, pluvialia quatuor, Albas ſericas quatuor, Albas bombycinas octo, par unum cadelabrorum ex cryſtallo, onychino & argento, aliud can-*



PAGIUS

ad menſem Julium, Malaterra lib. 3. cap. 41. qui hanc mortem in annum præcedentem perperam refert. Anonymus Barenſis qui annum Incarnat. cum indictione menſe Septembri de more exorditur expeditionem & mortem Roberti his verbis narrat: *Anno MLXXXV. indict. VIII. tranſiit ipſe Robertus in Romania in menſe Octobri* (ideſt, anno MLXXXIV. quo annus ille Chriſti & indictio ab eo menſe Septembri inchoantur.) *In menſe Januarii commiſit bellum in mare cum ipſi Benetici* (ideſt, cum ipſis Venetis), *& vicit. Ildeprandus Papa mortuus eſt in Salerno, & in menſe Julii in die S. Alexii obiit Robertus Dux in Kefalonia.*[1] Quo nihil accuratius ſcribi potuit. In Necrologio Caſinenſi antiquo a Caraciolo edito dies & menſis quibus Robertus mortuus, his verbis notantur: *XVI. Kal. Auguſti Robertus Guiſcardus Dux.* Ibidem etiam dies emortualis ejus uxoris, de qua mox, hoc modo legitur: *XVI. Kal. Maii Sigilgaita Duciſſa uxor Roberti Guiſcardi.*

X. *Ejus uxores & filii*

Recte etiam Anna Comnena notavit, extinctum Robertum *anno ducatus XXVI.* quod & Romualdus habet. Ordericus citatus tradit, *Sichelguadam* ab aliis *Sigelgaitam* ſeu *Sikelgaitam* appellatam, ſecundam Roberti uxorem, quod Boamundum privignum ſuum odio haberet, metueretque ne Rogerius filius ſuus amitteret Ducatum Apuliæ & Calabriæ, veneno virum ſuſtuliſſe. Guibertus Abbas Novingenti *in Geſtis Dei per Francos*, lib. 3. cap. 2. tradit etiam veneni hauſtum ei vitam præripuiſſe. Verum cum Anna, Romualdus, & Guil-

NOTÆ [1] OMnium accuratiſſime exitus Roberti annum & menſes adnotat Scriptor chronici Northmanni, Rer. Italic. tom. V. p. 278. *Ipſe Dux moritur in Caſſiopi* (cephaloniæ) *menſe Julio. Corpus ejus reportatum eſt in Brunduſio* (Brindeſi) *menſe Septembri, & fuit ſepultum in Eccleſia S. Sabini in Civitate Venuſia.* MANSI

*candelabrorum par argenteum cum malis cryſtallinis, duo argentea vaſa librarum ſeptem, laternam argenteam librarum octo, ſcrinium argenteum ſuper altare cum nigello librarum octo, ſcrinium eburneum magnum, patenas argenteas deauratas cum nigello librarum quindecim, cum quibus Fratres in præcipuis feſtivitatibus biberent, concham angenteam cum aquimanili ſuo librarum vigintiquatuor, urceum ex cryſtallo magnum, ſcutellam argenteam cum nigello librarum novem, ſcutellam aliam librarum ſexdecim, alias duas librarum decem, pannum ſericum magnum, & alios æque magnos tres, & quatuor minores, circitorta ad altare ſancti Benedicti quatuor, duas cortinas Arabicas, quæ ſupra chorum pendent, alias duas, quæ diebus Quadrageſimæ in circuitu chori appenduntur.*

XXVI. *Item poſt mortem Ducis poſuit in Capitulo libras auri quinque, duaſque dedit infirmario, unam pro expenſis, alteram pro conſtruendo balneo; multa præterea, quæ nec recoli, nec numerari poſſunt. Obtulerunt item beato Benedicto monaſterium S. Petri Imperialis intra Tarentum cum decima piſcariæ, & manualium ſuorum, monaſterium ſancti Angeli intra Trojam, ſancti Nicandri, ſanctæ Anaſtaſiæ in Calabria, ſancti Nicolai in Sellectano, & Fundicum in Amalphi cum pertinentiis ſuis. Anno ſequenti eadem mulier de conſenſu filii ſui Rogerii Ducis obtulit beato Benedicto per chartam aurea bulla ſignatam, locum in Calabria, qui Cetrarius dicitur, cum toto portu ſuo, & omnibus pertinentiis, cunctiſque colonis ſuis; quem videlicet in dotem a prædicto viro ſuo Roberto Duce dudum acceperat, ea tamen conditione, ut quoad ipſa viveret, ipſe locus ditionis ejus eſſet; poſt ejus vero obitum abſque ulla hæredum contradictione ad monaſterii iſtius jus devolveretur, appoſita pœna centum librarum auri, ſi quis contra agere tentaſſet. Super hæc omnia miſit beato Benedicto per Deſiderium altare aureum pretioſiſſimum gemmis & margaritis, & (quod multo pretioſius eſt) beatiſſimi Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi reliquiis mirifice decoratum.* Hactenus Leo de oblationibus a Roberto & ejus conjuge delatis. Sed quis cætera numeret; nempe quæ ad Limina Apoſtolorum Romam miſit, quæ ad baſilicam quam ſtruxit ſancti Matthæi Salerni dedit? quæ ad alia ſui Ducatus loca & monaſteria quæ conſtruxit?

XXVII. Intuebatur iſta oculis Leo ejuſdem tunc monaſterii Bibliothecarius, ſcribebatque ea. Cui quantum deferendum ſit de rebus Roberti Ducis, & Rogerii Siciliæ Comitis, magis quam Fazello, qui nuper res Siculas eſt proſecutus, nemo non videt. Puto ipſum quidem eumdem Leonem non vidiſſe, atque ita ex amota lucerna temporis, in pluribus, maximique momenti rebus erraſſe. Quod ſi vidit, par erat, errantem redarguere mendacii, ut ſua bene probata relinqueret, cum plane e diametro a Leone (*a*) pluribus in locis aſſertis ipſe repugnet, dum Leo de Sicilia capta trophæa omnia Roberto tribuat; iſte autem Roberto detrahens, Rogerio adſcribat cuncta. Nam Leo Siciliam quidem Roberti viribus captam, adminiſtrandam vero datam Rogerio fratri teſtatur. An non comprobant iſta etiam diplomata Romanorum Pontificum, & Roberti ipſius profeſſiones fidelitatis tam Nicolao Secundo, quam ſucceſſoribus Romanis Pontificibus exhibitæ de Ducatu Apuliæ, Calabriæ, atque Siciliæ, ſuis locis ſuperius enarratæ? cum e contra Rogerius ipſe duntaxat Comes Siciliæ appellatus inveniatur, & quidem ſubditus Roberto Duci, cui & homagium fecerit, ut ejus homo diceretur, uti appellat eum Edinerus in vita ſancti (*b*) Anſelmi, cum præſens illum videret, quantæque eſſet poteſtatis agnoſceret, atque ea tunc ſcriberet, atque poſteritati omni fide traderet. Cum enim ibi agit auctor de Paganis accedentibus ad ſanctum Anſelmum, hæc habet: *Suſcipiebat omnes, & quos omnes? Paganos etiam, ut de Chriſtianis taceam; ſiquidem nonnulli talium (nam eorum multa millia in ipſam expeditionem adduxerat homo Ducis Rogerius Comes de Sicilia) nonnulli, inquam, talium fama bo-*

Margin: Non Rogerius ſed Robertus Dux Siciliæ.

(*a*) Leo Oſt. l. 3. c. 15. & 49.

Margin: Rogerius comes Roberti vaſſallus.

(*b*) Extat apud Sur. t. 2. die 21. April. l. 2.

PAGIUS Guillelmus Apulienſis citati eum morte communi defunctum aſſerant, major eis hac in re fides habenda. *Robertus* Alberada priori uxore ob conſanguinitatem dimiſſa, ut tradit Malaterra lib. 1. cap. 30. non, ut vult Curopalates, extincta, ex qua Boemundum ſuſceperat, *Sigelgaitam*, ſeu Gaitam, ut eam Anna & Curopalates appellant, Gaimari Salernitani, Principis filiam ſibi copulavit. Guillelmus Apulienſis lib. 2. de illa loquens ait, eum ex ea ſuſcepiſſe pueros tres, & quinque puellas, ex quibus unam *Mathildem* vocatam dedit Raimundo Berengarii hujus nominis II. Barcinonenſi Comiti, ut ſuo loco vidimus.

Baronius num. XXVII. reprehendit Faſellum, quod lib. 7. poſterioris Decadis cap. 1. captæ Siciliæ gloriam in Rogerium Roberti fratrem refundat, & Robertum tunc a Sicilia abfuiſſe affirmet. Ipſe vero Baronius eam totam Roberto adſcribit. Verum, Guillelmus Apulienſis lib. 3. cap. 25. indicat Rogerium non minimam hujus expeditionis partem fuiſſe:

*Partibus in Siculis conſerta juvamina fratris*
*Jam conquiſitis ex magna parte Rogeri*
*Spem Ducis accumulant. Erat hac ætate Rogerus*
*Non virtute minor, nullus de fratribus ejus*
*Quam-*



*bonitatis ejus inter ſuos exciti, manſionem noſtram frequentabant, &c.*

XXVIII. At non ipſe tantum Rogerius Roberto feciſſe reperitur homagium, ac juraſſe fidelitatem, ſed ipſius Rogerii poſteri etiam Roberti ſucceſſoribus, ut affirmat Romualdus Archiepiſcopus Salernitanus in ſcripto a ſe Chronico, ubi agens de Willelmo Guiſcardi pronepote, ex Rogerio Siciliæ Comite, hæc ait anno Redemptoris milleſimo centeſimo vigeſimoſexto: *Inter ipſum Vuillelmum & Rogerium Comitem Siciliæ ligium hominem ejus, & patruum conſobrinum diſcordiæ materiam miniſtrabant.* Hæc ſunt, quæ corrigas in his, qui res Siculas pro animi ſententia tractantes, potius privato affectui indulſere quam conſenſere veritati.

At de Guiſcardo jam plura locuti, de ipſo hic ad poſtremum inditum ſepulturæ ipſius epitaphium deſcribamus, quod Venuſiæ legebatur his verſibus: (*a*)

*Hic terror mundi Guiſcardus. Hic expulit Urbe*
*Quem Ligures, Regem, Roma, Alemannus habet.*
*Parthus, Arabs, Macedumque phalanx non texit Alexim,*
*At fuga: ſed Venetum, nec fuga, nec pelagus.*

(*a*) vid. Vuil. Malmesb. hiſt. Angl. l. 3.

Margin: Epitaph. Roberti Guiſc.



PAGIUS *Quamlibet egregius iniit tam nobile bellum;*
*Nam contra Siculos divini nominis hoſtes*
*Semper pugnavit, ſanctam qua vivimus omnes*
*Exaltare fidem cupiens, operamque juventus*
*Hanc ſuæ præcipue coluit, dum digna quietis*
*Cauſa ſuæ fieret Siculæ ſubjectio gentis.*
*Hoc ſibi Dux ſocio confiſus & agmine multo*
*Secum deducto non obſidione Panormum*
*Vincere deſperat.*

Hic Poeta, qui Urbano II. ſedente poema ſuum ſeſe ſcripſiſſe teſtatur, illud in morte *Roberti* claudit, & *Rogerio* Calabriæ Duci ejus filio dedicat. Anna loco laudato pag. 105. egregium Roberti elogium condidit. Porro alter *Rogerius* Roberti frater Comes ſeu Dux Siciliæ erat quando Robertus e vivis exceſſit, ejuſque opera *Rogerium* inter & *Boamundum* Roberti filios pax compoſita, ut ſuo loco videbimus.

Alphonſus VI. Caſtellæ Rex Toletum Saracenis eripuit, uti anno MLXXXVIII. num. V. monſtrabimus.

I. Annus ſequitur Chriſti milleſimus octuageſimusſextus, indictione nona, quo cum diu multumque laboratum eſſet a Catholicæ partis Cardinalibus, ut eligeretur Gregorii Pontificis ſucceſſor; eo deventum, ut vi adhibita, Deſiderium Caſſinenſem Abbatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem tituli ſanctæ Cæciliæ elegerint, eundemque Victorem Tertium Pontificem appellarint. Quomodo autem iſta quam difficillima tranſacta fuerint, Leo (a) Oſtienſis, qui aderat, ita deſcribit: *Jam fere annus in hac fluctuatione tranſierat, quo Sedes Apoſtolica paſtore orbata erat, nulluſque Dominici gregis curam gerebat, & Guibertus hæreſiarcha cum ſuis ſequacibus oves Chriſti ſanguine redemptas laniabat; cum circa Paſchalem feſtivitatem Epiſcopi, & Cardinales Romanæ Eccleſiæ ex diverſis partibus Romam confluentes, mandaverunt Abbati, ut una cum Epiſcopis, & Cardinalibus Romanis, qui tunc ſecum morabantur, & cum Giſulpho Salernitano Principe, qui tunc a Ciſalpinis partibus venerat, ad eos quantocyus pergerent, ut ſimul de Romanæ Eccleſiæ ordinatione tractarent. Ille nihil ſuſpicans de ſe illos cogitare, cum jam nulla de eo mentio fieret, aſſumptis omnibus, Romanam tendit ad Urbem. Quo autem applicuit die, ideſt in vigiliis Pentecoſtes, inſtante Deſiderio, ut Pontificatus apex alicui injungeretur, qui vel ſibi, vel ipſis videretur idoneus; Romani prorſus omnes, tam Clerus, quam populus aſſentiri renuerunt. Per totam ergo illam diem fautores omnes Catholicæ partis, & clerici, & laici frequentes eum adeunt.*

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 65. 66. & 67.

II. *Jam vero circa veſperam congregati pariter Epiſcopi, & Cardinales, & Romani omnes, qui in fide Catholici gregis perdurabant, in Diaconia ſanctæ Luciæ omnes unanimiter Deſiderium multis precibus orare cæperunt, ut Romanum Pontificatum ſuſcipere non recuſaret, eumque per divina omnia, & humana obteſtari, ut ſubveniret Eccleſiæ periclitanti, & in naufragio pene conſtitutæ, ſæpius ad ejus genua, pleriſque lacrymantibus, corruentes. Deſiderius, qui jamdudum inſtituerat vitam quietam tranſigere, tempuſque ſuum optabat in divina peregrinatione finire: omnimodis renuere cæpit, & hoc ſe numquam facturum proteſtari. Inſtare illi vehementer, perſeveranter inſiſtere; ipſe vehementius reniti, reſiſtere perſeverantius, dicens ſi ſe invitum, ac per vim ordinarent; ad monaſterium quamprimum rediturum, nullamque Pontificatus rationem habiturum; eoſque propterea, & Eccleſiam Romanam ludibrio fore exponendam. Et quia tardior jam hora proceſſerat, imminente jam nocte, ad ſua quique reverſi ſunt.*

Deſiderius eligi omnino recuſat.

III. *Poſtridie vero, ideſt Dominica Pentecoſtes, omnes ad eum ſummo mane conveniunt, eadem repetunt. Sed ipſe nihilo ſegnius in ſententia perſtat. Cumque ſe nil proficere cernerent; omnes unanimiter Deſiderium flagitant, ut ipſe illis Antiſtitem nominet: electuros ſe quem ille dixiſſet. Habito vero cum Cincio Romano Conſule ſecreto conſilio, Oſtienſem Epiſcopum nominat. Rogant poſt hæc, ut quem ipſi eligerent, ille in Caſſinenſi monaſterio ſuſciperet; ac ſicuti Gregorio fecerat, donec pax daretur Eccleſiæ, foveret. Id ſe Deſiderius libentiſſime facturum repromiſit; atque ut fide ſua agerent, protenſa quam manu tenebat ferula, monuit. Jam de Oſtienſe eligendo decernebant, cum repente ex Cardinalibus quidam eam electionem eſſe contra canones aſſerens, numquam ſe conſenſurum affirmavit.*

IV. *Illis tempori, ac neceſſitati obſequendum aſſerentibus, ille nequaquam potuit a ſententia abduci. Verum (ut ſapientiſſimus teſtatur (b) Paulus) non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Mox enim Epiſcopi Cardinales, una cum Clero, & populo Deſiderii duritia ſubſtomachati, cum precibus nihil profeciſſent, vi agere inſtituerunt. Uno igitur animo, parique conſenſu captum, invitum licet ac renitentem ad Eccleſiam Chriſti martyris Luciæ perducunt; ibique juxta morem Eccleſiæ, electo Victoris nomen imponunt. Sed quoniam hæc omnia (ut diximus) contra ejus animum fiebant: cappam quidem rubeam induit, Alba vero induere eum nunquam potuerunt. Eo igitur tempore Præfectus Imperatoris a Duce,* Rogerio ſcilicet, *& ejus matre dimiſſus, ob id videlicet, quod Epiſcopi, & Cardinales, agente tamen Salernitano Principe, Salernitanum Archiepiſcopum ſacrare noluerant, die noctuque militibus iniqua ſtipe conductis, adverſus electum in Capitolium pergens, perſecutiones ei maximas intulit.*

Deſiderius invitus electus Victor Papa nuncupatur.

(b) 1. Cor. 1.

V. *Poſt dies quatuor idem electus egreſſus Roma, Ardeam venit; ibique triduo remoratus, Tarracinam perrexit, ubi Crucem & chlamydem, & cætera Pontificatus inſignia ita dimiſit, ut eis utì nulla jam ei ratione perſuaderi poſſet, malens omni vitæ ſuæ tempore in humiliori habitu vivere, quam tanti ordinis oneri colla ſubmittere. Inſtabant ei quotidianis precibus, lacrymiſque creberrimis; obiiciebantur Eccleſiæ magna diſcrimina, ingerebatur animarum perditio, quibus ei manifeſtiſſime divina indignatio intentabatur. Cum inter hæc omnia rigidus ille perſiſtens Caſſinum revertitur. Sicque anno fere integro flecti nullis precibus, nullis rationibus potuit. Non tamen ideo Cardinales, & Epiſcopi, qui aderant, ſegnius inſtabant, Jordanem Principem* Capuæ, *urgentes, ut Romam ad electum conſecrandum una pergeret. Qui magno cum exercitu ad monaſterium veniens partim electi monitis, partim fervore æſtatis nimio ulterius progredi noluit.* Hucuſque Leo de rebus geſtis anni hujus in electione Victoris. Reliqua ſuo loco, ſequenti anno dicentur.

Renuntiat electioni Deſiderius.

VI. Quonam autem ſtatu eſſent hoc anno res Germanorum pugnantibus Catholicis adverſus ſchiſmaticos, Bertholdus Conſtantienſis, qui aderat ita narrat: *His temporibus*, anno videlicet milleſimo octogeſimoſexto, *fideles S. Petri Principes Svevorum cum Saxonibus, & Bajoariis generale colloquium poſt feſtum Apoſtolorum prope Vvirceburg condixerunt. Quod Henricus congregata multitudine ſchiſmaticorum interturbare voluit. Sed Svevis ſupervenientibus reſiſtere non valens, ad tempus eis locum dedit. Ipſi autem Herbipolim ad obſidendos fautores Henrici proceſſerunt, & adjunctis Saxonibus, eandem ſæpe circumdederunt. Interim Henricus exercitum viginti pene millium, pedites, & equites congregavit, & ad civitatem liberandam jam quinque ſeptimanis obſeſſam aciem direxerunt. Quo audito fideles S. Petri, ſoluta obſidione, obviam ei duobus milliaribus, non tam multitudine ſua, quam miſericordia Dei, & juſtitia ſancti Petri, non tam armis, quam virtute ſanctæ Crucis confiſi proceſſerunt. Unde & Crucem altiſſimam in quodam plauſtro erectam, & rubro vexillo decoratam uſque ad locum certaminis ſecum duci fecerunt. Vvelph quoque Dux cum ſua legione & Magdeburgenſis legio, relictis equis, pedites incedebant. Cum autem jamjam congreſſuri eſſent, omnes in terram proſtrati, cœlum oratione penetraverunt, quam pro eis ibidem reverendiſſimus Magdeburgenſis Archiepiſcopus cum multis lacrymis, & gemitibus effudit. Igitur in nomine Domini congreſſi, incredibilem hoſtium ſtragem fecerunt, ita ut novem nimium altæ congeries cadaverum ibi viderentur, præter illos, qui per campos, & ſilvas fugitantes occubuerunt.*

Victoria potiti Catholici adverſus ſchiſm.

VII. *Henricus autem in primo impetu congreſſionis diſſimulato habitu primus inter primos terga vertens, omnia vexilla ſua noſtris derelinquens, uſque ad Rhenum ſatis accelerato pervenit; ſed noſtri eum longo tempore inſecuti, tandem magnam prædam de hoſtibus reportaverunt; ipſius ſane ſcrinia cum veſtimentis regalibus, item neſcio quot capellas Epiſcoporum cum aliis innumerabilibus noſtri acceperunt. In illa ergo congreſſione quot millia adverſariorum occubuerint, nondum explorare potuimus. Ex parte autem fidelium S. Petri nonniſi quindecim homines mortuos invenire potuimus, licet diligentiſſime perquireremus. Et de ipſis quindecim nonniſi tres in loco certaminis objere, reliqui aliquot diebus poſtea vixerunt. Inter mortuos, & vulneratos non niſi triginta reperire potuimus ex noſtris.*

Henrici Imp. clades ingens.

VIII. *Et hoc utique nulli humanæ virtuti, ſed potius divinæ adſcribendum eſt, cum fideles ſancti Petri vix decem millia habuerint; adverſarii autem etiam viginti millia exceſſiſſe referantur. Itaque noſtri per miſericordiam Dei victoria potiti, in campo certaminis ea nocte caſtrametati ſunt, & in craſtinum ad obſidionem urbis reverſi abſque ſanguine eam ceperunt. Deinde Vvirceburgenſi Epiſcopo cum magnis laudibus civium, clericorum, laicorum in ſedem ſuam reſtituto, congruoque militum præſidio civitati impoſito, ipſi cum magna gloria & lætitia ſinguli in ſua redierunt. Factum eſt autem hoc prœlium in ſequenti die poſt feſtum ſancti Laurentii, videlicet in anniverſaria die, quando Hermannus Rex cum Svevis Bajoarios devicit. Ego quoque ipſe, qui hæc Chronica a milleſimo quinquageſimoquarto anno Dominicæ Incarnationis hucuſque perduxi, de prædicto prœlio non tam aliorum relata, quam quæ ipſe vidi, & audivi, ad laudem & gloriam Dei, fidelibus annuntiare curavi.* Hucuſque Bertholdus.

---

PAGIUS SÆC. XI. Anno Æræ Hiſp. MCXXIV. Anno Hegiræ CCCCLXXIX. inchoato die 18. April. fer. 7. A.C. 1086

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6579.

☉ 3. D. ☽ 4. P. 5. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1086.

VICTORIS III. PAPÆ I.

HENRICI IV. REG. 31. IMP. 3.

ALEXII COMNENI IMP. 6.

I. Num. I. ad VI. *Deſiderius* Caſinenſis Abbas & Presbyter Cardinalis, unus ex propoſitis a Gregorio VII. paulo ante mortem ſuam, vix potuit adduci, ut ſe in Pontificem eligi pateretur, *dicens*, inquit Leo Oſtienſis a Baronio citatus, *ſi ſe invitum ac per vim ordinarent, ad monaſterium quamprimum rediturum, nullamque Pontificatus rationem habiturum*. Sed tandem omnium votis electus eſt die vigeſima quarta menſis Maii, feſto Pentecoſtes ſacra, at nonniſi anno ſequenti conſecratus eſt, ut ibidem oſtendemus.

*Victor III. fit Papa.*



Eo-

IX. Obitus S. Anſelmi Lucenſis Epiſc.

Eodem anno Mantuæ decimoquinto Kalend. Aprilis ex hac vita migravit in cœlum ſanctus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, de quo ſæpe ſuperius mentio facta eſt; in cujus vita ejus diſcipulus hæc de tempore obitus ejus: *Igitur anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octogeſimoſexto, Epiſcopatus vero ſui decimotertio, Indictione nona, finitis jam annis ſeptem excommunicationis Henrici quondam Regis, poſt tranſitum autem feliciſſimi Papæ Gregorii Septimi menſe nono, die vero vigeſimotertio, obdormivit in Domino venerabilis dominus & pater noſter Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, decimoquinto Kalend. Aprilis, in civitate Mantuana, præſidente reverentiſſimo Epiſcopo Ubaldo, atque dominante ibidem nobiliſſima Duce & Marchioniſſa domina Mathilda.* Quomodo autem contigerit præter inſtitutum, ut non in Capitulo monachorum ſancti Benedicti, ut ipſe juſſerat, ſed in Epiſcopium delatum fuerit ejus corpus, ita idem auctor paulo ſuperius:

X. De ſepulturæ S. Anſelmi loco.

*Et cum concedentibus Epiſcopo atque Comitiſſa, cæteriſque omnibus jam deferentibus ad monaſterium corpus; affuit ſubito reverentiſſimus Sabinenſis Epiſcopus dominus Domnizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitavit, ut clamaret, dignum eſſe, ut in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta* (inquit) *lucerna, non decet, ut abſcondatur. Ipſe adhuc vivens, tanquam indignum ſe humiliavit; nos autem ut vere dignum exaltare oportuit hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum. Acclamatum eſt idem ſtatim ab univerſis, rapiturque a monachorum exequiis, in Epiſcopium defertur, ibique venerabiliter ſepelitur. Mirabamur hoc quaſi magnum primo miraculum, neſcientes quid deinceps mirabilius erat futurum. Nam & id quoque primo notavimus, quod multi Epiſcopi, & Cardinales, magna etiam multitudo militum, die obitus ſui eadem in civitate convenerant, & ipſius tranſitum, & clara miracula viderunt poſt obitum.* Porro cœpere edi miracula tertia die poſt obitum, quæ ſic idem auctor aggreditur enarrare:

XI. De miraculis ſancti Anſelmi Lucen. Epiſc.

*Tertia itaque nocte poſt ſanctiſſimi Patris venerandam dormitionem quædam contracta, quæ una ſemper manu, & poſterioribus perſona ſerpebat potius, quam gradiebatur, quæ etiam in domo nepotis Epiſcopi annum unum, & duos menſes, ac dimidium manſerat, apud prædicti Patris tumbam, meritis ipſius ſana erecta eſt in prima noctis vigilia. Sequenti vero die circa tertiam (ut viſum eſt) horam fertur, quod quædam a nativitate cæca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienſis Comitatus incolam tunc audivimus. Eodem quippe die, &c.* Brevitatis enim cauſa deſcribere prætermittimus octoginta inſignia miracula, quæ ibidem a ſancto edita fuerunt uſque ad quinquageſimum diem ab ejus obitu, quo idem auctor illa ſcribebat. Porro accedit auctarium, nempe epiſtola Ubaldi tunc Epiſcopi Mantuani ad Mathildem de miraculis ibidem viſis una die, nempe, vigilia Aſcenſionis Dominicæ: quæ quoniam brevis eſt, hic eam reddere non gravabimur. Sic ſe habet:

XII. Ubaldi Epiſc. epiſtol. ad Mathildem.

*Dominæ Mathildæ Ubaldus Mantuanus Epiſcopus gaudium & lætitiam.*

*Immenſo deſiderio veſtro deſideratam ſcribimus lætitiam. Fuit quædam de Capriana, quæ velut animal, manibus, & pedibus incedebat, quam Deus omnipotens per merita ſanctiſſimi Patris noſtri erexit, & ad iter tantum officio pedum (ſicut hominis naturæ expedit) frui conceſſit. Simile etiam remedium cuidam de inſula Parmenſi, quæ eſt juxta caput Parmulæ, ſimiliter incurvato conferre digna-*

*tus*

PAGIUS II. *Moritur S. Anſelmus Epiſ. Lucenſis.*

A num. IX. ad XVI. *Anno Incarnat. Domini noſtri J. C. MLXXXVI. Epiſcopatus vero ſui anno XIII. indict. IX. finitis iam annis ſeptem excommunicationis Henrici quondam Regis; poſt tranſitum autem feliciſſimi Papæ Gregorii VII. menſes novem, dies viginti tres, obdormivit in domino venerabilis dominus & Pater noſter Anſelmus Lucenſis Epiſcopus X. Kalend. Aprilis in civitate Mantua, præſidente Reverendiſſimo Epiſcopo Ubaldo, atque, dominante ibidem nobiliſſima Duce ac Marchioniſſa Mathilta*, inquit Presbyter Pœnitentiarius domeſticus ejus in illius Vita in Actis SS. Bollandianis ad diem XVIII. Martii recitata. Sed loco, X. *Kalend. Aprilis*, legendum *XV. Kalend. Aprilis*; & loco, *dies XXIII.* legendum, *dies XXII.* a die enim vigeſima quinta menſis Maii anni præcedentis, quo Gregorius VII. mortalitatem explevit, ad diem XVIII. menſis Martii hujus Chriſti anni, quo ſancti Anſelmi Lucenſis memoria celebratur, quove mortuus dicitur, menſes tantum IX. & dies XXII. effluxere.

Ex his verbis eruitur, *Mathildam* Comitiſſam Mantuæ dominatam eſſe, ad quam etiam urbs Lucenſis pertinebat.

III. *Bonizo Epiſc. Sutrienſis intereſt ejus exequiis.*

Rogavit ſanctus Anſelmus, inquit Presbyter Pœnitentiarius, *quatenus in Capitulo monaſterii S. Benedicti, quod eſt in ripa fluminis Eridani ſub obedientia ſacri Cluniacenſis cœnobii, unde frater ipſe ac Monachus fuit, ſepultura commendaretur; & cum, concedentibus Epiſcopo* (nempe Mantuano) *atque Comitiſſa Mathilda, cæteriſque omnibus, jam deferretur ad Monaſterium corpus, affuit ſubito* SUTRIENSIS EPISCOPUS NOMINE BONIZO, *quem Spiritus ſanctus ſuſcitavit, ut clamaret dignum eſſe ut in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur.* Baronius num. X. locum illum refert, ſed valde depravatum; loco enim *Sutrienſis Epiſcopus nomine Bonizo*, mendoſe habet, *Sabinenſis Epiſcopus Dominus Domnizo*. Et tamen certum eſt, ut jam vidit Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. cap. 8. hoc anno, quo ſanctus Anſelmus obiit, *Bonizonem* fuiſſe Epiſcopum Sutrinum,

& tunc



*tus eſt. Præterea puer quidam de Monteclaro manum, & pedem contractum habebat, cui Deus utrumque precibus beatiſſimi Præſulis, ad certum uſum reſtituit. Nec non mulieri cuidam de loco, qui dicitur Inſula egeni, quæ manum aridam habebat, per ejuſdem patroni noſtri interceſſionem optata ſalus advenit. Cuidam quoque puero de Rivalta viſum reddidit. Quædam ſimiliter de Epiſcopatu Veronenſi, cum jam civitati noſtræ appropinquaret, oculorum claritatem recepit. Quidam etiam de Plovizano, cui calcanei natibus indiſſolubiliter adhærebant, priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati: quem domino, & religioſo viro Lugdunenſi Archiepiſcopo oſtendimus, & locum denotavimus, ubi calcanei juncti fuerant. Quum multi ex Epiſcopatu Brixiæ, & Veronæ, diverſiſque aliis partibus, qui convenerant pro veneratione Sancti viri in vigilia Aſcenſionis Domini, & videntes fieri, converſi ſunt ad dominum, abrenuntiantes diabolo, & ſequacibus ejus, & promittentes, ſe prius ad effuſionem ſanguinis perventuros (ſi ad id periculi devenirent) quam ab hac fide deficerent. Hæc omnia in vigilia Aſcenſionis Domini, & in ſequenti nocte facta ſunt, & multa alia, quæ præ multitudine invenire non potuimus, quæ ſi invenerimus, ſcribemus.* Hactenus Ubaldus Epiſcopus ad Mathildem.

XIII. Ex miraculis S. Anſelmi Lucenſis convicti erroris ſchiſm.

Conferebant iſta plurimum (ut audiſti) ad ſalutem etiam animarum, nimirum cum viderent ſchiſmatici ab Epiſcopo, qui verbis, ſcriptiſque Gregorium Papam defenderat, atque Guibertum pſeudopontificem improbaverat, tot tantaque miracula edi; plane Deum ſtare a parte Catholicorum intelligentes, qui perſpicaciores eſſent, & non obſtinati mente, ex ſchiſmate recedentes, ad Eccleſiam Catholicam ſponte redibant. Quod & teſtatur alius ejuſdem temporis auctor Bertholdus Conſtantienſis, dum in Chronicis ſuis ejuſdem Anſelmi hoc eodem anno mentionem faciens hæc habet:

*Beatus Anſelmus quondam Lucenſis Epiſcopus, ipſo eodem ſuæ depoſitionis anno, innumerabilibus cœpit miraculis coruſcare, qui poſt obitum, venerabilis Papæ Gregorii Septimi fideles ſancti Petri contra tyrannidem Henrici adhuc in carne vivens multum incitavit, ſed multo plus poſt obitum ſuum miraculis coruſcans, eoſdem contra eumdem perſiſtere confortavit; unde & pars Henrici de die in diem cœpit deficere; Catholici autem in fidelitate ſancti Petri non ceſſaverunt perficere.* Hæc ipſe. Et in eamdem ſententiam Domnizo in vita Mathildis verſibus iſtis:

*Arctus Anſelmi condivit, Mantua terris,*
*De quo quod gliſcit monſtraſti, Chriſte Mathildi.*
*Nam virtute tua fecit miracula plura,*
*Servulus ipſe tuus de ſanctis extitit unus,*
*Catholicæ parti favet indicium probitatis,*
*Schiſmaticæ parti ſignum quaſi debilitatis.*
*Inde triumphando gaudet Comitiſſa precando:*
*Hujus enim Patris precibus putat auxiliari, &c.*

Porro Mathildem curaſſe, ut vita Anſelmi ſcriberetur, idem auctor paulo inferius his docet verſibus:

*Tertius exiſtens ab eo Lucenſis, & ille*
*Rangerius rector dictavit eam ſibi metro.*
*Dictavit pulchrum nuper librumque ſecundum &c.*

At

PAGIUS

& tunc non Domnizonem, ſed *Gregorium* creatum Cardinalem, qui anno MLXXVII. Legatus ad Henricum Regem in Germaniam miſſus eſt, annoque MLXXXVIII. obiit, fuiſſe Cardinalem Epiſcopum Sabinenſem, ut videre eſt apud Ciaconium, ubi id certis monumentis demonſtrat. Ad hunc errorem, cum Ughellus Tom. I. Italiæ ſacræ animum non advertiſſet, inter Epiſcopos Sabinenſes Ubaldum & Gregorium, fictitium illum *Domnizonem* inſeruit: adeo refert, ut Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ omnium Scriptorum promptuarium quoddam eſt, quantum fieri poteſt, emendetur. Is error non Baronio, ſed exemplari, MS. quo uſus eſt attribuendus: Vita enim *S. Anſelmi* Lucenſis aliquot poſt ejus mortem annis a Sebaſtiano Tengnagelio Bibliothecæ Cæſareæ Præfecto in Syntagmate *veterum Monumentorum pro Gregorio VII. anno MDCXII. Ingolſtadii primum edita.*

IV. *De ejus Libris.*

Multos libros ſcripſit in ejus Vita recenſitos, ex quibus ſuperſunt libri duo contra *Guibertum* Antipapam & ſequaces ejus, pro defenſione Gregorii VII. Papæ, qui nunc extant in Biblioth. Patrum. In multis Codicibus MSS. ei attribuitur inſignis Collectio *Canonum Eccleſiaſticorum*, ſed eam non eſſe genuinum ejus fœtum, aliqui Viri docti ſcripſerunt; varia enim Urbani II. & ſequentium Pontificum Decreta continet, cum tamen Anſelmus ad illorum tempora non pervenerit. Deinde vetus auctor Vitæ ejus memoratus, lucubrationes Anſelmi recenſens iſtius Collectionis non meminit, ſicuti nec Sigebertus, nec Trithemius. De ea legendus Baluzius in Opere de Emendat. Gratiani, tam in Præfat. ad Lectorem num. XIX. quam etiam in Notis pag. 641. Hanc tamen opinionem (quæ nuper exorta) non parum dubiam facit *Catalogus Pontificum*, &

*De-*

XIV. Scripta S. Anſelm. Luten. At non extat ille quidem, ſed tantum quæ ſoluta oratione ab Anſelmi pœnitentiario ſcripta habentur, a quo & lucubrationes Anſelmi recenſentur his verbis: *Ex multis, ac diverſis ſanctiſſimorum patrum voluminibus unum compilavit canonicarum ſententiarum non modicum corpus.* Extat illud ipſum integrum jam cuſum. De quo ipſo volumine in vita illa prolixius ſcripta hæc leguntur: *Apologeticum unum ex diverſis ſanctorum Patrum voluminibus compilavit, quibus domini Papæ Gregorii ſententiam, & univerſa ejus facta, atque præcepta canonicis defenderet rationibus. Multos libellos propriis manibus conſcripſit. In lamentationes Hieremiæ dulciſſimam fecit expoſitionem. Pſalterium quoque rogatu benedictiſſimæ Dei Mathildæ expoſuit luculentiſſime breviter quidem, ſed utiliter uſque ad illum locum: Benediximus vobis in nomine Domini. Ibi ſiquidem expoſitionem finivit, nobiſque omnibus, ut alter Patriarcha Jacob, benedixit, cujus (ut notum eſt) in univerſam jam Italiam benedictio deſcendit. In ipſo etenim, & per ipſum hæretici, & ſchiſmatici alii convertuntur alii confunduntur.* Et inferius de obſervantia erga Gregorium Papam.

XV. S. Anſelmus imitator Gregor. Papæ. *Ante omnia vero id ſtudii ſemper habuit, quatenus ſanctiſſimum magiſtrum ſuum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeo ut diſcrepare ab illo prorſus nollet, etiam in aliquo: Illius ſemper meritis tribuit quidquid in ipſo fuit, dum vitam rememoravit monaſticam & ſolitariam, quam ſe crebro flevit amiſiſſe, &c.* At ipſe vitæ Scriptor perorans, quiſnam fuerit, ita declarat: *Hæc de beatiſſimo patre & patrono noſtro ſancto Anſelmo Lucenſi Epiſcopo perpauca quidem, quantum ad ipſius merita; ſed veſtris ſpero piis deſideriis proficientia. Ego B. peccator, presbyter tuus in pœnitentia, non dico filius ſed ſervus, ab ipſo multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus venerabiliter vobis expectantibus explicavi devotus: precor vos, orate pro me.* At de Anſelmo modo hactenus, & pro inſtituto ſatis.

XVI. Hoc itidem anno Carthuſiæ ſolitudo cœpta eſt habitari a ſancto Hugone Epiſcopo Gratianopolitano, ſanctoque Brunone auctore ſancti inſtituti, ejuſque ſociis, ex quo loco & nomen accepere, ut Carthuſiani monachi dicerentur. Quod ad tempus ſpectat, cum ſuperius dictum ſit ex ejuſdem S. (a) Hugonis vitæ Actis, ipſum anno milleſimo octogeſimo creatum fuiſſe Epiſcopum Gratianopolitanum poſt duos vero annos adiiſſe Cluniacenſes, ibique moratum annum unum,

PAGIUS *Decretorum ab ipſis editorum. Ex ſexcentorum annorum Codice 6381. Vaticano ante Anſelmi Lucenſis Epiſcopi Decretum*, a Scheleſtratio Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto, Romæ cum Appendice ad Opus Chronologicum anno M. DC. XCII. ſub eo titulo publicatus. Si enim Codex ille tantæ ſit antiquitatis, vel ſancto Anſelmo vivente, vel paulo poſt ejus obitum exaratus fuit; ſicque laudata Decreta Urbani II. & ſequentium Pontificum in eo non reperiuntur, qua de re Romam ad amicos ſcripſi.

V. *Fundatio Ordinis Cartuſienſis.* Ad num. XVI. *Sanctus Bruno* Ordinis Cartuſienſium inſtitutor Manaſſis Archiepiſcopi Remenſis poſtea dignitate moti mores corruptos peroſus, ex urbe Remenſi diſceſſit, & deinde ſæculo renunciavit: *Urbe deſerta*, inquit Guibertus Abbas in ejus Vita, *ſæculo etiam abrenuntiare proponit, qui ſuorum notitias horrens ad Gratianopolitanum proceſſit territorium. Ibi in arduo & admodum terribili promontorio, ad quod difficillimum & valde inſolens iter intenditur: ſub eo etiam præruptiſſimæ vallis vorago dehiſcit habitare deligens, hujuſmodi mores inſtituit, & ſequaces ejus hodieque ſic vivunt.* Deſcribit poſtea mores & inſtituta Cartuſienſium. In Epiſtola vero, quam ipſemet Bruno ex Calabria ad Radulfum Viridem Præpoſitum Remenſem dedit, ei ſignificat ſe in finibus Calabriæ eremum incolere, hortaturque, ut ſæculi tempeſtatibus ſe ſubducat: quod ſi ad hæc agenda Dei amore non provocetur, metu ſaltem pœnarum terreatur, & meminerit præpoſiti ac ſponſionis, quam olim Deo fecerit: *Reminiſcitur quippe dilectio tua*, inquit, *quod cum ego, & tu, & Fulcius monoculus quadam die ſimul fuiſſemus in hortulo adjacenti domui Adæ, ubi tunc hoſpitabar, de falſis oblectationibus & perituris hujus mundi divitiis, nec non de perennis gloriæ gaudiis aliquandiu, ut opinor, tractaremus, unde divino amore ferventes promiſimus ac vovimus Spiritui ſancto, in proximo fugitiva ſeculi relinquere, & æterna captare, nec non monachicum habitum recipere, quod & in vicino peractum eſſet, niſi tunc Fulcius Romam abiiſſet, ad cujus reditum peragenda diſtulimus, quo moram faciente, aliiſque intervenientibus cauſis, divinus amor elanguit; refriguit animus, fervorque evanuit. Quid ergo ſupereſt, cariſſime, niſi a tanti debiti nexibus te citius expedire, ne pro tam gravi, tamque diuturno mendacii crimine iram incurras Potentiſſimi, & propter hoc cruciatus immanes?* &c. Hæc cauſa, cur vir ſanctus a mundi conſortio diſceſſerit, ut ſeveriora Vitæ Monaſticæ inſtituta ſectaretur, non vero apparitio alicujus hominis nuper demortui ſe damnatum eſſe clamantis, uti vulgo dicitur.

VI. *Ante biennium peracta.* Verum non hoc anno, ut putavit Baronius, ſed anno milleſimo octogeſimo quarto *ſanctus Bruno* eremum petiit, & Cartuſiam in Epiſcopatu Gratianopolitano fundavit, ut conſtat ex Charta, qua ei a quibuſdam privatis viris in ea ibidem nominatis ſolitudo illa conceſſa eſt: *Itaque Magiſtro Brunoni, & his qui cum eo venerunt fratribus, ut Deo vacarent, ad inhabitandum ſolitudinem quærentibus ipſis, eorumque ſucceſſoribus in æternam poſſeſſionem ſpatioſam eremum conceſſimus, ego Humbertus de Miribel, una cum Odone fratre meo, & cæteris qui juris aliquid habebant in prædicto loco,* &c. *præfata quidem terra his terminationibus concluſa, a magiſtro Brunone, & ab his, qui cum eo erant fratribus cæpit inhabitari, & conſtrui anno ab Incarnatione domini MLXXXIV. Epiſcopatus vero domini Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi quarto, qui videlicet laudat & corroborat hoc donum, quod fecerunt ſupraſcriptæ perſonæ, cum omni Conventu Clericorum ſuorum; & quantum ad ſe pertinet, quidquid ſui juris eſſe videtur, omnino concedit. Teſtes Hugo Decanus*, &c. Sanctus autem Hugo anno MLXXX. Epiſcopus Gratianopolitanus renunciatus, ideoque anno MLXXXIV. quartus ordinationis ejus annus adhuc in curſu fuit. Quare Sigebertus hujus temporis Scriptor in Chronico accurate Cartuſienſis Ordinis inſtitu-



Carthuſia ſolitudo quando habitari cœpta. inde ad Epiſcopatum reverſum, in eo tranſegiſſe tres annos; plane invenies, ſexto anno a ſua ordinatione cum ſociis, hoc nempe anno petiiſſe Carthuſiam. Quomodo autem anno ſexto poſt incolatum Carthuſiæ idem Bruno vocatus fuerit ab Urbano Papa, ab eoque aliquantum retentus, ſuo loco dicetur.

Quod ſpectat ad Orientalem Eccleſiam, hoc anno Coſmas Patriarcha Conſtantino-

(a) *Apud Sur. die 1. April. c. 2.*



PAGIUS tutionem cum anno MLXXXIV. alligavit, ſicuti & Auctor Faſciculi temporum.

VII. *Refellitur opinio contraria.* Baronius ideo ſanctiſſimi Ordinis fundationem in hunc annum diſtulit, quia Guigo ſcriptor Actorum Vitæ ſancti Hugonis, cui neceſſitudine conjunctiſſimus fuit, ita loquitur: *Hugo duobus poſt conſecrationem expletis annis, contemptis omnibus, Caſæ Dei Ordinis Cluniacenſis factus eſt Monachus. Ibi novitius annum vixit. Poſt hoc* (ſeu poſt hunc novitiatus annum, atque adeo tertium a ſua ordinatione) *cogente Gregorio VII. e monaſterio, quo fervens intraverat, ferventior eſt reverſus*, &c. *& ecce tribus necdum in Epiſcopatu poſt monaſterii reditum completis annis, adeſt magiſter Bruno.* Quæ verba Baronius ſic interpretatur, ut Hugo primum annos duos ſolidos poſt conſecrationem Romæ, ubi ea facta, exegerit, & in Caſæ Dei monaſterio tertium; deinde a *Caſa Dei* Gratianopolim reverſus, alios fere tres in Epiſcopatu poſuerit, ante adventum *Brunonis*, & ſexto anno a ſua ordinatione, currenti nempe, cum ſociis Cartuſiam petierit. Ita quidem prima fronte locus ille explicandus videtur, ſed Charta Fundationis *Cartuſiæ*, quam Baronius non viderat, huic interpretationi adverſatur, demonſtratque ita intelligendum, ut *Bruno poſt monaſterii reditum*, ideſt, ſtatim vel paulo poſt ad Hugonem venerit, qui eo tempore necdum tres in Epiſcopatu compleverat annos. Nec refert quod *Guigo* dicat, Hugonem *duobus poſt conſecrationem expletis annis* monachum induiſſe. Nam in Diſſert. Hypatica, quemadmodum & in hac Critica, variis paſſim teſtimoniis oſtendi, Scriptores his loquendi formulis, *tribus annis elapſis*, vel *triennio tranſacto*, ſimilibuſve, ſæpe intelligere annos tres utrimque incompletos, & biennium ſumere pro unico anno, ſi res nempe in fine unius incœpta, & initio ſequentis abſoluta fuerit.

VIII. *Cauſa fictitia converſionis S. Brunonis.* Circumfertur, ut mox tetigi, horrenda Hiſtoria hominis in magna pietatis opinione Pariſiis demortui, qui e feretro terribili voce ſe juſto Dei judicio condemnatum eſſe declararit; cui ſpectaculo cum *Bruno* & ſocii adfuiſſent, mundum relinquere & in deſertum locum ſecedere propoſuerint, indeque ad ſanctum *Hugonem* Gratianopolitanum Epiſcopum, in cujus Diœceſi eremum ſuo conſilio valde idoneum eſſe didiciſſent, acceſſerint. Verum hæc fabula ducentis fere a morte ſancti Brunonis annis excogitata, jure merito a Viris doctis exploſa fuit; cum conſtet de cauſa receſſus Brunonis, quæ alia non fuit, quam Vitæ ſolitariæ deſiderium, ut ipſemet in Epiſtola laudata ad Præpoſitum Remenſem, & Guibertus Abbas Nongentinus in ejus Vita diſerte inſinuant. Porro Cartuſienſes ſe ſe primitus *Pauperes*, vel *Pauperes Chriſti* appellaſſe demonſtrant loca a Ducangio in voce *Pauper* relata.

IX. *Euſtratius Garidas ſuccedit Coſmæ in Epiſc. Conſtantinop.* *Coſmæ* Patriarchæ Cpolitani mortem Baronius eodem numero XVI. conſignat, eique annos quinque & menſes ſex attribuit, quos ab anno MLXXX. deducit. Verum jam oſtendimus, Joanni Xiphilino anno MLXXV. die ſecunda menſis Auguſti vita functo Coſmam ſucceſſiſſe; Anna vero Comnena lib. 3. pag. 79. ſcribit: *Patriarcha Coſmas poſt aliquot ab Irene coronatæ dies* (quod initio menſis Aprilis anni MLXXXI. contigiſſe diximus) *ipſa memoria confeſſionis Sancti Joannis Theologi* (die nempe ſeptima menſis Maji, qua Græci ſancti Joannis Evangeliſtæ feſtum celebrant) *peracto ſacro in Templo ejuſdem Sancti Apoſtoli ad Hebdomum ſito, Patriarchalem dignitatem ultro abdicavit, poſtquam eam tenuiſſet annos quinque & menſes novem, ſeceſſitque in monaſterium Calliæ* (de quo Scriptores Byzantini verba non faciunt). *Gubernacula vero Patriarchalis ſedis ſuſcepit in manus Eunuchus Euſtratius Garidas*, quem Anna pag. 75. jam dixerat fuiſſe Monachum magna ſpecie virtutis, quemque Baronius perperam *Euſtathium* vocat. Annos etiam quinque & menſes novem Eccleſiam Cpolitanam *Coſmam* Monachum rexiſſe, prodit Zonaras in Alexio Imp. Coſmæ itaque die ſeptima Maji anni MLXXXI. non morienti, ſed dignitatem abdicanti ſucceſſit *Euſtratius Garidas*, qui hoc tempore jam mortuus erat, ut infra monſtrabimus.

X. *Bohemiæ Dux Rex appellatur & Epiſcopatus Moraviæ cum Pragenſi unitur.* Hoc anno *jubente & peragente Romanorum Imperatore III. Henrico Auguſto celebrata eſt Synodus magna in Urbe Moguncia, ubi quatuor Archiepiſcopi & XII. Præſules ſimul cum Abbatibus monaſteriorum, & cæteris fidelibus reſidentes plurima decreta ſuper ſtatu Eccleſiæ ſcriptis roboraverunt*, inquit Coſmas Pragenſis Decanus hujus temporis Scriptor in Chron. Bohem. In eo Conventu, ſubdit Coſmas, Wratiſlaus Dux Bohemorum tam Bohemiæ quam Poloniæ præfectus eſt & *Egilbertus* Archiep. Trevirenſis juſſus eum Pragæ in Regem ungere. In eodem Epiſcopatus Moravienſis ſuppreſſus mortuo jam anno ſuperiori Joanne Moravienſi Epiſcopo, & parochia illa ut ſemper fuerat, Pragenſi Epiſcopatui conjuncta. Refert idem Coſmas Diploma Henrici III. Imp. quo unio illa confirmatur, in cujus fine legitur: *Dat. III. Kal. Maji, anno ab Incarnat. Domini MLXXXVI. indict. VIII. Anno autem Domini Heinrici, regni quidem XXXII. Imperii vero III.* In eo Diplomate dicitur, Epiſcopatum Pragenſem ab initio Bohemiam ac Moraviam complexum eſſe, & tam a Benedicto Papa, quam a primo Ottone Imp. ſic confirmatum fuiſſe, ſed poſtea diviſum eſſe & imminutum ſola Dominantium poteſtate. *Egilbertus* Trevirenſis Archiep. venit Pragam *XVII. Kalend. Julii*, ſubjungit Coſmas, & inter ſacra Miſſarum ſolemnia *VVratiſlaum*, & *Zuvatavam* ejus conjugem coronavit.

VVra-

Euſtathius Patriarcha Conſtant.

nopolitanus, ubi ſediſſet annos quinque & menſes ſex, deceſſit, atque in locum ejus ſubſtitutus eſt Euſtathius, cognomento, Garides. Hæc de ſucceſſione ex codice juris Orientalis, tomo primo, in quo ineſt ſeries Patriarcharum Conſtantinopolitanorum.

Mil.

PAGIUS XI.

*Regius titulus Bohemiæ Ducibus ſub Friderico rurſus conceſſus.*

*VVratiſlaum* XX. Bohemorum Ducem in hoc Conventu ſeu Pſeudo-Synodo Moguntina, cui *Clementis* Antipapæ Legatos interfuiſſe, teſtatur Coſmas citatus, hoc anno Regem Bohemiæ & Poloniæ coronatum, Regiamque dignitatem, quæ ab exceſſu Suatopluci ſeu Spentopulchri in Moravia regnantis ſuppreſſa fuerat, reſtitutam, docent etiam Æneas Sylvius in Hiſt. Bohem. cap. 22. & Dubravius lib. 9. Hoc tempore *Bohemi* nihil in Polonia poſſidebant, ut videre eſt apud Chromerum in Hiſt. Polonorum, ſed Peſſina in Marte Moravico lib. 3. cap. 2. exiſtimat; Poloniæ nomine intelligendam *Sileſiam*, Poloniæ partem. Addit ab hoc tempore Reges Bohemiæ, dum Comitiis Imperii interſunt, proximum ab Imperatore locum obtinere, ſicut & in aliis publicis actibus juxta Auream Bullam cap. 22. & ſucceſſores Wratiſlai tam fratres, quam filios Ducis tantum nomen tuliſſe, quod Æneas Sylvius ſuſpicatur accidiſſe, *quod Imperatoris Romani indultum ſumenda corona more majorum obtinere non valuerunt*. Friderici tamen Ænobardi tempore Bohemiæ Principes Reges iterum appellati, & titulus ille ad poſteros propagatus, ut ibidem videbimus.

Juſſetus Marochii Rex & Almorabitarum Imperator, ex Africa hoc anno in Hiſpaniam venit, & poſtea ibi Monarchiam ſuam ſtatuit, uti anno MXCI. videbimus.



I. Milleſimus octogeſimus ſeptimus ſequitur annus, Indictione decima inchoatus, quo Victor Papa ſeptimo Idus Maii Romæ conſecratur. Quomodo autem iſta contigerint, Leo (a) Oſtienſis rerum inſpector ſic narrat: *Sequenti anno, medietate Quadrageſimæ apud Capuam Epiſcoporum congregato Concilio, cum ipſe electus una cum Epiſcopis Cardinalibuſque Concilio præſideret, Cincius etiam Romanus Conſul cum nobilibus pleriſque Romanis, Jordaniſque princeps Capuæ & Rogerius Dux cum omnibus fere ſuis optimatibus adeſſet; finito Concilio, rurſus ex inſperato illum clerici & laici precibus multis lacrymiſque fatigant. Sicque biduo immobilis perſtitit. Tandem Duce, ac Principe, Epiſcopiſque & fidelibus cæteris ad ejus veſtigia flentibus, victus precibus ac rationibus ceſſit; Electionemque præteritam, Crucem ac purpuram reſumendo, firmavit duodecimo Kal. Aprilis, Dominica in ramis Palmarum. Inde Caſſinum reverſus, ibi Paſcha celebravit.*

(a) Leo Oſt. l. 3. c. 67. 68.

Concilium Capuanum.

II. *Solemnitate peracta, cum Capuano, ac Salernitano Principe Romam perrexit, ac juxta Oſtienſem urbem Tiberim cum omnibus tranſiens, gravi languore compreſſus, extra porticum ſancti Petri tentoria fixit. Et quia Ravennas hæreſiarcha, qui vivente Gregorio Papatum invaſerat, ſancti Petri Eccleſiam armis tenebat, inſtantibus militibus Principis, eadem die recuperata Eccleſia eſt. Dominica vero Aſcenſionem ſubſequente Romanis fere omnibus trans-Tiberim magna cum frequentiæ celebritate occurrentibus, electus ipſe ab Epiſcopis Oſtienſi, Tuſculano, Portuenſi & Albanenſi, Cardinalibuſque & Epiſcopis & Abbatibus aſſiſtentibus plurimis, Eccleſiaſtico more ſacratus, & in Apoſtolica Sede locatus eſt ſeptimo Idus Maii.* Et paulo inferius: *Prædictus autem Pontifex Romæ diebus octo remoratus una cum memoratis Principibus ad hoc monaſterium rediit.*

Victor Papa Romæ conſecratur.



III. *Parvo poſt tempore Comitiſſa Mathildis Urbem adiens, eum Legatis miſſis multum deprecata eſt, ut ejus frui aſpectibus atque alloquiis mereretur; eam quippe cauſam ſolam ſibi fuiſſe Romam adeundi. Quid ageret, ignorabat. Urgebat eum languoris moleſtia nuſquam progredi, ſed pro Eccleſiæ commodis vilis erat illi ſalus corporis ſui. Iter itaque per mare feſtinus aggreditur: cumque ad Urbem perveniſſet, a Comitiſſa & ejus exercitu, ac cœteris beati Petri fidelibus devotiſſime officioſiſſimeque ſuſcipitur, atque in Eccleſia beati Petri octo diebus remoratus eſt. Poſtmodum in die ſancti Barnabæ ſuper altare ſancti Petri, Miſſam ſolemniter celebrans, eadem die auxilio atque ope Comitiſſæ trajecto Tiberi, ingreditur Romam Trans-Tiberim Urbem totam, Romanorumque maximam partem, & omnem pene nobilium cœtum, caſtrumque ſancti Angeli, beati Petri baſilicam, urbem Oſtienſem ac Portuenſem habebat ſub ditione ſua. Morabatur autem apud inſulam Romæ, quæ & ipſa ſui juris erat.*

Adventus Mathildis Romam.

IV. *Die igitur, qui Apoſtolorum præibat natalitia, nuntius quidam quaſi ab Imperatore veniens, Conſules ac Senatores, populumque Romanum, niſi a Victore deficerent, a corona ſubmovit Imperii. Cum ſubito Romani ſupervenientes, præter Eccleſiam beati Petri, univerſa ceperunt, ipſamque vero Eccleſiam, quam Pontificis homines deſuper tuebantur, ingredi nullo pacto potuerunt. Verum quia hæreſiarchæ Guiberti infinita erat multitudo; hi qui ex parte Pontificis erant, adverſus etiam hoſtium manum obſiſtere non valentes, Trans-Tiberim, ſive in caſtrum ſancti Angeli ſe receperunt. Jam*

Pugnatur pro Eccl. S. Petri.



PAGIUS SÆC.XI.

Anno Eræ Hiſp. MCXXV

Anno Hegiræ CDLXXX. inchoato die 7. April. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6580.

☉ 4. C. ☽ 5. P. 28. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1087.

VICTORIS III. PAPÆ 2.

HENRICI IV. REG. 32. IMP. 4.

ALEXII COMNENI IMP. 7.

A.C.1087 I.

Ad Num. I. Ad VIII. Narrat Baronius ex Leone Oſtienſi lib. 3. cap. 67. & ſeq. quid Romæ hoc anno egerit Guibertus Antipapa, qui ibi a multis Pontifex agnoſcebatur, aitque num. IV. ex eodem Leone eum *in Eccleſia ſancta Maria in Turribus* Miſſam cantaſſe; quam Eccleſiam Baronius num. VI. interpretatur *Pantheon* ab Agrippa ædificatum, & a Bonifacio Papa hujus nominis IV. in Eccleſiam commutatum, quod Bertholdus in Chron. dicat ipſum *apud Sanctam Mariam ad Martyres*, (*quam Rotundam dicunt*), ſe incaſtellaſſe. Verum Cardinalis doctiſſimus duas Eccleſias inter ſe valde diverſas in unam confundit; uti enim obſervat Mabillonius in Indice ſolemnium Collectarum & Stationum S. R. E. Tom. II. Muſei Italici pag. 544. & ſeqq. recitato, *Eccleſia ſancta Maria in Turre* erat ad turres Baſilicæ Vaticanæ, ut ex eodem Indice, aliiſque documentis intelligitur, ſancta vero Maria Rotunda, ſeu ad Martyres, Pantheon etiam appellata, erat in alia Urbis parte,

*Eccleſia S. Maria Rotunda diverſa ab Eccleſia S. Maria de Turribus.*

*vero die media in Eccleſia ſanctæ Mariæ in Turribus Miſſam Ravennas hæreſiarcha cantavit. Sole autem ad occaſum vergente, qui in Eccleſia ſteterant, palam armati diſceſſere. Ita proh dolor! beati Petri Eccleſia, eo potiſſimum die, quo toto orbe ejus feſtivitas colitur, tam nocturno, quam diurno officio caruit. Sic ſpes Guiberti eluſa, qui in Apoſtolorum ſolemnitate Miſſas ibi celebrare cupiebat. Die altera ab hæreticis, Apoſtolico altare locato, Miſſa ibi peracta eſt. Poſtera die cunctis ad ſua redeuntibus, eadem Eccleſia in jus Victoris Papæ remeavit.*

V. Viſio de Petro Apoſt.

*Eo item tempore peregrini quidam, dum orationis gratia ad beatum Benedicti monaſterium, pergerent, obvium habuerunt canonicum ſenem. Percontantibus quis eſſet: Petrum Apoſtolum ſe eſſe reſpondit. Sciſcitantibus, quo pergeret: Ad fratrem, inquit, Benedictum proficiſcor, ut cum illo paſſionis meæ celebrem diem. Romæ quippe conſiſtere nequeo, quia Eccleſia mea diverſis procellis agitatur. Quod dum Fratribus viri illi poſtmodum reſeraſſent; ad ſuccedentium memoriam conſtituerunt, ejuſdem Apoſtoli ſolemnitatem non minori veneratione quam patris Benedicti celebrandam.* Sed quod ab eo per Chriſtum Fidei principium emanavit, ex quo omnis propago ſacerdotum feliciter germinavit; utique debuerat ſolemnius celebrari.

VI. Quod autem audiſti Guibertum ea die Miſſam celebraſſe in Eccleſia in Turribus dicta; eam fuiſſe Pantheon ab Agrippa ædificatum, & a Bonifacio Papa in Eccleſiam commutatum, intelligas ex his, quæ Bertholdus in Chronicis hoc anno ſic habet: *Guibertus vero hæreſiarcha non magis ab incœpta perverſitate ceſſavit; immo ſe apud ſanctam Mariam ad Martyres; quam Rotundam dicunt) incaſtellavit. Dominus autem Papa in Inſulam, quæ inter duos pontes ſita eſt, ſe recepit.* Hæc Bertholdus Conſtantienſis.

Mathildis victoria adverſus ſchiſmaticos.

Inter hæc autem Mathildis revocatur in Galliam Ciſalpinam: nam Guiberti opera ejus Comitatus impetitus eſt prœliis, ducibus Parmenſi Epiſcopo una cum Regienſi. Quos omnes Mathildis noctu dum quieſcerent, nec quidquam tale timerent, aggreſſa, vicit auſpice Petro. Tunc Heberandus Parmenſis Epiſcopus captus, Gandulphus Reginus fuga lapſus tribus diebus latuit in ſpinetis. De tanta autem victoria Domnizo hos habet verſus:

*Gaudet turba Petri, turbatur concio Regis,*
*Inclyta Mathildis terror fuit omnibus illis.*

Interea vero Guibertus per ſuos Eccleſiam perſequi acrius pergit, de quo iſta (*a*) Leo Oſtienſis ſubiicit: *Pulſis Catholicis Epiſcopis & Abbatibus, aliiſque Eccleſiarum præpoſitis doctrina & religione præſtantibus, ſceleſtos & illiteratos, ſingulis urbibus, monaſteriis Eccleſiiſque præfecit. Sæpe ſingulos plerumque binos annis ſingulis magiſtri ſui Simonis mercimonio execrando ſubſtituens, deprædandis locis ſanctis, ſibique non faventibus Chriſtianis, immo ipſis quoque faventibus, dum non eſſet, qui armato reſiſteret, longe lateque ſævitia Neronis & Decii perdita voluntate graſſatus eſt.* Et inferius: *Illi nempe Guiberto nemo Apoſtolicam reverentiam exhiberet, vel obedientiam præter Imperatorem, ejuſque complices, vel qui ſe illi propter avaritiam (quæ eſt idolorum ſervitus) vel perpetuo, vel ad tempus ſub jusjurandi ſacramento vendiderant. Quorum plurimi, quibus ejus perfidia claruerat, dum execrabilis divina immolaret ſacrificia, nec adeſſe tolerabant, ſcientes eum nulli Romano ſucceſſiſſe Pontifici, ſed perfidum, perjurum invaſorem ac ſimoniacum Gregorio Papæ ſuper adjectum fuiſſe; Catholici vero, qui zelo Dei fidem ac religionem tuebantur, Victori Papæ ſanctitate ac religione præſtanti adhærebant.* Hæc Leo. VII.

(*a*) Leo Oſt. l. 3. c. 69.

Guiberti nefanda ſcelera.

Qui vero Paſtor legitimus gregis erat, & germanus Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus Victor, vitans bella gerere adverſus Chriſtianos, quos indignatio vel gratia Henrici ad tempus ab Eccleſia ſepara- VIII.

Victoria adverſus Sarracenos Africanos.

PAGIUS te, ubi etiamnum viſitur. Nec de hoc difficultas eſſe poteſt.

II. *Saraceni in Africa & Sicilia a Chriſtianis devicti.*

Ad num. VIII. Victor III. poſtquam multum reluctatus eſt, *Eccleſiaſtico more ſacratus, & in Apoſtolica Sede locatus eſt VII. Idus Maii*, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 67. & ex eo Baronius num. II. Victor Papa non ſolum exercitum adverſus Saracenos Africam incolente direxit, ut refert idem Leo cap. 70. & ex eo hic Baronius; ſed etiam ejus tempore Piſani Africam depopulati ſunt. Lambecius enim lib. IV. Biblioth. Cæſ. pag. 89. & ſeq. teſtatur, in ea Bibliotheca extare veterem Codicem Græcum MS. continentem Anonymi cujuſdam Expoſitionem in Sancti Pauli Apoſtoli Epiſtolas, & in eo indicari antiqua miniata inſcriptione marginali tempus quo Codex ille ſcriptus, verbis Græcis, quorum hæc eſt interpretatio: *Hoc tempore (nempe anno mundi 6596.) ſubegit Rogerius Syracuſas, occiſo prius eorum Principe Saraceno Benure, eodemque tempore Piſani devaſtarunt Africam.* Hic enim annus mundi Eræ Cpolitanæ Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatus fuit. Faſellus lib. 7. de- ca-



verat; omnem illam expeditionem militarem convertit adverſus improbos Sarracenos, Italiæ jugiter litora infeſtantes, Chriſtianoſque captivos abripientes. Quam autem feliciſſimum finem ea expeditio fuerit conſecuta, idem Leo Oſtienſis ſic breviter narrat (*a*): *Æſtuabat autem idem Apoſtolicus Victor Sarracenorum in Africa morantium ſuperbiam frangere, perfidiamque conterere. Conſilio itaque cum Epiſcopis & Cardinalibus habito, ex omnibus fere Italiæ populis exercitum congregans, illiſque vexillum beati Petri Apoſtoli tradens, ſub remiſſione peccatorum omnium contra infideles impioſque in Africam dirigit. Chriſto itaque duce ingreſſi Africam, centum millia pugnatorum occiderunt, urbe illorum præcipua capta & exciſa. Porro ne quis ambigat, hoc Dei nutu contigiſſe, quo die Chriſtiani victores evaſere, eo etiam Italiæ nuntiata victoria eſt.* Hæc Victor Papa, qui Victoris Papæ & martyris, Africani genere cultor, pro Africanis adverſus Arabes bellum ſuſcepit felix principum felicioribus incrementis proſecuturus, ſi licuiſſet. De hac puto victoria loquitur Bertholdus, dum hæc habet anno ſequenti: *His temporibus Piſani & Genuenſes, & alii multi ex Italia Africanum Regem Paganum hoſtiliter invaſerunt, & deprædata ejus terra, ipſum in quandam munitionem compulerunt, & eum deinceps Apoſtolicæ Sedi tributarium effecerunt.* Hæc ipſe.

(*a*) Id. ib. c. 70.

IX. Eodem anno, menſe Auguſto, idem Pontifex Beneventi Synodum habuit; quæ autem in ea actitata ſint memoria digna, idem Leo ſic narrat (*b*): *Victor autem Tertius, egreſſus Urbem, ad monaſterium venit, ſociatiſque ſibi Epiſcopis & Cardinalibus Eccleſiam ſancti Nicolai in Pica ſolemniter dedicavit. Menſe vero Auguſto Synodum celebrare cum Apuliæ & Calabriæ Epiſcopis ſtatuens, Beneventum perrexit. In qua idem Apoſtolicus præſidens, ait: Novit veſtra dilectio, chariſſimi fratres Coepiſcopi (neque latet orbem univerſum) ſancta Romana & Apoſtolica Sedes, cui Deo, auctore deſervio, quot adverſa pertulerit, quot denique per ſimoniacæ hæreſeos trapezitas malleis, tunſionibuſque perfracta ſit, adeo ut columna Dei vivi videretur jam pene concuſſa nutare, & ſagena ſummi piſcatoris intumeſcentibus fluctibus diſrumpi, ac naufragii ſorte perire. Guibertus enim hæreſiarcha, qui vivente ſanctæ memoriæ prædeceſſore meo Gregorio Papa Romanam invaſit Eccleſiam, Antichriſti præcurſor, & ſatanæ ſignifer oves Chriſti diſpergere, mactare, laniareque non deſinit.*

(*b*) Id. ib. c. 71.

Concilium Beneventanum.

X. *Incitator enim incentorque malorum factus, quantas Gregorio Papæ injurias, quas perſecutiones, quot clades intulerit, referre quis poſſit? excitavit contra eum conjuratos ipſe conſpirationis auctor, fugavit Urbe, ſacerdotio, quantum in ſe fuit, ſimoniacus, perjuruſque privavit, commovit adverſus eum Romanum Imperium, concitavit gentes & regna; & (quod a ſæculo eſt inauditum) excommunicatus ipſe atque damnatus ſanctum Pontificem excommunicare præſumpſit, Romanam Urbem hactenus ſacrilegiis, cædibus, perjuriis, conſpirationibus, flagitiis, & vitiorum omnium ludibriis profanare non deſinit, & Simonis magi perfidia incenſus, nequitiæ ſuæ complices ad tam impium & execrabile facinus evocans, coacto Imperatoris exercitu Apoſtolicæ Sedis invaſor effectus eſt, contra præcepta Evangelica, contra Prophetarum Apoſtolorumque decreta, contra canonum & Romanorum Pontificum jura, nullo Cardinalium Epiſcoporum præcedente judicio, nullo Romani Cleri approbante ſuffragio, nullo devoti populi requiſito conſenſu in ſancta Romana Eccleſia totius nequitiæ ac perditionis caput effe-* XI.

*ctus*

Damnatio Guiberti iterata ſub Victore.

PAGIUS cadis 2. pluribus agit de rebus a Rogerio in Sicilia contra Saracenos geſtis, & præſertim de *Benuris* Saraceni Syracuſarum Principis interitu, atque de recuperatione Syracuſarum, de qua etiam legendus Hubertus Goltzius in Hiſtoria Siciliæ poſteriori pag. 14. & ſeqq. ubi de Syracuſa habet: *Rogerius Syracuſas quadrimeſtri obſidione cinctas, Saraceniſque frequenti pugna terra marique profligatis deditione capit.* Sed uterque Scriptor ex hoc coætaneo corrigendus, cum id perperam referant ad annum Chriſti MLXXXV. Tota tamen Sicilia ante annum MXC. a Rogerio Saracenis erepta non eſt, ut legere eſt apud eundem Faſellum.

III. *Expeditio Africana magis explicata.*

De expeditione Africana a Victore Papa, antequam ſupremum diem currenti anno obiret, decreta loquitur etiam Bertoldus in Chron. ad annum MLXXXVIII. ſed rem paulo aliter narrat: *His temporibus Piſani, & Genuenſes, & alii multi ex Italia Africanum Regem Paganum hoſtiliter invaſerunt, & depradata ejus terra, ipſum in quamdam munitionem impulerunt, & eum deinceps Apoſtolicæ Sedi tributarium effecerunt.* In antiquo vero Martyrologio MS. Eccleſiæ Lucenſis a Fiorentinio in Comment. de Rebus ad Mathildem Comitiſſam ſpectantibus lib. 2. memorato, hæc Chriſtianorum de Saracenis victoria cum an. MLXXXIX. alligatur, diciturque: *Fecerunt Piſani, & Genuenſes ſtolum in Africam, & ceperunt duas munitiſſimas civitates, Almadiam, & Sibiliam in die S. Xiſti, in quo bello Ugo Vicecomes filius Ugonis Vicecomitis mortuus eſt. Ex quibus civitatibus Saracenis fere omnibus interfectis maximam pradam auri, & argenti, palliorum & ornamentorum abſtraxerunt. De qua prada Piſanam Eccleſiam mirabiliter in diverſis ornamentis ampliſicavere & Eccleſiam B. Sixti in Curte Veteri adificaverunt.*

IV. A num. IX. ad XVIII. Victor III. menſe Au-

*ctus eſt. Sed omnipotentis Dei potentia cum jam dictum Gregorium Pontificem poſt labores ac certamina plurima ad æternam requiem evocaſſet, & unanimi concordia Epiſcopi & Cardinales provincialeſque Antiſtites una cum Romano Clero ac populo parvitatem noſtram modis omnibus contradicentem & renitentem Apoſtolicæ Sedi præfeciſſent; non timens æterni Imperatoris judicium, nunc uſque Chriſtum & oves ejus, pro quibus ille fudit ſanguinem ſuum, perſequi non omittit. Idcirco auctoritate Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli omniumque Sanctorum, omni illum ſacerdotali officio & honore privamus, & a liminibus Eccleſiæ ſeparantes, anathematis vinculo innodamus.*

XII. De recentibus ſchiſmaticis vitandis. *Noſtis præterea, & bene noſtis, quos dolos machinati ſint, quantaſque mihi preſſuras intulerint Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus, & Richardus Maſſilienſis Abbas, qui pro faſtu & ambitione Sedis Apoſtolicæ, ad quam dudum clam inhiabant, ubi votis ſuis potiti non ſunt, ſchiſmata in ſancta Eccleſia fecerunt. Et Richardus quidem Romæ noſtram electionem cum Cardinalibus & Epiſcopis egerat; Hugo autem ad nos poſt paululum veniens affuſus veſtigiis, dum obſequium nobis ſummo Pontifici debitum invitis ac retractantibus exhiberet, legationem a nobis in partibus Galliarum poſtulaverat & acceperat. Itaque donec parvitatem noſtram electioni factæ, atque a ſe approbatæ repugnare conſpexerant; ipſi modis omnibus inſiſtebant, ne onus pro utilitate Eccleſiæ nobis impoſitum abiiceremus. Ubi vero nos tandem cedere perviderunt, conceptam diu flammam clibanus exaturatus evomuit. Quapropter cernentes ſibi fratrum omnium unanimitatem conſtanter obluctari; ab eorum & noſtra ſunt continuo communione ſejuncti. Unde vobis Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut ab eis abſtinere curetis, neque illis omnino communicetis, quia Eccleſiæ Romanæ communione ſua ſe ſponte privarunt. Nam ut beatus ſcribit Ambroſius: Qui ſe a Romana Eccleſia ſegregat, vere eſt habendus hæreticus.*

*Conſtituimus etiam, ut ſi quis deinceps Epiſcopatum vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus Epiſcopus vel Abbas habeatur; neque ulla ei ut Epiſcopo vel Abbati adhibeatur reverentia. Inſuper ei beati Petri gremium & introitum Eccleſiæ interdicimus, quouſque locum, quem ſub tanto crimine ambitionis & inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ) cepit, reſpiciendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis gradibus, dignitatibuſque conſtituimus. Si quis item Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cujusvis poteſtatis ſæcularis Epiſcopatum, vel quamvis aliam Eccleſiaſticam dignitatem dare præſumpſerit; ejuſdem ſententiæ vinculo ſe aſtrictum noverit. Cum trecenti & * octo Patres in Nicæno Concilio omnes hujuſmodi vendentes & ementes excommunicaverint, cenſentes, ut* XIII. Canones Concilii Beneventani. * decem & octo.

PAGIUS

Hugo Lugdunenſis Archiep. Victorem III. calumniatur. Auguſto Synodum Beneventi celebravit, in qua inter alia dixit: *Noſtis præterea & bene noſtis, quos dolos machinati ſint, quantaſque mihi preſſuras intulerint Hugo Lugdunenſis Archiep. & Richardus Maſſilienſis Abbas, qui præ faſtu & ambitione Sedis Apoſtolicæ, ad quam dudum clam inhiabant, ubi votis ſuis potiti non ſunt, ſchiſmata in ſancta Eccleſia fecerunt,* ut narrat Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 71. & ex eo Baronius num. XII. qui reliqua in Concilio Beneventano geſta proſequitur. Porro poſt Baronii mortem Labbeus Tom. I. Biblioth. publicavit Chronicon Virdunenſe ab Hugone Abbate Flaviniacenſi compoſitum, in quo hic produci literas ad Mathildem Comitiſſam ab Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi datas, in quibus licet fateatur, ſe abſentem electionem Deſiderii canonice factam approbaſſe, electumque ut legitimum Pontificem veneratum eſſe, valde tamen in illum, juncto ſibi Richardo Maſſilienſi Abbate blaterat, quod ipſemet, qui ſicuti Deſiderius propoſitus fuerat a Gregorio VII. cum de ſucceſſore rogatus eſt, antepoſitus ei non fuiſſet: *Poſtquam*, inquit, *ad Montem Caſſinum pervenimus, ex ejuſdem familiaribus nobiſcum colloquiis, dum videlicet nefandiſſimos actus ſuos in auribus Epiſcoporum & Cardinalium jactanter recitare non erubeſceret, copioſius neceſſario deprehendimus, quam intolerabiliter Deum in ipſius electione offendevimus. Quis enim niſi ex ipſius ære audiſſet, unquam crederet Henrico dicto Regi fidem eum dediſſe, ut de obtinenda Romani Imperii corona fideliter eum adjuvaret?* Recitatur illa prolixa Epiſtola convitiis in Victorem III. ſanctiſſimum Pontificem ſcatens Tom. X. Concil. ubi legi poterit.

V. Victor III. calumniis purgatur. Promiſerat quidem *Deſiderius* ſeu Victor III. Henrico Regi ſuam apud Gregorium VII. interceſſionem, ut Imperator crearetur, ſed optime noverat Gregorium VII. coronam Imperii ei non conceſſurum, niſi pœnitentiam ageret, Eccleſiæque ſatisfaceret, eamque hypotheſim involvebat Deſiderii promiſſum, ut explicat Natalis Alexander Sæcul. XI. & XII. part. I. cap. 1. Art. XII. Quantum enim Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ libertatis ſtudioſus eſſet Victor, ipſemet demonſtravit, cum Henricum jam excommunicatum non adierit, niſi ut eum ad pacem hortaretur, & ab everſione Caſſinenſis monaſterii prohiberet. Hinc cum Regis Cancellario, aliiſque Miniſtris, quamvis amicis olim ſuis, excommunicatione pariter irretitis, comedere, bibere, orare noluit. Præcipienti Henrico, ut ſibi fidem juraret, ac monaſterium Caſinenſe de manu ſua ſuſciperet, ac minas intentanti reſpondit, *ſe non modo monaſterii cauſa, ſed ne pro mundo quidem toto id facturum. Cumque ipſius rigidum animum Imperator & inflexibile propoſitum cerneret, iratus eſt valde: præcepitque Principi, ut acceptis ſecum nunciis ſuis ad monaſterium pergeret, eiſque ipſum ille aſſignaret. Sed cum Princeps multa illi bona ſæpe de Deſiderio locutus eſſet, eo tandem ad illum perducto ita mutatus eſt, ut ipſe coram Principe amicum illum appellaverit, oraveritque, ut de acquirenda Imperii corona ipſe ſibi fautor exiſteret. Ea facturum ſe pro viribus, Principe adſtante promiſit*, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 49. qui ſtatim plura narrat, quæ oſtendunt, nonniſi per calumniam dici poſſe *Deſiderium* addictum eſſe Imperatori, eum ad invadendum Patrimonium, Sancti Petri excitaſſe, & parvipendiſſe Pontificis excommunicationes.

VI. Hugo Flaviniacenſis ab electione Victoris III. abhorret. Quam immoderato Pontificatus adipiſcendi deſiderio Hugo Lugdunenſis Archiep. inflammatus fuerit, ex ſingulis ejus Epiſtolæ verbis intelligi poteſt. Hæc cauſa, cur cum paucis aliis interceſſerit, ne conſecraretur *Deſiderius*. Verum poſt aliquanti temporis moras ab ipſo Ottone Oſtienſi Epiſcopo Cardinali, qui cum eo conſpirarat, conſecratus eſt. poſtquam Hugonis, qui a Victoris communione defecit, ambitionem perſpectam habuit. Hugo Flaviniacenſis ab Hugonis partibus ſtabat, ut ipſemet indicat, cum de Victoris III. morte verba facit, ut mox videbimus, & cum pag. 232. ſui



*ut qui dat, & qui recipit, anathema ſit. Cum hujuſmodi igitur Epiſcopis, Abbatibus, aut clericis reliquis qui communicat, vel orat, aut ipſorum audit Miſſas, una excommunicationis ſententia plectitur; qui nec ſacerdotes quidem rite putari poſſunt.*

XIV. *Pœnitentia vero & communio a nemine niſi a Catholico ſuſcipiatur. Quod ſi nullus adſit Catholicus presbyter, rectius eſt ſine viſibili communione perſiſtere, & inviſibiliter Domino communicare, quam eam ab hæretico ſumendo, a Deo ſeparari. Nulla enim (ut ait Apoſtolus) conventio Chriſti ad Belial, neque pars aliqua Fideli cum Infideli: Omnis autem hæreticus infidelis eſt. Simoniacus vero, quia hæreticus idcirco infidelis. Nam ſacram Chriſti communionem quamvis viſibiliter & corporaliter Catholici propter imminentes hæreticos habere non poſſint, dum tamen mente Chriſto conjuncti ſunt, ejus communionem inviſibiliter ſumunt.*

XV. *Hæc igitur omnia dum omnium Epiſcoporum in Concilio aſtantium fuiſſent ſuſcepta judicio & auctoritate probata; diſſeminata continuo ubique per orbem fuere. In eodem vero Concilio Pontifex infirmatus graviter poſt triduum, peractis omnibus, feſtinus ad monaſterium rediit comitantibus Epiſcopis & Cardinalibus, & in Capitulum Fratrum ſe ferri præcepit. Ubi ſub diſtricto anathemate prohibuit, ne quis ex ſucceſſoribus ſuis auderet vendere fundos, Eccleſias, villas, vel quaſcumque poſſeſſiones ad monaſterium Caſſinenſe pertinentes. Simili modo interdixit, ne quis monachorum abſque conſcientia Abbatis ſui libellum facere auderet, quod ſi fieret, irritum eſſet. Conſtituit etiam, ut omnia monaſteria, quæ ſub ditione noſtri hujus Caſſinenſis cœnobii ſunt; ſingulis annis huic noſtræ Congregationi prandium faciant.*

*Hoc ſtatuto, omnium monachorum unanimi conſenſu, præfatis etiam Epiſcopis aſtantibus, atque approbantibus, dominum Oderiſium religioſum valde virum, Romanumque diaconum, qui tunc erat noſtri monaſterii præpoſitus, Abbatem conſtituit.*

*Poſt hæc convocatis ad ſe Epiſcopis & Cardinalibus, monuit ac juſſit, ut juxta Gregorii Papæ ſtatutum, Ottonem Oſtienſem Epiſcopum quamprimum eligerent, Pontificemque conſtituerent: quem, quia præſens aderat, manu apprehenſum cæteris Epiſcopis tradidit, dicens: Accipite eum, & in Romana Sede locate, meamque vicem in omnibus, quouſque id facere poſſitis, habetote.* Porro iſta non imperando, ſed ſicut prædeceſſor Gregorius fecerat, admonendo & exhortando fecit; quod id temporum iniquitas poſtularet. Sic & interdum ab aliquibus aliis Pontificibus factum invenitur, ut quem ſucceſſorem cuperent, nominarent. XVI. Victoris Pap. monitio de electione ſucceſſoris.

Cæterum ii quorum eſſet electio Romanorum Pontificum, ſcientes non poſſe nec debere eligere ſibi Pontifices morientes, quos cuperent ſucceſſores, non abſque conſueti collatione ſuffragii nominatum evexerunt in thronum, quaſi ex prædeceſſoris oraculo legitime inſtitutum; ſed conſuetis comitiis habitis rogata ſententia ſingulorum, eſt electio ritu ſolemni ex conſuetudine celebrata, ut factum vidiſti in Deſiderio a Gregorio ante omnes nominato. Quod pariter audies in Vi-

PAGIUS

Chronici ſcribit: *Dixit Urbanus Papa in quadam Epiſtola ſua: Dominus noſter Papa Gregorius beatæ ac dignæ memoriæ, cum apud Salernum gravi teneretur infirmitate, unde ipſe poſtea obiit, convenerunt ad eum Epiſcopi & Cardinales Romani, qui ibidem aderant: rogantes eum & poſtulantes, ut quem ſibi vellet ſubrogari ſucceſſorem in Pontificatu eis oſtenderet. At ille ſecum aliquantulum cogitans, hæc illis verba dedit: quemcunque horum trium; Lucenſem ſcilicet Epiſcopum, Oſtienſem, aut Archiepiſcopum Lugdunenſem habere poteritis in Pontificem eligite.* At hæc Urbanum II. ante Pontificatum Cardinalem Oſtienſem dictum ſcripſiſſe, prorſus incredibile; cum ipſemet Victorem III. ſacraverit, probeque noverit Gregorium VII. cum ſe ipſo, Hugone Lugdunenſi, & Anſelmo Lucenſi, Deſiderium Abbatem Caſinenſem pro ſucceſſore ſuo propoſuiſſe. Quod ni fuiſſet, nec Cardinales eum elegiſſent, nec ipſe Cardinalis Oſtienſis eum conſecraſſet, quia a Gregorii VII. nutu ulla in re diſcedere nolebant. Quare ſi illa Urbani Epiſtola conficta non fuit ab Hugone Flaviniacenſi Abbate, qui poſt ejuſdem Urbani mortem Chronicon ſuum in lucem emiſit, ex ea Deſiderii nomen ex-

Victoris ipſius ſucceſſore factum.

XVII. Victoris obitus.

Sed quæ de propinquo Victoris exitu habet Leo, pergamus primum ex ordine rerum dicere: *His*, inquit, *ita diſpoſitis, atque decretis, ſepulcrum ſibi in ipſa Capituli abſide parari juſſit, atque poſt diem tertium feliciter migravit ad Dominum decimoſexto Kalend. Octobris anno Dominicæ Incarnat. milleſimo octogeſimoſeptimo*. Non octogeſimonono (ut textus depravatus habet) nam convincitur error, tum ex iis, quæ ex ipſo Leone ſuperius dicta ſunt, ſingulas res geſtas Deſiderii recenſente, tum etiam ex (*a*) Petro, qui auctarium ad Leonem appoſuit, dum ab anno obitus Victoris, uſque ad nonageſimum poſt milleſimum, triennium numerat. Cujus ſepulcro ejuſmodi epitaphium inſcriptum docet idem qui ſupra Leo: (*b*)

(*a*) Chron. Caſſ. l. 4. c. 8.

(*b*) Leo Oſt. l. 3. c. 73.

Epitaphium Victor. Papæ.

*Quis fuerim, vel quid, qualis, quantuſque doceri*
*Si quis forte velit, aurea ſcripta docent.*
*Stirps mihi Magnatum, Beneventus patria, nomen*
*Eſt Deſiderius, tuque Caſine decus.*
*Intactam ſponſam, matrem, patriamque propinquos*
*Spernens huc propero, monachus efficior.*
*Abbas dehinc factus, ſtudui pro tempore totum,*
*Ut nunc aſpicitur, hunc renovare locum.*
*Interea fueram Romana clarus in Urbe*
*Presbyter Eccleſiæ, Petre beate tuæ.*
*Hoc ſenis luſtris minus anno functus honore*
*Victor Apoſtolicum ſcando dehinc ſolium:*
*Quatuor & ſemis vix menſibus inde peractis*
*Bis ſex luſtra gerens, mortuus hic tumulor.*
*Solis Virgineo ſtabat lux ultima ſigno*
*Cum me ſol verus hinc tulit ipſe Deus.*

Quantum autem temporis Sedes vacaverit, & quæ contingerint in electione ſucceſſoris, dicturi ſumus anno ſequenti.

XVIII. Conventus Nemetenſis.

Poſt iſta, quæ ſunt dicta de Synodo Beneventi tractata: *In Germania* (inquit qui aderat Bertholdus) *Principes quoque regni Teutonicorum, fideles, inquam, ſancti Petri generale colloquium cum Henrico & fautoribus ejus in Kalendis Auguſti prope Nemetenſem civitatem habuerunt, eique adjutorium ſuum ad obtinendum regnum, ſi de excommunicatione exire vellet, fideliter promiſerunt. Ille autem in ſolita ſua obſtinatione perſiſtens, nec ſe profiteri excommunicatum dignatus eſt, licet ſibi in faciem hoc a noſtris inſtanter * probaretur. Unde & noſtri nullam pacem & concordiam cum eo habere ſtatuerunt.* Et paulo poſt: *In prædicto colloquio litteræ domini Papæ recitatæ ſunt, in quibus & ſuam promotionem Principibus regni denuntiavit, & judicium ſui anteceſſoris piæ memoriæ Gregorii Papæ ſuper Henricum & fautores ejus apertiſſime confirmavit*. En, vides quam perſpicue etiam ex litteris hiſce Victoris redarguitur mendacii apertiſſimi Sigebertus, dum ait, exitus tempore pœnitentia ductum Gregorium ſe erraſſe confeſſum eſſe, & abſolvendum mandaſſe ſuis ſucceſſoribus Henricum una cum ſchiſmaticis aliis.

* exprobraretur.

XIX. Quæ in eo conventu acta.

Sed quod præterea in eodem conventu factum ſit, accipe; pergit enim Bertholdus Conſtantienſis: *Ladiſlaus Rex Hungarorum miſſa legatione ad idem colloquium, ſe in fidelitate ſancti Petri perſeveraturum declaravit, fidelibus ſancti Petri cum viginti millibus equitum contra ſchiſmaticos, ſe affuturum, ſi neceſſe foret, promiſit. Prædicta tamen expeditio utrimque ad illum terminum remanſit.* Poſt hæc autem quodnam divinæ vindictæ factum ſit præjudicium de futuro Judicio in Patavienſi ſchiſmatico Epiſcopo, qui Catholico ejus loci Epiſcopo pulſo fuerat ab Henrico ſchiſmatico, turpiter ſubrogatus, hæc ac-

PAGIUS expunxit; ad *Hugonem* Lugdunenſem Archiep. excuſandum, oſtendendumque ſe non ſine ratione a Deſiderii electione abhorruiſſe.

VII. *Victor III. celebrata Synodo moritur.*

*Victor* itaque III. menſe Auguſto Beneventi Synodum celebrans Hugonem Lugdunenſem Archiepiſcopum & Richardum Maſſilienſem Abbatem a communione fidelium ſuſpendit, *quia*, inquit Victor apud Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 71. *Eccleſiæ Romanæ communione ſua ſe ſponte privarunt*. Præterea in eadem Synodo Inveſtituras proſcripſit, & tam dantibus quam accipientibus aditum Eccleſiæ intercluſit, ut narrat Baronius ex Leone Oſtienſi, qui ſubdit: *Poſt hæc, convocatis ad ſe Epiſcopis & Cardinalibus, monuit, ac juſſit, ut juxta Gregorii VII. Papæ ſtatutum, Ottonem Oſtienſem Epiſcopum quamprimum eligerent, Pontificemque conſtituerent*, quia ſcilicet ex quatuor a Gregorio VII. propoſitis ſolus reliquus erat Otto Oſtienſis, cum Anſelmus Lucenſis Anno ſuperiori ad Deum migraſſet, & Hugo Archiep. Lugdunenſis a communione fidelium abſciſſus eſſet. Subdit Leo Oſtienſis Victorem III. migraſſe ad Dominum XVI. Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnat. MLXXXVII. non vero MLXXXIX. ut locum illum recte emendat Baronius; ſubdit Leo Oſtienſis, vixiſſe Victorem III. *in ſede Apoſtolica ab ipſo ſuæ electionis exordio anno uno; a conſecratione vero menſibus IV. diebus ſeptem*. Hugo Flaviniacenſis his verbis mortem Vi-



accipe ab eodem auctore ejuſdem temporis Scriptore plane accuratiſſimo, qui ait: *Eodem quoque tempore quidam ſchiſmaticus, qui Patavienſem Epiſcopatum, vivente adhuc legitimo paſtore, jamdudum invaſit, de hac vita diſcedens, certiſſimum ſuæ damnationis exemplum reliquis ſchiſmaticis dereliquit.*

XX. Interitus ſchiſmatici Epiſ. Patav.

*Cum enim jam in extremis jaceret, ſeque ad æternam damnationem jamjam abiturum non dubitaret; apparuit ei ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, ut tanto evidentius culpam ſciret, quam apud inferos luere deberet. Rogavit tamen eum, ut ei culpam indulgeret, ipſumque ab excommunicatione ſolveret. Rogavit quoque circumſtantes, ut eum de Epiſcopatu eveherent, nec eum in Epiſcopatu ſepelirent. Sed hæc verba aſtantibus, quaſi deliramenta videbantur. Ipſe autem ſanæ mentis proteſtatus, itidem rogitare non ceſſavit: ſed incaſſum; nam ante Eccleſiaſticam abſolutionem morte præventus eſt. Nonnulli tamen, qui tam periculoſæ morti ejuſdem ſchiſmatici aderant, compuncti ſunt; qui & poſtea ad legitimum paſtorem redeuntes, veniam & abſolutionem conſecuti ſunt.* Hæc de ſchiſmatici interitu Bertholdus, qui & ſubdit de conflictu ſequuto, & dolo Egberti Comitis invidentis Hermanni Regis gloriæ, elapſo Henrico, ne caperetur in bello, quod ſuo damno tentaſſet.

XXI.

(*a*) Leo Oſt. l. 3. c. 67. in fine.

Tranſlatio S. Nicolai.

*Hoc anno, quo die conſecratus eſt Victor Papa, ſeptimo Idus Maii* (inquit Leo (*a*) Oſtienſis) *corpus ſancti Confeſſoris Chriſti Nicolai ex civitate Myrenſi, ubi ſeptingentis ferme annis quieverat; Venetias tranſlatum eſt, in cujus honorem ædificata eſt Eccleſia muſivo tabulatu per quam decenter ornata, a Patriciis Venetis, & monachis ibidem morantibus maximo cum honore veneratur, & colitur, quanquam nonnulli Barim tranſlatum eſſe contendant.* Hæc Leo. Sed potius ad Leonem additamentum: nam in libello, qui extat de tranſlatione facta Venetias, non hoc anno, ſed poſt annorum novem curriculum id accidiſſe narratur. Neque Dandulus fideliſſimus ſcriptor, neque recens auctor Sabellicus quidquam habent de his hoc anno; cum tamen reliqui omnes hujus ſæculi Scriptores Barim tranſlatum dicant, & inter eos Sigebertus hoc item anno rem geſtam paucis complexus, hæc ait: *Venetianis meditantibus auferre corpus ſancti Nicolai a Mirrhea Lyciæ a Turcis deſolata; præoccupaverunt eos Barenſes cives quadraginta ſeptem ab Antiochia, Mirrham venientes, qui a quatuor tantum monachis ibi inventis extorſerunt, oſtendi ſibi tumbam Sancti: qua effracta, oſſa ſancti Nicolai in olei liquore natantia integro numero extraxerunt, & Barim cum gloria detulerunt. Facta eſt autem hæc tranſlatio anno ſeptingenteſimo quadrageſimoquinto a depoſitione ſancti Nicolai.* Hæc Sigebertus, cui ſuffragatur Romanum Martyrologium, in quo dicta die Mirrha Barim tranſlatum aſſeritur. Quod etiam expreſſius liquet ex litteris Urbani Papæ anno ſequenti datis, cum Barim profectus eſt, & venerandum corpus in præparato adyto collocavit.

XXII. Deuſdedit presbyteri Card. opus quadripartitum.

Hoc anno, vivente adhuc Victore Papa, Deuſdedit presbyter Cardinalis tituli Eudoxiæ commentarium elaboravit, his temporibus peropportunum pro Eccleſia Catholica contra ſchiſmaticos, quem & dedicavit eidem Victori Papæ, ad quem præfixa operi data extat epiſtola nuncupatoria cum hoc titulo:

*Beatiſſimo atque Apoſtolico viro Pontifici domno Papæ Victori Tertio, & Clero ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Deuſdedit exiguus presbyter tituli Apoſt. in Eudoxia.* Epiſtola ſic incipit:

*Novit beatitudo veſtra, quod ſancta Romana Eccleſia idcirco omnium Eccleſia-*



PAGIUS Victoris III. conſignat: *Hic igitur conſecratus ab Oſtienſi Epiſcopo, cum Miſſas apud S. Petrum diceret, infra Actionem judicio Dei percuſſus eſt. Et quamvis tarde cognoſcens ſe erraſſe, ſe ipſe depoſuit, & accitis fratribus de monte Caſſino qui ſecum aderant, præcepit ſe illo deferri, & in capitulo, non ut Papam, ſed ut Abbatem ſepeliri.* Sed quæ ſparſim de Deſiderio in medium attulimus, eum vindicant ab hac calumnia, ſicuti & ejus Epitaphium a Baronio num. XVII. recitatum. Nomen ejus inſcriptum eſt ad diem XVI. Septemb. in Martyrologio Benedictino. Libros quatuor Dialogorum de ſancti Benedicti & Sanctorum Monachorum Caſinenſium miraculis ſcripſit, quorum tres priores editi ſunt Tom. XVIII. Biblioth. Patrum Edit. Lugduni, quartus enim periiſſe videtur.

VIII. *Turca Imperium Orientale devaſtant.*

Ad num. XXI. Tranſlationem corporis S. Nicolai his verbis refert Ordericus lib. 7. *Anno ab Incarnat. Domini MLXXXVII. Indict. X. nono die Maij, corpus S. Nicolai Archiepiſcopi & Confeſſoris de Myrrea in Barum tranſlatum eſt. Quam tranſlationem, qualiter & a quibus facta ſit, Joannes Archidiaconus Barenſis Eccleſiæ luculenter deſcribit*, &c. *Tempore Alexii Imperatoris, Turci, aliique Paganorum populi rabiem ſuam exercere volentes, fines ſuos exierunt; Deoque permittente, Lyciam, aliaſque regiones Chriſtianorum depopulati ſunt, Eccleſias propter peccata Chriſtianæ plebis deſtruxerunt, cruces & imagines Chriſti, atque ſanctuaria multis modis violarunt, & multas urbes cum civibus ſuis incendio tradiderunt. Sic per multos annos debacchati ſunt, & innumeras ſtrages Chriſtianorum peregerunt. Myrrea itaque Metropolis Lyciæ Turcorum Dominio ſubacta eſt, propriiſque civibus, peccatis eorum exigentibus, evacuata eſt. Barenſes autem, qui tribus cum navibus Antiochiam negotii cauſa proficiſci diſpoſuerunt, ut Myrreum latantes ad tentorium acceſſerunt, peregrinum quendam ad Baſilicam B. Nicolai, qui in caſtro eſt, exploraturum præmiſerunt, qui re-*

*ſiarum mater ſcribitur & creditur &c.* In *eaque de primatu Eccleſiæ Romanæ attingens aliqua, pulchre oſtendit auctoritate ſancti Cypriani martyris, non ſolum viventem Pontificem Romanum præſcribere leges univerſo Chriſtiano orbi, ſed etiam eo defuncto, vacante Sede, Romanum Clerum pariter in Catholica Eccleſia cognitum eſſe ſupremum, cujus litteris univerſi parerent Epiſcopi, quod ſciretur ab omnibus Orthodoxis in Romana Eccleſia, eidem præſidere beatos Apoſtolorum principes Petrum & Paulum. Quibus oſtenſis totius ſuæ ſcriptionis argumentum oſtendit, & diviſionem operis ita declarat: Itaque ego auctoritatis ipſius Romanæ Eccleſiæ privilegium, quo omni Chriſtiano orbi præeminet, ignorantibus patefacere cupiens, Domino mihi opem ferente, ex variis ſanctorum Patrum & Chriſtianorum Principum auctoritatibus potioribus quibuſque in unum congeſtis, præſens defloravi opuſculum, quadrifariam diſpartitum partitionem. Nam primus liber continet privilegium auctoritatis ejuſdem Romanæ Eccleſiæ. Et quoniam ſine Clero Eccleſia eſſe non poteſt, nec Clerus abſque rebus, quibus temporaliter ſubſiſtat: huic ſubjunxi ſecundum & tertium de Clero & rebus ejuſdem Eccleſiæ. Quia vero ſæculi poteſtas Dei Eccleſiam ſubjugare nititur, libertas ipſius Eccleſiæ & Clerici & rerum ejus tertio, & maxime quarto libro evidenter oſtenditur.* Hæc ejus inſtituti ratio, operiſque partitio. Extat ejuſmodi Deuſdedit lucubratio tanto viro digna in Vaticana bibliotheca, Collectio canonum nominata. Extat apud nos alia ejuſdem Deuſdedit nobilis lucubratio adverſus invaſores, ſimoniacos, & reliquos ſchiſmaticos, egregium opus elaboratum ab eo, tempore Urbani Papæ ſucceſſoris Victoris Pontificis, de quo ſuo loco dicendum.

XXIII.

Moritur hoc anno ſanctus Arnulphus Sueſſionis Epiſcopus, decimooctavo Kalen. Septembris, cujus res præclare (*a*) geſtas ex eo, qui præſens viderat, ſcripſit Liſiardus ejus ſucceſſor quam fideliſſime, compluraque miracula ab ipſo edita dum viveret, atque poſt mortem enumeravit. Sed & eundem ſpiritu prophetico imbutum plurima prædixiſſe, atque ex ejuſdem prædictionis præſcripto eveniſſe, eadem teſtantur Acta. In tot tenebris hujus temporis magno Dei beneficio, tanto lumine Gallia meruit illuſtrari. Sed quæ tunc miranda acciderint in ejus obitu, audi Liſiardum, qui ab eo qui interfuit, accepit; & poſt enarrata multa, quæ præceſſerunt ante diem obitus ſui, hæc habet: *Vigeſima die poſt quam diſcubuit: qui tum erat feria ſexta, ſub noctis medio cella, in qua jacebat, mirabili tremore & horribili fragore tertio concuſſa eſt, ita ut a fundamentis everti videretur, & monachi cum famulis, qui apud illum excubabant, intolerabili percuſſit timore, cellæque ruinam formidantes aufugere percuperent.*

(*a*) *Extant apud Sur. t. 4. die 15. Aug.*

S. Arnulphi Sueſſionis Epiſc. obitus.

XXIV.

*At illos vir Dei verbi conſolans, hortabatur, ut ſe quieti darent, certe nihil ipſos incommodi eſſe paſſuros. Ait autem ad eum Everolphus presbyter: Domine mi, terra contremiſcit, cella colliditur oſtium a me jam tertio obſeratum pateſcit, turbarum murmure locus circumſonat, & quomodo jam nam inter tot terrores nos poſſumus ſomnum capere? Reſpondit vir Dei: ne paveas, dilecte frater; ſunt enim hæc omnia divinæ majeſtatis ſigna. Porro poſt paulum dicam tibi, quæ vis cellam quaſſaverit, & hunc terræmotum effecerit. Proximo inde ſabbatho ſentiens mortem imminere, dicit Fratribus: Parate jam funeri neceſſaria, nam ſub noctis initium decedam, ut mihi Dominus, cui pro viribus ſervire conatus ſum, heſterna nocte revelavit, cum ille terræmotus, & aeris concuſſio fragorem cellæ excitaret.*

XXV. Trina terræ concuſſio cur acciderit.

*Sub prima enim quaſſatione beatus Petrus Apoſtolus ad me venit, ſignificans mihi peccata remiſſa, & vitæ januam patere; aderat beatorum frequens cœtus, laudes divinas continenter modulantium. Sub altera quaſſatione cum multis angelicis ſpiritibus ſanctus Michael me inviſit, pollicens ſe duce, me ad beatam vitam ingreſſurum. Tertia concuſſione affuit Domina noſtra veræ miſericordiæ Mater, multis ſtipata ſanctarum virginum agminibus, benigniſſima me voce certiorem efficiens de anima mea inter Aſſumptionis ejus gaudia in cœlos transferenda.* Hæc de terræ motibus, quos in exitu nonnullorum aliorum Sanctorum accidiſſe ſimili ex cauſa tum ſanctus Gregorius, tum Uranius in exitu ſancti Pauli Nolani Epiſcopi, & alii plerique de aliis fidem fecerunt. Quomodo autem poſt hæc ſacro oleo inungi, ſacramque Euchariſtiam percipere, ſuperque cinerem & cilicium ex antiquis Eccleſiæ ritibus poni voluit, cum & ſic in Domino quievit; idem auctor pluribus eſt proſecutus. Sed hæc ſatis ad inſtitutum.

XXVI. Willelmi primi Reg. Angliæ Pœnitentia & obitus.

Eodem quoque anno Guillelmus Primus Rex Angliæ, de quo ſæpe ſuperius, quinto Idus Septembris ex hac vita migravit, pœnitens peccatorum, quibus divinam in ſe vindictam provocaverat, cum regnaſſet annos viginti, menſibus decem, & dies vigintiocto. Cum proxime in regnum Francorum graſſatus in odium Philippi Regis, nec pepercit Eccleſiis, quæ repertæ ſunt in Madantenſium civitate, quam incendio concremavit. Quo facto mox offenſum numen ſenſit ultorem, illum acerbiſſimo dolore ad obitum uſque conficiens. *Quo audito* per medicos nuntio inquit (*a*) Willelmus cæteris ſicut antiquitate, ita & veritate præſtantior *quærimonia domum replevit, quod cum præoccuparet mors, emendationem vitæ jamdudum meditantem. Reſumpto animo, quæ Chriſtiani ſunt, executus eſt in confeſſione & viatico.* Hæc ipſe; qui primo hæc de ejus vitæ inſtitutis: *Inprimis*, inquit, *Dei famulis humilis, ſubjectis facilis, in rebelles inexorabilis erat. Religionem Chriſtianam (quantum ſæcularis poterat) ita frequentabat, ut quotidiæ Miſſæ aſſiſteret, veſpertinos & matutinos hymnos audiret, &c.* Subiicit de monaſteriis ab eo erectis, & monaſtica diſciplina optime culta, & aliis.

(*a*) *VVill. l. 3. rerum Angl.*

XXVII.

Sed quod ab eodem jam audiſti, eumdem Regem per medicos reſponſo mortis accepto, querimonia domum repleſſe, quod cum jamdudum meditantem vitæ emendationem mors præoccuparet; ſcias eamdem ipſius querimoniam ab eo qui aderat: ſcriptis fuiſſe mandatam, una cum iis, quæ ſecuta ſunt uſque ad conditum corpus ſepulturæ in monaſterio Cadomenſi, ibique eamdem hactenus aſſervatam; cuſam vero nuper una cum aliis rerum Anglicarum Scriptoribus Francofurti anno Domini milleſimo ſexcenteſimoprimo. Ex qua aliqua notanda magis hic deſcribenda curavimus, quibus tanti Regs pietas innoteſcat, qui ex abundantia cordis, exuberante intrinſecus contritione, parum habuit peccata ſua (quod fecit) ſecreta confeſſione ex præcepto Eccleſiæ offendere ſacerdoti, ſed eadem cunctis qui aderant, audientibus voluit propalaſſe; & quidem non ſolum, quæ nuper Eccleſiarum incendio publice perpetraſſet, quorum cauſa ea tunc pati commeruiſſet; ſed quæ adhuc impubes (incipiens a pueritia) deliquiſſet, cum primum poſt confeſſionem a ſa-



PAGIUS

*rediens multos Turcorum renunciavit adeſſe, & ad exequias Principis caſtri, qui defunctus ibidem jacebat, conveniſſe. Quo audito, Barenſes carbaſa expanderunt illico, verſus Antiochiam proras ratium direxerunt, pauciſque diebus ſecundo curſu Myrram adierunt.*

IX. *His debacchantibus corpus S. Nicolai Myra Barium transfertur.*

Barini, ſubdit Ordericus, cujus narrationem in ſummam contraho, Myream venere, & ab æditũo petierunt, ubi jaceret corpus ſancti Nicolai, promittentes ei & Monachis de unaquaque puppi centum aureos ſolidos. Reſponderunt Monachi hoc fieri non poſſe, *nam fere CC. Olympiades curriculi tranſierant, ex quo B. Nicolaus qui in Nicæna Synodo ſub B. Silveſtro Papa & Conſtantino Principe facta fuiſſe legitur, de mundo migravit, nulluſque de Reliquiis ejus, vel occulte furari, vel manifeſte viribus rapere, vel a Domino precibus valuit hactenus impetrare.* Quod Barenſes audientes, Monachos comprehenderunt, & marmoreo pavimento cum ferreo malleo fracto corpus ſancti Nicolai e loculo extrahunt, & naves ſuas conſcendentes Barium rediere, ubi capſella cum Reliquiis commendata fuit Heliæ Abbati cœnobii Sancti Benedicti, quod ſupra portum ſitum eſt, qui ea in Eccleſiam depoſuit, nona die menſis Maii, & *ſolemnitas Tranſlationis ejus VII. Idus Maii conſtituta eſt. Præfatus Joannes Barenſis Archidiaconus*, ſubjungit Ordericus, *ex cujus libro breviter hoc excerpſi, XII. præclara miracula ſcripto ſignavit.* Liber ille periit, ſed aliud ejus etiam ſummarium refert Surius Tom. VII. ad diem IX. menſis Maii, excerptum ab Auctore Anonymo, qui longe poſt Ordericum vixit. Ab eo tempore *Sancti Nicolai* nomen celebrius eſſe cœpit apud Occidentales, licet nomen ejus antea in Francia non ignoraretur; cum Helgaldus in Vita Roberti Francorum Regis ſcribat: *In civitate Pariſius Eccleſiam in honore ſancti Nicolai Pontificis in Palatio ædificavit.*

X. *Moritur Guillelmus Angliæ Rex.*

Ad num XXVI. & ſeqq. Baronius *Guillelmi* Angliæ Regis *Conqueſtoris* appellati mortem excerpſit ex *Querimonia*, quam ab eo qui ejus exequiis adfuit, ſcriptis mandatam fuiſſe exiſtimat. Verum ea excerpta fuit ex Orderico lib. 7. pag. 656. & ſeqq. qui licet Hiſtoriam ſuam ſolum uſque ad annum MCXLI. perduxerit, cum tamen in Normannia vitam traduxerit, de tanti Principis morte non potuit non bene edoctus eſſe. Orderico addenda quæ habet Willelmus Gemmeticenſis lib. 7. cap. 44. *Diſpoſitis tandem rebus ſuis, & regno Angliæ conceſſo VVillelmo filio ſuo, vitam præſentem finivit in Normannia apud Rotomagum VI. Idus Septemb. Tranſlatum eſt corpus ejus, ſicut ordinaverat, Cadomum, & in Eccleſia ſancti Stephani, quam ipſe a fundamentis ædificaverat, ante majus altare Regaliter tumulatum. Solus autem filiorum ſuorum Henricus exequias patris perſecutus eſt, dignus qui paternam hæreditatem aliquando ſolus obtineret, quam fratres ſui particulatim poſt mortem Patris ſui poſſederunt. Deceſſit autem idem Rex fere ſexagenarius, anno Ducatus in Normannia LII. porro regni ſui in Anglia XX. Incarnationis autem Domini MLXXXVII.* Ordericus, & ex eo Auctor Fragmenti a Baronio num. XXXI. recitati ait, Guillelmum expiraſſe *quinto Idus Septemb. feriæ V. jam Phœbo per Orbem ſpargente clara radiorum ſpicula*, ubi licet ſermo eſſe videatur de die ejus emortuali, regula tamen a nobis ſtatuta demonſtrat Guillelmum die antecedenti, die nempe VIII. Septemb. demortuum, & quinto Idus ejuſdem menſis, ſeu die IX. Septemb. ſepulturæ mandatum.

XI. *Ejus virtutes & vitia.*

Quatuor filios, & quinque filias ex Mathilde Balduini Comitis Flandriæ hujus nominis X. filia ſuſcepit, Robertum nempe, Richardum, Willelmum & Henricum, ſed Richardus puer obiit, & Robertus Regno jure primogeniti ſibi debito a patre privatus, quod Philippum I. Francorum Regem adverſus ſe excitaſſet, ſolo ob id Normanniæ Ducatu donatus eſt, & Willelmus ac Henricus deinceps in Anglia regnavere. Licet autem quoſdam Epiſcopos & Abbates poſſeſſionibus ſuis privaverit, & effræni interdum ac militari impetu ſuſdeque ferretur, tamen *exterarum nationum homines dignanter ad amicitiam admiſit, indifferenter honoribus extulit, eleemoſynæ curam habuit. Transmarinis Eccleſiis multas poſſeſſiones in*

a ſatisfactione ſic incœpiſſet. Nam auctor hæc tunc de ipſo:

XXVIII. *Verum ſapiens heros in futurum ſibi, multiſque commoda facere non diſtulit; omneſque theſauros ſuos Eccleſiis & pauperibus Deique miniſtris diſtribui præcepit. Quantum vero ſingulis dari voluit, calide taxavit, & coram ſe deſcribi a Notariis imperavit. Clero quoque Madatenſi ſupplex ingentia dona miſit, ut inde reſtaurarentur Eccleſiæ, quas combuſſerat. De fide & juſtitia ſervanda, de lege Dei & pace tenenda, de privilegiis Eccleſiarum & ſtatutis patrum obſervandis omnes qui præſentes erant, admonuit; & allocutionem per eum memoria dignam, admixtis interdum lacrymis eloquenter ſic edidit.* Cum peccatorum memoria deficiens, ſpem ſuam in piorum precibus collocaret:

XXIX. Willelmi Regis publica confeſſio peccatorum. *Multis*, inquit, *o amici, gravibuſque peccatis onuſtus contremiſco. Et mox ad tremendum Dei examen rapiendus, quid faciam, ignoro. In armis enim ab infantia nutritus ſum, & multi ſanguinis effuſione admodum pollutus ſum. Nullatenus enumerare poſſum mala quæ feci per ſexagintaquatuor annos, quibus in hac ærumnoſa vita vixi; pro quibus abſque mora rationem reddere nunc cogor altiſſimo Judici. Dum pater meus &c.* Exorditur enim ſua flere delicta ab eo tempore, quo adhuc impubes moderandum Northmanniæ Ducatum accepit; poſt hæc autem, eo quo ſunt geſta ordine, recenſitis, converſus ad eos qui aderant ſacerdotes ſic locutus: *Unde vos o ſacerdotes & miniſtri Chriſti ſuppliciter obſecro, ut orationibus veſtris me commendetis omnipotenti Deo, ut peccata, quibus admodum premor, ipſe remittat, & per ſuam infatigabilem clementiam inter ſuos me ſalvum faciat. Theſauros quoque meos jubeo dari Eccleſiis & pauperibus, ut quæ congeſta ſunt ex facinoribus, diſpergantur in ſanctis Sanctorum uſibus. Debetis enim recolere, quam dulciter vos amavi, & quam fortiter contra omnes æmulos defenſavi Eccleſiam, Dei matrem ſcilicet *naturam, nunquam violavi, ſed ubique (ut ratio exegit) deſideranter honoravi: Eccleſiaſticas dignitates non venumdedi, ſimoniam deteſtatus ſemper refutavi. In electione perſonarum vitæ meritum & ſapientiæ doctrinam inveſtigavi, & quantum in me fuit, omnium digniſſimo Eccleſiæ regimen commendavi. Hoc nimirum probari poteſt veraciter in Lanfranco Cantuarienſium Archipræſule, hoc in Anſelmo Beccenſium Abbate, hoc in Gerberto Fontanellenſi, & Durando Troarnenſi, & in aliis multis regni mei doctoribus, quorum celebris laus perſonat in ultimis, ut credo, terræ finibus. Tales ſocios ad colloquium elegi, in horum contubernio veritatem & ſapientiam inveni, ideoque ſemper gaudens optabam eorum conſiliis perfrui.*

* natura

*Novem Abbatiæ monachorum & una ſanctimonialium, quæ a patribus meis in Northmannia fundatæ ſunt, me adjuvante cum auxilio Dei creverunt, & glorioſe multarum augmentis rerum quas dedi, magnificatæ ſunt. Deinde Ducatus mei tempore decem & ſeptem monachorum, atque ſanctimonialium ſex cœnobia conſtructa ſunt, ubi magnum ſervitium & plures eleemoſynæ, pro ſummi Regis amore quotidie fiunt. Hujuſmodi caſtris munita eſt Northmannia, & in his diſcunt terrigenæ prœliari contra dæmones & carnis vitia. Horum quippe aut ego, inſpirante Deo fui conditor, aut fundator, fervidus adjutor & benevolus incentor &c.* XXX. Hæc & alia bona recolit, ut ſe ipſum depreſſum in ſpem violentus erigeret. Reddita ad poſtremum ratione cur germanum ſuum Odonem Bajocenſem Epiſcopum detentum in carcere dimitti noluiſſet; quo-

PAGIUS *in Anglia largitus eſt, nec ullum fere Monaſterium, præſertim in Normannia, vel ejus, vel Ducum munificentia tranſiit, ut Angliæ copia tenuitas illorum ſuſtentaretur*, inquit Malmesburienſis lib. 3. de Reg. Summus ejus erga Literatos amor fuit, neque unquam alias tot in Normannia viſi. Præter cæteros enim tunc floruere Lanfrancus, Anſelmus, Guitmundus, qui Epiſcopus Averſanus fuit, multique alii ab Orderico in ſua Hiſtoria memorati. De Willelmi Regis virtutibus & vitiis fuſe novus Chronographus lingua Saxonica nuper Oxonii editus qui eum viderat.

XII. *Auguſtenſes petunt Reliquias S. Narciſſi Gerundenſis epiſcopi primi.* In Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XVIII. menſis Martii recitatur compendium Vitæ SS. *Narciſſi* Epiſcopi Gerundenſis Apoſtoli Auguſtani, & *Felicis* ejus Diaconi, qui Diocletiano & Maximiano imperantibus *Gerundæ* Martyrium pertulere, ac præterea Epiſtola *Berengarii* Epiſcopi Gerundenſis hoc anno data, qua reſpondet Abbati & Sancti Udalrici Congregationi, qui ab eo Sancti Narciſſi & quorundam aliorum Sanctorum Reliquias petierant, ſignificatque ſe ad eos mittere de *Narciſſi* veſtimento & ſtola, ſed nihil de corpore mittere poſſe, *quoniam*, inquit, *ita hactenus Dei gratia ſervatur incorruptum, ſicut ea die, qua ſpiritus ejus, de hoc ſeculo nequam tranſvectus eſt ad Dominum.* In geſtis tamen Comitum Barcinonenſium a Baluzio in Marca Hiſpanica publicatis cap. 28. ubi ſermo eſt de ingreſſu exercitus Francorum in urbem Gerundenſem, qui contigit an. Dom. MCCLXXXV. dicitur: *Deſtruxerunt pugnantes exterius Eccleſiam Sancti Felicis, & corpus B. Narciſſi, quod ab incolis terræ hujus in mirabili reverentia habebatur, & multas alias Reliquias Sanctorum per partes minutiſſimas diſcerpendo, & irreverentiſſime diſtrahendo.*

XIII. *Floret Conſtantinus Afer.* Floruit ſub Deſiderio tam Abbate quam poſtea Pontifice Romano Conſtantinus Afer, qui *relicta Carthagine, ubi ortus fuerat, Babyloniam petiit ubi diſciplinis omnibus Chaldæorum, Arabum, Perſarum, Ægyptiorum, & Indorum ple-*



quomodo tandem ex hac vita deceſſerit, ſic qui aderat auctor pergit:

XXXI. *Denique quinto Idus Septembris, feria quinta, jam phœbo per orbem ſpargente clara radiorum ſpicula excitus Rex, ſonum majoris ſigni audivit in metropolitana baſilica. Percontante eo, quid ſonaret: reſponderunt miniſtri: Domine, hora prima jam pulſatur in Eccleſia ſanctæ Mariæ. Tunc Rex cum ſumma devotione oculos ad cœlum erexit, & ſurſum manibus extenſis dixit: DOMINE MEÆ S. GENITRICI MARIÆ ME COMMENDO, UT IPSA SUIS SANCTIS PRECIBUS ME RECONCILIET CHARISSIMO FILIO SUO DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO. His dictis protinus expiravit. Archiatri autem & cæteri præſentes, qui Regem ſine gemitu & clamore quieſcentem tota nocte ſervaverunt, & nunc ex inſperato ſic eum mox migraſſe viderunt, vehementer attoniti, & veluti amentes effecti ſunt. Porro ditiores ex his illico aſcenſis equis receſſerunt, & ad ſua tutanda properaverunt. Inferiores vero clientuli ut magiſtros ſic ſe ſubduxiſſe proſpexerunt, arma, vaſa, veſtes & linteamina, omnemque regiam ſupellectilem rapuerunt, & relicto Regis cadavere pene nudo in area domus, aufugerunt. Cernite præcor omnes, qualis eſt mundana fides. Unuſquiſque quæ potuit de apparatu regio, ut milvus rapuit, & confeſtim cum præda ſua aufugit &c.* Religioſus tranſitus Willelmi regis Angl. Facta ſunt hæc Rothomagi, ubi Rex Deo ultimum ſpiritum reddidit.

XXXII. Specimen humanæ miſeriæ. Inde vero corpus ſepeliendum in Cadomenſe monaſterium per Sequanam deducendum per clericos & monachos, qui ſponte convenerunt, miſericorditer curatum narrat, empto loco ſepulturæ ab Aſcelino quodam, qui locum ſuum dicebat eſſe. Quodnam hoc permoleſtum ſit ſecutum ſpectaculum, ita ſubiicit auctor: *Porro dum corpus in ſarcophagum mitteretur & violenter, quia vas per imprudentiam cœmentariorum breve ſtrictum erat, complicaretur, pinguiſſimus venter crepuit, & intolerabilis fætor circumaſtantes perſonas & reliquum vulgus implevit. Fumus thuris aliorumque aromatum de thuribulis copioſe aſcendebat, ſed teterrimum putorem excludere non prævalebat. Sacerdotes itaque feſtinabant exequias perficere, & actutum ſua cum pavore mapalia repetere.* Hactenus de funere funeſto ſatis. *Ecce ſubtiliter inveſtigavi* (ſubdit idem auctor) *& veraciter enucleavi, quæ in lapſum Ducis* Northmanniæ *præoſtendit diſpoſitio Dei. Non fictilem tragœdiam venundo, non loquaci comœdia cachinnantibus paraſitis faveo; ſed ſtudioſis Lectoribus varios eventus veraciter intimo. Inter proſpera patuerant adverſa, ut terrerentur terrigenarum corda. Rex quondam potens & bellicoſus, multiſque populis per plures provincias metuendus, in area jacuit nudus, & a ſuis, quos genuerat, vel aluerat, deſtitutus. Ære alieno in funebri cultu indiguit, ope gregarii, pro ſandapila & veſpillonibus conducendis eguit, qui tot hactenus & ſuperfluis opibus nimis abundavit &c.* Hæc & alia auctor quem vidimus, relinquens tanto exemplo optime philoſophandi efficaciſſimum argumentum

XXXIII. Dira vindicta ob Eccleſ. in ſaltum converſas. At licet pœnitenti Regi Deus (ut pie credendum eſt) culpam peccatorum dimiſerit, pœnam autem eſt proſequutus in filios atque nepotem peccati illius, de quo iſta Willelmus: *Locus eſt* (inquit) *quem Willelmus pater hic, de quo agimus, deſertis villis, ſubrutis Eccleſiis, per triginta & eo amplius milliaria*

PAGIUS *pleniſſime inſtructus, poſt annos XXXIX. ad Africam rediit*, inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 34. Paulo poſt Salernum venit, & relictis omnibus in Monaſterio Caſinenſi Monachus effectus eſt, tranſtulitque ex diverſarum Gentium linguis plurimos libros. Hinc Scholæ Salernitanæ fama celebrari cœpit, quæ Eduardo Anglorum Regi libellum *de conſervanda valetudine*, verſibus conſcriptum anno MLXVI. tranſmiſerat. Ea Schola jam anno CMLXXXIV. celebris erat, ut indicat Hugo Flaviniacenſis, qui ait, Adalberonem epiſcopum Virdunenſem *curationis gratia* Salernum profectum eſſe. Legendus Ordericus ad annum MLIX.

XIV. *Tertia Gallorum in Mauros Hiſpaniæ expeditio.* Auctor Fragmenti Hiſtoriæ Franc. a Roberto ad mortem Philippi I. Regis apud Ducheſnium Tom. IV. pag. 88. de tertia expeditione Francorum in Mauros Hiſpaniæ ſcribit: *Tertiam expeditionem in Hiſpanos Galli faciunt. Quippe unus ex Sarracenorum Regibus nomine Juſſetus* (ſeu Joſephus primus Marochii Rex) *cum multis tam Maurorum quam Sarracenorum legionibus Hiſpaniam occupaverat citeriorem, mari tranſito. Quod audiens Adefonſus* Rex *Galliciæ & Aſturciæ, congregatis undecumque bellorum copiis ei obviam properavit. Tandem in locum unum utriuſque concurrentibus turmis, ſigno dato prælium commiſſum eſt. Porro Andefonſus Sarracenos ſuſtinere non valens, terga vertit, multis ſuorum oppreſſis. Quo infortunio exterritus, mittit per Gallias ut ei ſubveniatur; alioquin ſe fœdus cum Sarracenis inire, & aditum præbere quo in Gallias tranſirent, minatur. Hoc accepto nuncio, Gallorum Proceres certatim milites congregant. Denique tam urbana, quam ruſtica plebs ſe offert. Milites vero gregatim convenientes, ad bellum ſe præparant. Statuto tempore quique de ſuis moti provinciis in auxilium Andefonſi feſtinant. Verum Arageni Francorum adventu audito, cum ſuo Rege terga præbent, nequaquam eos expectare audentes. Quorum fugam Rex Andefonſus, cum jam prope fines Hiſpanorum Franci eſſent, eis notam fecit, gratias agens, quod ſibi auxiliaturi veniſſent, mandanſque ut redirent ad propria. Franci ejus accepto nuncio triſtitiam habuerunt maximam, eo quod hoſtis jam dictus fuga lapſus eſſet, & quod tantum iter nequicquam expendiſſent. Ingreſſi tamen Hiſpaniam crebras agentes deprædationes, & plura devaſtan-*

*ria in ſaltus & luſtra ferarum redegerat, infando prorſus ſpectaculo, ut ubi ante vel humana converſatio, vel divina veneratio fervebat, nunc ibi cervi & capreoli & cæteræ illud genus beſtiæ petulanter diſcurſitent, nec illæ quidem mortalium uſibus communiter expoſitæ*. Cujus rei cauſa primo Richardum filium cervo ibi venantem ex tabido aere incurriſſe morbum tradit, quo & defunctus eſt. Hæc vivente patre. Poſt obitum vero ipſius Regis, quæ ibidem ſecuta ſint portentoſa funera, ſic idem auctor enarrat: *Pro vero aſſeritur, quod in eadem ſilva Vvillelmus filius ejus, qui ipſi ſucceſſit in regnum, & nepos Richardi filius Roberti Comitis Northmanniæ mortem offenderint, ſevero Dei judicio ille ſagitta pectus (ut ſuo loco pluribus dicetur inferius) iſte collum trajectus, vel ut quidam dicunt, arboris ramuſculo, equo pertranſeunte, fauces appenſus*. Hæc ipſe. At de his modo ſatis. Succeſſit autem in paternum regnum Willelmus ejuſdem filius, cognomento Rufus; de quo inferius ſæpe dicendum occaſione ſancti Anſelmi ſucceſſoris Lanfranci in Cantuarienſem Eccleſiam.

Octo-

PAGIUS XV. *Stella ab iis capta.* *ſtantes loca, demum reverſi ſunt ad ſua.*

Ad hanc expeditionem referendum quod Chronographus Malleacenſis ad annum MLXXXVII. ſcribit: *Ipſo anno Hildefonſus* (ſeu Alphonſus VI. Caſtellæ & Legionis Rex) *mandavit per omnes partes Francia ut ſibi & ſuis juvarent; qua de cauſa multi perrexerunt in Hiſpaniam, & adunati ſunt ad Tutelam civitatem, & caſtellum Stellæ ceperunt. Inter quos unus Guillelmus nomine Major cæterorum interfuit, quem vidimus, & erat Nortmannus*. Denique de hac expeditione videndum Chronicon S. Petri Vivi ad hunc Chriſti annum. Porro *Stella* ditionis Sancti Ramiri Navarræ Regis erat *Tutelæ* vicina, & citra Ebrum fluvium poſita, quam cum *Ramirus* Rex, Francorum auxilio recuperaſſet, ut itinera eorum, qui e Francia ad Sanctum Jacobum proficiſcebantur, tuta redderet, urbem ibidem ædificavit.



I. OCtogeſimus octavus poſt milleſimum annus, undecima Indictione ſequitur ordine, quo ſolemni ritu Tarracinæ IV. Idus Martii Urbanus Papa Secundus creatur ex Ottone Epiſcopo Oſtienſi, monacho Cluniacenſi. Hæc autem omnia quomodo ſe habuerint, (*a*) Petrus diaconus Caſſinenſis, qui auctarium appoſuit ad Leonem Oſtienſem in Chronico Caſſinenſi, ſic narrat: *Defuncto jam memorato Pontifice Victore, mæror ingens & deſperatio Catholicos invaſit. Prædictis igitur Epiſcopis huc illuc diſperſis, frequentes undique nuntii tam Romanorum, quam aliarum gentium & Comitiſſæ Mathildis monebant ipſos Epiſcopos, & hortabantur, ut convenientes in unum eligerent qui Romanam Eccleſiam regeret, caput Eccleſiæ conſtituere ſatagerent, membra Dei auxilio non defutura. Facile, ſi paſtore careret Eccleſia Dei, confundi omnia & ruere. Congregati rurſus Epiſcopi una cum Abbate noſtro Oderiſio, Romanos clericos & laicos fideles litteris admonent, ut qui ex eis poſſent, prima Quadrageſimæ hebdomada Tarracinam pergerent, reliqui ſententiam ſuam per litteras mitterent. Itidem & omnes per Campaniam, Principatum, & Apuliam Epiſcopos & Abbates, ut ad eum locum, ad eam diem convenirent, litteris admonuerunt; qui non poſſent, conſenſum ſuum per litteras, aut, certe per idoneas perſonas aperirent.*

(*a*) Chron. Caſ. l. 4. c. 2. Tarracinæ conventus pro creatione Papæ indicitur.

II. *Quarta igitur feria primæ hebdomadæ Quadrageſimæ, ideſt octavo Idus Martii, convenerunt apud Tarracinam Campaniæ oppidum cum Epiſcopis & Cardinalibus noſtroque Abbate Oderiſio Epiſcopi & Abbates ex diverſis regionibus numero quadraginta. Ex Urbe vero Romana Joannes Portuenſis omnium Cardinalium & Catholicorum Catholicæ partis caput, Benedictus vero Præfectus omnium laicorum fidelium conſenſum per litteras attulerunt. Ex remotioribus quoque & Ultramontanis partibus Legati affuerunt una cum Mathildæ Comitiſſæ Nuntiis, orantes, ut reformandæ Eccleſiæ cum auxilio & gratia ſancti Spiritus mature operam darent, ut lætos nuntios ad ſuos referre poſſent. Poſtera igitur die convenerunt in Eccleſia beati Petri Apoſtoli & S. Cæſarii diaconi in Epiſcopio ipſius civitatis. Et cum reſediſſent, Tuſculanus Epiſcop. in medio ſugens, cuncta per ordi-*

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MCXXVI. Anno Hegiræ CCCCLXXXI. inchoato die 27. Martii fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6581.

☉ 5. BA. ☽ 6. P. 16. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1088.

URBANI II. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 33. IMP.

ALEXII COMNENI IMP. 2.

A C. 1088 1. *Urbanus II. fit Papa.*

ANnum I. ad V. Petrus Diaconus Monaſterii Caſinenſis, qui Chronicon. Leonis Oſtienſis a morte Victoris III. continuavit, lib. 4. cap. 2. refert, Cardinales *quarta feria prima hebdomada Quadrageſima, ideſt, octavo Idus Martii*, conveniſſe *apud Terracinam Campania oppidum*. & *Dominico die* in Eccleſiam B. Petri Apoſtoli rurſus conveniſſe, & *Ottonem* Epiſcopum Oſtienſem Pontificem Romanum elegiſſe, ac Urbanum appellaſſe, qui *cum acclamatione & invocatione S. Spiritus ad altare B. Petri pertrahitur, & in Pontificali ſolio collocatur quarto Idus Martii*; die nempe duodecima menſis Martii S. Gregorio M. ſacra, & in quam Dominica hoc anno cadebat. [1] Urbanus II. Gallus natione fuit, Caſtellione ad Matronam Fl. ſeptem circiter leucis a civitate Remenſi diſſitum natus. Ordericus initio libri 10. ait, Petrum Leonem Elegiacos Verſus ſuper ipſo edidiſſe in quibus dicitur,

*Canonicum Remis tulerat, Monachum Cluniacus Odonem,*
*Roma vocat; facit hunc Hoſtia Pontificem.*
*Cumque fit* URBANUS *mutato nomine Papa,*
*Redditur expulſus integer Urbis honor.*

II. *Ab omnibus agnoſcitur præterquam ab Henrico Imp.*

*Adhuc Guitbertus*, inquit idem Ordericus lib. 8. *invaſor Apoſtolicæ Sedis Eccleſiam conturbabat, ac adulando, vel perſequendo cunctos quos poterat ab unitate pacis ad ſuum ſchiſma pertrahebat. Odo nimirum Comes Sutriæ nepos ejus erat, & Eccleſiaſticæ pacis fautores pluribus preſſuris coercebat. Urbanus Papa confiſus in Domino cælorum, qui non relinquit virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum, miſit Legatos & Epiſtolas Romanæ auctoritatis Francis & Græcis, aliiſque gentibus per Orbem conſtitutis, ut in fide Catholica irrefragabiliter perſiſterent, & omnem ſciſſuram a Lege Dei & corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, callide præcaverent. Solus Henricus Teutonum Princeps, & pediſſequi eju-*

NOTÆ [1] EXtant in Collectione Vet. Monum. tom. I. col. 520. literæ Urbani II. ad archiepiſcopum Salzburgenſem cæteroſque ejus metropolis, quibus illos certiores facit de hac electione ſua ex communi ſuffragio Cardinalium omnium laicorum atque epiſcoporum qui ad 21. ejus rei gratis convenerant, præſentibus etiam quatuor abbatibus. Fatetur autem huic electioni ſuæ imperium vel potius conſilium prædeceſſorum ſuorum Gregorii & Victoris, qui id ante mortem ſuaſerant, acceſſiſſe. Denique profitetur ea tenere, & reſpuere quæ prædeceſſor ſuus Gregorius tenebat reiiciebatque. Datæ ſunt literæ illæ poſtridie inaugurationis Urbani apud Terracinam III. Idus Martii. MANSI

*ordinem retulit, quæ de ordinatione Eccleſiæ & Gregorius primo, & poſtmodum Victor Papa mandaſſet, cur etiam tunc ipſi eo conveniſſent.*

III. Creatio Urban. II. *Dehinc Portuenſis Epiſcopus ſurgens, una cum Benedicto Præfecto, Cleri, populique Romani ſententiam aperuerunt, ut quem omnes unanimiter eligerent, ipſi in Apoſtolica Sede ſuſciperent. Quod cum Abbas noſter & Capuanus Archiepiſcopus, cunctique qui aderant, approbaſſent; omnipotentem Deum, ut miſeriam & afflictionem Eccleſiæ ſuæ jam tandem dignaretur aſpicere, multis precibus implorantes, ſtatuerunt, ut per illud triduum ſpirituale jejunium fieret in abſtinentia, orationibus & eleemoſynis vacarent, peterentque ut perſona tanto apici idonea ſibi divinitus oſtenderetur. Dominico igitur die, ſummo mane in eandem Eccleſiam cuncti conveniunt: & cum inter ſe hac de re multi conferrent; exurgentes tres Epiſcopi Cardinales, qui Concilio præerant Portuenſis, Tuſculanus, Albanenſis, ambonem conſcendunt, factoque ſilentio, uno ſimul ore pronuntiant, Ottonem Epiſcopum Pontificem Romanum judicio ſuo eligendum. Tunc omnes repente mirabili ſummaque concordia, magnis vocibus, placere ſibi, dignumque eſſe Pontificali ſolio conclamant. Pronuntiante Albanenſi Epiſcopo, placere ſibi, Urbanum illum appellari; ab omnibus rapitur, & lanea exutus veſte purpuream induit cappam.*

IV. *Et cum acclamatione & invocatione ſancti Spiritus ad altare beati Petri Apoſtoli pertrahitur, & in Pontificali ſolio collocatur quarto Idus Martii. Sicque Miſſa ſolemniter ab eodem Pontifice celebrata, gaudentes omnes, & Deo gratias agentes in ſua redierunt.* Sed hæc hactenus Petrus. Ad hæc Bertholdus hoc anno: *Urbanus ſtatim in ſequenti die, miſſis litteris omnibus Catholicis, & ſuam ordinationem omnibus declaravit, & ſe in omnibus veſtigia ſui prædeceſſoris piæ memoriæ Gregorii Papæ obſervaturum denuntiavit.* Deſunt ejuſmodi litteræ: caremus enim ejuſdem Urbani Papæ epiſtolarum Regiſtro, quod a Leone Oſtienſi ſcimus fuiſſe elaboratum, ob idque nobis majori labore res ab eo geſtæ inveſtigandæ relinquuntur, atque annis ſingulis coaptandæ. Idem enim Petrus (a) in libro, quem ſcripſit de viris illuſtribus monaſterii Caſſinenſis, de his quæ ſpectant ad epiſtolas Urbani Papæ, hæc habet: *Leo Romanæ Eccleſiæ diaconus Cardinalis Caſſinenſis cœnobii monachus inſignis ſtudio eloquentiæ ſcripſit ex nomine Urbani Papæ complures epiſtolas fecit, & Regiſtrum ejus.* Sed (ut diximus) caremus eo.

(a) Petr. diac. de vir. illuſtr. c. 31.

V. Quomodo autem Urbanus Papa Tarracina Caſſinum veniens poſt dies duodecim, a ſancto Benedicto ſanatus ſit morbo, idem qui ſupra Petrus in Appendice ad Leonem ſic narrat (b): *His diebus Urbanus Papa cum ad monaſterium veniſſet; conſuetudinario ſibi dolore lateris graviſſime vexari cœpit. Itaque dum in vigiliis ſancti Patris Benedicti,* nempe decimotertio Kal. Aprilis, *eodem languore cruciaretur, & de præſentia corporis ipſius dubitaret; eidem Sanctus per viſum apparens; Cur,* inquit, *de mei corporis præſentia dubitas? Ad quem ille: Tu quis es? Ego,* inquit, *ſum Frater Benedictus. Ne autem ultra hinc dubites, & me hic requieſcere certiſſime noveris; cum primo Fratres ad nocturnam ſynaxim ſurrexerint, ſtatim a lateris dolore liber eris. Et his dictis evanuit. Hora igitur conſtituta ſanus effectus, Oderiſium Abbatem vocat, exponit ſcrupulum, panditque miraculum: Surgamus, inquiens, & gratias Deo referamus. Et his dictis, quæ ſibi pater Benedictus reſerarat, aperuit. Incredibile continuo oritur omnium gaudium, ac de tanti Pontificis ſanitate, tanto miraculo, talique viſione conſummata, uberes Deo cum lacrymis gratias referunt.* Hæc Petrus.

(b) Chronic. Caſſ. l. 4. c. 5. Urbanus Pap. a S. Benedicto ſanatur.

VI. Porro de re tanta editum habetur diploma Urbani Papæ, quo infertur anathema adverſus eos, qui corpus ſancti Benedicti in Caſſino monte non eſſe nega-

PAGIUS *ejuſdem Guitberto cohærebant. Galli vero & Angli, aliaque gentes pene omnes per Orbem Urbano pie obſecundabant.*

III. *Leo Marſicanus Card. Oſtienſis non confundendus cum alio Leone pariter Cardinali.* Baronius num. I. ait, Petrum Diaconum Caſinenſem continuaſſe Hiſtoriam Leonis Oſtienſis, & num. IV. aſſerit Leonem Oſtienſem compoſuiſſe Regiſtrum Epiſtolarum Urbani II. Verum, ut jam viris doctis obſervatum, Leo Oſtienſis Epiſcopus & Cardinalis qui Hiſtoriam Caſinenſis monaſterii libris tribus compoſuit, & ad mortem uſque Victoris III. Papæ perduxit, diverſus eſt a Leone Oſtienſi Cardinali, qui illud Regiſtrum edidit. Id manifeſte demonſtrat Petrus Diaconus in lib. de Viris illuſtribus ubi cap. 30. de Leone Marſicano dicto Auctore Hiſtoriæ Caſinenſis, dicit eum ſanctitate & Monaſticis diſciplinis ad plenum imbutum, & in Divinis Scripturis apprime eruditum; capite vero inſequenti de alio Leone Oſtienſi Cardinali affirmat eum feciſſe *Regiſtrum* Epiſtolarum Urbani II. Prior vivebat adhuc anno MCXV. quo ſubſcripſit Reſcripto Paſchalis II. Eccleſiæ Marſorum conceſſo; ſecundus vero, *quem inſignem ſtudio ac eloquentia*, Petrus Diaconus cap. 31. dicit, a Paſchali II. Diaconus Cardinalis creatus eſt, & ſicuti prior Monachus etiam Caſinenſis fuit.

IV. *Pax inter Normannos Principes componitur.* A num. V. ad XII. Petrus Diaconus narrata electione Urbani II. ait, eum in Apuliam veniſſe, & Monaſterium Caſinenſe viſitaſſe. Quo vero in ſtatu eſſent res in Apulia, narrat his verbis Ordericus loco citato: *In Apulia omnes Nor-*



garent, in quo & enarrata hiſtoria copioſius recenſetur. Verum (ut verum fatear) non levia de impoſtura ſigna continet, utpote quod cum hujuſmodi factum contigiſſe dicatur hoc anno, nempe ante Trojanum Concilium quod ſequenti anno celebratum conſtat; diploma tamen Urbani datum anno nono ejus Pontificatus legitur in fine ipſius, quo non Capuæ, ubi diploma datum habetur, ſed in Galliis eundem Pontificem in Conciliis celebrandis immoratum eſſe, Bertholdus Conſtantienſis ejus temporis Scriptor accuratiſſimus, & alii omnes docent.

VII. Præterea nulla quoque cohærentia in aliis ſibi appoſitis temporum notis ullatenus reperitur, dum ibi in fine ſic legitur: *Dat. Capuæ Kal. Aprilis per manus Joannis Cardinalis, Indict. decimatertia, anno Domini milleſimo nonageſimotertio, Pontificatus vero domini Urbani Papæ Secundi anno nono.* At tempore illo anni Redemptoris nonageſimitertii, non Indictio decimatertia, ſed prima numeratur, nec Urbani Papæ annus nonus, ſed ſextus ordine ponitur. His accedit, quod ſi ab Urbano Papa ejuſmodi fuiſſet divulgatum diploma; quomodo (a) Petrus venerabilis Cluniacenſis Abbas decretorum Romanorum Pontificum obſervantiſſimus paulo poſt hæc, ſacrum hymnum canendum edidiſſet de tranſlatione S. Benedicti in Gallias, ubi & miraculis coruſcare teſtatur? ſed ſatis hæc: & ſi ſciamus concitari in nos odium monachorum; ſed præſtat anteferre omni humano reſpectui veritatem.

(a) Petr. l. 5. ep. 25.

VIII. Caſſini cum eſſet Urbanus Papa, Rogerius & Boamundus viſitarunt eum una cum aliis ſuis Comitibus & Baronibus, & cum eis Urſo Abbas Bantini monaſterii, quorum precibus rogatus in Apuliam ſe contulit una cum ipſis ad dedicationem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ejuſdem monaſterii Bantini; qua a ſe dedicata idem Urbanus Papa munivit ipſum monaſterium hujuſcemodi privilegio:

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſitati Chriſti fidelium notum in perpetuum.*

*Divinæ miſerationis intuitu, cujus munere licet immeriti, Catholicæ Eccleſiæ præſidemus, & univerſæ Fidelium poteſtates conſiſtunt; condecet Apoſtolicæ Sedis piam ſollicitudinem, & benignam Principum magnificentiam Eccleſiarum debitam curam gerere, & pro earum pace & quiete, cum omni diligentia miſericorditer inſudare; quatenus id divina operante clementia, quique jura ſua æquo moderamine poſſidentes, Prælati ſimul & ſubditi pariter attingere valeant ad promiſſa Fidelibus gaudia ſempiterna. Nos itaque in Caſſino monte filiorum noſtrorum Rogerii Ducis, & Boamundi fratris ejus, & Urſonis Abbatis precum inſtantia fatigati, cum multitudine confratrum noſtrorum Epiſcoporum ad conſecrandum Bantinum monaſterium in honore Dei Genitricis conſtructum, eadem auxiliante pervenimus; cumque opitulatione Domini conſecrationibus ejus noſtris devotis manibus rite peractis, eorumdem virorum illuſtrium, & ſuorum Comitum, & Baronum interventionibus piis, ad ſummam ejuſdem libertatem, ſecuritatem & pacem a monaſterio ipſo & Eccleſiis ejus, & rebus ac locis omnibus ſuis habitis & habendis omnia Epiſcopalia jura, & publicas omnes exactiones Apoſtolica auctoritate generali perpetua conſtitutione excluſimus. Attamen a ſola tantum Acherontina Eccleſia ſanctæ Anaſtaſiæ intra muros civitatis conſtructa Acherontino Archiepiſcopo annis ſingulis unam auri unciam ſuſcipere indulgemus.*

Urbanus Eccleſiam dedicat & privilegio munit.

*Hæc interea irrefragabiliter ſtatuentes,* IX. *ut chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum ſuorum, & cætera ſpiritualia ſacramenta ab Epiſcopis diœceſanis, vel quibuſcum Catholicis Bantini monaſterii Fratres accipiant; qui mandato Apoſtolicæ Sedis & auctoritate ſuffulti, faveant, & eiſdem petentibus Fratribus eadem ſacramenta gratis, & ſine aliqua pravitate exhibeant. Inſuper autem beati Petri Apoſtolorum principis auctoritate ſancimus, ut omnes cujuſcumque conditionis homines clericos & laicos, qui in morte vel vita ad præſcriptum mo-*



PAGIUS *Normanni Catholico Papæ concorditer favebant. Verum inter ſe truculenter diſſidebant, & fratres pluſquam civilia bella viciſſim conſerebant. Rogerius cognomento Crumena, ideſt, Burſa, Ducatu Calabriæ ſolus cum matre* (Gaita nempe ſecunda uxore Roberti Guiſcardi) *potiebatur. Quod Buamundus frater ejus* (*natus ex priori* conjuge ejuſdem Roberti) *apud Jordanum Principem Capuæ exulans ægre patiebatur. Unde auxilio ejuſdem Jordani ſororii ſui, aliorumque parentum, amicorumque ſuorum, arma contra fratrem ſuum corripuit, partemque paterni honoris, quam ipſe cum patre bello ſubegerat, viriliter repetere cœpit. Cujus guerram frater & noverca tolerare nequiverunt, commodiuſque conſilium ab amicis expetere coacti ſunt. Perſuaſione igitur Rogerii Siciliæ Comitis* (& fratris Roberti quondam Guiſcardi) *aliorumque affinium pacem fecerunt; eique Barum atque Tarentum, aliaſque duas urbes, cum multis oppidis tradiderunt,* &c. *Connexione hujuſmodi neceſſitudinis Normanni provide mutuo religati ſunt, & magnam Italiæ partem, quam Drogo & Unfridus atque Richardus, & ſuper omnes Robertus Viſcardus* (cujus hic nominati fratres erant) *obtinuerant, uſque hodie poſſederunt.*

A num.

*monaſterium & Eccleſias ejus, & loca cum rebus ſuis tranſire, aut in ſuis domibus commorantes quælibet bona temporalia ſua eleemoſynarum largitione conferre voluerint; nullius contradictio inhibeat, & iiſdem quæcumque contulerint, patrocinio Apoſtolicæ Sedis iidem Fratres quiete, & generaliter libera perpetuo poſſidebunt.*

X. *Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum ſint, qui præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare* *, *omni titulo ſuper ea re quarumlibet oppoſitionum ſemper excluſo. Indulgemus autem eis hæc omnia Apoſtolicæ Sedis paterna pietate inducti & confratrum noſtrorum diſcreto conſilio, & prædictorum virorum nobilium ſtrenuo interventu, & quia monaſterium ipſum poſt introitum Northmannorum cum intrinſeca ſui expoliatione, & locorum ſuorum miſerabili depopulatione cum ſacrilegis uſurpationibus Epiſcoporum innumera lugenda detrimenta, & indigna ſuſtinuit, quæ breviatim in privilegio Comitis Amici notantur. Talibus ergo rationibus apertis commota viſcera pietatis Apoſtolicæ Sedis, monaſterium idem cum rebus omnibus ſuis habitis & habendis, tanquam beati Petri poſſeſſionem, cujus eſt & jus & proprietas, a juribus univerſis, atque ſervitiis cujuſlibet dignitatis, vel ordinis omnium hominum anathematis gladio digne ſubtrahunt & defendunt. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Eccleſia libertatis per annos ſingulos auri unciam nobis noſtriſque ſucceſſoribus ejuſdem monaſterii Abbates perſolvent.*

* deeſt f. audeant.

*Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit; ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis; honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.* Sequebantur iſta ſubſcriptiones atque ſigilla. Porro Pontificum ſignum, in quo Apoſtolorum nomina, & a tergo imagines plumbo fuſæ habentur, cum ejuſmodi in extimo circulo inſcriptione legitur: BENEDICTUS DEUS ET PATER DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. XI.

Hoc eodem anno ab eodem Urbano Papa conceſſus eſt Primatus Eccleſiæ Toletanæ; de quo hæc ad Bernardum Archiepiſcopum una cum pallio datæ habentur litteræ: (a) XII.

*(a) Ex collectio. Conc. Hiſpan. per Garc. Loais.*

PAGIUS V. *Toletum ab Alphonſo VI. Rege Caſtellæ Saracenis ereptum anno MLXXXV*

A num. XII. ad XV. *Alphonſus* VI. Legionis & Caſtellæ Rex cum Saracenorum Res jam profligatæ eſſent, Barbarique magno numero cæſi, Toletum firmiſſimum eorum ditionis propugnaculum aggreſſus eſt. Urbs diuturna & pertinaci obſidione *octavo Kalend. Junii* in feſto *S. Urbani Papæ & Martyris*, ut habet Rodericus lib. 6. cap. 23. tandem expugnata, non anno Eræ Hiſpaniæ MCXXXIII. ut ibidem mendoſe legitur, ſed *anno Eræ Hiſpanicæ MCXXIII.* Chriſti ſc. milleſimo octogeſimo quinto: Sandovallius enim in Tractatu de Regibus Caſtellæ & Leonis, de Alphonſo VI. & errore Chronologorum in anno Toleti Saracenis erepti ſtatuendo demonſtrat hanc civitatem anno Chriſti MLXXXV. aut Eræ Hiſpanicæ MCXXIII. in poteſtatem Chriſtianorum veniſſe, quod fuſius confirmatur in Hiſpania illuſtrata Tom. II. pag. 71. & ſeq. ubi in Charta a andovallio recitata, & *Aſtorgæ data die XVIII. Februarii, Era MCXXIII.* Alphonſus Toletanus Rex non appellatur, & die XXII. ejuſdem menſis, dum in civitate Burgenſi eſſet, Zenodochio ejuſdem urbis locum *Aras* appellatum largitus eſt, & Imperatoris omnium Hiſpaniarum nomen tantum ſibi tribuit; ſed in alia donatione, quæ extat in Chartulario monaſterii Sahagunti pag. 50. quæ data dicitur *anno Eræ MCXXIII. & die XXVI. menſis Maji*, poſtridie nempe feſti Sancti Urbani Papæ & Martyris, legitur: *Regnante Adefunſo Rex in urbe Toletela*, ſic enim Arabes Toletum vocabant, vel *Toleytelam*. Denique in Monaſterio Celæ Novæ in Galicia habetur Inſtrumentum ſeu Donatio Adoſidis, ejuſque mariti ſub era MCXXIII. cum hac additione: *Tempore quo ſereniſſimi Principis Adefonſi in anno quando præſit Toletum a Saracenis.* Mitto varias Chartas alias a Sandovallio in eandem rem recitatas, ſed præterire non debeo, e m monere *Toleti* Monumentum extare Alphonſi Regis tempore ſcriptum, in quo legitur hanc urbem captam fuiſſe *Era MCXXIII. die XXV. Maji, feria quinta & die Sancti Urbani*, qui characteres inter ſe egregie conveniunt, & annum Chriſti MLXXXV. certo deſignant. Hæc itaque epocha indubitata.

Narrat poſtea Rodericus lib. 6. cap 24. quæ menſe Decembri poſt expugnationem Toleti ad reſtituendam religionem Chriſtianam ſub Alphonſo Rege geſta ſunt: *Videns*, inquit Rodericus, *Rex quod Deus proſpera indulgebat, convocavit regni Proceres, & majores Epiſcopos & Abbates, & viros religioſos, & XV. Kalend. Januarii omnes in urbe Regia convenerunt, & habito diligenti tractatu, dominum Bernardum, virum religionis & prudentiæ, communiter & concorditer in Archiepiſcopum elegerunt, & Rex incontinenti dotavit Eccleſiam liberaliter & honeſte.* Erat Bernardus Monachus Ordinis Sancti Benedicti, vir optimus, rerum ſcientia & exemplo vitæ inſignis, quem Rex hoc anno Romam miſit, ut Pallium, Primatumque totius Hiſpaniæ & Galliæ Gotthicæ, ſeu Occitaniæ, ab Urbano II. impetraret. Literæ, quibus ei utrumque conceſſum, recitantur a Baronio dicunturque datæ Anagniæ *Idibus Octob. an. dominicæ Incarnat. MLXXXVIII. indictione undecima, anno Pontificatus domini Urbani primo.* Verum tam hic, quam in Collectione Conciliorum Tom. V. pag. 1635. loco, *indictione undecimæ*, legendum, *indictione duodecimæ*, a Septembri ſcilicet inchoata, quo certum eſt, Romæ indictionem toto hoc ſæculo incœptam fuiſſe.

VI. *Religio Chriſtiana Toleti reſtituta.*



*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverendiſſimo fratri Bernardo Archiepiſcopo Toletano, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum.*

Urbani Pap. ad Bernardum Archiepiſc. Toletan. epiſt.

*Cunctis Sanctorum decretales ſcientibus inſtitutiones liquet; quanta Toletanæ Eccleſiæ dignitas fuerit ex antiquo, & quantæ in Hiſpanis & Gallicis regionibus auctoritatis extiterit, quantæque per eam in Eccleſiaſticis negotiis utilitates accreverint. Sed peccato populi in latitudine promerente, a Sarracenis eadem civitas capta, & ad nihilum Chriſtianæ religionis illic libertas redacta eſt, adeo ut per annos trecentos pene ſeptuaginta, nulla illic viguerit Chriſtiani Pontificii dignitas. Noſtris autem temporibus, divina populum ſuum reſpiciente clementia, ſtudio* Ildephonſi glorioſiſſimi Regis, labore populi Chriſtiani, Sarracenis expulſis, Chriſtianorum viribus Toletana civitas eſt reſtituta. Igitur voluntate & conſenſu unanimi comprovincialium populorum, pontificum atque Principum & Ildephonſi excellentis Regis, te, frater cariſſime Bernarde, primum illius urbis poſt tanta tempora Præſulem eligi divinæ placuit examini majeſtatis. Et nos ergo miſerationis ſupernæ gratiæ reſpondentes, quia per tanta terrarum, mariumque diſcrimina Romanæ auctoritate Eccleſiæ ſuppliciter expetiſti auctoritatem Chriſtianam Toletanæ Eccleſiæ reſtituere non negaremus; gaudemus, & etiam corde lætiſſimo magnas, ut decet, Deo gratias agimus, quod tantam noſtris temporibus dignatus eſt Chriſtiano populo donare victoriam, ſtatumque ejuſdem urbis quoad noſtras etiam facultates, ſtabilire atque augere, ipſo adjuvante peroptamus.*

*Alphonſi.



*Tamen benevolentia Romanæ Eccleſiæ, ſolita & digna Toletanæ Eccleſiæ reverentia, tum chariſſimi filii noſtri præſtantiſſimi Regis Ildephonſi precibus invitati, pallium tibi frater venerabilis Bernarde ex Apoſtolorum Petri & Pauli benedictione contradimus, plenitudinem ſcilicet omnis ſacerdotalis dignitatis; teque ſecundum quod ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe* *eſſe pontifices, & in totis Hiſpaniarum regnis Primatem privilegii noſtri ſanctione ſtatuimus, &c. Primatem te univerſi Præſules Hiſpaniarum reſpiciant, & ad te, ſi quid inter eos quæſtione dignum exortum fuerit, referent, ſalva tamen ratione, Eccleſiæ auctoritate, & Metropolitanorum privilegiis ſingulorum. Toletanam ergo Eccleſiam jure perpetuo tibi tuiſque, ſi divina præſtiterit gratia, ſucceſſoribus canonicis tenore hujus privilegii confirmamus &c. Dat.* * *Amginæ per manus Ioannnis diaconi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & præſignatoris domini Urbani Secundi Papæ, Idibus Octobris, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimooctavo Indictione undecima, anno Pontificatus domini Urbani primo.* Hæc ex collectione Conciliorum Hiſp. diligentia Garſiæ Loaiſæ. Aliud recitatur ab eodem diploma ad Archiepiſcopum Tarraconenſem. XIII.

* f. abundat.

* Anagniæ.



PAGIUS

VII. *Archiep. Toletanus Primas totius Hiſpaniæ inſtituitur.*

In illis literis Urbanus II. ait, *per annos CCC. pene LXX.* per quos *Toletum* ſub Saracenorum poteſtate gemuit, nullam illic viguiſſe Chriſtiani Pontificii dignitatem, nunc vero ſtudio Idelfonſi Regis, qui idem eſt ac Adelfonſus VI. & labore populi Chriſtiani, Toletana civitate reſtituta, optare ſe ſtatum ejuſdem urbis ſtabilire atque augere, *Te*, inquit ad Bernardum *ſecundum quod ejuſdem urbis conſtat extitiſſe Pontifices, in totis Hiſpaniarum regnis Primatem Privilegii noſtri ſanctione ſtatuimus, & Primatem te univerſi Præſules Hiſpaniarum reſpicient, & ad te, ſi quid inter eos quæſtione dignum exortum fuerit, referent.* Ad Idelfonſum vero, ſeu Alfonſum Regem ſcribit: *Fratrem Bernardum venerabilem ejuſdem urbis Præſulem tuis exhortationibus invitati, digne ac reverenter excepimus, & ei Pallium contradentes, Privilegium quoque Toletanæ Eccleſiæ, antiquæ Majeſtatis indulſimus. Ipſum enim in totis Hiſpaniarum regnis Primatem ſtatuimus, & quidquid Toletana Eccleſia antiquitus noſcitur habuiſſe, nunc quoque ex Apoſtolicæ ſedis liberalitate, impoſterum habere cenſuimus.*

VIII. *Archiepiſcopi Tarraconenſis & Narbonenſis ei parere coacti.*

Tarraconenſis Archiepiſcopus adverſus iſtud Privilegium, quaſi ſubreptitium reclamavit, contenditque Archiepiſcopos Toletanos nullam olim juriſdictionem in cæteris Hiſpaniæ partibus exercuiſſe, quod tamen *Urbanus* ſupponebat. Sed Pontifex juſſit, ut ſine cunctatione Toletano Archiepiſcopo tanquam ſuo Primati pareret. Reclamavit etiam Archiepiſcopus Narbonenſis, ſed Pontifex ad querelas hujuſmodi compeſcendas *Bernardum* Legatum ſuum per univerſam Hiſpaniam & Provinciam Narbonenſem conſtituit, ut facilius uterque ſe ſe ei ſubmitteret, ut liquet ex literis Tom. X. Concil. pag. 459. & ſeq. recitatis. Sequentes Pontifices Romani hoc Privilegium Eccleſiæ Toletanæ confirmarunt. Mariana tamen lib. IX. cap. XIX. ait: *Toletanos Præſules Primatum jura & auctoritatem obtinuiſſe, ex quo tempore a Mauris Toletum recepta eſt: nunquam defuiſſe tamen qui obſiſterent auctoritati, detrectarent imperium: ac ne nunc quidem præter nomen ullam ejus poteſtatis partem exercent in alias provincias Hiſpaniæ: neque componendis certe litibus, neque ſontibus plectendis, neque legibus promulgandis.* Hujus Primatus origo & Hiſtoria examinatur a Marca in Diſſert. de Primatibus num. CXXV. & ſeqq.

IX. *Moritur Hermannus Germaniæ Rex.*

Quoad Hermannum Germaniæ Regem, de eo Bertoldus in Chron. hoc anno habet: *Saxones a fidelitate S. Petri diſcedentes, Heinricum, quem multoties abjuraverant, receperunt. Unde Hermannus Rex Catholicus ab eis in Lotharingiam ſeceſſit, ibique non multo poſt viam uni-*

conenſem eodem argumento datum ab eodem Urbano Papa.

XIV. Quod ad res Germaniæ ſpectat, de ſchiſmaticorum Epiſcoporum pœnitentia Bertholdus hæc narrat: *Eodem tempore quidam Guiberti hæreſiarchæ diſcipulus, videlicet Vvormatienſis pſeudoepiſcopus, qui illam ſedem per ſchiſmaticos non conſecratus, ſed execratus invaſit, tandem reſipiſcens, & ad Catholicam Eccleſiam rediens, Epiſcopatum dimiſit, ſeque ad pœnitentiam in Hirſaugienſi monaſterio contradidit. Sic utique ante triennium & alius ejuſdem Guiberti diſcipulus, Metenſis inquam pſeudoepiſcopus, pœnitentia ductus Epiſcopatum dimiſit; quem ſtatim Bruno, cujus ſuperius mentionem fecimus, non minus ſacrilege invaſit: nam per ſchiſmaticos intravit, vivente adhuc legitimo illius ſedis paſtore Herimanno, qui potius in captione detineri, quam in ſchiſmate pro Epiſcopo honorari delegit.* Deceſſiſſe hoc anno Vvecilonem Moguntinum & Meginhardum Vvirceburgenſem Epiſcopos anteſignanos ſchiſmaticorum idem auctor affirmat. Sed & hoc anno ex hac vita migraſſe Hermannum Regem Cathólicum, cum Saxonibus rebellantibus in Thuringiam receſſiſſet. Succedit Eggebertus, qui Saxones rurſum in Henricum rebellare ſuaſit.

XV. (a) Papir. Maſſ. Annal. Franc. l.3. Obitus Berengarii Andegavenſis.

Hoc (a) anno, die Epiphaniæ (ut ejus epitaphium habet) Berengarius carioſus hæreſiarcha ſæpe falſa pœnitentia eludens Eccleſiam, ex hac vita migravit. Scripſit illud, ſed cum non adhuc Cenomanenſis Epiſcopus eſſet, Hildebertus, quo ſignificaſſe viſus eſt, ipſum in Eccleſia Catholica eſſe defunctum, cum Catholicus homo ad ejus tumulum honorificum adeo epitaphium ſcripſerit: ſed plane longe glorioſius, quam conditio hominis toties lapſi, ac nefandiſſimi hæreſiarchæ ferret, utpote qui vix laica communione in exitu magna miſericordia dignus haberi potuiſſet. Cum præſertim qui etiam his temporibus vixit, Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus de ipſo multa habeat indigna Catholico homine, ut apparet, ex ejus epiſtola, quam inferius reddituri ſumus; & Petrus Cluniacenſis Abbas his temporibus proximus de ipſo cum agit in epiſtola contra Petrobruſianos, cum deteſtatione atque improperio ejus meminit. Interea autem audi epitaphium, quod recitat Willelmus (b) Malmesburienſis in rebus Anglicanis, his verbis: (b) Vvillelm. l.3.

XVI. Epitaphium Berengarii indecens ipſi.

*Quem modo miratus, ſemperque mirabitur orbis,*
*Ille Berengarius non obiturus, obit.*
*Quem ſacræ fidei faſtigia ſumma tenentem*
*Jani * ſexta dies, abſtulit auſa nefas.* * al. prima.
*Illa dies, damnoſa dies, & perfida mundo,*
*Qua * dolor, & rerum ſumma ruina fuit.* * al. decus, & rerum firma.
*Qua ſtatus Eccleſiæ, qua ſpes, qua gloria Cleri,*
*Qua cultor juris, jure ruente, ruit.*
*Quidquid Philoſophi, quidquid cecinere Poetæ*
*Ingenio, ceſſit, eloquioque ſuo.*
*Sanctior, & major ſapientia majus adorta*
*Implevit ſacrum pectus & ora Deo.*
*Pectus eam volvit, vox protulit, actio prompſit;*
*Singula factori ſic ſtuduere ſuo.*
*Vir ſacer & ſapiens, cui nomen creſcit in horas,*
*Quo minor eſt quiſquis maximus eſt hominum.*
*Qui * cenſus peperit, partos ſervavit honores;* * al. ſenſus.
*Cui potior pauper divite, juſque lucro.*

Cui

PAGIUS *univerſæ terræ arripuit, anno Dominicæ Incarnat. MLXXXVIII. regni vero ejus VII. indict. XII. & in Patria ſua Metis honorifice ſepelitur.* Poſt Hermanni mortem *Ecbertus* Marchio Miſniæ factionis Saxonicæ caput conſtitutus, eoque occiſo Marchionatus Miſniæ Timoni Marchioni Landsbergiæ ab Henrico Imp. anno MXC. conceſſus, a quo Electores Saxonici originem ſuam repetunt.

X. *Moritur Berengarius Archidiaconus Andegavenſis.*

A num. XV. ad XXVI. Bertoldus quidem in Chronico *Berengarii*, a quo tot turbæ in Eccleſia concitatæ, mortem cum an. MLXXXIII connectit, quia cum eſſet Presbyter Conſtantiæ ad Rhenum, quæ in Francia accidere, non ſemper calluit, ſed illum ad hunc annum perveniſſe, communis nunc omnium ſententia eſt. Diem ejus emortualem diſerte notavit Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Reg. pag. 114. diem nempe *Epiphaniorum*, qui & habetur in ejus Epitaphio a Baronio ex Malmesburienſi recitato, in quo legitur:

*Quem recta fidei veſtigia ſumma tenentem*
*Jam ſexta dies abſtulit, illa nefas.*

Verum quidem eſt, in quibuſdam editionibus haberi, *Jani prima dies*, apud Malmesburienſem, *Jani quinta dies*, ſed id ſciolorum audaciæ tribuendum, ut in ſimili diximus, quando de *Roberto* filio Roberti Francorum Regis verba fecimus. *Berengarius* poſt multiplices in hæreſim relapſiones tandem vere reſipuit, & Catholicam fidem uſque ad mortem profeſſus eſt, cum poſt Burdegalenſem Synodum eam amplexus fuiſſet. Teſtatur id Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus ejus epitaphii conditor. Teſtatur & Malmesburienſis citatus, qui ait: *Porro licet Berengarius primum calorem juventutis aliquarum hæreſeon defenſione infamaverit, ævo auſteriore ita reſipuit, ut ſine retractatione a quibuſdam habeatur ſanctus, innumeris bonis, maxime autem humilitate & eleemoſynis approbatus, largarum poſſeſſionum diſpertiendo domi-*



*Cui nec deſidiam, nec luxum res dedit ampla,*
*Nec tumidum fecit multus & altus honor.*
*Qui nec ad argentum, nec ad aurum lumina flexit,*
*Sed doluit quoties cui daret, hæc aberant.*
*Qui non ceſſavit inopum fulcire ruinas,*
*Donec inops dando pauper & ipſe fuit.*
*Cujus cura ſequi naturam, legibus uti,*
*Et mentem vitiis, ora negare dolis:*
*Virtutes opibus, verum præponere falſo,*
*Nil vacuum ſenſu dicere, nil facere:*
*Lædere nec quemquam, cunctis prodeſſe, favorem*
XVII. *Et populare lucrum pellere mente, manu.*
*Cui veſtis textura rudis, cui non fuit umquam*
*Ante ſitim potus, nec cibus ante famem.*
*Quem pudor hoſpitium ſtatuit ſibi, quamque libido*
*Inceſtos ſuperat, tam ſuperavit eam.*
*Quem natura parens, cum mundo contulit, inquit,*
*Degenerant alii, naſcitur iſte mihi.*
*Quæque vagabatur, & pene reliquerat orbem*
*Incluſit ſacro pectore Juſtitiam.*
*Vir ſacer a puero, qui quantum præminet orbi*
*Fama, tam famæ præminet ipſe ſuæ.*
*Fama minor meritis, cum totum pervolat orbem*
*Cum ſemper creſcat, non erit æqua tamen.*
*Vir pius atque gravis, vir ſic in utroque modeſtus,*
*Livor ut in neutro rodere poſſit eum.*
*Livor enim deflet, quem carpſerat antea, nec tam*
*Carpſit & odit eum, quem modo laudat, amat.*
*Quam prius ex vita, tam nunc ex morte gemiſcit,*
*Et queritur celeres hujus abiſſe dies.*
*Vir vere ſapiens & parte beatus ab omni*
*Qui cælos anima, corpore ditat humum.*
*Poſt obitum vivam ſecum, ſecum requieſcam,*
*Nec fiat melior ſors mea, ſorte ſua.* XVIII.

Hactenus Hildebertus luxurians, ceu vitis in pampinis, fructu carens veritatis poetico luxu. Subiicit vero iſta Willelmus: *Videas in his verſibus, quod laudis exceſſit modum Epiſcopus.* Et paulo poſt: *Berengarius plane quamvis ipſe ſententiam correxerit; omnes tamen quos ex totis terris depravaverat, convertere nequivit. Adeo peſſimum eſt alios exemplo vel verbo a bono infirmare, quia fortaſſis peccatum te gravabit alienum, cum deletum fuerit tuum.* Ac rurſus inferius: *Quin & ipſo die Epiphaniorum moriens, gemituque producto recordatus, quod miſeros quoſdam adoleſcentes primo ætatis flore ſecta ſua infecerit: Hodie, inquit, in die Apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus meus Jeſus Chriſtus propter pœnitentiam, ut ſpero, ad gloriam, vel propter alios, ut timeo, ad pœnam.*

Porro qui laudes ejus ſcripſit Hildebertus (ut dictum eſt) nondum erat Epiſcopus, ſed tantum Archidiaconus, & vita plane ſolutior, ut apparet ex (a) epiſtola Jvonis Carnotenſis Epiſcopi ad eum ſcripta, cum fuit electus Epiſcopus, quam hic deſcribendam duximus; ſic enim ſe habet: In laude nimium Hildebertus. (a) Ivo. ep. 279.

*Jvo humilis Carnotenſis Eccleſiæ miniſter Hildeberto Cenomanenſis Eccleſiæ electo ſinceræ dilectionis munus.*

XIX. *Quoniam ſecundum verba Sapientiæ, (b) meliora ſunt vulnera diligentis, quam frau-* (b) Prov. 27.

PAGIUS *minus, non abſcondendo & adorando famulus.* Multis interpoſitis: *Quin & ipſe die Epiphaniorum moriens, gemituque producto, recordatus, quod miſeros quondam adoleſcens primo erroris calore ſecta ſua infecerit: Hodie, inquit, in die apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus meus Jeſus Chriſtus, propter pœnitentiam, ut ſpero, ad gloriam; vel propter alios, ut timeo, ad pœnam.* Nam ut addit Malmesburienſis; *quamvis ipſe ſententiam correxerit, omnes quos ex totis terris depravaverat, convertere nequivit.* Eadem verba in morte Berengarium dixiſſe legitur in Fragmento Bibliothecæ Floriacenſis. Franciſcus Roius in diſſert. de pœnitentia Berengarii ait, in antiquo Codice MS. Sancti Martini Turonenſis legi: *Obiit Magiſter Berengarius Grammaticus, fidelis & vere Catholicus ann. D. MLXXXVIII. Philippi primi Francorum Regis XXVIII. Urbani Papæ an. I.* alii legunt *an. quinto*. Sed cum Berengarii mortis tempore Urbanus nondum Papa eſſet, & Philippus nonniſi poſt creatum Philippum Secundum dictus ſit Philippus I. ſerius hæc verba exarata.

XI. *Vere de ſua hæreſi pœnituit.*

Ejus pœnitentiæ initium cum an. MLXXXIII. videtur copulandum; eo enim anno Clarius Floriacenſis Monachus in Chronico Senonenſi Tom. II. Spicilegii Dacheriani edito, ejus converſionem & mortem uno tenore eo Chriſti anno narrat: *Berengarius Turonenſis Magiſter & ammirabilis Philoſophus, amator pauperum effloruit. Hic compoſuit orationem illam quæ ſic incipit:* Juſte Judex Jeſu Chriſte. *Poſt hæc fidelis, & vere Catholicus vitam finivit, ſuper cujus tumulum ejuſmodi Epitaphium eſt:*

*Quem modo miratur, ſemper mirabitur Orbis:*
*Ille Berengarius non obiturus obit.*

Qui duo verſus primi ſunt ejus Epitaphii mox me-

Hildebertus qualis ante epiſcopatum.
* f. ſint ipſa.
(a) Pſ. 72.

*fraudulenta oſcula blandientis: moneo fraternitatem tuam, ut verba mea non graviter accipias, licet, aliquantum *.... mordacia, quoniam intendunt correctioni, non criminationi, purgationi, non invectioni. Placet equidem mihi temporalis tua provectio, ſi non ſit ab æternitate dejectio, ſi non illud Pſalmiſtæ (a) in te impleatur: Dejeciſti eos dum allevarentur. Audivi enim de te, quæ mihi ſunt dolori & honori, quia ſi vera ſunt, non poteris populo præbere regimen, ſed augere diſcrimen. Dicunt enim quidam de majoribus Cenomanenſis Eccleſiæ, qui ante actam vitam tuam ſe noſſe teſtantur, quod ultra modum laxaveris fræna pudicitiæ, in tantum ut poſt acceptum Archidiaconatum, accubante lateribus tuis plebe muliercularum, multam genueris plebem puerorum & puellarum. Tu autem noſti, quod probatæ debet eſſe caſtitatis, qui ſublimatur ad faſtigium curæ paſtoralis, alioquin poſt ſacrum ordinem lapſus, non ſolum non debet ad majorem gradum conſcendere, ſed nec in eo, in quo lapſus eſt ordine, miniſtrare. Unde beatus Gregorius ſcribit Januario Epiſcopo Calaritano: Qui poſt acceptum ſacrum ordinem in peccatum carnis lapſus fuerit, ſacro ordine ita careat, ut ad miniſterium altaris ulterius non accedat. Noſti enim, quod qui in officium paſtoris admittitur, pro peccatis populorum Deo ſupplicaturus, Dei & hominum mediator efficitur. Dicit enim beatus Gregorius in Moralibus: In gravibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit. Idem in Paſtorali: Cunctis liquet, quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, proculdubio irati animus ad deteriora provocatur. Addunt quoque huic calumniæ prætaxatæ perſonæ, quod nec earum conſilio fueris electus, nec conſenſu. Quæ omnia ſi ita ſunt, periculoſa tibi ſunt dilectiſſime frater, & infinitum laborem paritura. Unde confuſe tibi ſecundum teſtimonium conſcientiæ tuæ, ut vel honeſte, & caute cœpta perficias, vel ſaluti tuæ conſulens, ſponte ipſe deficias. Jucundus enim debet eſſe defectus, in quo ſalutis ſperatur effectus. Vale, & de me quantum de amico per omnia juſta & honeſta confide.* Hæc Ivo ad Hildebertum, cujus promotio ad Epiſcopatum contigit ſub Paſchali Papa. Creatus autem Epiſcopus, eadem quæ Jvo, de indigno alio electo idem ipſe ſapere ac ſcribere reperitur (b). Hæc autem de Hildeberto hic innoteſcenda fuere, ne Berengarius poſt tot criminum moles laudatus a laudato viro credatur, ſed ab amico, potius amicitiæ gratia præconio habenas ſolvente. Quantum autem temporis Berengarius vixerit, ipſum quidem, ſi quis ex hoc Tomo Annalium cuncta ſuperius de ipſo narrata recenſeat, videbit prope nonagenarium deceſſiſſe ſummam Dei miſericordiam conſecutum, ſi poſt tot iteratos lapſus in hæreſim a ſe damnatam, in Eccleſia Catholica vitæ periodum clauſit.

(b) Hildeb. ep. 13.
Ætas Berengarii.

XXI. Verum ex epiſtola Lanfranci Archiepiſcopi Cantuarienſis, quæ poſt hæc in manus noſtras una cum aliis ejuſdem auctoris litteris venit, apparet hominem cervicoſum, nihil magis, quam ſanctis Patribus inurere notam ſtudentem adhuc ſchiſmaticum extra Eccleſiam permanſiſſe, cum illam ipſe ſcriberet, quæ ſic ſe habet:

*Lanfrancus Antiſtes dilectiſſimis fratribus Romaldo Pictavorum urbis Abbati, & Sentuno monacho, & Henrico canonico ſalutem.*

*Lectis litteris a veſtra mihi per hunc hominem fraternitate tranſmiſſis, voluntatem veſtram intellexi, ſi facultas detur, ad me veniendi. Id incommode fieri poſſe non arbitror. Nam & iter prolixum eſt, pericula multa terra marique & ego tot tantiſque hujus mundi negotiis obvolutus ſum, ut talibus ſtudiis dare mihi operam hac tempeſtate non liceat. Si divina pietas expeditum me eſſe quando-*

PAGIUS

memorati. Porro Clarii auctoritas magni eſt ponderis; non ſolum quia Auctor domeſticus, ſed etiam quia annis a *Berengarii* obitu haud amplius decem Chronicon ſuum ſcripſit, quod novis ſubinde appendicibus, ut ſæpe fit, alii auxere. Præterea, ut obſervat Mabillonius Tom. II. Analect. in obſervat. de multiplici Berengarii damnatione, *Berengarius* in inſulam Sancti Coſmæ Turonicæ Civitati ſuburbanam receſſit pœnitentiæ cauſa, idque poſt Synodum Romanam anno MLXXIX. habitam, ut eruitur ex veteribus membranis Laureacenſibus in quibus legitur: *Ille Roma diſcedens Turones venit, ibique in inſula, quæ S. Coſmæ dicitur, ſeculi pompis abrenuncians fere per XXVIII. annos* (legendum fere per octo annos) *aſſidue domino militavit; aliique plures Canonici B. Martini Sancto Spiritu, nec non ſalutari ejus admonitione inſtructi, mutatis veſtibus ſe ſe ad inſulam contulerunt.* Ea Inſula Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini a quibus etiamnum occupatur, tradita eſt anno MCII. juxta eumdem Continuatorem Clarii qui ait: *Anno MCII. cœnobium S. Coſmæ de inſula primo Conventum accepit.*

XII. Juſta ei quotannis Canonici perſolvunt.

XII. Denique a Berengarii obitu Turonenſis Eccleſiæ Sancti Martini Canonici juxta *Berengario* perſolvere ſoliti, quot annis ad ejus tumulum, qui in Clauſtro Sancti Coſmæ nigro lapide ſtratus, detrito Epitaphio viſitur feria Paſchæ tertia conveniunt; ubi Pſalmum *De profundis* pro defuncto *Berengario*, nulla tamen Collecta (ut vocant) adhibita recitant. Licet enim peſtilentiſſimus hæreticus fuerit, poſtquam tamen in viam rediit, ita omnium ſibi amorem & venerationem conciliavit, ut ipſius laudatores modum exceſſiſſe videantur, ut de Hildeberto Epitaphii ejus conditore ſcri-



*doque voluerit, & doceri pariter, & docere promptus ſemper mihi animus erit.*

XXII.
* idem Berengerus, quod Berengarius.

*Porro quod ſchiſmaticus ille, * Berengerum dico, ſicut veſtra epiſtola teſtata eſt, conſtanter aſſerit, quia beatus Hilarius veſtræ urbis, veſtræque gentis quondam Epiſcopus, in tractatu Fidei perverſa ſenſerit. Et in libro de divina Trinitate improbabiles ſententias de Domino Jeſu Chriſto protulit; mirari non debet beatitudo veſtra, ſi is, qui de ipſo capite tam multa, & tam nefanda credere, & docere veriſſimis relationibus infamatur, de ipſius capitis membro tam pernicioſa dicere, traditus in reprobum ſenſum, divino judicio permittatur. Re vera quiſquis Hilario alicujus hæreſeos notam imponit, multos Orthodoxos Patres, qui magnis eum laudibus extulerunt, ejuſdem erroris macula involvit. Gelaſius Papa in decretis ſuis omnes libros ejus inter Catholicas ſcripturas enumerat. Ejus auctoritas in ſacris canonibus decentiſſime memoratur, recipitur, & laudatur. Sanctus Auguſtinus in libro de Trinitate excellenti eum laude extollit, & quædam ab eo de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto obſcure dicta enucleatius exponit. B. Hieronymus quantis eum, omneſque libros ejus in quibuſdam ſcriptis ſuis præconiis effert, epiſtolari brevitate comprehendi non poteſt, vocans eum Romanorum luciferum, Eccleſiarum lucernam, lapidem pretioſum, ad quem mortalia vix aſcendunt, pulcro ſermone, aureoque univerſa loquentem.*

Locus S. Hilarii elucidatur.

XXIII. *Reliqui ſacræ religionis doctores, quicumque de eo aliquid loquuti ſunt, ab horum ſententia in hac parte minime diſſenſerunt. Tutius igitur eſt Lectori, in difficillimis Sanctorum Patrum ſententiis, quas ingenii ſui imbecillitas capere non poteſt, interrogato quod neſcit, dicere ſe neſcire, quam pertinaci arrogantia, & arroganti pertinacia, non ſine ſua & aliorum pernicie Fidei contraria definire; præſertim ſi talis perſona ſit, quæ vel ſcientia litterarum, vel probitate morum, vel potius utraque parte, auctoritatis pondus præ ſe gerere videatur. Verba præfati doctoris, quæ præfatus inverſor in ejus calumniam conatur invertere, hæc in veſtris litteris reperi: Dei Filius hominem verum, ſecundum ſimilitudinem noſtri hominis, non deficiens a ſe Deo ſumpſit, in quo quamvis aut ictus incideret, aut vulnus diſcinderet, afferrent quidem hæc impetum paſſionis, non tamen dolorem paſſionis inferrent; ut telum aliquod, aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aerea vulnerans.*

XXIV. Et paulo poſt: *Virtus corporis ſine ſenſu pœnæ vim pœnæ in ſe deſævientis excepit. Hæc, ſine præjudicio melioris expoſitionis, conſona, ut putamus, ſanctis Patribus aſtipulatione, ſic exponuntur a nobis. Dominus Jeſus Chriſtus in eadem perſona verus homo, & verus Deus ſecundum humanitatem quidem eſurivit, ſitivit, fatigatus eſt, flevit, appropinquante horæ mortis pavere & tædere cœpit. Unde & oravit, dicens: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte: plagas virgarum, vulnerumque diſciſſiones ut homo ſimilis nobis ſenſit, & doluit, cæteraſque humanæ naturæ infirmitates, aſſumendo hominem, præter peccatum, aſſumpſit; ſecundum divinitatem vero, qua Patri & Spiritui ſancto per omnia æqualis eſt, nihil horum ſuſtinuit. Hoc velle approbare nihil attinet, cum apud omnes fideles hæc ſemper ſit, fueritque ſententia, & ſacra pagina hujuſmodi documentis pene ſit ubique referta. Et tamen propter unitatem perſonæ, in quam conficiendam Deus & homo convenerant, ſæpe quæ hominis ſunt, aſſignantur Deo, & quæ ſolius Dei ſunt, dicitur habere homo. Ut illud Apoſtoli: (a) Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Non enim revera, quantum ad ipſum ſpectat, Dominus gloriæ eſt crucifixus, ſi propter aſſumptum hominem, quod hominis fuit, dicitur pertuliſſe Deus. Et ipſe Dominus in Evangelio: (b) Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Et rurſus id quod Dei erat, homini eſt aſſignatum. Neque enim ho-*

(a) 1. Cor. 2.
(b) Joan. 3.

PAGIUS

pſit Malmeſburienſis qui ait, *metas veræ laudis amore incitatus tranſilivit.* His omnibus favet Baldricus ex Monacho, ac dein Abbate Burgulienſi, Dolenſis Archiepiſcopus, qui hoc diſtycho Berengarii Epitaphium clauſit:

*Promittatque licet veniam tibi ſpes meritorum;*
*Hanc tamen accelerat Lector, pia vota vovendo.*

Quod ſane non dixiſſet Caldricus, inquit Mabillonius laudatus, vir pius ac Catholicus, *Berengarii* æqualis, niſi is in Eccleſiæ gremio vitam clauſiſſet. Non mirum autem Baronium de veritate pœnitentiæ *Berengarii* perſuaſum non fuiſſe, cum antequam Franciſcus Roius Anteceſſor Andegavenſis libellum de hæreſi & pœnitentia Berengarii in lucem emiſiſſet, hæc Hiſtoria magnis tenebris obſita fuerit. Ad id quod habet Baronius num. XVIII. *Hildebertum* ſcilicet Berengariani Epitaphii conditorem ante Epiſcopatum vita ſolutiorem fuiſſe, anno MXCVII. quo Antiſtes Cenomanenſis dictus, reſpondebimus.

XIII. S. Obitus Gebehardi Archiep. Salisburgenſis.

XIII. Mortuus eſt hoc anno *Sanctus Gebehardus* Archiepiſcopus Salisburgenſis, ob defenſionem Eccleſiæ Romanæ ab Henrico Rege in exilium ante annos novem miſſus; poſt cujus mortem cum idem Henricus alium ſchiſmaticum ad eam Sedem evehere vellet, fideles in unum convenientes elegerunt *Thiemonem* Sancti Petri Abba-

*homo in terra degens, in cœlo tunc eſſe poterat: ſed quia unigenitus Patris ita in mundum venit, ut tamen a paterno ſinu nunquam diſcederet, quod ſolius divinitatis erat, loquens, in terra aſſumpto homini propter unitatem perſonæ tribuebat.*

XXV. *Hoc locutionis modo ſuperius dictum eſt, quia homini aſſumpto a Filio Dei ictus & vulnera impetum paſſionis afferrent, non tamen dolorem paſſionis inferrent. Et hoc ſuppoſitis ſimilitudinibus declaratur, ut ſi telum aquam perforet, & cætera, quæ ſequuntur, ac ſi diceret:* Homo *aſſumptus impetum paſſionis & vim doloris ſenſit, Deus aſsumens non ſenſit. Et hoc paulo poſt declarat, dicens: Virtus corporis, ideſt divinitas aſſumens ipſum corpus, ſine ſenſu pænæ, quantum ad ipſam pertinet, vim pænæ in ſe, ideſt in carne aſſumpta deſævientis excepit. Quod ſi virtus corporis magis robur ipſius corporis hoc in loco intelligenda eſt, eadem ſententia in cæteris manet, ut ſit ſenſus: Virtus corporis ſine ſenſu pœnæ, quantum ad aſsumentem divinitatem, vim pœnæ in ſe deſævientis excepit, quantum ad aſſumptam humanitatem. Et hoc locutionis genere re vera, & ſalva Chriſtianæ religionis fide, dici poteſt, quia Chriſtus, ſive corpus Chriſti, ſive caro Chriſti, in cruce patiebatur, & non patiebatur, dolebat, & non dolebat, moriebatur, & non moriebatur, & in hunc modum multa, numeroque carentia. Alioquin ſi præfatus doctor contra uſitatiſſimam Eccleſiæ Fidem contra Evangelicam auctoritatem, contra omnium ſanctorum Patrum definitionem, carnem Chriſti inſenſibilem & doloris expertem intelligi voluiſſet, aſſumptum a Filio Dei hominem ſimilem nobis hominem in prædicta ſententia minime retuliſſet. Quæ enim ſimilitudo ſenſibili, & inſenſibili? dolenti & doloris experti? Retulit autem, non igitur intelligi voluit. Obſecro vigilate omnibus modis, quia ſchiſmatici, & fautores eorum circa vos & inter vos ſunt. Opponite eis ſcutum timoris Domini, impetentes eos faculis divinorum eloquiorum. Adminiculamini nobis memores noſtri in orationibus veſtris. Omnipotens Dominus det vobis bene agere, & feliciter quo tenditis pervenire.* Hæc Lanfrancus de Berengario audaciſſimo, ac mendaciſſimo, cum adhuc una cum ſuis extra Catholicam Eccleſiam exularet.

Eodem tempore cum jam defuncto ſchiſmatico Archiepiſcopo Mediolanenſi in locum ejus (ut dictum eſt ſuo loco) Anſelmus Catholicus ſuffectus fuiſſet: Urbanus Papa pro reſtituenda collapſa Eccleſia Mediolanenſi ſollicitus collaborat, cujus ad Anſelmum eundem apud Ivonem (*a*) Reſcriptum extat de reconciliatione lapſorum his verbis: XXVI. Urban. Pap. agit pro reſtit. Eccleſiæ Mediolan.

(*a*) *Ivon. part. 6. c. 406.*

*Diſcretioni noſtræ videtur, quatenus ſecundum præcepti noſtri tenorem, quando*

PAGIUS batem, & recentem invaſorem de finibus Salisburgenſis parochiæ expulerunt, ut narrat Baronius in Appendice ad hunc annum ex Actis ejuſdem Eccleſiæ Tom. VI. Antiq. Lect. Caniſii recitatus.

XIV. *Obitus Durandi Troarnenſis Abbatis.* Mortuus eſt & *Durandus* ex Monacho Fiſcanenſi primus *Abbas Troarnenſis* cœnobii in diœceſi Baiocenſi ad Divam fluvium, cujus mentionem facit Baronius anno ſuperiori num. XXIX. quando ex Fragmento Orderici refert magnos Viros, quos Guillelmus Conqueſtor Eccleſiis Angliæ & Normanniæ præfecit. De eo idem Ordericus lib. 7. etiam habet: *Durandus Troarnenſis Abbas grandævus, ab infantia Monachus, religione & ſapientia præcipuus, Eccleſiaſtici cantus & divini dogmatis doctor peritiſſimus, ſibi durus carnifex, aliiſque mitis opifex, poſt multos in Dei cultu labores, in lectum decubuit, & bene ut prudens & fidelis ſervus ire ad curiam domini ſui paratus, III. Idus Februarii de ſæculo migravit*, hoc ſcilicet anno, quo hæc narrat Ordericus. De erudito ejus contra Berengarianam hæreſim libello, ſuo loco mentionem fecimus.

XV. *Anglia bello civili lacerata.* *VVillelmus* II. Willelmi Conqueſtoris patris in Regnum Angliæ ſucceſſor, ob flavam cæſariem *Rufus* cognominatus, ipſo principatus ſui exordio bello appetitus fuit ab *Odone* Baiocenſi Epiſcopo, Comite Cantiæ, Patruo ſuo, aliiſque Proceribus ad regnum ipſi eripiendum; & *Roberto* Normanniæ Duci fratri natu majori deferendum conjuratis. De hoc bello, quod fuſe Hiſtorici Anglici narrant, hæc ſummarie Weſtmonaſterienſis: *Omnes nobiliores regni, quos Guillelmus magnus promoverat, ſuperbi effecti, indignantes, quia regnaret ſuper eos junior, ſpreto Roberto primogenito, nobili & magnanimo: non ſine perjurio bella moverunt in Guillelmum. Sed infra tertium annum confuſi ſunt omnes, & poſſeſſiones eorum fidelioribus diſtributa.*

Sandovallius in Alphonſo VI. pag. 79. refert *Richardum* Abbatem Sancti Victoris Maſſilienſis, & Urbani II. in Hiſpania Legatum, Concilium apud Sanctam Mariam de Fuſellis, oppidum vulgo *Huzillos* dictum, prope Palentiam urbem poſitum, *Era MCXXVI.* currenti nempe Chriſti anno, celebraſſe, cui ipſemet cum *Bernardo* Toletano & *Petro* Aquenſi Archiepiſcopis præfuit, amicus enim erat eidem Petro, qui comes ejus in hac Legatione fuit. Huic Concilio interfuere Epiſcopi undecim in Actis nominati, præcipui Regni Abbates, & octo Proceres. ibidem *Principes* appellati. Nulla in eo Officii Romani mentio, ſed diviſionis ſeu diſtinctionis limitum diœceſeon *Oſmenſis & Burgenſis*. Quia vero *Oſma* ab Archiepiſcopatu Toletano pendebat, *Bernardus* huic Eccleſiæ antea a Mauris everſæ favebat; Burgenſis enim Diœceſis Toleto non ſubjiciebatur. Epiſcopus Oſmenſis nondum tunc electus aut nominatus, & Petrus, qui huic Eccleſiæ poſtea præfectus fuit, anno tantum MCII. a Bernardo conſecratus, ut refert Gillius Gonzales Avila in ſuo Theatro Eccleſiaſtico. Hujus Concilii Coſſartius Tomo X. Concil. ſuo loco non meminit. Illud tamen retulit Labbeus Tom. V. Concil. pag. 884. XVI. *Concilium Fuſelenſe.*



*do ſecundum Eccleſiæ veſtræ morem ſacros daturus quibuſlibet aliis ordines, benedicere cœperis: eos quos tua duxerit ſolertia reconciliandos, inter benedicendum, & manus imponendum facias intereſſe, quibus cœtera omnia conſecrationis inſtrumenta præter unctionis explebis; & ſic ad ſancta miniſteria reconciliabis.* Hæc Urbanus ad Anſelmum naviter ad reſtituendam illam Eccleſiam laborantem.

☞ Hoc eodem anno ex hac vita miraculis clarus migrat in cælum ſanctus Gebehardus Archiepiſcopus Salisburgenſis, inſignis propugnator Fidei Catholicæ, & Eccleſiæ Romanæ jurium defenſor adverſus Henricum Regem, exactis in exilio annis novem: de quo hæc ex Actis ejuſdem eccleſiæ prodita ſic accipe: (*a*)

(*a*) *Apud Caniſ. to. 6. pag. 1236.*

*Tandem miſeratione divina inardeſcente zelo fidelium anno exulationis ſuæ nono, præfatus dominus noſter Gebehardus, ab Engelberto Comite, & ab aliis quibuſdam Eccleſiæ miniſterialibus, & compluribus militibus reductus eſt in Epiſcopium ſuum, comitantibus ſe ſuffraganeis ſuis Epiſcopis, Altmanno ſcilicet Patavienſi, & Meginuvardo Friſingenſi, & a Clero, & toto pene populo in ſedem ſuam eſt receptus. Ubi confeſtim tam eum, qui ſuam ſedem invaſerat, quam & eos, qui loca prædictorum ſuorum Suffraganeorum occupaverant, anathematizavit ipſe & Coepiſcopi ſui. Sicque duobus fere annis curam exercens Epiſcopalem ſupervixit.* Gebehardi Archiepiſc. Salzburg. ab exilio reditus.

*Anno igitur Incarnationis Domini milleſimo octuageſimooctavo, tranſactis ab ordinatione ſua annis vigintiſeptem, menſibus decem, hebdomadibus duabus, diebus duobus, exacto felicis agonis curſu, ad palmam ſupernam vocetus xvi. Kalen. Julii, in caſtro ſuo, quod Vverven. dicitur, hujus vitæ terminum beato fine ſortitur, & deinde tranſlatus in noſtro monaſterio debita veneratione ſepelitur. Ipſo die depoſitionis ſurdum & mutum, quem prædiximus, ad ſepulcrum proprium curavit. Quo primo, aliiſque deinceps miraculis vivere ſe in cæleſtibus regnis teſtatur.* Ejuſdem obitus.

*Hic a ſancto Rudberto primo Juvavenſis Sedis Epiſcopo vigeſimus ſextus fuit, ab Arnone primo ejuſdem ſedis Archiepiſcopo ſextuſdecimus. Vir hic erat ingenioſus ſatis, & litteratus, orationibus ſtudens & lectionibus, canonum maxime ſcrutator, eleemoſynarum largus, in contemptores & contumaces ultor irrevocabilis erat, ſive banno, ſive alterius poteſtatis exercitiis uti in illos voluit. Dictavit idem de illa diſsenſione, quæ ſuo tempore in Eccleſia fuit, libellum ad Hermannum Metenſem Epiſcopum, quo & ſemet excuſaret, & quantos ex contraria parte poſſet, huic, cui ille favebat, parti ſociaret.* Subiicitur ibidem ejuſdem Sancti epitaphium his verſibus:

*Quid fles Admuntis Gebehardi funere triſtis?* Ejuſdem epitaphii.
*Reſtat poſt fletus, quod tibi, cerne, decus,*
*Eſt tibi pontificis corpus non gloria vilis,*
*Cui locus hic tumuli præ tot Epiſcopii,*
*In te divinos qui fecit jugiter Hymnos,*
*Et decantari cantica Pſalmographi.*
*Fecit & hoc in te, ſint * & ſolatia cuique:* * *ut*
*Plurima nam tribuit de quibus hæc ſtatuit:*
*Eſuriens victum, petat ultro nudus amictum,*
*Et vagus hoſpitium, vallis es * œnivium.* *
*Propter juſtitiam toleravit & ipſe rapinam,*
*Regis ob hanc odium, fugit in exilium,*
*Malens ille miſer, quam ſchiſmatis eſſe miniſter,*
*Tranſiit ad partes lite ſibi ſimiles.*
*Complicibus banni ſtuduit ſe diſſociari,*
*Servans Roma tuo debita judicio.*
*Poſt in Epiſcopium plebs hunc nonnulla receptum,*
*Gaudebat cura poſt, ut & ante ſua.*
*Hic pro lege Dei neſcivit cedere Regi,*
*Vel cuiquam forti, vel quoque dedecori.*

*Paſtore igitur tali ſubtracto de præſentibus, quo dignus non erat mundus, ſcriptura illa impletur propheticæ veritatis: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Mox enim Perchtoldus invaſor præfatus favore Regis Henrici metropolitanam ſedem occupat, & more lupi, cauſas oveſque Chriſti, & Eccleſiæ atrociter laniat, locum noſtrum fortiter devaſtat. Sed Chriſtus Dominus recolens promiſſionem ſuam, Petro & Eccleſiæ ſuæ a ſe factam, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam: contra eumdem Perchtoldum ſuum & Eccleſiæ inimicum, per ſpiritus ſui gratiam ſuorum fidelium excitavit conſtantiam.* Percholdus eccleſiam Salzburgenſem invadit. *Qui in unum convenientes, electione canonica venerabilem Thiemonem, ſancti Petri Abbatem in Archiepiſcopum conſtituerunt, eique ad defenſionem Eccleſiæ caſtra, & munitiones Epiſcopii tradentes, præfatum, invaſorem de finibus Salzburgenſis parochiæ expulerunt.* Sed de Thiemone ſuo loco inferius. ☜ A Thiemone Archiepiſcopo expellitur.

I. Urban. pap. legationem decernit Conſtantienſi Epiſc.

MIlleſimus octogeſimus nonus Chriſti annus, Indictione duodecima, ſequitur ordine temporum, quo ab Urbano Papa decernitur legatio in Germaniam Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo, de qua iſta Bertholdus: *Dominus Papa Urbanus his temporibus*, anno ſcilicet præſenti, *Romæ in inſula, quæ inter duos pontes ſita eſt, morabatur, decretalemque epiſtolam venerabili Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo decimoquarto Kalendas Maii direxit, in qua ei Epiſcopalem poteſtatem ſuper Clerum & populum Augienſis inſulæ, præter monachos conceſſit, data etiam auctoritate, ut Abbatem inibi vice ſua ordinaret, item & apud Auguſtam ſive Curiam Epiſcopos conſtituere procuraret. Nempe in tota Alemannia, Bajoaria, Saxonia, & aliis vicinis regionibus prædicto Gebehardo Epiſcopo vicem ſuam commiſit, ut ordinationes improbandas improbaret, roborandas roboraret. Sententiam, quoque anathematis a prædeceſſore ſuo Papa Gregorio promulgatam ea diſcretione confirmavit, ut in primo gradu Ravennatem hæreſiarcham cum Henrico Rege anathematizaret; in ſecundo gradu eorum fautores, qui eiſdem armis, pecunia conſilio obedientia faverent, quique ab eiſdem & ab eorum fautoribus Eccleſiaſticos ordines & honores acciperent.*

II. *In tertio autem gradu eorum communicatores poſuit, quos etſi non excommunicaret, adeo tamen eos externa excommunicatione commaculatos aſſeruit, ut in Catholicam ſocietatem ſine abſolutione, & pœnitentia recipi non deberent, videlicet, qui excommunicatis ſalutatione, oſculo, oratione, convictu, ignoranter communicaſſent. Ordinatos vero in excommunicatione, ſed non ſimoniace ab Epiſcopis quondam Catholice ordinatis, ut in adepto ordine perſiſterent, ſine promotione permiſit, ſi tamen hoc eorum probitas & Eccleſiæ utilitas flagitare videretur: aliquantum etiam ad ſuperiores ordines promoveri conceſſit, ſed hoc rariſſime & cum ſumma neceſſitate.* Hæc de epiſtola ſynodali ad Gebehardum Conſtantienſem Epiſcopum. Ex Synodo enim ſcriptam eſſe patet ex ejuſdem fragmento ab (*a*) Ivone recitato. Pergit vero Bertholdus: *Guibertus autem hæreſiarches, ejuſque complices in parte Regis eorum Henrici anathematicas ordinationes facere non ceſſarunt, ipſaſque ſuis ſectatoribus nonniſi cariſſime venditas impenderunt. Unde & malum excommunicationis in tantum propagatum eſt eo tempore, ut Catholici vix ſe ab eorum contagio poſſent illæſos cuſtodire. In Teutonicis partibus quatuor Epiſcopi in Catholica communione perſtiterunt, videlicet Vuirceburgenſis, Pataviensis, Vvormatienſis, Conſtantienſis, ſed & Metenſis Epiſcopus, quorum confortamento reliqui Catholici ſchiſmaticis a principio reſtiterunt.*

(*a*) *Ivo. part.* 14. *c. cap.* 45.

Quod autem ad legationem decretam Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo ab Apoſtolica Sede pertinet, non prætereat illud, quod idem Legatus ad perferendas litteras ad Urbanum Papam uſus eſt nuntio viro magnæ virtutis Eginone, qui poſtea fuit Abbas ſancti Udalrici Auguſtæ Vindelicorum: hic enim fidelis miniſter ſic juſſus mutato monaſtico habitu, in eo miniſterio ſapienter eluſit ſchiſmaticos. Ita teſtatur Udeſcalcus ejus comes peregrinationis, dum res ab eo geſtas enarrat. III.

Synodus Generalis Romæ ſub Urbano.

*Hoc eodem anno* (idem auctor Bertholdus ſic pergit:) *Dominus Papa Urbanus generalem Synodum centum quindecim Epiſcoporum collegit, & Eccleſiaſtica ſtatuta ſuorum prædeceſſorum Apoſtolica auctoritate confirmavit. Guibertus autem hæreſiarches a Romanis turpiter expellitur, & ne amplius Apoſtolicam Sedem invadere præſumat, juramento promittere compellitur. Sed jam aliquantulum diuturna regni diſcordia inter Catholicos & ſchiſmaticos tepeſcere cæpit; ut non jam bellum ad invicem, ſed pacem componere ſanius judicarent. Quapropter Duces & Comites fideles ſancti Petri cum Henrico colloquium habuerunt, eique ſuum conſilium & auxilium ad obtinendum regnum fir-*

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MCXXVII. Anno Hegiræ CCCCLXXXII inchoato die 16. Martii fer. 6. A.C. 1089

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6582.

☉ 6. G. ☽ 7. P. 1. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1089.

URBANI II. PAPÆ 2.

HENRICI IV. REG. 34. IMP. 6.

ALEXII COMNENI IMP. 9.

I. *Synodus Romana I. ſub Urbano II.*

AD num. III. & ſeq. In Synodo Romana prima ſub Urbano II. ſtatuta prædeceſſorum Pontificum confirmata, & *Guibertus* Roma expulſus, uti narrat Baronius ex Bertoldo in Chron. Huc referendum quod Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria ſua ad annum MXCI. habet: *Erant duo, ut in Anglia ferebatur, qui dicebantur Romani Pontifices a ſe invicem diſcordantes, & Eccleſiam Dei inter ſe diviſam poſt ſe trahentes, Urbanus ſcilicet qui primum vocatus Odo fuerat Epiſcopus Oſtienſis, & Clemens, qui VVibertus vocatus fuerat, Archiepiſcopus Ravennenſis. Qua res, ut de aliis mundi*





*firmiſſime promiſerunt, ſi Guibertum hæreſiarcham vellet dimittere, & ad Eccleſiaſticam communionem per Catholicum paſtorem remeare. Quam quidem conditionem nec ipſe multum reſpuit, ſi tamen in hoc ei Principes ſui aſſentiri vellent, videlicet Epiſcopi, qui ſe cum Guiberto deponendos eſſe non dubitaverunt, eo quod in ejus parte ordinationem, immo execrationem perceperunt.*

IV. Alexius Imp. abſolvitur ab Urb. pap.

*Hi ergo penitus hac vice diſſuaſerunt, ne ſanctæ Eccleſiæ reconciliaretur. Dominus Papa Conſtantinopolitanum Imperatorem ab excommunicatione per Legatos ſuos abſolvit. Item litteras Philippi Regis Francorum debitam ei ſubjectionem promittentis ſuſcepit.*

Quam autem ſtrenue ſe geſſerit Conſtantienſis Epiſcopus ab Urbano Apoſtolicæ Sedis Legatus per Germaniam decretus, uno hoc exemplo intelligere potes, quod ſubiicit idem auctor his verbis:

*In Alemannia Otto Comes impudentiſſimus adulter, & pro adulterio a Conſtantienſi Epiſcopo excommunicatus, Dei judicio turpiſſime decollatur a militibus Ludovici Comitis, cujus uxorem publicis nuptiis, eo vivente, ſibi nefandiſſime copulavit. Qui apud monaſterium in prædio ipſius conſtructum a ſuis ſepultus, juſſu Conſtantienſis Epiſcopi eiicitur; & (ut ſcriptum eſt) ad ſepulturam aſini deputatur &c.*

Papa Urban. quæ Bari fecerit.

Sed ad Urbanum Pontificem redeamus, quem autumnali tempore in Apuliam ſe contuliſſe, vetera monimenta docent, invitatum ad recondendum ſancti Nicolai corpus Barim tranſlatum, Barenſemque Epiſcopum conſecrandum, ut ipſius diploma ibi datum oſtendit quod ſic ſe habet:

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimo Fratri Eliæ Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

V. Urbanus ad Eliam Archiep. Barenſem.

*Quia noſtris temporibus Eccleſiam, quam Deo auctore regis, frater chariſſime, Barenſem (quæ & Canuſina dicitur) omnipotens Deus beati Confeſſoris ſui Nicolai corpore viſitare dignatus eſt; nos auctore Deo Apoſtolorum Petri Paulique Vicarii, propter Eccleſiaſtica negotia exequenda, in Apuliæ provinciam deſcendentes, chariſſimorum filiorum Romanæ Eccleſiæ Rogerii Ducis & fratris ejus Boamundi, atque veſtris deprecationibus invitati civitatem veſtram pro beati Confeſſoris Nicolai dilectione præcipua viſitavimus; cum magna undique convenientis populi frequentia, lætitiaque beati Nicolai reliquias in locum parati adyti conferentes, contra morem noſtræ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ te, dilectiſſime frater, in ſede propria conſecravimus, beati Nicolai reverentia, & tui populi dilectione devicti. Te igitur in ſpecialem Romanæ Eccleſiæ filium amplectentes amoris intimi brachiis, tuamque, cui, Deo auctore, præſides, Barenſem (quæ & Canuſina habetur Eccleſia) exaltare, & populum tuum tam temporalibus, quam æternaliter glorificare, largiente Domino, & favente juſtitia, cupientes; confirmamus tibi præſentis paginæ auctoritate integrum Barenſem (qui & Canuſinus eſt) Archiepiſcopatum, ut tu, tuique ſucceſſores, Epiſcopali jure illum regas, diſponas, atque poſſideas, ſalva Romanæ auctoritate Eccleſiæ, quæ inſtituente Domino, Eccleſiarum omnium princeps eſt, cuique ut matri ſumma debet ab univerſis reverentia exhiberi.*

*Abſque præjudicio ergo juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum, ſequentes tenorem, qui noſtrorum continetur privilegiis prædeceſſorum Barenſis ſive Canuſinæ Eccleſiæ poſſeſſiones, ſive diœceſes tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetuo poſſidendas, regendaſque contradimus. Hæ autem ſunt, Canuſia, Biſtictum, Bitontum, Midunium, Juvenatium, Melficta, Rubum, Tranum, Canna, Minervinum, Aqua tecta, Mons meliorus, Lavellum, Rapulva, Melfis, Bitalbis, Salpicuperſanum, Palimarum, ſimul & cætera, quæ intra marini litoris ora ſita eſſe cognoſcuntur. Hæc vero & alia municipia ſive civitates prædictis civitatibus adjacentes, ſive longe poſitæ, ſed ad eas pertinentes confirmamus vobis, & omnes fundos & ca-* VI.



PAGIUS

*di partibus ſileamus, per plures annos Eccleſiam Angliæ intantum occupavit, ut ex quo Gregorius, qui & Hiltibrandus defunctus fuit, nulli loco Papæ uſque ad hoc tempus ſubdi vel obedire voluerit. Sed Urbanum pro Vicario B. Petri Italia Galliaque jam receperat.* Quod vero ſubdit Bertoldus, Urbanum II. per Legatos ſuos Imperatorem Conſtantinop. ab excommunicatione abſolviſſe, commentitium eſt, ipſeque Bertoldus de rebus in Oriente geſtis parum edoctus fuit. Neque enim ullus alius Latinus Hiſtoricus, nec ullus Byzantinus hoc in literas miſit, & Anna Comnena, quæ Alexii Imp. Patris ſui res diligenter perſequitur, quæque Pontificibus Romanis parum æqua fuit, nihil ſimile habet.

II. *Unio Eccleſiæ Barenſis & Canuſinæ ab Urbano II. confirmata.*

A num. V. ad VII. Urbanus II. in Apuliam profectus eſt, ubi Reliquias Sancti Nicolai nuper Barium ex Oriente delatas viſitavit & Eliæ Archiepiſcopo Barenſi *integrum Barenſem, qui & Canuſinus eſt Archiepiſcopatum* confirmavit literis *apud Barum Indict. XIII. Nono Octobris* datis, & a Baronio recitatis. Cum enim anno circiter DCCCXL. *Canuſium*, celebre olim ad Aufidum Fl. oppidum, a Saracenis dirutum fuiſſet, *Angelarius* Canuſinus Epiſcopus a Clero populoque Barenſi in Epiſcopum electus fuit, & paucis poſt annis a Romano Pontifice ſtatutum, ut utrique Sedi deinceps unus præeſſet, qui & Barenſis & Canuſinus diceretur.

Ad

*ſales, una cum caſis & vineis, cum ſervis & ancillis, cum maſſis & maſſaritiis atque molendinis, cum portubus, montibus & pratis, ſimul cum plebibus, ſive Eccleſiis, cum omnibus titulis ſive capellis ſuis, ſimul etiam cum monaſteriis virorum, ſeu feminarum, Græcis aut Latinis, cum univerſis ordinibus Eccleſiaſticis; & quidquid honoris, poſſeſſionis, ſeu dignitatis per legalem largitionem, & juxta conceſſionem antiquitus tenuiſſet, & quidquid juſtitiæ non contradicit, & antiquitus ſuperadditum eſſe probatur, & in futurum juſte poterit Barenſis & Canuſina Eccleſia adipiſci. Atque hujuſmodi privilegia præſenti auctoritatis noſtræ decreto indulgentes; ſtatuimus, nullum Regum, vel Imperatorum, Antiſtitum, nullum quocumque dignitate præditum, vel quemquam alium audere minuere, alienare, ſive ſuis uſibus applicare de iis, quæ eidem Eccleſiæ a quibuſlibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt, vel deinceps, Domino favente, donari contigerit.*

VII. *Præterea fraternitati tuæ pallii uſum ex more concedimus, ut eo inter Miſſarum ſolemnia iis dumtaxat feſtivitatibus utaris, videlicet, Nativitate Domini, S. Stephani, Epiphania, Cœna Domini, Reſurrectione, Aſcenſione, Pentecoſte, Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, Natalitiis Apoſtolorum, & tribus feſtivitatibus S. Mariæ, feſtivitatibus ſanctorum Nicolai & Sabini, feſtivitate omnium Sanctorum, in annuo ordinationis tuæ die in ordinatione Epiſcoporum ſeu cœterorum clericorum, in conſecratione etiam Eccleſiarum, in tranſlatione etiam Domini Confeſſoris Nicolai. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut honor tantæ dignitatis, ſupplementum utique totius ſacerdotalis ordinis, moribus tuis conveniat; & non ſolum exteriori homini tuo decorem præſtet & gratiam, ſed & interiorem quoque multiplici virtute corroboret. Siquidem iſta ſunt pallii, iſta ſunt hujuſmodi indumenti; ut Deum ex toto corde, tota anima, & omni virtute diligas, & proximum tuum ſicut te ipſum. Nam licet ad uſum pallii omnium virtutum ornamenta ſint neceſſaria; inſeparabiliter tamen charitas, quæ omnes ſuperexcedit, hac pollentem dignitate comitari convenit. Ad imitanda igitur omnium bonorum inſtrumenta vita & ſcientia tua ſubditis tuis ſit forma & regula; ut ſi quid in eis ex humana fragilitate reprehenſibile deprehenditur, intuitu ſanctæ converſationis tuæ ad rectitudinem ſinceritatis tuæ corrigatur. Quibus ſic ſtudeas diſpenſationis tuæ jura moderari, ut in corrigendis vitiis & zelo rectitudinis ferveas, & modum temperantiæ non excedas. Et ut multa paucis explicemus, quidquid in ſanctorum Patrum dictis repereris, ad tuam, & eorum qui tibi ſubduntur, utendum cenſeas ædificationem, quatenus documentis tuis inſtructi, atque boni paſtoris veſtigia conſecuti, ad regnum ſummi Paſtoris tecum valeant pertingere, & perpetuæ vitæ felicitatem, Domino annuente, percipere. Amen.* His mox ſubiicitur ſigillum.

*Datum apud Barum per manus Joannis diaconi anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimonono: anno vero Pontificatus Domini Urbani Papæ ſecundo; Indictione decimatertia, nono Octobris.*

VIII. In Apulia autem cum eſſet hoc anno Urbanus Papa, Trojæ Concilium celebravit, ut apparet ex (*a*) Petro diacono in Chronico Caſſinate, cujus Concilii meminit quoque Ivo Carnotenſis Epiſcopus iſtis verbis: (*b*) *Convenit Trojæ in Apulia Concilium Epiſcoporum ferе ſeptuagintaquinque, Abbatum duodecim; in quo actum eſt de conſanguinitatis linea conjugatis; cum nemo tamen dictum ſacramenti impedimentum vellet aſſertione firmare, præceptum eſt, ut Epiſcopi, quorum diœceſani ſunt, eos per congrua ſpacia, trina advocatione conveniant. Tunc ſi duo vel tres viri conſanguinitatem jurejurando firmaverint, vel ipſimet forte confeſſi fuerint, conjugia diſſolvantur. Si vero neutrum contigerit, Epiſcopi eos per baptiſmum, per fidem, per Judicium Chriſti in vera obedientia obteſtentur, quatenus palam faciant, utrum ſe (ſicut fama eſt) conſanguineos recognoſcant. Si negaverint, ſibi ipſis relinquendi ſunt; ita tamen, ut ſi aliud in conſcientia habeant, ſe a liminibus Eccleſiæ, a corpore & ſangine Domini, a Fidelium communione noverint ſegregatos, atque infames effectos, donec ab inceſti facinore deſinant. Si ſe Epiſcoporum judicio ſegregaverint, ſi juvenes*

(*a*) *Chron. Caſ. l.* 1. *c.* 18.
(*b*) *Ivo. part.* 9. *c.* 53.
Concilium Trojanum primum.

PAGIUS III. *Concilium Trojanum anno MCXIII. habitum.*

Ad num. VIII. Baronius unum Concilium *Troianum* in Apulia habitum in duo diſtinxit, quorum alterum hoc anno, alterumque anno MXCIII. celebratum fuerit circa conjugia conſanguineorum diſſolvenda. Verum Labbeus Tom. X. Concil. pag. 475. recte vidit, prioris hujus Synodi Troianæ fundamentum ruinoſum eſſe, quia Petrus Diaconus cap. non VIII. ſed VII. Libri 4. Chronici Caſinenſis, qui in hanc rem citatur, eam ſententiam aperte evertit: *Sequenti tempore*, inquit Petrus Diaconus, *idem Urbanus Papa ad has iterum* (ideoque anno MXCIII.) *deveniens partes, Joannem Cajetanum hujus loci* (nempe Caſinenſis) *a puero Monachum, Diaconum, in Lateranenſi Patriarchio ordinavit. Quo etiam tempore* (anno ſc. MXCIII.) *cum apud Troiam Apuliæ civitatem Synodum celebraret, Abbas noſter quæſtionem de cella Sanctæ Sophiæ intra Beneventum poſuit.* Supereſt hujus Concilii Troiani Fragmentum apud Ivonem Carnotenſem, a Baronio relatum.





*nes ſunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur.* Hactenus quod ſupereſt, ex Concilio Trojano fragmentum. Quod & apud (*a*) Gratianum, & Magiſtrum ſententiarum invenies. Sed jam quæ ſunt reliqua Urbani Papæ anni hujus hic deſcribamus.

(*a*) *c.* 35. *q.* 5. *c.* 4. *Magiſt.* 4. *diſt. c.* 41.

IX. Urbanus Papa jungit Matrimonio Mathildem cum Vvelphone.

Viſum eſt autem eidem Urbano Pontifici, hoc eodem anno, ob publicum Eccleſiæ bonum, Mathildem Comitiſſam invitam licet, jam provectioris ætatis fœminam nuptiis tradere ſtrenuo militi, Eccleſiæ Catholicæ defenſori. Delectus eſt Welpho filius Welphonis Ducis Bajoariæ Azonis Marchionis Ferrarienſis filii; de quibus ſæpe ſuperius. Datur ipſa quidem, verum ita tamen ut numquam voluerit commiſceri viro. Sed audi Bertholdum hæc omnia ob oculos habentem: *In Italia nobiliſſima Dux Mathildis, filia Bonifacii Marchionis, ſed vidua Godefredi Ducis Vvelphoni Duci filio Vvelphoni Ducis conjugio copulatur, & hoc utique non tam pro incontinentia, quam pro Romani Pontificis obedientia videlicet, ut tanto virilius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ contra ſchiſmaticos poſſet ſubvenire.* Subdit, hoc conjugio Henricum Imperatorem valde triſtatum eſſe, eumdemque Ducem terrori fuiſſe ſchiſmaticis. At de continentia Mathildis cum viro iſta habet inferius anno milleſimo nonageſimoquinto: *Vvelpho filius Vvelphonis Ducis Bajoariæ a conjugio dominæ Mathildis ſe penitus ſequeſtravit, aſſerens illam a ſe omnino immunem permanſiſſe; quod ipſa in perpetuum reticuiſſet, ſi non ipſe prior illud ſatis inconſiderate publicaſſet. Unde pater ipſius in Longobardiam nimis irato animo pervenit, & fruſtra diu multumque pro ejuſmodi reconciliatione laboravit. Ipſum etiam Henricum ſibi in adjutorium adſcivit contra dominam Mathildem, ut ipſam bona ſua filio ejus dare compelleret, quamvis nondum illum in maritali opere cognoſceret. Unde diu fruſtra laboratum eſt.* Hæc omnia Bertholdus. Erat autem Mathildis hoc anno Redemptoris jam annos quadragintatres ſuæ ætatis agens, ut ex ſupputatione numeri annorum, quibus vixit, facile colligi poteſt; quem alias ſuperius nos ſubduxiſſe meminimus.

X. Bonizo Epiſc. Martyr.

At de his, qui hoc anno deceſſerunt digni memoria Orthodoxi, & in cœlum a Deo receptis æternæ vitæ prœmia meruerunt, ita Bertholdus: *Bonizo piæ memoriæ Sutrienſis Epiſcopus, ſed inde pro fidelitate S. Petri jamdudum expulſus; tamdem poſt multas captiones, tribulationes, exilia, a Placentinis Catholicis pro Epiſcopo recipitur: ſed a ſchiſmaticis ejuſdem loci, effoſſis oculis, & truncatus omnibus pene membris martyrio coronatur.* Et inferius: *Petrus piæ memoriæ Albanenſis Epiſcopus in cauſa ſancti Petri ferventiſſimus migravit ad Dominum: Hic eſt ille Petrus, qui Petrum Papienſem Florentini Epiſcopatus invaſorem, per judicium ignis ſimoniacum eſſe probavit. Unde & deinceps illum ſancta Eccleſia, Igneum cognominavit.* Et inferius: *Erat enim tantæ ſanctitatis, conſtantiæ & fidei, ut vix aliquis ſui temporis ei potuerit comparari. Hic ergo de hac vita diſcedens magnum mœrorem Catholicis reliquit.*

Petr. Igneus moritur.

XI. Henricus Imp. victus.

Quod vero ad conflictus inter Henricum & Eggebertum Marchionem attinet, male pugnatum ab Henrico narrat, captumque Liemarum Bremenſem Archiepiſcopum, occiſum Burchardum Loſannenſem Epiſcopum & alios, vixque Regem ipſum fuga lapſum, evaſiſſe periculum. De iiſdem quoque agit Dodechinus ad Marianum Scotum. De occiſoribus autem ſchimaticorum excommunicatorum extat Reſcriptum Urbani Papæ ad Godefredum Epiſcopum Lucanum ſeu Lucenſem apud Ivonem his verbis (*a*):

(*a*) *Ivo p.* 10. *c.* 54.

*Excommunicatorum interfectoribus, prout morem ſanctæ Eccleſiæ noſti, ſecundum ipſorum intentionem modum congruæ ſatisfactions injunge. Non enim eos homicidas arbitramur, qui adverſus excommunicatos zelo Catholicæ matris ardentes,*

PAGIUS IV. *Mathildis Comitiſſa nubit Vvelphoni Bajoariæ Duci.*

Ad num. IX. *Catholici in Eccleſia rari habebantur, ſchiſmatici vero multiplicabantur*, inquit Dodechinus Abbas in Continuatione Mariani Scoti ad hunc annum. Quare cum Urbanus II. non dubitaret, quin *Henricus* Imp. in Italiam rediret, & Mathildem Comitiſſam, quæ Eccleſiam Romanam protegebat; ad ſummas anguſtias redigeret, ei ſuaſit, ut Welphonem Juniorem Bavariæ Ducem hujus nominis V. ſibi matrimonio copularet. *Mathildis* jam quadragenaria major, ut Romano Pontifici morem gereret, huic matrimonio conſenſit, ut narrat Baronius ex Bertoldo in Chron.

V. Ad num. X. Martyrium *Bonizonis* primum Sutrienſis, & poſtea Placentini Epiſcopi a Bertoldo in Chron. hoc anno narratum paulo fuſius refert Ughellus Tom. II. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Placentinis: *Cum plura, ærumnoſaque mutaſſet exilia, perveniſſetque Placentiam, ibi a Catholicis ejuſdem Civitatis eſt dictus Epiſcopus, dimicanſque cum impietate ac factioſis ſchiſmaticis, primum eſt carcere maceratus, poſtea truncatus membris atque exoculatus, prope Sanctum Domninum nobili eſt coronatus martyrio ſexto menſe, quam Placentiam Eccleſiam cœperat adminiſtrare, anno MLXXXIX. die XIV. menſis Julii. Ejus ſacrum corpus Cremonam delatum, ibidem exceptum tumulo eſt apud S. Laurentium, ubi hæc ſubjecta carmina inciſa leguntur:*

*Martyrium Bonizonis Epiſcopi Placentini.*

*Nobile depoſitum tibi clara Placentia geſſit*
*Antiſtes Bonizo, Chriſti pro nomine martyr,*
*Septima bis Julii hunc lux collegit in urna.*

De eo, & ejus libris ſupra a nobis actum.

*tes, eorum quoſlibet trucidaſſe contigerit. Ne tamen ejuſdem Eccleſiæ matris diſciplina * deſæviat, tenore quem diximus, pœnitentiam eis injungito congruentem, qua divinæ ſimplicitatis oculos adverſum ſe complacare pervaleant, ſi forte aliquid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio contraxerunt.* Hæc Urbanus.

* deſinat.

XII. Lanfranci obitus. Moritur hoc anno Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis. Vacavit autem ea Eccleſia annis quatuor afflictata nimium per Guillelmum Regem Juniorem; de quibus Edinerus in Anſelmo.

Remanſerunt tanti viri ſcientia & ſanctitate præſtantis aliquot ſcriptorum monimenta, ut quæ ſcripſit contra perfidum Berengarium, & tomus epiſtolarum, index ingenii fertiliſſimi, quarum aliquot ad Annales ſpectantes ſuis locis ſuperius intexuimus. Hic vero duas deſcribemus, datas ad Regem Hiberniæ, quibus ejus Eccleſiæ ſtatus hujus temporis, qualis fuerit, ſignificatur. Quarum prior ſic ſe habet:

XIII. De ſtatu Eccl. Hibern. ex Lanfranc. *Lanfrancus non ſuis meritis, ſed gratia Dei Archiepiſcopus glorioſo Hiberniæ Regi Gothrico ſalutem orationibus.*

*Venerabilem fratrem Coepiſcopum noſtrum Patricium, quem, reverendiſſime fili, excellentia veſtra ad nos conſecrandum tranſmiſit, honeſte ſuſcepimus, debitis officiis ſecundum canonicam inſtitutionem ſancti Spiritus gratia cooperante ſacravimus, ſacratum ad propriam ſedem cum teſtimonio litterarum noſtrarum more anteceſſorum noſtrorum remiſimus. Qui quamvis de gloria veſtra multa nobis bona, multiſque laudibus digna retulit; non ab re tamen credimus eſſe, ſi prædicanda veſtra ſtudia noſtra adhortatione pulſamus. Sicut enim ignis flante vento clarius lucet, & major efficitur; ſic vera virtus veris præconiis pulchrius eniteſcit, & in melius augmentatur. Rogamus igitur, ſicut rogari oportet pretioſum ſanctæ Eccleſiæ filium, quatenus Fidem rectam, ab ipſo Deo & Apoſtolis ejus ſanctis, atque orthodoxis Patribus traditam, cum omni mentis ſinceritate inviolatam teneatis; Fidei congrua opera, in quantum vires ſuppetunt, exhibeatis: ſuperbis auſteram, humilibus placabilem veſtram celſitudinem oſtendatis. In regno veſtro perhibentur homines, ſeu de propria, ſeu de mortuarum uxorum parentela conjuges ducere, alii legitime ſibi copulatas pro arbitrio & voluntate relinquere; nonnulli ſuas aliis dare, & aliorum infanda commutatione recipere. Hæc & ſi qua ſunt alia crimina, propter Deum & animam veſtram in terra poteſtatis veſtræ corrigi jubete; taleſque vos cum divino adjutorio veſtris ſubditis exhibete, & ut amatores boni bona amplius diligant; & appetitores mali pravas actiones nequaquam exercere præſumant. Hoc enim facientes, & diutius cum rerum temporalium felicitate in terra regnabitis, & poſt terrenum regnum ſine fine regnaturi ad cœleſtia regna migrabitis.*

*Plura & prolixius vobis ſcripſiſſem, ſed habetis vobiſcum prædictum Antiſtitem veſtrum, monaſticis inſtitutionibus a pueritia enutritum, ſcientia divinarum litterarum ſtrenuiſſime eruditum, bonorum operum ornamentis, in quantum cognoſci a nobis potuit, decentiſſime adornatum. Quem de anima veſtra ſæpius loquentem ſi intento corde audieritis, audientes ut patri ſpirituali, in his quæ ad Deum pertinet, obedieritis, obedientes ea, quæ vobis ab eo prolata fuerint, in arca pectoris veſtri repoſueritis, ſperamus per miſericordiam Dei, quia neque vos pernicioſe errabitis, neque ſubditos vobis in pri-* XIV.

PAGIUS VI. *Moritur B. Lanfrancus Archiep. Cantuariæ.* A num. XII. ad XVIII. Beatus Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis ann. *Archiepiſcopatus XIX. V. Kalendas Junii, diem clauſit extremum,* inquit Milo Criſpinus, Cantor Beccenſis in ejus Vita in Actis Bollandianis ad diem XXVIII. menſis Maii recitata, ideoque die XXVIII. menſis Maii hujus anni. Sunt tamen qui ejus mortem cum die XXIV. ejuſdem menſis copulant. Ejus Opera a Dacherio evulgata, & in Tomum XVIII. Biblioth. Patrum Edit. Lugdun. tranſlata. Ordericus lib. 8. Lanfranci obitu narrato de Rannulfo Clerico, Flambardo cognominato, quod veluti flamma ardens populum opprimeret, ait: *Hujus conſilio juvenis Rex* (nempe Guillelmus II.) *morientibus Prælatis Eccleſias cum poſſeſſionibus olim ſibi datis invaſit, & tam in Abbatiis cœnobitas, quam in Epiſcopiis Epiſcopales Decanos & Canonicos cuilibet ſatellitum ſuorum ſubegit. Parcam autem ad victum ſuum diſtributionem rerum eis delegabat, & reliquos reditus ſuæ ditioni mancipabat. Sic avaritia Regis in Eccleſia Dei nimis exarſit, & nefarius mos, tunc inceptus uſque in hodiernum diem perſeverans* (ad annum nempe MCXLI. quo Ordericus Hiſtoriam ſuam abſolvit) *multis animabus exitio fit. Hac enim de cauſa cupidus Rex Paſtores Eccleſiis imponere differebat; & populus Rectore, & grex Paſtore carens lupinis dentibus patebat, & multimodarum toxicatis miſſilibus culparum ſauciatus interibat. Princeps itaque nimia cupiditate flagrans ſuo infert ærario largas opes, quas Eccleſiæ Dei gratanter & devote dederunt antiqui Anglorum Reges, Edilbertus ſcilicet, ac Eduinus; Offa quoque ac Athulfus, Elfredus & Edgarius, aliique Principes cum ſuis Optimatibus. Illi nimirum ad fidem noviter converſi Deum fideliter coluerunt, & de ſuis abundantiis monachis & Clericis affluenter largiti ſunt, ut ſpeciales miniſtri ſacræ legis copioſo victu paſti gauderent, Deique cultum abſque ulla recuſatione nocte dieque alacriter peragerent, & in locis conſtitutis celebres excubias Deo indeſinenter exhiberent. Illuc peregrini & viatores ſecuri veniebant, & ibidem per laborem citam repauſationem ſumebant, atque poſt inediam uberem alimoniam ex inſtitutione principali reperiebant.* Hæc cauſa, cur Sedes Cantua-



*privatarum actionum pertinacia ſtare diu permiſeritis. Omnipotens Dominus contra inimicos mentis & corporis baltheo virtutis ſuæ excellentiam veſtram defendat, & poſt longam hujus ſæculi vitam, ad eam, quæ finem non habet, feliciter vos perducat.* Sequitur ordine ejuſdem Lanfranci alia epiſtola ad alium Regem iſto titulo:

XV. *Lanfrancus peccator & indignus ſanctæ Dorobernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, magnifico Hiberniæ Regi Terdelvaco benedictionem cum ſervitio & orationibus.*

*Nullam Deus majorem terris miſericordiam impendit, quam cum pacis ac juſtitiæ amatores ad animarum ſeu corporum gubernacula provehit; & maxime cum bonis Regibus regna hujus mundi regenda committit. Hic namque pax oritur, diſcordia ſopitur, & ut breviter cuncta complectar, Chriſtianæ religionis obſervantia ſtabilitur. Quod populis Hiberniæ divinitus tunc collatum fuiſſe prudens inſpector intelligit, quando omnipotens Deus excellentiæ veſtræ jus regiæ poteſtatis ſuper illam terram conceſſit. Tot enim tantaque bona de magnitudinis veſtræ erga bonos pia humilitate, contra pravos diſtricta ſeveritate, circa omne humanum genus diſcretiſſima æquitate frater & Coepiſcopus noſter Patricius narravit; ut quamvis vos numquam viderimus, tamquam viſos tamen vos diligamus, & tamquam viſis ac bene cognitis vobis ſalubriter conſulere, & ſinceriſſime ſervire cupiamus.*

XVI. *Verum inter multa, que placent, relata nobis ſunt quædam, quæ diſplicent, videlicet quod in regno veſtro quiſque pro arbitrio ſuo legitime ſibi copulatam uxorem, nulla canonica cauſa interveniente, relinquit, & aliam quamlibet, ſeu ſibi, vel relictæ uxori conſanguinitate propinquam, ſive quam alius ſimili improbitate deſeruit, maritali ſeu fornicaria lege, punienda ſub temeritate conjungit. Quod Epiſcopi ab uno Epiſcopo conſecrantur. Quod in villis, vel civitatibus plures ordinantur. Quod infantes baptiſmo ſive chriſmate conſecrato baptizantur, Quod ſacri ordines per pecuniam ab Epiſcopis dantur. Hæc omnia, & ſi qua ſunt ſimilia, contra Evangelicam & Apoſtolicam auctoritatem, contra ſanctorum canonum prohibitionem, contra omnium orthodoxorum Patrum, qui nos præceſſerunt, fieri inſtitutionem, nullus qui ſacras litteras vel mediocriter legit, ignorat. Quæ, quanto in conſpectu Dei, Sanctorumque ejus amplius ſunt horrenda, tanto ſtudioſius veſtris ſunt ſine aliqua dilatione juſſionibus prohibenda, & niſi prohibita corrigantur, diſtrictiſſima terroris veſtri ſeveritate punienda. Nullum enim Deo vel majus, vel gratius munus offerre poteſtis, quam ſi divina & humana debitis legibus gubernare ſtudetis.*

*Memores igitur divini Judicii, quo de commiſſo vobis regno rationem reddituri eſtis Deo, Epiſcopos & religioſos quoſque viros in unum convenire jubete, ſacro eorum conventui præſentiam veſtram cum veſtris optimatibus exhibete, has pravas conſuetudines, omneſque alias, quæ a ſacris legibus improbantur, a regno veſtro exterminare ſtudete, quatenus Rex Regum, & dominus dominantium, cum viderit regiam majeſtatem veſtram præceptis ſuis in omnibus eſſe ſubjectam, ſervis quoque ac fidelibus ſuis pro timore & amore ejus manſuetam, inimicis divinæ religionis divino zelo infeſtam, ipſe quoque vos, veſtroſque fideles clamantes ad ſe propitiatus exaudiat, hoſtes conterat, pacemque vobis in hoc ſæculo ſtabilem, & in futuro vitam æternam concedat.* XVII.

Non prætereundum, quod hoc anno contigiſſe ejuſdem temporis ſcriptor Sigebertus affirmat: nimirum quod lues excreſcens quos pertigit, eoſdem igne ſacro ſive conſumpſit, ſive membris mutilatis deformes reliquit oſtentui; cujus cauſa (aſſeritur in hiſtoria (*a*) Antoniana) frequentiori concurſu crevit cultus ſancti Antonii Magni in provincia Viennenſi, ubi ejus corpus tranſlatum a Jocel- XVIII.

(*a*) *Hiſt. Ant. par.* 2. *c.* 31. 32. 33.

PAGIUS tuarienſis uſque ad annum MXCIII. ſine Pontifice fuerit.

VII. *Ope S. Antonii Magni ſacro igne tacti ſanantur.* Ad num. XVIII. Jam ſæculo integro Reliquiæ *Sancti Antonii Magni* Abbatis in Thebaide, in Galliam aſportatæ fuerant, cum præcipue graſſari ſacer ignis cœpit: *cui miſeriæ,* inquit Aymarus Falco in Hiſtoria ordinis Sancti Antonii part. 2. cap. 31. *horrendæque calamitati præſentaneum atque efficaciſſimum remedium afferre perſpecta eſt devota imploratio patrocinii atque interceſſionis beatiſſimi Antonii. Quapropter Reliquiis ſancti corporis ejuſdem apud Motam* (oppidum non longe ab urbe Viennenſi in Delphinatu poſitum) *honorifice repoſitis non facile dictu eſt quantus illuc populorum concurſus, quantaque mortalium frequentiæ, ex diverſis regionibus conflueret,* &c. *Reliquiis ſancti corporis apud locum, qui prius Mota dicebatur, ut prædictum eſt, repoſitis honorificeque collocatis, concurrentibus undique populis, locus ille apud omnes clarior fieri, longeque illuſtrior haberi cæpit. Unde ſuppreſſa veteri appellatione alteram ſenſim induit. Nam qui antea Motæ vocabatur, ſubinde ob ſuſceptam a divo illo patre illuſtrationem, ſanctus Antonius vulgo cæpit nuncupari, quemadmodum ex publicis locorum maxime vicinorum documentis patenter oſtenditur.* De ordine Sancti Antonii ibidem fundato infra verba faciemus. Hoc vero tempore morbum illum ſæviiſſe, docet Sigebertus in Chronico ad hunc Chriſti annum. Illud etiam in Gallia ſæculo ſequenti ſæviiſſe Sigeberti Continuatores fidem faciunt.

Ad

S. Antonii cultus qua occaſione celebrior.

cellino ex ſtirpe Comitum Pictavienſium oriundo Conſtantinopoli, juſſu Urbani Papæ ab ejus filio Guigone apud Motam ſancti Deſiderii fuerat collocatum, ubi omnes eodem morbo tacti, mirabile dictu, confeſtim ſanabantur. Aucta eſt eo amplius erga ſanctum reverentia, quod ſicut eo morbo ægrotantes ſanari conſueverint, ita ſani in eumdem Sanctum peccantes, ſive perjurio, aliave irrogata in eum blaſphemia vel contumelia, eundem mox experiri ſolerent ultorem, eodemque confeſtim morbo ignis ſacri percuti; quod pavendum cunctis prodigium hactenus perſeverat, adeo ut in proverbium verſum ſit: *In ſanctum Antonium neminem impune peccare*.

XIX. Nicolaus Grammaticus Patriarcha Conſtantinop.

Eodem quoque anno Conſtantinopoli moritur Euſtatius Patriarcha, cum ſediſſet annis tribus: in cujus locum ſubrogatur Nicolaus cognomento Gramaticus, qui tenuit eum annis vigintiſeptem & menſes tres temporibus, quibus imperabat Alexius Comnenus. Hæc ex ſerie Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, quæ extat tomo primo juris Orientalis.

No.

PAGIUS VIII. *Nicolaus Grammaticus fit Patriarcha Conſtantinop.*

Ad num. XIX. *Euſtratius Garida*, non vero Euſtathius, Patriarcha Conſtantinop. *cum eam dignitatem per annos tres uſurpaſſet, ob cauſam non ſatis notam ab Imperatoribus ſacra ade eſt deductus, atque in ejus locum ſuffectus Nicolaus Monachus, cognomento Grammaticus, qui in ſtudio virtutis atate acta, literarum non rudis erat, etſi non inquiſite peritus*, inquit Zonaras in Alexio Comneno. Quare Nicolaus Euſtratio demortuo non ſucceſſit, uti habet Baronius, neque Euſtratius, qui die VII. menſis Maji anni MLXXXI. Pontificatum inierat, ultra annum MLXXXIV. illum rexit; cum Anna Comnena lib. X. tradat, Nicolaum Thronum Patriarchicum aſcendiſſe, *indictione ſeptima anni ſexies milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi ſecundi*. Sed loco, *ſexcenteſimi*, *legendum*, *quingenteſimi*, ut in textu Græco habetur; cumque is annus mundi Eræ Conſtantinopolitanæ Kalendis Septemb. anni Chriſti MLXXXIII auſpicetur, apparet, Zonaram annos tres accurate *Euſtratio Garida* attribuiſſe, huncque anno MLXXXIV. ante menſem Septembrem e Sede Patriarchali dejectum eſſe.

IX. Urbanus II. quem num. I. hoc anno Concilium Romæ celebraſſe diximus, *Terracina* hodiernæ Campaniæ Romanæ oppido, in Siciliam venit, teſte Malaterra lib. 4. cap. 13. eaque trajecta *Troynam* ad *Rogerium* Comitem inviſendum acceſſit, qui ſoluta confeſtim obſidione *Butera*, Pontifici obviam occurrit. *Urbanus* II. eius operam adhibuit ad ſchiſma Græcorum extinguendum, horumque de azymis querelas ſedandas. *Alexius* enim Imp. Latini nominis hoſtem ex profeſſo agebat, & Latinis azymorum uſum interdixerat. Addit Malaterra *Alexium* Concilium Generale apud Conſtantinopolim indixiſſe, ut Græcorum & Latinorum diſſidium diſputatione dirimeretur, Pontifici uno, dimidiatoque anno aſſignato, quo ad illam urbem ſe ſe conferre poſſet; ſed Pontificem hoſtes in Italia nimis urgebant, quam ut profectionem illam inſtituere poſſet. *Buteram* poſteà reverſus *Rogerius* brevi Buterenſes ad deditionem coegit, & paulatim quaſdam arces quæ adhuc in Saracenorum poteſtate erant, ſubegit. Bellum vero quod anno ſuperiori Rogerium inter inter & Boamundum exortum fuerat, induciis diremptum, eæque rurſus anno MXCI. ſacramento confirmatæ, teſte Lupo Protoſpata in Chron.

*Alexius Imp. uſum azimorum Latinis interdicit.*



I. Concilium Toloſanum.

Nonageſimus poſt milleſimum ſequitur annus, Indict. tertiadecima inchoatus, quo agente Urbano Papa per Legatos, Toloſana Synodus ex Galliarum Epiſcopis celebratur; de qua iſta Bertholdus ejus temporis auctor hoc anno: *Dominus Papa Urbanus generalem Synodum cum Epiſcopis diverſarum provinciarum per legatos ſuos in Toloſana civitate circa Pentecoſten collegit, ibique multa in Eccleſiaſticis cauſis quæ corrigenda erant, correxit. In qua Synodo Toloſanus Epiſcopus de illatis criminibus canonice expurgatur, & legatio pro reſtauranda Chriſtianitate in Toletana civitate, Rege Hiſpanorum ſupplicante deſtinatur*. Hæc ipſe. Inſuper & per alium Apoſtolicæ Sedis Legatum, nempe Patavienſem Epiſcopum, in Bajoaria, prævalentibus Catholicis, ordinatus eſt Catholicus Archiepiſcopus Salzburgenſis, ut idem auctor affirmat.



PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MCXXVIII. Anno Hegiræ CDLXXXIII. inchoato die 6. Martii fer. 1. A.C. 1090

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6583.

☉ 7. F. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 31.

JESU CHRISTI 1090.

URBANI II. PAPÆ 3.

HENRICI IV. REG. 35. IMP. 7.

ALEXII COMNENI IMP. 10.

I. *Mezquita Toletana in Eccleſiam converſa.*

Ad num. I. Bertoldus in Chron. refert *Toloſa* habitam Synodum, in qua *Legatio pro reſtauranda Chriſtianitate in Toletana civitate, Rege Hiſpanorum ſupplicante* (nempe Alphonſo VI.) *deſtinatur*. Illuſtrant hanc Synodum quæ habet Rodericus Toletanus lib. 6. cap. 25. quæ hic ſummarie referam. *Quia adhuc litera Gothica & tranſlatio pſalterii & officium miſſa inſtitutum ab Iſidoro & Leandro Pontificibus, quod cum tranſlatione & littera dicitur Toletanum, per totam Hiſpaniam ſervabantur, ad inſtantiam uxoris ſua Regina Conſtantia, qua erat de partibus Galliarum, miſit Romam ad Gregorium Papam VII. ut in Hiſpaniis omiſſo Toletano, Romanum ſeu Gallicanum officium ſervaretur*. Cum vero Alphonſus Rex ad partes Legionis iviſſet, *Bernardus* Archiepiſcopus Toletanus electus aſcitis militibus Chriſtianis majorem *Mezquitam* ingreſſus eſt Toletanam, ibique erexit altaria fidei Chriſtianæ; ſed cum *Alphonſus* Rex cum Sarracenis pacem firmaſſet de Mezquita, Toletum venit proponens, *Bernardum* & Reginam *Conſtantiam*, qua hortante id factum fuerat, incendio concremare; quod cum Saraceni Toleti commorantes accepiſſent, Regi obviam exierunt, & ab eo petierunt, ut eiſdem parceret, ne poſt ejus mortem male ipſi haberentur. Quibus auditis Rex valde gaviſus eſt, & urbem Regiam ingreſſus, *omnia pacifice pertractavit*.

II. *Officium Romanum in Hiſpaniis receptum.*

Tum cap. 26. Bernardus, inquit, ab Urbano II. Primas inſtitutus Hiſpaniarum, Roma relicta, *Per Toloſam rediens, ibidem cum Epiſcopis Gothica Gallia & Narbonenſi Archiepiſcopo Concilium celebravit. Ideo per Pyrenæum in Hiſpanias tranſiens omnium Eccleſiarum Hiſpania curam geſſit, & ſtatuto die, in feſto ſcilicet ſanctorum Criſpini & Criſpiniani, VIII. Kalend. Novemb. in honore B. Maria ſemper virginis, & BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancta Crucis, & B. Stephani Protomartyris, Toletanam Eccleſiam convocatis Epiſcopis dedicavit*. Verum quia Ricardus Abbas S. Victoris Maſſilienſis, & Sanctæ Sedis Legatus *ſe gerebat in aliquibus minus caute* legatione privatus, *fuit ab Urbano ſummo Pontifice revocatus*. [1] Verum ante revocationem Clerus & populus totius Hiſpaniæ turbatur, eo quod Gallicanum Officium ſuſcipere a Legato & Principe cogebantur. Ad hoc ultimo res pervenit, militari pertinacia decernente, ut hæc diſſenſio duelli certamine ſedaretur; cumque miles Officii Toletani victor extitiſſet, Rex a propoſito non diſceſſit, demumque placuit, ut liber Officii Toletani, & liber Officii Gallicani in magna ignis congerie ponerentur, & licet liber Officii Toletani illæſus in igne manſerit, Rex tamen præcepit, ut Gallicanum Officium in omnibus Regni ſui finibus ſervaretur: tuncque natum proverbium: *quo volunt Reges, vadunt leges*; ex tunc etiam Gallicanum Officium nunquam antea ſuſceptum, fuit in Hiſpaniis obſervatum, *licet in aliquibus monaſteriis fuerit aliquanto tempore cuſtoditum, & etiam tranſlatio pſalterii in plurimis Eccleſiis cathedralibus & monaſteriis adhuc hodie recitatur*. Ita Rodericus. Imo Toleti in antiquis Eccleſiis, quæ Mozarabum fuerunt, ſtatis anni diebus res Divina Gothico ritu etiam hodie peragitur. Porro *Ricardus* Maſſilienſis Abbas anno ſequenti *III. Nonas Octob.* adhuc in Hiſpaniis erat, ut liquet ex Charta a Baluzio in Appendice Marcæ Hiſpanicæ pag. 1192. recitata, in qua tamen legitur; *Ricardus Cardinalis, qui eſt Ab-*



NOTÆ

[1] Pertinet ad hunc annum diploma quoddam Alphonſi VI. Hiſpaniarum Imperatoris, quo offert Altari ſancti Petri Romæ monaſterium Toletanum S. Servandi, cujus regimen abbati Maſſilienſi ſubmittit, licet enim in inſcriptione æræ mendum aliquod in charta illam irrepſerit, ex aliis tamen temporis characteribus certus ejus annus eruitur. Primo enim Bernardus Toletanæ Sedis jam archiepiſcopatum tenebat, quod nonniſi poſt annum 1089. contigit. Secundo data eſt charta illa V. Id. Martii concurrente feria prima, quod cum hoc anno quadrat. Porro inter ſubſcriptiones hujus chartæ prima occurrit Conſtantia regina, ex quo intelligimus ad hunc annum quin & ad annum 1094. ut ex alia charta, vitam produxiſſe. Inſuper legitur Gomes Auchenſis Epiſcopus, qui in alia charta ſignata anno æræ 1132. nempe anno Chriſti 1094. ſeſe ita ſubſcribit: *Gomes Burgenſis Epiſc.* Ex quo inferas Auchenſis Epiſcopatus in Burgenſem tranſlationem ſerius quam anno 1074. conſignari oportere; nempe intra annum 1090. & 1094. Denique nomen primi Burgenſis Epiſcopi poſt tranſlationem Epiſcopatus Auchenſis non Scemeno, ſed Gomes fuit. Vet. Monum. to. I. col. 546. MANSI

II. Rogerius Dux Vaſſallus S. R. E. inveſtitur

Adhuc etiam & ab ipſo Urbano hoc anno Synodus Melfi in Apulia celebrata eſt, ut teſtatur Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus in ſuo Chronico, dum ait: *Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo, Indictione decimatertia, menſe Septembris, Urbanus Papa Synodum celebravit in civitate Melfiæ, in qua Rogerius Dux ligius ejus homo effectus, promiſit jurejurando ſe ſervaturum fidem Romanæ Eccleſiæ, & eidem Papæ, ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus. Accepit per vexillum ab eo terram cum Ducatus honore.* Hæc Romualdus. Quæ autem in eadem Synodo ſancita fuerint, codex Antonii Auguſtini, & vaticanus his verbis docent: *Ex Synodo Urbani Papæ apud Melfiam.*

III. Quæ ſint acta in Concilio Melfitano. * f. impenſo.

*1. Sanctorum Patrum ſententiis conſona ſentientes, Dei & Apoſtolorum ejus parte præcipimus, ne quis ulterius dato vel promiſſo, vel pretio, vel ſervitio ea intentione * intento, vel precibus Epiſcopalem nitatur aſſequi dignitatem, nec ullus eam prætaxato tenore indulgeat. Hoc idem etiam de omni Eccleſiaſtica dignitate vel officio, Apoſtolicæ poteſtatis auctoritate præfigimus; alias & dator & acceptor proprii ordinis dignitate privetur. Epiſcopus omnia ſui Epiſcopatus membra, videlicet Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanias vel alias Præpoſituras Eccleſiæ, ſive canonicas gratis abſque omni venalitate diſponat, præbendas etiam quæ canonicatus dicuntur, ſine venalitate diſtribuat. Quiſquis autem ea pretio dederit, quisquis acceperit depoſitioni ſubjaceat, ut unica tunica Domini noſtri ſponſæ ſine macula aut ruga permaneat.*

*2 Sacrorum canonum inſtituta renovantes, præcipimus, ut a tempore ſubdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere. Quod ſi deprehenſus fuerit, ordinis ſui periculum ſubſtinebit.*

*3 Nemo præterea ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ ſit caſtitatis, & qui uſque ad ſubdiaconatum unicam & virginem uxorem habuerit.* IV.

*4 Igitur ut hæc, annuente Domino, valeant conſervari, ſanctorum Patrum decretis obſecundantes, & eorum præcepta Apoſtolico moderamine temperantes conſtituimus, ut nemo ante annos quindecim, aut quatuordecim ſubdiaconus ordinetur, nemo ante annos vigintiquinque vel vigintiquatuor diaconus fiat, nemo ante trigeſimum in presbyterum conſecretur.*

*5. Nullus laicus decimas ſuas, aut Eccleſiam, aut quidquid Eccleſiaſtici juris eſt, ſine conſenſu Epiſcopi, vel Romani conceſſione Pontificis monaſteriis, aut canonicis offerre præſumat. Quod ſi quis Epiſcopus improbitatis & avaritiæ cauſa conſentire noluerit, Romano Pontifici nuntietur, & cum ejus licentia quod offerendum eſt, offerat.*

*6. Nullus Abbas, nullus Eccleſiarum præpoſitus quæ juris ſunt Eccleſiaſtici, accipere ſine Epiſcopi conceſſione præſumat.* 1. q. 2. c. 5.

*7. Nullus Abbas pretium exigere ab eis, qui ad converſionem veniunt, aliqua placiti occaſione præſumat.*

*8. Illud ſummopere & Apoſtolicæ auctoritatis privilegio prohibentes interdicimus, ut nullus in Clericali ordine conſtitutus, nullus monachus, Epiſcopatus aut Ab-*

PAGIUS *bas ſancti Victoris Maſſilienſis*, qui ideo Sedis Apoſtolicæ Legatus amplius non erat. [1]

III. *Concilium Melphitanum.*

A num. II. ad VIII. Bollandus ad diem IX. menſis Februarii in Vita *Sancti Sabini* Epiſcopi Canuſini circa annum DLXVI. demortui, ac in Notis ad Hiſtoriam ejus Inventionis, a Joanne Archidiacono Barenſi ſcriptam, Labbeus Tom. X. Concil. aliique jam obſervarunt, Concilium *Melphitanum* ad ſuperiorem Chriſti annum pertinere; neque id in dubium revocari poteſt; cum Joannes Romanæ Eccleſiæ Diaconus & Cancellarius in Epiſtola ad Abbatem Moliſmenſem, a Labbeo ibidem pag. 479. recitata ſcribat: *Dominus Urbanus Papa pracepit in eodem Concilio Melphitano, ut qua uſque ad illud Concilium per Principes data monaſteriis fuerant, firma, & integra permanerent. De catero Abbates ab acquiſitione hujuſmodi abſtinerent. Hoc ſane Concilium Melphitanum celebratum eſt anno dominica Incarnat. MLXXXIX. Porro per hujuſmodi temperamentum & Abbates ab Eccleſiarum invaſionibus ceſſaverunt, & Epiſcopi non omnino ſpoliare monaſteria voluerunt. Plures enim inter eos querela ſic poſtea in noſtra Romana Eccleſia definita ſunt. Qua autem ſcribimus, praſentes nos, & audiſſe & vidiſſe noſcatis.* Ad hæc Lupus Protoſpata ait: *Anno MLXXXIX. facta eſt Synodus omnium Apulienſium, Calabrorum ac Brutiorum Epiſcoporum in civitate Melfia, ubi adfuit etiam Dux Rogerius cum univerſis Comitibus Apulia ac Calabria & aliarum provinciarum, in qua ſtatutum eſt, ut ſancta Trevia* (ideſt Tregua Dei) *retineretur ab omnibus ſubjectis.* Subdit Lupus, Urbanum II. veniſſe *Barium*, & ibi

NOTÆ [1] HAnc Richardi remotionem a gerendo munere legati apoſtolici brevem fuiſſe oportet, nam eodem Urbano adhuc ſuperſtite; anno 1096. Apoſtolici legati per Gallias munere fungebatur ut diſerte explicat charta quædam judicii inter Maſſilienſes, & Pſalmodienſes Septimaniæ Monachos vulgata Vet. Monum. tom. I. col. 558. Neque inſuper ita certa eſt Pagii conjectura, reputantis Richardum anno ſequenti dignitate legati jam caruiſſe, cum cardinalem ſe abbatem Maſſilienſem non legatum in ſubſcriptione chartæ Baluzianæ dixerit. Nam etiam in Diplomate Alphonſi, de quo in Nota ſuperiori, Cardinalis & Abbas tantummodo non legatus dicitur; quamvis legatione tunc certiſſime fungeretur. MANSI



*Abbatiæ, aut cujuslibet Eccleſiaſticæ dignitatis inveſtituram de manu laici ſuſcipere audeat. Quod ſi præſumpſerit, depoſitione mulctetur.*

V.

*9. Quia novum hoc tempore clericorum Acephalorum genus emerſit, qui morantur in curiis, & viris & feminis ad ſui ordinis dedecus ſubditi, cum in canonibus cautum ſit, ne quis ſine licentia Epiſcopi clericus, nec Epiſcopus ſine Metropolitano curiam, adeat præcipiendo præcipimus, & prohibentes prohibemus, ne quis retineat hujuſmodi. Sed proceres ab Epiſcopis animarum ſuarum * procures clericos * poſtularet, ſi Epiſcopi juſſione pro tempore ac viciſſim in curiis converſentur. Ipſis itaque omnino interdicimus, ne * decimis procerum ſine conceſſione ſui Epiſcopi abutantur.*

* f. procurent * f. poſtulare * f. ne clericis proceres

*10. Præterea conſtituimus, ne quis Epiſcopus, aut Primas monachum quemlibet vagantem in ſua diœceſi, provinciave retineat, niſi Abbatis proprii fuerit litteris regulariter commendatus.*

VI.

*11. Ne gravamen aliquod ſancta patiatur Eccleſia, nullum jus laicis in clericos eſſe volumus & cenſemus. Unde cavendum eſt, ne ſervilis conditionis, aut civilium officiorum obnoxii ab Epiſcopis promoveantur in Clerum. Neque liceat laicis exactionem aliquam pro Eccleſiæ beneficiis, aut paternis maternisve facultatibus quærere. Quod ſi forte clericorum aliquis cujuſlibet laici poſſeſſionibus uſus fuerit, aut vicarium, qui debitum reddat, inveniat, aut poſſeſſione cadat, ne gravamen Eccleſiæ inferatur.*

Diſt. 32. c. 1.

*12. Porro eos qui in ſubdiaconatu uxoribus vacare voluerint, ab omni ſacro ordine removemus, officio atque beneficio Eccleſiæ carere decernimus. Quod ſi ab Epiſcopo commoniti non ſe correxerint; Principibus licentiam indulgemus, ut eorum fœminas mancipent ſervituti. Si vero Epiſcopi conſenſerint eorum pravitatibus, ipſi officii interdictione mulctentur.*

*13. Utque omnia ſcandala, omneſque occaſiones laicis ſubtrahantur; ſciſſis veſtibus clericos abuti ulterius prohibemus,*



*& ne pompoſis induantur exuviis admonemus. Penſandum eſt namque quantum viris flagitii adſcribatur, a quibus curam paſtor Eccleſiæ exigit, & feminas prohibere, dicens: Non in veſte pretioſa, quam Dominus ipſe vituperans, nobiſque cavendum inſinuans, ait: Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.*

*14. Presbyterorum filios a ſacris altaris miniſteriis removendos cernimus, niſi aut in cœnobiis, aut in canonicis religioſe probati fuerint converſati.*

*15. A ſuis Epiſcopis excommunicatos ab aliis recipi magnopere prohibemus.*

*16 Sane quia inter cætera unum eſt quod maxime ſanctam perturbat Eccleſiam, falſæ videlicet pœnitentiæ: Confratres noſtros Epiſcopos & presbyteros admonemus, ne falſis pœnitentiis laicorum animas decipi, & in infernum protrahi patiantur. Falſam pœnitentiam eſſe conſtat, cum ſpretis pluribus, de uno ſolo peccato pœnitentia agitur. Aut cum ſic agitur de uno, ut non diſcedatur ab alio* peccato ſcilicet. *Unde ſcriptum eſt: (a) Qui totum legem ſervaverit, offendit autem in uno, factus eſt omnium reus, ſcilicet quantum ad vitam æternam. Sicut enim ſi peccatis eſſet omnibus involutus; ita ſi in uno tantum maneat, vitæ æternæ januam non intrabit. Falſa fit pœnitentia, cum penitus ab officio curiali vel negotiali non recedit, quæ ſine peccatis agi ulla ratione non prævalet; aut ſi odium in corde geſtet; aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat; aut ſi non offenderit, offenſus non indulgeat; aut ſi arma quis contra juſtitiam gerat.* Hucuſque canones Concilii Melfitani ex codice Antonii Auguſtini, collatione facta cum codice Vaticano. Porro abſoluto eodem Concilio Melfitano, Urbanus Papa magna inſtantia invitatus eſt a Boamundo filio Roberti Guiſcardi venire Barim. Cui cum conſenſiſſet; conſecravit illic Eliam Barenſem Archiepiſcopum. Conſtant hæc ex ſcripto Joannis ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconi, quod inferius ſuo loco deſcriptum invenies. VII. (a) Jac. 2.



PAGIUS & ibi conſecraſſe *confeſſionem ſancti Nicolai*, & Heliam Archiepiſcopum ordinaſſe. Ipſemet autem Baronius anno ſuperiori num. V. & ſeqq. refert Reſcriptum conſecrationis Heliæ, recteque cum illo Chriſti anno illigat, & tamen hoc anno num. VII. ait, abſoluto Concilio Melphitano Urbanum II. Barium veniſſe, & illic Heliam Barenſem Archiepiſcopum conſecraſſe. Quare nonniſi anno ſuperiori celebrato jam Concilio Melphitano *Helias* ordinatus eſt Archiepiſcopus Barenſis, quod & Joannes Archidiaconus Barenſis teſtis oculatus teſtatur apud Baronium anno MXCI. num. XIX.

IV. Denique Labbeus citatus auctor, eſt in Codice MS. Romano hæc verba Canonibus Melphitanis præfigi; *Anno dominica Incarnation. MLXXXVIIII. Pontificatus Domini Urbani Papa II. indict. XII. IV. Idus Septembr. congregata eſt apud Melphiam Apulia urbem ejus juſſu Synodus Epiſcoporum LXX. Abbatum XII.* Hæc porro epigraphe eo tempore ſcripta, quo jam Romæ indictio a menſe Januario initium ſumebat. Romualdus quidem Salernitanus Archiep. in ſuo Chronico a Baronio laudato, ait: *Anno Dominica Incarnat. MXC. indictione XIII. menſe Septemb. Urbanus Papa Synodum celebravit in civitate Melfia*, &c. Verum ex indictione XIII. quæ menſe Septemb. ſuperioris Chriſti anni in curſu erat, corrigendus error, qui in annum Incarnationis irrepſit. Canones in hoc Concilio conditi apud Baronium legendi. *Anno ſuperiori habitum*

VIII. Hoc pariter anno illuſtres Confeſſores
Catholicorum propugnatores ex hac vita
migraſſe Herimannum Metenſem Epiſco-
pum, & Adalberonem Vvirceburgenſem
Antiſtitem, Bertholdus affirmat; Egge-
bertum Marchionem, necnon Bertholdum
Ducem pariter ex humanis ſublatos ſtre-
nuos propugnatores Catholicorum idem
aſſerit. Unde patuit via, ut Henricus Im-
perator in Italiam denuo ſe conferret ad-
verſus Mathildem. Ita collabentibus in
Germania rebus Catholicorum, data eſt
occaſio Valtramo Epiſcopo Magdebur-
genſi ſcribendi litteras ad Ludovicum
Comitem . . . . . quibus hortatus eſt eum,
ut deficiens a Catholicis Henrico Regi in-
hæreret. Recitat eas Dodechinus in
Appendice ad Marianum, ſimulque ad-
verſarias ei redditas, quibus ſcite pru-
denterque eadem cauſa diſſeritur; qua-
rum in primis quæ data eſt a Valtra-
mo Magdeburgenſi Epiſcopo, ſic ſe ha-
bet:

IX. Epiſtola Vvaltrami Schiſmatici.
*Valtramus Dei gratia id quod eſt, Lu-*
*dovico ſereniſſimo Principi cum inſtantia*
*orationum ſemetipſum ad omnia devotiſ-*
*ſimum.*

*Omni regno utilis eſt concordia, deſi-*
*derabilis eſt juſtitia: hæc enim virtus ma-*
*ter eſt probitatis, & conſervatio totius*
*honeſtatis. Qui autem inteſtina graſſan-*
*do diſſenſione, ad humani ſanguinis alios*
*irritat effuſionem; profecto vir ſanguinum*
*eſt, atque illius particeps, qui noſtrum*
*ſanguinem ſitiens ſemper circuit quærens*
*quem devoret. Tu igitur glorioſiſſi-*
(a) 1. Cor. 14. *me Princeps, attendens quomodo (a)*
*Deus pacis eſt, & non diſſenſionis; quod*
*ex te eſt, pacem cum omnibus habeas.*
*Deus charitas eſt, diabolus odium. Tota*
(b) Matth. 12. *lex (b) & Prophetæ in dilectione pen-*
*dent. Qui autem (c) odit fratrem ſuum,*
(c) 1. Joan. 3. *homicida eſt, nec habet partem in Chri-*
*ſti regno & Dei.*

X. *Hoc ipſa Veritas, hoc Diſcipulus il-*
*le Veritatis proteſtatur, qui de pecto-*
*re Dominico Evangelii profundius pota-*
*tus veritatem, fluminis impetu lætificat*
*abundantius civitatem Dei. Sed ille,*
*vas electionis, qui uſque ad tertium cœ-*
*lum raptus, non ſecundum hominem, ſed*
*per revelationem JESU Chriſti Evange-*
*lium ſuum didicit: Omnis,* inquit, *(d)* (d) Rom. 13.
*anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita*
*ſit: non enim eſt poteſtas, niſi a Deo. Qui*
*autem reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi*
*reſiſtit. Sicut amici noſtri inter mulier-*
*culas & ſimplex vulgus ſomniant, regiæ*
*poteſtati ſubdi non oportere; falſum eſt*
*ergo, quod omnem animam poteſtati ſub-*
*di oporteat. Sed nunquid Veritas men-*
*dacii arguenda eſt? An experimentum*
*quærimus ejus qui in Apoſtolo loquebatur*
*Chriſtus? an æmulamur Dominum? Num-*
*quid (e) fortiores illo ſumus? Fortiorem* (e) 1. Cor. 10.
*ſe confidit, qui Dei ordinationi reſiſtit,*
*quoniam non eſt poteſtas niſi a Deo. Sed*
*quid ait Propheta? (f) Confundantur* (f) Iſa. 41.
*omnes, qui pugnant adverſum te Domi-*
*ne. Et (g) Peribunt viri qui reſiſtunt* (g) Ibidem
*tibi. Rodulphus, Hildebrandus, Egge-*
*bertus, & innumeri Principes Dei ordina-*
*tioni in Henrico Imperatore reſtiterunt:*
*& ecce quaſi non fuerint, perierunt, quia*
*profecto neceſſe eſt, malum fuiſſe prin-*
*cipium, quorum finis peſſimus ſubſecu-*
*tus eſt.*

*Nunc ergo quoniam, qui ex adverſa* XI.
*ſunt parte, ſuis adverſum nos eminus di-*
*gladiantur ratiocinationibus, veſtro judi-*
*cio, ubi jus, vel etiam in veſtro judi-*
*cio conſeramus, domicilio tantum non ſuo*
*uſuario, ſed Chriſti, & antiquorum Pa-*
*trum utamur teſtimonio. Ac ne forte*
*recuſetur: Lex hujus eſto certaminis, vel*
*me in populorum tranſire ſententiam, vel*
*ex noſtro triumpho vos domino noſtro Im-*
*peratori lucrifaciamus. Attendatur & il-*
*lud: (h) Si quis aliter evangelizat, præ-* (h) Gal. 1.
*ter quod evangelizatum eſt vobis, ana-*
*thema ſit. Hoc anathema non de profanæ*
*vanitatis uſuario, ſed de tertio intonuit*
*cœlo. De iſtis autem qui ignorantes (i)* (i) Rom. 10.
*Dei juſtitiam, & quærentes ſuam ſtatuere,*
*juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti, fiduciali-*
*ter dixerim: (k) Maledicent illi, & tu* (k) Pſ. 108.
*bene-*

PAGIUS V. *Tranſlatio S. Clementis Metenſis Epiſcopi primi.*
Ad num. VIII. Hoc anno *Herimannus* Epi-
ſcopus Metenſis levato e terra corpore *Sancti*
*Clementis* primi ejuſdem civitatis Epiſcopi il-
luc a Clemente Papa miſſi, in Eccleſiam in
monaſterio Sancti Felicis, ubi antea jacebat,
ſitam, tranſtulit, & ab hoc tempore ea Ab-
batia non Sancti *Felicis*, ut antea, ſed *ſancti*
*Clementis* vocata fuit, quod nomen etiamnum
retinet. Meuriſſius lib. 3. Epiſc. Metenſium
rei geſtæ Acta refert, in quibus dicitur, Trans-
lationem *VI. Nonas Maii* peractam eſſe, in
iiſque legitur: *Anno Incarnati Verbi MXC. in-*
*dict. XIII. regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto,*
*imperante Henrico tertio, Cæſare Romanorum*
*nobiliſſimo, Monarchiam autem regni tenente*
*Duce Theoderico* (idest, Principatum Lotharin-
giæ, cujus Theodoricus Dux erat) *Comite*
*Folmaro, Judice Burchardo, cum Regnum &*
*Sacerdotium a ſe invicem diſſiderent, & idcir-*
*co tam mundana quam Eccleſiaſtica miſerabili-*
*ter fluctuarent, B. Clementis primi noſtri Paſto-*
*ris pia conſolatione, nos peccatores & afflictos*
*cœleſtis benignitas recreavit,* &c. Refert poſtea
Herimannus varia bona & Privilegia a ſe mo-
naſterio Sancti Clementis conceſſa.

Hugo Flaviniacenſis in Chron. Virdunenſi VI. *Obitus Herimanni Metenſis Epiſcopi.*
narrata hac Tranſlatione, quam ſancte Heri-
mannus paucos poſtea poſt dies, nempe IV.
Nonas Maii, obierit, ſubdit: *Infirmitas,* in-
quit, *licet gravis dignitatem vultus & oris*
*conſtantiam mentis in ipſo turbare non potuit.*
*Cum omnibus prædicaret publice, non tacebat*
*in domino ſuo confiſus de vitandis Simoniacorum*
*& Nicolaitarum ſacrificiis, exponens Nicolaum*
*ideo ſecundum B. Auguſtinum ab Apoſtolis hæ-*
*reticum judicatum, quia in ordine diaconatus*
*eum,*



*benedices, qui inſurgunt in me, confun-*
*dantur. Servus autem tuus lætabitur;*
*quoniam, ut ait Dominus, ſine me nihil*
*poteſtis facere, nec damnas juſtum cum*
*judicabitur illi. Tu quis es, qui judicas*
*alienum ſervum? ſuo Domino ſtat, aut*
*cadit.* Hucuſque litteræ Valtrami, quem
noſtri ſæculi Politici ſtatuant ſibi ſui
ipſorum dogmatis auctorem & defen-
ſorem.

XII. *Has ſane litteras* (pergit Dodechinus)
*prædictus Comes Ludovicus ſuſcipiens,*
*vocato ad ſe venarabili Stephano (qui*
*& Herrandus) Halverſtadenſi Epiſcopo*
*eas tradidit legendas; rogavitque eum,*
*quatenus his diligenti examinatione per-*
*ſpectis, juxta rationem veritatis congrua*
(a) Rom. 3. *obviaret reſponſione, & lingua (a) blaſphe-*
*mantis, os quoque iniqua proferentis con-*
*tra juſtitiam auctoritate ſancti Spiritus,*
*& teſtimonio Scripturarum obſtrueret, ne*
*amplius contra Eccleſiam Dei latratus*
*proferret inſanos, & fureret. Venerabi-*
*lis autem Epiſcopus ſecundum petitionem*
*Comitis ſuſceptis litteris, ac diligenti*
*examinatione perſpectis; vocato Notario,*
*epiſtolam dictavit, in qua primum Val-*
*tramum Epiſcopum hæreticum, ſimoniacum*
*redarguit, Regem etiam Henricum hære-*
*ticum & excommunicatum, ideoque nec*
*Regem dicendum comprobavit, Epiſcopa-*
*tus pro pecunia, pro gladio, pro adulte-*
*rio, pro Sodomitica immunditia venden-*
*tem declaravit. Sed ipſius jam epiſtolæ*
*textus exponatur, ut illius venerabi-*
*lis viri fervor in teuore juſtitiæ agnoſ-*
*catur.*

XIII. Epiſt. Ludov. Comitis contra Valtramum ſchiſmatic.
*Comes Ludovicus domino Valtramo,*
*quidquid tali vocabulo dignum eſt.*

*Sicut bonus homo de bono theſauro cor-*
*dis ſui profert bonum; ita malus homo de*
*malo theſauro profert malum. Unde tibi*
*tanta arrogantia, ut me ad indigna-*
*tionem tam injurioſis injuriis provocares?*
*Etenim dominos & patres meos, qui me in*
*via juſtitiæ confortant, viros ſanguinum,*
*ſimiles ſatanæ oblique appellas, & moni-*
*ta ſalutis, quæ ſuggerunt, inter mulier-*
*culas ſimplex vulgus ſomniare dicis. Num-*
*quid Deus indiget tuo judicio, ut pro il-*
*lo loquaris dolos? Docuit iniquitas os*
*tuum, & imitaris linguam blaſpheman-*
*tium, ita ut recte de te dicat Propheta:*
*(b) Noluit intelligere, ut bene ageret,* (b) Pſ. 35.
*iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.*
*Quamvis ergo quantum perverſus, tantum*
*perverſa locutus ſis; nos tamen ori no-*
*ſtro cuſtodiam ponere decrevimus, & ſi-*
*luimus, cum (c) conſiſteret peccator ad-* (c) Pſ. 38.
*verſum nos. Sed excitat nos ſermo divi-*
*nus, dicens: (d) Reſponde ſtulto ſecun-* (d) Prov. 26.
*dum ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens vi-*
*deatur. Numquid enim fatuitas perſona-*
*bit, & ſapientia obmuteſcet? Numquid*
*loquetur mendacium, & veritas ſilebit?*
*Numquid tenebræ operient terram, &*
*Dominus non orietur? Immo lux in tene-*
*bris (e) lucet, & tenebræ eam non com-* (e) Joan. 1.
*prehenderunt. Qua conſideratione conca-*
*luit cor noſtrum, (f) & in meditatione* (f) Cant. 2.
*noſtra exarſit ignis. Loquimur igitur &*
*clamamus, vulpeſque parvulas, quæ vi-*
*neas Domini demoliuntur, quantum poſſu-*
*mus, arcemus, timentes prophetiam il-*
*lam exprobrantem: (g) Non aſcendiſtis* (g) Ezech. 3.
*ex adverſo, nec oppoſuiſtis murum pro do-*
*mo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die*
*Domini. Audiant, non tu qui (h) aures* (h) Pſ. 113.
*habes, & non audis, qui oculos habes,*
*& non vides, qui lumen quod in te eſt,*
*tenebras feciſti: audiant, inquam, omnes*
*cordati, qui aures audiendi habent; quam*
*alte aut non intelligas, aut intellige-*
*re diſſimules, (i) neque quid loquaris,* (i) 1. Tim. 1.
*neque de quibus affirmes.*

XIV. *Ad ſubjectionem domini Henrici, quem*
*Imperatorem dicunt, nos invitas, & (in*
*quantum intelligere datur) ut per omnia*
*ſubditi ſimus, quaſi Apoſtolico argumen-*
*to neceſſitatem imponis, dicens: (k) O-* (k) Rom. 13.
*mnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſub-*
*dita ſit: non eſt enim poteſtas, niſi a Deo.*
*Qui ergo poteſtati reſiſtit, Dei ordina-*
*tioni reſiſtit. Quam Apoſtoli ſententiam*
*te*

PAGIUS
*eum, quem prius habuerat uxoris uſum, Apo-*
*ſtolis arguentibus dimittere noluit. In Paſchæ*
*celebrato divino Officio, ſe & oves ſibi commiſ-*
*ſas ſacramento Corporis & Sanguinis Dei mu-*
*nivit. Eadem die ad veſperam gravius infirma-*
*ri cœpit,* relataque Tranſlatione præfata ait,
Herimannum convocatis fratribus & filiis eis
dixiſſe: *Commendo vos Deo, ſtate in fide &*
*doctrina B. Petri, ſicut a ſucceſſoribus ejus &*
*vidiſtis & audiſtis,* & poſtea ſpiritum Deo
reddidiſſe. Tum anno MXCII. ſcribit, Me-
tenſes elegiſſe quendam Clericum Trevirenſem
Popponem nomine, fratrem Heinrici Comitis
Palatini: *Et quia Trevirenſis Epiſcopus VViber-*
*tiſtarum communione contaminatus erat, a Dom-*
*no Lugdunenſi Archiepiſcopo conſecrari eum ex-*
*petierunt, impoſito negotio hoc ſtrenuitati domni*
*Abbatis Divionenſis* (Jarentonis appellati) *de*
*cujus induſtria confidebant. Qui nihil cuncta-*
*tus domnum Lugdunenſem* (nempe Hugonem)
*cum duobus ſuis ſuffraganeis, Matiſconenſe ſci-*
*licet & Lingonenſe, per bella & gladios, cum*
*omnia mortem intentare viderentur, Mettim uſ-*
*que deduxit, a quo & conſecratus eſt prima*
*hebdomada Quadrageſimæ cum gloria.* Quare er-
ravit Bertoldus, qui ad annum MXCIII. ait:
*Metenſis Eccleſia refutato Epiſcopo, quem Henri-*
*cus ei dare voluit, ipſi ſibi canonice catholicum*
*Paſtorem elegere, eumque a Gebehardo Conſtan-*
*tienſi Epiſcopo, Sedis Apoſtolicæ Legato conſecra-*
*ri fecere, ſexto Kalendas Aprilis, in medio qua-*
*drageſimæ.* Bertoldi verba Baronius an. MXCIII.
num. VI. exſcribit. Verum Hugo qui poſtea
Abbas Flaviniacenſis fuit, hoc tempore Vir-
duni Monachus erat, & rem quam vidit reci-
tat. Bertoldus itaque in Chron. tam hic, quam
non raro aliqui, hallucinatus eſt.

te male intelligere, pejus interpretari, dicimus. Si enim omnis poteſtas a Deo eſt, ut tu intelligis; quid eſt quod de quibuſdam dicit Dominus per Prophetam: (a) Oſe. 8. (a) Ipſi regnaverunt & non ex me: Principes extiterunt, & non cognovi eos? Si omnis poteſtas a Deo eſt (ut tu intelli- (b) Marc. 9. gis) quid eſt quod ait Dominus: (b) Si oculus tuus ſcandelizaverit te; erue eum, & proiice abs te? Quid enim eſt poteſtas, niſi oculus? certe Auguſtinus in expoſitione Apoſtolicæ ſententiæ, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: Quod ſi poteſtas, inquit, aliquid jubeat, quod contra Deum ſit; hic contemne poteſtatem, * non timendo * timendo poteſtatem alioquin. (c) Rom. 9. (c) Numquid iniquitas apud Dominum? Numquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Quid ergo dicemus? Numquid ab Apoſtolo diverſa ſententia prophetiæ evulgatur? Auguſtinus: Minime diverſas tibias inflat ſpiritus unus.

XV. Itaque audiamus Apoſtolum concordantem, & ſeipſum exponentem, & inimicum ultoremque ſuum deſtruentem: Non eſt, inquit, poteſtas, niſi a Deo. Quid ſequitur? Qui ergo, inquis, poteſtati reſiſtit, & reliqua. Abſit. Non hoc (d) Rom. 13. ſequitur, ſed quid ſequitur? (d) Quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt. Nempe hoc eſt quod quærimus. O lingua, doloſa! o cor machinans malum! ſpiritus vadens & non rediens, cur mentitus es Spiritui ſancto? Arguat te conſcientia tua. Ecce fugit impius nemine perſequente. Cur ut deciperes, ſupprimere veritatem voluiſti? Cur medullam, cur animam hujus ſententiæ furatus es? Nam ſi hæc verba de medio ſententiæ Apoſtolicæ tollantur, contraria ſibi inconveniens & ex animis jacebit. Imple- (e) Prov. 26. tur ſermo divinus: (e) Qui parat proximo ſuo foveam; incidet in eam. Certe nec culpam furti nec pœnam evadere poteris. Quid infelix, quid Judici venturo, cum a ſervis negotiatoribus * lo- * f. lucrum cum requiret, reſponſurus es, qui Dominicæ pecuniæ fraudator in medium produceris? Quare non judicium & laqueum proditoris timuiſti, ne ſimilem reatum ſimilis vindicta ſequeretur? Prævidens per Spiritum ſanctum Apoſtolus, te, tuique ſimiles hæreticos in Eccleſia emerſuros, (f) Iſa. 5. (f) qui bonum malum, & malum bonum dicerent, qui tenebras lucem, & lucem tenebras ponerent, qui de ſententiis veritatis occaſionem inducendi erroris captarent, cum præmiſiſſet: Non eſt poteſtas, niſi a Deo; ut conjecturam reprobi intellectus amputaret: Quæ autem ſunt, inquit, a Deo ordinata ſunt. Da igitur poteſtatem ordinatam, & non reſiſtemus, immo dabimus illico manus.

XVI. Miror autem, ſi in te vel gutta ſanguinis eſt, quod non erubeſcis dominum Henricum Regem dicere, vel ordinem habere. Henrici Imp. nefanda ſcelera. An ordo tibi videtur jus dare ſceleri, fas nefaſque, divina & humana confundere? An ordo videtur tibi in corpus ſuum peccare? videlicet (proh pudor, proh nefas!) uxorem propriam ſcelere omnibus ſæculis mundi inaudito lupanar facere? An ordo tibi videtur, cum Dominus dicat: (g) Defendite viduam; (g) Iſai. 1. viduas judicii æquitatem poſtulantes nefanda contaminatione proſtituere? Hæc qui ordinata, qui ſana dixerit, hunc inſani capitis eſſe, inſanus jurat Oreſtes. Uſque ad hæc miſerrima tempora natura ſecretum amavit; ſed traditus in reprobum ſenſum Rex veſter naturæ involucrum detexit, qui omnem pudorem ponit in propatulo. Ut autem illa quæ ſine numero ſunt, taceamus, videlicet, concremationes Eccleſiarum, deprædationes, homicidia, incendia, truncationes, & his ſimilia, quæ ille poteſt, nos enumerare non poſſumus; ea quæ maxime Eccleſiam Dei gravant, loquamur. Audi ergo vera, non fucata, audi fortia, non faceta. Omnis qui dignitates ſpirituales vendit, hæreticus eſt. Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſcopatus & Abbatias vendit: etenim Conſtantienſem, Babenbergenſem, Moguntinenſem, & plures alias pro pecunia, Ratiſponenſem, Auguſtenſem, Strazburgenſem pro gladio; Abbatiam Fuldenſem pro adulterio; Monaſterienſem Epiſcopatum (quod dicere & audire nefas eſt) pro Sodomitica immunditia vendidit. Quæ ſi impudenter negare volueris; teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam a furno redeuntes ſcioli concludent. Ergo dominus Henricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ab Apoſtolica Sede excommunicatus, nec regnum, nec poteſtatem aliquam ſuper nos, quia Catholici ſumus, poterit obtinere.

Sane quia fratrum nos odiis fatigas, XVII. intellige nulli nos odium de inaffectione, ſed pietate intendere. Abſit ut dicamus, Henricus inter fratres aut Chriſtianos reputetur, qui toties corripientem Eccleſiam non audiens, ſicut Ethnicus & Publicanus habetur. Cujus odium pro magno ſacrificio Deo offerimus, dicentes cum Pſalmiſta: (h) Nonne qui oderunt te, (h) Pſal. 138. Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi. Cujus odii dignitatem Veritas commendans, ait: (i) (i) Luc. 14. Si quis non odit patrem, & matrem, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Non ergo de odio juſte reprehendunt, qui animam noſtram, cum a via Dei exorbitamus, qui patrem & matrem, & omnem affectum, qui nobis in via Dei obſtat, odiſſe præcipimur. Inde eſt quod omni ſtudio omni conatu laboramus, ut hoſtes Ec-

cle-



cleſiæ nos quoque ut adverſarios caveamus non quia noſtri, ſed quia Dei inimici ſunt, odio habeamus. Porro quod de pace cum omnibus hominibus habenda perſuades, meminiſſe debes, quia præmiſit Apoſtolus: Si fieri poteſt.

XVIII. Fieri autem non poteſt, ut cum iis, qui Deo contrarii ſunt, pacem habeamus. Quis autem neſciat, Dominum Salvatorem, non ſolum pacem commendare, cum (a) Joan. 14. dicit: (a) Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis; ſed etiam ipſam pa- (b) Eph. 2. cem exiſtere (ſicut ait (b) Apoſtolus) Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum. Quid ergo ait pax noſtra commen- (c) Matt. 10. dans pacem? Nolite, inquit, (c) arbitrari, quia veni mittere pacem in terram, non veni pacem mittere, ſed gladium. Quid eſt hoc? Quare pax gladium? quare pax bellum indicit? Nimirum ut deſtruatur pax diaboli. Habet enim & diabolus pacem ſuam, de qua Dominus di- (d) Luc. 11. cit: (d) Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt, ea quæ poſſidet. O quam potenter per vos ſatellites ſuos atrium ſuum hoc tempore diabolus cuſtodit, qui ſcuto falſitatis, & galea perfidiæ protecti, nulla veritatis jacula, nulla fidei ſpicula admittitis! Poteſt tamen Dominus noſter, utpote fortior armatus ſuperveniens, fortem veſtrum vincere, & arma in quibus confidit, auferre. Non ergo recte culpamur, ſi pacem illam omni bello crudeliorem deteſtamur, (e) Ibid. 19. quam ipſa Veritas ſuper (e) Hieruſalem flendo reprobat, dicens: Et quidem in hac die, quæ ad pacem tibi. Et quam Pſal- (f) Pſ. 72. mus: (f) Super iniquos zelaui, pacem peccatorum videns.

XIX. Quod vero Papam Gregorium, Regem Rodulphum, Marchionem Eggebertum peſſimi interitus damnas; & dominum tuum, quia illis ſuperſtes eſt, bonificas; liquet profecto ab omni ſpirituali te conſideratione manere vacuum. Nonne beatius eſt bene (g) Matth. 5. mori, quam male vivere? (g) Beati enim qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Jam & Neronem, quia Apoſtolis Petro & Paulo; jam & Herodem quia Jacobo Apoſtolo; jam & Pilatum quia Domino JESU Chriſto ſupervixerint, beatos æſtimas. Qua opinione quid inſanius aut infelicius dici poteſt? Quapropter & ab hac blaſphemia linguam magniloquam compeſce, niſi forte in numero illorum te conſtituis, qui in fine juſtorum videntes gloriam, ſeram & infructuoſam agentes pœnitentiam, præ anguſtia ſpiritus gementes dicent: (h) Hi ſunt, quos ali- (h) Sap. 5. quando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii: nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. Ergo erravimus a via veritatis, & ſol juſtitiæ non luxit nobis. Quid nobis profuit ſuperbia, & divitiarum jactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia velut umbra. Quæ nos verba in memoria adamantina ſcribentes; omnem ſimilitudinem extollentem ſe adverſus veritatem Dei contemnimus; & gloriantes in tribulationibus, calumniari, proſcribi, & exterminari, denique occidi poſſumus; flecti vel vinci non poſſumus. Et cum magno tripudio illud, quod tu puer adoleſcens, juvenis frequentatus nondum corde ſenex concepiſti, de patribus noſtris exultamus, qui contemnentes juſſa Principum meruerunt præmia æterna. Porro ſententias tuas diligenti curioſitate trutinantes, quaſi ſpiritualia ſpiritualibus comparare volumus. Sed ſicut, & reliqua non pauca. Hucuſque recitat Dodechinus ex epiſtola reſcripta ad ſchiſmaticum Magdeburgenſem.

Fuerunt & alii Orthodoxi, qui adver- XX. Bernardus Conſtant. ſcriptor contra ſchiſmaticos. ſus hujuſmodi ſchiſmaticos his ipſis temporibus commentarios edidere, inter quos memoriæ proditur Bernardus Conſtantienſis, de quo Bertholdus: Hic, inquit, multa nobis ſui ingenii monimenta reliquit, multaque pro Catholicis contra ſchiſmaticos ſui temporis elegantiſſime ſcripſit. Ac primum quidem ad quoſdam ſuos amicos de judicio Gregorii Papæ VII. ſuper ſchiſmaticos, & de ſacramentis extra Eccleſiam uſurpatis. Poſtea etiam ad venerabilem Hartungum Magdeburgenſem Epiſcopum de eadem cauſa magnum librum luculentiſſimum compoſuit ex perſona ſanctæ Eccleſiæ, in quo teſtimoniis ſanctorum Patrum omnes inſidioſas cavillationes eorundem ſchiſmaticorum prudenter annullaſſe videtur; ſed in iiſdem ſcriptis nimio zelo ductus alicubi modum exceſſiſſe notatur, videlicet ubi agit de ſacramentis ſchiſmaticorum; negat enim omnino ab eis, & ab eorum communicatoribus ſacramenta poſſe confici; ita ut ab illis ordinatos ſi reſipiſcant, iterum ordinandos cenſeat. Sed hoc ſacratiſſimo Ni-

cæ-

PAGIUS VII. Floret Thiemo Abbas. Ad num. XX. Baronius in Appendice ad hunc annum narrat quæ *Thiemo* Abbas S. Petri adverſus factionem Henricianam egerit, & quanta pro Eccleſia Dei perpeſſus ſit, quæ apud eum ibidem legenda.

VIII. Hoc circiter anno mortuus eſt *S. Guillelmus Firmatus* octavo Kalendas Maji, qui vixit & obiit in loco Mantileio dicto, vicino Moritaniæ, quod caſtrum eſt in confinio Minoris Bri- *Obitus S. Guillelmi Firmati.* tanniæ & Normanniæ; ab Abrincatis non longe remotum, vulgo *Mortain* appellatum, ut videre eſt apud H. Valeſium in Notit. Gall. voce *Moritania*. Henſchenius, qui Vitam ejus ad diem XXIV. Aprilis a Stephano Epiſcopo Redonenſi ſcriptam publicavit, ex iis quæ in ea dicuntur, annum eruit; dies enim tan-

tum

*cæno Concilio, æque ut Evangelia, venerando repugnat &c.* Oſtendit enim aliis pleriſque ſanctorum Patrum ſententiis, ſchiſmaticorum ſacramenta ab Orthodoxis in Eccleſia fuiſſe recepta.

Nitebatur ex adverſo contra Henricum Imperatorem ſchiſmaticum Apoſtolicæ

(a) *Ganis antiq. lect. tom. 6. pag. 1238.*

Sedis Legatus (*a*) Altmannus Patavienſis Epiſcopus, qui in Salisburgenſi metropoli vacanti obitu (ut dictum eſt) S. Gebehardi Archiepiſcopi, ſubrogandum curavit ſucceſſorem ſanctum alium, nempe Thiemonem Abbatem; quod hoc anno fieri contigiſſe, quas illæſas conſervavit eadem Eccleſia Salisburgenſis, expreſſum habetur; extant autem ejuſdem Thiemonis:

(b) *Idem tom. 4. Antiq. lect. pag. 673.*

(*b*) Acta ab auctore illius temporis collecta, in quibus de his, quæ paſſus eſt ab Henrico Imperatore pro fide Catholica, iſta leguntur: *Tredecim nanque annis quibus præfuit, bellis, obſidione, gladiis, captivitate omnia extrema perpeſſo, inſtar beatiſſimi Athanaſii Alexandrini Epiſcopi, nunquam pene liberum corpus ne dum libera auctoritas fuit, &c.*

Thiemo Archiep. omnia extrema ab Henrico Imp. perpeſſus.

Quomodo autem poſt fratrum necem, & ipſe jugulum præbens eſt divinitus liberatus, ex eiſdem Actis ſic accipe: *Jamque multum temporis fluxerat, nec flecti a rectitudine ſtatuti ſui tenax animus quibat. Quare tædium Cæſarianis facientem, gladio finiendum decreverunt. Ad quod piaculum cuſtos pro ſe alium militem conducere maluit, quaſi per alterum ipſe rem agens immunior foret, ſed mentita eſt; iniquitas ſibi. Spiculator ergo ingrediens, ubi fortis agoniſta Dei ſervabatur, rem prius, pro qua venit, aperit. Reſpondit intrepidus Epiſcopus: Domini voluntas fiat. Surgenſque dicto Symbolo cum oratione, procubuit, & cervicem ſuper lignum extendit. Accedens lictor, totis viribus fulmineum enſem adegit, ſacram vero cervicem, ac ſi ferrum ac lapidem, ſecare non potuit. Tantum ſumma cutis vix tenuem velut lineam ictus, & quod ſolum ictus agnoſceretur, accepit quod ſignum ulterius obduci, quamdiu in corpore vixit non potuit. Relinquere per hoc voluit omnibus, audita Dei omnipotentia, & ſuæ virtutis indicium, & humani flagitii. Quo ſemel cœpto miniſter diaboli fruſtratum ictum ſuum imputans, quod negligenter feciſſet, denuo cum cura, & enixius ferire parabat. Age cernere erat, vim viribus exire conantem. Tum in altum vibrans gladium, ut ab alto graviori ingereretur in gulam, trabem ſuper verticem dum non provideret, valido prius ictu ſignavit; erat enim in æſtuario, fractuſque continuo enſis in partes diſſiliit. Indicium fuit Pontifici, quod nondum venerat hora ejus. Non in tenebris, neque ſub tecto, verum inter confertiſſimos hoſtes apud Corozam triumphus illum manebat. Equidem & armiger ſatanæ caſu credens rem factam, ſed manifeſtam Dei manum expaveſcens, tum virtute, tum auctoritate viri permotus, flexit animum ſuum, & ejuſmodi preces effudit coram Sancto proſtratus: Confiteor Pater Domine, omnipotenti Deo, quia infelix ego homo peccavi multipliciter in ſanctum & honorabile caput tuum, non uniformiter. Sed per illum, qui te ſalvavit, obteſtor & flagito, ut veniam reo indulgeas per tuam clementiam. Ad hæc tam pia facilitate, quam prudenti diſcreptione in hunc modum reſpondiſſe Epiſcopum accepimus: quoniam pœnitet delicti in nos admiſſi, ex parte mea corde tenus illud indulgeo. Si quid vero in Deum perinde conſtat flagitioſe commiſſum, notum a ſæculo eſt Domino opus ſuum quod reddere oporteat. De hoc aliter videas, convenit &c.*

A lictoris ictu miraculo liberatur.

Quæ hæc ſecuta ſint, & quomodo collectitia pecunia redemptus fuerit, atque demum an. milleſimo nonageſimo ſecundo, peregrinatus in Terram ſanctam, egregie martyrio perfunctus obierit, idem auctor inferius narrat, conſule eum ſi ſcire libet.

XXI. Urbanus Pap. pro monachis laborat.

Hoc eodem anno Urbanus Papa tyrannorum violentias repreſſit adverſus monachos illatas, adverſus quos & Principes Feudatarios Eccleſiæ diplomate ſcripto commovit. Quænam fuerint iſta, & quæ iidem Principes Urbano parentes adverſus invaſores in monachorum defenſionem conſtituerint, quæ ſequuntur

PAGIUS num in eadem notatur. Natus in urbe Turonica, dimiſſo Canonicatu cum matre ſe ſe recepit in eremum, ubi illa, ei corporale miniſtrabat edulium; qua defuncta in Palæſtinam devotionis cauſa profectus eſt, & reverſus in Galliam rurſus ſanctam in ſolitudine vitam egit. Inde diſcedens pervenit ad locum, *qui dicitur Eona ſuper Rhodanum*, ubi poſtquam aliquo tempore in rupe quadam vixiſſet, Jeruſalem iterum nudis pedibus abiit, indeque redux *Mantileii* animam Deo reddidit, *Moritonium* poſt aliquot annos tranſlatus. Robertus de Torinneio, vulgo dictus *Robertus de Monte*, in Chronico ſuo anno MCLVII. ejus Tranſlationem his verbis narrat: *In Octavis Pentecoſtes Hugo Rotomagenſis Archiep. & Rotrocus Ebroicenſis, & Richardus Conſtantienſis, & Herbertus Abrincenſis, Epiſcopi, apud Moritonium levaverunt corpus beati Firmati.* Ubi cum non dicatur *Epiſcopus*, ſicuti nec in ejus Vita, *Epiſcopi* vox meo judicio a ſciolo quopiam intruſa in hunc locum ejuſdem Chronici ad ann. MCLXXVIII: *Obiit Stephanus vir honeſtus & literatus Epiſcopus Redonenſis*, &c. *Scripſit Vitam Sancti Firmati Epiſcopi*. &c. *Scripſit etiam mihi quinquaginta verſus de ſenectute*. Civitas autem Redonenſis aliquot tantum leucis a Moritonio diſſita. Labbeus in Biblioth. Librorum MSS. pag. XVI. mentionem facit duplicis MS. Vitæ Sancti Firmati patria Turonenſis, & jam anno DIX. num. VII. de ejus manſione *Eonæ* locuti ſumus.



tur ſcripta declarant, accepta ab eorumdem monaſterii archivo, quæ ſic ſe habent:

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Rogerio Duci & Boamundo fratri ejus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Proclamationem ante noſtram præſentiam fecit Urſo Bantinus Abbas de quibuſdam Comitibus & Baronibus, qui callida, * invidioſa, Epiſcoporum machinatione ſeducti, ipſum & ejus monaſterium noſtris manibus conſecratum modo plus conturbant. Unde quia prædictum monaſterium ad jus beati Petri pertinere, veſtram non latet notitiam, ex auctoritate beati Petri & noſtra, monaſterium & Abbatem vobis commendamus, quatenus cuſtodiatis, adjuvetis, & a malis hominibus, ſicut beati Petri proprietatem, fideliter defendatis, & neque deprædationes, neque aliquam ſui juris diminutionem a quocumque fieri patiamini.*

* f. invidioſaque

XXII. * f. &

*Semper recordantes, quia * in conſecratione ejuſdem monaſterii Abbatem & ipſum in manus veſtras ſpecialiter commendavimus. Itaque e priore commendatione, & harum litterarum juſſione ab omnibus monaſterium noſtrum, & præcipue a Goffredo Amici Comitis filio, ſicut fideles beati Petri, defendite. Qui Abbati etiam, pro defenſione ſuæ rerum Eccleſiæ partes maritimas, conterenti, conſtipatus latronibus ſeſe obviam contulit; atque ab eo * ſub recto pretioſo privilegio noſtro, veſtris ſupplicationibus conſtituto, & aliis ſcriptis, ſpolia ejus diripiens, cum ſuis confratribus ſatiatum opprobriis eum peditem dereliquit; ac inde quæque jam a patre ſuo Comitem eidem monaſterio debitæ reſtaurationis gratia condonata, ad ſuas manus ſacrilegas nequiter revocavit. Quod ſi privilegium & quæque direpta ſacrilegus ille renuerit reddere, & Abbati ac Fratribus digniſſime ſatisfacere, præcipimus, ut cogatis. Alioquin ipſe & fautores ejus anathemati ſubdentur.* His mox ſubiiciuntur iſta ſimul juncta & annexa litteris Apoſtolicis:

* f. ſubrepto.

*Privilegium Rogerii Ducis & Boamundi fratris.*

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Rogerius Dux & Boamundus Roberti magnifici Ducis Italiæ hæredes & filii.*

XXIII. Privilegium Rogerii & Boamundi.

*Nos divino amore & rogatu Urſionis Banduſienſis Abbatis venerabilis patris noſtri Bantinum monaſterium in honore Dei Genitricis conſtitutum a domino noſtro Urbano univerſali Papa feciſſe conſecrari, & cum ſuis rebus omnibus habitis & habendis ab omni.... & Epiſcopali jure & publica omni exactione ſubtrahi, triginta duobus Catholicis Patribus innixis ſingulis paſtoralibus virgis aſtantibus, poſterorum memoriæ innoteſcimus. Inter quos Comitum & Baronum innumera non defuit multitudo. Attamen monaſterium ipſum * prædictus dominus Papa conſecrare omnimodo renuit, priuſquam idem & ſua omnia in noſtra & hæredum noſtrorum ſpeciali cura & defenſione omnimoda reciperemus, & convicini Comites & Barones qui aderant, Apoſtolica juſſione Evangelicis ſacramentis aſtricti eidem monaſterio, & rebus omnibus ſuis pacem & defenſionem perpetuam & generalem libertatem ſe ubique cuſtodire promitterent. Nos autem cum ſupradictis Comitibus & Baronibus noſtris pro anima memorati genitoris noſtri, & anima matris noſtræ * Sibulgaitæ, & remiſſione peccatorum noſtrorum, donamus prædicto ſancto monaſterio Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Carratello juxta Sarracenam ſitam cum caſali ſuo & Eccleſiis ſuis & villanis intus & deforis a Sarracenis conſtructis, & cum territoriis & pertinentiis earum, ſicut Abbas Cunuthus & ejus anteceſſores tenuerunt, & ut eorum ſcripta teſtantur. Præfatum etiam monaſterium, Eccleſias & homines, & cuncta quæ poſſidet, aut in futurum largiente Domino poſſidebit, ab omni onere & ſervitio publico ſubtrahimus, donationes & conceſſiones ipſi monaſterio factas & faciendas omnimodo confirmamus, maxime præfati genitoris noſtri, & Principis Siconolphi, a cujus ſtirpe nobilem maternam originem Dux ego ſuſcepi.*

* prædictum

* Sicelgaitæ.

XXIV. *Inſuper autem venerabilem Apoſtolicam conſtitutionem venerantes, ſancimus, ut omnes cujuſcumque conditionis homines clericos & laicos, qui in morte vel vita ad præſcriptum monaſterium, Eccleſias ejus, & loca cum rebus ſuis tranſire, aut in ſuis domibus commorantes ſe & quælibet bona temporalia ſua eleemoſynarum largitione conferre voluerint, nullius contradictio inhibeat, & collata eiſdem quæcumque fuerint, patrocinio Apoſtolicæ Sedis, noſtraque ordinatione Bantini Fratres quiete & generaliter libere perpetuo poſſidebunt. Et ut monaſterium idem de ſuſcepta libertate & pace ſemper congaudeat, & de redditibus ſuis in nullo ſuſtineat detrimentum, ſtatuimus, ut ſeditores domorum ejus carentes propriis domibus, homines & oblatos ejus & cuncta mobilia & ſtabilia, & locorum ejus jam habitatores & habitaturos, ubicumque conſtiterint, cum omni poteſtate generalis dominii perpetuo dominetur atque poſſideat.*

XXV. *Et quæcumque jura, dominationes & auctoritates habemus nos in noſtris civitatibus, caſtellis & locis, hæc eadem rectores ipſius monaſterii perpetim habeant in cunctis obedientiis, & poſſeſſionibus ſuis, atque hominibus & oblatis, & domo-*

*morum ſuarum habitatoribus domos proprias non habentibus, per univerſas terras noſtras conſtitutis & conſtituendis per montanas & maritimas partes. Et ſicut prædictus dominus noſter univerſalis Papa a prænominato monaſterio, Eccleſiis, ejus, & locis omnibus ſuis omnia Epiſcopalia jura & publicas omnes exactiones, intervenientibus noſtris & noſtrorum Comitum & Baronum precibus, funditus reſecat & repellit; ſic communi voluntate omnium noſtrum ſtatuimus, ut monaſterium ipſum obedientiæ ejus, & homines per univerſas terras dominationis noſtræ, & eorumdem Comitum & Baronum ſecure & generaliter libere laborent & maneant, & cum ſuis omnibus animalibus, propriis & aggregatis, aquis, lignis, & paſcuis, & quæ natura, non cultura producit, generaliter perfruantur, omni publica exactione remota. Dent tamen ſoli homines ipſius monaſterii tantum conſuetum terraticum dominis terrarum, quas laboraverint, cum juſtitia & moderatione. Utrumque autem plateaticum emptionis & venditionis omnium rerum, quas pars monaſterii cum quibuſcumque contraxerit, eis ubique pariter condonamus.*

*Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, ſeu quibuſlibet vexationibus faticare, omni titulo & ſpecie quarumlibet oppoſitionum ſemper excluſo.*

XXVI. *Decimas quoque omnium rerum, quæ ſub univerſa dominatione ipſius monaſterii, & per omnia ejus loca & pertinentias humano labore vel ſtudio acquiri lucrarive poſſunt, Fratres, ſimiliter percipiant & extorqueant, noſtra ſemper auctoritate muniti. Indulgemus autem eis hæc omnia, Apoſtolicæ Sedis paterna ſancta conſtitutione inducti, & Comitum & Baronum noſtrorum benigno conſilio. Et quia monaſterium ipſum poſt introitum Northmannorum prædeceſſorum noſtrorum, cum intrinſeca ſua expoliatione, & locorum ſuorum miſerabili depopulatione, cum ſacrilegis uſurpationibus Epiſcoporum, innumera lugenda detrimenta, & indigna ſuſtinuit, quæ breviatim in privilegio Comitis Amici notantur. Quicumque ergo noſtrum vel hæredum aut ſucceſſorum noſtrorum hanc noſtram ſanctam, ſpontaneam, communem ordinationem temere violare tentaverit, per ſtatutam convenientiam centum libras puri auri teneatur componere, medietatem earum Lateranenſi palatio, & medietatem præſcripto monaſterio.*

*Et quæ prælegunturs perpetuo illibata permaneant. Nos itaque tacti dolore intrinſecus, & extrinſecus aſperſi rubore, quoniam labor debitæ noſtræ ſollicitudinis pretioſum Apoſtolicum inſtrumentum, noſtris ſupplicationibus conſtitutum, & ſubreptum tempore noſtro, nunc uſque reperire non potuit, ſecundum quod fideliter ab eo exemplatum invenimus, noſtra noſtrorumque Comitum & Baronum pari memoria proteſtante præſens hoc ſimile liberatorium ſcriptum per manus magiſtri Theodoſii Notarii ſcribi mandavimus, & plumbea bulla noſtro ſolito typario impreſſa confirmari, & prætitulato domino Abbati dari in civitate Canuſio. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo, Ducatus autem noſtri quinto, menſe Julio, tertiadecima Indictione.* XXVII.

✠ *Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.* XXVIII.
✠ *Signum propriæ manus Boamundi fratris ejus.*
✠ *Robertus Comes * de Lauretello.* * Loritello
✠ *Roberti * Alliorum* * f. filiorum
✠ *Crux manus Goffredi Comitis Cuperſani.*
✠ *Alexandri ipſius Comitis.*
✠ *Signum manus Comitis Richardi Andriæ.*
✠ *Tancredi Cuperſani.*
✠ *Signum manus Roberti * Anſia.* * de Anſia
✠ *Signum Roberti Comitis filii Guilhelmi filii Jvonis Comitis.*
✠ *Signum manus Aſtruvenſis G.*
✠ *Ego Gratianus Seneſcalcus pro domino meo Poletnen. Comite in Acherocialanguente hanc crucem feci.*
✠ *Signum manus Unfridi montis Cabioſi dominatoris.*
✠ *Amicus gratia Dei inclytus Comes.*

XXIX. Privilegium datum Mon. Vallisumb. Hoc eodem anno Urbanus Papa monaſterio Valliſumbroſæ contulit privilegium, eſt ejus exordium: *Cum univerſalis ſanctæ Eccleſiæ filii &c.* In fine autem tempore dati diplomatis ſic: *Dat. Romæ per manus Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis, anno Dominicæ Incarnationis M. XC. Indictione xiii. Idibus Aprilis. Anno Pontificatus domini Urbani Papæ II. tertio.*





I. Urbano Pap. extra urbem poſito. Guilbertus Romæ recipitur. NOngenteſimus primus poſt milleſimum ſequitur annus, Indictione decima quarta inchoatus, *quo* (inquit Bertholdus Conſtantienſis temporis hujus ſcriptor) *dominus Urbanus Papa in partibus Campaniæ morabatur, & ab omnibus Catholicis debita reverentia colebatur, videlicet a Conſtantinopolitano Imperatore, & a Philippo Francorum Rege, aliiſque diverſorum regnorum Principibus tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, excepto Teutonicorum regno, ubi multi ex Catholicis in partem excommunicatorum avaritia decepti ſponte ſua ſe tranſtulerunt. Romani quoque turrim Creſcentii*, nempe munitionem S. Angeli, *quæ eatenus domino Papæ obediebat, dolo captam diruere tentaverunt. Dominus autem Papa facile Romam cum exercitu intrare, & rebellium contumaciam domare potuiſſet, ſi non magis cum manſuetudine cauſam ſuam agere delegiſſet.* Et inferius, eodem anno receptum rurſus Romæ Guibertum Antipapam, narrat his verbis: *Romani quoque Guibertum hæreſiarcham, quem jamdudum expulerunt, iterum Romam intrare & ſanctam Eccleſiam ſuis non benedictionibus, ſed maledictionibus infeſtare permiſerunt.*

II. Concilium Beneventanum. De Urbano autem ſubiicit paulo poſt iſta: *Urbanus Papa generalem Synodum Beneventi collegit, & ſententiam anathematis ſuper Guibertum hæreſiarcham, & omnes ejus complices ſynodali judicio confirmavit.* Cum Beneventi eſſet Urbanus Papa, convenit eum ſanctus Aibertus Abbas Criſpinienſis pro confirmandis regulæ monaſticæ inſtitutis, quam ſuis ſervandam præſcripturus erat. Cui, quæ poſtulavit, Urbanus Papa conceſſit. Scribit hæc qui res ab eodem Sancto præclare geſtas proſecutus eſt Robertus (*a*) Archidiaconus. In hoc Concilio factum putamus, quod Urbanus Papa reſidenti cum aliis Abbatibus ſancto Petro Cavenſi Abbati, alumno monaſterii Cluniacenſis tribuit uſum mitræ, qua ille uti nunquam voluit. Res geſta ita in Actis vitæ ipſius deſcribitur: *In Synodo et more ſuo capite nudo reſidenti ſanctæ memoriæ Papa Urbanus pontificalem infulam miſit*, nempe mitram, *quam utrique vir Domini, & pro ſummi Pontificis reverentia venerabiliter recepit & officioſiſſime ſalutavit; & tamen ejuſdem ſacerdotalis mitræ uſum, etiam rogante Papa contempſit. Quod non ob aliud feciſſe creditur, niſi ut quorumdam arrogantiam humilitatis exemplo condemnaret, qui dum ſe inaniter extollunt, indebitos ſibi S. Eccleſiæ honores non metuunt uſurpare.* Hæc de his ibi. Nec quicquam licuit præterea de eadem Synodo reperire.

(*a*) *Extat apud Sur. tom. 2. die 7. April.*



III. Porro ſchiſmaticorum tyrannide valde laborabat Urbanus. Quod enim Henricus Imperator jam in Italiam poſt Eggeberti obitum cum exercitu deſcendiſſet, atque Mantuam civitatem dolo cepiſſet, auctæ plurimum viſæ ſunt vires ſchiſmaticorum, deficientibus ad ſchiſmaticos illis, qui non ratione, ſed præpollenti potentia ſæculari, uti ventis potentioribus agitatæ arundines moverentur. Capta eſt civitas Mantuana poſt obſidionem undecim menſium hoc anno, ut Domnizo qui aderat, teſtatur his verſibus: Capta Mantua.

*Anno milleno nonageno quoque primo*
*Mantua ſordeſcis, de proditione nigreſcis.*

IV. Quam contigit capi nimirum pridie diei Paſchalis, ut idem auctor affirmat. Capta ſunt & alia plurima oppida, vix paucis munitiſſimis ſalvis. Quorum cauſa Henricus elatior more ſuo, ſchiſmaticorum pſeudopapam jam areſcentem vireſcere fecit, rurſus intrudens in Urbem, Urbano apud Samnites Sedem habente. Qui tamen nequa- Urpani Pap. Conſtantia.



PAGIUS SÆC. XI. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6584.

Anno Eræ Hiſpan. MCXXIX Anno Hegiræ CCCCLXXXIV. inchoato die 23. Februar. fer. 1.

☉ 8. E. ☽ 9. P. 13. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1091.

URBANI II. PAPÆ 4.

HENRICI IV. REG. 36. IMP. 8.

ALEXII COMNENI IMP. 11.

A.C. 1091 I. AD num. I. & ſeq. Bertoldus in Chron. ad annum MXCI. aſſerit, Urbanum II. *in partibus Campaniæ* moratum eſſe, & Romanos, qui Guibertum Antipapam *jam dudum expulerunt*, iterum Romam intrare permiſiſſe. Dum *Beneventi* Pontifex eſſet, Concilium celebravit, cujus canones pro diſciplina Eccleſiaſtica conditi extant Tom. X. Concil. pag. 484. & Præfatio his verbis concepta: *Anno dominicæ Incarnat. MXCI. indict. XIV. V. Kal. April. celebrata Synodus Beneventi, præſidente Domino Papa Urbano, præſentibus Epiſcopis & Abbatibus, quorum numerus facile numerari non potuit.* *Concilium Beneventanum.*

II. *Henricus Imp. occupat terras Mathildis Comitiſſæ.* Ad num. III. & ſeq. Henricus Imp. antequam in Italiam veniret, ut *Mathildem* Comitiſſam ſibi armis reſiſtentem ſubderet, prius ea occupare voluit quæ Mathildis hæreditario jure a Beatrice matre cis Alpes obtinuerat, ut Domnizo lib. 2. cap. 4. his verſibus docet:

quam animo concidens, ſed magis magiſque Chriſti promiſſionibus fidens, quibus pollicitus eſſet, quod neque inferi portæ eſſent prævalituræ adverſus Eccleſiam; ſacerdotali robore adverſus cuncta contraria fortis atque immobilis perſiſtebat, ut diceret cum Apoſtolo: (*a*) *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aperiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem JESU in corpore noſtro circumferentes, ut & vita JESU manifeſtetur in corporibus noſtris. Sed* (*b*) *ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Etenim qui in Germania Catholici permanſerunt in obedientia Sedis Apoſtolicæ egregiæ ſanctitatis ſpecimen edidere, nimirum ut etiam ſæculares homines obligati conjugio perfectioris vitæ religioſorum inſtitutum arriperent, quod ſcirent Fideles in Eccleſia primitiva temporibus Apoſtolorum eſſe ſectatos: quorum vivendi rationem Urbanus Papa laudavit; atque diplomate pro eis edito confirmavit de his hoc anno idem qui ſupra Bertholdus hæc ait:

(*a*) 2. *Cor.* 4.
(*b*) *Ibid.*

V.
Vita communis apud laicos.

*His temporibus in regno Teutonicorum communis vita multis in locis floruit, non ſolum in clericis & monachis religioſiſſime commorantibus, verum etiam in laicis, ſe ſuaque ad eamdem communem vitam devotiſſime offerentibus. Qui etſi habitu nec clerici vel monachi viderentur; nequaquam tamen eis diſpares meritis fuiſſe creduntur: ſe enim ſervos eorumdem pro Domino fecerunt, imitantes eum,* (*c*) *qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, qui & ſuos ſectatores ad majoritatem per ſervitii exhibitionem docuit pervenire, nempe ipſi abrenuntiantes ſæculo ſe & ſua ad congregationes tam clericorum, quam monachorum regulariter viventium devotiſſime contulerunt, ut ſub eorum obedientia communiter vivere, & eis ſervire mererentur. Quapropter invidia diaboli contra eorumdem fratrum probatiſſimam converſationem quoſdam æmulos incitavit, qui eorum vitam malevolo dente corroderent, quamvis ipſos ad formam primitivæ Eccleſiæ communiter vivere viderent. Unde dominus Papa Urbanus illorum converſationem ab ipſis Apoſtolis plantatam, ſed ab eorum ſucceſſoribus latiſſime propagatam decreti ſui Apoſtolica auctoritate firmatam, ipſumque decretum Prælatis eorundem fratrum his verbis denuntiare curavit.*

(*c*) *Marc.* 10.

VI.
Urbani Pap. decretum de vita communi laicorum.

*Quoſdam*, inquit, *accepimus morem veſtrorum cœnobiorum corrodentes, quod laicos ſæculo renuntiantes, & ſe ſuaque ad communem vitam transferentes regendos obedientia ſuſcipitis. Nos autem eamdem converſationem & conſuetudinem, ſicut oculis noſtris inſpeximus, laudabilem, & eo pro perpetua converſatione digniſſimam, quo in primitivæ Eccleſiæ formam impreſſa eſt, judicantes, approbamus, ſanctam & catholicam nominamus, & per præſentes litteras Apoſtolica auctoritate confirmamus.* Hucuſque ex diplomate Bertholdus recitat. Scripſit & aliam epiſtolam eodem argumento ad eoſdem idem Urbanus Papa, ut qui communiter viverent, ſuis Epiſcopis pareant, ex qua Ivo (*d*) Carnotenſis Epiſcopus in ſuo Decreto ejuſmodi fragmentum recitat. *Quod autem ſedes Epiſcoporum non niſi in Eccleſiis excelſæ conſtitutæ & præparatæ invenirentur in throno; ſpeculationem & poteſtatem judicandi, & ſolvendi atque ligandi a Domino ſibi datam, maxime docent. Unde ipſe Salvator in Evangelio ait* (*e*) *Quæcunque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. Et alibi:* (*f*) *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ideo ipſa prætulimus chariſſimi, ut intelligatis poteſtatem Epiſcoporum veſtrorum, in eiſque Dominum veneremini, & eos ut animas veſtras diligatis, & quibus illi non communicant, non communicetis, & quos ejecerint non recipiatis. Valde enim eſt timenda ſententia Epiſcopi, licet injuſte liget, quod tamen ſummopere providere debet,* Subiicit autem iſta Bertholdus.

(*a*) *Ivo p.* 4. *cap.* 74.
(*b*) *Matth.* 18.
(*b*) *Jo.* 20.

VII.

*Non ſolum autem virorum & fœminarum innumerabilis multitudo his temporibus*

PAGIUS

*Rex ut Henricus, factus gravis eſt inimicus*
*Eccleſiæ ſanctæ, dominæque Mathildis amandæ,*
*In quocunque loco poterat ſibi tollere, toto*
*Nixu tollebat terras, ubicunque tenebat*
*Præſertim villas, ac oppida, quæ Comitiſſa*
*Hac ultra montes poſſederat a Genitrice.*
*Abſtulit omnino, niſi Caſtrum Brigerinum,*
*Forte quod & magnum locuples erat undique largum.*
*Hoc Rex aggreſſus nequit intus ponere greſſus.*

III.
*Mantuam ſibi ſubiicit.*

Poſtea *Henricus* in Italiam adverſus *Urbanum* II. tranſgreſſus, cum in Longobardiam veniſſet, primo adventu *Mathildem* habuit adverſariam. Quam ob cauſam bellum ab ea parte ordiri neceſſe habuit. Ei trans Padum omnia populanti *Mathildis* trajecto Pado audacter occurrit, ac ſummo prælio in campo Sorbariæ inito ſuperior abiit. Verum *Henricus* omnibus trans Padum caſtris, fruſtra repugnante Mathilde, potitus, *Mantuam* obſidione cinxit, & & poſt menſes undecim Mathilde ſe ſe Canuſii continente, in ſuam poteſtatem redegit *pridie Paſchatis*, die ſcilicet XII. Aprilis currentis anni, ut narrat Domnizo loco laudato. Bertoldus vero in Chron. hoc anno ait: *Eo tempore Mantuani diuturna obſidione ab Henrico Rege jam per annum conſtricti a Domino ſuo VVelfone Duce* (qui maritus erat Mathildis) *diſceſſerunt, & ſe ac civitatem ſuam ſuo devaſtatori tradiderunt;* Mantua enim proditione capta, ut inquit Domnizo.

A num.



Probata vita communis.

*bus ſe ad hujuſmodi vitam contulerunt, ut ſub obedientia clericorum ſive monachorum communiter viverent, eiſque more ancillarum quotidiani ſervitii penſum devotiſſime perſolverent; in ipſis quoque villis filiæ ruſticorum innumeræ conjugio & ſæculo renuntiare, & ſub alicujus ſacerdotis obedientia vivere ſtuduerunt; ſed etiam ipſæ conjugatæ nihilominus religioſæ vivere, & religioſis cum ſumma devotione non ceſſaverunt obedire. Hujuſmodi autem ſtudium in Alemannia potiſſimum uſquequoque decenter effloruit; in qua provincia etiam multæ villæ ex integro ſe religioni contradiderunt: ſeque invicem ſanctitate morum prævenire inceſſabiliter ſtuduerunt. Sic utique Deus ſanctam ſuam Eccleſiam in periculoſiſſimo tempore mirabiliter conſolari dignatus eſt ut de multorum converſione gauderet, quæ de excommunicatorum averſione jamdiu non ceſſavit dolere.*

VIII.
Tarraconenſis civitas donata S. Petro.

Hoc quoque anno (mirum dictu) cum Henricus Rex furit, & debacchatur in Romanæ Eccleſiæ jura, honorat eam Barchinonenſis Princeps. Nam Berengarius Auſonenſis Epiſcopus Romam veniens, tranſlatus in Archiepiſcopatum Tarraconenſem accipit pallium ab Urbano Papa, & privilegia pro eadem Eccleſia Tarraconenſi; obtulit vero eidem Urbano Pontifici Berengarii Comitis donationem factam anno ſuperiori de civitate Tarraconenſi e Sarracenorum manibus vendicata, quam hic tibi iſtam cupienti, ex ejus diplomate deſcribendam putavimus. Habetur in vaticana bibliotheca in codice Cencii Camerarii ſub iſto titulo:

*Inſtrumentum donationis factæ de civitate Tarraconenſi Romanæ Eccleſiæ a Berengario Comite Barchinonenſi.*

IX.
Diploma donationis factæ civitati Tarrac.

*Quoniam audivimus, necnon etiam ſæpiſſime vidimus res verti in contrarium mortuis teſtibus; principalibus & ſapientioribus placuit, ut res geſtas litteris denotarent, & ita quomodo res ſe habuit, poſteris ſuis traderent. Quapropter ego Berengarius Raymundi Comes Barchinonenſis & Marchio hanc chartam ſcribi juſſi, ut ſemper ſtaret memoria hujus rei, ſcilicet: Quod ego Berengarius Comes prædictus, amore Dei ductus, donavi Domino Deo & Apoſtolorum principi beatiſſimo Petro, ejuſque Vicario Romanæ Sedis Apoſtolico omnem meum honorem, qui mihi competit ex iure paterno, quemadmodum ego diviſi cum Raymundo Berengario fratre meo, ſicut ego eum habeo, vel habere debeo, ſpecialiter dono et in Dei nomine Tarraconenſem urbem cum omnibus quæ pertinent aut pertinere debent ad ejuſdem urbis nobilitatem, ea ſcilicet deliberatione, ut ego & mei poſteri omnes, ſicut ſupraſcriptum eſt, teneamus hoc totum per manum & vocem ſancti Petri, ejuſque Vicarii Romanæ Sedis Apoſtolici, per quinquennium perſolventes ei cenſum vigintiquinque librarum puriſſimi argenti ad juſtum penſum. Et ut Principes univerſi, vel omnes alii, qui mecum inſudaverint ad præfatæ urbis reſtaurationem, habeant in confinio hujus urbis paralodium, ſuam * apriſſionem, vel quod acceperint per manus noſtræ largitionem, non inde perſolventes aliquam penſionem, niſi forte compuncti amore Dei voluerint ipſi perſolvere ſua gratuita voluntate. Ob hoc etiam hanc chartam ratam eſſe volo, ut omnis hic honor, ſicut ſuperius continetur, nullatenus transferri poſſit in alterius poteſtatis dominium, ſed ego tantummodo & poſteri mei in perpetuum teneamus hoc totum per manus principis Apoſtolorum Petri & ejus Vicarii domini Urbani Secundi Papæ, & ſucceſſorum ejus, beati Petri Sedem canonice regentium.*

*

X.

*Hanc oblationem offero Domino Deo & principibus Apoſtolorum Petro & Paulo propter redemptionem peccatorum meorum, & patris mei Raymundi, & parentum meorum, per conſilium & voluntatem Berengarii Archiepiſcopi Tarraconenſis, & Epiſcopi Gerundenſis æquivoci Berengarii, & Vicecomitum Deuſdedit Tarraconenſis & Arval † Mironenſis Barchinonenſis, & Geraldi Alemanni, & Gereberti Girardi, & Guillelmi Raymundi, & Dorche fratris ſui & Hugonis Dalmacii & Huber-*

† f. Minoricenſis

PAGIUS
IV.
*Archiepiſcopatus Tarraconenſis reſtitutio ab Urbano II. petita.*

A num. VIII. ad XVI. Anno MLXXXIX. *Berengarius* Epiſcopus Auſonenſis, cujus Eccleſiæ jam inde a temporibus Joannis Papæ XIII. unita erat *Tarraconenſis*, Romam ſe contulit ad Urbanum II. ut ab eo impetraret reſtitutionem Metropolitani in provincia Tarraconenſi, quæ per quadringentos annos Archiepiſcopo Narbonenſi ſubjecta fuerat. *Urbanus* literas dedit ad *Berengarium* Comitem Barcinonenſem hujus nominis III. *Ermengaudum* Urgellenſem, & *Bernardum* Biſuldinenſem, quibus eos hortatus eſt, ut darent operam reſtituendæ Eccleſiæ Tarraconenſi, ut ibi Cathedra Epiſcopalis haberi poſſet, *ſalva tamen Narbonenſis Eccleſiæ juſtitia*; quibus verbis certum eſt, inquit Baluzius lib. 4. Marcæ Hiſp. ad annum MLXXXIX. Urbanum ſtatuiſſe, uti novus Epiſcopus Tarraconenſis ſubjectus eſſet Archiepiſcopo Narbonenſi tanquam proprio Metropolitano. Pollicitus tamen eſt ſe antiquam dignitatem Metropolicam Epiſcopo Tarraconenſi tributurum, *Si Romani auctoritate Privilegii Tarraconenſem provinciam canonice vendicare. Narbonenſis Antiſtes nequiverit* ait Urbanus in literis ſuis datis *Roma Kal. Julii indict. XII.* a Baluzio in Appendice Marcæ Hiſp. relatis. Interim cum Urbani literæ vulgatæ fuiſſent, *Dalmatius* Archiepiſcopus Narbonenſis ad Apoſtolicam Sedem acceſſit cum *Bertrando* Epiſcopo Barcinonenſi, & illic apud Urbanum *inter cætera*, ut ait idem Papa in Epiſtola ad Raynerium Legatum ſuum data, & ab eodem

Ba-

† hic poſt Urbanum ſucceſſit Papa, vocatus Paſchalis Secundus.

† A librario negligente prætermiſſus menſis & dies.

*berti Gousberti, & Angerii Gonfredi, & Alberti Bernardi per manum domini † Rainerii Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui nunc legatione fungitur in partibus noſtris †. Era milleſima vigeſimaoctava, anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo.* Hucuſque diploma, cui iſta ſubiiciuntur ab alio addita: *Tarraconenſis civitas per Berengarium Comitem & cæteros provinciæ ipſius Principes reſtaurari & inhabitari cœpta eſt, anno autem ſequenti Berengarius Auſonenſis quondam Epiſcopus, per quem potiſſimum civitas eadem reſtaurabatur, Sedem Apoſtolicam adiit, domino Urbano Papæ ſe præſentavit, pallium accepit, privilegium promeruit, per quod in Tarraconenſem metropolim tranſlatus, Archiepiſcopus inſtitutus eſt.* Pontificium autem diploma ſic ſe habet:

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Berengario Auſonenſi Epiſcopo in Tarraconenſem metropolim tranſlato, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.*

XI. Urbani Pap. diplom. ad Bereng.

*Inter primas Hiſpaniarum urbes Tarraconam fuiſſe inſignem & gentilem, etiam Chriſtianæ paginæ indiciis demonſtrant. Juſtus autem Dominus in viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui cum in pleriſque judiciis incomprehenſibilis habeatur, in nullo unquam valet reprehenſibilis æſtimari. Ipſe transfert regna & mutat tempora. Ipſi viſum eſt in eadem urbe olim Tarraconenſis urbis gloriam exaltare; ipſi viſum eſt in eadem urbe peccata populi ſui viſitare. Cum enim in ea Chriſtianorum populus habitaret, viſitavit in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed ecce jam tranſactis trecentis nonaginta annis, ex quo præfatam urbem Agarenorum gens prope ſolitariam fecerit: Principum ſuorum cordibus inſpirare dignatus eſt, ut ejuſdem urbis reſtitutioni, ſecundum præceptum Apoſtolicæ Sedis, cui * auctoritate Deo, licet indigni præſidemus, inſiſterent. Berengarius ſiquidem Barchinonenſis Comes auctoritatis noſtræ perſuaſione commonitus pro animæ ſuæ ſalute cum ſuæ poteſtatis magnatibus non ſolum reſtitutioni præfatæ urbis inſiſtit, ſed & urbem ipſam & omnem poteſtatis ſuæ terram B. Petro, ejuſque Vicariis legali ſtipulatione tradidit, cenſumque quinque librarum argenti Lateranenſi palatio annis * ſolvendum inſtituit.*

* f. Auctore.

XII. * f. ſingulis

*Nos itaque, præſtante Deo, reſtitutionis hujus optamus cooperatores exiſtere, prædicti Comitis inſtitutum, libertateſque & conſuetudines, quas novis Tarraconenſis urbis colonis promulgaſſe cognoſcitur, collaudamus, & rata manere auctoritate noſtra decernimus. Cum univerſa ſiquidem ipſius Comitis terra, quam beato Petro obtulit, & Tarraconenſem urbem ac populum, Domino ibi aſpirante, collectum, ſub Apoſtolicæ Sedis tutela ſpecialiter confovendum ſuſcipimus, libertatemque illius per Comitis Berengarii * ſcripto collatam eatenus confirmamus, ut nemini quidquam ultra perſolvant, niſi ſponte propria Romanæ ſe faciant Eccleſiæ debitores. Ut igitur hæc omnia Deo auctore inconcuſſa permaneant; nos anteceſſorum noſtrorum privilegia ſequentes, qui Auſonenſem Eccleſiam Tarraconenſis quondam inſtituere vicariam; tibi, o chariſſime fili Berengari, quia tuo potiſſimum ſtudio hæc eſt reſtitutio inſtituta, ex Romanæ Eccleſiæ liberalitatis gratia pallium, totius ſcilicet ſacerdotalis dignitatis plenitudinem, indulgemus.*

* f. ſcriptum.

XIII. *Præterea tibi, tuiſque ſucceſſoribus legitime ſubſtituendis, qui in Tarraconenſis civitatis & Eccleſiæ reſtaurationem pari ſtudio inſudaverint, præfatam Tarraconenſem Eccleſiam jure proprio poſſidendam per hujus privilegii paginam confirmamus una cum omnibus Eccleſiis, quas proprio jure noſcitur antiquitus poſſediſſe, præcipientes de his quæ Sarracenorum ad*

PAGIUS Baluzio in Appendice libri de Primat. tit. VI. publicata, *præjudicium ſibi factum de Tarraconenſium Epiſcoporum ſubtractione per Romanam Eccleſiam ſuppliciter intimavit.*

V. *Intercedit Archiepiſcopus Narbonenſis.*

Quæſivit ab eo *Urbanus*, num haberet Privilegia Sedis Apoſtolicæ, quæ oſtenderent Primatum ſibi in provinciam Tarraconenſem competere. *Dalmatio* autem reſpondente ſuam Eccleſiam ea habuiſſe, quæ ſe ſperabat invenire poſſe, reſcripſit Urbanus II. ad Raynerium, ut ſi Privilegiorum nequiverit auctoritas inveniri, ille *cum Principibus terræ*, ideſt, cum Comitibus, ad quos priores Urbani literæ ſcriptæ ſunt, ſtudeat reſtaurandæ Eccleſiæ Tarraconenſi. Cum vero *Dalmatius* aperte videret, ſe cauſa caſurum, niſi oſtenderet Privilegium Apoſtolicum, confictum eſt Diploma *Stephani Papæ* hujus nominis V. vulgo VI. de quo Baluzius citatus ad annum DCCCLXXXV. datum adverſus *Selvam*, & *Hermemirum* pervaſores Sedium Urgellenſis & Gerundenſis. Iſtud manifeſtum fit ex contextu ipſius Epiſtolæ, in qua tanquam ſi Stephanus prævidiſſet ea, quæ tempore Urbani II. acciderunt, ait, ſi vera fama, hac conditione Tarraconenſem Eccleſiam, in jus & obſequium ditionis Eccleſiæ Narbonenſis tranſiiſſe, *ut nunquam a ſubjectione illius ullo pacto ullave ratione recedere queat, etiamſi Tarraconenſis provincia Metropolitana Eccleſia in priſtinum reformetur ſtatum*; quod deinceps pluribus argumentationibus & verbis explicatur. Verum quia vetus exemplar huius Reſcripti Apoſtolici prolatum haud dubie non eſt, & recenti teſtimonio credi non debuit in re adeo antiqua, nullam earum *Stephani* V. literarum rationem habuit Urbanus II. & currenti anno jus Metropoliticum auctoritate ſua reſtituit Eccleſiæ Tarraconenſi, ad quam tranſtulit *Berengarium* tunc Epiſcopum Auſonenſem; Decretoque eodem Auſonenſem Ec-



*ad præſens ſubjacent ditioni, ut cum eas Deo placuerit poteſtati populi Chriſtiani * ad debitam Eccleſiæ veſtræ obedientiam referantur; ſalva tamen in omnibus Romanæ Eccleſiæ auctoritate. Porro Auſonenſem Eccleſiam tibi, tuiſque ſucceſſoribus tamdiu concedimus poſſidendam, donec, auctore Deo, ad priſtini, ſtatus plenitudinem veſtræ ſtudio Tarraconenſis Eccleſia reformetur.*

XIV. *Pallio itaque in Miſſarum ſolemniis intra Eccleſiam ſolummodo uti debebis, in præcipuis tantum feſtivitatibus, videlicet Nativitate Domini, Epiphania, Hypapante, Cœna Domini, Sabbato ſancto, Reſurrectionis prima & ſecunda feria, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, tribus feſtivitatibus ſanctæ Mariæ, ſancti quoque Michaelis, & ſancti Joannis Baptiſtæ, in natalitiis omnium Apoſtolorum, & eorum Martyrum, quorum pignora in veſtra Eccleſia continentur, in commemoratione nihilominus omnium Sanctorum, in conſecrationibus Eccleſiarum, Epiſcoporum, clericorum, in annuo conſecrationis tuæ die, in ſolemnitatibus etiam ſanctæ virginis Theclæ, ſanctique Martyris Fructuoſi ac ſociorum ejus. Te igitur reverentiſſime frater affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honoris pontificio ſemper exhibeas, Chriſtianis ac Sarracenis ſine offenſione eſſe procurans, ad fidem Infideles quærere, Deo largiente, verbis ſtudeas & exemplis. Sic exterius pallii dignitate præcellas in oculis hominum, ut interius virtutum excellentia polleas coram ſupernæ oculis majeſtatis.*

XV. *Plane per præſentis privilegii paginam officii noſtri auctoritate decrevimus, ut quicumque ſe Tarraconenſis Eccleſiæ bona injuſte hactenus obtinuiſſe cognoſcunt, ea deinceps eidem Eccleſiæ reſtituere, præ Judicii divini formidine, & Sedis Apoſtolicæ reverentia ſtudeant. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut, Vicecomes, Judex, aut quilibet Magiſtratus, vel perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, hujus privilegii paginam ſciens, contra eam venire temere tentaverit; ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione condigna emendaverit, eum honoris ſui & officii periculo ſubjacere decrevimus, & a Chriſto, atque Eccleſiæ corpore ſegregamus. Conſervantibus autem pax a Deo & miſericordia præſentibus & futuris ſæculis conſervetur. Etiam. Amen. Dat. Capuæ Kal. Julii per manus S. R. E. Joannis diaconi Cardinalis, Indictione decimaquarta, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimoprimo, Pontificatus autem domini Urbani Secundi anno quarto.*

XVI. Hoc eodem anno inventum eſt Bari metropolitana in Apulia civitate corpus ſancti Sabini Epiſcopi Canuſini, de quo plura ſanctus Gregorius habet in tertio dialogorum libro. Inventæ autem ſunt in ſepulcro ejuſmodi inſcriptiones.

*A dextris.*

✻ Tumba beati membra Sabini continet iſta.

*Condidit hic Præſul membra Angelarius illa,*
*Quæ Bari Primas primus patefecit, Elia*
*Tandem Sanctorum ſublimatore favente.*
*Urbs eſt Barenſis patre conſolata Joanne,*
*Qui ſimplex, juſtus, prudens, pius, atque pudicus,*
*Iſtam Baſilicam veterem nimis, & tenebroſam,*
*Ut decet, & decuit digno cultu renovavit.*
*Cum tribus hanc aris poſtquam de more ſacravit,*
*In media S. Sabini membra locavit.*
*Quæ Magdalenæ ſacra ſub honore Mariæ,*
*Membrorum non eſt primi quoque Martyris expers.*
v. Idus Februarii Indict. iiii.

*A ſiniſtris.*

✻ *Angelarius Archipræſul Canuſii attulit huc corpus S. Sabini a Canuſio, quod fuit occultum in hoc templo uſque ad tempus Eliæ Archiepiſcopi Barinorum, & Canuſinorum, a quo fuit inventum & hic honorifice collocatum. Menſe Februarii Indictione xv.*

Porro rei geſtæ hiſtoria tunc temporis a Joanne Archidiacono ſcripta memoria digna videtur, quæ incipiens ab Urſone Archiepiſcopo prædeceſſore Eliæ, ſub quo ejuſmodi inventio facta eſt, continet alia plura ejus temporis ſcitu utilia. Sic enim ſe habet:

*Joannes Archidiaconus.*

*Tem-*

PAGIUS Eccleſiam univit Tarraconenſi. Ex hoc tempore ceſſavit auctoritas Archiepiſcopi Narbonenſis in ea parte Marcæ Hiſpanicæ, quæ trans Pyrenæos ſita eſt.

VI. *Jus Metropoliticum Tarraconenſi reſtituitur.*

Eruit hæc Baluzius laudatus ex Epiſtola Urbani II. ad Raynerium Legatum ſuum, in qua ait: *Veniens cum Barcinonenſi fratre noſtro venerabili Epiſcopo reverentiſſimus frater noſter Narbonenſis Archiepiſcopus*, &c. *inter cætera præjudicium ſibi factum de Tarraconenſium Epiſcoporum ſubtractione per Romanam Eccleſiam ſuppliciter intimavit, cum eos Narbonenſis Metropolis per annos quadringentos ſine alterius Eccleſiæ reclamatione poſſederit. Noſtra igitur vice in partibus illis fungens, Tarraconenſibus Epiſcopis noſtra auctoritate præcipito, ut interim Narbonenſi tanquam proprio Metropolitano obediant, donec præſtante Domino Tarraconenſis reſtauretur Eccleſia*, &c. *Quia vero Narbonenſis Archiep. Privilegia de Primatu Eccleſiam ſuam ha-*

XVII. *Temporibus Urſonis Archiepiſcopi, qui prius fuerat apud Rapullam Epiſcopus, ſed poſtea per potentiam & voluntatem Ducis Roberti a Papa Gregorio, qui & Hildebrandus dictus, ad Eccleſiam Barenſem traductus fuerat, Archiepiſcopus ordinatus eſt, qui me a primo gradu Eccleſiaſtico uſque ad leviticum ordinavit, & Archidiaconatus honorem mihi conceſſit indigno. Sermocinatio inter clericos veteres Eccleſiæ noſtræ illo præſenti de altari veteri, quod erat in Confeſſione, multotiens orta eſt. Requirebat enim ipſe Archiepiſcopus a ſacerdotibus veteranis de eodem altari & illius conſecratione, vel reliquiis, vel a quo fuerat olim conſecratum: de multis etiam Eccleſiæ noſtræ rebus quemadmodum hominibus conſuetudo eſt, ſcire volens interrogabat.*

De Urſone Archiep. Barenſi ſub Roberto Guiſcardo.

*Illi autem retulerunt ei reſpondentes, eamdem fuiſſe Archiepiſcopatus Eccleſiam, quæ modo eſt Confeſſio, poſtea vero deſuper incepta eſt Eccleſia ad honorem beatæ Dei genitricis & ſemper Virginis Mariæ a Biſantio Archiepiſcopo & a Nicolao Archiepiſcopo ejus ſucceſſore conſummata. Verumtamen de altari prædictæ Confeſſionis incerti erant, a quo fuerat pontifice conſecratum, vel cujus Sancti reliquiæ ſuppoſitæ; a ſuis autem prædeceſſoribus relatum memoria retinebant, ſanctorum Confeſſorum Memoris & Rufini, qui olim Eccleſiæ fuerant pontifices Canuſinæ corpora recondita conſervari. Colloquium itaque inter nos cum eodem Urſone habebatur Archiepiſcopo de inquirendis ſub prædicto altari Sanctorum iſtorum corporibus, quoniam id quod de eiſdem referebatur, mentibus noſtris verſabatur ambiguum. Verum quia ipſe Archipræſul multis & variis impeditus erat negotiis, inquiſitio iſta protracta eſt, ſuoque in tempore omnino dimiſſa.*

XVIII. *Erat namque majorum cauſarum fere omnium Ducis Roberti & conſiliorum intimus & particeps, quia & fideliſſimum ſibi ſuis in negotiis jam & probatum habebat aliqua in legatione Apocriſarium. Nam frequenter ad prædictum Papam legaverat, & Hiſpaniam illum miſerat, quoniam filiam ſuam Comiti Barzelonenſi nuptui dederat, quam ſuæ de regno provinciæ pro nuptiis confirmandis uſque in terram iſtam quæ ſub ejus Ducis erat dominio, cum multo comitatu & apparatu ſumptuoſo conduxerat. Præterea cum eodem Duce, quocumque ibat, equitabat fere totius anni per ſpacium; quoniam pro his, quæ retulimus, & aliis prope ſe illum volebat degere, ſuiſque in negotiis, ut prænotavimus, habere participem. Rariſſime igitur ſuum ad Epiſcopatum veniebat, aut in Paſcha, vel in Natalis ſolemnitate Domini, aut in quibuſdam paucis anni partibus, non tamen diu morabatur, ſed tribus diebus vel quatuor, aut, ut multum, per ſeptimanam. Hoc itaque modo tranſeundo per tempora fatigatus & inquietus, ſicut ipſe nobis retulerat, ſæpe multis ſub laboribus, & itineribus, & ſollicitudinibus, utpote tanto Duci ſervire ac placere volebat, vixerat. Tandem autem Hieroſolymam eſt, cauſa orationis ad Sepulcrum profectus Domini, & in eodem anno exinde Barum rediit, & aliquanto tranſacto tempore ivit Canuſium, ibi infirmatus obiit, & ſepultus eſt ſextodecimo Kalen. Martii. Hic vixit in Archiepiſcopatu Barenſi annis novem & menſibus octo.*

*Hujus autem poſt obitum ſucceſſit Elias Archiepiſcopus, qui primus Abbas fuerat, corpuſque ſancti Nicolai ſua in procuratione abſque ordinatione tenebat. Hoc autem electo in Archiepiſcopum voluntate atque conſenſu Ducis Rogerii filii Ducis dicti Roberti, Melfiam Papam Urbanum adivimus, qui ibidem Synodum celebrabat menſe Septembri, quem rogavimus, ut uſque Barum deſcenderet, prædictumque conſecraret Eliam in Archiepiſcopatus honorem, domino Boamundo eumdem Papam nobiſcum deprecante, qui eo tempore Barum jam ſuo tenebat ſub dominio: ipſo vero conſecrato ab eodem Papa in Eccleſia noſtri Archiepiſcopatus, ſæpe cum* XIX.

Elias Archiep. tempore ſynodi Melfitanæ.



*eo loquebamur de prædictis corporibus atque altari. Cœpit ergo ſollicitus eſſe, ut quæreret, quatenus de hoc, quod ambigue dicebatur, & habebatur, certus foret, & amplius non dubitaret. Nam de corpore ſancti Sabini mentio nulla erat, ſed de ſupradictis Confeſſoribus, nec temporibus prædicti Eliæ Archiepiſcopi, neque Archiepiſcopi Urſonis. Exiſtimabatur enim, quod apud Eccleſiam Canuſinam illius ſanctæ reconditæ fuiſſent reliquiæ; quod probavit poſtea rei veritas fuiſſe mendacium. Multotiens enim quæſitum eſt in eadem Eccleſia de Confeſſoris ejuſdem corpore, & a Mordaco nomine prædictæ Præpoſito Eccleſiæ, atque Rainerio & aliis, qui præfuerant; ſed nunquam & nuſquam ab illis potuit hactenus inveniri. Quippe quod ibi non erat, quomodo invenire valebant? hoc autem modo in Eccleſia noſtra voluntate divina, quod multos ignotum per annos fuerat, ſcriptura nulla ſignificante repertum eſt tandem.*

XX. Inventio corporis S. Savini epiſc.

*Nam prædictus Elias Archiepiſcopus cœpit ſimulac, ut prænotatum eſt, eſſe ſollicitus de Memoris atque Rufini Confeſſorum in altari jam dicto, ut certus eſſet, requirendis corporibus, non quievit, vel oblivioni quemadmodum Urſo fecit Archiepiſcopus, tradidit, ſed juſſit altare deſtrui. Quo diruto, apparuerunt oſſa in anteriori altaris facie veluti ſub quadam ſpeluncula, vel ſepultura condita quodam contecta panniculo. Quo viſo ſtatim cœpit idem Archiepiſcopus illum auferre caute atque ſuaviter. Verumtamen illum non ſequebatur integer totus; particulæ namque illius ab illa, quæ prius fuerant integritate corruptæ, jam putrefactæ cadebant; multorum quippe annorum curricula tranſierunt. Ab illo etenim tempore, quo ſupradicta fuerunt oſſa uſque ad hoc ibi ſuppoſita, invenimus ducentos & quaſi quadraginta præteriiſſe annos, numerantes diligenter, ut valuimus, Epiſcoporum annos, qui huic noſtræ præfuerunt Eccleſiæ. Prædicto autem panno modo ſupradicto invento, litteræ ſunt viſæ atque relectæ, quæ dicebant: ANGELARIUS EPISCOPUS ATTULIT CORPUS SANCTI SABINI. Hujuſmodi etiam ſcriptura inventa eſt in tabula una marmorea, quæ ibidem tunc reperta eſt ſimiliter & in uno toſo: a quo videlicet, tempore hujus Epiſcopi Angelarii uſque ad tempus ejuſdem Eliæ Archiepiſcopi anni præſcripti ſunt numerati. Archiepiſcopus igitur cum omnibus nobis, qui aderant, effectus lætiſſimus, hoc, quod inopinate inventum eſt, mox cœpit, ut decebat, reverenter extrahere, atque capſa lignea deinde honorifice collocare.*

XXI. *Interea velocibus alis fama ſubito volavit per urbem, aureſque omnium verberans id quod actum eſt, nuntiavit. Cucurrit igitur repente uterque ſexus & omnis ætas lætitia, & gaudio plena, Dominoque omnipotenti meritas reddidit laudes, qui ſuo in tempore tantam gratiam ſui largitate conceſſit. Sanctos autem artus ad horam ſic collocatos, Archipræſul idem non ita in tempus poſterum permanere negligenter permiſit, ſed marmoream ſepulturam, ut ſolet fieri, apte compoſitam, tabulam quoque marmoream itidem ad tegumentum, litteris ibi per ſculpturam deſignatis inventionem, & tempus, nomenque ſuum, ut eſt deſuper notatum, ſignificantibus a nobis dictatis, præparari præcepit. His & aliis, quæ neceſſaria erant denique conſummatis, Epiſcopos Eccleſiæ noſtræ ſuffraganeos, Clerum omnem & populum die præordinata convocatum, ordinatis ex more deinde ordinibus Eccleſiaſticis, ut ſolet in diebus fieri ſolemnibus cum luminibus, & thymiamatibus, Præſulibus ſuſtinentibus eaſdem reliquias, ſub eodem loco, ubi inventæ fuerant, honorifice collocavit. His denique ſolemniter ita conſummatis, altare deſuper conſtrui præcepit, & ut iſtius feſtum inventionis celebraretur decimo die intrante menſe Decembri, qui & dies fuit inventionis, conſtituit, anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti milleſimo nonageſimoprimo, Indict. xiv.*

XXII. *Pro munere autem iſto nos gratias meritaſque laudes omnipotenti Deo referre debemus, qui nobis eſt ſuam per gratiam dignatus concedere. Unde lætitiam habemus communem: merito enim nos collætari*



PAGIUS *habuiſſe memoravit, quæ a ſuo prædeceſſore tranſlata, ſe tamen ſperat præſtante Domino reperturum, tu cauſam hanc diligenter inquire, inquiſitam ad nos referre procura. Quod ſi Privilegiorum nequiverit auctoritas inveniri, tu cum Principibus terræ de reſtitutione Tarraconenſis Eccleſiæ ſtude. Interim tamen Tarraconenſes Epiſcopos ei tanquam Metropolitano proprio obedire præcipito.* Literæ illæ ſine ulla temporis nota datæ; ſed eæ, quibus jus Metropoliticum reſtituitur Eccleſiæ Tarraconenſi, quas Baronius recitat, ſcriptæ ſunt hoc anno *Capuæ Kalend. Julii.*

VII. A num. XVII. ad XXII. *Sancti Sabini* Epiſcopi Canuſini in Apulia Reliquiæ, *Canuſio* a Saracenis devaſtato, ab *Angelario*, qui Canuſinus Epiſcopus & ſimul Barenſis Archiepiſcopus erat, tranſlatæ fuere, cauteque defoſſæ, adeo ut hoc tempore omnis earum memoria obliterata eſſet, credereturque eas in Canuſina Eccleſia etiamnum aſſervari. Tandem Barii ſub altari Confeſſionis, quæ *Angelarii* ætate Cathedralis Eccleſia fuerat, repertæ ſunt. Hiſtoriam Inventionis accurate deſcripſit Joannes Barenſis Archidiaconus, qui præſens affuit. Recitat eam Hiſtoriam Baronius ex eodem Scriptore, qui ait, hanc Inventionem contigiſſe *temporibus Urſonis Archiepiſcopi Barenſis* ad eam dignitatem anno MLXXIX. evecti, & a Roberto Calabriæ Duce magna in exiſtimatione habiti: *Nam frequenter*, inquit Joannes Archidiaconus, *ad prædictum Papam* (ſc. Gregorium VII.) *legaverat, & Hiſpaniam illum miſerat, quoniam filiam ſuam Comiti Barzelonenſi nuptui dederat, quam ſuæ de regno provinciæ pro nuptiis confirmandis uſque in terram iſtam* (Barenſem nempe), *quæ ſub ejus Ducis erat dominio, cum multo comitatu & apparatu ſumptuoſo conduxerat.* Ita Joannes apud Baronium num. XVIII. Verum loco, *quam*, legendum, *quem*, ut habet correctior editio, qua uſus eſt Bollandus, ad diem IX. menſis Februarii, ubi hujus Inventionis Hiſtoriam refert. Non enim *Mathildem* Roberti Calabriæ Ducis filiam, quæ Salerni erat, *Urſo* Archiepiſcopus comitatus eſt, ſed Raimundum Berengarii Barcinonenſem Comitem, hujus nominis II. quem Salernum veniſſe, & filiam Roberti uxorem ſibi dari poſtulaſſe, affirmat Guillelmus Apulienſis lib. 4.

*Raimundus comes Barcinonenſis nuptiarum cauſa Salernum venit.*

*Venerat inſignis Comes hanc Raimundus ad urbem,*
*Ut nuptura Ducis detur ſibi filia poſcens;*
*Huic major natu nuptum datur.*

Hoc conjugium ſerius non peractum, quam anno milleſimo ſeptuageſimo ſexto, quo *Raimundus* pater obiit, uti ſuo loco diximus. Subdit Guillelmus *Robertum* poſtea Beneventum ſe ſe contuliſſe, ibique cum Gregorio VII. Papa fœdus, de quo ſupra locuti ſumus, pepigiſſe. Quæ ad Inventionem Reliquiarum Sancti Sabini pertinent, Baronius ex eodem Joanne Archidiacono recitat.

*ri debemus, quia ſi quilibet homo, ſicut*
(a) Matt. 13. *ſcriptum eſt, (a) in agro theſaurum aliquem invenit, vendit univerſa quæ habet, & gaudens emit agrum illum; quanto magis nos pro iſto theſauro auro & argento multo meliore gaudere debemus, quem nos non emimus, pro quo nullam commutationem fecimus, ſed gratuita largitate? Unde noſtrum eſt honorare, quod in Eccleſia invenientes accepimus, acceptum autem omni cum reverentia honoremus; quoniam reverentia, quam illi exhibemus, nobis proculdubio proderit. Deus omnipotens ſuis retribuit fidelibus, ſuos qui Sanctos honorant, venerantur, ſuiſque in neceſſitatibus deprecantur. Quoniam, qui Sanctos honorat, Deo exhibere honorem*
(b) Ibid. 10. *dubium non eſt. Ipſe namque dixit: (b) Qui vos honorat, me honorat; qui vos accipit, me accipit. Oportet ergo nos modis omnibus quibus poſſumus illos honorare, noſtraque pro ſalute rogare, quatenus Dominus Deus noſter ad gloriam illorum per gratiam ſuam nobis ire concedat, qui ſemper vivit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum.*

*Fidem facio ego Notarius Joannes Baptiſta Pirris de Baro, præſentem copiam diligenter extractam eſſe a libro antiquo lectionum Sanctorum grandibus ſyllabis manuſcripto in paginis papyreis, exiſtente in Archivo regalis Eccleſiæ ſancti Ni-*
ri
*colai Barenſis inibi relicto* m: *Col. Ideo præſentes feci & ſignavi requiſitus. Laus Deo & beatæ Mariæ Virgini.* Hactenus de inventione ſancti Sabini.

Ad poſtremum, hoc etiam anno, glorioſos meritis Confeſſores ex hac vita deceſſiſſe Altmannum Epiſcopum Patavienſem XXIII.

PAGIUS VIII. *Viri illuſtres qui ſub Gregorio VII. floruere.*

Ad num. XXIII. *Sanctus Altmannus* Epiſcopus Patavienſis, qui die VIII. Auguſti colitur, hoc anno ad Deum migravit, quemadmodum & *VVillelmus* Abbas Hirſaugienſis. Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. cap. XIII. ait: *Quanta Gratia Dei ſubſecuta ſit obedientes Gregorianæ inſtitutioni* (ideſt, Gregorii VII. Decretis) *oſtendit religio quadrata* (ideſt, Sancti Benedicti, ita vocata, quod ex quatuor generibus, ideſt, duplici utriuſque ſexus gradu conſtituatur) *per Apoſtolicam Gregorii noſtri benedictionem venerabiliter in his regionibus inchoata, & feliciter multiplicata, videlicet attonſorum Chriſti ſervorum, eiſque fideliter ſervientium fratrum Barbatorum* (ideſt, Converſorum, quorum uſum Willelmus Abbas Hirſaugienſis, vel inſtituiſſe, vel abolitum renovaſſe dicitur a Trithemio in Chron. Hirſaugienſi: nam Clericis barbas radentibus ipſi diſtinctionis cauſa illas alebant); *Virginum ſingulari devotione jugiter incluſarum: itemque Virginum regulari moderatione introitus & exitus ſuos cuſtodientium. Sane quadraturæ hujus ſive quadrigæ quatuor præcipui Rectores fuere videlicet Canonicæ vitæ renovator eximius, Altmannus Epiſcopus de Patavia, & beatæ recordationis Odalricus Prior de Cluniaco, venerandi Patres VVillelmus de Hirſaugia, & Sigefridus de Sancti* Salvatoris Cella, ideſt, Rector monaſterii S. Salvatoris in villa Scaphuſa, ac in Epiſcopatu Conſtantienſi ſiti, ut legitur in Epiſtola XXIV. libri VII. Regiſtri Gregoriani, ad Willelmum Hirſaugienſem data. Gebehardus Altmannus & Thiemo Abbas fuere Romanorum Pontificum adverſus ſchiſmaticorum factiones invicti propugnatores, ut liquet ex Annal. Eccleſiaſt. & præcipue ex Vita Sancti Gebehardi a Caniſio Tom. II. Antiq. Lect. edita, & ex Vitis SS. Altmanni & Thiemonis a Tengnagelio Ingolſtadii poſt Baronii mortem publicatis. Denique *Odalricus* ſeu Udalricus Cluniacenſis Monachus ſanctitate Clarus ſcripſit libros tres *Antiquarum Cluniacenſis cœnobii Conſuetudinum*, Tom. IV. Spicilegii a Dacherio publici juris factos, qui in Prolegomenis de eo agit.

IX. *Concilium Legionenſe.*

Poſt mortem *Garſiæ* Gallæciæ & Luſitaniæ Regis, quæ menſe Martio ſuperioris Chriſti anni contigit, ut anno MLXXII. num. XII. oſtendimus, corpus ejus Legionem deportatum eſt, *cujus funeri ambæ ſororis, Urraca ſcilicet & Geloyra more Regio occurrentes, & Renerio Romanæ Eccleſiæ Legato, qui poſtea Papa effectus eſt* (ſub nomine Paſchalis II.) *& cum Bernardo Toletano Archiepiſcopo, aliiſque comprovincialibus Epiſcopis & Abbatibus Legione Synodum celebrabat* (ideſt celebravit,) *omnibus pro ejus anima Deo ſalutarem hoſtiam offerentibus, corpus ejus in eadem urbe cum Proceribus ſuis ſepulturæ honorifice tradiderunt, era MCXXIX.* hoc ſcilicet Chriſti anno, licet ſuperiori e vivis exceſſiſſet). *In prædicta vero Synodo almi Sacerdotes de fide Catholica colloquentes, ſtatuerunt, ut ſecundum Regulam beati Iſidori Hiſpalenſis Archiepiſcopi Eccleſiaſtica Officia in Hiſpania regerentur. Statuerunt etiam, ut ſcriptores de cetero Gallicam litteram ſcriberent, & prætermitterent Toletanam in Officiis Eccleſiaſticis, ut nulla eſſet diviſio inter miniſtros Eccleſiæ Dei*, inquit Lucas Tudenſis, qui tamen jam perperam ſcripſerat, Garſiam Legionem venientem in itinere mortuum eſſe. Celebratum itaque hoc anno *Concilium Legionenſe*, cujus Baronius non meminit, cuique præfuit *Renerius Legatus & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis* inquit Rodericus lib. 6. cap. 30.

X. *Explicatur primum ejus Decretum.*

Duo in hoc Concilio conſtituta, quorum primum reſpicit Officia Eccleſiaſtica; alterum Gallicam litteram, quæ uſurpari jubetur. Priori Regula Sancti Iſidori de Officiis Eccleſiaſticis ad cujus præſcriptum ea adminiſtrari deberent, ſervanda præcipitur, ubi Eminentiſſimus Cardinalis de Aguirre Tom. III. Concil. Hiſpan. pag. 298 intelligit Epiſtolam ejuſdem Sancti Iſidori ad Laudefredum Epiſcopum Cordubenſem, in qua agit de omnibus & ſingulis Officiis Eccleſiaſticis, & proprias uniuſcujuſque functiones exponit. Quarum diſciplina & executio cum jam obliterata, aut neglecta aliquibus retro ſeculis, propter irruptionem Sarracenorum, & bella cum iis aſſidua, in Hiſpania fuiſſet, in hoc Concilio inſtauratur. Porro Regula Sancti Iſidori quædam Regulæ Sancti Benedicti mitigatio erat, ut notat Hugo Menardus in Concordia Regularum pag. 72. ad hæc verba, *non multum differt a Sancti Benedicti Regula*, & rurſus ad iſta ejuſdem Iſidori, *quiſquis veſtrum illam univerſam Veterum diſciplinam contendit appetere, pergat inquantum placet, & arduum illum limitem atque anguſtum levigato curſu incedat.*
Qui



Confeſſorum & defenſorum Catholicæ veritatis obitus.

ſem, Vvillelmum Abbatem Hirſaugienſem, ex mulieribus Juditham ſanctæ converſationis feminam, uxorem, quondam Hermanni Marchionis, Adelaidemque Taurinenſem Comitiſſam, de qua ſuperius ex litteris Petri Damiani, teſtatur Bertholdus in appendice ad Hermannum: cujus etiam aſſertione liquet, hoc eodem anno diem obiiſſe Fridericum Comitem de Catholica Eccleſia optime meritum; de quo Bertholdus anno ſequenti: ſed quæ geſta ſunt hoc anno videamus, ait enim: *Hic autem* Fridericus *Comes ſub habitu ſæculari more S. Sebaſtiani ſtrenuiſſimus miles Chriſti fuit, videlicet Eccleſiaſticæ religionis ferventiſſimus amator, & Catholicæ pacis indefeſſus propugnator. Hunc venerabilis Papa Gregorius, hunc beatus Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, quaſi unicum filium amaverunt, hunc clerici & monachi, immo omnes religioſi ferventiſſime dilexerunt.*

*Hic in fidelitate ſancti Petri contra ſchiſmaticos uſque ad mortem ſtudioſiſſime certavit; in cujus etiam* ſancti Petri *feſto de hujus vitæ ergaſtulo ereptus,* XXIV. Friderici comitis laudes.



Kkkk 2 *ei-*

PAGIUS *Qui vero tanta juſſa priorum explere nequiverit, in hujus limitis diſciplinam greſſum ponat. ... Quapropter ſicut illa præcepta priorum perfectum reddunt & ſummum; ita facient iſta vel ultimum.* „ Ad quæ Menardus habet: Innuit Sanctus Iſidorus Regulam ad „ captum imperfectorum & infirmorum a ſe „ compoſitam fuiſſe; quod confirmatur auctoritate Sancti Braulionis Epiſcopi Cæſarauguſtani, cum agit de Scriptis Sancti Iſidori; „ *monaſticæ Regulæ librum unum, quem pro patriæ uſu, & invalidorum animis decentiſſime* „ temperavit. Ita Menardus.

XI. *Explicatur ſecundum Decretum.*

„ Quoad alterum Decretum, hæc ſcribit „ eruditiſſimus Cardinalis citatus: Mutatio „ primum ſtatuta in hoc Concilio Legionenſi, „ non fuit penes Officium Divinum, ſed ſolum quoad litteras; ſive characteres, qui eo „ uſque erant Toletani, ſive proprii Mozarabum: verum ab hoc tempore derelicti fuerunt in Officiis Eccleſiaſticis, & mutati in „ Gallicanos, communes fere tunc in Eccleſia. Hoc enim indicat Tudenſis ipſe poſtremis illis verbis: *ut nulla eſſet diviſio inter* „ *miniſtros Eccleſiæ Dei*. Hæc enim cauſalis „ omnino extra rem eſſet, niſi eo uſque in „ aliis regionibus libri officiorum Divinorum „ in Choris Eccleſiarum uſitati, & Miſſalia „ quælibet, ac Breviaria, ſcripta eſſent Gallicis litteris. Ita Card. doctiſſimus. Character Gothicus littera Toletana appellabatur, ut Officium Gothicum, Toletanum dicebatur. Monachi Cluniacenſes, qui magna in Hiſpania auctoritate pollebant, quique natione Galli erant, uſus Gallicos, quantum poterant, introducebant. Sed hoc Synodi Legionenſis decretum receptum non fuit, ſicuti nec Edictum Statuum Regni anno MCI. Legione congregatorum, ut ibidem videbimus, ideoque *Alphonſi* VI. Regis Legionis Caſtellæ & Gallæciæ conatus irritus fuit.

XII. *Initium Imperii Almoravidum in Hiſpania.*

*Juſſetus* Marochii Rex & Almorabitarum ſeu Almoravidum Imperator, anno poſt captum a Chriſtianis Toletum, ex Africa in Hiſpaniam tranſiit, uti refert Noweirius Scriptor Arabs, magnæ auctoritatis, adhuc ineditus; & Cæſarauguſtam, Granatam, aliaſque Urbes occupavit in bello, quod adverſus *Alphonſum* VI. Caſtellæ & Legionis Regem geſſit. *Almorabitæ* autem ex Africa interiori & magno Deſerto, Arabice *Sahra*, ac regione *Lemta*, aut *Lemtuna*, cujus Leo Africanus mentionem facit, oriundi, religionem ſuam reformare volentes, Calipharum Abaſinorum *Bagdadum* incolentium partes ſecuti ſunt, nihilque omiſerunt, ut Caliphas e *Fatemidæ* deſcendentes, & *Cairum* habitantes, exterminarent. Sed de *Almorabitis* ſeu Almoravidibus fuſius infra. Videantur chartæ Geographicæ hodiernæ, ubi *Lemta* & *Deſertum Africæ* exhibentur, & legatur Sandovallius in Chronico Alphonſi VI. ſeparatim Matriti anno MDC. edito. Arſit bellum annis MLXXXIX. & currenti, miſitque *Juſſetus* exercituum ſuorum Ducem, qui Avenabeth *Hiſpalis* civitatis Regem vinculis mancipavit, & univerſam Hiſpaniam Saracenicam debellavit. Rem narrat Rodericus lib. 6. cap. 31. concluditque: *Cumque Vandalutii* (ita Saraceni Hiſpaniæ vocabantur) *eorum potentiam perpendiſſent* (nempe Almorabidum ex Africa evocatorum, *qui in gente Arabum tenebant tunc temporis Principatum*), *adinvicem tractaverunt, quid eſſet gratius, aut Chriſtianorum porcos, aut camelos Almoravidum cuſtodire, & ſectæ ſuæ zelo commoti ſervire Almoravidibus elegerunt. Et ex tunc* (nempe ex anno Chriſti currenti) *Ultramarini & Ciſmarini* (nempe Saraceni) *ſub unius Regis regimine ſervierunt.* Hoc itaque anno, ut habet idem Rodericus in Hiſt. Arab. cap. 48. Joſephus ſeu Juſſetus Marochiorum Rex *totam terram Vandaliæ occupavit, & fuit Monarcha Ultramarinus & Ciſmarinus, & duravit ſibi hujuſmodi monarchia annis LV. ab anno Arabum quadringenteſimo octuogeſimo quarto* (currenti Chriſti anno inchoato) *quando per Almohades dominium perdiderunt*, nempe Arabes Hiſpaniam occupantes, quos Rodericus, aliique Rerum Arabicarum Scriptores, *Vandalos* & Hiſpaniam *Vandaliam* appellant. Hæc rerum converſio valde notanda ob mala, quæ inde in Chriſtianos redundarunt, & quia ex tunc univerſa Hiſpania Saracenica unius dominio ſubdi cœpit. Porro anni illi LV. non de duratione Regni Joſephi, ſed de duratione Monarchiæ Almoravidum intelligendi, ut ex dicendis conſtabit.

XIII. *Rogerius Comes Saracenos ex univerſa Sicilia pellit.*

Dum *Saraceni* mutuis ſe ſe cladibus in Hiſpania lacerant, *Rogerius* Calabriæ Comes eos ex univerſa Sicilia expellit, totiuſque Inſulæ monarchiam adipiſcitur. Omnia jam ſibi oppida, *Agrigento* & *Caſtro Joannis*, ſeu *Enna* exceptis ſuperioribus annis ſubjecerat. Hæc enim duo ultima fuere, quæ Chriſtianis reſtiterint; ſed tandem *Agrigentum* anno MLXXXVIII. & hoc anno, Hegiræ CCCCLXXXIV. ut refert Noweirius in Hiſtoria Siciliæ, *Caſtrum Joannis* poſt validam oppugnationem ſe dedidere. In poteſtate tamen Saracenorum remanſere Inſulæ Africam inter & Siciliam poſitæ, quæ quidem a Chriſtianis devaſtatæ, ſed Saracenis non ereptæ ante Principatum *Rogerii* filii Rogerii hujus nominis primi, qui *Melitam* & finitimas Inſulas ad deditionem coegit. Verum quidem eſt, non deeſſe, qui ſcribant, Melitam Gregorio VII. Eccleſiam Romanam gubernante & Rogerio I. Calabriæ Comitatum adminiſtrante, captam fuiſſe, ibique tunc *Goffridum* quendam conſtitutum Epiſcopum; „ *Legimus*, inquit Pyr-
„ rhus

*eidem in cœleſti patria creditur aſſociatus. Erat autem filius dominæ Sophiæ, & Ludovici Comitis, quæ erat matertera Comitiſſæ Mathildis, quæ cum domino ſuo Velphone Duce in Italia contra ſchiſmaticos multum laboravit. Obiit autem prædictus Comes in præterito anno, ideſt Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimoprimo, Indictione decimaquarta, tertio Kalend. Julias in feſto ſancti Petri; & in craſtinum, ideſt, in ſolemnitate ſancti Pauli ſepelitur. Hujus ergo filium ex nepte dominæ Adelaidæ ſuſceptum Henricus Rex cum filio exhæredare propoſuit, terramque ejus hoſtiliter invadendo, ac circumquaque devaſtando etiam Fructuarienſi monaſterio multa mala intulit.* Hucuſque Bertholdus.

XXV. Migravit quoque ex hac vita ſanctus Vvolphelmus Abbas Bruvilarenſis apud Coloniam Agrippinam doctrina & ſanctitate clarus, cujus adhuc contra Berengarium extat epiſtola. Scripſit res ab eo præclare geſtas (a) Conradus monachus ejuſdem temporis ſcriptor, ejuſdem Vvolphelmi auditor: ex quo quidem de ipſo dicta ſuperius ſunt accepta. Se-

*(a) Conrad. vit. Vvolph. extat. apud Sur. tom. 2. die 22. April.*

PAGIUS „ rhus Tom. II. pag. 593. *in Epiſtola XXIV. lib.* „ *IX. Papæ Gregorii VII. atque in Siculis Ta-* „ *bulis anno ſalutis MLXXXI. Goffridum Epi-* „ *ſcopum Melitenſis Eccleſiæ, eumdemque anno* „ *MXCIV. Eccleſiæ Pactenſis rectioni & templi* „ *Sancti Stephani de Boſco Calabriæ conſecratio-* „ *ni interfuiſſe.* Sed jure merito ſubdit: *Hunc* „ *plane Antiſtitem Meliti ſeu Mileti Calabriæ,* „ *non noſtræ Siculæ fuiſſe ſcitote.* Poſtea ait: *Anno MLXXXIX. Gualterium primum Eccleſiæ Melitenſis thronum adeptum eſſe ex electione Rogerii Comitis, qui Eccleſiam Cathedralem multis prædiis in utraque inſula exiſtentibus dotavit.* At ipſemet addit: *Harum conceſſionum diplomata, licet omnium aliarum Eccleſiarum Sicilienſium invenerim & exſcripſerim... exacta diligentia, ſtudio, ſollicitudine uſus reperire non potui.* Refert deinde varias Chartas, in quibus mentio Epiſcoporum Melivitanorum, aut Miletinorum. Verum voces hæ *Melitenſis, Militenſis, Milevenſis*, ſimileſve æquivocæ ſunt, & tam de Melita, quam de Mileto quod & Melita vocatum reperitur interpretari poſſunt, conſtatque Eccleſiam inſulæ Melitenſis an. MLXXXIX. nondum reſtitutam fuiſſe, quia Malaterra affirmat, cum Neti, vulgo *Noto*, incolæ urbem Rogerio anno MXC. reddidiſſent, tunc imperaſſe, ut claſſis ad Melitam inſulam tanquam viciniorem acceleraret. Quare eo Chriſti anno nondum *Rogerius* eidem dominabatur. Subjungit enim Malaterra, *Rogerium* tunc Melitam obſidione cinxiſſe, ſed conſtituta pace eam tantum tributariam factam. Tum anno MXCII. ſeu Hegiræ CCCCLXXXV. teſte Noweirio citato, *Pantarea* inſula a Criſtianis devaſtata, qui tamen nec ibi, nec *Melitæ*, nec in vicinis inſulis ſedem fixere.

XIV. Certum eſt itaque Pyrrhum, quem Faſſellus lib. 7. poſterioris Decadis, aliique paſſim ſecuti ſunt, hallucinatum, nondumque hoc ſeculo Melitenſem urbem Epiſcopalem fuiſſe, nec ab Urbano II. & Rogerio Comite reſtitutam. Quo anno ea inſula Normannorum juris facta fuerit, inſinuabo anno MCXXVII. num. XII. Poſt ſedulam diligentiam, Epiſcopum Melitenſem antiquiorum, quam Joannem quendam in privilegio Callixti II. anno MCXXIII. dato, & a Pyrrho relato memoratum invenire non potui. Goffridus enim, cui ſucceſſit *Eberardus*, per corruptionem dictus *Beraldus* & alii quidam quorum meminit Pyrrhus, non Melitæ, ſed Mileti Epiſcopi fuere, ut demonſtrant monumenta ab Ughello, qui poſt Pyrrhi mortem ſcripſit, Tom. I. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Mileti relata. Subeſt nunc *Melita* Equitibus Sancti Joannis Hieroſolymitani, a Carolo V. Imp eis conceſſa, ut *Sicilia* a Turcarum irruptionibus tutior eſſet.

*Melita ſæculo ſequenti Chriſtiani juris facta.*

XV. Hoc vel ſequenti anno *Alexius* Imp. filium ſuum *Joannem* in conſortium Imperii adſcivit, ut liquet ex Diplomate ab Ughello in Archiepiſcopis Neapolitanis num. X. recitato, in quo legitur: *Imperante domino noſtro Alexio magno Imperatore anno XIV. ſed & Joanne Porphyrogenito magno Imperatore ejus filio anno III. die XVII. menſis Septemb indict. III.* anno nempe Chriſti milleſimo nonageſimo quarto. Alexius jam filias ſuſceperat ex Irene Ducæna Andronici Duce filia ejus uxore, ſed, ut inquit Anna lib. 6. pag. 167. *deſiderium ipſos inceſſit votis incenſis flagrans, prolis quoque virilis edendæ; cujus & compotes facti ſunt currente indictione undecima* (Kalendis Septemb. anni Chriſti MLXXXVII. inchoata): *quando Auguſta puerum marem enixa, immenſa quadam in parentem utrumque lætitia redundavit; ita ut præteriti luctus ipſa memoria novi gratulatione gaudii abſterſa eraſaque videretur. At populus, ut ad nutus imperantum fingi ſolet, in omnes lætitiæ ſignificationes effundebatur.* Joannes Comnenus Alexio patri in Imperium ſucceſſit; *Vir*, inquit Guillelmus Tyrius lib. 15. cap. 23. *inclytus, liberalis, pius, clemens & miſericors*, de quo ſuo loco agetur.

*Joannes Comnenus in conſortium imperii adſcitus.*



I. SEquitur milleſimus nonageſimus ſecundus Redemptoris annus, Indictione decimaquinta. *Quo* (Bertholdus inquit) *dominus Papa Natalem Domini in terra ſancti Petri extra Romam celebravit. Nam Guibertus hæreſiarcha ita ſe prope domum ſancti Petri incaſtellavit, ut non facile abſque humani ſanguinis effuſione expelli inde potuerit. Henricus quoque impius Imperator in Longobardia jam biennio morabatur, ibique circumquaque terram Vuelphonis Italici Ducis præda, ferro, & incendio devaſtare non ceſſavit, ut eumdem Ducem, & prudentiſſimam ejus uxorem a fidelitate ſancti Petri diſcederet, ſibique adhærere compelleret, ſed fruſtra. Nam Dux in ſua ſententia perſtitit, ipſique ſatis viriliter reſtitit. Sed & pater ejuſdem Ducis Vuelpho Dux Bajoariæ eumdem Henricum ante proximam Nativitatem Domini mirabiliter confudit, quem ad colloquium pervenire prohibuit, quod idem Henricus & Rex Hungarorum condixerant; ad quod etiam pene jam convenerant.* Et inferius: *Iterum Principes Alemanniæ ad defenſionem ſanctæ matris Eccleſiæ contra ſchiſmaticos unanimiter convenerunt; ſibique ad hoc negotium exequendum fratrem Conſtantienſis Epiſcopi Bertholdum Ducem totius Sueviæ conſtituerunt, qui nondum aliquem Ducatum habuit, etſi jamdudum nomen Ducis habere conſueverit.* Ac rurſum: *In Bajoariam venit Salzburgenſis Epiſcopus Dimo, qui Patavienſi Eccleſiæ jamdudum viduitæ ordinavit Epiſcopum nomine Udalricum, ſanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ Præpoſitum, eumque in ipſo die Pentecoſtes cum ipſo Conſtantienſi & Vuormatienſi ſolemniter conſecravit: hocque magnam fiduciam dedit Catholicis, ut in fidelitate ſancti Petri perſiſterent, & ſchiſmaticorum veſaniæ indefeſſius obſiſterent.* Hactenus auctor de ſtatu Eccleſiæ Catholicæ hujus anni, proſequamur autem res geſtas Urbani Papæ.

Welpho Dux propugnator Catholicorum.

II. *Hoc eodem anno* (Sigebertus hujus temporis ſcriptor & ipſe, inquit) *dominus Ivo ſancti Quintini Belluacenſis Præpoſitus a Papa Urbano conſecratus, fit Carnotenſis Epiſcopus.* Quod faciendo Urba-

Ivo Carnotenſis epiſc. ordinatur.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6585.

☉ 9. DC. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1092.

URBANI II. PAPÆ 5.

HENRICI IV. REG. 37. IMP. 9.

ALEXII COMNENI IMP. 12.

SÆC. XI. Anno Eræ Hiſp. MCXXX. Anno Hegiræ CDLXXXV. inchoato die 11. Febr. fer. 5. A.C. 1092.

I. AD num. I. *Guibertus* Antipapa, uti narrat Baronius ex Bertoldo in Chron. a Romanis Urbe expelli non potuit, & in Longobardia *Henricus Imp.* Welphonis & Mathildis ditiones ferro flammaque devaſtare non ceſſavit. Geſta ab Henrico currenti anno accurate narravit Domnizo lib. 2. cap. 6. & ſeq. Poſtquam verna tempeſtate omnia loca citra Padum poſita occupavit, flumen traiicere decrevit, ne *Mathildis* Comitiſſa, quæ Mutinæ & Regii cum ſuis copiis verſabatur, evaderet, ipſeque munitiora loca ſibi ſubiicere poſſet. Exercitum itaque in agrum Mutinenſem induxit, ac Monte Maurello, & monte Alfredi ex Mathildis ditione receptis Montem bellum circumvallavit, ac per totam æſtatem obſedit. Sed cum arma parum proſpere ſuccederent, *Herebertus* Epiſcopus Regii a *Clemente* Antipapa impulſus, aliis adhibitis Epiſcopis, pacem in Carpineto tractavit. Promittebat Imperator omnia loca a ſe occupata *Mathildi* & *VVelphoni* ejus conjugi reſtituturum, dummodo *Clementem* in amicitiam reciperent. Verum *Mathildis*, ut ſuis faceret ſatis, reſpondit, ſe nihil inconſultis Theologis in negotio ita arduo promittere poſſe; eamque in rem Carpineti aliquot Epiſcopos, Abbates, & magni nominis Monachos convocavit, ab iiſque ſciſcitata eſt, an ad conditionem ſibi propoſitam deſcendere poſſet. *Heribertus* Regienſis Epiſcopus, vir magnæ exiſtimationis, & præclaris animi dotibus præditus, jam alios in ſuam ſententiam pertraxerat, ipſamque Comitiſſam ad propoſitam conditionem admittendam induxerat, cum Eremita quidam *Joannes* appellatus, cujus virtutem Comitiſſa plurimum faciebat, ei in animum revocavit, quod alias Gregorio VII. pollicita fuerat, ſe nempe ab Eccleſiæ Catholicæ obedientia nunquam receſſuram, quantavis adverſitate premeretur; eique inſignes victorias prædicens, ad bellum proſequendum eam inflammavit.

*Pax inter Henricum Imp. & Mathildem fruſtra tentata.*

II. Ea re *Henricus* Imp. magis irritatus, confeſtim filium ad Montem-bellum oppugnandum miſit; Domnizo ejus nomen tacet, ſed teſtatur, illo dum oppidum aggrederetur occiſo, Imperatorem obſidionem ſolvere coactum fuiſſe, & caſtellorum Mutinenſium oppugnationem omittere. Ubi vero confectis filii exequiis pauliſper luctus, mœrorque reſedit, cum ſe Parmam contendere ſimularet, *Cabillianum* repetiit, ut inopinato adventu *Canuſſium*, ubi Comitiſſa erat, invaderet, quod ubi ea perſenſit, Canuſſii præſidio relicto, cum altera copiarum parte *Bibianellum* profecta eſt. Imperator interea Canuſſio exercitum admovit, ac prælio cum præſidio edito, multos ex ſuis, & imprimis vexillum ipſum amiſit. Qua re mirifice perturbatus, *Monticulum* ſe, ac poſtridie *Bibianum* recepit: & collectis ſub lucem vaſis, cis Padum exercitum omnem reduxit. Quo animadverſo *Mathildis* ſtatim omnia ſua caſtra trans Padum ſita nullo negotio recuperavit, ut fuſe proſequitur Domnizo.

*Mathildis caſtra ab Henrico capta recuperat*

III. A num. II. ad XII. *Gotfridus* Epiſcopus Carnotenſis & nepos Gotfridi Pariſienſis Epiſcopi, cu-

banus plane lucernam ardentem perſpicuam univerſo Occidentali orbi ſuper candelabrum collocavit. Quantus hic probitate atque doctrina fuerit, recitandæ de eo res geſtæ ſuis locis ſignificabunt. Meminiſſe oportet, prædeceſſorem Ivonis Gaufredum Carnotenſem Epiſcopum ſub Gregorio Papa Septimo Romæ diu detentum reum ſimoniacæ pravitatis; ſed cum deficerent, qui iſta probarent teſtes, permiſſum ab eodem Pontifice, ut ſeipſum juramento purgaret; ſicque purgatus Roma ad ſuam eſt reſtitutus Eccleſiam, ut ejuſdem Gregorii Papæ litteræ (*a*) datæ ſignificant. Verum cum poſtea ejuſdem Epiſcopi crimina plene innotuiſſent Apoſtolicæ Sedi; Urbanus Papa, cum diſſimulandi nullus locus eſſet, eundem Gaufredum ſede Carnotenſi depoſuit, atque in ejus locum conſecravit tunc præſentem Ivonem; de quo mox has litteras dedit ad Eccleſiam Carnotenſem verbis iſtis (*b*):

(a) *Greg. l. 9. ep. 16. & 31.*

(b) *Ivo ep. 1.*

III. Urbani Pap. epiſt. de Ivone conſecrato.

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Clero & populo Carnotenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Nos quidem tum pro beatæ Mariæ ſemper Virginis devotione & reverentia, tum pro noſtri officii debito, Eccleſiæ veſtræ dilectionem, protectionem, & curam ſpecialius impendentes, ejuſque labores diuturnos, quos Gaufredo quondam Epiſcopo paſſa eſt, propenſiore animo perpendentes; rei veritate diutius atque diligentius pertractata, largiente Domino, juſtitiæ ſatisfecimus. Bonam itaque animi veſtri voluntatem prævenientes ac ſubſequentes, venerabilem virum Ivonem presbyterum, quem Gaufredo per nos depoſito, Catholice atque canonice ſecundum noſtra monita elegiſtis, ne quod ulterius hac in re detrimentum veſtra Eccleſia pateretur, ſine moræ longioris obſtaculo conſecravimus.*

IV. *Nunc eum ad vos remittentes, tanquam beati Petri manibus conſecratum, beati Petri vice vos rogamus & obſecramus, quatenus eum benigne ſuſcipientes, debita ut paſtoris veri membrum, obedientia honoretis, debita ſollicitudine, quæ vobis annuntiaverit, obſervetis; & ut ipſe Deo placeret, & eum pro veſtris valeat exceſſibus digne intercedendo placare, vos quoque placere Deo totis conaminibus procurate. Si enim placere Deo ſtudueritis, paſtorem proculdubio Deo placentem habebitis, nos quoque in veſtris opportunitatibus ad exaudiendum paratos invenietis. Porro de Gaufredo, qui ſine conditione omni noſtris manibus Epiſcopatum reddidit, indignum ſe patenter agnoſcens, præcepimus & præcipimus, ne quis ei ullo modo ad Epiſcopatum reinvadendum vel infeſtandum aſſenſum accommodare præſumat, alias & ipſum & ipſius fautores excommunicationi ſubjacere cenſemus. Obedientes vero monitis noſtris gratia divina cuſtodiat. Dat. Capuæ octavo Kalendas Decembris.* Hæc Urbanus Papa: qui & eodem quoque argumento ſcripſit litteras ad Richerium Senonenſem Archiepiſcopum, commendans a ſe conſecratum Ivonem. Incipit epiſtola: *Quantas pro Gaufredo*, Cui ſubiicitur dictio, ſive oratio Urbani Papæ ad Ivonem, cum conſecratus eſt, digna quidem tanto Pontifice; quæ ſic ſe habet:

V. Sermo Urbani Papæ poſt conſecrationem Ivonis.

*Quoniam* (ut credimus) *divino te nutu vocante, Clerus & populus civitatis illius unanimiter elegerunt Rectorem, & ad nos uſque perducentes petierunt conſecrari Epiſcopum, & ideo Deo annuente, per manus noſtræ impoſitionem Epiſcopus conſecratus es: amodo, frater chariſſime, ſcias te maximum pondus ſuſcepiſſe laboris, quod eſt ſarcina regiminis animarum, & commodis deſervire multorum, omniumque fieri minimum atque mi-*

PAGIUS *Ivo fit Epiſcopus Carnotenſis.*

hujus gratia & auctoritate Epiſcopatum adeptus fuerat, fruſtra ejuſdem dignitatis candidatis eum ſimoniæ arguentibus; ſed tandem *Urbano* II. Eccleſiam Romanam regente e Sede dejectus eſt. Romam ipſe venerat, ut accuſationis injuriam coram ſummo Pontifice depelleret; ſed *Ivo* ejus ſucceſſor, decus & ornamentum Galliæ, teſtatur eum, cum ſe ſe purgare non valeret, virgam Paſtoralem & annulum reddidiſſe ut legitur in ejus Epiſtola octava, quod & ipſemet *Urbanus* in Epiſtola a Baronio num. III. & ſeq. recitata affirmat. *Gotfrido* itaque, & ſuo & ſummi Pontificis judicio e Sede Carnotena dejecto, facta eſt poteſtas Clero Carnotenſi alterius ſubrogandi, & *Ivo* omnium calculis electus. Renitebatur quidem, ſed tandem Cleri, populique poſtulationi obtemperavit. Verum licet a Rege accipiendi Epiſcopatus facultatem facile obtinuerit, nuſquam tamen a *Richerio* Senonenſi Archiepiſcopo Metropolitano ſuo impetrare potuit, ut diem illi ad conſecrationem præfigeret, quod ipſemet Ivo in Epiſt. VIII. ſcribit, & his verbis Metropolitam ſuum alloquitur: *Sed cum Clericorum primo ingenio, poſtea violentia Regi fuiſſem præſentatus, & inde cum virga Paſtorali a Rege mihi intenſa, ad Eccleſiam Carnotenſem adductus, cumque Clericis petentibus & pulſantibus nullum diem conſecrationis meæ velletis præfigere, interea conſilium mihi fuit, electioni eorum non omnimode aſſenſum præbere, donec certus fierem, & de Gaufridi depoſitione, & de ſummi Pontificis voluntate: ad quem cum perveniſſem, ad petitionem Eccleſiæ Carnotenſis Apoſtolica auctoritate ſum conſtrictus, & in Epiſcopum conſecratus.* Epiſtolam illam recitat Baronius n. VI. & ſeqq. qui antea num. III. & ſeq. retulerat Epiſtolam Urbani II. Clero & populo Carnotenſi, *Capuæ octavo Kalendas Decemb.* datam, qua teſtatur ſe Ivonem conſecraſſe, rogatque, ut eum benigne ſuſcipiant, ac præcipit, ne quis Gotfrido ad Epiſcopatum rurſus invadendum *aſſenſum accommodare præſumat.* Hæc



*niſtrum, & pro credito tibi talento in die divini examinis rationem redditurum. Nam ſi Salvator noſter dixit (a): Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam ponit pro ovibus ſuis; quanto magis nos deſidioſi ſervi ſummi Patrisfamilias, debemus maximo ſudore incumbere oves Dominicas nobis a ſummo Paſtore conſignatas ad ovile Dominicum, ſuffragante divina gratia, abſque morbo & * mancha perducere? Exhortamur itaque dilectionem tuam, ut fidem quam in exordio tuæ conſecrationis breviter dilucideque digeſſimus, illibatam & inviolabilem cuſtodias, quia Fides eſt fundamentum omnium virtutum. Scimus autem quod ab infantia ſacris es litteris eruditus, & canonum inſtitutis edoctus; attamen breviter ad te noſter eſt dirigendus ſermo. Nullus te favor extollat, nulla adverſitas atterat, ideſt, non in proſperis cor tuum elevetur, nec in adverſis in aliquo deiiciatur; ſed omnia & in omnibus caute, & cum diſcretione agere te volumus, ut abſque reprehenſione ab omnibus vivere comproberis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam ſua protectione cuſtodiat, ut dum tali moderamine in Domino noſtro onus quod ſuſcepiſti, peregeris; in die æternæ retributionis, eo dicente, audire merearis: (d) Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca * fidelis, ſupra multa te conſtitutam, intra in gaudium Domini tui.*

(a) Id. 45.

* macula

(b) *Id.* 25.

* *fuiſti*

VI. Ivo autem ita conſecratus ab Urbano Papa Carnotenſis Epiſcopus minime recipitur a ſuo Archiepiſcopo Senonenſi, ſed ab eo & litteras contumelioſas accepit: ad quas ipſe conſtans animo eum redarguens, iſtas ſapientia plenas reſcripſit, ex quarum tantum titulo & ſalutatione inſtrui, ac reſipiſcere ſi ſaperet, valuiſſet; ſic enim ſe habent: (*b*)

(b) *Ivo ep. 8.*

*Richerio Dei gratia Senonenſi Archiepiſcopo, Ivo per eandem gratiam Petri manibus Eccleſiæ Carnotenſi conſecratus & delegatus Epiſcopus, a Romanæ Eccleſiæ pace non diſcedere, & ſi quid aliter ſapuit, valde celeriter reſipiſcere.*

Quæ Ivo ad Richerium.

*Litteras contumelioſas & amaritudinis plenas ſigillo veſtro ſignatas, & nomine veſtro titulatas a quibuſdam clericis nuper accepi. In quibus primo depreſſionem meam, & falſas criminum objectiones in me factas, poſtremo Sedis Apoſtolicæ majeſtatem non leviter læſam, vehementer indolui. Cum enim ut pacem mecum haberetis, & in filium ſuſciperetis, Apoſtolica auctoritate fuiſſes commonitus; nec ut fratrem ſalutaſtis me in litteris illis, nec ut Coepiſcopum, qui nullum vobis Coepiſcopi adjutorium, vel filii abnegavit obſequium. Cur igitur alienigenam ad judicium vocatis, cur obedientiæ vinculis aſtringitis, quem nec Suffraganeum, nec collegam eſſe cognoſcitis? Huic injuriæ meæ graviorem ſuperadditis, quod demembratorem metropolitanæ ſedis non apte*

PAGIUS IV. *Non ſequenti anno.*

Hæc certa & indubitata; ſed magna difficultas eſt de anno, quo *Ivo* Epiſcopus Carnotenſis *Capuæ* ab Urbano II. conſecratus fuit, poſtquam hoc Richerius præſtare noluit. Baronius præſentem elegit, cujus opinionem Sirmondus in Notis ad lib. 2. Epiſtolarum Goffridi Vindocinenſis Abbatis amplexus eſt, advertitque conſecrationem hanc in annum ſequentem differri non poſſe, quod in Decreto Urbani II. de controverſia Credonenſi inter Monachos ſancti Albini & Vindocinenſes, a ſe publicato, & tunc Tom. X. Concil. pag. 462. relato, Pontifex dicat: *Anno dominicæ Incarnat. MXCII. Pontificatus noſtri V. indict. I. cum eſſem in provincia Calabriæ apud monaſterium S. Mariæ, quæ dicitur de Matina, Monachi Sancti Albini*, &c. & in fine legatur: *Data Tarenti VIII. Kal. Decemb.* Quare Epiſtola Urbani II. octavo Kalend. Decemb. Capuæ data, qua ſe Ivonem Epiſcopum ordinaſſe ait, pertinere non poteſt ad annum MXCIII. cum Urbanus eo anno & die Tarenti eſſet, non vero Capuæ. Huic rationi aliam adjungit Sirmondus, quod nempe Ivo in Epiſtola LXVII. Urbano II. anno MXCIV. ut ipſa credit, ſcripta dicat: *Ecce jam hoc tranſacto ſeptennio vineam mihi commiſſam pro poſſe meo excolui*, ubi inquit Sirmondus, Ivo ſeptem annos a ſuſcepto Epiſcopatu exactos eſſe affirmat, qui numerus non conſtaret, ſi anno MXCIII. ad Epiſcopatum evectus fuiſſet. Verum hæc ratio, cui etiam innititur Baronius anno MXCIX. num. I. non minus jugulat opinionem Ivonis ordinationem cum anno MXCIII. quam cum anno MXCII. alligantium. Si enim Ordinatio hæc menſe Novembri currentis anni peracta ſupponatur, Ivo ſeptimum ordinationis annum menſe tantum Novembri anni milleſimi nonageſimi noni, explevit, cum tamen eo Chriſti anno, menſe Julio Urbanus II vivere deſierit, ideoque ad eum Ivo eam Epiſtolam abſoluto ordinationis ſuæ anno ſeptimo ſcribere non potuerit. Quod eo magis dicendum, quo ex ejus lectione conſtet, eam poſt Natale Chriſti datam fuiſſe. Ex illa itaque Ivonis Epiſtola, utraque illa opinio plane evertitur.

V. *Neque currenti.*

Ad hæc in Epiſtola Urbani II. ad Raynaldum Archiep. Remenſem & ſuffraganeos ejus, *Data ſexto Kalendas Novemb. anno videlicet Dei Chriſti MXXII.* ut in fine ejus legitur, Tom. X. Concil. pag. 463. relata, in qua Pontifex eis præcipit, ut Philippum Galliarum Regem ob illicitas cum *Bertrada* nuptias inſtanter commoneant, & a tanto facinore deſiſtere compellant, legitur: *Eandem quoque inſtantiam pro ereptione confratris noſtri Carnotenſis Epiſcopi* (ſcilicet Jvonis) *adhibete.* Quare cum Epiſtola ejuſdem Urbani II. a Baronio recitata, dataque *octavo Kal. Decemb. Capuæ* fidem faciat, Jvonem ante diem illum, qui XXIII. menſis Novembris erat, jam ab eodem Pontifice Epiſcopum Carnotenſem ordinatum fuiſſe, manifeſtum eſt, *Jvonis* ordinationem ante præſentem annum peractam. Denique San-Marthani in Epiſc. Carnotenſibus teſtantur in veteri Charta Sancti Quintini, ubi Ivo Canonicus Regularis, & poſtea Abbas fuit, hæc verba legi: *Actum an. MCXI. indict. XIV. regnante*

VII. *apte ſatis appellatis. Nam cum ramus aridus, qui in radice arboris matris nunquam coaluit, nec in ſe virens fructum fecit, magni cultoris manu exciſus eſſet; eadem manus quæ ramum præmortuum excidit, me non ad demembrationem, ſed ad ſupplendum locum demortui, eidem arbori, quantum in ſe erat, inſeruit, quæ hoc & cum aliqua ſpe fructus, & ſine vulnere matris arboris poſſe fieri exiſtimavit. Cui ergo ſine veſtra contradictione licuit quod nocebat excidere; quæ ratio impedit, ut ei non liceat quod profuturum ſperabat, inſerere?*

VIII. *Dicitis enim in litteris illis, me ſedem invaſiſſe Gaufredi Coepiſcopi veſtri. In quo manifeſte contra Sedem Apoſtolicam caput erigitis, dum quod illa ædificat, vos quantum in vobis eſt, deſtruitis, & quod illa deſtruxit, vos ædificare contenditis.* CUJUS JUDICIIS ET CONSTITUTIONIBUS OBVIARE PLANE EST HÆRETICÆ PRAVITATIS NOTAM INCURRERE, CUM (a) SCRIPTURA DICAT: HÆRETICUM ESSE CONSTAT, QUI ROMANÆ ECCLESIÆ NON CONCORDAT. *Præterea famæ veſtræ non bene conſulitis, qui caprum emiſſarium, cujus adulteria, fornicationes, perjuria, proditiones per omnem ferme Latinam Eccleſiam publicatæ ſunt, qui pro his & aliis ſimilibus a ſede Apoſtolica damnatus eſt; ita ut ſe purgare non valens, virgam paſtoralem redderet & annulum, de quo Apoſtolicum accepiſtis decretum in hæc verba (Quicunque Gaufredum depoſitum deinceps juverit ad infeſtandum vel reinvadendum Carnotenſem Epiſcopatum, excommunicatum eum eſſe cenſemus) adhuc Epiſcopum vocare, in Epiſcopum reformare contenditis; cujus malefacta defendere, quid eſt aliud, niſi ſimilem damnationis ſententiam in ſe provocare? Cum enim ſecundum (b) Apoſtolum, ſatis ſit ad damnationem, peccatis alienis conſentire; cur non magis ſufficit, eadem fovere & defendere? Neque enim in hoc protegit vos clypeus ignorantiæ, cum hæc, ſicut dixi, nota ſint non tantum Eccleſiis Lugdunenſis Galliæ, ſed omnibus ferme Eccleſiis Latinæ linguæ.*

(a) diſt. 11. cap. Nolite.

(b) Rom. 1.

IX. *Eſt & aliud in litteris illis, in quo evidentiſſime & irreverentiſſime os veſtrum poſuiſtis in cœlum, & lingua veſtra tranſivit in terra, cum benedictionem per manus impoſitionem Papæ datam & Cardinalium Romanæ Eccleſiæ, non ſimpliciter benedictionem, ſed qualemcumque hoſtili irriſione appellaſtis, cum ad ipſam principaliter & generaliſſime pertineat tam Metropolitanorum, quam cœterorum Epiſcoporum conſecrationes confirmare vel infirmare, conſtitutiones veſtras, & judicia retractare, ſuas vero inconcuſſas detinere, & nullius inferioris judicio retractandas, vel corrigendas concedere. Sic enim de non infirmandis Apoſtolicæ Sedis judiciis ſcribit Papa Gelaſius in Epiſtola Fauſto Magiſtro directa de juſta depoſitione Acacii: Nobis opponunt canones, dum neſciunt quid loquantur. Contra*

PAGIUS *te Philippo, in Eccleſia B. Quintini, Ivone exiſtente Abbate, tunc Carnutenſium Præſule.* Certo itaque conſtat, *Sigeberti* Interpolatorem perperam ejus Chronico Ivonis ordinationem in præſentem annum inſeruiſſe.

VI. *Sed anno MXC.* *Ivonem* autem anno milleſimo nonageſimo Capuæ ante diem XXIII. menſis Novembris ab Urbano II. Epiſcopum conſecratum, demonſtrat Charta CLXX. Chartularii monaſterii Vindocinenſis, quam memorat Joannes Baptiſta Souchetus in Notis ad Epiſtolam XII. Ivonis, ad Urbanum II. datam, quæ Ivonem teſtem producit *anno MXCI. indict. XIV. feria VI. hebdomadæ Paſchalis*. Cum enim Urbanus II. in literis VIII. Kalend. Decemb. *Capuæ* datis aſſerat, ſe Ivonem ordinaſſe, & ex Charta Vindocinenſi pateat, eum hebdomadæ Paſchali ſuperioris Chriſti anni jam Epiſcopum fuiſſe, profecto ea Urbani Epiſtola & *Ivonis* conſecratio pertinent ad menſem Novembrem anni milleſimi nonageſimi, & forſan ad octavum Kalend. Decemb. qui eo anno in Dominicam cadebat; certe non longe ab ea die. Præterea Souchetus in Notis ad Epiſtolam DCLXVIII. refert penes ſe eſſe Chartam pro quadam Eccleſia Carnotenſi datam *anno ab Incarnat. Domini MCXIV. ordinationis vero domini Paſchalis Papæ XVI. atque ordinationis domini Ivonis Carnotenſis Epiſcopi XXV.* Qua ex Charta idem ac ex mox laudata certo deducitur, Ivonem ſc. alio anno Epiſcopum dictum non eſſe, quam anno MXC. Poſtquam itaque anno MXC. *Urbanus* Ivonem conſecravit, ea de re literas ſcripſit ad Clerum populumque Carnotenſem, ut illum Epiſcopum in *Gotfridi* depoſiti locum reciperent. Idem quoque ſcripſit ad *Richerium* Archiep. Senonenſem, ſignificavitque ſe id egiſſe, quoniam *Ivo* ab ipſo, qui ejus Metropolita erat, conſecrationem impetrare non potuerat: poſtulavit, ut ipſum amplecteretur, ac decrevit anathema *Gotfrido* ac ejus fautoribus, ſi Epiſcopatum aut invadere aut infeſtare tentaverit, aut ſi illi auxilium ei hac in re præſtarent. Dicebat *Richerius* Ivonem in Cathedram Gotfridi intruſum eſſe, ejuſque benedictionem *hoſtili dignam irriſione*, ad quæ graviſſime reſcripſit Ivo Epiſtola VIII. a Baronio num. VI. & ſeqq. recitata, dicens ſe vehementer dolere, quod non tam ſe, quam auctoritatem Apoſtolicam læderet: *Gotfridum* fuiſſe ramum aridum, qui in radice arboris nunquam coaluerit, qui fructum nuſquam fecerit, quique propterea manu magni cultoris exciſus ſit. Eum deinde vehementer redarguit, quod cauſam Gotfridi defendat, hunc fuiſſe caprum emiſſarium, *cujus adulteria, fornicationes, perjuria, proditiones per omnem ferme Eccleſiam publicata ſunt*; & ordinationem ſuam rite a Summo Pontifice factam eſſe defendit. His non contentus Richerius Synodum *Stampis* congregavit, & Ivonem damnavit, ut anno ſequenti, juxta Baronii ordinem, oſtendemus.

VII. Cæterum *Ivo*, ut ſcribit Joannes Fronto in ejus Vita, ultimæ editioni Operum illius Pariſiis



*tra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quod primæ Sedi ſana rectaque ſuadenti parere diffugiunt. Ipſi ſunt canones, qui appellationem totius Eccleſiæ ad hujus Sedis examen voluere deferri; ab ipſa vero nuſquam prorſus appellari debere, ſanxerunt. Ac per hoc illam de tota Eccleſia judicare, ipſam ad nullius commeare judicium. Nec de ejus unquam præceperunt judicio judicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolvi, cujus potius ſequenda decreta mandaverunt. Et paulo poſt: Qua traditione majorum Apoſtolicam Sedem ad judicium vocant? Et item: Viderint ergo ſi alios habent canones, quibus ſuas ineptias exequantur.*

X. *Cœterum iſti qui ſacri, qui Eccleſiaſtici, qui legitimi celebrantur, Sedem Apoſtolicam ad judicium vocare non poſſunt. Item Gregorius in epiſtola de Aldrico Cenomanenſi Epiſcopo ad Gallias directa: Nullus Aldricum judicet, aut judicare præſumat; ſed ſi (quod abſit) grave quid intolerandumque ei objectum fuerit; noſtra erit expectanda cenſura, ut nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ Romanæ confugit Eccleſiæ, ejuſque imploret auxilium, decernatur, quam ab ejus Eccleſiæ fuerit præceptum auctoritate, quæ vices ſuas ita aliis impertivit Eccleſiis, ut ſint in partem vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Proinde dilectio veſtra, quorum devotione gaudemus, jungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris. Et poſt plura: Nec pigeat forte, aut pudeat noſtris obedire mandatis, aut Apoſtolicæ Sedis obſecundare præceptis, qui humilibus dat gratiam, non ſuperbis. Nam nulli fas eſt, velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta; nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oporteat charitatem. Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus, quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire decretis; nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed extorris a ſancto fiat miniſterio, nec de ejus judicio poſtea quiſque curam habeat; quoniam jam damnatus a ſancta & Apoſtolica Eccleſia ac auctoritate, pro ſua inobedientia atque præſumptione a quoquam eſſe non dubitabitur.*

XI. *Inobedientem me quoque litteræ veſtræ non recte accuſant; quia cum obediturum me paternitati veſtræ litteræ domini Papæ commendaverint; nulla a me paterna veſtra admonitio refutata eſt, quæ nec audita. Quod aliunde me expetiſſe benedictionem, calumniamini; veritate teſte, verum dicam, quod nec Epiſcopatum, nec benedictionem Epiſcopalem a vobis petii, nec ab aliquo. Sed cum clericorum primo ingenio, poſtea violentia Regi fuiſſem præſentatus; & inde cum virga paſtorali a Rege mihi intruſa ad Eccleſiam Carnotenſem adductus, cumque clericis petentibus & pulſantibus, nullum diem conſecrationis meæ velletis præfigere; interea conſilium mihi fuit, electioni eorum non omnimode aſſenſum præbere, donec certus fierem, & de Gaufredi depoſitione, & ſummi Pontificis voluntate. Ad quem cum perveniſſem, ad petitionem Eccleſiæ Carnotenſis, Apoſtolica auctoritate ſum conſtrictus, & ita in Epiſcopum conſecratus. His & hujuſmodi tam rationibus, quam auctoritatibus munitus, licet irritatus magis quam canonice vocatus, licet tam in me, quam in capite meo & veſtro, ſi tamen veſtro, injuriam paſſus; tamen paratus ero tempore opportuno & loco tuto intra Senonenſem provinciam, vel etiam Stampis, ſi conductum tutum, Comitem videlicet Stephanum ex parte domini noſtri Regis, & veſtra propter circumſtantes inimicos habuero; paratus, inquam, ero, vobis occurrere, & quantum ſalva reverentia Sedis Apoſtolicæ licuerit, objectionibus veſtris reſpondere, ad cujus audientiam aliquando forſitan oportebit iſta referre. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat cor veſtrum & animam veſtram, ut obedientia veſtra Prælatis veſtris exhibita nos vobis obedientes exhibeat & devote ſubjectos.* Huc uſque Ivo ad Archiepiſcopum Senonenſem, qui non quievit, ſeu Stampis adverſus Ivonem collegit judicium, in quo idem Ivo ab ipſo damnatus, Sedem Apoſtolicam appellavit, ſed hoc anno ſequenti, ut ſuo loco ex ejuſdem Ivonis ad Urbanum Papam datis litteris dicturi ſumus.



PAGIUS *Ivo ante Epiſcopatum Canonicus Regularis & Abbas.* riſiis factæ præfixa, in agro Bellovacenſi natus, a nobili ſanguine nobilem animum traxit, & adoleſcens literis humanioribus imbutus, atque in Philoſophia verſatus, *Lanfranco* Magiſtro Theologiæ operam dedit in monaſterio Beccenſi, quam & ipſe poſtea docuit. Cum vero *Guido* Bellovacenſis, quondam Auguſtæ Veromanduorum in Eccleſia Sancti Quintini Decanus Bellovacenſis Epiſcopus dictus fuiſſet, in memoriam Sancti Quintini monaſterium conſtruxit, conceſſitque prædiis, Canonicos illic inſtituit, eiſque præfecit *Ivonem*, qui monaſterium paternis poſſeſſionibus auxit, & in illud vitam regularem, quam plures alii Canonici in Gallia amplectebantur, intulit. Huic Monaſterio præfuit *Ivo*, modo Prælatus, ut in Privilegio Philippi Francorum Regis, modo præpoſitus, ut in Reſcripto Gregorii VII. modo Abbas, & quidem frequentius, dictus. Tanta autem monaſterii illius & Ivonis pietatis ac canonicæ obſervationis fama fuit, ut multa monaſteria aſcitis inde Canonicis aut ædificata, aut inſtaurata fuerint, & ipſe ad Epiſcopatum Carnotenſem evectus, non quidem præſenti anno, ut in ea Vita legitur, ſicuti & in pleriſque modernis Scriptoribus, ſed anno MXC. ad quem ideo retrahenda ſunt, quæ hic de Ivonis Epiſcopatu in medium attulimus.

XII. S. Bruno vocatur Romam ab Urbano pap.

Hoc eodem anno, qui ſextus (ut vidimus ſuperius) numeratur incolatus ſanctorum monachorum in Carthuſia, Urbanus Papa accerſivit ad ſe ex eadem Carthuſiana ſolitudine ſanctum Brunonem ejus inſtituti auctorem, quem jam diu antea coluiſſet, invitumque licet diu apud ſe retinuit, ejus opera uſus in Conliis celebrandis uſque ad Placentinum Concilium; quo celebrato vix miſſionem obtinuit ab eo in Gallias profecturo, cum jam uſque ad triennium apud eumdem Pontificem permanſiſſet. Nonageſimo autem quinto poſt milleſimum ab eo recedendi obtinuiſſe licentiam, ejuſdem Brunonis vitæ Acta teſtantur, ſicque ad optatam eremum rediiſſe, non tamen in Carthuſiam, ne ita Pontificem proficiſcentem in Gallias ſequeretur; ſed in Calabriam, ubi Carthuſianum propagavit inſtitutum. Porro primarium ipſorum vitæ ordinem magna cum admiratione & laude ſcripſit (a) Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis, & miracula quædam ab iiſdem edita narrat.

(a) Petr. Ven. l.2. Mirac. c. 28.

XIII. Ericus Rex Danorum bis ad Sedem Apoſtolicam acceſſit.

Eodem quoque tempore ex remotioribus orbis partibus Ericus Danorum Rex Romam ad Urbanum Papam ſe contulit, pulſatus judicio Archiepiſcopi Hamburgenſis, quod appellatione ad Sedem Apoſtolicam antevertit. Hic quidem anno ſuperiori Olavo fratri, qui annis decem regnavit, eſt ſubrogatus, cultor pietatis eximius, de quo (b) SaxonemGrammaticum audi dicentem: *Forte autem Hamburgenſis Antiſtes ob inanes & falſas ſuſpiciones Enricum Regem execratione multandum cenſuerat; quod veritus Rex, appellatione ſententiam præcucurrit, Romamque e veſtigio petivit; ubi cauſæ ſuæ examine diligentius habito, pontificis accuſationem potenter repulit, cunctiſque defenſionis partibus actore ſuperior rediit. Nec contentus efficaciſſimum cauſæ dictionis ſuæ propugnatorem egiſſe, adverſariæ partis odio penetralium ſacrorum decus externo ſacerdotio ſubjectum habere paſſus non eſt. Quamobrem Romam regreſſus tum ſe, tum etiam patriam ac domeſtica ſacra Saxonica prælatione liberare petivit, ne religionis ratione exteris admodum obſequi cogeretur, aut ejus diſciplinam ab alienigenis petere, neceſſe haberet. Hoc* difficilium Curiæ conſenſum habuit: quæ ne clariſſimum virum repulſa afficeret, tum dignitatis, tum etiam fatigationis ejus intuitu mota petitioni annuit: ſeque regnum ipſius ſummi ſacerdotii inſignibus adornaturum ſpopondit, atque ex promiſſorum ſpe a ſe exhilaratum dimiſit.* Et poſt nonnulla inferius de exactione promiſſionis per Legatos a Rege facta hæc ſubdit:

(b) Sax. Gram. l. 12.

* difficillimum.

XIV. Metropolis Lundiæ in Dania inſtituta.

*Ne enim Dani ſub externo pontifice ſacrorum munera celebrarent, miſſis ad Curiam Legatis, in ornamentum domeſticæ religionis maximi ſacerdotii inſigne expetendum curavit. Nec eum Romanæ promiſſionis fides fefellit. Profectus enim e Curia Legatus qui ſacri inſignis prærogativa noſtræ gentis ſacerdotium adornaret; cum celeberrimis Danorum urbibus inſpectis, cuncta curioſiſſime colluſtrando, non minorem perſonarum quam civitatum reſpectum egiſſet, Lundiæ ob egregios Aſceni Epiſcopi mores, tum quod ad eam e finitimis regionibus terra*

PAGIUS VIII. *S. Bruno Romam ab Urbano II. evocatur.*

Ad num. XII. *Cum non totos ſex annos* in exigua ſua & ſancta ſodalitate Sanctus Bruno Cartuſienſium Fundator exegiſſet, Urbanus II. *qui olim beati viri diſcipulus fuerat* accivit eum *per literas ad ſancta Eccleſiæ præſtanda officia, graviter præcipiens, ne venire ad Urbem cunctaretur*. Sed cum eo recedente ejus ſocii nullam conſolationem admitterent, nec in Cartuſia manere vellent, locum Bruno dedit *venerabili viro Siguino Abbati Caſæ Dei; qui fuit unus ex primis donatoribus; ſed ita tamen id fecit, ut omnino conſtitueret reverti cum ſuis ad Cartuſiam*. Hæc Auctor vitæ Sancti Brunonis apud Surium c. 16. & ſeqq. ad diem VI. menſis Octobris. Quod confirmat Auctor Anonymus Libelli *de Inſtitutionibus Ordinis Cartuſienſis*, a Labbeo Tom. I. Biblioth. pag. 638. publicatus, qui ait: *Relicto ſæculo eremum Cartuſiæ fundavit, & rexit ſex annis. Qui cogente Papa Urbano, cujus quondam præceptor fuerat, Romanam perrexit ad Curiam*. Baronius, qui Ordinis Cartuſiani fundationem cum an. MLXXXVI. illigavit, hæc ad præſentem retulit. Verum jam oſtendimus, eam biennio antea factam fuiſſe, ideoque Bruno anno MXC. Romam ab Urbano II. vocatus fuit. Utrumque indubitatum reddit Charta a Joanne Columbi in Diſſert. de Cartuſianorum initiis num. CVIII. producta, qua Siguinus Abbas Cartuſiam Sancti Brunonis ſociis reſtituit, in qua legitur: *Ego frater Siguinus Abbas Caſæ Dei, notum fieri volo præſentibus & futuris, quod frater Bruno a D. Papa Urbano Romam evocatus, videns loci deſtitutionem, Fratribus recedentibus propter abſentiam ejus, dedit locum Cartuſiæ nobis, & Congregationi nobis commiſſæ*. Paulo poſt: *donum, quod nobis prædictus Bruno fecerat, coram Congregatione nobis commiſſa, in capitulo noſtro, ſub præſentia Gratianopolitani Epiſcopi Hugonis, ego ipſe frater Siguinus prædictæ Caſæ-Dei Abbas, cum conſenſu fratrum noſtrorum reliqui*. In fine dicitur: *Factum aſt anno ab Incarnat. Domini MXC. XV. Kal. Octobr. Ego Siguinus Abbas ſubſcripſi, & in præſentia Archiepiſcopi Hugonis* (ſc. Lugdunenſis Archiepiſcopi ex Epiſcopatu Dienſi in illam Eccleſiam tranſlati) *hanc Chartam ex integro confirmavi*. Porro Caſa Dei celeberrimum Diœceſis Claromontenſis in Arvenia monaſterium, a *Sancto Roberto*, ut ſuo loco diximus, ædificatum fuit, in eoque *Sanctus Hugo* Epiſcopus Gratianopolitanus vitam monaſticam egit.

Ad num. XIII. & ſeq. *Olaus* cognomento *Famelicus*, Daniæ Rex anno MLXXXVI. S. Canuto ſucceſſit, & *bis pene luſtrum*, teſte Sa- IX.



*ra marique tranſitus abunde pateat, hunc potiſſimum honorem deferendum curavit. Nec ſolum eam Saxonica ditione eruit, ſed etiam Sveciæ, Novergiæque religionis titulo magiſtram effecit. Nec parum Dania Romanæ benignitati debet, qua non ſolum libertatis jus, ſed etiam externarum rerum dominium aſſecuta eſt.* Hactenus Saxo. Sic igitur Hamburgenſis primatus ſub Urbano Papa Secundo magnopere imminutus eſt, quando ejuſdem eccleſiæ Archiepiſcopus Liemarus inhærens Henrico ſchiſmatico Regi, factus erat omnium ſchiſmaticorum anteſignanus, quo permotus Gregorius Papa Septimus, jam de ſeparatione Danicæ Eccleſiæ ab Hamburgenſis dominio cæpit per (a) litteras habere ſermonem, quod & Sveno Rex jam tempore Alexandri Papæ aggreſſus eſt pertentare. At de his ſatis.

(a) Greg. l.2. ep.75.

XV. Urbanus dedicat Eccleſ. S. Trinitatis.

Hoc enim anno Urbanus Papa in provinciam ſe contulit Picentinorum, atque apud Salernum, ad nobile monaſterium ſanctæ Trinitatis, ad Cavam Metellianam dictum perrexit, ut baſilicam illic in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis erectam ſacris ritibus conſecraret: quod feliciter explevit. Cujus rei memoriam verbis iſtis lapis inciſus affixus parieti indicat:

*Crucem hoc in lapide ſculptam quam cernis, ſanctiſſimus Urbanus Secundus Romanus Pontifex in ſacra hujus Eccleſiæ dedicatione propriis manibus in ſacræ rei ſignum oleo linivit, anno ſalutis MXCII. Nonis Septembris, Indictione xv.*

Propenſiori namque ſtudio erga eoſdem monachos idem Urbanus Pontifex ferebatur, quod Cluniacenſis ordinis eſſent, Cluniacenſis & ipſe alumnus ejuſdem, ut teſtatur in diplomate privilegii eidem monaſterio tunc poſt ejuſdem Eccleſiæ dedicationem conceſſi; quod repertum, & ad nos delatum per Conſtantinum Cajetanum monachum Caſſinenſis congregationis, hic deſcribere, conſultum viſum; quod plura in eo ſint ſcitu digna, contineatque privilegium tunc eidem monaſterio conceſſum a Rogerio, qui ejuſdem Eccleſiæ dedicationi per Urbanum Papam peractæ præſens fuit. Sic enim ſe habet:

*Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverentiſſimo Fratri Petro cœnobii Cavenſis Abbati, & ſucceſſoribus canonice promovendis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem in perpetuum.* XVI.

*Cum univerſis ſanctæ Eccleſiæ partibus pro Sedis Apoſtolicæ auctoritate ac benevolentia debitores exiſtimamus; illis tamen locis atque perſonis, qui ſpecialius ac familiarius Romanæ adhæſerint Eccleſiæ, quique amplioris religionis gratia eminere noſcuntur, propenſiori nos inducunt charitatis ſtudio imminere. Apoſtolicæ ergo memoriæ prædeceſſoris noſtri Gregorii Septimi inſtitutis tenacius adhærentes, Cavenſe cœnobium, cui ſumma religio viget, quod ipſe ſingulariter dilexit, & ſuæ inſtitutionis privilegio communivit, nos quoque hujus noſtri privilegii pagina communimus, & ab omni tam ſæcularis, quam Eccleſiaſticæ perſonæ jugo liberum eſſe omnino decernimus. Idem namque Apoſtolicus Pontifex, dum in Romana ſancta Eccleſia Archidiaconatus adhuc officio fungeretur, prædictum locum a Giſulpho Salernitano tunc Principe, in cujus manus fuerat, poſtulavit.* Cel-



PAGIUS *Inſtitutio Lundenſis Archiepiſcopatus.*

xone Grammatico lib. 12. regnavit, ideoque mors ejus ad annum MXCV. aut inſequentem ſpectat. Hunc excepit Ericus. *Forte autem Hamburgenſis Antiſtes* (nempe Liemarus) *ob inanes & falſas ſuſpiciones Ericum execratione mulctandum cenſuerat. Quod veritus Rex appellatione ſententiam præcucurrit, Romamque e veſtigio petivit: ubi cauſa ſuæ examine diligentius habito, Pontificis accuſationem potenter repulit, cunctiſque defenſionis partibus actore ſuperior rediit*, inquit Saxo Grammaticus pag. 226. poſt multa interpoſita ſubdit: *Ne Dani ſub externo Pontifice ſacrorum munera celebrarent, miſſis ad curiam Legatis, in ornamentum domeſticæ religionis maximi ſacerdotii inſigne expetendum curavit*. Roma Legatus in Daniam miſſus, qui Archiepiſcopatum Lundiæ, vulgo *Lunden*, quinque leucis Hafnia diſtans, fundavit, quod ad eam e finitimis regionibus terra marique tranſitus abunde pateat. *Nec ſolum eam Saxonica ditione eruit: ſed etiam Suetiæ, Norvegiæque religionis titulo magiſtram effecit*. Archiepiſcopatus itaque Lundunenſis poſt annum MXCV. quo *Ericus* cognomento *Bonus* Daniæ Regnum ſuſcepit, incerto anno inſtitutus eſt. [1] *Lundis* Scaniæ provinciæ civitas, nunc a paucis, teſte Meurſio, inhabitata ſenſim deficit.

X. Ad num. XV. & ſeqq. Urbanus II. Baſilicam Salerni in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis erectam conſecravit, ut liquet ex ejus Diplomate a Baronio recitato, in cujus fine habetur:

NOTÆ [1] EX Danorum chronicis ante hac parum a Ludewig. Reliquiarum tomo. IX. vulgatis, illud quod num. XII. excuſum eſt, & ad annum 1287. perducitur, certum annum fundatæ Lundenſis cathedræ ſervavit, ita ferens ad annum CIↃCI. *Aſcerus factus eſt primus Archiepiſcopus Danorum*. Chronicon vero aliud ſub num. VIII. ad An. 1104. habet: *Miſſum fuit pallium Lundis a Paſchali papa, procurante illuſtriſſimo rege Danorum Sclavorumque Errigo Egoth, duce Eſthoniæ & Domino Nordavingiæ reverendiſſimo in Chriſto patri, & domino Aſcero Ludenſi Epiſcopo, Sueciæ primati, qui ſedit annis XXXV.* MANSI

*Cellas quoque plurimas, quas uſque ad id temporis ſpacium idem Princeps in manu propria detinuerat, ab ipſo acquirens, eidem ſancto loco contulit abſolute cum omnibus habitantibus & habitaturis, tam in Cilenti monte, ejuſque pertinentiis, quam in locis Paſciano, Metelliano, Caſtro ſancti Adjutoris, & pertinentiarum eorundem locorum, cum juribus, angariis, perangariis, penſionibus ſolutis tam ratione terrarum, quam pro quolibet foculari ipſorum locorum, ſicut nos ipſi in Regiſtro ipſius Principis enucleatius vidimus contineri. Quam donationem nos auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus.*

XVII. *Præterea Cluniacum locum illum famoſum dirigens, inde te ut Abbatem prædicto monaſterio præponeret, adſcivit, quem deinceps cum univerſis ſubjectis, ſive locis, ſive perſonis, ſingulariter dilexit, fovit, atque tuitus eſt, mox Pontifex factus, eorum libertatem decreti ſui pagina confirmavit, ſic præſtante Deo ab omnium viventium jugo liberum uſque ad tempora noſtra permanſit. Noſtris autem diebus Alphanus Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus confrater noſter ad ejuſdem loci ſubjectionem modis cœpit omnibus anhelare. Nobis itaque diſponentibus baſilicam ipſius loci dedicare, ille ſuæ Eccleſiæ minui jura clamitabat, cui nos ex abundanti ſatisfactionem juris obtulimus: ille autem cum ad poſtulatum, & acceptatum actionis terminum perveniſſet, actionem aggredi refutavit.*

XVIII. *Sic nos præſentibus fratribus noſtris reverendiſſimis Epiſcopis Ubalano Sabinenſi, Oddone Albanenſi, Berardo Præneſtino, Joanne Tuſculanenſi, Brunone Signino, Rangerio Regitano, Gerardo Trojano, Joanne Rioppolano, & Cardinalibus Eccleſiæ noſtræ Hermanno presbytero ex titulo Quatuor Coronatorum, Gregorio presbytero tituli ſancti Vitalis, Benedicto presbytero ſanctæ Suſannæ, Gregorio ex diaconia ſanctæ Mariæ in Via lata, Joanne ex diaconia ſanctæ Mariæ in ſchola Græca, Petro ex diaconia in ſancto Adriano, Jacobo ex diaconia S. Euſtachii, & Tencrone ex diaconia ſancti Gregorii ad Velum aureum diaconibus, aſtante etiam dilectiſſimo filio noſtro Duce Rogerio cum innumera clericorum & laicorum turba, præſtante Domino noſtro JESU Chriſto, cujus vicem, licet immeriti, gerimus in terris, ad honorem ſummæ & individuæ Trinitatis manibus noſtris propriis in eodem loco, qui Metelliana Cava vulgariter nuncupatur, baſilicam dedicavimus die Nonarum Septembrium, indulgentes eidem monaſterio contemplatione cujuſdam prærogativæ ſpecialis charitatis, quam experti fuimus in eodem cœnobio, immo potius perfectam religionis obſervantiam, dum adhuc eſſemus in minoribus ordinibus conſtituti.*

XIX. Conceſſæ Indulgentiæ. *Ut quicumque in ſtatu pœnitentiæ Domino opitulante fuerit poſitus, & ad dictum locum accedens fuerit ibi uno die ante ipſius baſilicæ conſecrationem, & per totum diem ſequentem, necnon in die Jovis ſancti, atque per totam diem Veneris ſancti ſequentem, de omnibus peccatis, de quibus vere contritus fuerit & confeſſus, illam indulgentiam & veniam a Domino conſequatur, quam mereretur in eundo, & redeundo ad ſanctum Jacobum Compoſtellanum; reliquis vero temporibus, & diebus ſingulis cauſa devotionis illuc accedentes, quatuor annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam ſuorum peccatorum obtineant de Sedis Apoſtolicæ gratia ſpeciali. Qui vero ad capellam tuam ſitam in eodem monaſterio, ac eodem die conſecratam per venerabilem fratrem noſtrum prædictum Brunonem Epiſcopum Signinum, in diebus & feſtivitatibus ſupradictis venerit, ſeptem annos & totidem quadragenas de indulgentia pro ſuis peccatis confeſſis a Domino conſequatur. Accedentes ſimiliter ad Eccleſiam conſtructam in Caſali eidem monaſterio adjacenti & eminenti, dedicatam ipſo die per jam dictum venerabilem fratrem noſtrum Rangerium Epiſcopum Re-*

PAGIUS *Ivo menſe Novembri ab Urbano II. Capuæ conſecrari non potuit Epiſcopus.*

tur: *Datum Salerni per manus Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis XVIII. Kalend. Octob. quinta decima indictione, anno dominicæ Incarnat. MXCII. Pontificatus domini Urbani Papæ II. anno quinto.* Sed error eſt in indictione, legendumque, *indictione prima*, Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoata. Cum autem ex Decreto Urbani II. *Tarenti VIII. Kal. Decemb.* anno MXCII. dato, & ſupra a nobis memorato, conſtet eum *XII. Kalendas Decemb.* currentis Chriſti anni *in Anglone civitate Apuliæ* fuiſſe, quæ civitas nunc exciſa, poſita erat in Lucania, hodie Baſilicata provincia appellata, apparet veroſimile non eſſe hoc anno Urbanum II. Capuæ verſatum eſſe, certumque & indubitatum, eum in ea urbe menſe Novembri *Ivonem* Epiſcopum Carnotenſem conſecrare non potuiſſe, ideoque hujus ordinationem ab anno MXC. impoſterum removendam non eſſe.

XI. *Alexius Imp. Principum Occidentalium auxilium adverſus Turcas expoſcit.* Ducangius in Notis ad lib. VII. Alexiadis profert ex codice MS. Roberti monachi Epiſtolam, qua Alexius Imp. Robertum Flandrenſem Comitem, cæteroſque Orbis Chriſtiani Principes, ad ſuppeditandum contra Saracenicas gentes promiſſum toties urget auxilium, cujuſmodi plures eodem argumento ſcripſiſſe literas ad Urbanum II. teſtatur Urſpergenſis. In ea Alexius exponit quæ Chriſtiani a Turcis in Oriente patiantur, & inter alia ait: *pene tota terra in Hieruſalem uſque Græciam, & tota Græcia cum ſuis regionibus ſuperioribus, quæ ſunt Cappadocia Minor, aliæ Major, Phrygia, & Bithynia, & Major Phrygia, id eſt Troja, Pontus, Galatia, Lydia, Pamphylia, Iſauria, Lycia, & Inſulæ principales Chyo & Mitylena, & multæ aliæ Regiones & Inſulæ, quæ non valemus modo computare, uſque Trojam*



*Regitanum, in diebus & feſtis prædictis, necnon & in omnibus feſtivitatibus Virginis glorioſæ, ad cujus vocabulum conſtructa eſt Eccleſia memorata, ſeptem annos, & quadragenas totidem de indulgentia Domino promereantur.*

XX. *Concedentes & edicto perpetuo confirmantes, ut tam tu, quam ſucceſſores tui per terras tui monaſterii habitas & habendas, libere poſſis Eccleſias conſtruere, cum cruce ſignare, aliaque pontificalia & ſpiritualia exercere, ſacrorum ordinem collationis, baſilicarum & altarium conſecrationis, ac chriſmatis confectionis, tibi tuiſque ſucceſſoribus duntaxat abdicata penitus poteſtate. Decernentes, ut tam ipſius cœnobii caput, quam Eccleſiæ, quas nunc habet, vel quas ex nunc in antea habebit, ſive plebanæ fuerint, vel rurales, in civitate & diœceſi tantummodo Salernitana ſituatæ, ab omni jure & juriſdictione Epiſcopali ſint exemptæ, de plenitudine poteſtatis & gratia ſpeciali; ita ut nullo jure ſeu foro contentioſo tu, vel tui ſucceſſores Fratres ipſius monaſterii, ſeu clerici ſeculares in prædicta civitate, & diœceſi per Salernitanum Præſulem ac capitulum aliquatenus conſtringantur, quinimmo Eccleſiæ cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis pleno jure ipſi monaſterio ſint ſubditæ. Si vero aliquos de tuis monachis, ſeu clericos ſæculares in Eccleſiis civitatis prædictæ & diœceſi commorantes ad ſacros elegeris ordines promoveri, liceat tibi, tuiſque ſucceſſoribus, quemcumque malueris Epiſcopum convocare, dummodo Catholicus fuerit; ſed in aliis diœceſibus requiſito duntaxat primitus Diœceſano: de quibus Eccleſiis ſitis in jam dicta civitate & diœceſi nihil Diœceſanus exigere præſumat, immo potius tam monachi, ſi clerici defuerint, quam ipſi Clerici abſque quorumlibet contradictione totum officium ſacerdotale, quod animarum cura exigit & requirit, exerceant:*

XXI. *De his autem quæ a Catholicis Chriſtianis eidem monaſterio tam inter vivos, quam in ultima voluntate donata fuerint, vel legata a quocumque, vel ubicumque, nulli Epiſcoporum diœceſanorum licitum ſit, quartam vel tertiam partem in ipſis legatis, ſeu donatis, tam in ſtabilibus, quam in mobilibus exigere prætextu conſuetudinis cujuſcumque. Et ſi proceſſu temporis per quoſcumque contra tenorem hujuſmodi noſtræ conceſſionis fuerit per aliquos attentatum, illud ex nunc decernimus juribus vacuatum, præſcriptione in hoc longi temporis non currente. Si quis vero ad eundem locum, vel ejus Eccleſias ſibi ſepulturam elegerit, licitum ſit tibi, tuiſque ſucceſſoribus & Fratribus in Eccleſiis ipſius cœnobii commorantibus ipſum in ſuo cœmeterio ſepelire abſque cujuslibet contradictione, dummodo Chriſtianus & Catholicus habeatur. Statuimus inſuper perpetuo valiturum, ut quotiens inter vaſallos ejuſdem monaſterii orta fuerit quæſtio, quod ipſum quamvis contingat cœnobium, liceat tibi, tuiſque ſucceſſoribus & * partibus ipſius querelas hujuſmodi decidere, juſtitia mediante, jure communi ſuper hoc edito in aliquo non obſtante.*

* f. Patribus.

XXII. Rogerii Ducis privilegium. *Inſuper memoratus excellentiſſimus Dux viſa hujuſmodi dedicationis ſolemnitate, compunctus, ut credimus, divino Spiritu, nobis & noſtro Apoſtolatui attentius ſupplicavit, ut donationem, & confirmationem, quam ipſe eidem monaſterio facere ob reverentiam ſanctæ & individuæ Trinitatis & ſuorum peccatorum remedium intendebat, dignaremur auctoritate Apoſtolica confirmare, noſtroque mandaremus inſeri privilegio diligenter. Nos igitur ſuis in hac parte precibus juſtiſſimis inclinati, in favorem ipſius loci, quem ſpeciali proſequimur dilectione pariter & devotione, conceſſiones, & donationes ipſas in noſtro præſenti privilegio inſeri fecimus ad cautelam. Conceſſit ſiqui-*

PAGIUS *jam quæ ab eis jam invaſa eſt. Et forte nihil remanſit niſi Conſtantinopolis, quam ipſi minantur citiſſime nobis auferre, niſi auxilium Dei, & fidelium Chriſtianorum Latinorum celeriter ſubvenit. Nam & Propontidem, quæ & Avidus dicitur, & ex Ponto juxta eandem Conſtantinopolim in Mare Magnum decurrit, cum ducentis navibus invaſerunt, quas Græci ab eis deprædati fabricaverunt, & remigiis, velint nolint, deducunt, & minantur, tam per terram, quam per eandem Propontidem Conſtantinopolim,* (ut diximus) *velociter capere. Hæc plura de innumerabilibus malis, quæ hæc impiiſſima gens agit, diximus & ſcripſimus tibi, Comes Flandrenſium, Chriſtianæ fidei amator.* In argumento vero Epiſtolæ Robertus monachus ait: *Hoc exemplar Epiſtolæ quarto anno ante glorioſum Hieroſolymitanum iter a Conſtantinopolitano Imperatore omnibus occidentalibus Eccleſiis directum eſt, præcipue tamen Flandrenſi Comiti Roberto: ipſe enim Comes jam redierat a Sepulchro Domini in baculo & pera, in quo itinere ſe viderunt, & affabile atque amicabile colloquium adinvicem habuerunt.* Peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit Robertus anno MLXXXV. a qua necdum reducem fuiſſe anno MLXXXIX. auctor eſt Meyerus lib. 3.

XII. *Canonici Regulares S. Auguſtini multiplicantur.* *Rabodus* Epiſcopus Tornacenſis videns *Magiſtrum Odonem* Aurelianenſi civitate oriundum, qui ſcholæ Tornacenſi fere per quinquennium magno plauſu docuerat, cum quinque ſuis Clericis ſæcularem vitam velle relinquere, eis conceſſit Eccleſiam in honorem Sancti Martini, quæ alias a Barbaris everſa fuerat, *eamque eis liberam, & Epiſcopali Privilegio confirmatam coram omnibus tradidit, ſicque eos ibidem ſub Regula Sancti Auguſtini canonice in habitu Clericali Deo ſervituros dimiſit. Facta vero ſunt hæc anno Domin. Incarnat. MXCII. Apoſtolica Sedi præſidente Papa Urbano, Remenſi vero Archiepiſco-*

*quidem prædictus Dux eidem monaſterio in perpetuum, ut Patres dicti monaſterii abſque qualibet contrarietate hæredum & ſucceſſorum ſuorum poſſint exigere & recipere integram decimam partem piſcium, qui capti fuerint in mari a Vallone, qui de * Gallocauda dicitur, uſque ad fluvium de * Cetara, qui eſt de territorio ipſius monaſterii per quinque millia paſſuum intra mare. Prædictum vero monaſterium mercimonia ſua abſque omni datione, ſolutione, ſeu exitura libere vendat, nedumin ſuis litoribus, vel portubus, immo per totum ſuum Ducatum tam ipſum cœnobium, quam ementes ejus mercimonia liberos conſtituit perpetuo a qualibet præparatione.*

* Gallocauta
* cetera

XXIII. *Indulſit etiam quod omnes homines, quos dictum cœnobium habet, & habebit in prædictis locis, Metelliano, Paſciano, Villula adjacenti, Caſtro ſancti Adjutoris in Cilenti monte & pertinentiis eorundem locorum, tam clerici, quam laici, ſemper ſint liberi ab omni exactione pecuniæ, vel rerum quarumlibet aliarum, quas pro aliqua opportunitate, vel cauſa, ipſe, ſui heredes * vel ſucceſſores aliquando duxerint a ſuis hominibus faciendas, & ut de ipſis hominibus liberam * curam & forifacturas omnes ſine ullo ſuo bajulo vel miniſtro habeatis, & in curia ipſius monaſterii per ejus * ſummoſam veniant ad juſtitiam faciendam, & a judicibus, quos eis ſtatueritis, debeant rationabiliter judicari, quos & Notarios publicos ſtatuendi liberam vobis tribuit facultatem, tam in cauſis civilibus, quam in criminalibus omnibus, prætermiſſis cauſis, de quibus condemnati legitime debeant mori, de aliis autem criminalibus omnibus, de quibus pœnam aliam abſque morte ſubire debeant, quidquid volueritis, faciatis. Similiter & de duellis, ſi ex ipſis cauſis intervenerint. Appellationes vero, ſi fuerint veſtris hominibus opportunæ, ad veſtram curiam appellentur; quoniam quidquid in prædictis hominibus locorum ipſorum & in tenimento, in quo morantur, poſſet ipſe Dux, & ejus ſucceſſores erigere, ſtatuere, & ordinare, ſtatuendi, & erigendi vobis perpetuo tribuit poteſtatem. Conceſſit etiam vobis in perpetuum, ut in quacumque parte ſui Ducatus, tu, vel ſucceſſores tui perſonaliter fueritis, & unus, vel plures homines ibi fuerint ad mortem, vel ad quodlibet ſupplicium judicati, poſſitis eos, ſicut volueritis, liberare, & ubicumque per ſuum Ducatum tranſitum feceritis, obvioſque habueritis in veſtro tranſitu condemnatos, qui ad ſuſpendium vel decollationis ſupplicium deportentur, valeatis eos, ſi vobis placuerit, facere liberari.*

* &
* curiam
*

XXIV. *Si vero homines vaſſalli ipſius monaſterii vendunt, offerunt, donant, & modis aliis alienant terras, quas ab eodem monaſterio tenent, aſſerantque eorum conſuetudines eſſe, ut id poſſint facere; ſancivit & firmiter inhibuit prædictus Dux, ut omnes terras, quas ipſi homines ab eodem cœnobio tenent, & quæ alienantur abſque ipſius requiſitione, dummodo evidenter appareat, quod ipſius monaſterii ſint, liceat vobis eas capere, & ad dominium ipſius cœnobii revocare, conſuetudine aliqua non obſtante, niſi forſan, quod terras ipſas habuerint præſcriptionibus legitimis, vel aliis juſtis rationibus inde valeant ſe tueri.*

XXV. *Largitus eſt quoque jam dictus Dux, ut ſi quis ex ſuis Comitibus, Baronibus, militibus, aliiſque Catholicis hominibus totius ſui Ducatus, de eo quod ab ipſo in feudum tenent, voluerint in partem, vel in totum dicto monaſterio offerre & alienare, poteſtatem illud habeant faciendi qualiter voluerint, dictumque monaſterium bona ipſa ad ipſum taliter devoluta ſine omni ſua, hæredumque & ſucceſſorum ſuorum contradictione liceat percipere, valeat in ſuo dominio retinere; & a quolibet ſervitio, vel præparatione feudum ipſum, vel pars ipſius, deinceps ſit immune. Si vero aliquis tam de vaſſallis ipſius monaſterii, quam de aliis, tenens de bonis ſuis ſtabilibus vel mobilibus, ſine hærede legitimo vel naturali deceſſerit, vel foris factum fecerit, per quod ipſa ad manus Reipublicæ de jure poſſent applicari, licitum ſit vobis per vos eadem bona ad veſtrum do-*

*mi-*

PAGIUS *piſcopo Rainaldo, Tornacenſi ac Noviomenſi Epiſcopo domno Rabodo*, inquit Herimannus Abbas Abbatiæ Sancti Martini Tornacenſis qui medio circiter ſæculo ſequenti ſcripſit Narrationem *Reſtaurationis Abbatiæ Sancti Martini Tornacenſis* a Dacherio Tom. XII. Spicilegii recitatam. Sic paſſim alibi *Canonici Sancti Auguſtini* multiplicabantur, nullum formantes Ordinem ſeu Congregationem plurium monaſteriorum ab uno communi capite pendentium, cum aliis Canonicis Sancti Auguſtini nihil commune habentes præter propoſitum vitæ in communi ducendæ, juxta Eccleſiaſticos Canones, licet quidam Regulam Sancti Auguſtini, quæ progreſſu temporis communis omnibus Canonicam vitam regulariter ducentibus facta eſt, profiterentur. Fuere tamen variæ Congregationes hujuſmodi Canonicorum, uti San Rufiana, de qua anno MXXXIX. locuti ſumus, Congregatio B. Petri de Honeſtis, Sancti Salvatoris apud Bononiam, Lateranenſis, & aliæ quædam.

XIII. *Dialectici in Reales & Nominales diviſi.* Porro *Odo*, qui & Odardus appellabatur, in Dialectica eminebat, & de ea tres libellos compoſuit, uti refert idem Herimannus pag. 361. ſed cum aliqui jam hoc tempore Nominales, alii vero Reales vocarentur, his ultimis adhæſit: *Eandem Dialecticam non juxta quoſdam modernos in* voce, *ſed more Boethii, antiquorumque Doctorum in re diſcipulis legebat: unde & Ma-*



*minium revocare, omni ſua, hæredum, ſucceſſorum ſuorum, officialium contradictione remota, nulla ſuper bonis ipſis poteſtate ſibi, vel reipublicæ reſervata. Tenentes nihilominus bona ipſius monaſterii conceſſit vos poſſe ad veſtram curiam vocare, ad docendum qualiter bona ipſa teneant; & niſi rationabiliter docuerint bona eadem ad ſe ſpectare, vel præſcriptione legitima, videlicet centenaria, oſtenderint ſe munitos, bona ipſa valeatis taliter occupata ad dominium ejuſdem monaſterii auctoritate hujus indulgentiæ revocare, jure communi ſuper hunc articulum penitus revocato.*

XXVI. *Conceſſit inſuper vobis in perpetuum, ut ſi tua, ſucceſſorum, & patrum ipſius monaſterii manifeſta culpa non intervenerit contra eumdem Ducem, hæredes, & ſucceſſores ſuos, & prædictæ ſuæ congregationis futuris temporibus propter quamlibet cauſam aliam fuerint vel in totum vel in partem oblivioni traditæ, vel omiſſæ, & præſcriptio ipſa per ſuum ſacramentum tunc nobis præſentibus præſtitum, & per ſuam hanc ſanctionem conſtituit, ut prorſus irrita reputetur; & quocumque tempore ipſum hæredem & ſucceſſores ſuos ſuper hoc duxeritis poſtulandos, dedit & reliquit eis omnibus ſub divinæ noſtræque benedictionis obtentu firmiter in mandatis, ut ipſas omnes conceſſiones & exceptiones per eorum vobis privilegia debeant confirmare ſine omni pretio, & tædio tarditatis; & nullus ipſorum præſumat eas infringere, vel mutare, ſed ipſas illæſas ſervare debeant, & tenere, donec vos in ſua, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum fide ſincera fueritis permanentes. Quas conceſſiones, confirmationes, exceptiones, & indulgentias collatas eidem monaſterio per ipſum dilectiſſimum filium Ducem Rogerium ratificamus, approbamus, & ex certa ſcientia confirmamus auctoritate Apoſtolica & plenitudine poteſtatis.*

XXVII. *Decernentes & edicto perpetuo roborantes, ut quicumque dictum monaſterium in ſuis juribus, poſſeſſionibus, & libertatibus læſerit aut etiam pertubaverit, liceat tibi, ſucceſſoribus tuis, & patribus ipſius monaſterii cujuſcumque præeminentiæ, ſive ſtatus fuerint, ipſos auctoritate præſentis noſtri privilegii, canonica monitione præmiſſa, excommunicare, & excommunicatos fore denuntiare; atque quod abſolvi non poſſint, niſi digne ſatisfecerint, privilegio eis conceſſo, vel concedendo, quod excommunicari & interdici non poſſint aliquatenus, non obſtante, niſi de indulto hujuſmodi plenam & expreſſam fecerint mentionem. Si quis autem contra hanc noſtri decreti auctoritatem venire tentaverit, ſalva Sedis Apoſtolicæ & Legatorum ejus reverentia & dignitate, ſciat ſe B. Petri Apoſtoli gratiam amiſſurum, & indignatione Apoſtolica feriendum; obedientes vero & hujuſmodi privilegii ſcripta ſervantes dignam a Deo retributionem recipiant, & benedictionem Apoſtolicam conſequantur.*

*Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.* XXVIII.

*Ego Ubaldus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Berardus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Oddo Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Aſculanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Bruno Signinus Epiſcopus ſubſcripſi*

*Ego Joannes Rioppolanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Rangerius Regitanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Gerardus Trojanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Hermannus presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

*Ego Gregorius presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

*Ego Benedictus presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

*Datum Salerni per manus Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis octavodecimo Kal. Octobris, quintadecima Indictione, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimoſecundo, Pontificatus domini Urbani Papæ Secundi anno quinto.* Hæc nos, ne tanti Pontificis aliquod pereat monimentum. Porro ejus monaſterii hiſtoriam ſcriptam, auctore Alexandro Rodulpho Monacho Caſſinenſi, vidimus. Sed de his pro ratione inſtituti modo ſatis.

An-

PAGIUS *& Magiſter Rainbertus, qui eodem tempore in oppido Inſulenſi Dialecticam Clericis ſuis in* voce *legebat; ſed & alii quamplures Magiſtri ei non parum invidebant, & detrahebant, ſuaſque lectiones ipſius meliores eſſe dicebant.* Paulo poſt: *Denique domnus Anſelmus Cantuarienſis Archie-*
„ *piſcopus in libro, quem fecit de* Verbi In-
„ carnatione, *non Dialecticos hujuſmodi Cleri-*
„ *cos, ſed Dialecticæ appellat hæreticos*, Qui non-
„ niſi flatum, *inquit*, univerſales putant eſſe
„ ſubſtantias, *dicens eos de ſapientum numero*
„ *merito eſſe exſufflandos*. Quare jure merito divus Thomas I. part. quæſt. 14. art. 15. ad tertium Nominalium ſectam veterem appellat: *Antiqui Nominales dixerunt*, &c. Dein Odo Ordinem Cluniacenſem in ſuum monaſterium introduxit, & poſt aliquot annos Epiſcopus Cameracenſis creatus eſt, ut anno MCIX. videbimus, & de Operibus ab eo editis verba faciemus.

I. ANnus ſequitur Redemptoris milleſimus nonageſimustertius, indictione prima, quo Bertholdus Conſtantienſis res Urbani Papæ per annos ſingulos proſequutus ait: *Dominus Papa Urbanus Natalem Domini extra Romam in terra ſancti Petri celebravit, eo quod nondum Romam abſque armata manu intrare potuerit, Guibertiſtis quidem & excommunicatis multum adhuc ibi prævalentibus, nec facile ſe abſque violentia inde expelli permittentibus. Ipſe vero Guibertus eo tempore cum Imperatore ſuo Henrico in Longobardia morabatur, & quidquid potuit cum ipſo contra Ducem Vuelphonem, & ejus uxorem Mathildam ſancti Petri filiam, machinabatur.* Hæc hujus anni principio ipſe, qui a Natali Domini annum incipit numerare, ſed nos ab ipſius Januarii Kalendis. Idemque inferius de eodem Urbano Pontifice eodem anno: *Dominus Papa Urbanus generalem Synodum centum pene Epiſcoporum in Quadrageſima ex diverſis provinciis in Apulia congregavit, & diverſis Eccleſiarum neceſſitatibus ſynodali proviſione competenter ſuccurrere curavit.* Trojæ hoc Concilium celebratum, habet Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus in ſuo Chronico, dicendumque poſterius reſpectu prioris, de quo ſuo loco dictum eſt. De hoc nihil invenimus, niſi forte huic tribuenda ſint, quæ ſuperiori Trojano Concilio ſunt adſcripta.

Concilium Trojanum poſterius.

Hoc inſuper anno Conradus Henrici Imperatoris filius adverſum patrem rebellans, regnum ſibi Italiæ vendicat, atque Mediolani coronatur ab Anſelmo ejus civitatis Archiepiſcopo: cujus cauſa ſchiſmaticorum vires mirum in modum labefactatæ, minui cœperunt, Catholicorum vero invaleſcere. De his enim hæc Bertholdus habet hoc anno: *In Longobardia prudentiſſimi milites S. Petri Vuelpho Dux, & uxor ejus Mathilda jam triennio contra ſchiſmaticos viriliter dimicantes, tandem multum contra ipſos, Deo opitulante, confortati ſunt. Nam Conradus filius Henrici Regis a patre diſceſſit, & Velphoni Duci, reliquiſque fidelibus ſancti Petri contra patrem cum ſuis, * adjuvit. Civitates quoque de Longobardia Mediolanum, Cremona, Lauda, Placentia contra Henricum in viginti annos coniuraverunt, qui omnes prædicto Duci fideliter adhæſerunt. Tranſitus etiam Alpium in Longobardiam obtinuerunt, ut fautores Henrici ad ipſum non poſſent proficiſci.* Et inferius poſt multa eodem anno: *In Longobardia Conradus filius Henrici Regis a patre dolo circumvenitur, & captivatur; ſed Dei miſericordia inde ereptus, a Mediolanenſi Archiepiſcopo & reliquis fidelibus S. Petri in Regem coronatur, annuente Vuelphone Duce Italiæ, & Mathilde ejus chariſſima conjuge.* II.

II. Conradus filius Henrici contra patrem regnat.

*

Sed

PAGIUS SÆC. XI. Anno Eræ Hiſpan. MCXXXI. Anno Hegiræ CCCCLXXXVI inchoato die 1° Febr. fer. 3. A.C. 1093 I. *Concilium Trojanum.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6586

☉ 10. B. ☽ 11. P. 17. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1093.

URBANI II. PAPÆ 6.

HENRICI IV. REG. 38. IMP. 10.

ALEXII COMNENI IMP. 13.

AD num. I. Unicum Urbano II. ſedente Concilium *Trojæ* in Apulia congregatum eſſe, jam anno MLXXXIX. indicavimus: illud vero ad præſentem annum pertinere docent, non tantum Bertoldus & Romualdus in ſuis Chronicis, a Baronio citatis; ſed etiam verba, quæ Labbeus Tom. X. Concil. pag. 403. ex quodam Codice MS. profert: *Anno dominicæ Incarnat. MXCIII. V. Idus Martii convenit Trojæ in Apulia Concilium Epiſcoporum fere LXX. Abbatum XII.* Subditur ibidem, actum in eo fuiſſe *de quibuſdam intra conſanguinitatis lineam copulatis*, & aliqua Capitula promulgata, inter quæ hoc unum fuit: *Si quis Treviam Dei* (ſeu Treugam Dei) *fregerit, uſque tertio ad ſatisfactionem ab Epiſcopo moneatur. Quod ſi nec tertio ſatisfacere conſenſerit, Epiſcopus vel cum Metropolitani conſilio duobus aut uno vicinorum Epiſcoporum in rebellem anathematis ſententiam dictet, & per ſcripturam Epiſcopis denunciet.*

II. *Conradus in Henricum Imperatorem patrem rebellat.*

Ad num. II. ad VII. Auctor Anonymus Vitæ Henrici Imp. de eo ſcribit: *Relicto in Italia filio Conrado* (anno ſc. ſuperiori) *jam tum regni ſui harede deſignato,* [1] *regreſſus eſt, ſcilicet qui ſe graſſanti Mathildi, & pene totam Italiam ſibi vendicanti, opponeret, & regnum quod futurum erat ſuum, de manu fœminæ tolleret.* Paulo poſt: *Filius Imperatoris, quem in Italia relictum a patre, & quam ob cauſam relictum diximus, a Mathilde perſuaſus* (*quem enim aſtutia fœminea non ſubvertat, aut decipiat?*) *junctis inimicis patris,* (legendum junctus) *coronam ſibi impoſuit.* Hujus defectionis cauſam iſte En-

NOTÆ [1] COnradus iſte ante hunc annum Germaniæ Rex coronatus fuerat a patre, ut ſilentibus aliis diſerte prodit Author brevis chronici Leodienſis, qui exeunte ſæculo 12. florebat; qui & coronatum prodit a Patre Aquiſgrani anno 1088. Anecdot. Martenii tom. III. col. 1407. MANSI



III. *Sed & pater ejus Ducis Vuelpho Dux Bajoariæ non multo poſt ad eum noviter coronatum Regem in Longobardiam venit, eique cum filio ſuo fideliter adhærere ſategit. Henricus vero pater Regis in quandam munitionem ſe contulit, ibique diu abſque regia dignitate moratus, nimioque dolore affectus, ſeipſum* (*ut ajunt*) *morti tradere voluit; ſed a ſuis præventus ad effectum venire non potuit.* Locus autem in quo velut obſeſſus morabatur Henricus, ut nec in Germaniam redire, nec in Italiam ſe conferre poſſet, civitatem Veronam fuiſſe, Udeſcalcus in rebus geſtis Eginonis Abbatis narrat, ejus temporis ſcriptor; tuncque accidiſſe, ut ſolutione pecuniæ intruderetur per eumdem Henricum Imperatorem in Eccleſiam Auguſtæ Vindelicorum Hermannus perditiſſimus homo; cujus cauſa diu multumque laborandum fuit civibus Catholicis apud Paſchalem Papam, ut pelleretur. Sed redeamus ad Conradum Regem.

IV. Nefandum Henrici ſcelus.

*Porro rebellionem Conradi adverſus patrem ex hac cauſa prodiiſſe Dodechinus enarrat: Henricus Rex Adelaidem Reginam,* hanc Praxedem alii nominant, *quam duxerat uxorem, odio cæpit habere; ideo incarceraverat eam, & conceſſit ut plerique vim ei inferrent, immo filium hortans, ut eam ſubagitaret. Quo recuſante patris polluere ſtratum, eum Rex non ſuum, ſed peregrini filium eſſe affirmavit cujuſdam Principis de Suevia; cujus etiam faciem prædictus Conradus plurimum aſſimilavit. Regina autem poſt plurima & inaudita malorum genera ſibi innocenter illata, de cuſtodia qua tenebatur, quoquo modo Dei miſeratione liberata, ad potentiſſimam tunc temporis fœminam Mathildam nomine fugiendo pervenit. Quæ ſuſceptam Reginam ad venerabilem virum perduxit Urbanum, Apoctolicæ Sedis Antiſtitem; cujus provoluta pedibus, profuſis lacrymis ac intimis ſingultibus omnem ſuæ, quam pertulerat, calamitatis intimavit miſeriam. Papa autem agnita Reginæ calamitate, humanitatis miſeratione compaſſus, facta concione Catholicorum, denuo Henricum Regem excommunicavit pro illicitis ac nefandis omnibuſque ſæculis inauditis rebus, in legitima uxore ſua perpetratis. Regina autem reverſa eſt in regionem ſuam, & ingreſſa monaſterium facta eſt Abbatiſſa, ut quidam dicunt.* Et paulo poſt:

Imperatrix Praxedes ad Urbanum Papam.

*Conradus igitur patri ſuo rebellans, venit ad Papam Urbanum, & ſolutus ab excommunicatione, in Longobardia regnavit contra patrem. Erat denique Conradus iſte omni bonitate & probitate conſpicuus, humilis & modeſtus, qui paucos annos ſupervivens, poſtquam coronatus eſt, immature obiit.* Hactenus Dodechinus hoc anno. Eadem Albertus Stadenſis, qui eam in Ruſſiam ad ſuos eſſe reverſam affirmat. At Novatores hoſtes Romanorum Pontificum, & hæreticorum ſui conſimilium ſtudioſi, turpia iſta de uxore Henrici negant, nullaque alia ratione, niſi quod in vita ejuſdem Henrici ſcripta non ſint. At qua fronte? Cum iſta de Regina Praxede annis ſequentibus, ſpectante orbe, in duabus Synodis fuerint publice declamata? ſed de his, ut annis ſingulis reddantur ſingula, loco ſuo dicturi ſumus. V.

Harum occaſione novitatum collapſi pene Catholici reſumpſere vires; & quæ depreſſi tentare auſi non ſunt, aggredi forti animo non timuerunt. *Nam* (inquit hoc eodem anno Bertholdus) *Auguſtenſes Epiſcop. quem Henricus illis dedit, expulerunt, ipſique ſibi Catholicum paſtorem canonice elegerunt, qui Epiſcopum in caſtello, quo tranſitus Alpium cuſtoditur, captivavit, quod ipſe illi facere deliberavit. Metenſis Eccleſia & Tullenſis & Virdunenſis ab obedientia Egilberti excommunicati diſceſſerunt, eique non amplius obedituros apertiſſime demandaverunt. Quarum Metenſis refutato Epiſcopo, quem Henricus ei dare voluit, ipſi ſibi canonice Catholicum paſtorem elegere, eumque a Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato, conſecrari fecere ſexto Kalendas Aprilis in medio Quadrageſimæ.* Et inferius de eodem Legato, eodem anno: *Idem Legatus Vuelphonem Ducem Bajoariæ per manus in militem accepit, ſicut & proprium fratrem Bertholdum Ducem Alemanniæ jamdudum fecit; cum quibus & reliquis Alemanniæ Principibus magnum conventum apud Ulmam habuit. In quo conventu firmiſ-*

VI. Catholici reſurgunt adverſus ſchiſmaticos.



PAGIUS Encomiaſtes tacet, ſed eam Dodechinus & Helmoldus, Scriptores natione Germani, iis temporibus fere proximi, prodiderunt. Henricus, cum acerbum in *Adelaidem* conjugem, *Praxedem* etiam ab Auctoribus coætaneis appellatam, odium concepiſſet, & ad cætera illata probra Nicolaitarum more multis eam ſtuprandam proſtraviſſet, idem Conrado filio, ut faceret, imperavit; eumque ſe tanto ſcelere obſtringere recuſantem filium ſuum eſſe negavit. Conradus itaque patri ſuo rebellans ad Urbanum Papam venit & Mediolani coronatus eſt, *annuente,* inquit Bertoldus, *Vuelphone Duce Italiæ, & Mathilda ejus chariſſima conjuge.* Ab hoc tempore Catholicorum arma in Italia prævaluere; cumque *Vuelpho ſenior* Bajoariæ Dux in Italiam deſcendiſſet, copiaſque ſuas cum Mathildis & aliorum fœderatorum copiis junxiſſet, Henricum Imp. ad magnas anguſtias redegit. *Æquiori ut videbatur*, inquit Malmesburienſis lib. 3. de Reg. *cauſæ affuit militia Mathildis Marciſæ* (ideſt Marchioniſſæ; his enim temporibus voces Marchionis, Comitis & Ducis ad idem ſignificandum uſurpabantur) *quæ obli-*

*miſſime laudatum eſt, ut Conſtantienſi Epiſcopo Legato Urbani Papæ omnimode ſecundum ſtatuta canonum obediretur &c.* Sic igitur rebus Catholicorum in meliorem ſtatum reparatis, conſternatis ſchiſmaticis, nec ut prius, eos ferociter appetere audentibus, Urbanus Papa eſt reverſus in Urbem, ubi a ſuis receptus, Natalem Domini (ut idem Bertholdus teſtatur) ſolemniter celebravit. Cui congratulati Catholici omnes Epiſcopi, inter alios Ivo (*a*) Carnotenſis Epiſcopus has ad eum ea occaſione ſcripſiſſe litteras reperitur:

(*a*) *Ivo ep. 26.*

VII. Ivo gratulatur Urbano Papæ.

*Domino & patri ſuo Urbano ſummo Pontifici Ivo humilis Eccleſiæ Carnotenſis miniſter cum Petro pugnare, & cum Petro regnare.*

*Quoniam Romana Eccleſia poſt multa naufragia ſub veſtro regimine ad portum jam pene pervenit, & Italiæ regnum jamdiu rebelle in conſpectu veſtro totum pene conticuit, ita ut novus Rex ad voluntatem Dei & veſtram in manus veſtras ſe dederit: gaudeo in Domino, & gaudium meum nullis ſyllabarum metis explicare ſufficio. Quotidianas etiam preces coram Deo pro veſtra incolumitate & pace multiplico, ut ſermo Dei per vos currat, & de die in diem magis proficiat; & bona quæ per vos inchoavit, ad finem uſque perducat.* His ſubjungit de cauſa electi Pariſienſis. Porro idem Ivo hoc anno vexatus ab Archiepiſcopo Senonenſi, appellans Apoſtolicam Sedem, has ad eundem Urbanum Papam (*b*) litteras dedit ante priores ſuperius recitatas:

(*b*) *Id. ep. 12.*

Ivonis appellatio ad ſedem Apoſtolicam.

*Reverendiſſimo Patri patrum Urbano fideliſſimus ejus filius Ivo Carnotenſium dictus Epiſcopus non deficere in tribulationibus.*

VIII. *Quoniam per ſacram manus veſtræ impoſitionem me de ſtercore erectum divina providentia ſuæ meſſis ordinavit operarium; in ipſa Dei agricoltura exercenda, quantum valeo me moveo, ſed tanquam formicino greſſu incedens, præpediente imbecillitate mea, non quantum volo, promoveo; in erogando verbi ſemine curam prout divina gratia ſubminiſtrat, adhibeo. Sed quia meſſis multa eſt, & ab inimico homine multum zizaniorum prius ſeminatum, vel ſuperſeminatum eſt; paucos fructus ex meo labore capere me ſentio. Timens igitur triticum eradicare cum lolio, & tanquam de diſcretione prudentis agricolæ mihi blandiens, multa tolero, multa diſſimulo, ſed rurſus, utrum hoc ſit virtus diſcretionis vel vitium remiſſionis ſub ſpecie virtutis occurrentis, non ſatis acute diſtinguo. In qua mentis anxietate cum divinum a me ſtudioſius imploretur auxilium, inſufficientiæ meæ neceſſarium ac debitum a veſtra paternitate piæ orationis imploro ſuffragium. Neque enim aliqua ratione hoc onus ſubire voluiſſem, niſi veſtra præmonuiſſet ſanctitas; niſi ut ipſum ſubirem, veſtra perfeciſſet auctoritas. Paterne igitur filio veſtro conſulite, paterne ſuccurrite; ut ſi quid per me divina manus dignata fuerit operari, non meæ parvitati, ſed veſtræ poſt Dominum adſcribatur ſanctitati. Multa enim inordinata fieri video in Domo Dei, quæ me torquent, maxime quod apud nos, qui altari non ſerviunt, de altari vivunt; a quo ſacrilegio cum eos abſtervere velim, monendo, increpando, excommunicando; altaria a me redimere volunt ſub nomine perſonæ, ſicut a prædeceſſoribus meis ex prava conſuetudine re-*

PAGIUS *oblita ſexus, nec diſpar antiquis Amazonibus, ferrata virorum agmina in bellum agebat fœmina; ejus poſteriori tempore ſuffragio Urbanus thronum adeptus Apoſtolicum, ſecurum per undecim annos actitavit otium.* Urbanum autem in Urbem receptum eſſe, docet Baronius ex Bertoldo in Chron.

III. *Ivo ſcribit ad Urbanum II. pro Vvillelmo Electo Pariſienſ. Epiſc.*

Ad num. VII. Epiſtola Ivonis XXVI. novo ordine XLIII. ad Urbanum II. Papam ſcripta, & a Baronio recitata, in qua mentio de electione Epiſcopi Pariſienſis, *VVillelmi* nempe, ante annum MXCVI. ſcripta non fuit. *Gotfridus* enim ſeu Gaufridus ejus Deceſſor anno tantum milleſimo nonageſimo quinto e vivis exceſſit, idque *Kalendis Maii*, ut oſtendit Carolus du Bois lib. XI. Hiſt. Eccleſiæ Pariſienſis Cap. III. & ſeq. In Eccleſia Carnotenſi ſub Ivone Epiſcopo innutritus fuerat, qui ubi accepit ſe Epiſcopum electum, cathedram recuſare inſtituit, eamque ob rem ab Ivone Carnotenſi conſilium petiit. Is ne quid temere conſuleret, miſit eum Lutetiam cum quibuſdam ſuæ Eccleſiæ Canonicis, *qui diligenter inquirerent, utrum in eum vota omnia concurrerent, utrum hæc electio mediante pecunia, vel aliqua eſſet a Rege* (nempe Philippo) *extorta violentia*, inquit Ivo in Epiſtola laudata, qui cum accepiſſet, omnia ex Eccleſiæ legibus peracta eſſe ſcripſit ad Urbanum II. qui tum in Gallia verſabatur, & præclara de Willelmo memoravit. Carolus du Bois cap. IV. Guillelmi Chartam profert, in cuius fine legitur: *Actum Pariſiis in Capitulo ſanctæ Mariæ anno ab Incarnat. Domini MXCVII. VVillelmi vero anno primo, indictione quinta*, ubi anni Epiſcopatus Guillelmi ab ejus ordinatione anno anteriori peracta numerantur. Refertur ibidem alia Charta, data *anno ab Incarnat. Domini MXCVIII. regnante Philippo Reg. XXXVIII. VVillelmo Epiſcopo anno III. indict. VI. Epact. XV. concurrente IV.* ubi anni ab ejus electione deducuntur.

IV. *Concilium Stampenſe*

Ad num. VIII. & ſeq. *Stampis*, quod oppidum eſt Pariſius inter & Aurelianos poſitum, *Richerius* Senonenſis Archiep. Concilium celebravit, in quo *Ivonis* Carnotenſis Epiſcopi ordinationem ad examen revocavit, conatuſque eſt *Gaufredum* depoſitum contra decretum Urbani II. in ſtatum priſtinum reſtituere; ſed ut de ſemetipſo inquit Ivo in Epiſt. XII. *Sedem Apoſtolicam appellavi, & decretis Apoſtolicis, quamvis ea nonniſi in futurum timerent, a ſua præſum-*



*redemerunt. In quo maxime indigeo conſilio veſtro, ſi id tolerabile vobis videtur, vel auxilio, ſi intolerabile judicatur; Cætera quidem tolerabilia vel corrigibilia mihi in parochia noſtra videntur, ſi hoc conſilio veſtro & auxilio ad ordinem redigi cogeretur.*

IX. De judicio contra Ivonem agitato.

*De cætero notum facio beatitudini veſtræ: quod Senonenſis Archiepiſcopus conſilio Pariſienſis Epiſcopi inſtituatus, adhibito ſibi eodem Pariſienſi Epiſcopo, & duobus aliis non diſſimilis vecordiæ, Meldenſi & Tricaſſino, hoc anno Stampis, de ordinatione quam a vobis acceperam, me inordinate ſatis accuſavit, dicens, me in majeſtatem regiam offendiſſe, quia a Sede Apoſtolica conſecrationem præſumpſeram accepiſſe. Cum itaque conarentur Gaufredum depoſitum contra decretum veſtrum in ſtatum priſtinum reformare, & in me depoſitionis ſententiam proferre; Sedem Apoſtolicam appellavi, & decretis Apoſtolicis, quamvis ea non niſi in futurum timerent, a ſua præſumptione revocavi: appellationem tamen nec proſequi taxaverunt, nec planam pacem mecum habere voluerunt. Unde neceſſarium mihi videtur, ut litteras communes tam archiepiſcopo, quam Suffraganeis mittatis, quatenus aut planam mecum pacem habeant, aut præſentiam veſtram, rationem inde reddituri mecum adeant. Suggero etiam paternitati veſtræ, ut partibus noſtris ordinetis aliquem Legatum, virum boni teſtimonii, qui non ſua quærat; ſed quæ Jeſu Chriſti. Neceſſarius enim eſſet Eccleſiæ Dei, in qua quilibet quodlibet audet, & quod audet, facit, & quod facit, impunitum tranſit. Adverſa an proſpera erga vos ſint, ſpirituali filio veſtro mandate; quatenus (quantum Deus donaverit) orare ſtudeamus, ut ſi proſpera ſint firmentur; ſi vero adverſa, pellantur.*

X. *Si venerit ad vos quidam propter infamiam de Eccleſia noſtra pulſus, rogo, ne de eo quidquam ſtatuatur, donec a nobis cauſa ejus plenius audiatur. Bene valeat ſanctitas veſtra.* Fuit iſte clericus, qui falſam moneram fabricari fecit, de quo extant aliæ Jvonis (*a*) litteræ, de quibus ſuo loco dicendum anno ſequenti; quæ autem ad iſta Urbanus ſcripſerit, quod careamus ejus volumine epiſtolarum, penitus ignoramus.

(*a*) *Ivo ep. 19.*

Alphonſus Hiſp. Rex Studioſus Cluniac.

Ad finem rerum geſtarum anni hujus idem qui ſupra Chronici auctor de Alphonſo, ſive Adefonſo ejuſmodi memoria dignum inſuit monimentum his verbis: *His temporibus Rex Hiſpaniæ Ældefonſus in fide Catholicus, & in converſatione Cluniacenſis Abbatis obedientiarius, ſæpiſſime contra Paganos pro Chriſtianis viriliter dimicavit; multaſque Eccleſias jamdudum penitus devaſtatas in priſtinum ſtatum reſtauravit. Ipſe etiam Cluniaci majorem Eccleſiam a fundamentis ædificavit: ad cujus Eccleſiæ ædificationem infinitam pecuniam Cluniacum direxit. Qui etiam jamdudum ſe ibidem monachum feciſſet, ſi dominus Abbas ad tempus eum ſub ſæculari habitu retinere, non ſatius judicaſſet.*

XI. S. Anſelmus ordinatur Cantuarienſ. Archiep.

Hoc eodem anno magnum illud decus & ſplendor Eccleſiæ Anglicanæ ſanctus Anſelmus eligitur, & conſecratur Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſubrogatus Lanfranco quartum poſt annum ejus obitus. De quo ejus temporis ſcriptor ſinceriſſimus Edinerus ejus a ſecretis miniſter hæc ait: (*b*) *Rapitur ergo & violenter in vicinam Eccleſiam cum hymnis & laudibus portatur magis, quam ducitur. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnat. milleſimo nonageſimo tertio, pridie nonas Martii prima Dominica Quadrageſimæ.* Et inferius. *Igitur Anſelmus propter multas rationes, quæ intervenerant, nondum conſenſerat electioni, quæ de ſe facta fuerat, ut pontifex fieret. Sed tamen detinente illum Rege, morabatur in Anglia, converſante cum eo juſſu Regis præfato Gundulpho Roffenſi Epiſcopo, ut ei quæ opus erant, miniſtraret. Ablatis autem de medio rationibus illis, tandem poſt longum temporis ſpacium obedientia ſimul ac neceſſitate conſtrictus conſenſit, & pridie Nonas Decembris debito cum honore ab omnibus Epiſcopis Angliæ Cantuariæ conſecratus eſt. In qua conſecratione Evangelica illa ſententia ſuper eum reperta eſt: Vocavit multos, & miſit hora cœ-*

(*b*) *Edin. l. 3. vitæ S. Anſel. apud Sur. tom 2. die 21. Aprilis.*



PAGIUS *ſumptione revocavi.* Verum cum Ivo ante diem XXIV. menſis Novembris anni MXC. Capuæ ab Urbano II. Epiſcopus ordinatus fuerit, Concilium adverſus illam ordinationem Stampis habitum, ad annum MXCI. retrahendum, ut recte Coſſartius Tom. X. Concil. pag. 717. Sed fruſtra illud Concilium fuit; Ivo enim Epiſcopus Carnotenſis remanſit.

V. *S. Anſelmus fit Archiep. Cantuariæ.*

A num. XI. ad XIV. Vitam *Sancti Anſelmi* Archiepiſcopi Cantuarienſis ſcripſit Eadmerus, ſive Edmerus, Monachus Cantuarienſis, ejus in Archiepiſcopatu individuus comes, qui & pluribus de illo agit in Hiſtoria Novorum, quæ omnia ad diem XX. menſis Aprilis in Actis SS. Bollandianis leguntur. Willelmus II. Anglorum Rex gravi langore correptus de Cantuarienſi Eccleſia jam per quadriennium Paſtore orbata tandem cogitavit, eique Anſelmum præpoſuit: *Rapitur ergo*, inquit Eadmerus lib. 2. ejus Vitæ cap. 1. *& violenter in vicinam Eccleſiam cum hymnis & laudibus portatur magis, quam ducitur. Acta ſunt hæc anno dominicæ Incarnat. milleſimo nonageſimo tertio, pridie nonas Martii, prima dominica Quadrageſimæ.* Paulo poſt: *Tandem poſt longum temporis ſpatium, obedientia ſimul ac neceſſitate compulſus, conſenſit; & pridie Nonas Decembris debito cum honore ab omnibus Epiſcopis Angliæ, Can-*

*næ dicere invitatis, quia jam parata ſunt omnia, & cœperunt ſe ſimul omnes excuſare*. Plane prænuntium futurorum, cum vir ſanctiſſimus ex Anglia exire coactus eſt.

XII. Pergit Edinerus quomodo quam citiſſime exulare compulſus ſit, iſta paulo poſt ſubiiciens: *Dehinc cum ſe regali Curiæ in Nativitate Domini præſentaſſet, & honorifice a Rege ſuſceptus, primos dies feſtivitatis circa Regem lætus tranſegiſſet: poſt inſtinctu diaboli, hominumque malorum mutatus eſt animus Regis contra eum, eo quod ipſe, ſpoliatis hominibus ſuis, mille libras denariorum ei pro agendis munificentiæ ſuæ gratiis dare noluit; & ita Principe turbato a Curia diſceſſit*. Fuit ſanctus Anſelmus patria Auguſtanus ejus nominis civitatis, quæ in finibus Burgundiæ ſita eſt Italiam verſus. Uſus eſt Lanfranco prædeceſſore ſuo, antequam eſſet Epiſcopus, præceptore; inde monaſticum amplexus eſt inſtitutum in Beccenſi cœnobio in Normandia, anno ſuæ ætatis vigeſimoſeptimo, in quo Lanfrancus Prioris munere fungebatur, cui in præfectura eadem Anſelmus ſuccedit; inde vero Abbas Hirluino ſubrogatus eſt, poſt vero ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem hoc anno exaltatus. Hæc autem pluribus Edinerus: ſed nobis iſta ſatis ad inſtitutum. Ad hunc creatum Archiepiſcopum (a) Ivo Carnotenſis iſta ſcripſiſſe reperitur. (a) Ivo ep. 112.

XIII. Ivonis ad Anſelmum epiſtola.

*Anſelmo reverendo Cantuarienſium Archiepiſcopo Ivo humilis Eccleſiæ Carnotenſis ſervus, pro modulo ſibi collato fidelium orationum munus.*

*Quamvis placuerit ei qui te invitavit, tibi non alta requirenti dicere, Aſcende ſuperius: non tamen ideo credimus paternitatem tuam nulli religioſo oneroſam, minus eſſe memorem eorum, quos aliquando ex quotidiana Eccleſiaſticorum nogotiorum inſtantia contingeret; tamen non immemores noſtri parvitatis noſtræ memoriam tuæ ſublimitati, quibus poſſumus vehiculis, ad mentem reducimus, utpote qui tuis deſideramus orationibus fulciri, & copiis ſi neceſſe fuerit relevari. Aſtitimus enim hoc anno pro multa in te benevolentia monachis Beccenſibus &c.*

XIV. Confeſſorum deceſſus.

Ad poſtremum, quot glorioſos Confeſſores triumphatores Henricianæ perfidiæ

PAGIUS *Cantuariæ conſecratus eſt*. Natus erat *in Auguſta civitate* ſeu Auguſta Prætoria in hodierno Pedemontio ſita, idque circa annum MXXXIII. cum juxta Chronicon Beccenſe anno MLX. Monachum induerit, & in ejus Vita lib. 1. cap. 8. dicatur, eum Becci *anno ætatis ſuæ vigeſimo ſeptimo* Monachum factum eſſe. Reliqua ex ejus Actis accurate conſcriptis repetenda.

VI. *Obitus Anſelmi III. Archiep. Mediolanenſis.*

Ad num. XIV. Bertoldus in Chron. refert, *Anſelmum III.* Mediolanenſem Archiep. Eccleſiæ Romanæ addictiſſimum, *& qui nuper Conradum Regem incoronavit*, pie obiiſſe, *cui venerabilis Arnoldus de Porta argentea* (ſive Orientali) *in Epiſcopatu ſucceſſit*, inquit Bertoldus. *Obiit pridie Non. Decembris* juxta Catalogos omnes, ex quibus unus a Papebrocio Tom. VII. SS. Menſis Maii publicatus. *E medio ſublato potentiſſimo Eccleſiæ Mediolanenſis invaſore* (nempe Tedaldo) *erigere caput ea capit, excuſſoque e cervicibus jugo ſchiſmaticorum, Catholicum ſibi delegit Antiſtitem, Anſelmum ejus nominis III.* ait idem Bertoldus. Quæ verba Papebrocius ibidem pag. 75. ſcribit videri intelligenda potius *de laudabili Anſelmi progreſſu, quam ingreſſu*. Verum virum doctiſſimum decepit Sigonius lib. IX. de Reg. Italiæ, quem anno MLXXXV. num. V. refellimus. Idem Sigonius *Arnoldum* Anſelmi III. ſucceſſorem ſchiſmaticum facit, aitque, *quem Henricus, ut conſueverat, per annulum & virgam inveſtivit*; ſed hac in re eum ſolide confutat Puricellus in Monumentis Ambroſianæ Baſilicæ, & lib. 4. de Sanctis Arialdi & Herlembaldo, quia, ut teſtatur Bertoldus laudatus, jam hoc tempore in annos viginti Mediolanenſes fœdus adverſus Henricum Imper. pepigerant, & ita ab eo averſi erant, ut Anſelmus III. hoc anno *Conradum* adverſus patrem rebellem coronarit, ut docet idem Bertoldus. Ad hæc Sigonius tradit, *Arnoldum* ab uno tantum Catholico Epiſcopo conſecratum eſſe, & eo nomine a Legato Apoſtolicæ Sedis abdicatum. Hæc Sigonius ad annum MXCII. quo perperam Anſelmi III. mortem conſignat, qui deinde ad annum MXCV. de Urbano II. ad Concilium Claromontanum proficiſcente verba faciens, ait: *Inde Mediolanum progreſſus* (ſc. Urbanus II.) *Arnulphum Archiepiſcopum e cœnobio evocavit, ac præſidere Eccleſiæ juſſum inſuper etiam Pallio decoravit, atque ita Eccleſiam Mediolanenſem Romanæ poſt tot annos reſtituit.*

VII. *Ei ſuccedit Arnoldus.*

Primum quidem, quod nempe Urbanus II. Pallium Arnoldo conceſſerit, aſſeritur etiam ab Auctore Anonymo Vitæ Urbani II. & quidem coævo, cujus exemplar habuere Baronius, ut ipſemet indicat anno MXCIX. num. XXIV. & Papebrocius, qui in Urbano II. multa ex ea Vita in medium profert. At ſecundum, quod ſcilicet Mediolanenſem Eccleſiam Romanæ reſtituerit, his verbis a Puricello lib. 4. cap. 79. confutatur: *Ea quippe* (inquit, nempe Eccleſia Mediolanenſis) *ſemetipſam illi* (videlicet Romanæ) *reſtituerat anno domini MLXXVII.* quod eo certius, quo Mediolanenſes jam fœdus cum Urbano II. adverſus Henricianos fecerant, ut mox dixi. Bertoldus, cujus verba recitat Baronius anno MXCV. num. V. tradit, Saltzburgenſem Archiepiſcopum, Patavienſem, & Conſtantienſem *Arnulphum Mediolanenſem Archiepiſcopum, diu quidem electum, ſed nondum conſecratum, eodem tempore ex conceſſione Domini Papæ, Mediolani* conſecraſſe. Sed cum laudatus Anonymus, qui Romæ ſcripſit, affirmet eum jam antea ab uno tantum Catholico Epiſc. fuiſſe conſecratum, quibuſdam aliis Epiſcopis Schiſmaticis manum non imponentibus, ab eo non recedendum.

VIII. *Moritur S. Margarita Scotiæ Regina.*

Hoc anno contigit quod Ordericus lib. 8. pag. 701. narrat, Malcolmum nempe hujus nominis III. Scotorum Regem, a Roberto de Molbraio & Morello nepote ejus ex inſperato inermem occiſum fuiſſe. Erat Malcolmus Sanctæ Margaritæ maritus, de qua Ordericus ſcribit: *Margarita Scotorum Regina tam triſti nuncio de morte viri ſui perculſa contremuit; omneſque regni ſui Proceres convocavit, eiſque filios ſuos Edgarum, & Alexandrum & David commendavit;*

ac



fidiæ hoc anno cœlum exceperit, idem qui ſupra Bertholdus ſic narrat: *Venerabilis Vuernherus Merceburgenſis eccleſiæ Epiſcopus poſt multos conflictus contra ſchiſmaticorum tergiverſationes, tandem in fidelitate ſancti Petri diem extremum clauſit, qui ſolus tunc in Saxonia Catholicæ communionis Epiſcopus remanſit. Unde & Catholicis magnam triſtitiam, & excommunicatis magnam lætitiam obeundo reliquit. Obiit autem ſatis feliciter tertio Idus Januarii*. Et inferius: *Nobiliſſima Comitiſſam Sophia viduæ Ludovici Comitis, mater piæ memoriæ Beatricis Ducis & Friderici Marchionis in ſenectute bona, cum jam multos filiorum videret, diem clauſit extremum*. Et in fine: *In Longobardia venerabilis Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus in cauſa ſancti Petri ſtudioſiſſimus, & qui nuper Conradum Regem incoronavit, ſatis laudabilem fecit finem, magnumque mœrorem fidelibus ſancti Petri reliquit, cui venerabilis Arnoldus de Porta argenteæ in Epiſcopatu ſucceſſit*. Hucuſque Bertholdus.

PAGIUS *ac ut eos ſicut filios Regis honorarent, obſecravit. Suſceptis autem precibus ejus cum ingenti favore a Curia juſſit aggregari pauperum agmina, eiſque pro amore Dei omnem theſaurum ſuum diſtribui: omneſque rogavit, ut pro ſe, marito ſuo, proleque ſua dominum ſtuderent deprecari. Hæc nimirum filia fuit Eduardi Regis Hunnorum* (id eſt Hungarorum): *qui fuit filius Edmundi cognomento Irneſidæ, fratris Eduardi Regis Anglorum* (cognomento Confeſſoris: *& exul conjugem accepit eum regno filiam Salomonis Regis Hunnorum. Generoſa quippe mulier de ſanguine Regum a proavis ortæ pollebat; ſed morum bonitate, vitaque ſanctitate magis prælucebat. Denique competenter ordinatis rebus, & Gazis diſtributis pauperum catibus, Eccleſiam intravit, Miſſam a Capellanis celebrari rogavit. Sacris deinceps devote ſolemniis interfuit, & poſt ſacræ perceptionem Euchariſtiæ inter verba orationis expiravit*, & quidem hoc anno, ut Hovedenus, Vigornienſis, Simeon Dunelmenſis, aliique Hiſtorici Anglici teſtantur.

IX. *Ejus liberi.*

Duas reliquit filias, *Edith*, poſtea Mathildem appellatam, & *Mariam*; priorem Henricus, poſtquam Regnum Anglorum adeptus eſt, uxorem duxit, alteram Euſtachius Bolonienſis Comes. Baronius anno MXCVII. num. CLIV. Sanctæ Margaritæ mortem narrat, eamque in rem Rogerium citat; quo nomine Rogerium Hovedenum de more intelligit. Verum hic hanc mortem pag. 463. & ſeqq. cum hoc anno illigat. Ait præterea Baronius, [1] ejus Vitam ſcriptam eſſe ab Aldredo Abbate, quod alii non docent, neque ejus Vita aliqua antiqua extat. Clemens Papa hujus nominis Decimus eam Scotiæ Patronam declaravit, & nomen ejus in Breviarium Romanum inſeruit, ubi hodie legitur ad diem VIII. menſis Julii. Malcolmo & ſancta Margarita demortuis, Scotia variis tumultibus vexata fuit, nec eorum filii ante annum MXCVII. regnare potuere. Eo enim anno, uti narrat Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt. Reg. Angl. Willelmus Anglorum Rex *Eadgerum ad Scotiam cum exercitu miſit, ut in ea conſobrinum ſuum Eadgerum Malcolmi Regis filium, patruo ſuo Dunefaldo, qui regnum invaſerat, expulſo, Regem conſtitueret;* quod & factum fuit.

---

NOTÆ [1] VItam S. Margaritæ ab Aldredo ſeu potius Adelredo ſcriptam fuiſſe, non Baronius modo, ſed Surius tradit. Quin & fallitur Pagius aſſerens, veterum neminem Sanctæ illius reginæ vitam ad nos tranſmiſiſſe; extat enim apud Bollandum ad diem X. Junii pag. 321. vita ejuſdem ſcripta a Theodorico, qui ejus Confeſſiones excepit. Idem vitæ ſcriptor cap. 2. memorat opera potiſſimum ſanctæ illius fœminæ, concilia plura in Scotia celebrata fuiſſe, inter quæ illud commendat, in quo conſtitutum fuit ut jeiunium Quadrageſimale a feria quarta, ut modo ſervatur in Eccleſia, duceretur. Alia inſuper plura in eodem concilio ſancita fuerunt, quæ ibi ſignificantur. Hoc Concilium collectum fuiſſe ex Anglicanis etiam Epiſcopis intelligimus ex eo, quod Rex Malcolmus S. Margaritæ conjux, Anglice doctus, interpretem in illo egerit. Unde & conſtat Concilium illud coactum fuiſſe poſt pacem cum Anglis ſancitam, id eſt poſt annum 1068. Horum Conciliorum mentio in Collectionibus deſideratur. MANSI

APPEN.

# APPENDIX.

## Quod polliciti ſumus, pie Lector, adiicere ad calcem Tomi hujus diſputationem illam Humberti S. R. E. Epiſcopi Cardinalis, quam Conſtantinopoli habuiſſe vidimus adverſus Græcos ſchiſmaticos de Azimo & Fermentato; ecce edimus eam ex bibliotheca Vaticana depromptam, ne nobile antiquitatis monimentum diutius lateat, & fortaſſe pereat.

*Incipit reſponſio fratris Humberti ſanctæ Eccleſiæ Silvæcandidæ dicti Epiſcopi, inſtar Dialogi ab ipſo Latine conſcripta Apocriſariatus ſui tempore Conſtantinopoli, & juſſu Imperatoris religioſi & Orthodoxi Conſtantini Monomachi Græce edita ſub nominibus Conſtantinopolitani & Romani. Anno Domini milleſimo quinquageſimoquarto.*

*Romanus.*

Occaſio diſputandi.

PRæfulgente gratia ſanctæ & individuæ Trinitatis, in cujus manu nos, & ſermones noſtri, hinc jam aggredimur reſponſum in litteris & cavillationibus veſtris, ut palam ſit, nos illius ſummi Petri diſciplina eruditos, qui dixit: (*a*) *Sitis parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe, cum modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam; ut in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto converſationem.* Quod figurate per Moyſen (*b*) Dominus innuit, ubi vectes, quibus Arca portaretur, circulis ipſius ſemper ineſſe præcepit, nec unquam extrahi ab eis, ne qua mora fieret, quotieſcumque Arcam elevari neceſſe eſſet. Arca ſiquidem ſanctam Eccleſiam, circuli ejus divinam Scripturam, vectes autem Præpoſitos Eccleſiæ ſignificant, quos ſemper expedit ſacræ ſcripturæ inſiſtere, ne pudenter tunc velint diſcere, quando jam ad exaltationem ſanctæ Eccleſiæ debent quæſtiones quorumlibet enodare. Unde calumniam veſtram ſeriatim diſcuſſuri, ab ipſius initio, non pigritamur ordiri. Inſuper ut manifeſtius veſtra dicta a noſtris ſecernantur, veſtra obelis, noſtra autem aſteriſcis prænotantur. Sed tandem videamus quale ſit illud veſtræ calumniæ procemium, quo laboraſtis auditorem veſtrum efficere benevolum, ita dicendo.

(*a*) 1. Petr. 3.
(*b*) Exo. 25.

*Dilucidius autem loco aſteriſci & obeli, duo nomina ſunt appoſita in Latina tranſlatione, Romanus ſcilicet, & Conſtantinopolitanus, quo Lector facilius admoneatur.*

*Conſtantinopolitanus.*

Calumnia ex azymis.

Dei magna dilectio, & jucunda compaſſionis viſcera flexere nos ſcribere ad tuam ſanctitatem, & per te ad univerſos principes ſacerdotum, & ſacerdotes Francorum, & monachos, & populos, & ad ipſum reverendiſſimum Papam, & memorari de azymis & ſabbatis, quæ myſtice indecenter cuſtoditis & communicatis Judæis. Etenim azyma & ſabbata ipſi cuſtodire a Moyſe juſſi ſunt.

*Romanus.*

Græcorum in Latinos affectus.

Ex hac veſtra præfatione, ſicut profitemini, crederemus vos ſalutem totius Latinæ ſeu Occidentalis Eccleſiæ pro ſola magna Dei dilectione quærere, ſi ſciremus vos veſtram veſtrorumque non negligere. Cum vero vos ipſos & vobis commiſſos negligatis, ut nefandos Jacobitas, immo Theopaſchitas, ſeu alias hæreticorum peſtes inter vos & penes vos habeatis, neque eorum conſortia, neque colloquia, neque convivia, ſeu pariter orare devitetis: quomodo ſaltem ſuſpicabimur, vos aliqua dilectione Dei aut proximi præmonitos, compati noſtræ perditioni, ſicut putatis? Et quare ad præceptum glorioſi Pauli (*c*) ſic aures præcordiorum obturaſtis, ut dicentem non advertatis: *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem, devita?* Unde ipſe Paulus (*d*) ſciens, quod nulla pars eſſet Fideli cum Infideli, Hymenæum, (*e*) & Philetum devitavit, & Timotheo (*f*) Alexandrum Ærarium devitare præcepit. Cum etiam non animadvertitis, beatum Joannem, (*g*) conteſtantem Fidelibus: *Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis; qui enim dicit ei, Ave, communicat operibus illius malignis. Aſt vos, quaſi omnia*

(*c*) Tit. 3.
(*d*) 2. Cor. 1.
(*e*) 1. Tim. 1.
(*f*) 2. Tim. 4.
(*g*) 2. Joan.



*omnia munda ſint vobis, oculis contra vos & veſtra clauſis, ſanctam Romanam & omnem Occidentalem Eccleſiam pollutam hæreſi & Judaiſmo proclamatis, & velut quamdam abominationem devitatis.*

Græci omnes temeritate excedunt hæreticos.

*Ex qua tam cæca, & hactenus inaudita audacia ad hoc prorupiſtis, ut cunctorum hæreticorum, quos adhuc deprehendere valuimus, temeritatem tranſcendatis. Quamvis enim ſingulæ hæreſes ſuis adinventionibus aliqua Eccleſiæ membra fatigaverint; nulla tamen adhuc ad tantam veſaniam erupit, ut opinionem ſuam primæ & Apoſtolicæ Sedi ingerere præſumpſiſſet cum interpoſitione anathematis.* Recenſere (*ſi placet*) *ab initio Chriſtianitatis uſque ad noſtra tempora cunctarum hæreſeon molimina, & videbitis, an aliqua earum præſumpſerit talia.* Et cum non inveneritis, ſaltem nunc reſipiſcite, ne (quod abſit) permaneatis viciniores præcurſores illius Antichriſti (*a*) qui adverſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. In cujus arrogantiæ monte conſiſtentes, & ex ſupercilio ipſius omnia ſupter vos jacere reputantes, dicitis, vos flexos viſceribus compaſſionis, ſcribere cunctis ſacerdotibus Francorum, & reverentiſſimo Papæ. Sed non ſolum Romani & Francorum ſacerdotes, verum etiam omnis Latina Eccleſia de monte domus Domini clamat vobis contradicens: (*b*) *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer?* Tamen eum, quem Papam reverentiſſimum dixiſtis, revereri & non deteſtari debuiſtis.

(*a*) Theſſ. 2.
(*b*) Pſ. 10.

Diluitur calumnia de azymis

Quod autem impudenter calumniamini nos communicare Judæis, obſervando typice azyma, & ſabbatum; phreneſi inveterata arbitramur adeo vos perdidiſſe ſenſum; ut nec factum veſtrum reſpiciatis, nec dictum. Quapropter ſuademus vobis, ut ad cor redeatis & animadvertatis, quod in Exodo xii. c. Moyſes jubeat de Azymis: *Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma uſque ad diem vigeſimamprimam ejuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus veſtris: qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Iſrael tam de advenis, quam de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis, in cunctis habitationibus veſtris edetis azyma. Item unde ſuperius: Septem diebus azyma comedetis. In die prima non erit fermentum in domibus veſtris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael, a primo die uſque ad diem ſeptimum. Dies prima erit ſancta atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem feſtivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad veſcendum pertinent, & obſervabitis azyma.* Item in ſequentibus, ſcilicet in cap. xiii. ejuſdem Exodi dicitur: *Septem diebus veſceris azymis, & in die ſeptimo erit ſolemnitas Domini. Azyma comedes, ſeptem diebus non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Item ſolemnitatem azymorum cuſtodies: Septem diebus comedes azyma, ſicut præcepi tibi in tempore meſſis novorum.* Et in Levitico cap. xxiii. *Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum Phaſe Domini eſt, & quintadecima die menſis hujus ſolemnitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis: dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctuſque: omne opus ſervile non facietis in eo, ſed offeretis ſacrificium in igne ſeptem diebus; dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior, nullumque opus ſervile fiet in eo.* Et in Numero: (*c*) *Menſe primo xiiii. die menſis Phaſe Domini erit, & xv. die ſolemnitas. Septem diebus comedetis azyma; quarum dies prima venerabilis & ſancta erit: omne opus ſervile non facietis in ea, offeretiſque holocauſtum Domino vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem & ſacrificia ſingulorum ex ſimila, quæ conſperſa ſit oleo. Tres decimas per ſingulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimæ per agnos ſingulos, ideſt per ſeptem agnos. Et hircum pro peccato unum, ut expietur pro vobis.* Et in Deuteronomio: (*d*) *Obſerva menſem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phaſe Domino Deo tuo, quoniam in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. Immolabiſque Phaſe Domino Deo tuo de ovibus, & de bobus in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi. Non comedes in eo panem fermentatum, ſeptem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem, quoniam in pavore egreſſus es de Ægypto, ut memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis ſeptem diebus, & non remanebit de carnibus ejus, quod immolatum eſt veſpere, in die primo uſque mane.*

(*c*) Num. 28.
(*d*) Deut. 16.

Hæc omnia ſi ita Judæis carnalibus carnaliter obſervanda vetus Legiſlator cœlitus cenſuit, conſtat hæc ſecundum carnalem obſervationem omnino aliena a nobis: quia in illis ſeptem diebus quotidie fermentatum in omnibus finibus & terminis noſtris & domibus invenitur, apparet, atque comeditur; nec ipſos ſeptem dies aliter quam reliquos totius anni in azymis obſervamus; nec apud nos perit de cœtu noſtro anima illius, quicumque tam de advenis, quam & de indigenis terræ comederit fermentatum in ſupradictis diebus. Sed nec velut ipſi, a decima die menſis primi ſupradictum agnum maſculum anniculum ex pecoribus uſque ad xiiii. Servamus, nec ad veſperum immolamus, ut ſanguine ejus poſtes ſignemus, nec carnes ejus aſſas accincti, & calceati tenendo baculos in ma-

manibus, nocte comedimus feſtinanter cum azymis panibus & lactucis agreſtibus. Inſuper non offerimus incenſum holocauſtum Domino in his diebus quotidie vitulos duos de armento, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem, & ſacrificia ſingulorum, & ſimilam conſperſam oleo; neque hircum pro peccato, ut expietur pro nobis. In quo ergo communicamus Judæis? & in quo ſolemnitatem azymorum cuſtodimus? An forſan quia ſolemnes eoſdem dies & feriatos habemus, & a decimaquarta Luna uſque ad vigeſimam primam obſervamus? Et cur eadem vos obſervatis? niſi quia vobis aliud innuunt, aliud illis? Illis enim data ſunt in memoriam egreſſionis ſuæ de Ægypto; nobis autem in memoriam ſpiritualis egreſſionis noſtræ ex hoc mundo, ut vacemus, & videamus, quoniam ipſe eſt Deus, qui nos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum, conſurgere & conſidere ſecum faciens in cæleſtibus, & ut inſtar lunaris globi incipiamus lumen cordis, ideſt, mentis rationem a terrenis avertere, & ad cæleſtia convertere, ſicque capiendo, & quærendo, quæ ſurſum ſunt, reviviſcamus Deo, & moriamur mundo. Sic quoque omnia, quæ ſuperius nos carnaliter obſervare negavimus, Deo annuente ſpiritualiter, & obſervamus, & cupimus omnimode obſervare, proculdubio credentes, quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta eſſe, beato Paulo ſic proteſtante: (a) *Hæc omnia in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenere.*

(a) 1. Cor. 10.

Hinc ad obſervantiam ſabbati veniatur, de quo ita in Exodo præcipitur: (b) *Memento ut diem ſabbati ſanctifices: ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptima autem die ſabbati Domini Dei tui non facies omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua; jumentum tuum, & advena, qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt, & requievit die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diem ſabbati, & ſanctificavit eum.* Item in eodem: *Sex diebus operaberis, die ſeptima ceſſabis arare & metere.* Igitur in hujuſmodi obſervatione ſabbati ubi, & qualiter communicamus Judæis? Illi enim in ſabbato otioſi, & feriati, nec arant, nec metunt, nullumque opus ex more faciunt, ſed feſtum habent & convivium, & requieſcunt ſervi, & ancillæ eorum, boves, & jumenta. Nos vero nihil horum obſervamus, ſed omne opus facimus, ſicut & in præcedentibus quinque diebus, & jejunamus, ſicut & in proxima ſibi feria ſexta jejunavimus.

(b) Exo. 20.

Latini ſabbathum non colunt cum Judæis.

Vos vero, ſi non Judaizatis, dicite cur Judæis in ſimile obſervantia ſabbati communicetis? Sabbatum ipſe certe celebrant, & vos celebratis: epulantur ipſi, & ſolvunt ſemper in ſabbato jejunium, & vos epulamini, & ſolvitis ſemper in ſabbato jejunium: illi in ſua Quadrageſima ſolvunt a jejunio omne ſabbatum præter unum, & vos in veſtra Quadrageſima ſolvitis a jejunio omne ſabbatum præter unum. Illis duplex cauſa eſt ſabbatum celebrandi, ſcilicet ex præcepto Moyſi; & quod contriſtatis Diſcipulis, ipſi fuere de morte Domini, quem non credebant reſurrecturum, in hac die gaviſi. Unde quia cum Judæis ſabbatum, & nobiſcum celebratis diem Dominicum, videmini in tali obſervatione imitari ſectam Nazarenorum, qui ſic recipiunt Chriſtianiſmum, ut non dimittant Judaiſmum. Latina autem Eccleſia compatiens paſſo & ſepulto Domino, congaudet reſurgenti in die Dominica, quando Judæos nimia occupavit mœſtitia, & cuſtodes ſepulcri conati ſunt corrumpere pecunia.

Græcium Judæis ſabbatum colunt.

Unde nos traditionem Apoſtolicam uſque in hodiernum diem de ſabbato retinentes, & uſque in finem retinere cupientes, hic ſubſcribere curavimus, quid ſuper hoc ſenſerint & confirmaverint noſtri antiqui & venerabiles Patres. Ex quorum numero beatiſſimus Papa Silveſter, magni Conſtantini Auguſti ſpiritualis pater inter alia dixit: *Si omnis Dominicus dies Reſurrectionis gratia eſt colendus in gaudio Chriſtianorum; omnis ergo ſabbati dies ſepulturæ deputandus eſt in execratione Judæorum. Omnes enim Diſcipuli Domini ſabbato fletum habuerunt ſepultum Dominum ſuſpirantes; & Judæis epulantibus lætitia inerat, Apoſtolis autem jejunantibus triſtitia imperabat. Triſtemur itaque cum triſtantibus de ſepultura Domini, ſi volumus cum iiſdem de Domini Reſurrectione gaudere. Neque enim fas eſt, ut diſtinctiones ciborum, & ceremonias Judæorum more Judaico obſervemus.* Hæc & his ſimilia dicente ſancto Silveſtro, non placuit quibuſdam Orientalibus iſta traditio Apoſtolicæ Sedis, ſed magis elegerunt celebrare ſabbatum cum Judeis. Cujus ſententiæ concordans ſanctus Papa Innocentius ait: *Sabbato jejunandum eſſe ratio evidentiſſima demonſtrat.* Nam ſi diem Dominicum ob venerationem Reſurrectionis Domini noſtri JESU Chriſti non ſolum in Paſcha celebramus, verum etiam per ſingulas hebdomadas ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſexta feria propter paſſionem Domini jejunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam utique conſtat Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Judæorum ſe occuluiſſe: quod utique non dubium eſt, & in tantum eos jejunaſſe biduo memoratur, ut traditio Eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitus

Traditionem Apoſt. latini tenent.





non celebrari. Quæ forma utique per ſingulas hebdomadas eſt tenenda, propter quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. Quod ſi putatis ſemel atque uno ſabbato jejunandum, ergo & dies Dominica & ſexta feria ſemel in Paſcha erit utique celebranda. Si autem Dominicæ diei ac ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reparanda imago eſt; dementis eſt bidui agere conſuetudinem ſabbato prætermiſſo, cum non diſparem habeat cauſam a ſexta videlicet feria, in qua Dominus paſſus eſt, quando & apud inferos fuit, ut die tertia reſurgens redderet lætitiam poſt biduanam præcedentem triſtitiam. Non ergo nos negamus ſexta feria jejunandum, ſed dicimus in ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis in his qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt; qui die Dominica exhilarati non ſolum ipſum feſtiviſſimum eſſe voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt. Hinc jam reliqua veſtra dicta diſcutiamus.

*Conſtantinopolitanus.*

Noſtrum vero Paſcha Chriſtus eſt, qui ut non juxta legem inveniretur Deo adverſarius, & circumciſus eſt, & legale paſcha celebravit primitus. Sic illo diſcedente, noſtrum novum operatus eſt.

*Romanus.*

Quod Chriſtus veſtrum Paſcha ſit, ſciatis nos ita concedere, ſi eum aſſeritis etiam noſtrum, immo totius Catholicæ Eccleſiæ Paſcha eſſe. Quod ſi (quod abſit) pertinaciter contradixeritis, auſcultabimus ipſum Dominum noſtrum JESUM Chriſtum ſic ſuos præmonentem de pſeudochriſtis, & pſeudoprophetis: (a) *Si quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut ecce illic, nolite ire, neque ſectemini.* Quod vero dicitis, Dominum JESUM celebrato vetere paſcha, novum Diſcipulis ſuis celebrandum tradidiſſe; quis ſanum ſapiens negat? Sed illud quod dicitis, Dominum noſtrum ideo circumciſum, & vetus paſcha celebraſſe, ne juxta legem inveniretur Deo contrarius: quis unquam auſus erit aſſerere niſi manifeſtus hæreticus? In hoc enim videmini perverſe cum Marcionitis & Manichæis ſentire; alium Deum veterem legem, alium novam dediſſe; & ut apertius dicatur, Deum malum & Deum bonum vultis introducere: & ne illi malo, hoc eſt Deo tenebrarum, bonus iſte Deus lucis inveniretur adverſarius, & circumciſus fuit, & celebravit paſcha vetus, & quaſi devitans illius tyranni velut fortioris, ſe iram incurrere, ad tempus ſimulavit ſe legem ejus obſervare. Sed abſit tam peſtiferum virus a Fidelium auribus, & cordibus, ut vel ſuſpicetur

(a) Matth. 24.

Græci affines hæreticorum.



aliquis aliquid aliquando ſimulaſſe omnipotentem & ſimpliciſſimam veritatem, quæ eſt Chriſtus Deus noſter; aut alium eſſe veteris legis, alium novæ auctorem, cum ipſa Veritas proteſtetur dicens: (b) *Nolite putare, quoniam veni ſolvere legem, aut Prophetas: non veni ſolvere, ſed adimplere.* Et Pſalmiſta dicat: (c) *Et enim benedictionem dabit legis dator.* Deinde ſub junxiſtis.

(b) Idem 3.

(c) Pſ. 83.

*Conſtantinopolitanus.*

Et hoc manifeſtum eſt, ſicut in Evangelio ſecundum Matthæum, de myſtica cœna loquens Evangeliſta, ſic quoque inquit: (d) *Prima autem die azymorum acceſſerunt Diſcipuli ad JESUM, dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha? qui ait: Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei. Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum Diſcipulis meis.* Et poſt puſillum: (e) *Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim Diſcipulis ſuis, & edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus veſtrum me traditurus eſt.* Et poſt puſillum: *Dicente Juda, numquid ego ſum Rabbi? dicit ei, Tu dixiſti.* Hucuſque Dei homines, univerſa legalis paſchæ ſunt. Deinde ea quæ myſtici, & noſtri ſunt, addidit Evangeliſta, & dixit: *Edentibus autem illis, accepit JESUS panem, fregit; & dedit Diſcipulis ſuis, & dixit: Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit eis, dicens: Bibite ex eo omnes, hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti.* Dicendo enim, Novi, oſtendit quoniam ea, quæ veteris fuerunt Teſtamenti, ceſſaverunt.

(d) Mar. 14.

(e) Matt. 26.

*Romanus.*

Hæc omnia non a vobis, ſed a veracibus Evangeliſtis conſcripta, & ab omnibus Orthodoxis Patribus conſtanter prædicata credimus, & ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum quartadecima Luna ad Veſperum paſcha vetus perfeciſſe, & mox novum inchoaſſe prædicamus. Quapropter ſequentia videamus.

*Conſtantinopolitanus.*

Aſpicite quomodo panem corpus ſuum ſub novo Teſtamento vocavit, ſicut vivificum, & plenum ſpiritu, & ſicut caloris demonſtrativum. Vos quidem panem, nos arton dicimus. Artos autem interpretatur elevatus & ſurſum portatus a fermento & ſale, calorem, & elevationem habens. Azyma autem nihil diſtant a lapide ſine anima, & luto lateris deorſum conjuncta terræ, & ſicco luto comparata; quæ cum amaritudinibus Moyſes comedere miſeris, ſemel in divina lege conſtituit, dicens: (f) Se-

(f) Deut. 16.

*ptem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem, quoniam cum pavore egreſſus es de Ægypto, ut memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Quoniam malæ paſſionis, & tribulationis ſymbola ſunt ſignificativa.

*Romanus.*

Quæ probentur vel improbentur.

In hac veſtra diſputatione illud tantum approbamus, quod Dominus JESUS panem benedictum, & fractum in memoriam ſui ſub novo Teſtamento corpus ſuum vocavit; & quod omnis panis hujuſmodi vivificet, atque det vitam mundo, utpote plenus ſpiritu, & calore Dei vivi, & quod nos panem, vos arton dicitis. Reliqua vero vehementer deteſtamur, & velut hæreticam vanitatem, & audaciam olentia atque reſonantia anathematizamus. Quis enim audebit panem quemlibet abſque myſterio, quod ſupradiximus, aſſerere plenum ſpiritu, & animatum, niſi diſcipulus Manichæorum? Ipſi enim delirando ſicut vere pleni mania, impudenter aſſerunt, panem, & vinum, lignum, lapidem, & veſtem, cæteraque talia animam habere. Illud quoque, quod azymum negantes panem eſſe, per etymologiam ejus nominis, quod eſt artos, conamini nos vincere; ſciatis omnino vanum, & puerile, quia & a linguarum peritis diverſæ etymologiæ dantur ex uno nomine ſecundum humanum placitum, magis quam ſecundum naturam rerum; & in omnibus ſcripturis invenimus panem indifferenter dici, ſive fuerit azymus, ſive fermentatus. Quod hinc demonſtrare incipimus.

Panis nomen Genericum.

Primo omnium ecce manna, tam in lege & Prophetis, & Pſalmis, quam in Evangelicis, & Apoſtolicis litteris panis, ideſt artos vocatur, ſicut in Pſalmo: (*a*) Α῎ρτον ὐρανȣ ἔδωκεν αὐτοῖ. αρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπ&. Quod Latine dicitur, panem cœli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo. Et in Evangelio: (*b*) Κύριε ἀεὶ δὸς ἡμῖν τον αρτον τȣτον. Et in Exodo: (*c*) Οὗτος εςινο αρτος, ον ἔδωκεν ὑμῖν κύριος. Si ergo manna, quod erat album, & minutum, ſicut ſemen coriandri, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ, guſtuſque ejus quaſi ſimilæ cum melle, auctoritate divina dicitur panis, ſive artos, quod utique nullum ſimilitudinem, aut verum ſaporem panis habet; quomodo azymo poſſit tolli nomen panis, non videmus, qui utique natura, forma, & ſapore omnimodis panis eſt, & dicitur, præſertim cum Angeli apud (*d*) Abraham, & (*e*) Loth ſubcinericeos panes, ideſt ἄρτȣς ἐγκρυφίȣς, dicantur comediſſe, Angeluſque (*f*) Eliæ legatur eoſdem in deſertum attuliſſe. Sed quid multa? in lege, & in Evangelio invenimus, τȣ̀ς αρτȣς προτεσεως, ideſt panes propoſitionis; quos azymos fuiſſe nemo dubitat, qui legis Moſaicæ aliquam notitiam retentat, ubi dicitur: (*g*) *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini.* Et in Deuteronomio (*h*) Moyſes azymum vocavit αρτον ταπεινώσεως ideſt panem afflictionis. Sermo quoque Domini ad Ezechielem factus dixit: (*i*) *Et tu fili hominis, ſume tibi frumentum, hordeum, fabam, lentem, milium, & vitiam, & mitte in vas unum, & facies tibi panes.* Ecce tam hic, quam in ſubſequentibus panes dicuntur; ubi nulla fermenti mentio habetur, in tantum, ut ſubcinericeus hordaceus ibidem vocetur. Verumtamen ut de veſtris aliquid dicamus, audite, quid Joannes monachus Damaſcenus in laude Dei Genitricis dicit: Ρύπτεται τῶν βροτων ȣ̓σίαδιὰ σοι * ὁμοιωσασα τείω πυρὶ ὡς ἔγκυφα πάνα γνȣ παρτενε ἐξȣ̃ ἐζοπτηθείσατο ἐκ τε ἀλοβητον διαφυλαξαντα. Quin etiam volumus ut dicatis, fermentatuſne an azymus ſit, de quo Salomon ait: (*k*) Suavis eſt homini panis mendacii. (*l*) *Et panis abſconditus ſuavior eſt ſcilicet, quem mulier ſtulta repromittit.* Et hic enim, & illic non azymus, ſed artos dicitur.

(*a*) Pſ. 77.
(*b*) Joan. 6.
(*c*) Exod. 16.
(*d*) Gen. 18.
(*e*) Ibid. 19.
(*f*) 3. Reg. 18.
(*g*) Levit. 2.
(*h*) Deut. 16.
(*i*) Ezech. 4.
*
(*k*) Prov. 20.
(*l*) Prov. 9.

Sententia Græcorum inanis.

Et quia nos ad hoc trahere nititur tota veſtra diſputatio, ut pro eo tantum, quod Matthæus dixit: (*m*) Λαβὼν Ιὴσȣς τὸν αρτον, ideſt: *Accepit JESUS panem*; incipiamus credere, fermentatum, & non azymum, Diſcipulis ſuis in memoriam ſuæ paſſionis Dominum dediſſe; ſciatis iſtam ſententiam veſtram ſatis infirmam eſſe, ſi aliud non habetis, quod poſſit veſtræ parti favere. Omnis enim ſententia ex opinione procedens eſt dubia; quæ autem ex ſcientia procedit, certa omnimode & rata. Unde ſi aliam ſententiam firmiorem non habetis, hac ſola tam ambigua noſtrum conſenſum vobis non vendicabitis, quia ut ſuperius copioſe monſtravimus, azymus ſicut fermentatus, artos dicitur. Quin etiam Matthæus, qui Hebraice ſcripſit Evangelium, non dixit λαβὼν Ιηςȣ̃ς τὸν αρτον, ſicut Græcus, ſed ut Hebræus Hebræis *Lacach JESUS Lechem*. Lechem autem Hebraice azymum vocari, in Deuteronomio cognoſcite, ubi ſic habetur: (*n*) *Lechem oni*, ideſt panem afflictionis, atque panes propoſitionis *lechem panim* dicuntur. Unde in Pſalmo (*o*) manna quoque ſimiliter vocatur, *ut lechem abirim achal is*. Quod interpretatur: *Panem Angelorum manducavit homo.* Tam copioſis ergo trium principalium linguarum exemplis enervatam etymologiam veſtram ex nomine, quod eſt artos, ſapienter conſiderate; & azymo noſtro fermentatum veſtrum præferre cavete.

(*m*) Matt. 26.
(*n*) Deut. 16.
(*o*) Pſ. 77.

Quod in Azymo Chriſtus confecit.

Quia ſi non obſtinata mente manifeſte veritati reſiſtitis, & ſi vetus, & novum Teſtamentum aperte non impugnatis, nobiſcum ſentire, & profiteri habetis, & azymum panem fuiſſe, quem ipſe Dominus JESUS in cœna primis Eccleſiæ ſuæ fundatoribus diſtribuit in memoriam ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis. Nam ſicut ſufficienter ſupra oſtendimus, in ſeptem Paſchæ diebus fermentatum nec inveniebatur, nec apparebat in cunctis domibus, ſeu finibus Iſrael; & apud quemcumque fuiſſet inventum, juſta animadverſione velut divinæ legis tranſgreſſor abſque procraſtinatione peribat de cœtu Iſraelitarum. Quod ſi credimus verbis Veritatis dicentis: *non veni legem ſolvere, ſed adimplere;* credendum etiam & prædicandum eſt, Dominum JESUM nec unum Jota, aut unum apicem legis præteriiſſe; & ut totius tranſgreſſionis expertem inſidiatoribus ſuis dixiſſe (*a*): *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Alioquin nec ipſe peccata multorum tulit, nec pro tranſgreſſoribus oravit, ut non perirent; nec pro nobis paſſus, ſed pro ſua prævaricatione juſte punitus, præſertim qui nec ſolus legis tranſgreſſor inventus eſt, fermentato apud ſe tunc reperto; ſed inſuper multos Diſcipulos reos mortis effecit, cibans illos fermentato. Videte quorſum evadat hæc veſtra diſputatio, nempe ſi in ſolemnitate Azymorum dicitur quolibet uſus fermentato, vere mortuus aſſeritur in peccato ſuo, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ipſius.

(*a*) Joann. 8.

Græci calumniam Chriſto ſtruunt.

Inſuper adminiſtratis Judæis magnam materiam ſibi placendi ſuper interfectione Domini, & permanendi in errore ſuo, & Fidem noſtram evacuandi, ſi gloriantes nomine Chriſtiano objecerint Chriſto, quod Judæorum nemo obiicere præſumpſit, nec tunc nec modo niſi forte veſtro edoctus magiſterio. Quamvis enim Principes ſacerdotum, & omne Concilium quæſiſſent falſum teſtimonium contra JESUM, ut eum morti traderent, & nec in verbis ejus inveniſſent; tamen tale aliquid, quale vos obiicitis, nullus eorum objecit. Quod ſi fuiſſet objectum, ſolum unum ſufficeret ad perdendum illum, nec jam Pilato dicenti, (*b*) *accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram judicate eum*, dicerent, *Nobis non licet interficere, quemquam:* quia ipſi præcepto legis interfeciſſent fermentati participem. Denique tota in Jeſum calumnia ex interrogatione Pilati, & reſponſione Judæorum facillime poteſt adverti juxta Evangelium Matthæi, & Marci, ubi interroganti Pilato (*c*): *Quid enim mali fecit? clamaverunt, crucifigatur. Porro Luca atteſtante:* (*d*) *Omnis multitudo tradentes JESUM Pilato dixerunt:* (*e*) *Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram, & probibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe. Quibus* paulo poſt ait Pilatus: (*f*) *Nibil invenio cauſæ in hoc homine.* Et illi: *Commovet populum, docens per univerſam Judæam, incipiens a Galilæa uſque huc.* Deinde poſt aliqua dixit eis Pilatus: (*g*) *Obtuliſtis mihi hominem quaſi avertentem populum; & ecce ego coram vobis interrogans nullam cauſam mortis invenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis: ſed neque Herodes. Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi poſtulabant ut crucifigeretur.* Joannes autem refert ſic Pilatum dixiſſe Judæis: (*h*) *Quam accuſationem affertis adverſus hominem hunc? qui dixere ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Et poſt aliqua, dicenti eis Pilato: *Accipite eum vos, & crucifigite, reſponderunt* (*i*): *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.* Nonne tot teſtibus iniquis in Dominum inſurgentibus, & iniquitati mentienti ſibi ſuffeciſſet hoc unum veſtrum mendacium, ſi conſtaret eis ſaltem hoc ſolum? Nonne inſtarent Pilato, & dicerent: *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori*, quia fermentatum in Paſcha comedit, aut certe apud eum apparuit? & forte dicetis, eum clam egiſſe hoc. Abſit, quia non ſolum de factis ſuis, verum & de dictis ait ipſe pontifici percunctanti: (*k*) *Ego palam loquutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto loquutus ſum nihil; quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus ſim ipſis; ecce ii ſciunt, quæ dixerim ego.* Nunquid etiam dominum domus, in qua paſcha celebrabat, tanta ſanctæ legis prævaricatio poſſet latere, quem conſtat paternarum traditionum æmulatorem apprime fuiſſe? Quod ſi forte & hunc latere potuit, aut certe ipſe conſenſit, nunquid & Judam complicem malignorum Judæorum latere potuit? Qui juxta Pſalmiſtam, (*l*) unanimis ejus dux, & notus, & præſertim diſpenſator fuit. Quem ipſe Dominus dilecto ſuo Joanni demonſtrans, ait: (*m*) *Ipſe eſt, cui intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet, panem dedit Simoni Scariotis.* Ecce hic bis dixit arton, quem vos nonniſi fermentatum accipitis. Quod ſi ita eſt, quæ res prohibuit infelicem Judam, demonſtrato ipſo fermentato, prodere ſanguinem magiſtri palam, quem omnimode quærebat prodere clam? aut quid neceſſe habuit, deſperando dicere: Peccavi tradens ſanguinem juſtum, cum tradendo tranſgreſſorem legis, averterit a ſe, & a populo furorem Domini, & gratiam promeruerit?

(*b*) Joann. 18.
(*c*) Matt. 27.
(*d*) Mar. 15.
(*e*) Luc. 23.
(*f*) Ibid.
(*g*) Luc. 23.
(*h*) Joan. 18.
(*i*) Ibid. 19.

Chriſtus in azymo non in ferm. confecit.

(*k*) Ibid. 18.
(*l*) Pſ. 54.
(*m*) Joan. 13.

Ut enim præceptum legis divinæ ſuper hoc breviter tangamus, perpendite quid in Deuteronomio latius dicatur; (*n*) *Si Propheta quilibet, ſive frater tuus, filius, aut filia, ſeu uxor, vel amicus, quem diligis, ut animam tuam, voluerit clam perſuadere tibi, ut avertaris a ceremoniis legis, non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut mi-*

(*n*) Deut. 13.

*miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim proditum populo interficies, ut avertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tibi, multiplicetque te ſicut juravit patribus tuis*. Hinc, ne quid minus factum videatur, etiam veſtratium ridiculæ opinioni obviamus.

Qui non invenientes, quonam ſanctarum Scripturarum funiculo ſcapham aſſertionis ſuæ petrahant ad alicujus ſtabilitatis litus, fluctuando retrahuntur in illud divinæ omnipotentiæ pelagus. Namque ſciſcitantibus nobis. *Unde Dominus JESUS fermentatum in cœna habuerit, cum in omnibus finibus Iſrael non inveniretur; reſpondent, Si creditur omnipotens, potuit ſubito undecumque fermentatum exhibere, aut certe ipſum azymum benedicendo fermentare*. Quod quam ſit frivolum, nemo non intelligit. Quia quocumque modo apud eum in ipſa ſolemnitate fermentatum apparuiſſet, legis tranſgreſſor fieret, plane dignus puniri, qui in ſanctæ legis contumeliam fermentatum tractaſſet. Sed & ſi quolibet modo id fuiſſet factum, aliquis Evangeliſtarum tantum narraret miraculum, non inferius illo, quo aqua narratur converſa in vinum. Et cum tam ſubtiliter geſta, ſive dicta in ipſa cœna deſcribant, ut etiam aliqua velut minus neceſſaria videantur recitare, ſicut illud eſt de contentione prioratus inter Diſcipulos facta; ſive quod Dominus (*a*) ipſe præcepit, *vendi tunicam, & emi gladium*, quomodo tam obſtinato ſilentio reticuerunt tam neceſſarii ſacramenti initium, & ut ita dicamus, omnimodam metamorphoſim, & qualem vos ſomniatis? Neque enim fuerat negligenter commemorandum, quod totius Eccleſiæ extat fundamentum, & uſque ſecundum Chriſti adventum retinebit Chriſtianitatis ſtatum, per quod in Chriſto manemus, & ipſe in nobis. Unde vos aſſertionis veſtræ difficultatem paſſi, laboratis nobis præjudicium facere ex omnipotentia Chriſti. Sed vobis fideliter & conſtanter reſpondemus: Quamvis omnia quæcumque voluit fecerit, & faciat Dominus JESUS, hoc facere non potuit, ſicut quondam de lapidibus panem facere non potuit. Si quæritur, cur? breviter reſpondetur, quia noluit. Sed unde ſcitur quia noluit? quia nec tranſgredi potuit, neque tranſgreſſus eſt legem, quam non venit ſolvere, ſed adimplere. Itaque unum e duobus eligatis neceſſe eſt: Aut enim fermento abjecto in ſolemnitate azymorum legem adimplevit; aut ſuſcepto fermento legem ſolvit, propter quam adimplendam ſe veniſſe mentitus inveniretur; quod abſit. Porro de omnipotentis Dei coomnipotente Filio ita habetur in Joannis (*b*) Evangelio: *Non poteſt Filius a ſe facere quidquam*. Qui etiam ſecundum Marcum (*c*) in patria ſua non poterat virtutes multas facere.

Græcorum fatuitas de fermentato Chriſti.

(*a*) *Luc.* 22.

(*b*) *Joann.* 5.

(*c*) *Mar.* 6.

Hinc nil tergiverſationum veſtrarum prætermittentes, quia conſideratis veſtro fermentato ſecundum legem & Evangelium juſte contradici, aſtruere conamini, Dominum non celebraſſe Paſcha cum Judæis quarta decima Luna menſis primi, ſed priuſquam fieret legalis abjectio fermentati: & hoc probare contenditis ex Evangelio Joannis, qui ait: (*d*) *Et ipſi non introjerunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha*. Quod quanta abſurditate dicatur, ſaltem ex hoc perpendite, quod Chriſtum tranſgreſſorem legis non cavetis denuo pronuntiare, ſi Paſchæ noluit tempus obſervare; præſertim cum (*e*) Lucas referat, quia cum eſſet facta hora, diſcubuit. Quamvis enim bis poſſe celebrari Paſcha lex concedat, tamen quartamdecimam Lunam omnimodis obſervandam denuntiat. Et mundis quidem quartamdecimam Lunam primi menſis; immundis autem quartamdecimam ſecundi. Et quicumque aliter præſumpſiſſet, de medio populi ſui periret.

Obiectio ex Evangel. Joan.

(*d*) *Joann.* 18.

(*e*) *Luc.* 22.

Quod ſi quæritur, quare Joannes quartamdecimam Lunam, id eſt a paſcha ſecundum dixerit paſcha, cum videatur dicere debuiſſe & ipſi non introjerunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent azyma, quorum prima erat dies ipſa; ſciatis indifferenter ab Evangeliſtis dici paſcha & azyma. Nam licet Dominus Diſcipulis dixerit: (*f*) *Scitis quia poſt biduum paſcha fiet*: Matthæus tamen ipſius diei, in cujus veſpere fiebat paſcha, mentionem faciens, inquit: (*g*) *Prima autem die azymorum acceſſerunt Diſcipuli ad JESUM, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha?* Cui concordans Marcus, ait: (*h*) *Erat Paſcha & azyma poſt biduum*. Et poſt pauca: *Et primo die azymorum, quando paſcha immolabant*. Ubi ſi indifferenter non accipiuntur paſcha & azyma, ut modo paſcha pro feſto azymorum, modo feſtum azymorum intelligatur pro paſcha, quomodo ſtabit: *Erat Paſcha & azyma poſt biduum*: Nam juxta opinionem veſtram debuit ſic ſcribi: *Erat paſcha poſt biduum, & azyma poſt triduum*. Sed beatus Lucas omnem hujuſmodi diſſolvens controverſiam, inquit: (*i*) Appropinquabat dies azymorum, qui dicitur paſcha. Et quia cum eo, qui proprie dicebatur paſcha, ſubſequentes quoque ſeptem dies azymorum abuſive nuncupabantur paſchæ; quam diem vellet ſpecialiter intelligi in ſequentibus luce clarius oſtendit, dicens: (*k*) *Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha*. Quod plane in decimaquarta Luna fiebat ad veſperum, quando agnus occidebatur. Quem etiam paſcha dici, ſic Evangeliſta perhibuit, ut ipſum paſcha occidendum diceret. Idem quoque in Actibus Apoſtolorum narrat, (*l*) quod Herodes captum Petrum miſit in carcerem,

Azyma & Paſcha idem.

(*f*) *Joan.* 18.

(*g*) *Matt.* 26.

(*h*) *Mar.* 14.

(*i*) *Luc.* 22.

(*k*) *Ibid.*

(*l*) *Act.* 12.



volens poſt paſcha producere eum populo: qui quod paſcha dicat, mox ſubjungens declarat: *Erant autem dies azymorum*. Nec mirum, cum etiam in Exodo (*a*) Dominus tria feſta præcipua haberi præcipiens, paſcha tacuit, ſolemnitatem azymorum tantum cuſtodiri juſſit; quæ prætermiſſo paſcha, obſervari nequit. Porro Joannes qualiter intelligi vellet, quod ait, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha, paulo poſt ait: (*b*) *Erat autem paraſceve paſchæ hora quaſi ſexta*. Paraſceve Paſchæ, præparatio paſchæ interpretatur, quando jam præparabatur, vel inſtabat celebritas magni diei ſabbathi; qui celebrior reliquis paſchalibus diebus apud Judæos habebatur: adeo ut ob reverentiam ejus gentilis hominis cohabitatione vel introitu prætorii pollui vererentur, & inſuper ne in cruce remanerent corpora in ſabbato, precarentur.

(*a*) *Exod.* 12. 13. 23.

(*b*) *Joann.* 19.

Nec repugnat vero, quod paſcha ſolemnitas azymorum dicitur; quandoquidem ipſum paſcha cum azymis edebatur, nec per totum diem illum, ſicut ſcriptum eſt (*c*) apparebat fermentatum in finibus videlicet illis uſque ad veſperum octavæ diei, quam habebant celeberrimam. Inſuper harum trium principalium ſolemnitatum continuati octo dies pro uno die ſunt habiti, ſicuti de Scenopegiæ diebus Dominus dixit: (*d*) *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendam ad diem feſtum hunc*. Qui tamen poſtea jam die feſto mediante dicitur aſcendiſſe, & in noviſſimo magnæ feſtivitatis die ſtetiſſe & clamaſſe: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat*. Ecce veſtris opinionibus reluctati, forſan plus neceſſario fuimus verboſi. Sed hinc minime debemus reprehendi, quia cauſam humano generi ſuper omnia neceſſariam doluimus evacuari, Si Dominus JESUS legem potuiſſet transgredi. (*e*) Inanis enim eſſet fides noſtra, inanis & prædicatio noſtra, quia poſſet doceri, peccatum Adæ obfuiſſe humano generi, mortem autem Chriſti nihil profuiſſe. Nunc ſequentia videamus, ubi poſtquam vanis declamationibus, ut ſupra monſtratur, ἄρτον interpretati fuiſtis elevatum, & ſurſum portatum a fermento, & ſale, calorem & elevationem habentem, horrenda cæcitate abominati azyma dixiſtis.

Diei feſti latitudo.

(*c*) Exo. 12.

(*d*) *Joann.* 7.

(*e*) 1. *Cor.* 15.

*Conſtantinopolitanus*.

Azyma autem nihil diſtant a lapide ſine anima, & luto lateris deorſum conjuncta terræ, & ſicco luto comparata.

*Romanus*.

Heu, heu, Domine Deus, ecce compleri videmus Principis Apoſtolorum præſagium noſtris temporibus: (*f*) *Ex vobis*, inquit, *erunt magiſtri mendaces, qui inducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur, & in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus judicium jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat*. Cujus ſententiæ concordans Gentium Doctor ait Timotheo: (*g*) *Hoc ſcito, quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi & cætera*. Et poſt pauca: *Quemadmodum Joannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & iſti reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; ſed ultra non proficient. Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit*. Unde & vos impudenter detrahentes azymis, & illi vivifico myſterio Redemptionis noſtræ inauditas injurias irrogare non timetis. Nec mirum ſi in ſecretis cœleſtibus acies mentis veſtræ caligat, quandoquidem in terrenis tam perverſe errat, ut azymum, quod viſu & tactu, atque guſto ſimul, & uſu quotidiano panem comprobat, lapidem ſeu ſiccum lutum lateris credat. Et o quam dignam erroris ſui mercedem veſtra veſania reciperet, ſi vobis retruſis, & omni conſolatione humani victus fraudatis, lapidem ſeu ſiccum lutum lateris apponeret aliquis pro azymis. Ibi proculdubio in ſummo diſcrimine veſtro diſceretis plurimum diſtare lapidem ſive laterem ab azymis, & quod lapidibus ſeu lateribus paries, azymis autem confirmetur cor hominis. Quæ quamvis humanam vitam temporaliter ſuſtentent, tamen ſine anima eſſe ſicut & fermentum, nullus negare audet, niſi Manichæus demens. Nam in corporis Chryſti myſterio indubitanter vitalis eſca fiunt perpetuo. Sed dum nitimini Apoſtolicæ Sedi derogare ſuper azymis, putredine inveteratæ hæreſis vos ſcatere monſtratis, aſſerendo animam ineſſe panibus fermentatis, etiam abſque miſterio Dominicæ paſſionis.

(*f*) 2. *Petr.* 3.

Græcorum dicteria refelluntur.

(*g*) 2. *Tim.* 3.

Quod autem calumniamini azyma deorſum terræ conjuncta, non negamus vulgo hæc eadem ſic parari lapidibus, aut argillæ ſuperpoſita, non ſicut dicitis terræ conjuncta. Verum hæc ad communes uſus hominum & cæterorum animalium tranſeunt. Nam ad magnam Chriſti menſam non accedunt, ſed illud ſolum, quod diaconi cum ſubdiaconis, ſeu ipſi ſacerdotes ſacris amicti veſtibus cum melodia Pſalmorum conſperſum, & in ferro paratum ex ſecretario proferunt. Nempe ſicut Apoſtolici Actus indicant, diaconi ſpecialiter conſtituti ſunt ſuper hoc opus, Petro dicente: (*h*) *Non eſt æquum relinquere nos verbum Dei, & miniſtrare menſis*. Vos autem, quia ſicut facere nos reprehenditis, nec in lapide, aut argilla, ſeu aliquo metallo veſtrum fermenta-

Diverſum a communi azymum quod conſecratur.

(*h*) *Act.* 6.

tatum paratis: ergo aut in aqua paratis, aut de cœlo manna venit vobis, quod ad humanos & divinos uſus habetis. Sed ad reliqua frivola veſtra veniatur. Non invenitur [(a) Deut. 16.] (a) Moyſes dixiſſe azyma malæ paſſionis & tribulationis ſymbola eſſe, *ſed lachemoni*, id eſt panem afflictionis; non quod naturaliter aliquid afflictionis in ſe habeat, ſed quod Hebræis ad memoriam revocet, quia ab Ægyptiis exire compulſi conſperſam farinam antequam fermentaretur, apportarint in humeris. Quæ ut ſuperius ſufficienter diſſeruimus, nil nos tangunt juxta carnalis obſervantiæ ritus. Ideo diſcutiamus quod ſequitur.

*Conſtantinopolitanus.*

[Jactantia Græcorum.] Noſtrum vero Paſcha gaudium & lætitia totum eſt, & extollit nos ab humo propter gaudium ad cœlum; ſicut & fermentum propter proprium calorem panem: qui panis omni ſuavitate repletus eſt. Azymum vero neque ſal, neque fermentum habens lutum eſt aridum; aut non audiſtis Jeſum dicentem: [(b) Matth. 5.] (b) Diſcipulis ſuis, *quia vos eſtis ſal terræ, &* [(c) Id. 13.] (c): *quoniam ſimile eſt regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum?* Mulierem ſanctam Eccleſiam vocat, ſatis vero tribus, hoc eſt, tribus modiis repletis, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, quorum nequaquam lutulentum azymum eſt particeps.

*Romanus.*

[Quale Paſcha in hac vita.] Optamus vobiſcum celebrare Paſcha, quod totum ſit lætitia, & plenum gaudium, in terra ſcilicet viventium, quia hoc nemini conceſſum eſt in terra morientium, ubi & de præteritis ſcandalis ſubeſt gemitus, & de futuris metus. Unde ſi cupitis de continuo Paſcha poſtmodum gaudere, in iſto annuo non ſitis interim ſine timore, ſed ſicut Pſalmiſta monet: [(d) Pſ. 2.] (d) *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*: atque inſtanter cum Apoſtolis [(e) Joann. 16.] (e) petite; *ut gaudium veſtrum ſit plenum.* Illud etiam quod aſſeritis, ideſt, veſtrum Paſcha vos ab humo ſuſtollere ad cœlum præ gaudio; ita agere decet omnino: [(f) Coloſ. 3.] (f) *Quia ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Sin alias, jam non levatur anima veſtra ad Deum, ſed contra Deum. Sane quoniam veſtrum gaudium comparatis fermento, quod ſuo calore panem extollit: ambigimus jam quale illud gaudium ſit, quia fermentum in bono accipi vix invenimus, nec fermentatus panis abſque conſecratione eſt aliqua ſuavitate plenior azymis panibus, quos plerique ſibi ſalubriores & ſapidiores arbitrantur. Sed qualis fuerit propoſitio, aperit hæc veſtra concluſio.

*Conſtantinopolitanus.*

Azymum vero neque ſal, neque fermentum habens lutum eſt aridum.

*Romanus.*

[Detrahentes azymis Græci confutantur.] Iteratis contumeliis intantum azyma laceſſitis, ut pene omnibus viſibilibus & inviſibilibus naturis injuriam irrogetis. Si enim (ut definiſtis) lutum aridum eſt, quidquid neque ſal, neque fermentum habet: ergo beati ſpiritus & animæ juſtorum, ſive ipſa quatuor elementa, ex quibus omnia viſibilia exiſtunt, lutum aridum ſunt, quoniam neque ſal, neque fermentum habent. Nec ſufficit vobis tantum nefas evomuiſſe, niſi inſuper Dominum teſtem veſtræ opinionis produceretis, quaſi pro ſola commendatione & confectione veſtri fermentati dixerit Diſcipulis: [(g) Matth. 5.] (g) *Vos eſtis ſal terræ.* Et [(h) Id. 13.] (h): *Simile eſt regnum cœlorum fermento.* Ergo quia verba, quæ ſunt ſpiritus, & vita, ad litteram placet vobis intelligere: placeat etiam fermentato veſtro aliquid palmitum, & ſinapi adjungere. Nam idem Dominus dicit Diſcipulis: [(i) Joann. 15.] (i) *Vos eſtis palmites.* Et: [(k) Luc. 13.] (k) *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis*, quod ſcilicet calorem adminiſtrat, quem tantopere veſtra calumnia in fermento collaudat. Noveritis tamen ipſam de fermento abſconſo expoſitionem veſtram Catholico dogmati contrariam. Si enim mulier illa Eccleſiam ſignat, & tria ſata ſanctam Trinitatem, ubi & quando, & ad quid Eccleſia in ipſa beata Trinitate fermentum abſcondit? An forte quiſquam ſummo & incommutabili bono Deo quidquam augmenti aliquando conferre potuit, aut poterit? Quapropter convenientius parabolam hanc expoſuiſſetis, ſi regnum cœlorum ſanctam Eccleſiam ſignificare dixiſſetis; fermentum autem doctrinam Apoſtolicam, tria ſata, tres filios Noe, quibus poſt diluvium menſuratur farina, id eſt totius humani generis maſſa. In qua utique mulier, ideſt coæterna Deo Patri ſapientia facta ex muliere, doctrinam Apoſtolicam quaſi fermentum recondidit, & regnum cœlorum, ideſt præſentem Eccleſiam ex diverſis nationibus coadunavit.

Jam quia poſt multiplices azymorum obtrectationes ad hoc prorupit veſtra inſolentia, ut in ipſa terribilia & vivifica ſacramenta Redemptionis noſtræ apertis contumeliis irreverenter inſurgat, & azymum exclamat lutulentum, & nequaquam S. Trinitatis particeps eſſe: reſpondere cogimur deinceps vobis ſtultis juxta ſtultitiam veſtram, ne vobis ſapientes videamini.

Certiſſime ſciatis, quod gloriatio veſtra ſtercus eſt, & vermis. Hodie enim extollimini, & cras non inveniemini, & ſe-



ſecundum Pſalmiſtam, [(a) Pſ. 34.] (a) ut pulvis ante faciem venti comminuemini; & ut lutum laterum delebimini, juxta Proverbia Sapientis: [(b) Eccl. 22.] (b) De ſtercore boum lapidandi, & velut ſtercus in via conculcandi, ſicut & anteceſſores veſtri hæretici, ac præcurſores Antichriſti. Ut enim in libro beati Job dicitur: [(c) Job. 20.] (c) *Ex quo poſuit Deus hominem ſuper terram, cognoſcitur laus impiorum brevis eſſe & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* Unde quia in eo putatis vos ſapientes, ſi aliorum inſtitutionibus detrahatis: hinc par pari referemus, quod veſtram impudentiam mordebit, ut retrahat a reverendorum ſacramentorum injuriis. Salva ergo, ut dignum eſt, reverentia corporis Domini noſtri JESU Chriſti, & in fermentato, & in azymo, perquiramus, an fermentatum ad humanas menſas præparatum ſincerius ac mundius ſit plebejo azymo: & primo omnium ab origine fermentatum repetamus, ut perſpecta diligenter ejus ſcaturigine verax judicium de puritate fermentati habeamus. Neceſſe eſt enim, ut rivus fontis ſui qualitatem, & naturam ſequatur. Ita enim originem fermenti invenire cupimus, ſicut hominis cujuslibet originem ipſam [De fermenti origine.] matrem omnium terram invenimus. Nam ſi hominis originem alium hominem dixerimus, jam propago, non origo erit; quomodo nec fermentum fermenti origo eſſe poterit. Sicut enim ſententia vulgi extat, fermenti origo ſit, cum aut ſpuma muſti, ſeu fæx cujuſdam ruſticæ potionis, quæ apud Gallos cerviſa dicitur, vel certe jus elixati hordei, aut ciceris, ſive lac ficulneæ, vel pecorum corruptum iniicitur conſperſæ farinæ. Cum ergo ſpuma, fæx, elixatura leguminum, & lac ficus vel pecorum corruptum apud homines computentur inter ſordida, conſtat fermentum ſordibus non carere per omnia. Maſſa autem, cuicumque fermentum iniicitur, neceſſe eſt corrumpatur. Sicut ait ſapientiſſimus Paulus: [(d) 1. Cor. 5.] (d) *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Ubicumque autem corruptio, tam in divinis, quam & in humanis litteris dicitur, ibi etiam deterioratio, ſeu vitioſitas aliqua ſubſtantiæ accidiſſe comprobatur. Unde ſi non poteſt aliquando corruptio in bonam partem intelligi, nulli dubium eſt, quin fermentato azymum mundius ſit; quod nullam corruptionem fermenti admittens, ex munda farina tamen, & pura aqua conficitur. Fermentum quoque ſi aliquandiu in maſſa negligitur, tanto acore eam corrumpit, ut ultra humanis uſibus non proſit.

[Cui ſimiles Græci.] Deinde panis fermentatus parvo ſitu efficitur mucidus: quod rariſſime incurrit azymus, utpote planus, & ſolidus, non tumidus, & cavernoſus uti fermentatus. Qui licet magna ex parte impar ſit veſtris laudibus; tamen per omnia par eſt veſtris moribus. Ipſe enim fermento veteri corruptus deprehenditur acidus, cavernoſus, & tumidus; & vos haud ſecus humana opinione corrupti loquacitate, apparetis acidi, calliditate cavernoſi, & ut divinæ ſcientiæ vacui, humana ſcientia inceditis inflati, juxta illud dictum Apoſtoli: [(e) 1. Cor. 8.] (e) *Scientia inflat:* Cui etiam ſupradicta vitia ineſſe idem Apoſtolus atteſtatur, Timotheo dicens [(f) 1. Tim. 6.] (f): *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri JESU Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt.* Quod vero fermentum ſicut præfati ſumus, in divinis, & humanis litteris in malum ponatur, Dominus ipſe in Evangelio teſtatur: [(g) Matth. 16.] (g) Cavete, inquiens, a fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Et Paulus: [(h) 1. Cor. 5.] (h) *Expurgate* inquit, *vetus fermentum.* Et paulo poſt: *Epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ.* In ſæcularibus quoque litteris Satyricus effœminationem, & corruptos mores Romanorum redarguens ait: Quid didiciſſe niſi hoc fermentum, & quæ ſemel intus innata eſt rupto jecore exierit caprificus. Et ſi omnes ſcripturas perſcrutati fueritis, nunquam & nuſquam fermentum in bonam ſignificationem poni invenietis, niſi in uno loco Evangelii, ubi regnum cœlorum fermento ſimile Dominus dicit; doctrinam videlicet Apoſtolicam ſignificans. Si vero omnes revolvatis ſcripturas, nunquam & nuſquam invenietis azyma poni in ſignificatione contraria, ſed aut ſinceritatem, aut veritatem ſignificare, ſicut Apoſtolus dicit: *Epulemur in azymis ſinceritatis, & veritatis.* Unde veſtra duplicitas ſuo fermentato contenta, Romanæ & Latinæ ſimplicitati azymum extorquere deſinat, ne ſi pertinax fuerit, anathema maranatha cum ſuo fermentato fiat, & Prophetam ſibi exprobantem audiat: *Ite* [(i) Amos 4.] (i) *ad Bethel, & impie agite, & ſacrificate de fermentato laudem.* Nunc videatur quænam Eccleſiarum majori diligentia, & ſubtiliori ſignificatione Dominici corporis proprietatem vel veritatem imitetur.

[Azyma confecta in ſecretario offeruntur.] Romana quippe & Occidentalis Eccleſia a miniſtris ſacri altaris in ſecretario confectum offert azymum, quod ex grano frumenti, & limpida lympha per ignem fuerit præparatum, ſignificans, ſe in una Mediatoris Dei & hominum hominis Dei JESU Chriſti perſona tres perfectas credere & venerari ſubſtantias, humanam ſcilicet carnem, animam rationalem, & Verbum Dei Deum; & granum quidem aſſimilari carni, quam de ſo-

ſola virginis carne, quaſi ex gremio matris terræ ſola virtute cœleſti, non autem aliqua commixtione virili factam omnipotens divinitas animavit, puriorem ſubſtantiam, ideſt, animam, quaſi aquam præclaram & mobilem ei infundens. Quas geminas ſubſtantias ab ipſius virginalis conceptionis exordio Verbum Dei rite ſuſcepit, & mediante ſuæ divinitatis calore tamquam igne ſibi conſtrinxit, & conſolidavit. Taliter præparatus azymus fideli invocatione totius Trinitatis fit verum & ſingulare corpus Chriſti, non ſicut Theopaſchitæ volunt, corpus Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, quod & vos videmini ſentire, dicentes Patris, & Filii, & Spiritus ſancti participeps non eſſe azymum, ut ſubaudiatur, ſicut fermentatum eſt particeps eorum.

Error Græcorum.

Ex qua prava ſententia, ſi non vultis cum Theopaſchitis damnari, nolite in ipſa commemoratione Dominicæ paſſionis aliquod participium, ſeu communionem præter ſolam conſecrationem, vel cooperationem concedere ſanctæ & impaſſibili Trinitati, quia mors ſolius humanitatis Filii Dei annuntiatur in illo ſacramento viſibili, ut Apoſtolus ait: (*a*) *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annutiabitis donec veniat*. Ipſe quoque Dominus JESUS in ſpeciali commemorationis ſuæ privilegio Diſcipulis diſtribuens panem, ait: (*b*) *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*: Meum, inquam, quod Spiritus ſancti ſeptemplici gratia ſubnixum ipſa ſapientia Dei patris æterni ædificavi mihi templum quadraginta & ſex diebus in utero, & ex utero intactæ Virginis; quodque mox pro vobis, & pro multis per paſſionem crucis in mortem reſolvendum omnipotens Trinitas poſt triduum ſuſcitabit, non permittens Sanctum ſuum videre corruptionem. Meum, inquam, hoc eſt filii Dei, & filii hominis, qui vadit, ſicut ſcriptum de illo. Quapropter ſicut prædiximus, tota beata Trinitas in conſecratione Euchariſtiæ cooperatur, ſed ſola mors Chriſti in fractione ejus, & in eſu annuntiatur.

(*a*) 1. *Cor.* 11.

(*b*) *Marc.* 14.

Fermentatum Græcorum quale.

Hinc jam quæ apud vos habeatur diſciplina, & cautela ſuper tanto myſterio, animadvertamus. Vos aliquando pretio fermentatum a quocumque viro, ſeu fœmina præparatum habetis, in tantum ut nonnumquam ab ipſis publicis negotiatorum tabernis emptum panem ad Dominicam menſam transferatis; quem tractatum illotis, & ſordidis quorumlibet manibus negare non poteſtis. Qui ſane juxta veſtram narrationem quinque ſubſtantiarum particeps eſt, ideſt, fermenti, farinæ, ſalis, aquæ, & ignis. Quarum omnium ſignificationes congruas in illa ſimplici & ſincera carne Salvatoris ſi habetis, date nobis. Par eſt enim, ut de fermentato nobis rationem ponatis, quemadmodum nos de azymis vobis, ne forte, quod abſit, perverſitas Manichæorum ad fulciendum errorem ſuum afferat has quinque ſubſtantias in ſacrificium Chriſtianorum aſſumi propter quinque antra tenebrarum, quæ fingunt, mentiendo ſibi. Date quoque evidentem cauſam illius circumciſionis, qua coronulam panis ad ſanctum ſacrificium ferro levatis; cum immaculata hoſtia immaculatum corpus Domini aptius videatur ſignificare, & integritas panis, integritatem Eccleſiæ; quæ corpus Domini fit participatione ejus integerrimi corporis. Quod qualiter fieri debeat, Paulus Corinthiis ita prædicat: (*c*) *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? quoniam unus panis, unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane, & uno calice participamus*. Unde & Dominus panem accepiſſe, benedixiſſe, & fregiſſe, non autem legitur ante vel poſtea incidiſſe.

(*c*) 1. *Cor.* 10.

Deinde quod ſanctum panem vitæ æternæ in calice intritum cum cochleari ſumere conſueſtis, quid opponitis? neque enim ipſe Dominus panem in calice vini intrivit, & ſic Apoſtolis dedit, dicens. Accipite, & cum cochleari comedite, hoc eſt enim corpus meum. Sed ſicut ſancta Romana Eccleſia uſque nunc obſervat, panem integrum benedixit, & fractum ſingulis particulatim diſtribuit, dicens: (*d*) *Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum*. Quibus, poſtquam cænatum eſt, calicem porrexit, dicens: *Bibite ex eo omnes*.

(*d*) *Matth.* 26.

Uſus Eccleſ. Hieroſolymitanæ latinæ ſimilis.

Quam reverendam Angelis, & hominibus inſtitutionem etiam ſancta Sion, prima ſcilicet Eccleſia, uſque ad hæc moderna tempora, ſicut ab Apoſtolis recepit, fideliter retinuit. Adeo ut quidam Heroſolymitanorum pontificum, datis epiſtolis, ſignificaverint, quantum illorum inſtitutio diſcrepet a Græcis. Sic enim ſcriptum reliquerunt. Ex ipſa ſancta civitate Hieruſalem, quæ & ſancta Hieroſolyma, exiit Fides Chriſtiana; in ipſa quoque ſancta Sion, & ſancta Reſurrectio primæ Eccleſiæ dicuntur, & veraciter habentur. In ipſo ſancto & venerabili loco adimpletur divina & immaculata oblatio Domini noſtri JESU Chriſti, ſicut decet per ordinem. Et puto quia bene faciunt ibi, quod nonniſi integras & ſanas ponunt ipſas oblationes in ſanctas patinas, nec quomodo Græci habent lanceam ferream, qua ſcindant in modum crucis ipſam oblationem, ideſt * pro ſancto Miſſæ. Porro in præfatis ſanctis Eccleſiis cum ipſa ſancta patina ſanctam anaphoram, ideſt oblationem exaltant. Etenim veræ, & aptæ ſunt ipſæ oblationes, tenueſque ex ſimila, lanceam vero ferream neſciunt niſi quæ latus Domini noſtri JESU Chriſti aperuit. Cochlear autem, cum quo communicent, ſicut in Eccleſia Græcorum, minime habent, quia non ita commi-

*



miſcent ſanctam communionem in calice, ſed ſola communione communicant populum. Itaque & in magnis, & in parvis Eccleſiis hunc morem traditum ſibi a ſanctis Apoſtolis habent omnes Chriſtiani ipſius provinciæ. Græci autem cohabitantes eis, alii ſic, alii qualiter a ſuis acceperunt. Ad hæc, ſi quid ex ſancta & venerabili Euchariſtia in Hieroſolymitanis Eccleſiis ſuperfuerit, nec incendunt, nec in foveam mittunt, ſed in pyxidem mundam recondunt, & ſequenti die communicant ex ea populum, quia quotidie communicant ibi, eo quod conveniunt illuc ex diverſis provinciis Chriſtiani qui propter Fidem & maximum amorem Filii Dei communicari ibidem deſiderant; quia, & locus ipſe venerabilior, & ſanctior eſt omnibus locis in omni terra; & ibi eſt Sepulchrum ſanctum & honorabile Domini noſtri JESU Chriſti, & ſanctus Calvariæ locus.

Deteſtatio pravi uſus.

Subterrare autem, vel infodere ſanctam Euchariſtiam in terra, ſicut quidam dicuntur agere, aut in lagenam mittere, aut effundere illam, negligentia magna eſt, & nullus timor Dei. Etenim Fides Chriſtianorum ipſa impolluta, & divina myſteria ſunt, ſicut quod Chriſtus dixit: (*a*) *Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, vita vivet in æternum*. Sed de his hactenus, præcipue cum vos ipſi poſſitis hæc colligere ſubtilius ex tenore epiſtolæ illius, quam iſtic ex Græca Latinam pene fecimus. Ubi luce clarius intelligi datur, eumdem ritum divini ſacrificii ſanctam Hieroſolymitanam Eccleſiam obſervaſſe antiquitus, quem ſacroſancta Romana Eccleſia obſervare non ceſſat hactenus. Siquidem tenues oblatas ex ſimila præparatas integras & ſanas ſacris altaribus nos quoque ſuperponimus, & ex ipſis poſt conſecrationem fractis cum populo communicamur, & tunc demum calice meri & liquidi cruoris potamur: quandoquidem nemini Diſcipulorum niſi Judæ (*b*) proditori intinctum panem a Domino porrectum invenimus, ſignificante, quod eum eſſet traditurus. Pari modo etiam reſiduum Dominicæ oblationis reponimus.

(*a*) *Joan.* 6.

(*b*) *Ibid.* 13.

Chriſti exemplo factum quod ſit.

Jam quia ſufficienti auctoritate novi & veteris Teſtamenti conſtat, Dominum noſtrum JESUM Chriſtum commemorationem ſuæ paſſionis recolendam in azymo Diſcipulis ſub ipſa cœna commendaſſe, ſicut hodieque ſancta Romana, & Latina Eccleſia noſcitur recolere; dicere debetis cujus inſtitutionem in fermentato tam obſtinate defenditis. Nempe quicumque ſeu qualiſcumque ille fuerit, juxta beatum Job (*c*) compoſitus Deo, qui eſt ipſa juſtitia, & ſapientia, nec juſtus, nec ſapiens erit. Nec poteſt fieri ut quilibet convenientius aut verius commendare prævaluiſſet ſacroſanctum myſterium Fidei, quam ipſe, qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis, Agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi. Cui comparata etiam perfecta cujuſvis ſcientia ſumma eſt ignorantia. Quapropter eventilemus reliqua dicta veſtra.

(*c*) *Job.* 9.



### *Conſtantinopolitanus*.

Dicit autem & David de Chriſto: (*d*) *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Qui ante Moyſem & Abraham, cœli, & terræ, & cæterarum creaturarum agnoſcens Deum exurgens obtulit illi panem & vinum. Ideo dicit divinus Apoſtolus: (*e*) Quoniam ſi conſummatio per Leviticum ſacerdotium erat, non ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdos Chriſtus diceretur. Et quia tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat. Quæ lex lutulenta conſtituit azyma Judæis cuſtodire. Idem ipſe magnus (*f*) Paulus ad Corinthios prima Epiſtola de his loquens, inquit: Fratres, ego accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Quoniam Dominus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & de calice: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.

(*d*) *Pſ.* 109.

De Azymis rurſum objectio.

(*e*) *ebr.* 7.

(*f*) 1. *Cor.* 11.

### *Romanus*.

Quamdiu veſtigia doctiloqui Pauli fideliter tenuiſtis, omnino irreprehenſibiliter cucurriſtis; ſed mox ut præcurrere tentaſtis, miſerabiliter deviaſtis. Quibus non ſufficit aberraſſe, niſi inſuper Doctorem Gentium in fide & veritate maluiſſetis poſt vos reluctantem trahere, quam illius veſtigia repetendo, errorem veſtrum evadere. Inſuper inauditum præjudicium eidem facitis, quando ſuis dictis eum impugnando azyma lutulenta pronuntiatis; quæ tam ipſe, (*g*) quam omnis Catholicus eſſe ſinceritatis & veritatis aſſerit. Illam deinde etymologiam veſtram ſuper pane contra nos defenſando complicem veſtrum tantum Apoſtolum laboratis efficere, quaſi in eo quod veraces Evangeliſtas ſecutus ait: Accepit panem, nonniſi fermentatum voluiſſet inſinuare. Quod ſi fieri potuit, inanis prædicatio, & labor tanti Apoſtoli erit, evacuabitur mors Chriſti, quia jam non tradidit ſemetipſum pro nobis, ſed juſte interiit, ſicut tranſgreſſor legis. Verum quam ſit hæc veſtra etymologia frivola, ſatis abundeque oſtenditur ſupra. Jam videamus quorſum pertrahere conemini tantum Apoſtolum ſuæ aſſertionis funibus.

Confutatio objecti. de Azymis.

(*g*) 1. *Cor.* 5.

*Conſtantinopolitanus.*

Deteſtatio Azymorum.

Azyma vero neque commemorationem habent Domini, neque mortem annuntiant, ſicut Moſaica, & ante mille quadringentos annos ex lege conſtituta, & per novum Teſtamentum, hoc eſt, per ſanctum Evangelium, & per Chriſtum maledicta, & derelicta.

*Romanus.*

Objurgatio & dilutio object de Azymis.

O ſacrilega temeritas! o viroſa & manioſa Manichæorum dicacitas! o ab hominum auribus & cordibus procul abigenda impietas! Eone pertraxiſtis Apoſtolum, ut in tantæ perfidiæ barathrum præcipitaretis vobiſcum? Ecce illud peſtiferum ovum, quod tamdiu parturiſtis, repente peperiſtis. Ex quo qui comederit morietur ut (*a*) Iſaias propheta dicit) & quod fuerit confotum, erumpet in regulum. Ecce, ut claret, dolorem concepiſtis, injuſtitiam parturiſtis, iniquitatem peperiſtis, & contra ipſam veritatem & omnes divinas paginas mentiti impudenter latratis, ipſum Filium Dei legem, & azyma quæ conſtituerat, maledixiſſe. Sed o ſancta, o bona, o venerabilis lex cum univerſis mandatis & obſervationibus tuis! quicumque te, & tua uſque ad unum jota maledixit, maledicit, aut maledicet, ſit ille maledictus. Potuitne, aut debuit Dominus noſter ſic ingratus eſſe, ut tam fidelem & devotum præconem, & conſtantiſſimum *teſtem ſuum aliqua maledictione confunderet*, qui non ceſſavit tota ſua intentione ſignis, mandatis, ſacrificiis, ceremoniis atque verbis gloriam ejus conclamare? Et ubi didiciſtis, quod Dominus legi vel azymis maledixerit? forſan dicturi eſtis, ubi novum Paſcha tradidit Diſcipulis, aut ubi ſurrexit a mortuis. Sed ut *ſuperius liquido cognoſcitur*, ex ipſis benedictis, & fractis novum Paſcha inſtituit, & ipſa ſuæ Reſurrectionis die a duobus invitatus in Emaus (*b*) caſtello accepit panem, benedixit, & mox cognoverunt eum in fractione panis. Quem omnimodis azymum fuiſſe conſtat, quia uſque ad octavas Paſchæ nullo modo fermentum in omnibus finibus Iſrael apparebat. Sane quod ipſe factus ſub lege, legis teſtimonium habuerit, dicit Judæis: (*c*) Scrutamini Scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere, & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Et iterum: (*d*) Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi; de me enim ille ſcripſit. Unde in alio (*e*) loco proteſtatur, ſe non veniſſe ſolvere legem, ſed adimplere. Cujus quodlibet minimum mandatum quiſquis ſolveret, etiam in regno cœlorum, ideſt præſente Eccleſia minimus foret, nedum illam futuram aliquo modo introiret, in qua factor & doctor legis magnus vocaretur, & eſſet. Ipſe quoque ſuæ Reſurrectionis die duobus ſupradictis Diſcipulis, (*f*) incipiens a Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur Scripturas, quæ de ipſo erant. Deinde undecim congregatis dixit: (*g*) Oportebat impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & Prophetis, & Pſalmis de me. Et quia oportebat pati Chriſtum, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes Gentes. Ecce breviter Salvator innotuit Incarnationis ac Paſſionis ſuæ humilitatem, atque Reſurrectionis gloriam, omniumque Gentium vocationem, & per baptiſmum ſalvationem in veteri Teſtamento præmonſtrata, & in novo fuiſſe exhibita, ut merito Evangelium nihil aliud ſit dicendum quam legis expoſitio.

(*a*) Iſai. 54.
(*b*) Luc. 24.
(*c*) Joann. 5.
(*d*) Ibidem
(*e*) Matth. 5.
(*f*) Luc. 24.
(*g*) Ibid.

Lex proficua.

Quæ lex velut bajula, & nutrix Chriſti & Eccleſiæ, id eſt, ſponſi & ſponſæ, capitis & corporis in plenitudine temporum prævia Evangelicæ gratiæ & veritatis lucerna publicis viſibus pariter revelavit, quos diu in ſecretis cubiculi occultavit. Tunc repente illius ſpecioſi forma præ filiis hominum omni creaturæ reſplenduit, ubi per ſanctos Apoſtolos, quibus aperuit ſenſum, ut intelligerent Scripturas, myſterium cunctis retro ſæculis abſconditum in omnem terram, & uſque in fines orbis tranſmiſit. Maledicenduſne eſt ergo uterus ille, qui ſpiritu Dei gravidatus ab initio parturivit omnia ſacramenta Chriſti, & Eccleſiæ, tandemque in fine ſæculorum peperit ipſum Evangelium prædicandum ubique? ſiquidem vetus Teſtamentum efficit, ut per novum libera fronte prædicetur partus Virginis, & credatur reſurrectio ex mortuis, atque per lignum, aquam, & ſpiritum reparatio humani generis. Alioquin deleto veteri Teſtamento, novum evaneſceret, fabulaque putabitur omnino, nec retineri poterit abſque charactere ſuo; quoniam nec paries ſtabit ſine fundamento. Quod ipſe Dominus ſuis factis & dictis ſuppoſuit, & Apoſtolis ſeu prædicatoribus ſuis inſpiravit, narrationis ſuæ curſum firmare ancora Teſtamenti veteris, cujus auctoritatem primus magiſter Eccleſiæ profitetur certiorem eſſe illa voce, (*h*) quam ſuper Dominum transfiguratum factam audivit.

(*h*) 2. Pet. 1.

Lex fundamentum.

Unde firmiſſime credendum eſt, & liberrime profitendum, quod quicumque veteri Teſtamento contradicit, etiam novi adverſarius exiſtit; quod velut rota in medio rotæ ineſſe veteri ſanctus Ezechiel (*i*) vidit. Deinde quaſi ſubiectum, vel fundamentum eſt vetus Teſtamentum, cujus ædificium, vel ſuperior pars conſtat novum, quod neceſſe eſt deficiat, vel corruat, deficiente, vel corruente ſubjecto cui inſidebat; & ſubjecto quidem ſeu fundamento permanente, permittantur ſuperſidentia ſæpe: intereunte autem vel

(*i*) Ezech. 10.



vel ruente nequeunt pariter non interire vel ruere. Hoc utique Dominus utriuſque Teſtamenti lator intelligi volens, cum poſſit omnipotenti voluntate vacuas ſex hydrias (*a*) in nuptiis vino de nihilo repente creato implere; maluit tamen certi myſterii gratia prius aqua eaſdem hydrias a feſſis miniſtris uſque ad ſummum impleri, & poſt ſolo nutu ſuo mirabile vinum fieri. In quo provido Redemptoris noſtri facto diſcimus aquam non ſubſtantiam ſuam, ſed qualitates, ideſt ſaporem, & colorem, & ſi qua ſunt hujuſmodi, permutaſſe: ut animadvertamus ipſum Dominum vetus Teſtamentum, quo ſex mundi ætates per miniſterium priorum Patrum repleverat, non evacuaſſe, ſed innovaſſe; nec inde quidquam reprobando minuiſſe, ſed quod ei inerat, & latebat, approbando exhibuiſſe. In quibuſdam enim ſola pronuntiatione temporum, ſeu varietate excepta, lex, & Evangelium idem concorditer clamant. Verbi gratia, lex prædicit: (*b*) Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus de fratribus veſtris. Et: (*c*) Ecce Virgo concipiet & pariet filium: Evangelium prædicat; Propheta (*d*) magnus ſurrexit in nobis, & Virgo concepit, & peperit filium. In quibuſdam etiam tempore & themate ſalvo, commemorant voces pietatis & impietatis, (*e*) ut eſt: Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me? &: (*f*) Speravit in Domino eripiat eum, ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.

(*a*) Joann. 2.
(*b*) Deut. 18.
(*c*) Iſai. 7.
(*d*) Luc. 7.
(*e*) Matth. 27.
(*f*) Pſ. 21.

Cui lex non ſapit.

Porro ſi alicui inſipida videtur talis lympha, noverit, nullo vitio lymphæ iſtud ſibi contingere, ſed nimio palati ſui ſtupore. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia ſiquidem eſt illi lex Dei: nec novit ex ea mentis ventrem ſalubriter replere, ſed pernicioſe diſtendere. Spiritualis autem qui judicat, diſcernit omnia, debriatus ea cum noſtro architriclino Paulo fideliter decantat: (*g*) *Scimus quia bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur.* Et illud: (*h*) *Scimus, quoniam lex ſpiritualis eſt.* Quod ſi lex ſpiritualis eſt, miniſtratio ſpiritus ſit ſpiritualiter examinata, & miniſtratio mortis carnaliter diſcuſſa. Quamvis enim lex ſuapte natura ſit vita, vitio tamen hominum mors ſit, ſicut idem Apoſtolus dicit: *Quid ergo dicemus* (*i*) *Lex peccatum eſt? Abſit, ſed peccatum non cognovi niſi per legem.* Et poſt pauca: *Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & juſtum & bonum: quod ergo bonum eſt mihi factum eſt mors?* Abſit. *Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem.* Et rurſus: (*k*) *Invenio igitur legem nolentem mihi bonum facere, quoniam mihi facere, malum adjacet.* Tandem ſi ſapienter audiſtis, quæ præmiſimus reſipiſcite ab injuriis legis quam ſanctam, & mandatum ſanctum & juſtum, & bonum affirmat Apoſtolus, ne medicum demonſtrantem morbos, & curare volentem videamini obruere lapidibus, tamquam phreneticus.

(*g*) 1. Tim. 1.
(*h*) Rom. 7.
(*i*) Ibid.
(*k*) Ibid.

Quædam pro tempore tantum data.

Porro numeroſa Patrum conjugia, & ex tribus ſua, atque carnalia ſacrificia, & circumciſionis, ſeu variarum purificationum ceremonias, ciborumque differentias noveritis temporaliter carnalibus aut promiſſa, aut juſſa, ut eos talium jugo, vel licentia mandatorum retineret, ne ad idololatriam, ſeu ad cætera flagitia corruerent; ſpirituales autem ſignificatione futurorum bonorum, quæ in his repromittebantur, jugiter ſublevaret, ut advenientia a longe conſpicerent, & devote ſalutarent. Quod licet hujuſmodi obſervationibus pro loco & tempore viderentur nimium dediti, ut ſua condeſcenſione paulatim brutas plebes per ſigna traherent ad res; tamen quid in his ſenſerint, ex his beati David: (*l*) dictis liquet: *Si voluiſſes ſacrificium dediſſem: utique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Unde rurſus ait: (*m*) *In me ſunt Deus vota tua.* Cujus perſonam ſuſcipiens carnali populo conteſtatur dicens: (*n*) *Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.* Nonne huic, & reliquis Patribus aqua legis colorem & ſaporem mutaverat, quæ pallida & inſipida carnalibus apparebat? Quippe his frigebat, quæ illis ſic calebat, ut jam tunc cum Diſcipulis JESU dicere poſſent. (*o*) *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret Scripturas?*

(*l*) Pſ. 50.
(*m*) Ibid. 55.
(*n*) Ibid. 49.
(*o*) Luc. 24.

In charitate lex perfecta

Littera enim legis per Moyſem data carnales occidebat, cujus ſpiritus gratiæ & veritate per JESUM Chriſtum facta ſpirituales vivificabat; ut illi timore temporalis mortis, ac ſi frigore contracti inde pallerent, unde iſti amore æternæ vitæ quaſi calore vegetati rubebant, & cum Paulo libere proclamabant: (*p*) *Plenitudo legis eſt dilectio*, in cujus duobus præceptis charitatis pendere legem univerſam, Veritas perhibuit: (*q*) *Quod ſi Deus charitas eſt*, Deo proculdubio adverſatur, quiſquis aliquid legi Moyſi ſubtrahere conatur, quam ipſe totam in charitate pendere teſtatur. Quæ charitas gemina carnalibus & terrenis cerimoniis contecta velut quidam biſulcus hamus vermiculis ſeu volaticis plumis inſertus, & in pelagus humanæ captivationis cœlitus demiſſus vagos & vacuos cœleſtium homines ineſcatos viſibilibus, & inviſibili mucrone trajecit, & trajectos ad ſinum Angelicæ libertatis retraxit, dicentes Deo in (*r*) Canticorum canticis: *Trahe me poſt te.* Et: *Vulnerata charitate ego ſum.* Sic dum homo adhæret Deo & homini proximus, decentiſſima linea, & tamquam aurea mandatorum di-

(*p*) Rom. 13.
(*q*) 1. Joann. 4.
(*r*) Cant. 1.

divinorum catena pariter ad paradiſum retrahuntur.

Euphraſion contra Sever. pro vet. teſt.

Deinde quanta inſtantia Euphraſion Rhodiorum Epiſcopus legem veterem contra Severianos hæreticos defenderit, ex ſubjectis verbis ipſius liquet; ubi inter nonnulla alia dixit: Fundamenta domus præclara circa ſqualida loca ſunt poſita, ut ea quo ſunt ſuperius, nullas contumelias ſtercorum patiantur. Superiora ergo domus laquearibus auratis, parietibus pictis, & vario marmorum metallo ſunt edita; inferiora vero humori terreno vicina digeſta etiam ſuperiorum univerſa ſuſcipiunt. Quid ergo nunc faciemus? ſi auferimus inferiora ſuperiora corruunt. Tamen ſi deſtruenda erant inferiora, non hoc alius poterat niſi Dei Filius facere. Videamus ergo, utrum ipſe deſtruxerit hoc, quod nos diſcimus permanere: *Putatis* inquit, (*a*) *quia veni legem ſolvere, aut Prophetas? non veni legem ſolvere, ſed adimplere*. Et vos ergo ſaltem his & aliis proprii Doctoris veſtri vocibus revocati, ab injuriis ſacratiſſimæ legis ceſſate, ne ab eodem & ab omnibus Catholicis anathema cum Severianis ſitis.

(a) Matth. 15.

Sed ne forte adhuc vobis nimium placeatis ex opinationibus veſtris, cum nihil teneatis diligentius, recapitulamus dictum Apoſtoli, quem ſupra ad veſtrum ſuffragium violenter attrahere tentaſtis, quia ait: (*b*) *Si conſummatio per ſacerdotium Leviticum erat; populus enim ſub ipſo legem accepit, quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis quoque tranſlatio fiat*. In quibus verbis, ſicut ſuperius oſtenditur, nil aliud intelligitis conſummationem, niſi conſumptionem, ideſt, abolitionem, & finem, non qui perficit, ſed qui interimit. Quod longe aliter eſſe idem Apoſtolus edocet, dicens: (*c*) *Finis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti*. Unde quoniam aliter dicitur finivi panem, aliter finivi telam, accipiamus neceſſe eſt Chriſtum finem legis conſummantem, non conſumentem, perficientem, non annihilantem, complentem, non evacuantem. Qui finis ab initio ſæculi promiſſus, & in fine exhibitus dum penderet in cruce, pro nobis ſacrificium veſpertinum, & ultimum factus: (*d*) *ſciens quia jam omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Qui cum accepiſſet acetum, dixit, conſummatum eſt; & inclinato capite tradidit ſpiritum*. Ubi certe nec Evangeliſta dixit, ut conſumeretur, ſed ut conſummaretur Scriptura; nec ipſe Dominus, conſumptum eſt, ſed conſummatum eſt.

(b) Hebr. 7.

Lex conſummata non conſumpta.

(c) Rom. 10.

(d) Joan. 19.

Ad quam morientis (*e*) vocem velum templi ſciſſum eſt uſque deorſum, ut juxta Apoſtolum (*f*) accedentibus ad Chriſtum velamen uſque tunc poſitum in lectione veteris Teſtamenti, ſignificaretur ablatum. Quæ conſummatio non per Leviticum ſacerdotium fuit; quia atteſtante Apoſtolo, (*g*) *nihil ad perfectum adduxit lex*. Ex quibus Apoſtoli verbis ne forte reſumatis anſam calumniandi, attendite, quia non dixit: nil boni fecit lex, ſed nil perfecit. Habuit enim (ut idem (*h*) Apoſtolus ait) *juſtificationes culturæ, & ſanctum ſæculare* & tabernaculum manu factum, & pontifices præſentium bonorum, qui per alienum ſanguinem ſemel in anno introeuntes in ſancta ſanctorum ſanctificabant inquinatos ad emundationem carnis, a quibus munera & hoſtiæ offerebantur, quæ non poſſunt juxta conſcientiam perfectum facere ſervientem ſolummodo in cibis, & potibus, & variis baptiſmatibus, & juſtitiis carnis, uſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, ideſt non hujus creationis, neque per ſanguinem hircorum & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa quando per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatam Deo, & mundavit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi. Equidem ſecundum legem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem & quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium, qui ſolus proprio ſemel æternam redemptionem perfecit, quam illi alieno ſanguine inceſſanter imitantes imperfectam retentabant. Quæ ut acceſſit, omnis ille ſacrificiorum ſeu ceremoniarum carnalium curſus jure conquievit.

(e) Matt. 27.

(f) 2. Cor. 3.

(g) Hebr. 7.

(h) ibid. 9.

Vetera in novitatem tranſlata.

Neque enim deinceps pluribus ſacrificiis indigemus, quia in uno æternam redemptionem invenimus, quæ per Leviticum ſacerdotium incœpta per Pontificatum Domini JESU conſtat perfecta. Qui non ſecundum Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech ideo ſacerdos dicitur, (*i*) quia panem & vinum offerendum atque ſumendum in veritate carnis & ſanguinis ſui conſtituit Fidelibus. Cujus generatio inenarrabilis de patre ſine matre, de matre ſine patre, nec initium dierum, nec finem habens, ſolus verus Rex juſtitiæ & pacis. Cui quia convenientius aſſimilatur Melchiſedech, non ſolum ex uno ſacrificio, & genealogia, ſed etiam ex prænomine, quam Aaron, dicitur ſacerdos Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedech, non ſecundum Aaron. Denique Melchiſedech ille nec corpus, ſanguinem ſuum in pane & vino divinitati obtulit, nec ſine parentibus, aut initio, & fine fuit, neque ſubſtantialiter Rex Juſtitiæ & pacis: ſed quod hæc omnia Scripturæ de illo homine aut tacuerunt, aut dixerunt in manifeſtiori ſignificatione noſtri Melchiſedech, cujus ille, ſicut & Aaron, umbra non veritas extitit. Ad quem tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis quoque fiat tranſlatio, a littera ſcilicet occidente ad Spiritum vivificantem, a vetuſtate ad novitatem, ab imperfectione ad perfectionem, a ſervitute ad libertatem, & filiorum Dei adoptione, a Judæis ad Gentes, quibus Apoſtolus ait: (*a*) *Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater*. Qua utique tranſlatione lex eſt alterata, non facta alia, immutata non commutata, acceſſu gratiæ cumulata, non receſſu ſuo exinanita. Sicut Dominus ſuis inquit: (*b*) *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*. Numquid dixit, niſi reprobaveritis, aut omnino reliqueritis juſtitiam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Sed quoniam juſtitia illorum erat tantum a malo opere abſtinere, voluit Dominus in hoc ſuorum juſtitias ſuperabundare, non ſolum malum ab opere, ſed inſuper a cogitatione ſatagerent reſecare. Nam illis ex lege bonum erat non occidere, nec mœchari: (*c*) iſtis autem ſuper hoc ex gratia optimum & perfectum non iraſci, (*d*) nec concupiſcere. Ideo lex ramos malitiæ ſuccidit, gratia vero etiam radices ejus evellit.

(i) Gen. 14.

Sacerdotium Chriſti.



(a) Gal. 4.

(b) Matth. 5.

(c) Exod. 20.

(d) Matth. 5.

Et ſicut in Reſurrectione hoc ipſum corpus humilitatis noſtræ, & non aliud reformabitur; ſic & lex ipſa per Evangelium reformata in toto mundo prædicatur. In qua utique reformatione quamvis plurimum decus augeatur, naturæ tamen integritas in illo aufertur, quando ad ſimilitudinem grani ſeminatum corpus animale ſurget corpus ſpirituale; & ſeminatum in infirmitate, ſurget in virtute. Hac quoque reformatione cœlum, & terra tranſibunt, non interibunt, transferentur, non auferentur. Nec moveamur a noſtro ſenſu, nec terreamur, ſi nonnulla legis ſacramenta exhorret animalis ſenſus, quandoquidem ipſius ſancti Evangelii nonnulla myſteria exhorruit hactenus in tantum, ut Domino dicente: (*e*) *Amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*; etiam maxima pars Diſcipulorum ejus ab eo diſceſſiſſent, dicendo: *Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?* Præterea novum Teſtamentum, ideo æternum dicitur, quia proculdubio æterna ſunt quæ pollicetur, ſicut malis ſupplicium æternum, bonis vero vitam æternam. Nam quantum ad recitationem, ſeu conſcriptionem, ipſum Evangelium in noviſſimo die omnino * præteribit, ubi deinceps nec ſcriptura aliqua neceſſaria erit.

Perfectionem accipit imperfectum.

(e) Joan. 6.

* al. peribit

Cæterum ſi ad rem pertineret, monſtrarem non mille quadringentos tantum ſicut ſcripſiſtis, ſed mille quingentos & amplius annos ab inſtitutione azymorum per Moyſem uſque ad Paſſionem Chriſti decurriſſe. Sed cum noſtræ intentionis ſit Romani ritum ſacrificii approbare; Chronographis relinquimus opinionem veſtram de præfato azymorum annorum numero reprobare. Itaque ſi azyma, quemadmodum aſtruere conamini, per Chriſtum & ejus Evangelium fuerunt maledicta reprobata, & derelicta, & ideo deinceps non debere offerri in ſacrificio Domini, quia per Moyſem conſtituta ſunt Judæis; ſciatis fermetatum quoque per Moyſem conſtitutum Judæis, ſicut in Levitico dicit: (*f*) *Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum: Offeret panes fermentatos cum hoſtia gratiarum, quæ offertur pro pacificis*. Idem Moyſes in eodem: (*g*) *In Pentecoſte offeretis panes primitiarum de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domino, offeretiſque cum panibus ſeptem agnos*. Sal quoque, quem tantopere prædicatis in fermento, per Moyſem ita conſtituitur Judæis in Levitico: (*h*) *Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Domini Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal*. Qua propter ſi a nobis non debent offerri azyma, quia Moſaica ſunt; nec a vobis debent offerri fermentatum, & ſal, quia æque Moſaica ſunt. Et quia ab Apoſtolo (*i*) audientes, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt nova inſipienter putatis omnia veteris Teſtamenti reprobata, & penitus deſtructa, & ad nihilum redacta ſacramenta: hinc jam perpendatis neceſſe eſt, ad quantas difficultates properet hæc opinio veſtra.

In fermentato convincuntur Græci Judaizare.

(f) Levit. 7.

(g) Ibid. 23.

(h) Ibid.

(i) 2. Cor. 5.

Denique ſi vetera non proficiendo, ſed deficiendo tranſierunt, unde vobis templum, altare, ſacrificium, candelabrum, cortinæ, ſanctum chriſma, & thymiama, aſperſionis aqua, thuribulum, & cœtera ſancti miniſterii vaſa ſeu ornamenta, aut veſtimenta ſacerdotalia? Unde vobis Encænia Pentecoſte, & Paſcha, ſeu Quadrageſima? Unde vobis pontifices, ſacerdotes, & levitæ, ac reliqui Eccleſiaſtici gradus ex ordine? Unde primitiæ & decimæ? Poſtremo unde vobis dilectio Dei, & proximi, ac reliqua mandata Decalogi? Quia ergo ſecundum vos ſic nova facta ſunt, ut vetera omnino ſint relicta, & per Chriſtum maledicta; abiiciamus procul ab ejus Eccleſia, quæ ſupra diximus, omnia, & plura quæ reticuimus, alia, & veteribus contraria, jam fiant nova. Odio habeatur Deus, & proximus, pater & mater inhoneretur, homo occidatur, omnes mœchentur, furentur, mentiantur, concupiſcant, adulterent conjugia nulla ſint, omnis homo ad proximam ſanguinis ſui, & quæ ei affinitate jungitur, accedat. Ad ſummam quoque nec comedatur, nec bibatur, aut dormiatur, ſed

Quomodo vetera uſu retenta.

ſed relinquatur quidquid vetus Teſtamentum exhibuit, & exercuit, tam in cultu divino, quam in uſu humano; & videbitis, quia nec beſtiæ eritis, nedum homines; immo ab eo, quod eſt aliquid, tranſibitis ad nihil. Nos potius Catholica aure intendentes tanto

(a) 1. Cor. 5.

Apoſtolo dicenti: (*a*) *Si qua ergo nova creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt nova*, corde credimus, & ore confitemur, vetera a vetere homine tranſeundo ad novum hominem JESUM Chriſtum nova facta eſſe, quemadmodum idem Apoſtolus mox ſequutus curavit declarare: *Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos ſibi per Chriſtum*. Cujus ſingulari novitate innovantur omnia cœleſtia, atque terreſtria. Quoniam quidquid ad cultum Dei ſeu ad commodum ſui vetus ille populus cælitus acceperat, ad novum tranſtulit. Qui ideo novus dicitur, quia ab umbra ad veritatem, a ſignis ad res, a timore ad amorem, a ſervitute ad libertatem, a filiis iræ ad filios gratiæ, a carne ad ſpiritum eſt tranſlatus. Unde dicit Apoſto-

(b) Rom. 8.

lus: (*b*) *Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis*. Et quomodo in carne non erant, quos epiſtolis inſtruebat? niſi ſecundum

(c) 2. Cor. 10. (d) Rom. 14. (e) Gal. 2.

quod ipſe ait: (*c*) *In carne ambulantes non ſecundum carnem militamus*. Hinc rurſus inquit: (*d*) *Nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur*. Et: (*e*) *Vivo jam non ego, ſed vivit in me Chriſtus*.

Sic itaque nobis & omnibus in novitate ſpiritus ambulare ſatagentibus, nova facta ſunt omnia, templa ſcilicet & altaria, ſacerdotes, ſacrificia, candelabra, thuribula, cibus, & potus, & quæcumque carnalis Iſrael tam in ſupellectili, quam in mandatis retinebat vetera, ut eadem, & non eadem ſint omnia; inſtar utique aquilæ, quæ dum naturaliter renovatur, juventus eidem accedit, & ſenectus, non ſubſtantia ab ea recedit.

Vetera nova reddita.

Pari tenore prædicamus azymum Chriſtianorum longe diſtare ab azymo carnalium Judæorum, quos ad umbram veritatis obſervandam, & captandam ſola promiſſio, & deſiderium terrenæ felicitatis incitabat: ut eſt longævitas, abundantia frugum, ſucceſſio filiorum, perditio inimicorum, & cætera. Nos vero corpus Veritatis ex azymo & in azymo rite venerantes atque retinentes, ore & corde prægustamus jam, quam ſuavis eſt Dominus, unum petentes ab ipſo, & hoc requirentes, ut maneamus in eo, & ipſe in nobis in æternum. Sane ſi mutare vultis fermentato azymum, mutato quolibet alio liquore vinum, quo, ſicut & azymo, Chriſtus & vetus paſcha finivit, & novum inchoavit. Si enim vinum recipitis, azymum cur abiicitis? Quod vero paſſio & mors Chriſti convenientius annuntietur azymo quam fermentato, & ex hoc comprobatur, quod Dominus ipſe azymo Diſcipulis memoriam ſui agendam tradidit, & quod in lege panis afflictionis dicitur: ut per hoc præmoneamur affligere animas noſtras, & pariter offerre Deo ſpiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum, illud Apoſtoli recolentes: (*f*) *Cum timore, & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini*. Et: (*g*) *Si compatimur, & conregnabimus*.

(f) 2. Cor. 7. (g) 2. Tim. 2.

Porro quæ per legem fuerunt uſque ad tempus correctionis impoſita carnalibus Judæis, Paulus breviter colligens, inquit: (*h*) *Munera & hoſtiæ offeruntur*, quæ non poſſunt juxta conſcientiam perfectum facere ſervientem ſolummodo in cibis, & potibus, & variis baptiſmatibus, & juſtitiis carnis. Carnales ergo victimæ, atque purificationes variæ in lege, & in quibus maxima & prima erat circumciſio, & cæteræ juſtitiæ carnis, ut eſt differentia ciborum, feſtivitas tabernaculorum, non arare in bove ſimul & aſino, nec ſerere agrum diverſo ſemine, & his ſimilia, quæ nil ſanctitatis conferebant conſcientiis, excepta devotione obedientiæ, & admonitione ſpiritualis munditiæ, data ſunt uſque ad præfinitum tempus a Patre, quando per Filium ſuum factum ſub lege redemit eos, qui erant ſub lege; cujus carnales juſtitias evadens idem Apoſtolus ait: (*i*) *Quæ aliquando fuerant mihi lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, & non ſolum detrimenta, ſed etiam ſtercora, ut inveniar in illo non habens meam juſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed quæ ex Fide* JESU *Chriſti*. Quod Coloſſenſibus, quoque denuntiat, dicens: (*k*) Nemo *vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum*. Hactenus defendiſſe legem Moyſi, & azymum Euchariſtiæ Chriſti ſufficiat: jam diſcutiamus veſtra quæ reſtant.

(h) Hebr. 8. Legalia deſierunt. (i) Philip. 3. (k) Coloſ. 2.

## *Conſtantinopolitanus*.

Sabbata vero quomodo in Quadrageſima Judaice obſervatis? aut non audiſtis in Evangelio dicentem (*l*) *Quia tranſeuntes Diſcipuli in ſabbathis cœperunt iter agere, evellentes ſpicas & comedentes. Dicebant autem Judæi ad Chriſtum: Vides quid iſti faciunt in ſabbatis? Qui dixit, etiam. An neſcitis quid egerit David cum eſurierit ipſe & qui cum eo erant, quomodo intravit in templum, & panes propoſitionis comedit? & cætera*. Et quia ſabbatum propter homines factum eſt non homo propter ſabbatum. Qui & dicebant: (*m*) *Quoniam homo iſte non eſt ex Deo, qui ſabbatum non cuſtodit*. Et iterum: (*n*) Loquente Chriſto in ſabbato ei, qui manum aridam habebat; ſimiliter & ei qui dæmonis ſpiritum habebat, in ſabbato mundato, & murmurantibus Judæis & ſimilia dicentibus, dicit Chriſtus: (*o*) *Hypocritæ, unuſquiſque veſtrum non ſolvit aſinum a præſepe, aut bovem ſuum in ſabbato, & ducit adaquare?* Et paralytico ſimilia, quem ſanum fecit. Et ideo qui ſabbata cum azymis cuſtodiunt, neque Judæi, neque Chriſtiani ſunt, ſed ſimiles ſunt leopardo, ſicut magnus dicit Baſilius, cujus capilli nec nigri ſunt, nec albi omnino.

(l) Luc. 6. Calumnia Græcorum in Latinos. (m) Joan. 9. (n) Matt. 12. (o) Luc. 13.



## *Romanus*.

Dilutio illatæ calumniæ.

Quod nos ſabbata nec intra nec extra Quadrageſimam Judaice obſervemus, ſufficienter monſtratur ſuperius: Vos autem ſi non Judaizatis, cur ſaltem Quadrageſimæ non parcitis, ne cum Judæis feriati & epulantes, jejunium Chriſti in ſabbato diſſolvatis? Unde teſtimonia Evangelica, quæ poſuiſtis, omnino refragantur vobis, ſuffragantur vero nobis. Denique nos ut diſcipuli Jeſu non ſolum iter agimus in ſabbato, & ſpicas evellimus, ſed inſuper piſcamur, & quidquid oportet, operamur, & hora competenti comedimus. Vos quia legitis Diſcipulos ſpicas tranſeundo comediſſe, a luce prima in veſperum ſtudetis variis deliciis, & multo mero crapulam continuare. Nec mirum, cum iſtic quoque obliti etymologiæ veſtræ, ex nomine quod eſt artos, dixiſtis David comediſſe panes propoſitionis, ideſt τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως, quos negare non poteſtis fuiſſe azymos, ſi qua ſcientia veteris legis remanſit apud vos.

Deinde quoniam ſabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum, nullo convivio, aut otio honoratur apud nos tamquam dominus, ſed oneratur jejunio, & labore, velut devotus ſervus Dominica ſepultura occupatus. Mox ſuccedente die, quam ſpecialiter fecit Dominus, ſolemniter exultamus, & lætamur, quia in ea Chriſtus reſurgens a mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quin etiam pro cuſtodia ſabbati non timemus a Chriſto notari hypocriſi, quoniam in eo non tantum manum aridam, ſed & totum corpus curandum offerimus Deo, & medicis. Nec tantum bovem, & aſinum ſolvimus a præſepio, & ducimus adaquare, ſed etiam arare. Aſt vos volentes eſſe legis doctores, nec intelligentes, quæ loquimini, neque de quibus affirmatis, aſſertionem veſtræ opinionis ſic concluſiſtis:

## *Conſtantinopolitanus*.

Et ideo qui ſabbata cum azymis cuſtodiunt, neque Judæi, neque Chriſtiani ſunt, ſed ſimiles ſunt leopardo, ſicut magnus dicit Baſilius, cujus capilli nec nigri ſunt, nec albi omnino.

## *Romanus*.

O mirabilis Græcorum philoſophia! o ars Pelaſga! O Athenienſis & Achademica perſpicacia! Unde tibi tantus ſtupor & vertigo repentina? Vere triplici fune lingua tua divinitus eſt ligata. Nam Græci ſapientiam quærunt, quam ſimplex prædicatio Chriſtianæ Fidei ſtultam effecit, ſicut Dominus repromiſit: (*a*) *Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Ubi ſapiens? ubi Scriba? ubi conquiſitor hujus ſæculi? nonne ſtultam fecit ſapientiam hujus ſæculi?* qua ſtultitia vos repleti, nec ſecundum divinas paginas definiſtis aliquid, & magnum Baſilium ſecundum humanas monſtratis definiſſe nihil. Falſiſſimum enim eſt, ut qui ſabbata & azyma cuſtodiunt, nec Judæi, nec Chriſtiani ſint; quia veriſſime Judæi ſunt, qui ſabbata & azyma cuſtodiunt carnaliter. Sed & illud in infinitam dubietatem recidit, nec ullo modo conſequens erit, ut leopardus ſit tantum, cujus capilli nec nigri, nec albi ſunt; quia præter hunc, innumerabilia animalia exiſtunt, quorum pili nec nigri, nec albi ſunt. O egregii ſcrutatores divini eloquii! O dociles diſcipuli magni Baſilii! ex cujus præclaro fonte nihil niſi lutum haurire prævaluiſtis, cum hinc inde vobis reſonaret rivus ille cœleſtis lactis æterni mellis, Romanam & omnem Occidentalem Eccleſiam vocans dominam, & obſecrans ſuccurrere perditioni Orientis. Nunc gratis ſubvertere Latinam Eccleſiam molientes, armamini contra nos quaſi Baſilii ſententia, quæ multo vecordior invenitur illa ridicula Tireſiæ propheria. Quidquid dicam, aut erit, aut non. Nempe accidit vobis illud Satyrici proverbium: Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus. Atque (*b*) utinam tacuiſſetis, ut putaremini ſapientes, ceu Sapientia dicit: (*c*) *Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabimur*; modo autem ſtultitia veſtra omnibus nota eſt. Hinc reliqua perſpiciamus.

(a) 1. Cor. 1. Redarguuntur multipliciter Græci. (b) Job. 13. (c) Prov. 17.

## *Conſtantinopolitanus*.

De ſuffocatis objectio.

Quomodo autem & ſuffocata hi tales comedunt, in quibus ſanguis tenetur: aut neſcitis, (*d*) ut omnis animalis ſanguis anima ipſius ſit, & qui comederit ſanguinem, animam comedit? Et idcirco ſecundum hoc nec Gentiles ex toto ſunt: illi occidunt, aut * plagantes comedunt.

(d) Levit. 17.

## *Romanus*.

Cur ex lege iſtud ſecundum vos per Chriſtum maledicta & derelicta mandatum nobis opponitis? Numquid vobis ſolis licet quidquid libet, ut modo ad legis patrocinium humiliter recurratis, & modo ab ea ſuperbe tamquam anathematizata reſiliatis? Nonne vetus lex, & non Evan-

(a) Ibid.

Quæ de cibis ſententia Pauli.

(b) Coloſ. 2.

(c) Rom. 14.

(d) Ibid.

(e) Matth. 15.

(f) Tit. 1.

(g) Rom. 14.

Evangelium, (a) interdicit ut omne ſuffocatum, & captum a beſtia non comedatur, quia anima omnis animalis in ſanguine eſt? Conſtat utique hoc mandatum ex illis eſſe, quæ carnali populo ad qualemcumque munditiam, ſeu juſtitiam carnis, non ad aliquam ſanctitatem mentis data ſunt ad tempus. Eſt enim de cibo unde Apoſtolus (b) dicit: *Nemo vos judicet in cibo*; ac ſi aperte diceret: Nemo vos velut Judæos diſcernat ab his, inter quos habitatis, in differentia ſcilicet ciborum, & in reliquis, quæ idem Apoſtolus adjecit. Quod autem hic judicare dixerit diſcernere, in Epiſtola ad Romanos liquet, ubi de diverſo jejunio quorumdam loquens, ait: (c) *Alius judicat diem inter diem: alius judicat omnem diem.* Quapropter quia ſicut idem ait: (d) *Alius credit ſe manducare omnia*: is qui manducat quædam, obſervans morem ſuæ provinciæ, & præcepta majorum ſuorum, manducantem non judicet. *Tu enim quis es, qui judicas alienum ſervum*, qui ſalva fide, & pura conſcientia comedit quidquid a majoribus ſuis comedendum accepit? ut enim Dominus ait: (e) *Non quod intrat in os coinquinat hominem*, & ſecundum Apoſtolum: (f) *omnia munda mundis, coinquinatis autem & Infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinata ſunt eorum mens & conſcientia.* Quod Romanis denuntians ait: (g) *Scio & confido in Domino* JESU, *quod nihil commune per ipſum, niſi ei, qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt.* Et poſt pauca: *Qui diſcernit, ſi manducaverit, condemnatus eſt, quia non ex fide. Omne autem quod non ex fide, peccatum eſt.*

Ob ſcandalum non ob immunditiam illicita.

(h) Ibid.

(i) Pſ. 73.

Sed quamvis omnia munda ſint, tamen ſecundum eumdem Apoſtolum, (h) malum eſt homini, qui per offendiculum manducat aliquid, quod frater modicæ fidei, & adhuc infirmus in fide credit immundum, & propter hoc non comedendum. Cui condeſcendere debemus in abſtinentia eſcarum hujuſmodi, ut poſſimus eum Domino lucrari, ne religionem Chriſtianam pro aliqua eſca incipiat abominari; & cibo noſtro perdatur frater, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Nos ergo, quamvis a Domino & ab Apoſtolis licentiam habeamus manducare omnia, quæ nec noſtræ, nec fraternæ ſaluti officiunt; conſuetudine tamen provinciarum, & præceptis majorum noſtrorum hactenus detenti, devitamus comedere nonnulla, non quia mala aut immunda ſunt, ſed quia aut nobis aliquo modo non expediunt, aut longo uſu in naturam jam verſa horrent. Nonne draco (i) populis Æthiopum eſca datus dicitur, & nonnullæ nationes quibuſdam veſcuntur, quæ aliæ penitus abominantur? Cur hoc, niſi quia unaquæque gens in ſuo ſenſu abundans, quædam ſibi aſſumpſit, quædam rejecit? Unde nos quoque abſque culpa in antidotis plurima percipimus, quæ ex ſerpentibus, & ex aliis quæ execramur, animantibus aſſumpta eſſe non dubitamus. Quod ergo infirmo qualiſcumque medicina, hoc fame pereunti qualiſcumque eſca. Et ſicut abominandus non eſt infirmus artificiali refectus ſanguine & cadavere aliquorum reptilium; ſic nec fame tabidus, ſi ſanguine & ſuffocato naturaliter ſuſtentat miſerabiles artus, potens etiam ad litteram cum beato Job (k) dicere: *Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.* (l) *Omnis enim creatura Dei bona, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.*

(k) Job. 6.

(l) 1. Tim. 4.

Uſus in cibo diverſus.

(m) Matth. 9.

(n) Rom. 14.

(o) 1. Tim. 1.

Et vos peregrinos egenos, & pauperes Chriſti nec inter Gentiles computatis, quibus nihil eſt mundum, quia aliquando qualicumque cibo retinent a Deo ſibi datum præſentis vitæ munus. Quare non potius ſignatas arcas pecuniæ, & promptuaria eructantia ex hoc in illud aperitis, & diſpergitis pauperibus, ut juſtitia veſtra maneat in æternum, & jam non ſit eis neceſſitas præſumere cibum inſolitum? Nunc autem uſuris & oppreſſionibus miſerorum ditati & elati calumniamini, ſi egens omnium ſuſtentetur aliquo, quod vos impinguati & crapulati abominamini, non attendentes *Dominum* (m) *miſericordiam malle, quam ſacrificium.* Qui primo menſis hominum poſt cataclyſmum admovit omnia, deinde certæ ſignificationis gratia uſque ad tempus removit aliqua, quaſi immunda, cum utique cuncta fecerit valde bona, & rationalis creaturæ vitium abominabile ſit apud eum, non quælibet irrationalium creatura rerum. Voluntas quoque hominum aliquando ſibi quædam vendicat, aliquando alienat, ceu Romani paucis annis ante magnum Conſtantinum porcinæ carnis eſum per Aurelianum Imperatorem ſibi vendicarunt. Et Græci nunc uſque urſinam alienarunt. Et certe ſi humanum judicium ſuper his interrogetis, immundior erit porcus reptilibus, ſordibus atque olido conſuetus vivere cœno, quam urſus ſaginatus glande, & reliquo ſuo pabulo. Sed ſive vos, ſive nos, quod a majoribus noſtris accepimus, aut uſu tenemus, comedendum ſic obſervemus, (n) *ut is qui non manducat, manducantem non ſpernat, & qui manducat non manducantem non judicet.*

Conſiderate tamen ad quantam ſtultitiam devoluta ſit veſtra ſapientia; quæ cum ab hominibus exquirere deberet finem præceptorum Dei, (o) ideſt *charitatem de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*; hoc ſolum exquirendum putat, an aliquando comederunt carnem urſinam. Cujus uſum quamvis non admittatis, admittentibus tamen pro crimine reputare non debetis, quibus E-

van-



Suffocata haud paſſim conceſſa.

(a) 1. Cor. 19.

(b) Id. 10.

(c) Marc. 10.

vangelica & Apoſtolica auctoritas omnia edenda conſtituit. Nec hoc dicentes ſuffocatum, & ſanguinem nobis contra vos defendimus. Antiquam enim conſuetudinem, ſeu traditionem majorum noſtrorum diligenter retinentes, nos quoque hæc abominamur, adeo ut ſanguine vel quocumque morticinio, aut aquis, ſeu quacumque negligentia humana præfocato apud nos aliquando veſcentibus abſque extremo periculo vitæ hujus, pœnitentia gravis imponatur: pro eo maxime, quia antiquas conſuetudines & traditiones majorum, quæ non ſunt contra fidem, leges Apoſtolicas arbitramur. Nam de cæteris, quæ aucupio, aut canibus, ſeu laqueo venantium moriuntur, Apoſtoli (a) præceptum ſequimur: *Omne quod in macellum venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam: Domini eſt terra, & plenitudo ejus.* Quod etiam ad convivium Gentilium vocatis conceſſit dicens: (b) *Si quis vocat vos Infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.* Dominus quoque pro mercede prædicatoribus ſuis providens alimoniam dixit eis: (c) *In domo recipientium vos manete edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt.* Ecce Dominus non dixit, quædam apud illos comedite, ſed indifferenter quæ apud illos ſunt.

Non cibus ſed ſcandalum vetitum.

(d) 1. Cor. 10.

(e) Matt. 15.

(f) Act. 15. 21.

Quapropter omnis homo, ſcientiam habens, ſi ſimpliciter edit & bibit, quidquid in macellum venit, aut quod ſibi apponitur, nullatenus eſt culpandus, quaſi inde aliquam immunditiam conſcientiæ ſuæ contrahat, quia non quod intrat in os, ſed quod procedit de ore, coinquinat hominem; nec eſca aliqua eſt in vitio, ſed immoderatus appetitus. Verum ne ſcandalizetur frater infirmus in fide qui putat aliquid commune vel immundum eſſe, ſi quis dixerit, hoc ſuffocatum eſt, vel morticinum non eſt comedendum, ut Apoſtolus de Idolothyto ait: (d) *Si quis dixerit, hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare propter eum qui judicavit, & propter conſcientiam, conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius.* Multa ſiquidem uſu, aut traditione majorum ita obſervamus, ut aliter facientes omnino abhorreamus, ſicut eſt non lotis manibus manducare. Quod quamvis juxta ſententiam (e) Veritatis non coinquinet hominem, tamen velut immundum exhorrere ſolet homo hominem non lotis manibus manducantem.

Sed forſan dicturi eſtis, non ſolum in veteri, ſed & in novo Teſtamento ab Apoſtolis (f) traditum Gentibus, ut abſtineant a ſanguine, & ſuffocato. Nec nos neſcimus: tamen pro loco & tempore nonnulla carnalia veteris legis mandata Apoſtolos obſervaſſe ſcimus; quando adhuc quaſi in quodam matutino crepuſculo tenebræ & lux confligebant, & intuentium oculos nunc huc, nunc illuc reducebant.

(g) Act. 1.

(h) Gal. 2.

(i) ibid.

(k) Act. 16.

(l) Ibid. 21.

(m) 1. Tim. 4.

Sic Apoſtoli in Judæa commorati aliquando claritate Evangelii expergefacti ab umbra legis recedebant; aliquando neceſſitate vel conſuetudine torpentes in eam recidebant. Denique (g) ſorte aſſociarunt ſibi Matthiam, & templum, in quo adhuc ſanguis animalium offerebatur, orationis gratia frequentabant. Ipſe quoque vertex Apoſtolorum Petrus (h) modo cum Gentibus edebat, modo ab eis timens Judæos ſe ſubtrahebat. Cujus coapoſtolus Paulus quamvis dixerit Galatis: (i) *ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit*; tamen dilectum diſcipulum propter ſubintroductos falſos fratres circumcidit; (k) & cum aliis purificatus in templo (l) ſacrificium legis exhibuit. Sed ubi ab anguſtiis Judææ excluſi amplitudine Gentium fuere potiti, mox quaſi catenis ſervitutis palam erepti, quotquot ad ſpiritualem gratiam attrahebant, a carnalibus ceremoniis legis avertere, non ceſſabant. Quod proculdubio ex præcedentibus & ſubſequentibus verbis Pauli intelligitur, ubi ſic proteſtatur: *Spiritus* (m) *manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere & abſtinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione Fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem, quoniam omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.*

(n) Tit. 1.

Ecce tantus Apoſtolus raptus uſque ad tertium cœlum, & in ipſum Paradiſum (n) ait omnia munda mundis, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, quia per verbum Dei & orationem ſanctificatur: & vos qui eſtis, qui attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquimini mendacium, ſcripta Latinis populis deſtinantes, ut relinquant mandata Dei, & quæ graviora ſunt legis, judicium ſcilicet & miſericordiam, & fidem, & ſequantur traditiones, & opiniones veſtras, quaſi uſque nunc nullos habuerint prædicatores ac patres, & neceſſe habeant a vobis doceri, quæ ſint elementa ſermonum Dei? Nempe inter alia velut ignaros omnium conamini inſtruere quid & qualiter præparatum comedant, & eos aſſeritis nec Gentiles eſſe niſi obaudiant; quia ut dicitis Gentiles occidunt, aut plagantes comedunt, quaſi Latini ſoliti ſint animalia viva, aut integra comedere. Nunquid archimagiri omnibus nationibus delegati eſtis? Et ſi forte alicui fame deficienti omne obſonium, vel victus deſit, avis autem aut ovis deſit, ſed ferrum abſit, ſatius erit eum inedia deficere, quam



quo-

quovis ingenio ea mactare & comedere? Itaque doctrinis variis & peregrinis nolentes abduci ſcimus & confidimus in Domino JESU, quia nihil commune per ipſum niſi ei, qui exiſtimat, quod commune eſſe illi commune eſt, ſicut Paulus docet (a) dicens: *Optimum eſt gratia ſtabiliri cor, non eſcis, quæ non profuerant ambulantibus in eis.* Sed jam inſiſtamus reliquis.

(a) Hebr. 13.

*Conſtantinopolitanus.*

Etenim Alleluja in Quadrageſima non pſallitis, ſed ſemel in Paſcha tantummodo, quod interpretatur Dominus venit, laudate, hymnum dicite, & benedicite eum. Ergo ſecundum hoc, neque Laudate, neque, Benedictus qui venit, pſallitis. Et iſtud vero Alleluja Hebraice dictum eſt.

*Romanus.*

Scimus Alleluja Hebraice dictum, & Latine interpretari *Laudate Deum*, ſed quod etiam, Dominus venit, aut, Benedictus qui venit, interpretetur, neſcimus, nec niſi a vobis hactenus audivimus. Porro ipſum Alleluja non ſicut calumniamini, ſolummodo in Paſcha cantamus, ſed omnibus totius anni diebus, exceptis novem hebdomadibus, quibus id intermittere a Patribus noſtris accepimus, ſcilicet quibus negligentias aliorum temporum diluere attentius debemus. Sicut enim quondam populus Iſrael in eremo peccatum idololatriæ in ſeipſo puniturus, & Ninivitæ pœnitentiam in prædicatione Jonæ acturi omnem ornatum ſuum, & delicias depoſuerant, & ſaccum, & cinerem ſibi impoſuerunt, nec tam peregrinis verbis ac exquiſitis, ſeu dulciſonis melodiis, ſed propriis ſermonibus & incompoſitis, ſive amaris ejulatibus ad Dominum clamaverunt: ſic & venerabiles Patres noſtri agere conſueverunt, & nobis agendum cenſuerunt. Unde ornamenta & divitias linguæ tempore quadrageſimali deponentes, paupertinum habitum noſtræ linguæ nobis imponimus, & ſtulti facti propter Chriſtum, nihil nos ſcire judicamus niſi ipſum crucifixum. Cujus diſtrictum præ oculis habentes Judicium, vinculati & gravati peccatis, tamquam idiotæ vix audemus vel in noſtro idiomate interpellare Deum. Nam ex libro Sapientis (b) didicimus, *quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Et tamen tunc jugiter hymnum dicimus Domino, atque Benedictus, qui venit, pſallimus, & omnem creaturam ad laudem ejus die noctuque invitamus, dicentes: *Laudate Dominum*, ſed ut prædiximus patria voce. Tunc quoque alium angelicum hymnum intermittimus, ideſt, *Gloria in excelſis Deo.* Denique hi duo ſolummodo hymni ab Angelis in novo Teſtamento inveniuntur decantati, Alleluja ſcilicet, (c) atque Gloria (d) in excelſis Deo. Quos pariter in Septuageſima intermittimus; quia peccato veteris hominis a conventu angelicæ jubilationis expulſi, in hujus miſeræ vitæ Babylone ſuper flumina (e) ejus ſedemus, & flemus dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus, dicentes adverſariis noſtris: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Siquidem vetus homo, vetus & novum canticum cantare poteſt, donec poſt hanc laborioſam vitam, quæ ſignificatur per Quadrageſimam, renovetur in agnitione ſecundum imaginem ejus, qui creavit eum per reſurrectionem JESU Chriſti ex mortuis.

(b) Eccl. 15.

(c) Apoc. 19.

(d) Luc. 2.

(e) Pſ. 136.

Nec tamen *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, in Quadrageſima omittimus, quam juſſit hymnus angelicus, & in novo Teſtamento decantatus: quia & in veteri prius fuit dictus, fidem videlicet perfectam patrum humiliter Deo offerens, nullum autem meritum bonæ operationis eorum attollens. Sic & nos interim in hac noſtræ peregrinationis Quadrageſima, ſcientes nos per fidem, & non per ſpeciem ambulare, ſed ſola fide apud Deum præſumimus ſupplici confeſſione dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, cui de operibus diffidentes cum Pſalmiſta proclamamus: (f) *Non intres in judicium cum ſervis tuis, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.*

(f) Ibid. 142.

Ratio redditur de tunc omiſſis alleluia.

Quod autem novem hebdomadibus Alleluja intermittimus, non incongrue per novem hebdomadas novem ordines Angelorum accipimus; quorum decimus ordo per ſuperbiam corruens angelicum numerum imminuit, & felicitatem perturbavit. Qui condolentes ſuæ diminutioni, & parem ruinam timentes ſibi, a perfecta laude Creatoris fuere præpediti. Quorum recuperationi, & conſolationi conſulens omnipotens Creator, primum hominem de limo terræ formavit, qui ſui generis multiplicatione damna cæleſtis patriæ reſarciret, atque Angelorum gaudia ſuppleret. Qua ſpe angelicus chorus admodum exhilaratus, nec mora ex lapſu ipſius hominis fuit conturbatus, unde ille novem ordinum concentus in laude Creatoris remanſit imperfectus, donec in Chriſto reſurgente reſurrexit prolapſus ille Protoplaſtus, ille augmento ſui collegii, & meliori ſpe angelicus exercitus gaviſus in novum Alleluja conſurrexit totus, & in eo perſtat devotus. Quem & nos pro modulo noſtro imitantes, a Septuageſima, quando lapſus Protoplaſti in Eccleſia recitatur, Alleluja novem hebdomadibus intermittimus, ſcilicet in Paſcha, ubi Chriſtus reſurgens a mortuis triſtitiam noſtram in gaudium vertit, & Alleluja reddit. Quod uti-



tique ſi non aliquando Latina Eccleſia decantaret, reprehendi a vobis non deberet; cum tamen in ſua lingua laudem Domini perſonaret. Nunc quæ ſit iſta veſtra ſuperbia miramur, quæ latrat Latinus non pertinere ad Deum, ſi Hebraice aut Græce non perſolvant ei hymnum & debitum officium, cum etiam Latina lingua principaliter confiteatur, quia Dominus JESUS Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Ipſa quidem cum Hebræa & Græca titulum crucifixi Domini complevit, & quæ erat noviſſima, facta eſt prima ferro & fide uſque ad adventum maligni Antichriſti, & benigni JESU Chriſti, defendens ſibi terrenam & cæleſtem poteſtatem. Hinc jamdiu calumniis veſtris reluctati breviter attingimus intentionem veſtri epilogi.

*Conſtantinopolitanus.*

Futilis increpatio.

Cur tantam deceptionem horum talium non aſpicitis, nec intelligitis, neque corrigitis populos, & voſmetipſos, ſicuti qui debent judicari a Deo? Non derelinquitis quod dicitur, quoniam hoc Petrus, & Benedictus, & Paulus & cœteri docuerunt? Decipitis voſipſos, & populum in iſtis. Quæ vero ſcripſi ea ſunt quæ Petrus, & Paulus, & cæteri Apoſtoli, & Chriſtus docuit, & ſancta atque Catholica Eccleſia ſuſcepit & cuſtodit religioſe, quæ & vos correcti cuſtodite.

*Romanus.*

Sicut ſufficienter monſtratur ſuperius, converſo ordine, & verſa vice procederent hæc rectius, ſcilicet ſi vos ſeductos, & ſeductores mature judicandos a Domino diceremus; quia volentes eſſe doctores, nec intelligentes quæ loquimini, neque de quibus affirmatis, ſanctorum Apoſtolorum & Catholicorum puram doctrinam humana præſumptione fermentatis, omnino decipientes vos, & alios in iſtis. Quæ autem nunc vobis ſcripſimus, Chriſtus docuit, & Apoſtoli ipſius, quæ ab eis, & a ſanctis Patribus ſancta & Catholica Eccleſia ſuſcipiens, religioſe obſervat, hactenus, quæ & vos correcti obſervate, ſi non vultis a Chriſto anathema eſſe.

S. Benedict. defenditur a Græcorum calumnia.

Porro Benedictus monachorum pater egregius in nullo a vobis eſt detrahendus, quia fide, doctrina, & vita præcipuus, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram aliquando declinavit a recta via, nec terminos, quos patres poſuerunt, eſt transgreſſus, nec leopardum curavit definire, ſed regulam diſcretione præcipuam cœnobitis tradere. In qua etſi conſtituit eſum carnium infirmis, & femoralia in itinere poſitis; abſit tamen, ut arbitraretur hæc duo peccata eſſe fornicationem, quam quidam veſtratium adeo ſibi defendunt, ut publice profiteri nec erubeſcant, nec metuant, tale eſſe fornicari, quale eſt, quolibet pomo refici. Unde & fornicantes Sarabaitas venerantur, femoralibus vero & carnibus in neceſſitate utentes cœnobitas omnino deteſtantur. Sed quod dicit Propheta: (a) *Væ his, qui dicunt bonum malum, & malum bonum.* Numquid vas electionis beatus Paulus alicubi inſit; neque carnibus aut femoralibus utentes regnum Dei poſſidebunt? qui tamen pleriſque locis vehementer inculcat, dicens: (b) *Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt, ideſt, fornicatores, & adulteros judicabit Deus.* Et omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus eſt; qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. Sequitur.

(a) Iſai. 5.

(b) Cor. 6.

*Conſtantinopolitanus.*

Rurſum de iiſdem.

Azyma vero, & cuſtodias ſabbatorum proiicite miſeris Judæis, ſimiliter & ſuffocata barbaris Gentibus, ut fiamus puri omnes in immaculata & recta Fide, & unus grex unius Paſtoris Chriſti. Cujus in cruce divino ſanguine inebriati, laudamus puri pure Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, univerſa moſaicæ legis, & ab eo cuſtodita derelinquentes ſine Deo Judæis, qui velut cæci perquirentes Chriſtum, lumen amiſerunt, permanentes in umbra ſicut inſipientes perpetuo.

*Romanus.*

Redargutio ex antea dictis.

Superius monſtravimus copioſe nec ſabbata, vel azyma nos Judaice obſervare, nec ſuffocata gentiliter manducare, ſed Apoſtolicam Catholicamque Fidem principaliter retinere, nec procaciter refugere; ſed humiliter confugere ad unum unius ſumme boni paſtoris ovile, qui poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis; quas vocem ſuam non alienorum recognoſcentes, & ſequentes carne ſua inſtanter cibat, & ſanguine potat, ut corde, ore, & opere collaudent ſanctam & individuam Trinitatem. Unde ſuper omnia dolemus veteres auras veſtro de pulmone hactenus non potuiſſe revelli, de quibus in actibus Apoſtolorum dicitur: (c) *Athenienſes ad nihil aliud vacant, niſi ad dicere, aut audire aliquid novi.* Sed jam profanas vocum novitates devitando, veterem pelliculam quantocyus abiicite; ne quod abſit, dicatur vobis ſponſi voce: (d) *Si ignoras te, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos.* Illos ſcilicet quos ipſe Paſtor in fine a ſorte humilium ovium ſeparat, quia laſcivi & petulci hic ſe in ſuperbia exaltare non ceſſant.

(c) Act. 17.

(d) Can. 1.

Deinde ſi univerſa Moſaicæ legis relinquimus Judæis, nulla honeſtas, aut ſanctitas remanebit nobis, ceu ex ſupe-

rioribus recolere poteſtis. Relinquantur ergo eis ſola carnalia mandata, & ſanctum ſæculare, in quibus cæci quærunt, quod invenire nequeunt, dum umbram ſectantes, exulant a luce; in qua umbra numeratur & ſabbatum veſtrum, Apoſtolo dicente: (a) *Nemo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut ſabbatorum: quæ ſunt umbra futurorum.* Porro ſicut ſine Deo ſunt Judæi, ſic & omnes hæretici. Verum ne quid ſit minus, quod ſequitur attendamus.

(a) Coloſ. 2.

### *Conſtantinopolitanus.*

Admonitio ad epiſc. Tranen.

Hæc autem, homo Dei, multoties, & ipſe cum populo agnoſcens docuiſti eos, & correctus ſcripſiſti multis talem conſuetudinem habentibus; & ut habeas ſalutem animæ tuæ, mitte principibus ſacerdotum & ſacerdotibus; & adjura, ut per hæc ſeipſos corrigant, & populum, ut mercedem & in iſtis habeant: & ſi hoc feceris, propono & per ſecundam ſcriptionem majora & perfectiora his ſcribere tibi fidei veræ oſtenſione & firmamento animarum, pro quibus Chriſtus poſuit animam ſuam.

### *Romanus.*

O viri cordati, perpendite hic, & cavete hæreticorum callidam ſubreptionem, qui per benedictiones, & dulces ſermones ſeducunt corda innocentium. Ecce hic ſpecialiter Tranenſem Epiſcopum Joannem, cui talia ſcripſiſtis, alloquentes, oleo peccatoris caput ejus impinguare fatigatis, dicentes: *Hæc autem, homo Dei, multoties cum populo agnoſcens, docuiſti eos, & correctus ſcripſiſti multis ſimilem conſuetudinem habentibus.* Sed nos e contrario per Salomonem dicimus vobis: (b) *Os quod mentitur occidit animam.* Neque enim præfatus Epiſcopus correctus a vobis aliquando talia populum docuit, aut cuiquam ſuper his ſcripſit. Quod ſi feciſſet, correctus a nobis fuiſſet, cum corruptus non autem correctus a vobis talia præſumpſiſſet. Sed ille qualiſcumque ſit in opere, ſanus tamen extitit in orthodoxa Fide juxta capacitatem ſuæ intelligentiæ. Unde nullis veſtris ſuſurrationibus acquieſcens adhuc, perſuaderi non potuit, ut alicui ſacerdotum has veſtras nenias pro correctione illorum & populi cum adjurationibus mitteret: & ipſe non ſolum nullam mercedem in his haberet, ſed inſuper gradus ſui periculum incurreret. Cui etiam, ſi vobis in veſtris nugis obediat, aliud mercedis repromittitis, ſcilicet vos ſecundo ſcriptum ire majora & perfectiora his veræ fidei oſtenſione, ac firmamento animarum, pro quibus Chriſtus poſuit animam ſuam.

(b) Sap. 1. Redarguitur mendacium ſcribentis.

Hæreticis perſimiles arguuntur.

In quibus plane promiſſis antiquum ritum hæreticorum retinetis, quorum ſermo ſicut cancer ſerpendo pollicetur curioſis faſtigium perfectæ ſcientiæ, ut pertrahat ad barathrum extremæ ſtultitiæ. Quorum vanitatem ſapientia Dei per Salomonem proprie demonſtrans, dicit: (c) *Mulier ſtulta & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens ſedet in foribus domus ſuæ in excelſo urbis loco, ut vocet tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo: Qui eſt parvulus, declinet ad me. Et vecordi loquuta eſt: Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior. Et ignoravit quod gigantes tibi ſint, & in profundis inferni convivæ ejus.* Hic plane hic efficax depictor veſtri; qui majora, & perfectiora ad oſtenſionem fidei, & firmamentum animarum pollicemini, invitando parvulos & vecordes ad aquæ furtivæ dulcedinem, & panis abſconditi ſuavitatem. Vere omnino aqua furtiva eſt, in qua rebaptizatis Latinos Catholice baptizatos, quod nullus Catholicus adhuc præſumpſit, ſcilicet, ut rebaptizaret aliquos in nomine ſanctæ Trinitatis ab ipſis etiam hæreticis baptizatos.

(c) Prov. 9.

Græcorum res reprehenſione maxime dignæ.

Vere omnino neſcio, ad quem panem abſconditum invitatis, quando vivifica & terribilia ſacramenta corporis & ſanguinis JESU Chriſti profanis pedibus conculcatis. Hæccine ſunt illa majora, & perfectiora, ut ſi tanta oblatio imponatur altari, quanta nequeat a miniſtris, vel a populo ſumi; idcirco debeat ſubterrari, aut in puteum ad hoc præparatum proiici? Hæccine quoque ſunt illa majora, & perfectiora, ut novus maritus, & recenti carnis voluptate revolutus, & totus marcidus Chriſti miniſtret altaribus; & ab ejus immaculato corpore ſanctificatas manus confeſtim ad muliebres transferat amplexus? Hæccine ſunt illa perfectiora, ut mulieribus Chriſtianis in partu, vel in menſtruo periclitantibus communio denegetur? Aut paganis baptiſmum interdicatur? Et parvulis morituris ante octo dies regeneratio per aquam & Spiritum ſanctum ſubtrahatur? In quo utique crudeliores Herode, non tantum in corpore, ſed & in anima quotidie trucidatis parvulorum innumerabilem populum, & deſtinatis ad ignem æternum. Numquid etiam inde eſt, quod hominis morituri imaginem affigitis crucifixæ imagini Chriſti? ita ut quaſi quidam Antichriſtus in cruce Chriſtus ſedeat, oſtendens ſe adorandum tamquam ſit Deus? Numquid & illud inde eſt, quod pejus ſit monachos femoralibus indui, & carnibus veſci, quam fornicari? Ideone clauditis Eccleſias Latinorum, & dirigitis ſcripta per totum mundum, ut ad hæc majora & perfectiora pertrahatis omnem Chriſtianum populum? Non ſunt hæc talia oſtenſio veræ fidei, ſed adinventio diaboli? nec ſunt firmamentum, ſed deſtructio animarum



rum. Pro quibus omnibus, & aliis, quos longum eſt ſcripto proſequi, erroribus, niſi reſipueritis, & indigne ſatisfeceritis, irrevocabile anathema hic & in futuro eritis a Deo, & ab ominibus Catholicis, pro quibus Chriſtus animam ſuam poſuit.

*Incipit Nicetæ cognomento Pectorati magni tunc nominis viri apud ſuos, preſbyteri & monachi monaſterii Studii libellus contra Latinos editus, & oblatus Apocriſariis Apoſtolicæ Sedis Conſtantinopoli, ſed confutatus ab eodem Humberto Cardinali Legato.*

NIceta monachus & presbyter monaſterii Studiorum, qui prænominatur Pectoratus, Romanis de azymis, & ſabbatorum jejuniis & nuptiis ſacerdotum.

Bona eſt dilectio ad proximum, omnium gentium ſapientiſſimi & nobiliſſimi Romani. Ex habitudine enim dilectionis ad proximum, & humilitas abundat ad eum qui habet illam. Ipſa autem abundans effecit participem ſui omnia diligere, omnia ſuſtinere, ut ait divinus Apoſtolus, (a) & non inflari adverſus proximum ſuum aliquando, neque ea quæ ipſius ſolius ſunt quærere, aut zelum habere adverſus eum, & altercationem, & æmulationem; omnia enim hæc dilectionem perſequuntur, & humilitatem, & faciunt hominem non ſecundum Deum ambulare, ſed ſecundum hominum libitum. Quod & Paulus arguit dicens: (b) *Cum ſit inter vos zelus, & contentio, & diſcordia, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?* Propter quod rogo veſtram charitatem humiliari vos propter Dei præceptum, & audire a nobis indignis & minimis. Requirentes enim ſæpiſſime ab illis, qui ex diverſis provinciis Romanorum peregrinantur huc, de azymis quid dicemus? De his in dilectione Chriſti hæc ad vos.

(a) 1. Cor. 4. Charitatem commendat.

(b) Ibid. 3.

Adverſus latinorum azyma.

Qui azymorum adhuc participant, ſub umbra legis ſunt, & Hæbreorum menſam comedunt, non autem rationalem & vivam Dei menſam, & nobis, qui credidimus, ſuperſubſtantialem, quemadmodum ſuperius exigere ſuperſubſtantialem docti ſumus panem. Quid enim eſt ſuperſubſtantialis, niſi quia nobis eſt conſubſtantialis? Alter autem nullus eſt nobis conſubſtantialis panis, ſed corpus Chriſti, quod conſimile nobis eſt ſecundum carnem humanitatis ipſius. Si autem animata eſt noſtræ maſſæ ſubſtantia, qua Verbum induit ſe; ergo non conſubſtantialem nobis panem comeditis, quia azymorum participamini. Azyma enim inanimata ſunt, ſicut ipſa rerum natura declarat, atque liquidius edocet. Intermixtum enim modicum fermentum in farina, & commixta ſibi ipſam unam efficit ſeipſam propter fermentum vivifica quadam virtute, & calefecit eam, & mobilem quaſi vivam operatur: quod in azymo fermento Phariſæorum, quod effugere nos ſermo admonet, (c) neque effectum eſt aliquando, neque fiet omnino. Divinæ enim effecti ſumus participes naturæ, cujus & participamur quotidie, qui communitatem habemus cum Chriſto, ſicut dicit & Petrus vertex: (d) *Gratia vobis & pax multipliciter in cognitione Dei, & JESU Domini noſtri.* Et poſt pauca: *Ut per eam efficiamini divinæ participes naturæ, non fermento autem azymo interfectorum Dei.* Divinam autem naturam quis, qui rationis eſt dominus, dicet aliquando azymum & mortuum fermentatum Judæorum, quod in ſacrificio, vos Deo offertis, quod in figura vivæ carnis Domini comeditis? Quomodo communitatem habebitis cum Chriſto vivente Deo, mortuum, ut dictum eſt, & infermentatum fermentum comedentes legis umbræ non novi Teſtamenti? Si enim & hoc dixeritis, ſed non ſic ſe habet. Inquit enim dilectus Chriſti Diſcipulus: (e) *Si dixerimus quia communitatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & non facimus veritatem; ſi autem in lumine ambulemus, ſicut ipſe eſt in lumine, communitatem habemus ad invicem, & ſanguis JESU Chriſti purificat nos ab omni peccato.* Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat; & quomodo habebit ſocietatem cum Chriſto qui eſt in lumine novi ſui Teſtamenti, & gratiæ? Nam qui in lumine ambulant, gratiæ panem comedunt, qui eſt corpus Chriſti, & bibunt ſanguinem immaculatum ejus, & ita habent ad invicem, & cum Chriſto ſocietatem, purificati ſicut dictum eſt, ab omni inquinamento. Azymum autem non eſt panis; neque enim compoſitus, neque per ſeipſum perfectus eſt, ſed indigens, ſemique perfectus, indigens plenitudine fermenti. Panis autem compoſitus per ſeipſum perfectus eſt, & pleniſſimus, ſicut ille, qui totum habet in ſe ipſo plenitudinis. Animadvertite, & attendite, quia in azymis nulla eſt vivens virtus; mortua enim ſunt. In pane autem, hoc eſt, corpore Chriſti, tria ſunt viventia, & vitam præbentia eis, qui ea digne comedunt: ſpiritus, aqua, & ſanguis, ceu & ipſe qui ſuper pectus Chriſti in cœna recubuit Joannes conteſtificatur in eo verbo: (f) *Tres ſunt qui teſtimonium dant, ſpiritus, aqua, & ſanguinis, & hi tres in uno ſunt,* videlicet in corpore Chriſti, quod & ſecundum tempus Dominicæ crucifixionis declaratum eſt, cum aqua & ſanguis ex immaculata coſta ipſius effluxit lancea percuſſa carne ipſius, (g) ſanctus autem Spiritus vivificuſque in deificata carne ejus permanſit. Quam comedentes in pane, qui immutatus eſt per ſpiritum, & effectus corpus Chriſti, vi-

(c) Matth. 16.

(d) 1. Petr. 1.

(e) 1. Joan. 1.

(f) 1. Joan. 5.

(g) Joann. 19.

vivimus, in ipſo, tamquam vivam, & deificatam carnem edentes. Sic autem & ſanguinem vivum & calidiſſimum ejus bibentes cum effluente aqua ex immaculata coſta ejus, mundamur ab omni delicto, ferventi replemur ſpiritu. Calidum enim, ut videtis, velut ex latere Domini calicem bibimus, quia ex viva carne & calida ſpiritu Chriſti calidiſſimus nobis ſanguis & aqua emanavit: quod in eis qui azyma comedunt, nequit fieri. Si autem mortuum infermentatum comeditis, o ſapientiſſimi, ut ſermo declaravit: cujus rei gratia gloriamini, dicentes quia non ſicut vos, ſale & fermento & aqua farinam temperamus, & ſic facimus oblationem azymorum noſtrorum, ſed aqua ſola & farina, & igni azymum conficimus, & in tribus his puram facimus noſtram oblationem.

Abutitur verbis Joannis.

Percunctamur igitur, vos, hæc tria, aquam, & farinam, & ignem ad quid accipitis, & cujus effigiem eſſe hæc æſtimatis? Carnis Domini? ſed non inquit dilectus Chriſto Joannes: (a) *Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent, aqua, farina & ignis.* Sed quid? ſpiritus, & aqua, & ſanguis, & hi tres in uno ſunt videlicet corpore Chriſti, ut dictum eſt, quod nos comedentes unimur incarnato propter nos & immolato Chriſto, concorporati ei, velut caro ejus ſumus ex carne ipſius, & os ex oſſibus ejus, ſicut ſcriptum eſt. Si autem ad increatam & incorpoream naturam ſanctæ Trinitatis aſſumitis, erraris, cadentes in hæreſim eorum, qui aſſerunt Deum paſſum, qui dicunt compaſſum fuiſſe carni, & eamdem ipſam deitatem ſuſtinuiſſe paſſionem. Non enim pariter Trinitas incarnata eſt, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ut conſpiciantur in ea hæc tria, aqua, ut dicitur, & farina, & ignis, & ut in figura ipſius faciatis azymum, & ſacrificium offeratis; ſed unus ex Trinitate Filius & Verbum Dei incarnatum eſt, ex caſtiſſimis ſanctæ Virginis carnibus homo effectus, & omnia ordinationis ſuæ perficiens crucifixus eſt carne, non paſſa divinitate ipſius. Carne igitur crucifixus, tradidit nobis edere per panem carnem ſuam, quam in ſpiritu ſancto ita vivam dicimus: (b) *Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis fractum eſt in remiſſionem peccatorum.*

(a) 1. Joan. 5.

(b) Matth. 26.

Male putat abuti ſcriptis Pauli latinos.

Quid ergo vobis in Chriſto fratribus noſtris, & legi, & quæ maledicta eſt in Chriſto, quoniam adhuc azymum infermentatum ejus comeditis! nova creatura ſumus in Chriſto, vetera tranſierunt. Paulum audite dicentem: (c) *Ecce facta ſunt omnia nova.* Si autem hæc comedere decernitis juſtum: cur non & circumcidimini? Chriſtus circumciſus eſt. Cur non & purificamini? Paulus etiam & hoc fecit. Et alia omnia ſimiliter ſervate veterum, ſicut & ii qui ea quæ legis ſunt faciunt, per quos nomen Dei in Gentibus blaſphematur, ſicut ſcriptum eſt: (d) *Non bona eſt gloriatio veſtra.* Ut & ego ea quæ Pauli ſunt, loquar ad vos: *Neſcitis*, inquit, (e) *quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?* & panis tandem non aymum efficitur? Sed quid hoc dicens Apoſtolus, ſcribit ad Corinthios: (f) Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Numquid ut vos, æſtimatis dicere de celebratione, quam vos in azymis celebratis? nequaquam. Sed quoniam illi hoc quidem deſpiciebant, quod aliquis novercam acceperat, & in antiquis conſuetudinibus falſæ ſcientiæ ſuæ gloriabantur. Volens autem eos converti Paulus, & ex vetere renovare malitia, velut per ſimilitudinem hanc fermenti, dico, & maſſæ oſtendit eis, quoniam unum malum tamquam modicum contemptum, magnam in toto corpore Eccleſiæ faciat læſionem. Propter quod, inquit, adiiciens: (g) *Et non luctum habuiſtis, ut auferatur de medio veſtri, qui hoc opus operatus eſt.* Poteſt enim, inquit, iniquitas iſta ad omnes veſtras urbes tranſire, & tamquam modicum fermentum totam maſſam fermentat, ſic omnes apprehendere & fermentare, & unam maſſam majoris iniquitatis operari. Expurgate, inquit, (h) vetus fermentum peccati, tollite hoc ex medio veſtri, ut efficiamini Chriſto nova conſperſio, ſicut eſtis baptizati, id eſt azymi, & puri mortificati mundo, & deſideriis carnis. Etenim Paſcha noſtrum hoc eſt. Quoniam, ut eriperet nos ex iniquitate ac morte, immolatus eſt Chriſtus. Qua de re inquit; (i) *Epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis* hoc eſt puræ vitæ & fidei, qua in Deum credimus, & veraces oratores ejus efficimur. Sic & magnus Gregorius Theologus hoc verbum accepit, & ita eſt.

(c) 2. Cor 5.

(d) 1. Cor. 5.

(e) Ibid.

(f) Ibid.

(g) Ibid.

(h) Ibid.

(i) 1. Cor. 7.

Apocryphis abuſi canonibus

O ſapientiſſimi, ea quæ mentis Apoſtolicæ locutionis ſunt intelligite, & non quemadmodum hoc vos accipitis de azymorum feſtivitate & participatione. Si enim de azymis, & de celebratione eorum Corinthiis Paulus (k) præcepiſſet, & eos in azymis epulari juſſiſſet, non promulgaſſet cum undecim, & omnem reducens Eccleſiam Fidelium in ordinem in ſeptuageſimo canone cum excommunicatione præcepiſſet omnibus, hujuſmodi cauſam a Judæis nullatenus accipi: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, & acceperit feſtivitatem eorum munera, ut ſunt azyma, aut aliquid hujuſmodi, deponatur; ſi autem laicus, ſequeſtretur. Si autem dicitis, quia ab Hebræis non accipimus, ſed domi facere conſuevimus; cur hoc? Sive ab illis accipiatis, ſive domi faciatis, azyma ſunt. Et juxta hoc graviorem pœnam habebitis, quoniam relinquitis agere quæ juſſa

(k) Ibid.



ſunt vobis a Chriſto & ab Apoſtolis ipſius, facientes velut illi qui ſub ſervitute legis ſunt, qualia Judæi faciunt, in umbra & tenebris legis ſedentes, nullatenus dicenti Paulo credentes: (a) *Fratres unuſquiſque in eo ordine, in quo vocatus eſt, in ipſo permaneat.* Non enim invenietis omnino in divina Scriptura, quoniam azymum dictum ſit a Chriſto, aut Apoſtolis ejus cum adminiſtraretur ab illo novi Teſtamenti myſterium. Paulus enim Corinthiis ſcribens dixit: (b) *Diſcernere vos oportet calicem benedictionis, quem benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Panem quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Quoniam unus panis, unum corpus multi ſumus: etenim omnes ex uno pane participamur.* Et iterum: (c) *Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Quoniam Dominus JESUS in qua nocte tradebatur accepit panem:* accepit panem & non azymum, & benedicens fregit & dixit: *Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangetur, Hoc facite in meam commemorationem.* Et non ſemel dixit panem, ſed etiam ſæpe.

(a) Ibid.

(b) Ibid. 10.

(c) Ibid. 11.

Et non hic ſolus dixit, ſed & cæteri Apoſtolorum. Et Matthæus quidem ait: (d) *Cœnantibus autem illis, atque comedentibus accipiens JESUS panem.* Accipiens panem, & hic inquit, *& benedicens fregit, & dedit Diſcipulis ſuis,* & dixit: *Sumite & comedite hoc eſt corpus meum.* Similiter autem & hoc Marcus (e) inquit, & reliqui, & nequaquam azymum ab eis commemoratur. Quoniam quidem oportebat pati Chriſtum ſecundum diem legalis paſchæ, in qua & agnus ab Hebræis immolabatur. Oportuit enim fieri paſcha ab interfectoribus Dei in ſexta feria, in qua tandem & quartadecima Luna erat juxta primum menſem, in quo contigit evenire in DXXXIV. annos. Cyclus enim ſolis erat xviii & v. Lunæ, ut non adhuc traditus præveniſſet proprium paſcha Diſcipulis tradere, recumbens in cœna ſecundum veſperum quinti diei, poſtquam cœnavit accepit panem & fregit, tradidit Apoſtolis myſterium novi Teſtamenti, & nocte quintæ feriæ, in qua traditus eſt a Juda, ſicut ſcriptum eſt. Sed quid dicit Apoſtolus? (f) *Accepit panem, & benedicens fregit.* Ecce & Lucas (g) panem accipere Chriſtum dixit, & non azymum. Non enim adhuc erat ſextæ feriæ dies. Tertia decima erat Luna in illa quinta feria, & non erat azymum, neque adhuc ablatio fermentati. Azyma enim in quintadecima Luna promulgata erant in lege, ut in quartadecima die ad veſperum agnus immolaretur, & in quartadecima die Lunæ primi menſis paſcha appellaret, lex quartamdecimam diem primam azymorum, & Sabbatum nominaret.

(d) Matth. 26.

Error Græcorum in calculo Paſchæ.

(e) Mar. 14.

(f) 1. Cor. 11.

(g) Luc. 22.

Non ita ſed vere legitimum Paſcha egit Chriſtus.

Proh dolor! ob inſipientiam illiteratorum. Non erat azyma in quinta feria, cum eſſet Luna tertiadecima, & non quartadecima. Secundum quintamdecimam Lunam fuerat inſtitutum azyma fieri ſicut & agnus, ad veſperum quartædecimæ diei juſſus eſt immolari, ſecundum quam immolatus eſt Chriſtus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Si autem Chriſtus immolatus eſt & crucifixus in quartadecima die Lunæ feriæ ſextæ; in Sabbato autem erat feſtum azymorum, quando azyma comedit, & Apoſtolis ſuis facere in novo Teſtamento tradidit; quomodó dicitis ab Apoſtolis accepiſſe vos facere azyma jam poſt reſurrectionem a mortuis? Non videtis, quia manifeſte ex rebus arguimini, quoniam non tunc erant azyma, cum myſteria novi Teſtamenti traderet Apoſtolis Chriſtus. Oſtendam vobis hoc ex legiſlatione Moyſi. Loquitur enim: (h) *Hæ ſunt feſtivitates Domini, & ipſæ ſanctæ, quas vocabitis in temporibus ſuis. In primo menſe in quartadecima die menſis inter medium veſperum erit paſcha Domino, & in quintadecima die menſis hujus feſtum azymorum Domino. Septem enim diebus azyma comedetis.* Ecce enim & ex legiſlatione Moyſi didiciſtis, quoniam non tunc azyma, quando poſt cœnam, ſecundum diem quintæ feriæ Chriſtus tradidit per fractionem panis novi Teſtamenti myſterium. Ante feſtum autem azymorum hoc fecit, cum eſſet tertiadecima dies menſis. Quintadecima enim die menſis, ut legiſlatio habet Moyſi, erat feſtum azymorum, & Chriſtus in feria ſexta crucifixus ſecundum quartamdecimam diem menſis, quando debebant Judæi immolare agnum. Sabbato autem ſecundum quintamdecimam diem menſis, cum eſſet feſtum azymorum, in ſepulchro jacuit ſepultus. Azyma ergo nondum erant ante feſtum azymorum in toto anno ipſo. Septem enim diebus comedebant azyma Judæi, ceu inſtituit Moyſes, in quintadecima die primi menſis incipientes feſtum horum. Ubi reperta ſunt azyma, quando cum Diſcipulis ſuis cœnam comederet Chriſtus?

(h) Exod. 12. Levit. 23. & num. 9.

Error Græcorum de tempore Paſchæ.

Si enim ſicut dicitis, a Domino Apoſtoli acceperunt azyma, & illi iterum tradiderunt vobis hæc in figuram corporis Chriſti, in myſterium novi Teſtamenti, dum nec oblatio panis fieret ſecundum conſtitutionem Moyſi, neque erant tunc azyma; ubi reperta ſunt? Quomodo autem obliviſcimini legiſlationis Moſaicæ? ſeptem namque ſolis diebus facere tradidit vobis. Sed vos in toto anno conculcatis inſtituta Moyſi. Et Chriſtus non venerat ſolvere legem, ſed adimplere. Vacue enim veritati obſiſtitis fratres. Si enim traditum vobis fuit ab Apoſtolis comedere azyma, quomodo Agathon ſanctiſſimus Papa, veſter præceſſor, cum præeſſet ſanctæ Sextæ Syno-

Provocant ad falſum Can. ſextæ Synodi.

do

do ſub Conſtantino Imperatore & divinus Gregorius Agrigentinorum Epiſcopus non obſſitere, cum ſanctæ hujus Synodi divini Patres adverſum azyma legem conſtituiſſent, a nemine Fidelium hoc fieri? Et ut oſtendam vobis horum legiſlationem contra azyma, adiicio rationi & canonem ipſorum ſic habentem in undecimo capitulo. *Nemo in ſacerdotali conſtitutus ordine aut laicus ea, quæ apud Judæos ſunt azyma comedat, aut cum eis cohabitet, aut in infirmitatibus eos invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur: ſi quis hoc agere tentaverit, ſi quidem clericus fuerit, deponatur; ſi autem laicus, ſequeſtretur. Qui azymum conficit & comedit, & ſi non acceperit hoc a Judæis, ſed imitator fuerit in hoc, ut Judæus intelligit, & extra legem eſt, quemadmodum, & ſi circumciderit quis ſeipſum, aut a Judæis circumciditur, ſimilis in ſcientia eſt illis, canoneſque & inſtituta Apoſtolorum ſanctorumque Patrum tranſgrediens, irrita omnia facit*, ut ratio noſtra demonſtravit. Sed de azymo ſufficienter vobis, quod prohibitum ſit ab omni ſcriptura divina, demonſtravimus.

De jejunio ſabbati vetus quæſtio.

Age nunc, quia cuncta demonſtravimus vobis, & ſubito memoriæ ſuggeſtum eſt nobis de jejunio ſabbatorum, quoniam inſultatis nobis. Unde jejunatis ſabbata? ex qua ſancta ſcriptura accepiſtis? Ab Apoſtolis? nequaquam. Apoſtolorum vertices in quinto quidem libro ordinationum, qui de Martyribus inſcribitur juxta Clementem, quartam feriam & ſextam præceperunt nobis jejunare, unam quidem propter traditionem, alteram propter paſſionem. Ipſum autem ſabbatum non tradiderunt jejunare, quoniam non oportet præter illud ſolum, eo quod Creator omnium ſub terra fuit. Unde juxta calcem libri iterum ſic loquitur: Omne quidem ſabbatum, & omnem Dominicam celebrandam eſſe dicimus. Gaudere enim oportet in his, & non lugere. Septimo quidem libro earum conſtitutionum juxta vigeſimumquartum capitulum hoc inquiunt: Sabbatum namque & Dominicam celebremus; quia illud quidem divinæ operationis eſt, hæc vero Reſurrectionis. Unum vero tantum ſabbatum cuſtodiendum eſt in toto anno ſepultura Domini, quo jejunare oportet. Quando enim Chriſtus in ſepulcro jacuit, Diſcipuli potentiorem circa eum fletum habebant, quam gaudium ex memoria divinæ operationis. Verumtamen hoc myſtice per Clementem Papam conſtituentes, non ſteterunt hic, ſed ſcientes magnam damnationem eſſe jejunare ſabbata, excommunicatione valida ligant ex hoc Eccleſiam. Dicit enim in ſexageſimoquarto canone: *Si quis clericus inventus fuerit Dominicam diem jejunans, aut ſabbatum præter unum ſolum, deponatur; ſi autem laicus, ſequeſtretur.* Hoc autem exequentes, & qui in Sexta Synodo Patres convenerunt hinc ſic promulgant: Sanctæ præſidente Synodo Agathone Papa Romæ, & Gregorio cum eis Agrigentinorum Epiſcopo præſente: *Quoniam quidem dicimus eos, qui in Romanorum Urbe ſunt, in ſanctis Quadrageſimæ jejuniis eadem ſabbata jejunare extra traditam ſibi Eccleſiæ conſequentiam; placuit ſanctæ Synodo, obſervare Romanorum Eccleſiam immobilem canonem, dicentem: Si quis clericus fuit inventus, & cætera*, quæ deinde ſcribit. Hæc igitur ſi conveniunt Apoſtolicis conſtitutionibus & canonibus, fidelium Eccleſiam ligant cum Papa Romæ Aghatone: vos unde aliter, & ex quo jejunare ſabbata accepiſtis?

Cur die jejunii non ſacrificent.

Quin etiam oblationem perfectæ Miſſæ per omnem diem facere in ſacris diebus jejuniorum ſicut ſabbato, & Dominico die, unde aſſueviſtis; & a quo doctore accepiſtis? Ex Apoſtolis? nullatenus; Apoſtoli enim ex hoc poſuerunt canonem ſic loquentem: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, vel diaconus, aut lector, aut cantor ſanctam non jejunaverit Quadrageſimam, quartamque & ſextam feriam, deponatur, niſi infirmitate corporis impediatur. Miniſtrantes ergo atque complentes miniſtrationem ſacræ Miſſæ ſecus tertiam horam diei, in qua & promulgatum eſt offerri ſacrificium; quomodo jejunium uſque ad horam diei nonam obſervatis, ſolventes hoc in tempore miniſtrationis Miſſæ? Nequaquam. Si autem hoc impoſſibile eſt, maledictione plectemini. Qui in Gangreno fuerunt Patres Concilio in xix. cap. talia effantur: *Si quis continentium ſine corporali neceſſitate elatus fuerit, & conſtituta jejunia in commune, & obſervata ab Eccleſia diſſolverit, præſumendo ſibi perfectam rationem, anathema ſit.* Similiter Patres, qui in Laodicenſi fuere Concilio ſecundum quinquageſimum canonem ſic effati ſunt: *Quia non oportet in Quadrageſima Martyrum natalitia celebrari, ſed Sanctorum commemorationem facere in ſabbatis & Dominicis diebus.* Et juxta quadrageſimumoctavum canonem item ajunt ipſi, quod non decet in Quadrageſima panem offerri niſi in ſabbato, & Dominico ſolo.

Rurſum falſis nituntur Can. ſextæ ſynodi

Et qui in Sexto univerſali Concilio convenerunt Patres, ſimiliter juxta quinquageſimum ſecundum canonem ſanciunt cum ſanctiſſimo Agathone Papa, dicente ſic: *In omnibus ſanctis Quadrageſimæ jejuniorum diebus ſine ſabbato & Dominico die, & ſine ſanctæ Annuntiationis die fiat Miſſa ex ante ſanctificatis oblationibus.* Sic ergo accipientes nos ſabbato & Dominica die ſecus tertiam diei horam, in qua & Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Diſcipulos immolantes, in ipſis ſanctificamus munera, ex quibus ſufficientia in tota hebdomada conſervamus. In aliis autem diebus hebdomadis juxta tempus ho-





ræ nonæ diei concludentes omnem miniſtrationem in conſummationem completorii, agimus nos ſacerdotes cum diaconibus ingreſſum, thuribulum ſolum ferentes: & poſt lectionem Prophetarum conſtitutas orationes a magno Baſilio facientes appoſitionis altario, & orantes cum ipſis. Inſuper autem & traditam nobis a Domino orationem dicentes exaltamus præſanctificatum panem, & dicimus per ſanctificata: *Sancta ſanctis.* Et uniti communicamur pane, & calice myſteriorum Chriſti. Et ita agentes gratias Deo, relinquimus eos atque dimittimus ex congregatione, ſumentes nos communem menſam per folia & legumina, & calidam aquam, qui voluerint. Sunt autem & alii, qui ſola communione, & benedictione per totam perſeverant hebdomadam. Vos autem referentes per unumquemque diem perfectam in Quadrageſimæ miniſtrationem, quæ congrua eſt juxta canones Eccleſiæ, & in hoc maledictioni Patrum ſubjacetis, ſicut dictum eſt.

De vetitis nup. ſacerdotum vana reprehenſio.

Quis ille eſt, qui tradidit vobis prohibere, & abſcindere nuptias ſacerdotum? quis ex Doctoribus Eccleſiæ hanc vobis tradidit pravitatem? Si quidem non nupſerit, manum impoſitionis accipiet, & ita ad nuptias ruit, qui ordinatus eſt, innuptus legitime, hoc eſt, ſecundum canones facitis hujuſmodi nuptias prohibentes. Si autem ante habuerit uxorem ille, qui ordinatus eſt ſacerdos, perſeveraveritque in caſtitate, magnaque vita, nuptias ejus ſolvitis, tranſgredimini, & ex præcepto Apoſtolicorum canonum oſtendam vobis. In ſexto enim libro Clementis ordinationum, quæ ab eo conſcriptæ ſunt, juxta ſeptimumdecimum capitulum Apoſtoli hæc dicunt: *Epiſcopum & presbyterum & diaconum dicimus, qui unam habent uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ, non licet eos poſt manuum impoſitionem innuptos eſſe, nec inſuper ad nuptias ire, aut ſi nupſerint, alteras amplecti, ſed ſufficere quas habent, cum ad ordinationem venerunt.* In quinto ſanctorum canonum ita fatur in ſecundo capitulo: *Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus uxorem ſuam non abiiciat obtentu religionis; ſi autem abjecerit, ſequeſtretur, perſeverans autem deponatur.* In Quadrageſimo vero canone inquiunt palam: *Propriæ Epiſcopi res.* Et poſt pauca: *Nec occaſione Eccleſiarum rerum cadere Epiſcopum ab eis, quæ ſunt Epiſcopi in mulierem, & pueros, & propinquos: nec per occaſionem eorum, ea quæ Eccleſiæ ſunt, ſubtrahat.* Et deinde: *Si quidem ſunt, qui prohibeant ſacerdotes legitimis convivere conjugibus.* Non ita vertices Apoſtolorum expoſuerunt Eccleſiaſticos canones. Si autem dixeris, Eccleſiam non recipere, de muliere Apoſtolos dixiſſe: tunc infidelis apparebit ſermo tuus ac vacuus, cum ſacris canonibus ipſorum, qui a nobis prædicti ſunt, non abiicere Epiſcopos ac presbyteros occaſione religionis uxores, ſanxerint, & ut non caderent res Epiſcoporum ex poteſtatibus eorum propter filios & mulieres ipſorum.

† Iſta tu commenta Græcorum detecta vide ſuperius ſuo loco Annalium, cum de ſexta Synodo prolixior habita eſt tractatio.

Si autem aliquis dixerit de ſancta & univerſali Sexta Synodo, quod non Papam Romæ ſanctiſſimum Agathonem, † ut ſæpiſſime diximus, præceſſorem habuit ipſa CLXX. Patrum ſub Conſtantino Imperatore, nepote Heraclii, & patre Juſtiniani; quomodo obſtitit divinus Agathon ſanctæ Synodo ſancienti adverſus hos impios, quos uſque nunc habetis? Si vero ab Apoſtolis has haberetis traditiones, obſiſteret forſitan, & non ſuſcepiſſet hæc, quæ apud nos ab ea promulgata ſunt: Papa cum eſſet, videtur quoniam adulteras cognoſcebat traditiones ipſas & extraneas ab Apoſtolorum doctrina, propterea pariter cum Patribus ſacræ Sextæ Synodi ſicut de azymis, & jejuniis ſabbatorum, & ſacræ Miſſæ myſteriis, ſic & de nuptiis ſacerdotum promulgavit dicens in tertiodecimo cap. Quia in Romanorum Eccleſia in Ordine canonis tradi cognovimus, conjugati diaconi aut presbyteri dignas manuum impoſitiones non fieri; ut non amplius a ſuis diſiungantur conjugibus nos antiquum exequentes canonem Apoſtolicæ diligentiæ & ordinationis ſanctorum virorum copulationes ſecundum legem, & amodo valere volumus, nullatenus a conjugum copulatione diſſolventes; aut privantes eos ob invicem ſecundum tempus congruum locutionis, quia vere ſi quis dignus inventus fuerit manus impoſitione ſubdiaconus, & diaconus, aut preſbyter hic nullatenus prohibeatur ad hujuſmodi gradum aſcendere conjugi cohabitans legitime, neque in tempore ordinationis exigatur confiteri ad legem propriæ locutionis propter propriam uxorem. Et poſt pauca: *Si quis ergo præſumpſerit extra Apoſtolicos ordines motus, quemdam ſacrorum presbyterorum, & diaconorum privare a copulatione legitimarum mulierum, a communione ſequeſtretur. Similiter ſi quis presbyter, aut diaconus collectaneam ſuam occaſione religionis projecerit, ſeparetur, perſeverans autem deponatur.*

Carentes veritate convertuntur ad calumnias.

Unde igitur vobis, & ex quibus hæ horribiles infirmitates ſupervenerunt, o viri Romanorum ſapientiſſimi, & omnium aliarum gentium nobiliſſimi? Æſtimo quod quidam ex Judæis in tempore Apoſtolorum credentes, vana lucra cupientes, & pecuniarum amatores reperti volentes multos Fidelium abſtrahere ex Evangelio, hoc eſt ex Fidei prædicatione, corrupti, dum prædixiſſent eis. In hoc & Chriſtianitas, & Judaiſmus corrupta ſunt. De quibus Joannes fatus eſt: (a) *Si enim fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum.* De his, dicens,

(a) 1. Joann. 2.

* Cleobolum.

qui circa Simonem & Deman, Nicolaumque & * Cleobium ſe ſubtraxerunt. Reliqui autem verticum in ſeptimo libro inſtitutionum juxta ſextumdecimum caput liquidius dixerunt: *Scimus enim*, inquiunt, *quia hi, qui circa Simonem & Cleobium, & Judam conſcripſerunt libros in nomine Chriſti, & Diſcipulorum ejus, circumferunt ad ſeductionem veſtram, & eorum qui diligunt Chriſtum, & nos ſervos ipſius; & in veteribus quidam conſcripſerunt libros apocryphos Moyſi, & Enoch, & Adam, Iſaiæ, & David, & Heliæ, & trium Patriarcharum, corruptiones facientes atque veritatis inimicos libros*. Sed & Paulum Domini Apoſtolum hæc præſcientem, ut æſtimo, ad vos aſcendiſſe hujuſmodi ſeductores, dolum texentes vobis, Philippenſibus ſcribere: (*a*) *Videte canes, videte malos operarios, videte abſciſſionem*. Et Timotheo iterum: (*b*) *In ultimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus errorum, & doctrinis dæmonum in hypocriſi loquentium mendacia, & incedentium propria conſcientia, impedientium nubere, & abſtinere a cibis, quos Deus creavit*. Et ea quæ exinde. Propter quod & Tito præcepit: (*c*) *Argue eos*, inquit, *duriter, ut ſani ſint in Fide, non attendentes Judaicis fabulis, & præceptis hominum ſubvertentium veritatem, quam ob rem diligentiſſime inquiſivimus*. De cætero circa hæc, o fratres ne aliquando ex his quæ dicta ſunt, & redarguta a nobis mendacia, dico ne adhuc azyma, ſabbatorum jejunia, nuptias ſacerdotum, & in jejuniis oblationem accipiatis; ſed ſcientes nunc, quod pravus eſt eorum uſus ex omni a Deo inſpirata ſcriptura; fugite quæ hujuſmodi ſunt actitare, cum ſitis Eccleſiæ Dei, & totius orbis ſemper ſplendidus oculus, aut uniti nobis veſtris confratribus, quos per jam dicta ſcidiſtis, cum ſitis corpus Chriſti, revelata facie gloriam Domini in concentu, & unitate cum orthodoxa Fide conſpeculemur, & imaginem ejus transformemus in nobis demonſtratione una & ipſius ad gloriam ſempiternam, ſicut a Domini ſpiritu, quoniam ipſe eſt caput noſter Eccleſiæ corporis, & in eo ſicut in uno corpore omnes nos conjungimur. Hæc vobis Romanis.

(*a*) *Philip.* 3.
(*b*) 1. *Tim.* 4.
(*c*) *Tit.* 2.

Concluſio.

Si ergo poſſumus vos, qui eſtis homines, ad credulitatem nobiſcum reducere per ea, quæ diximus, & docendo vos ex divina Scriptura arguimus; gratiæ Deo & vobis ſcientibus bene Spiritui ſancto credere, & proſequi rationem jam dictam ex ſcripturis. Si vero aliter tenetis; date nobis teſtimonia ex divina Scriptura conſiſtentia. In quibus volo benevolos vos eſſe, ut ſupra ſedes intelligentiæ requieſcatis, & nos, ſcientes obedire inenarrabili ratione ſpiritus, tacere omnia quæ ad vos ſcripſimus. Salutamus vos in Chriſto JESU Domino noſtro, cui eſt gloria & potentia cum Patre & Spiritu ſancto nunc & ſemper in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Explicit libellus.*

*Incipit reſponſio ſive contradictio a fratre Humberto Epiſcopo Silvæcandidæ conſcripta Conſtantinopoli adverſus Nicetam cognomento Pectoratum.*

SI diligenter ſanctæ Chalcedonenſis Synodi quartum conſideraſſes caput, quiete monaſtica, & jejuniis atque orationibus in monaſterio tuo contentus, nequaquam Eccleſiaſticis rebus communicaſſes, nec importunitatem intuliſſes. Quaproter ſexcentorum xxx. Patrum concordi decreto a communione es ſuſpenſus, ne per te nomen Domini blaſphemetur. Decet enim unamquamque profeſſionem ſe ſub menſura ſui habitus, & gradus cohibere, ne conturbet Eccleſiæ dignitatis ordinem totum, dum non ſuo contentus officio, præripere quærit alienum. Sed væ tibi Sarabaita, qui nulla cœnobitali es animatus diſciplina, voluntate atque voluptate ductus propria contra ſanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam, & omnium ſanctorum Patrum Concilia horribiliter latraſti; & ſtultior aſino, frontem leonis, & murum adamantinum frangere tentaſti. In quo utique conatu non es victor erroris, ſed victus errore, nec presbyter, ſed inveteratus dierum malorum, & puer centum annorum maledictus, potius dicendus Epicurus, quam monachus: nec credendus es degere in monaſterio Studii, ſed in amphitheatro aut lupanari, quo (ſicut quidam Patrum dixit) quicumque vult, intrat, & ſolvit aſinum. Qui etiam vere prænominaris Pectoratus, quoniam cum ſerpente antiquo ſuper pectore ſuum graderis. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Acris ſed juſta reprehenſio.

Deinde deteſtabilior omni veneficio, labia mortiferi poculi melle charitatis & bono odore humilitatis imbuens, ex prædictis virtutibus delectabile exhibuiſti procemium, ut prægustata dulcedo faceret incunctanter abſorberi fel draconum & reliquum veneficium. Sed væ ei qui potat amicum ſuum potione turbulenta. Quam ideo neceſſarium duximus ſubtiliori linteo colatum iri, ut modus concinnationis ejus, & potentia aliquatenus poſſit deprehendi, & deinceps caveri; quia ingreditur blande, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Ecce in ipſo latratus tui veſtibulo tria propoſuiſti, de azymo ſcilicet, de ſabbato, de ſacerdotum nuptiis. Ex quibus tot & tanta evomuiſti ut in pervertendo divinas ſententias non inferior videaris perverſis & rabioſis canibus Juliano & Porphyrio. Denique divini eloquii ſcalam ad cœlos ſubvectam, quantum in te fuit, retorſiſti ad inferos, ne cum Angelis ſcanderes ad Catholicos, ſed cum apoſtatis deſcenderes ad hæreticos. Inde eſt quod S. Romanæ & Apoſtolicæ Sedis ſacrificio detrahens falſiſſime definiſti, nos menſam Judæorum comedere. Quod ſatis oſtenditur in ſuperiori noſtra narratione, ubi commentis complicum tuorum, Michaelis ſcilicet Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani voluimus obviare. Nec eſt neceſſe eadem nos toties repetere; quia ſtupæ collectæ, & paleæ congeſtæ zizaniiſque colligatis una poteſt flamma ſufficere. Unde ea tantum decrevimus leviter ſuccendere, quæ ſolus videris plus illis congeſſiſſe.

Quæ redarguat.





Itaque quod dixiſti conſubſtantialem & ſuperſubſtantialem idem eſſe, omnino eſt futile, quia Dominus Jeſus quamvis nobis humanitate ſit conſubſtantialis, divinitate tamen, qua eſt Patri conſubſtantialis, eſt nobis ſuperſubſtantialis. Sic & humanæ menſæ panes, licet ſint conſubſtantiales ſibi, menſæ tamen divinæ panis ſuperſubſtantialis eſt eis. Et o mentite Deo, & aperte impugnator ſancti Evangelii, ubi & quando dixit Veritas veracis Patris Filius: *Cavete ab azymo fermento Phariſæorum*? Numquid azymum quolibet modo poteſt dici fermentum; quando azymum dicatur, eo quod abſque fermento ſit? & ubicumque fermentum fuerit, neceſſe eſt, ut aut fermentum efficiat, aut fermentum permaneat. Cum ergo fermentatum non ſit ſine fermento, nec fermentum aliquando poſſit eſſe ſine ipſo, quomodo ſaltem ſomniare auſus es azymum fermentum? Sed quamvis talia dicendo, telas araneæ texueris; muſcas, & culices, ſeu vermiculos aberrantes his irretire poteris, non autem columbas ſimplices & oves recognoſcentes vocem ſui auctoris.

Convincit errorem.
(*a*) 1. *Joan.* 1.
(*b*) *Ibid.* 2.

Deinde o ſubverſe ſuberſor, ſubvertere conatus ſententiam Apoſtoli Joannis, dicentis: (*a*) *Si dixerimus quia ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus; mentimur, & non facimus veritatem*. Et quod eſt nequius, uſus es hoc ejus optimo teſtimonio, tamquam adulter oculo, & latro ferro, quæ utique bona ſunt. Illi enim lædere tentant aliquos, tu perdere cunctos. Unde & ſic concludis: *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat*. Sed idem Joannes intentionem tuam enervans, luce clarius demonſtrat quid dixerit, ſubjungens: (*b*) *Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat*. Hic plane liquet, quod non ab Apoſtolo ſancto, ſed ab apoſtata angelo accepiſti, ut diceres: Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat, quia tota epiſtola illa nec fermentatum, nec azymum commemorat, ſed ſolam charitatem commendat.

Poſt hæc non minori ſacrilegio abuſus alio teſtimonio ejuſdem Apoſtoli dicentis: (*c*) *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt*: perverſe conaris, ad panem menſæ Chriſti transferre, quod ille de baptiſmo ejus voluit intimare. In baptiſmo ſiquidem hæc tria ſunt, & unum baptiſma efficiunt. Et ſpiritus quidem ſanctificat, aqua abluit, ſanguis redimit. Si quodlibet horum defuerit, baptiſmus non erit, ſicut venerabilis pater Auguſtinus ait: *Tolle aquam, non eſt baptiſmus. Tolle verbum, non eſt baptiſmus; ſed accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*. Tu autem nequam Pectorate, nequiter interpretando & depravando ſententiam recumbentis ſuper pectus JESU, dixiſti: *Et hi tres in uno ſunt, ſcilicet corpore Chriſti*. Quod dilectus ejus nec ſenſit, nec ſcripſit; ſed hi tres unum ſunt, ſecundum ſuperiorem de baptiſmo ſenſum.

(*c*) *Ibid.* 5.

Reddit verum ſenſum verborum Joannis.

Parva ſunt hæc, & pene nulla ad comparationem ſequentis blaſphemiæ, qua aſſerere laboras, quod tempore Dominicæ crucifixionis, quando aqua & ſanguis de latere ejus exivit, ſanctus & vivificus ſpiritus in deificata ejus carne remanſit. Quod ſi conſtiterit, mortuus non fuit: ſi mortuus non fuit, neque reſurrexit: ſi non reſurrexit, inanis eſt fides & prædicatio noſtra, quia nec nos reſurgemus. Et ſicut Apoſtolus ait, (*d*) *Si ad beſtias pugnavi Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Ut quid enim quotidie tanta patimur? Comedamus, & bibamus, immo beſtialiter vivamus: cras enim ut beſtiæ moriemur*. Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores omnibus ſumus hominibus. Sed abſit hoc ab omni humano genere. Nam idem præclarus Evangeliſta, qui hoc ipſum præſens vidit, atteſtatur carnem Chriſti vere exanimatam in cruce fuiſſe, dicens: (*e*) *Et inclinato capite tradidit ſpiritum*; vel ſicut Matthæus narrat, (*f*) *emiſit ſpiritum*. Porro (*g*) Marcus (*h*) & Lucas dicunt eum expiraſſe, unde & in Symbolo confitemur mortuum, & ſepultum. Alioquin ſepeliri non debuit, qui mortuus non fuit. Obmuteſce canis: linguam, canis improbe, morde. Chriſtus enim vere mortuus eſt propter delicta noſtra, & propter juſtificationem noſtram reſurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Ecce peſtifera doctrina, ecce ſuggeſtio diabolica, cujus tu ſignifer effectus, conaris opiniones, & adinventiones tuorum contra traditionem Apoſtolicam, & contra manifeſtam veritatem defendere dicendo: Aquam calidam, & ſanguinem de vivo & calido Chriſti corpore exiſſe, & ideo Græcos aquam ferventem ſanguini ejus jure miſcere. Quod totum longe aliter eſt. Nam veraces Evangeliſtæ (*i*) concorditer narrant Dominum noſtrum hora nona in cruce mortuum, & ſero a Joſeph poſtulatum depoſitum de

Novam hæreſim Nicetas aſtruit.

(*d*) 1. *Cor.* 15.
(*e*) *Joann.* 19.
(*f*) *Matt.* 27.
(*g*) *Mar.* 15.
(*h*) *Luc.* 23.
(*i*) *Matth.* 27. *Mar.* 15. & *Luc.* 23.

(a) Matt. 27.

De aqua calida redargutio.

de ligno & ſepultum. Ipſo enim emittente ſpiritu, *velum templi*, (a) *& petræ ſciſſæ ſunt, & multa corpora Sanctorum reſurrexerunt*. In tanta itaque perturbatione, & quaſi naufragio totius creaturæ non ſolum latus Domini non fuit apertum lancea, ſed etiam hi, qui prius ei inſultaverant, & ad ſpectaculum illud convenerant, viſo terræ motu & his, quæ fiebant, (b) percutientes pectora ſua revertebantur; adeo ut ipſe Centurio, cui traditus fuerat ad puniendum, diceret: (c) *Vere Dei filius erat iſte*. At ubi tumultus mundi conquievit, & ſecuritas aliqua rediit, cum jam ſero eſſet, (d) Phariſæi rogaverunt Pilatum, ut propter ſolemnem diem ſabbati frangerentur crucifixorum crura, & deponerentur. Tunc quoque Joſeph rogavit Pilatum, ut tolleret corpus JESU. Pilatus vero mirabatur ſi jam obiiſſet. Et accerſito Centurione ubi cognovit JESUM jam mortuum, donavit corpus Joſeph.

(b) Luc. 23.

(c) Matt. 27.

(d) Joann. 19.

(e) Ibid.

Porro milites ad præceptum Pilati fregerunt (e) crura prioris & alterius latronis; ad JESUM autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, ſed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua, quibus formaretur Eccleſia, quemadmodum ex coſta Adæ dormientis formata eſt Eva. Ecce ſi hora nona obiit, & ſero jam de cruce deponendus lancea percuſſus fuit, ſanguis ille naturaliter calidus non fuit, toto corpore jam præmortuo & frigido. Quod ſi aliquo modo caluit, Evangelium quare tantum miraculum, & ſacramentum tacuit?

Unde vos novi ſymmyſtæ, volumus dicatis. An ſanguis tantum aut aqua tantum, an ſimul utrumque caluerit. Si ſanguis tantum, quare aquam calefacitis? Si aqua tantum, quare ex ea calefacitis ſanguinem Chriſti? Si utrumque ſimul, quare utrumque ſimul non calefit? Sed cujus viſu vel tactu potuit diſcerni quodlibet horum duorum ex uno vulnere ſimul erumpentium calidum, aut frigum fuiſſe? Præterea ſi aqua illa caluit, quare & aqua baptiſmatis non calefit? cum præcipue ipſa baptiſmum præfiguraverit, ſicut ſanguis redemptionem? Volumus autem ſcire, qua intentione coſtam Chriſti immaculatam dixeris? ſi pro ſanctitate & innocentia: optime; ſi autem pro eo quod impenetrabilis ferro fuerit; peſſime, quia de vero vulnere verum non phantaſticum ſanguinem pro nobis fudit. Et non de coſta ſicut tu ſcribis, ſed de latere, quia os ſanguinem non ſolet emittere; nec os comminutum fuit ex Dominico corpore.

Redarguitur ex fermentato.

Cæterum quod panis ſit, & dicatur etiam azymus; & quod non cum Theopaſchitis in ſacra oblatione erremus; & quod non azymum veteris legis, ſed ſinceritatis, & veritatis comedamus, quodque vetera tranſierint, & facta ſint nova, explicatur in alia noſtra epiſtola. Tu vero, maledicte, & maledictus ſermo oris tui, ſanctam legem ſicut Severianus maledictam dixiſti. Nec mirum, cum etiam panem tuum laudare ſupra modum cupiens, nimium vituperaſti illum, dicens, modicum fermentum totam maſſam corrumpit; & panis tandem non azymum efficitur. Deo gratias, quia azymum non efficitur de maſſa fermento corrupta, ſicut tuus panis. Nam corruptio nuſquam & nunquam in bonum accipitur, quia ubicumque corruptio, ibi etiam ſubſtantiæ deterioratio. Quin etiam cum exponeres ſententiam beati Pauli, quam poſt tot orthodoxos Patres nolumus ab hæreticis exponi, quamvis nolens, azymum laudaſti, dicens: Sicut eſtis baptizati, ideſt azymi & puri. Si ergo ſecundum tuam confeſſionem baptizati ſunt azymi, quid ſunt, non baptizati, niſi fermentati, ideſt corrupti?

Verus canonis ſenſus.

Dic tamen, ubi & quando Paulus cum undecim Apoſtolis canones illos cum excommunicatione expoſuit, quorum tu nobis ſeptuageſimum caput obiicis, omnino neſciens, quid loquaris? *Si quis*, inquiens, *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, & acceperit feſtivitatum eorum munera, ut ſunt azyma, aut aliquid hujuſmodi, deponatur, laicus autem ſequeſtretur*. Etiam ſi hoc capitulum ex libris authenticis prolatum eſſet, nullo modo nos tangeret, quia nec cum Hebræis jejunamus, nec cum eis epulamur, aut feſtivitatum eorum munera aliqua accipimus. Quod autem tu veſane ſubjungis: *Sive ab illis accipiatis; ſive domi faciatis, azyma ſunt*. Id & jaculum tibi retorquemus, dicentes: *Sive cum Hebræis ſabbato epulemini, ſive domi epulatio eſt*. Sane hoc dignus contra vos erigeretur; quia vos nihil aliud in ſabbato quam ſolemnitatem Judæorum, nos autem in azymo longe aliud ſacramentum retinemus & amplectimur. Si enim interrogemus Judæos quid celebrent in ſabbato, reſpondebunt: *Requiem Domini*. Si Græcos, idem, & non aliud dicent. Ergo ſub ſervitute legis ſunt, in cujus umbra, & tenebris confidunt.

Quod vere Judæorum Paſcha Chriſtus celebravit.

Deinde poſt inanes latratus ſuper vocabulo panis reduxiſti nobis annos ab initio mundi uſque ad paſſionem Chriſti, quando ſecundum te cyclus ſolaris erat xviii. & Luna v. ut hoc ſaltem figmento poſſes evadere cum fermentato tuo quaſi juxta hanc ſupputationem tuam occurrat in ipſa cœna Domini Luna xiii. in qua nondum fermentatum abjecerat plebs Hebræa. Sed nos Chronographis & calculatoribus talia relinquentes, maxime cum apud Græcos & Latinos, atque Hebræos diverſæ de temporibus habeantur ratio-

nes;



nes; hoc tantum dicimus, quia Chriſtus nec unum jota, aut apicem veteris legis reſolvit. Unde & xiv. Luna ad veſperum quinta ſabbati Paſcha celebravit, & mox eadem nocte comprehenſus crucifixus eſt quintadecima Luna, ideſt vi. ſabbati, quæ ſpecialiter dicebatur prima dies azymorum, quamvis & in tota præcedenti die, ideſt xiv. Luna fermentatum non appareret in omnibus finibus Iſrael. Nam & agnus cum azymis comedebatur. Quod ſi juxta tuam aſſertionem Chriſtus paſcha fecit xiii. Luna, & cum fermentato, dupliciter reus fuit, juſte puniendus ſecundum legem, quia paſcha fecit in tempore non ſuo, & quia cum fermentato. Quapropter mors ejus nil omnino nobis conferret, quia non pro noſtris, ſed pro ſuis peccatis interiit, ſicut ſanctæ tranſgreſſor legis. Sed de his alias copioſe diſſeruimus.

Reſponſio ad obiectos canones.

Tandem ſi exceptis ſeptem diebus Judæi toto anno fermentatum (ut aſſeris) comedunt; quis convenientius debet argui, ille qui minimo tempore eos imitatur in azymis, an ille qui toto anno in fermentatis? Abſit tamen ut eorum carnalem ritum in aliquo imitemur. Verum quoniam Labyrintheo errore duceris, ut nunc qua exibas intres, nunc qua intrabas, exeas, iterum eamdem viam teris, dicens: Si traditum vobis fuit ab Apoſtolis comedere azyma, quomodo ab Agatho Papa veſter præſeſſor ſanctæ Sextæ Synodi cum Gregorio Agrigentinorum Epiſcopo, & aliis Patribus contra azyma, ne fierent, legem ſtatuit? Audi ſtulte, vane. Non tantum ab Apoſtolis, quantum ab ipſo Domino noſtro JESU Chriſto traditum eſt nobis azyma non de phaſe Judaico comedere, ſed de Paſcha Chriſtiano percipere; nec rei tenemur illo quod obieciſti ii. c. ex vi. Synodo dicens: *Nemo in ſacerdotali conſtitutus ordine, aut laicus, ea quæ apud Judæos ſunt azyma comedat, aut cum eis habitet, aut in infirmitatibus eos invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur, Si quis hæc egerit, ſi quidem clericus fuerit, deponatur; ſi autem laicus, ſequeſtretur*. Quis noſtrum rogo azyma, quæ apud Judæos ſunt, comedit? Quamvis enim etiam reliqua capituli hujus obſervemus, illud tamen ſuper omnia de azymis obſervamus. Sed quid dices? Nonne Magnus Baſilius a Joſeph Judæo medicinam multoties accepit? Tu autem ſicut diabolus Pſalmum, ita exponendo capitulum ſubjunxiſti. *Qui ergo azymum conficit, & comedit, quamvis hoc non acceperit a Judæis, imitator, tamen Judæorum eſt, ſicut & qui circumciditur*. Perdes Domine omnes qui loquuntur mendacium. Numquid omnibus omnino Chriſtianis interdicitur, ne aliquando alicubi azyma comedant, ſicut interdicitur, ne ſe aliquando circumcidant? Quare hoc? quia in his imitantur Judæos. Concedimus quidem circumciſionem tantum fuiſſe Judæorum, verumtamen azyma eſſe omnium Gentium; quæ tu manioſe non ſolum a divina, ſed ab humana menſa omnino repellis. Sed quid facies o fermentate? Judæi, ceu ſuperius aſſeruiſti, exceptis ſeptem diebus toto anno fermentatum comedebant, & aliquando offerebant, numquid & hoc tolles hominibus?

De ſabbati jejunio rurſum.

Hinc videamus ſi non eſtis Sabbatiani quos commemorant Patres S. Quintæ Synodi. Reprehendens enim nos cur jejunemus ſabbatis, dicis: quarta & ſexta feriis jugiter jejunandum, una propter traditionem, altera propter paſſionem Domini; ſabbato autem nunquam niſi uno. Et hoc aſſerere conaris ex apocryphis libris & canonibus pari ſententia ſanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis librum, ideſt Petri Apoſtoli itinerarium, & canones Apoſtolorum numeravere inter apocrypha exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis orthodoxiæ adjungenda. Unde nos quoque omnem apocryphum abiicientes, dedignamur audire eorum fabuloſas traditiones, quia non ſunt ut lex Domini. Quapropter his omiſſis, in altera epiſtola vide quid ſenſerint de ſabbato B. & antiqui Pontifices Romani Silveſter, & Innocentius, quorum ſententiæ ſententia Agathonis quamvis ſanctiſſimi nullatenus præfertur. Sed abſit, ut aliquando contraria eis beatus Agatho ſenſiſſet. Et tamen in hoc ſicut & in aliis falleris, quod eum præſeſſorem illius Synodi fuiſſe dicis, cum tantum Legati ejus eidem Synodo præſederint. Cujus geſta hic ſummatim placuit inferi. Tempore Conſtantini filii Conſtantini Imperatoris, anno Imperii ejus ſeptimodecimo Agatho Papa ex rogatu Conſtantini, Heraclii, & Tiberii Principum piiſſimorum miſit in regiam urbem Legatos ſuos: in quibus erat Joannes Romanæ Eccleſiæ tunc diaconus, longe poſt Epiſcopus, pro adunatione facienda ſanctarum Dei Eccleſiarum. Qui benigniſſime ſuſcepti a reverendiſſimo Fidei Catholicæ defenſore Conſtantino juſſi ſunt, remiſſis diſputationibus philoſophicis, pacifico colloquio de Fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Conſtantinopolitana cunctis antiquorum Patrum, quos petebant, libellis. Affuerunt autem & Epiſcopi centum quinquaginta, præſidente Georgio præſule regiæ urbis, & Antiochiæ Macario. Et convicti ſunt, qui unam voluntatem & operationem aſtruebant in Chriſto, falſaſſe Patrum Catholicorum dicta perplurima.

Finito autem conflictu ea hora tantæ araneorum telæ ceciderunt, ut omnes mirarentur; ac per hoc ſignificatum eſt, quod ſordes hæreticæ pravitatis depulſæ eſſent: & Georgius quidem correctus eſt; Macarius vero cum ſuis ſequacibus

ſimul

ſimul & prædeceſſoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo, & Petro anathematizatus, & in loco ejus Theophanius Abbas de Sicilia Epiſcopus factus. Tantaque gratia Legatos Catholicæ pacis comitata eſt, ut Joannes Portuenſis Epiſcopus, qui erat unus ex ipſis, Dominica octavis Paſchæ Miſſas publicas in Eccleſia ſanctæ Sophiæ coram Principe & Epiſcopo ipſius urbis Latine celebraret. Eo tempore Damianus Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſub nomine Manſueti Epiſcopi Eccleſiæ ſancti Michaelis ſatis utilem rectæque Fidei epiſtolam compoſuit, quæ in prædicta Synodo non mediocre ſuffragium tulit. *Recta autem & vera Fides hæc eſt: Ut in Domino noſtro JESU Chriſto ſicut duæ ſunt naturæ, hoc eſt Dei & hominis, ſic etiam duæ credantur eſſe voluntates, ſive operationes. Vis audire quod deitatis eſt? Ego*, inquit, (*a*) *& pater unum ſumus. Vis audire quod humanitatis?* (*b*) *Pater major me eſt. Cerne ſecundum humanitatem eum in navi dormientem: cerne ejus divinitatem, cum Evangeliſta ait* (*c*) Tunc ſurgens imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Hæc eſt Sexta Synodus univerſalis Conſtantinopoli celebrata, & Græco ſermone conſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequente ac reſidente piiſſimo Principe Conſtantino intra palatium ſuum, ſimulque Legatis Apoſtolicæ Sedis, & Epiſcopis CL. reſidentibus: qui omnes eamdem hæreſim damnaverunt.

(*a*) *Joan.* 10.
(*b*) *Ibid.* 14.
(*c*) *Mar.* 8.

Tunc piiſſimus Princeps Conſtantinus interrogavit eos, qualiter Romana Eccleſia de ſacrificio corporis & ſanguinis Domini noſtri JESU Chriſti ordinem teneret. Illi reſponderunt: In calice Domini non debet offerri ſolum vinum, ſed aqua mixtum. Nam ſi ſolum vinum offertur, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Et ſi aqua pura offeratur, ſola plebs incipit eſſe *ſine Chriſto*. Quando utrumque admiſcetur, id eſt vinum & aqua, tunc ſacramentum ſpirituale perficitur. Oblatio vero, quæ in ſacrificium altaris offertur, nullam commixtionem, aut corruptionem fermenti debet habere, ſicut B. Virgo Maria abſque omni corruptione Chriſtum concepit & peperit. Hinc in Eccleſia mos obtinuit, ut ſacrificium altaris non in ſerico, aut in panno tincto, ſed in lino terreno celebretur, ſicut corpus Domini fuit in ſindone munda ſepultum. Sic & oblatio munda debet eſſe a fermento, juxta quod in geſtis Pontificalibus a beato Silveſtro legimus eſſe ſtatutum. Tunc placuit piiſſimo Principi Conſtantino hæc traditio Apoſtolicæ Sedis. Ecce iſtius, & cæterarum ſex Synodorum omnibus ſanctis Patribus & orthodoxis Imperatoribus per omnia placuit fides & traditio Apoſtolicæ Sedis. Et tu qui es, cui diſplicent?

Sed volumus dicas: Videturne tibi congruum, ut omni quarta & ſexta feria jejunes propter traditionem, ſeu paſſionem Chriſti, & propter ſepulturam nullo ſabbato niſi uno? Cum ergo omni Dominica celebres Reſurrectionem, omnique iv. & vi. feria jejunes propter traditionem, & crucem; cur non & omni ſabbato propter ſepulturam, cum de celebrando ſabbatum nullam rationem teneas, niſi quam Judæi, ſcilicet, quia in eo requievit Deus? Qui utique fatigatus non eſt, verbo creans, quidquid voluit; ſed in hoc noſtram futuram requiem præfiguravit. Quod ſi uno ſabbato in toto anno jejunandum eſt propter ſepulturam Chriſti, ergo & una iv. feria propter traditionem, & una feria vi. propter paſſionem in toto anno eſt jejunanda, una quoque Dominica propter Reſurrectionem celebranda. Non autem mirum, ſi Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus vi. Synodi veſtra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula, cum etiam ipſi Domino JESU & Apoſtolis ejus imputetis figmenta.

Unde nos ſcientes vj. Synodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas inſtitutiones congregatam, capitula quæ nobis ſub ejus auctoritate opponitis omnino refutamus: quia prima & Apoſtolica Sedes nec aliquando ea accepit, nec obſervat hactenus; & quia aut ſunt nulla, aut ut vobis libuit, depravata, ſicut depravaſtis Joannis Chryſoſtomi, atque Gregorii Theologi, aliorumque orthodoxorum Patrum dicta, & exhibuiſtis in eadem Synodo Sexta. Nempe a prima Synodo Nicæna uſque ad hanc vi. trecenti & amplius anni dicuntur evoluti; & quomodo in Nicæna & reliquis iv. Synodis univerſalibus nulla mentio fit de tam neceſſariis rebus? Numquid uſque ad Sextam Synodum Græci & Latini rationem Miſſæ ac jejuniorum ignoraverunt, & per ſexcentos & amplius a Paſſione Chriſti annos in talibus erraverunt? An forſan Græci hæc noverunt, & Romani ignoraverunt? Sed ex Miſſalibus Romanorum libris ab omni Eccleſia Occidentali antiquitus receptis evidenter cognoſcitur, quam rationem jejunii & Miſſæ habuerint ſub reverendis ſuis Pontificibus, Silveſtro ſcilicet auctore Nicænæ Synodi, Gelaſio damnatore veſtri Acacii, maximeque Gregorio Dialogo compatre Imperatoris Mauritii. In cujus libris Miſſalibus omnes dies Quadrageſimæ habent ſpecialis Miſſæ plenarium officium; & excepta Dominica, nullus dies ejus ſolvit ſuſceptum jejunium. Quam traditionem ſi tentaſſet Papa Agatho aliquatenus removere Romanis, non audiretur ab eis: quia licet ipſe magnus extiterit, præfatis tamen deceſſoribus ſuis, ſicut tempore, ita ſcientia & ætate minor fuit. Quamobrem capitulum, quo aſſeritis eum promulgaſſe, ut ſi quis clericus



cus jejunaret ſabbatum præter unum, deponeretur: magis dicendum eſt Nazarenorum eſſe, quam Apoſtolorum, Cherinthi & Ebionis, quam Sextæ Synodi & Papæ Agathonis. Cui ſane capitulo Epiſtola Pauli aperte contradicit, ubi ait: *Nemo vos judicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, & Neomeniæ & ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum.* Unde Romani proprio auctori & magiſtro Gentium in fide & veritate obedientes, nulli ſabbato feſtum vel otium dependunt, ſicut nec Neomeniæ, quia profecto Judaica ſunt, & utraque umbra futurorum.

Porro unde acceperimus omni die jejuniorum perfectam Miſſam facere, ſupra curavimus oſtendere. Nec timemus cap. quod dicitis Apoſtolorum de his qui jejunaverint in Quadrageſima quoque & vi. feria: quia excepta graviſſima infirmitate, cuncti ſollicite jejunamus diebus Quadrageſimæ, adeo ut interdum decennes pueros nobiſcum faciamus jejunare. Nec ſolvimus per ſabbata Quadrageſimalem abſtinentiam, quam Dominus noſter non ſolvit in quadraginta jejunii ſui diebus. Nec ſolveremus etiam in die Dominica, quemadmodum nec ipſe, niſi pro gaudio Reſurrectionis ejus hoc interdixiſſet ab initio omnium Catholicorum Patrum ſententia, etiam cum anathemate. Quos ſequuti ſancti Patres Gangrenſis Concilii, dixerunt: *Si quis non dijudicans diem Dominicam jejunaverit tamquam in ejus contemptum, anathema ſit.* Ubi certe ſicut eis atteſtantur omnes authentici libri, non contradicunt jejunio ſabbati, ſed Dominicæ diei.

Sed o perfide Stercorianiſta, qui putas fideli participatione corporis & ſanguinis Domini Quadrageſimalia atque Eccleſiaſtica diſſolvi jejunia, omnino credens cœleſtem eſcam velut terrenam per aqualiculi fetidam & ſordidam egeſtionem in ſeceſſum demitti; plane ſentis cum Ario, qui cum pro aliis blaſphemiis in Filium Dei, tum etiam pro iſta foveam delapſus in atram viſceribus fuſis vacuus quoque ventre remanſit. Et ubi eſt Salvator, qui dans Diſcipulis panem a ſe benedictum & fractum, dixit: (*a*) *Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum?* In quo quid traderet, alibi dicit: (*b*) *Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita &:* (*c*) *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.* Quomodo verus? *Quia qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam.* Et quæ eſt vita æterna? nempe Chriſtus JESUS, ſicut ipſe dicit: (*d*) *Ego ſum via veritas & vita.* Qui ergo panem Dei manducat, carnem Dei Chriſti manducat. Qui autem carnem ejus manducat, Chriſtum manducat. Qui Chriſtum manducat, proculdubio vitam æternam manducat. Ergo, o peſtifer leno antiqui ſerpentis, qui coronaris aſtutia tua corrumpere ſenſus Sponſæ Chriſti, quæ eſt Eccleſia, ut excidatur a charitate tanti & talis ſponſi, credis nos vitam incorruptibilem comedentes, corrumpere integritatem jejuniorum, velut aliquo cibo corruptibili? Horremus quidem dicere, ſed compellimur a tua impudenti improbitate. Conaris Chriſtum, immo ipſam Vitam, per digeſtionem, ſicut cænum olidum demittere in latrinam. Et ubi eſt quod dixit: *Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum in me manet, & ego in eo?* Sine qua refectione, quia non haberetur vita ipſa, quæ eſt Chriſtus, quaſi quodam jurejurando proteſtatur dicens: (*e*) *Amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Numquid hic dixit: *Si manducaveritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, diſſolvetis jejunium?* Et utinam hoc ſolo ſacramento non ad judicium noſtrum omni hora reficeremur. Sed quia corpore corruptibili & nimia miſeria conſcientiæ noſtræ gravati etiam bonum noſtrum nequimus ſufferre: a ſanctis Patribus certe ad percipiendum tantum ſacramentum præfixæ ſunt horæ.

(*a*) *Matt.* 26.
(*b*) *Joan.* 6.
(*c*) *Ibid.*
(*d*) *Joan.* 14.
(*e*) *Ibid.* 6.

Quod ne vileſcat carnalibus, & in percipiendo eſcam ſpiritus ſubmurmuret aliquis carnis appetitum, cum ſumma parcitate prægustamus, videre tantummodo cupientes quam ſuavis eſt Dominus; cujus panis non det ſicuti tunc manna faſtidium. Nec dubitandum in quantulacumque portione ejus Fideles manducare ſibi totam vitam, ideſt Chiſtum, Infideles autem mortem, ideſt judicium ſuum, utpote qui rei fuerint corporis & ſanguinis Domini. Deinde quotidie ſive tertia, ſive nona, ſive quacumque hora fiat a nobis Miſſa, non fit niſi perfecta; nec reſervatur ex oblatione ejus pars aliqua, ut per dies quinque agatur inde Miſſa imperfecta: quia nec ſancti Apoſtoli leguntur quidquam ex illo primo corporis & ſanguinis Chriſti myſterio ſub ipſa cœna diſtributo reſervaſſe, nec Actus eorum indicant, eos aliquando tale quid egiſſe, aut præcepiſſe; quinimmo ſicut Lucas (*f*) narrat, *erant Fideles perſeverantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis.* Quæ communicatio qualiter & quibus diebus fieret, poſt pauca demonſtrat dicens: *Quotidie perſeverantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem ſumebant.* Ecce verax Evangeliſta teſtatur, ſub Apoſtolis Fideles quotidie oraſſe, & panem fregiſſe. Et vos qui eſtis, qui dicitis, duobus tantum diebus Miſſam perfectam fieri debere, reliquis vero quinque imperfectam? Nempe hic in panis fractione & communicatione, nonniſi perfectam actionem Miſſæ debemus accipere; quemadmodum & ipſum Dominum le-

(*f*) *Act.* 2.

legimus non imperfectam, ſed perfectam commemorationem ſui Diſcipulis tradidiſſe in pane a ſe benedicto, & mox ab eo diſtributo. Non enim benedixit tantum, & ſervavit frangendum in craſtinum; nec fregit tantum, & repoſuit, ſed fractum ſtatim diſtribuit. Unde beatus Alexander martyr & Papa quintus ab Apoſtolo Petro paſſionem Domini inſerens canoni Miſſæ, non ait: Hoc quotieſcumque feceritis, ideſt benedixeritis, fregeritis, & diſtribueritis, in mei memoriam facietis, quia quolibet horum trium ſine reliquis fiat, ſcilicet aut benedictio ſine diſtributione, aut fractio ſine benedictione & diſtributione, perfectam memoriam Chriſti non repræſentat, ſicut diſtributio nulla ſine benedictione & fractione.

Quod autem quotidie, & quotacumque hora diei, non autem ſola tertia, perfectam Miſſam agimus; auctoritatem tenemus ex verbis ipſis Domini, juxta
(a) 1. Cor. 11. beatum Paulum dicentis: (a) *Hoc facite quotieſcumque ſumitis, in meam commemorationem*. Unde mox idem Apoſtolus ſequutus, adjecit: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*. Et quamdiu? donec veniat ſcilicet judicare vivos & mortuos. Putaſne alicubi dixerit Dominus: *Hoc facite hora tertia in meam commemorationem?* Non utique, ſed nullam horam, aut tempora excipiens dixit, *Quotieſcumque*. Nec ipſe Paulus jejunia aliqua, aut certam quamlibet evolutionem annorum attendens ait: *Quotieſcumque pe tot annos hora nona manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*; ſed indifferenter, *quotieſcumque, & donec veniat*. Nec neſcimus, ſanctos Patres die Dominicæ & præcipuarum ſolemnitatum Miſſas hora tertia celebrare ſolitos propter Spiritus ſancti effuſionem hora tertia in diſcipulos, & hoc mandaſſe ad poſteros, quatenus illa unius actio Miſſæ gemino privilegio inſigniretur, reſurrectione videlicet Chriſti, & adventu Paracleti, utque propter gaudium feſti temporis relaxarentur cunctis fræna jejunii. Verumtamen alia cauſa eſt Dominicæ diei, ac ſolemnitatum, alia jejuniorum. Si ergo hora nona, aut veſpertina diebus jejuniorum perfecta agitur Miſſa, nulla procul dubio inde contrahitur noxa; quia & Dominus in cœna ad veſperum primam & perfectam adminiſtrationem tanti ſacramenti Diſcipulis inſtituit, & hora nona ſpiritum tradens ſacrificium veſpertinum expanſis manibus in cruce, & præmiſſa oratione ad Patrem, conſummavit. Propterea quamvis hora tertia, & nona propter ſupradictas rationes ſint aptiores Miſſarum actioni; quotieſcumque tamen aliis horis fiunt occupatione itineris, aut gratia cujuſlibet neceſſariæ rei, in memoriam fiunt Chriſti, nec violatur inde integritas jejunii. Quod utique beatus Teleſphorus Papa a Petro ſeptimus ſentiens, nocte Nativitatis Domini Miſſas celebrari inſtituit, nec ullam reſolutionem jejunii ante horam tertiam, & diurnam Miſſam inde fieri, ſicut vos perverſe putatis, timuit. Dicite autem ſi poteſtis: Cur ſabbatum & cætera extra Dominicam feriæ hora tertia Miſſam debeant habere, cum in eis Spiritus ſanctus non legatur deſcendiſſe? itaque nos (ſicut ſupra oſtenditur) divina auctoritate ſubnixi, nec jejunia reſolvimus in celebratione Miſſæ, quotacumque hora diei ſit, nec aliquo natalitio Martyrum, ſed nec in Annuntiatione beatiſſimæ Mariæ; & ideo nullius univerſalis Synodi percellimur anathemate. Cæteri autem quivis ſanctorum Patrum conventus, etſi potuerunt de utilitate, & converſatione Eccleſiarum ſuarum tractare, nullas tamen traditiones univerſali Eccleſiæ præfigere. De Papa quoque Agathone omnino ſcimus, quia nec Sextæ Synodo per ſe ipſum præſedit, nec aliquibus capieulis ejus ſubſcripſit, niſi quæ promulgata fuerunt adverſus Monothelitarum hæreſim. Vos videte, unde hæc quæ proponitis habeatis quia Eccleſia Romana talia hactenus ignoravit. Nec credi poteſt poſt tot annos Romanum Pontificem Græcis promulgaſſe aliquas de Miſſa obſervationes.

Deinde ritum veſtræ Miſſæ diſcere non curamus, quia minimam cautelam, & maximam negligentiam ei ineſſe cognoſcimus, dum ſanctum Panem frangentes, & ſumentes, hinc inde decidentes micas non curatis. Quod etiam ſolet contingere, dum patinas ſanctas foliis palmarum, aut porcorum ſetis fricatis inhoneſte. Nonnulli quoque veſtrum tam irreverenter corpus Chriſti reponunt, ut pyxides inde cumulent, & ne decidat, aut ſupereffluat, manu inculcant. Reliquias quoque oblationis velut communes panes nonnunquam uſque ad faſtidium ſumunt, & ſi ſumere non ſufficiunt, ſubterrant, aut in puteum proiiciunt. Si autem, ut dicis, panem jam pridem oblatum, & ſanctificatum exaltatis altera die, unam oblationem videmini bis offerre. Et cur non attendiſtis in epiſtola Papæ Clementis, cujus traditiones (ut putatis) contra nos defenditis, quod ibi promulgaſſe putatur? *Certe*, inquit, *tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſerventur, ſed cum timore & tremore clericorum cautela & diligentia conſumantur*.

Ad hæc quod aſſeris, vos ab ipſa ſancta communione ſtatim ad communes cibos tranſire; non ſic ſenſiſſe idem Clemens invenitur in prædicta epiſtola, ubi de his, qui reſidua ſacrificii conſumpſerint, ſubjecit: *Qui autem*, inquiens, *reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt conſumunt: non ſtatim ad accipiendum communes cibos conveniunt, ne*





*putent ſanctæ portioni eſſe commiſcendos cibos, qui per aqualiculi egeſtus in ſeceſſum funduntur. Si igitur mane Dominica portio in ſacrario edatur, uſque in ſextam jejunent miniſtri, qui hæc conſumpſerint, ſi tertia, aut quarta jejunent uſque in veſperum*. In quibus ſane verbis liquet, quod non ſolum hora tertia, ſed etiam mane, & hora quarta Miſſas fieri licet, quodque ex ſacrificio jejunium non ſolvitur, dum illic dicitur. *Ut qui conſampſerint, jejunent uſque ſextam vel veſperum*. Alioquin quomodo jejunabunt, ſi ex ſacrificio jejunium ſolverunt?

Deinde abſtinentiam pauciſſimorum nobis prædicantes, tacetis ingluviem multorum, qui aut parum, aut nihil quadrageſimalis jejunii Deo offerunt, dum primo mane uſque veſperum crapulari non metuunt, nec erubeſcunt. Aliqui etiam ad Eccleſiam legumina, & alia obſonia deferentes, inibi comedunt, nec
(a) 1. Cor. 11. Paulum (a) dicentem attendunt: *Qui eſurit, domi manducet*, Et: *Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent?* At nos quadrageſimam unius ſeptimanæ, quam dicitis ſancti Theodori, neſcientes, ſolam Quadrageſimam Domini noſtri JESU Chriſti XL. diebus diligenter obſervare contendimus, quam, ut aliquis excepta gravi infirmitate, in aliquo infringat, ſufferre nequimus. Nec licet cuiquam apud nos, ſicut apud vos, poſt unam refectionem quidquam pomorum aut herbarum diebus jejunorum percipere.

Hinc perpendentes, a te tam perverſe defendi adulteria potius, quam nuptias ſacerdotum; arbitramur ab inferis emerſiſſe principem hujus hæreſeos nefandum diaconum Nicolaum, de quo Epiphanius veſter ſic ſcripſit: *Quarta Nicolaitarum a Nicolao hæreſis eſt adinventa, uno ex ſeptem diaconibus, ab Apoſtolis ordinatis. Iſte cum zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, docere cœpit indifferenter debere uti conjugibus non ſolum laicos, ſed etiam qui ſacerdotii fungerentur officio*. Hos damnavit ſanctus Evangeliſta & Apoſtolus Joannes, & juſſit, ut quicumque cum eis vel ſermonem colloquii miſcuiſſent, ex hoc ipſo communione privandos, docens, rationabiliter a mundi origine Deo caſtitatem plurimum placuiſſe, tunc etiam in ſeipſo Chriſtum Dei filium caſtitatis gloriam dedicaſſe, cum Virginem poſſidens matrem virgo manſurus nullum Diſcipulorum ſuorum commixtione etiam legiti-
(b) Luc. 9. ma conjugii uti permiſit, dicens: (b) *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Unde idem Dominus JESUS in Apocalypſi præcipiens Apoſtolo Joanni ſcribere Angelo Epheſi, inter alia
(c) Apoc. 2. inquit: (c) *Hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum; quæ & ego odi*. Hinc etiam Angelo Pergami inquit: *Habeo adverſum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandala coram filiis Iſraël, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum*. Suffecerant quidem hæc, o Nicolaita Niceta, ad convicendum errorem tuum, ſed quia canonibus ſub nomine Apoſtolorum editis nos urgere videris, exponere tibi tua Capitula decrevimus, quamvis ea inter apocrypha uſque nunc magna ex parte computaverimus, ut aperte cognoſcatur, nec apocryphis, nec authenticis vos veſtras ineptias poſſe defendere. Ante omnia autem comprobamus te mentitum ipſi veritati, in eo quod dixiſti noſtros prius ordinari, deinde uxores ſortiri; quia apud nos, nec ad ſubdiaconatus gradus quiſquam admittimur, niſi perpetuam continentiam etiam a propria coniuge profiteatur, nec poſt gradum cuiquam uxorem ducere conceditur. Sed tu Eccleſiam Dei volens efficere ſynagogam ſatanæ, & proſtibulum Balaam & Jezabel, cum Nicolao dicis, Epiſcopum & presbyterum, & diaconem dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ: nec licet eos poſt manus impoſitionem innuptos eſſe, nec inſuper ad nuptias ire, aut ſi nupſerint, alteras amplecti, ſed ſufficere eis quas habent, cum ad ordinationem venerunt. O abominabilis Cynice, quomodo non erubuiſti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem poſt manus impoſitionem ſine uxore eſſe. Si ita eſt ipſe Joannes Apoſtolus, & Paulus, & Barnabas, & omnis continens in gradu Eccleſiaſtico in culpa eſt procul dubio: unde neceſſe eſt, ut futurus Epiſcopus, presbyter, diaconus, & ſubdiaconus prius uxorem ſortiatur, quæ ſibi ſufficere habeat ad carnales amplexus. Numquid laicis non ſufficit una, niſi forte diſcipuli maligni Mahomed, cujus farinæ totus es, tu quoque, quia presbyter es, ſine uxore eſſe non debes, ſecundum tuas aſſertiones.

Sed jam videamus Capitula, quibus putas poſſe defendi adulteria ſacerdotum, non conjugia. Epiſcopus inquam, preſbyter, aut diaconus uxorem ſuam non abiiciat obtentu Religionis. Si autem abjecerit, ſequeſtretur; perſeverans autem, deponatur. Omnino confitemur non licere Epiſcopum, presbyterum, diaconum, aut ſubdiaconum uxorem propriam cauſa Religionis abiicere a cura ſua, ſcilicet, ut ei victum & veſtitum non provideat, non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe, beato Paulo dicentes: (d) (d) 1. Cor. 9.
*Numquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi, ſicut fratres Domini, & Cephas?* Vide inſipiens quia non dixit, *Numquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem amplectendi*, ſed *circumducendi*, ſcilicet, ut de mercede

prædicationis ſuſtentaretur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium. Præterea, cur aliquis laicus uxoratus dubitabit ad Eccleſiaſticos gradus aſcendere, cum ei una, ſine qua eſſe non debet, poſſit ad carnales amplexus ſufficere? & quare tu, qui tantopere Clementis Capitula proponis, epiſtolam ejus de qua ſuperius dicimus, non attendis; ibi enim dicitur: *Tribus gradibus divinorum commiſſa ſecretorum ſunt ſacramenta, ideſt, presbyteris, diaconibus, & ſubdiaconibus*. Et poſt nonnulla: *Miniſtri altaris ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem, conjuges noverint, ſcilicet ſi ſemper continere noluerint. Quod ſi poſt ordinationem contigerit miniſtrum propriæ invadere cubile uxoris, ſecretarii non terat limina, nec ſacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſta, vel oblationes ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat: aquam ſacerdotum porrigat manibus, oſtia forinſecus claudat, minora tantum gerat officia, urceum ſane ad altare non ſuggerat.*

Porro Synodus Nicæna omnino venerabilis & autentica ſic definit Actis, ideſt, ſubintroductis, habet: *Omnimodis interdicit ſancta Synodus, & neque Epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli omnino clericorum permittit habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater ſit, aut ſoror, aut amita: in his namque perſonis, & horum ſimilibus omnis ſuſpicio declinatur. Qui autem præter hæc agit, periclitabitur de ordine ſuo.* Beatus quoque Papa Innocentius latius hinc ſcribens Exuperio Epiſcopo Toloſano, dicit: *Propoſuiſti quid de his obſervari debeat, quos in diaconii miniſterio, aut in officio poſitos incontinentes eſſe, aut fuiſſe generati filii prodiderunt.* De his & divinarum legum eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricii Epiſcopi monita evidentia commonuerunt, ut incontinentes in officiis talibus poſiti, omni honore Eccleſiaſtico privarentur, nec admitterentur accedere ad miniſterium; quod ſola continentia oportet impleri. Idem ad Victricium Epiſcopum: *Præterea quod dignum, & pudicum, & honeſtum eſt, tenere Eccleſia omnimodo debet, ut ſacerdotes & levitæ cum uxoribus ſuis non coeant, quia miniſterii quotidiani neceſſitatibus occupantur. Scriptum eſt enim: (a) Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum, dicit Dominus Deus veſter.* Nam priſcis temporibus de templo Dei ſacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus, nec domum ſuam omnino tangebant, quibus utique propter ſobolis ſucceſſionem uxorius uſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter ſemen Aaron ad ſacerdotium nullus fuerat permiſſus accedere quanto magis ii ſacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt: nec præterit dies, qua vel a ſacrificiis divinis, at baptiſmatis officio vacent? Nam ſi Paulus ad Corinthios ſcribit, dicens; (b) *Abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi*, & hoc utique laicis præcepit: multo magis ſacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi juge officium eſt, ſemper debebunt ab hujusmodi conſortio abſtinere, qui ſi contaminati fuerint carnali concupiſcentia, exaudiri poſſe ſe credunt, cum dictum ſit: (c) *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt: (d) *Unius uxoris virum*: non propter permanentiam in concupiſcentia generandi hoc dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait: (e) *Vellem autem omnes ſic eſſe ſicut & ego*. Et apertius declarat, dicens: *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*. Vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Et habentem filium, non generantem dixit. Et venerabilis Papa Siricius; *Feminas non alias patimur eſſe in domibus clericorum, niſi eas tantum, quis propter ſolas neceſſitudinum cauſas habitare cum iiſdem Synodus Nicæna permiſit*. Sanctus deinde Leo Papa mirabilis doctor, & ſanctæ Chalcedonenſis Synodi auctor omnem ambiguitatem hujus rei abſcindens ait. *Lex continentiæ eadem eſt altaria miniſtris, quæ Epiſcopis atque presbyteris*. Qui cum eſſent laici, ſive lectores, licite & uxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cum ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali fiat ſpirituale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quaſi non habere, ſic habere quo & ſalva ſit charitas connubiorum, & ceſſent opera nuptiarum.

(a) Levit. 11.
(b) 1. Cor. 7.
(c) Tit. 1.
(d) 1. Tim. 3.
(e) 1. Cor. 7.

Ecce iſti cum Petro & per Petrum effecti clavigeri cælorum ita confringunt omnes claviculas infernalium portarum, ut nulla jam ſuperſit hæreſis Nicolaitarum. Sed ne quid minus factum dicas, ſeriatim, & aperte proſequemur, quid Romana Eccleſia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum oſtiarios, lectores, exorciſtas & acolytos, ſi extra votum & habitum monachi inveniuntur, & continentiam profiteri nolunt, uxorem virginem ducere cum benedictione ſacerdotali permittit: non autem viduam aut repudiatam: quia propter hoc ſolum deinceps, nec ad ſubdiaconatum provehi poterunt, nec laicus non virginem ſortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum. Quod ſi quis præfatorum ordinum deſiderat ab ſubdiaconatum aſcendere, nequibit hoc ſine conſenſu uxoris ſuæ, ut de carnali fiat deinceps conjugium ſpirituale, nemine eos ad hoc cogente. Nec per



permittitur poſtea uxor jungi eidem ſuo marito carnaliter, nec cuiquam nubere in vita, aut poſt mortem illius; alioquin anathematizanda eſt. Sicut & ſubdiaconus, & diaconus, & presbyter aut Epiſcopus deponendus ſuam repetens, aut extraneam ducens, juſta quod in Neocæſarienſi Concilio orthodoxi ſanxerunt Patres.

Talibus ergo traditionibus uſque nunc ſancta Romana & Apoſtolica Sedes omni mundo refulſit, nec aliquando Judaicis fabulis, & apocryphis ſcripturis acquievit, ſed per primos Apoſtolorum in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto JESU fundata nullis hæreſibus ceſſit, nec prohibuit a coniugio laicos, ſed ſacri altaris miniſtros, & Apoſtolicam perfectionem profeſſos monachos. Illa tamen Eccleſia, quam Arrius corrupit, Macedonius proſtituit; quæ genimina viperarum, ideſt Neſtorium, Eutychen, Monothelitas, & Theopaſchitas, & reliquas hæreticorum peſtes peperit, & aluit; adhuc a Nicolai hæreſiarchæ complexibus abſtrahi non potuit. Adeo ut ad ſacri altaris miniſterium, ordinandos interroget, an habeant uxores. Qui ſi reſponderint, ſe non habere: compelluntur primum ducere, & ſic impoſitionis manum accipere, ut novi mariti & recenti carnis voluntate, toti reſoluti & marcidi, & inter ſancta ſacrificia cogitantes quomodo placeant uxoribus, immaculatum Chriſti corpus tractent, atque populo diſtribuant; indeque ſanctificatas manus ad tractandum membra muliebria mox referant, *& ſit ſicut (a) populus, ſic ſacerdos*, & tandem (b) *ruina populi ſint ſacerdotes mali*. Quapropter parcite iam vobis, & nolite attendere ſpiritibus erroris, & dæmoniorum doctrinis, ut nobiſcum de vera pace, quæ Chriſtus eſt, hic & in futuro gaudeatis.

(a) Oſe. 4.
(b) Ibid. 9.

Tu vero miſerrime Niceta, donec reſipiſcas, ſis anathema ab omni Chriſti Eccleſia cum omnibus, qui tibi acquieſcunt in tam perverſa doctrina. Nam volens eſſe legis divinæ doctor, non intelligis quæ loqueris, nequede quibus affirmas, & ſtultus ipſe, ſapientior tibi videris ſeptem viris loquentibus parabolas. Sed ſaltem aliquando diſce tacere, qui numquam didiciſti.

**Explicatur Reſponſio, reliqua ſuo loco ſuperius in Annalibus.**

# APPENDIX II.

## AD ANNUM 1050.

## CONCILIUM COYACENSE

### Pluſquam in editis hucuſque integrius.

*PRÆFATIO LUSITANI EXSCRIPTORIS.*

POſtquam Eminentiſſimus Baronius tomo XI. Annalium anno 1050. ex MS. Codice Ovetenſis Eccleſiæ Coyacenſe Concilium publicavit, omnes Conciliorum collectores, qui dictum Concilium in ſuis collectionibus inſeruerunt, exemplar Baronii ſunt ſecuti. Cardinalis de Aguirre, qui alium Codicem in Toletana Eccleſia invenit, ubi dictum Concilium extabat, collatum cum exemplari a Baronio publicato vulgavit tom. 3. Concilior. Hiſpan. pag. 209. & ſeq. additis variantibus lectionibus ex MS. Codice Toletano. Et in eod. tom. 3. pag. 212. ex MS. Cod. Monaſterii S. Facundi publicavit quinque priora capita ejuſdem Concilii vernaculo ſermone Hiſpano antiquo, prout concepta & expreſſa fuerunt in eodem Concilio. Nunc autem idem Concilium in multis ab aliis exemplaribus diverſum, & ſicut apparet, plus quam aliis integritati reſtitutum, exhibemus ex MS. Codice Eccleſiæ Conimbricenſis, quatnorcentis annis antiquiore, ut ex charactere & notis apparet: qui fol. 218. ſic habet.

*IN ERA MILLESIMA NONAGESIMA TERTIA. In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus Sereniſſimi atque Regii Principis Domini Fredinandi, & conjugis ſua Dona Sancia Regina: editum eſt hoc decretum in Concilio.*

*In unum cum omnes Epiſcopi conveniſſent:* Petrus videlicet Lucenſis Metropol. (1) *ſimiliter & Troylani Obetenſis; Creſconius Urienſis, & Apoſtolica Sedis; Cyprianus, Legionenſis; Didacus, Aſturiacenſis;* Miro, (2) *Palentina; Gomice, Calagrotitanus; Joannes, Pampilonenſis; Item Gomice,* Ocimenſis; (3) Ciſnandus Portugalenſis (4) *Cum omnibus Abbatibus, reſidente jam pradicto Principe ſuper flumen Stolla Urbe Cogranca pro corrigendis ac dirigendis regolis, vel tramitibus Eccleſia, ut mos eſt antiquorum Patrum, ac ſumendis tramitibus.*

*Agnoſcitur, & omnibus vobis cognitum manet ſecundum quod ab anteceſſoribus noſtris, & hic collaudatum eſt a praſentibus, & conſtitutum, atque ordinatum fuit, qui obedientes Apoſtolicis, & canonicis documentis ſic praceperunt: Ut omnis homo ex toto corde & mente in cunctis actibus ſuis magis Deo ſerviret, quam volutatibus vanis. Nunc vero in praſens amplius proficiſcentes, peccato, quo erant obdurata aures noſtra, ne audiremus legem, & ne audiremus Apoſtoli doctrinam, neque quod hi Sacri Canones docent, ſed involvebamur in peccatis noſtris quotidie, propter quod multa mala venerunt in terras. Ob hanc rem* juſſimus, (5) *ut omnes in unum coadunati audiatis quid Concilium hoc pramoneat, forſitan aliquibus rebus bonis innovatis, faciamus aliquid boni, propter quod a Domino mereamur a peccatis abſolvi; ait enim Apoſtolus, poteſt enim, ut ſi quis timens Deum fuerit Senioris verbo ſtatim obedit, ſi, & ad Principum juſſa, aut Seniorum pro rebus temporalibus ſeculi hujus accomodamus auditum, & facimus, quod jubent; quare pro ſalute animarum noſtrarum rebelles ſumus, & pertinaces, ut non audiamus, de quo nos pramonet Scriptura Sacra? Hic quidem pracipimus, ut hoc Concilium, quod per omnem Orbem terrarum regni noſtri ſtatutum eſt obſervemus; aſpeximus etenim & vidimus nefanda miracula, quantam eſuriem, inediem, peſtilentiam, cladem, & magnam inediem proper peccata noſtra retro actis annis in terra noſtra paſſi ſumus.*

*Et ideo timentes atque tabeſcentes illam vocem, quam Dominus per Moyſen filiis Iſrael locutus eſt, dicens:* Si nolueritis, & non audieritis me, addam correptiones veſtras centuplum, & conteram ſuperbiam, & duritiem veſtram; fruſtra ſeminabitis ſementem, & non reddam fructus ſuos; conſumetur incaſſum robur veſter, nec proferet terra ſementem, nec arbores poma præbebunt; comedetis, & non ſaturabimini. *Nam ibidem in eodem loco ſic ait:* Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur, apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & edetis panem veſtrum in ſaturitate.

Decretum I. *Nos autem Epiſcopi ſuperius nominati,* (6) *conſentiente Fredinando Rege, & Sanctia Regina ſtatuimus ut in noſtris ſedibus teneamus Canonicam vitam, & miniſterium Eccleſia Sancta pro poſſibilitate noſtra impleamus.*

Slavi ſub Godeſcalco Principe Fidem Chriſtianam colunt, 1062. CXI. Eodem interfecto ad paganiſmum redeunt, 1065. LI Hamburgenſem civitatem & diœceſim vaſtant, *ibid.* Multos ubique Chriſtianos diriſſime necant, *ibid.* Joannem Epiſcopum ſuum interimentes, ejuſdem caput conto præfixum Redigaſt idolo immolant, *ibid.* LII.

Smaragdus Legatorum Apoſtolicæ Sedis interpres juſſu Conſtantini Monomachi cum patre cæſus Patriarcha Cærulario traditur, 1054. XXII.

Solitariæ vitæ laus & utilitas, 1063. LXIII. *& ſeq.*

Sollicitudo ingens Gregorii VII. pro reformatione Eccleſiæ Chriſtianæ, 1075. VI. *& ſeq.* Item pro revocando ad pœnitentiam Henrico Rege, 1076. XXXIX *& ſeq.* XLIV. *& ſeq.* Item pro pacificando Imperio Occidentali, 1078. VI. Pro tranquillitate Eccleſiæ Chriſtianæ, *ibid.* XVI. Item Chriſti pro Romana Eccleſia; & unde colligatur, 1080. XXXIV. XXXV. Item Gregorii pro regno Germaniæ, 1081. IX. *& ſeq.* Item Deſiderii Abbatis Caſſinenſis Cardinalis pro novo eligendo Pontifice, 1085. XX. *& ſeqq.*

Somnii ſignificationem de amiſſione oculorum Petri Damiani interpretatur Hildebrandus Archidiaconus, 1061. LXIII.

Sophia Comitiſſa moritur, 1093. X

Sophronius Hieroſolymorum Patriarcha maxima lætitia ſuſcipit Germanos ad ſanctum Sepulcrum devotionis cauſa venientes, 1064. XLIV.

Sortilegi ſeducunt Odonem Epiſcopum Bajocenſem Guillelmi Regis Anglorum fratrem, & quomodo, 1084. XIX *& ſeq.*

Speculum humanorum caſuum Romanus Diogenes Imperator, 1071. XIII.

Spiritu prophetico præditus fuit Hildebrandus Archidiaconus, poſtea Gregorius VII. dictus 1061. XXXI. *Vide*, Prophetia.

Spiritus ſanctus non ſinit ſe nominari ab Archiepiſcopo ſimoniaco, 1055. XVII. In forma columbæ circumvolat altare, & exhibet reverentiam calici a Gregorio VII. conſecrato; & quare, 1084. XI.

Spolia Catholici de ſchiſmaticis & Henrico III. Imper. devicto, 1086. VII.

Stampis Galliæ locus, 1092 XI.

S. Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus redarguit conſtanter Boleſlaum II. Poloniæ Regem enormiter delinquentem, 1079. XXXVII. Ab eodem inter celebrandum in altari confoditur, *ibid.* Claret miraculis, & ab Innocentio Quarto inter Sanctos annumeratur, *ibid.* Ejuſdem tranſlatio & epitaphium, *ibidem.* XLI.

Status infelix Eccleſiæ Romanæ tempore Alexandri II. Papæ, 1061. XXIV. Item infelix eccleſiæ Africanæ, 1053. XLI. XLIV. Unde habeat ortum, *ibid.* Item eccleſiæ Hibernicæ qualis & quam periculoſus fuerit tempore Lanfranci Dorobernenſis Archiepiſcopi, 1089. XII. *& ſeq.*

Statuta Concilii Toloſani ſub Victore II. Papa, & quænam, 1056. XV. *& ſeq.* Alia Gregorii VII. diverſa ad ritus ſacros ſpectantia, 1085. XVI. *& ſeq.* Alia diverſorum Conciliorum. *Vide*, Acta Conciliorum,

Stephanus X. Papa. *Vide*, Fridericus diaconus Sanctæ R. E. Bibliothecarius & Cancellarius.

Stephanus Cardinalis Legatus deſignatur Conſtantinopolim a Stephano X Papa, 1058. I. Item in Germaniam ad Henricum III. Regem, 1061. V. Ab aulicis Regis contemptus infecto negotio redit, *ibid.* 1062. L. LI. Ejus laudes & epitaphium, *ibid.* LIII.

Stephanus Epiſcopus Olorenſis intereſt Concil. Accitano, 1060. XIII.

Stephanus homicida excommunicatur a Gregorio Septimo, 1076. XXX.

Stephanus, qui & Herrandus Halverſtadenſis Epiſcopus, rogatu Ludovici Comitis Catholici reſpondet Valtramo Magdeburgenſi, Ludovico ſuadenti, ut ad partes Henrici Imp. deficiat, 1090. XII. *& ſeq.*

Stigandus Epiſcopus Wintonienſis occupat Sedem Cantuarienſem, 1059. XVI. Pallium pecunia redimit a Mincio pſeudopapa Benedicto nominato, *ibid.* Per Cardinales Romanos degradatur, & perpetuo carceri mancipatur, *ibid.* Cur non coronaverit ex lege Guillelmum Angliæ Regem, 1066. IX. Tribus de cauſis condemnatur in Concilio Wintonienſi, 1070. XII. A Guillielmo Rege toto vitæ tempore in vinculis tenetur, 1058. XVI. 1070. XIV. XV. Quantum avaritia flagraverit, & divitiis abundaverit, *ibid.* Ut pecuniis parcat fame moritur, *ibid.*

Stigandus, Gulielmi Angliæ Regis Capellanus, fit Epiſcopus Suthſaxonum, 1070. XIV. XV.

Stigandus Seleſienſis, ſive Slengenſis, Epiſcopus intereſt conſecrationi Lanfranci Dorobernenſis Archiepiſcopi, 1070. XVI. Præſens eſt Concilio Londonienſi, 1075. XXXVI.

Stormarii cives Slavorum paganorum diriſſima perſecutione pæne omnes pereunt, 1065. II.

Strages ſchiſmaticorum per Catholicos, 1086. VI.

Suarza monaſterium in Germania, 1075. XIII.

Subdiaconi Eccleſiæ Romanæ viginti & unus, eorumque officium, 1057. XXI.

Subdiaconus Victori Papæ in ſacro calice venenum propinans a dæmone arripitur, 1055. XXVIII. Ejuſdem Pontificis orationibus liberatur, *ibid.*

Sublaciani ſubduntur monaſterio Sublacenſi a Leone Nono Papa, 1051. VI.

Suedi, ſive Suecones, cum Rege ſuo Olaph Chriſtiano quale pactum ineant, 1052. XIX. Eorum eccleſia perturbatur ab Oſmund Epiſc. acephalo 1050. XIV.

Sueno Magnus Danorum Rex cogitur a Romano Pontifice dimittere conſobrinam in uxorem acceptam, *ibid.* XIII. A S. Eduardo Anglorum Rege tributum accipit, ne regnum invadat; & poſt mortem ejus Rex Angliæ ab eo conſtituitur, *ibid.* Morbo luxuriæ flagrat, *ibid.* Laborat apud Leonem Romanum Pontificem ut in Dania Sedes Archiepiſcopalis erigatur, 1053 XLV. Cur a cœptis deſtiterit, *ibid.* XLVI. Hiſtoriarum peritiſſimus, 1067. XVIII. Laudatur ab humanitate & pietate, *ibid.* Litteras & Legatos accipit a Gregorio Papa VII. & quales, 1075. IX. Item alios, *ibid.* XXX. Moritur, 1077. LXVI. Quam humiliter & Chriſtiane pœnitentiam egerit pro homicidiis admiſſis, *ibid. & ſeq.*

Suevi & Saxones quas Henrico Germaniæ Regi conditiones proponant, 1066. LVII. *& ſeq.* Invitant Gregorium VII. ad proxima

Co-

Comitia, *ibid.* LX. Pellunt Henricum impedire conantem colloquium Principum Catholicorum Germaniæ, 1086. VI. Wirceburgum obſident & capiunt, *ibid.* & *ſeq.*

Suffraganei Epiſcopi urbis Romæ quinam, & quot ſint, eorumque nomina & officia, 1057. XXIII. & *ſeq.*

Sumptio frequens corporis Dominici conducit plurimum ad vitæ Chriſtianæ perfectionem, 1074. XII.

Superbia Deo odioſa, 1054. XI. Quanta fuerit Græcorum in commendanda ſua doctrina, 1053. XXX. Item Michaelis Cerularii Patriarchæ, 1054. XIV. Item Henrici III. Imperatoris, 1087. XVIII.

Superſtitio Græcorum de non manducando ſuffocato, 1053. XXVIII.

Supplicatio Henrici Germaniæ Regis ad Comitia Triburienſia per Legatos directa, 1076. LIII. Reiicitur, *ibid.* LIV.

Sutrinum Concilium, & quare ab Henrico Rege Germaniæ coactum, 1046. III. IV. Aliud ſub Nicolao II. 1059. II.

Synodus infamis Erphurdiæ cogitur a Sigefrido Moguntino Archiepiſcopo ſuaſu Henrici III. Regis, 1073. IV. Alia ibidem ab eodem congregatur contra clericos uxoratos, 1074. XXXIX. Alia in Anglia, in qua S. Vulſtanus ab Epiſcopatu depoſitus miraculoſe reſtituitur, *ibid.* LXVI. Alia Moguntiæ contra clericos concubinarios congregatur a Sigefrido Archiepiſcopo, 1075. XVII. Alia in Dalmatia, ejuſque acta, ſub Gregorio VII. 1076. LXVI. Alia generalis in Quintilineburg celebratur, 1085. IV. Ejuſque acta, *ibid.* & *ſeq.* *Vide*, Concilium.

Syrus Epiſc. Palentinus intereſt Conc. Coyacenſi, 1050. VI.

Syrus presbyter Vitæ ſancti Arialdi Mediolanenſis clerici ſcriptor, 1061. LX. 1066. XX.

# T

TAdicus Epiſcopus cum quinque Coepiſcopis in Suediam mittitur ad propagandam Fidem, 1067. XVI.

Tancredus ſubſcribit privilegio a Rogerio & Boamundo Ducibus Northmannorum monaſterio Banduſienſi dato, 1090. XVIII.

Tarracona per Berengarium Comitem a Sarracenis vindicatur, & Romanæ Eccleſiæ donatur, 1073. XXXVII. 1091. VIII. Eidem ſub penſione redditur ab Eccleſia Romana; & quare, *ibid.* Maximo privilegio cohoneſtatur ab Urbano II. 1091. XI. & *ſeq.*

Teiberga monaſterii S. Felicitatis Abbatiſſa, obtinet diploma a Nicolao II. Papa, 1060. I.

Temeritas intolerabilis in ſcribendo Michaelis Cerularii Patriarchæ Conſtantinop. 1053. XXXIII.

Templum S. Baſilii Magni deſtruitur & ſpoliatur a Turcis, 1067. XX.

Teramen caſtrum donat monaſterio Caſſinenſi Jordanus Princeps Capuanus, 1078. XXVI.

Terdeluacus Hiberniæ Rex commonetur a Lanfranco Dorobernenſi de tollendis quibuſdam graviſſimis vitiis in ſuo regno graſſantibus, 1089. XV. XVI.

Terremotus Conſtantinopoli, & alibi, 1064. LVII. Alius concutit cellam S. Arnulphi Sueſſionenſis Epiſcopi morientis; & quare, 1087. XXV.

Tervannenſes milites increpantur a Gregorio VII. ob crudelitatem in Lambertum pſeudopontificem commiſſam, 1082. VII.

Tervannenſis eccleſia admodum affligitur a Lamberto invaſore, *ibid.* VI.

Thedaldus vendicat ſibi favore Regis Henrici eccleſiam Mediolanenſem, 1073. XLVI. 1075. XXV. Ad Concilium vocatur, *ibid.* 1078. I. & *ſeq.* Excommunicatur, *ibid.* IV. Moritur, 1085. X.

Theobaldus Comes Romanæ Eccleſiæ ſtudioſus jubetur a Gregorio VII. abſtinere a converſatione ſchiſmaticorum, 1081. XXIX. XXXV.

Theodinus Cardinalis Archidiaconus ſchiſmaticus, 1078. XIII.

Theodora mortuo Conſtantino Monomacho Imperium capeſcit, 1054. LXXV. Creato Michaele Stratonico Imperatore, moritur, 1056. XVII.

Theodoricus Virdunenſis Epiſcopus jubetur Arnulphum Comitem Henrici Leodienſis Epiſcopi deprædatorem ad pœnitentiam cohortari, 1080. II.

Theodorus Antiochiæ Patriarcha cum Cerulario Conſtantinopolitano ſuaſor, & promotor Iſacio Comneno Imperium occupandi, 1057. XXXIV.

Theodoſius Conſtantini Monomachi filius rebellans contra Michaelem Stratonicum Imp. ſuperatur, 1056. XVII.

Theodoſius Imperator jacit fundamenta baſilicæ S. Pauli, abſolvit filius Honorius, 1062. XXIX.

Theodoſius, Rogerii Northmannorum Ducis Notarius ſcripſit privilegium ab eodem monaſt. Banduſienſi conceſſum, 1090. XXVII.

Theophylactus, Acridiæ Bulgarorum Archiepiſcopus, quando floruerit, 1071. XV. & *ſeqq.* Conſtantinopolitanus patria fuit, *ibid.* XX. Redit ad ſuam Eccleſiam, *ibid.* & *ſeq.* Ab onere Archiepiſcopatus rogat liberari, *ibid.* XXI. Reprehendit Ducem Scopiorum, quod ſe velit rebus ſacris immiſcere, *ibid.* XXII. Deplorat miſerias eccleſiæ Bulgaricæ a Servis illatas, 1073. LXXXII. & *ſeq.* Conſolatur Camaterum Epiſcopum lugentem ob incenſam a ſervis eccleſiam, *ibid.* LXXXIII. Deplorat injurias miniſtrorum Imperatoris in Epiſc. Bulgariæ, *ibid.* LXXXVIII. & *ſeq.* Gaudet & exultat de victoria contra Perſas & Francos ab Imperatore Conſtantinopolitano obtenta, 1073. XC. & *ſeq.* Quoſnam & quos libros ſcripſerit, *ibid.* XCIV.

Theuzo monachus qua ſimilitudine perſuaſerit Petro Damiani redire in eremum, 1061. XXXVIII. & *ſeq.*

Theuzo anachoreta auctor ſchiſmatis inter Epiſcopum Florentinum & monachos Vallis umbroſæ, 1063. XXIV. Graviſſime arguitur a Petro Damiani, *ibid.* XXV. Juſte reprehenſus aſſeritur, *ibid.* XXVII. Ex obiurgatione Petri Damiani melior effectus, aliis perfectiſſimum vitæ anachoreticæ factus eſt exemplar, *ibidem.* XXVIII. Ejuſdem epitaphium, *ibid.* LVIII.

Theuzones duo eodem tempore celebres, alter emita, alter cœnobita, *ibid.*

Thiemo Archiepiſcopus Salzburgenſis conſtitutus Perchtoldum ejuſdem Archiepiſcopatus invaſorem expellit, 1088. XXVI. Altmanno Pataviensi Epiſcopo in S. Gebehardi Salisburgenſis Archiepiſcopi locum ſubrogatus, 1090. XX. Omnia extrema ab Henrico Imperatore perpeſſus, *ibid.* A lictoris ictu miraculo liberatur, *ibid.* Lictor facti pœnitens veniam a Sancto poſtulat, *ibid.* Ejus ad poſtulata reſponſio, *ibid.* Collectitia pecunia redemptus, *ibid.* Quo anno in terram ſanctam peregrinatus, *ibid.* Apud Corozam egregie martyrio perfunctus obit, *ibid.*

Tholff Epiſcopus cum Coepiſcopo in Norvegiam ablegatur ad gentium converſionem, 1067. XVI.

Thomas Epiſcopus Carthaginenſis appellans ad Se-



Sedem Apoſtolicam reſponſum accipit a Leone IX. 1053. XLI. Ab eodem Primas Africæ pronuntiatur, *ibid.*

Thomas Baiocenſis canonicus Eboracenſis eccleſiæ creatur Archiepiſcopus, 1070. XIV. Conſecratur a Lanfranco Dorobernenſi Archiepiſcopo, *ibid.* XVI. Romam venit ad Alexandrum Papam pro pallio, & humaniter excipitur, 1071. V. Litem movet contra Lanfrancum Dorobernenſem Archiepiſcopum de primatu, *ibid.* Ab eodem erroris coarguitur, *ibid.* Filius presbyteri eſſe cognitus ab Alexandro Papa, ſpoliatur baculo, & anulo paſtorali, *ibid.* VII. Eoſdem recipit interceſſione Lanfranci, *ibid.* Decernitur ſubjectus Archiepiſcopo Dorobernenſi publico decreto, 1072. XI. XII. Subſcribit decreto contra ſe facto, *ibid.* XIII. XIV. Profeſſionem emittit Lanfranco Dorobernenſi de ſua in poſterum ei & ſucceſſoribus exhibenda obedientia, *ibid.* Intereſt Concilio Londonienſi 1075. XXXVI. Eidem ſubſcribit, *ibidem.* XXXVIII.

Thomas monachus Græcus Legatus Michaelis Ducæ Imp. ad Gregorium VII. Papam, 1073. XLIX.

Thracia terribili terræmotu contremiſcit, 1064. LVII.

Throni Epiſcoporum cur excelſo in eccleſiis loco collocentur, 1091. VI.

Thuringi tyrannice prohibentur ab Henrico III. Germaniæ Rege, ne appellent ad Sedem Apoſtolicam, 1073. VII. Victo Herveldenſi Abbate in decimas conſentiunt, *ibid.* VIII. Inique excommunicantur a Sigefrido Moguntinenſi Archiepiſcopo, 1075. XVIII.

Turolfus Epiſcopus ad converſionem Orcadum mittitur, 1067. XVI.

Thymelicus ſaltator ſacram emens veſtem Patriarchæ Hieroſolymitani, atque in ea ſaltans morte ſubitanea perit, 1059. VIII.

Titulus Univerſalis ſoli Romanæ competit Eccleſiæ, 1054. XII.

Todinus, Berardi Marſorum Comitis filius, levita creatur ab Alexandro Papa II. 1066. III.

Toletum quando per Alphonſum Hiſpaniæ Regem ſit liberatum a jugo Sarracenorum, 1080. LXXII.

Toletana Eccleſia donatur primatu totius Hiſpaniæ, 1088. XIII.

Toloſanum Concilium ſub Victore II. celebratur; ejuſque acta, 1056. XXI. & *ſeq.* Aliud ſub Urbano II. & quid in eo actum, 1090. II.

Tormenta Benedicti Noni apud inferos per viſionem oſtenduntur, 1054. LIV.

Toſtinus Northumbrorum Comes Romam venit, & a Nicolao Papa II. honorifice excipitur, 1059. XXXV. A prædonibus in reditu ſpoliatus Romam revertitur, *ibid.* In Nicolaum invehitur, & ablata ſibi jubet a Pontifice reſtitui, *ibid.* Muneribus a Papa cumulatus cum ſociis in Angliam revertitur, *ibid.* XXXVI.

Totila Gothorum Rex Urbem capiens qua arte Romanum populum ab internecione furentis militis liberarit, 1062. X. & *ſeq.*

Tranſlatio corporis S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, 1053. XLVII. S. Stanislai Cracovienſis Epiſc. 1079. IV. Item S. Gerardi Epiſcopi, *ibid.* XLII. Item S. Stephani Hungariæ Regis, *ibidem.* S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi, 1087. XXI. S. Sabini Epiſcopi Canuſini, 1091. XXI.

Tranum confirmatur eccleſiæ Barenſi ab Urbano II. 1089. VI.

Traſimundus Comes Theatinus ſpoliat Legatos Apoſtolicæ Sedis Conſtantinopoli redeuntes, 1054. XLV. Ægritudine correptus monachus cupit fieri, & ſummo Pontifici reconciliari, 1055. XXVI. Quanta bona Caſſinenſi monaſterio dederit, *ibid.* Accuſatur a Friderico Cancellario monacho Caſſinenſi pro eodem delicto apud Victorem II. Papam, 1057. I. & *ſeq.* A Victore excommunicatus Romam venit pro abſolutione, & rebus ſublatis Friderico redditis abſolutionem obtinet, *ibid.*

Triburiæ Comitia celebrantur Principum Germanorum Catholicorum pro reſtitutione pacis eccleſiaſticæ, 1076. LI.

Triburienſe Concilium falſo allegatur a clericis Laudenſibus Nicolaitis contra Petrum Damiani eorum hoſtem, 1065. I. II.

Troianum Concilium primum celebrat Urbanus II. ejuſque ſtatuta, 1089. VIII. Secundum item, 1093. I.

Tudetchinus capellanus Godefredi Tuſciæ Ducis novam excitat hæreſim; & qualem, 1065. XXXVII.

Tullenſes ſubducunt ſe ab obedientia Egilberti Epiſcopi excommunicati, 1093. VI.

Tumultus monachorum Caſſinenſium contra Humbertum Sedis Apoſtolicæ Legatum; & quare, 1057. VII. Alius in Eccleſia Mediolanenſi excitatur a Guidone relapſo Archiepiſcopo, 1066. XVI. & *ſeq.* A Legatis Apoſtolicæ Sedis compeſcitur, 1067. II. & *ſeq.* Alius de ſolvendis decimis in conciliabulo Erphurdenſi, 1073. V. & *ſeq.* Item clericorum uxoratorum contra decretum Gregorii VII. 1074. XXXVIII. Item contra Sigefridum Archiepiſcopum Moguntinum, *ibid.* XXXIX. 1075. XVII. & *ſeq.* Item alius Cincii Romanorum Præfecti contra Gregorium VII. & populi Romani contra ipſum, *ibid.* XXXIII. & *ſeq.*

Turbarum inteſtinarum eccleſiæ mediolanenſis cauſa; & unde orta, 1059. XLVI. & *ſeq.*

Turcæ Perſarum regnum invadunt; & quare, 1048. VIII. Eo occupato arma victricia contra Romanum Imperium movent. & ſubjugant, *ibid.* Cæſaream capiunt, & templum S. Baſilii diripiunt & profanant, 1067. XX. Capiunt Romanum Diogenem Imperatorem, 1071. XII.

Turonenſe Concilium contra Berengarium ſub Victore II. Papa, 1055. XXIII.

Turrim Creſcentii, ſive molem Hadriani conantur deſtruere Romani, 1091. I. *Vide*, Moles Hadriani.

Turris ad mare donatur monaſterio Caſſinenſi a Jordano Principe Capuano, 1078. XXV.

Tyrach Princeps Pazzinacarum cum ſuis ad Chriſtum convertitur, 1049. XXXII.

Tyrannis dira Northmannorum in Italia, 1053. II. 1054. V.

Tyranni Romanæ Eccleſiæ per Northmannos juſſu Nicolai II. Papæ cohibentur, 1059. LXXIV.

# V

VAclus quidam conſpicit per viſionem Benedictum Nonum, & intelligit eum condemnatum, 1054. LIV. LV. LVI.

Vaigri Slavoniæ populus Chriſtianam Fidem colit ſub Godeſcalco Principe piiſſimo, 1062. CXI.

Valcelinus Gulielmi Angliæ Regis Capellanus creatur Vvintonienſis Epiſcopus, 1070. XIV.

Valerianus Imperator a Sapore Perſarum Rege victus & captus, eidem ſcabelli loco ſervivit equum conſcendenti, 1062. C.

Valelii hæretici hoſpites ſuos caſtrare ſolent, 1054. XXIII.

Vallis umbroſæ monachorum inſtitutor S. Joannes Gualbertus, 1051. I.

Valtramus ſchiſmaticus Magdeburgenſis Archiepi-

piſcopus ſuadet Ludovico Comiti Germano Catholico ut deficiat a Catholicis ad Henricum Imperatorem, 1090. IX. & ſeq. Quale ab eodem reſponſum accipiat *ibid.* XIII. & *ſeq.*

Valvarum ænearum baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi deſcriptio, 1070. XXXI. & *ſeq.*

Vanitatem Cardinalium, Epiſcoporum, & ſacerdotum deplorat & reprehendit Petrus Damiani, 1061. XLI. & *ſeq.*

Vaticana bibliotheca ſæpius citatur.

Vaticana baſilica recuperatur a Jordano Principe Capuano, ejectis inde Guibertinis, 1087. II. Occupatur rurſus ab iiſdem, *ibid.* IV.

Vaticinium Petri Damiani de Cadaloo quale ſit, 1061. XXV. Explicatur, 1062. LXVI. Aliud S. Hugonis Cluniacenſis Abbatis de interitu Gaufredi Barbati Andegavenſium impii Comitis, *ibid.* LXXIX. *Vide*, Prophetia.

Ubaldus Mantuanus ſanatur morbo ſplenetico per mitram Gregorii VII. 1085. XIII. Scribit ad Mathildem Comitiſſam de miraculis S. Anſelmi Lucenſis Epiſc. 1086. XII.

Ubaldus Epiſcopus Sabinenſis confirmat manu propria privilegium ab Urbano II. Cavenſi monaſterio datum, 1092 XXVIII.

Udalricus Augienſis cœnobii proviſor Abbas conſecratur a Leone Nono Papa, 1049. VII.

Udalricus Beneventanus electus Archiepiſcopus adeſt Leoni IX. determinanti litem inter Abbatem S. Vincentii & pſeudoabbatem Caſtanleti, 1053. V.

Udalricus de Coſheim, Henrici Germaniæ Regis fautor & Conſiliarius excommunicatus a Gregorio VII. 1076. XVI. Dimittitur a Rege, *ibid.* LIX. Revocatur ab eodem, 1077. XXX. Ultione divina ſubitanee moritur, 1083. III.

Udalricus Patavinus Epiſcopus mittitur cum legatione in Germaniam a Greg. VII. 1079. X.

Udalricus Præpoſitus Auguſtenſis conſecratur Epiſcopus Patavienſis a Dimone Archiepiſc. Salzburgenſi, 1092. I.

Udeſcalcus Vitæ Eginonis Abbatis ſcriptor ad Urbanum II. nuntii comes, 1089. III.

Udo Archiepiſcopus Trevirenſis ſchiſmaticus, 1074. LXXVI. Repentina morte periit, 1076. XXXVII. Romam venit, & Gregorium Papam veneratus Germanis auctor fuit defectionis ab Henrico, *ibid.* XXXIX. Quænam in mandatis acceperit a Gregorio VII. 1078. XVII.

Vegius epitaphiorum & antiquitatum Vaticanæ eccleſiæ collector, 1077. LXXVIII.

Venatio & luſus quantum dedeceant Cardinales & ſacerdotes, 1061. XL.

Venditio bonorum eccleſiaſticorum quantum ſit peccatum, 1055. II. Quanta mala pariat, *ibid.* VII.

Venenum propinat Victor II. Papæ ſubdiaconus, & a dœmone arripitur, *ibid.* XXVIII.

Veneti obiurgantur a Gregorio VII. quod Patriarcham ſuum inopia laborare ſinant, 1073. LI.

Verba S. Pauli de ducenda uxore male interpretantur & hæretice clerici Laudenſes, 1065. II. III.

Vercellenſe Concilium ſub Leone Nono papa, 1050. II.

Veritas & realitas Sacramenti Euchariſtiæ miraculis a Deo comprobatur; & quomodo, 1059. XXI. & *ſeq.* Probatur in Concilio Romano ſub Gregorio VII. 1079. II.

Vernabi Slavoniæ populus Fidem Chriſtianam amplectitur, 1062. CXI.

Veſtes ſacerdotum & diaconorum in ſacrificio quæ ſint & quomodo vocentur, 1050. VII.

Veſtis Samuelis ſciſſæ cum Saul illam apprehendit myſtica interpretatio, 1064. XIV.

Vexillum dat Herlembaldo Duci Mediolanenſi Alexander II. Pontifex, quo furores hæreticorum coerceat, 1061. LXI. Aliud Gulielmo Northmannorum Comiti; & quare, 1066. V. Recipit ab eodem poſt victoriam vexillum Haroldi tyranni devicti; & quare, *ibid.* VIII.

Ugo. *Vide*, Hugo.

Victor ſecundus Papa. *Vide*, Gebehardus Aiſtetenſis Epiſc.

Victor Papa III. *Vide*, Deſiderius Abbas Caſſinenſis.

Victoria Northmannorum contra Leonem Nonum Papam, 1053. VI. & *ſeqq.* Alia divinitus obtenta a Conſtantino Duca Imper. contra ſexcenta millia Uzicarum, & quomodo, 1065. LXIII. Alia Guilelmi Northmanniæ Comitis contra Haroldum Angliæ tyrannum, & unde, 1066. VIII. Alia Græcorum de Perſis & Francis, 1073. XC. & *ſeq.* Alia Rudolphi Germaniæ Regis de Henrico, 1078. XIX. Alia Roberti Guiſcardi Northmannorum Ducis contra Alexium Comnenum Imperatorem maxima, 1081. XIII. Alia navalis ejuſdem contra eumdem, 1084. XIV. Alia Mathildis Comitiſſæ de ſchiſmaticis, 1087. VI. Alia ingens Chriſtianorum contra Sarracenos in Africa, *ibid.* VIII. & *ſeq.* Alia Catholicorum in Germania contra Henricum Imp. 1089. XI.

Victoria modeſte utendum, 1076. VII.

Vincentius S. Hugonis Cluniacenſis Abbatis famulus teſtis de miraculoſo caſu ſancti viri abſque ejus & mulæ læſione, 1074. LXIII.

Vindicta divina, & cur ſævierit in Henricum II. Imp. 1056. II. Alia in inceſtuoſum, 1065. XXIII. Alia in tres milites, S. Cunonis electi Archiepiſcopi Trevirenſis interemptores, 1066. XII. Alia in Epiſcopos ſchiſmaticos Greg. VII. hoſtes, 1076. XXXV. & *ſeq.* Alia in Jordanum Principem Capuanum ſacrilegum, 1067. XXII. Alia item graviſſima in Boleſlaum II. Poloniæ Regem S. Staniſlai Epiſcopi interfectorem, 1079. XLI. Alia in ſchiſmaticum Epiſcopum, Patavienſis eccleſiæ invaſorem, 1087. XX. Item in ſucceſſores Guillelmi Primi Angliæ Regis; & quare, *ibid.* XXXIV. *Vide etiam*, Ultio divina.

Vindicta ſecundum modum culpæ eſt temperanda, 1065. XXVII.

Vinum, hoſtia, aqua in altaris ſacrificio ſanctam Trinitatem ſignificant, 1050. VII.

Vir quomodo uxorem relinquere poſſit & monaſterium ingredi, 1072. XXIV.

Virdunenſes recedunt ab obedientia Egilberti Epiſcopi excommunicati, 1093. VI.

Virginitas perpetua in matrimonio Chunegundis, Edithæ, Mathildis, 1066. VI. 1089. IX. & *ſeq.*

Viri ſancti Gregorio Papæ adhæſerunt contra ſchiſmaticos; & quinam illi, 1064. XIII.

Viſio Leonis Noni ante Pontificatum, 1049. III. & *ſeq.* Alia in ſomno Agnetis Imperatricis de filio pariendo, 1051. XI. Alia de tormentis Benedicti IX. Papæ apud inferos, 1054. LIV. A Petro Damiani explicatur, *ibid.* LVI. Alia de Comite ad inferos damnato ob diſtracta & occupata prædia eccleſiaſtica, 1055. XIII. & *ſeq.* Alia de imminentibus malis oſtenditur Gunthero Cancellario Imperatoris, & qualis, 1056. II. Alia Leonis monachi Caſſinenſis de theſauro a Stephano X. Papa auferri juſſo & reportando, & quomodo, 1058. III. Item Huzmanni clerici Spirenſis de interitu ſui Epiſcopi, 1075. XIV. Alia de Hildolpho Colonienſi Archiepiſcopo, ejuſque interitu, 1077. XLI. Alia de Gregorio VII. Papa oſtenditur; & qualis illa, & quid ſibi voluerit, 1084. X. XI. XII. Alia de S. Petro Caſſinum abeunte, 1087. V.

Vita & converſatio Cluniacenſium monachorum commendatur, 1062. LXXXI.

Vita communis clericorum præcipitur ab Alexandro II. Papa, 1063. XXXV. XXXVII. Item laicorum in Germania floreſcit & comprobatur decreto Urbani II. Papæ, 1091. IV. & *ſeqq.*

Vitæ ſolitariæ laus & utilitas, 1063. LXIII.

Vitæ in melius inſtituendæ exemplar Anſelmus II. Lucenſis Epiſcopus, 1073. LX. & *ſeq.*

Vitæ Chriſtianæ cultus in duobus præcipue conſiſtit, 1074. XII.

Vitam anteactam Hildeberti Cenomanenſis Epiſcopi carpit jure & reprehendit Ivo Carnotenſis in epiſtola ad eumdem ſcripta, 1088. XIX. & *ſeq.*

Vitia carnalia in clericis perſequitur Leo Nonus Papa, & delet, 1049. X. & *ſeq.*

Vitia eo magis eniteſcunt, quo a digniori & majori perſona committuntur, 1061. XVIII.

Ulma Bavariæ oppidum nobilitatur oſſibus S. Zenonis Confeſſoris, 1052. XIX.

Ultio dira in Thymelicum ſaltatorem, in ſacra veſte Patriarchæ Hieroſolymitani ſaltantem, 1059. VIII. Alia horribilis in Burchardum Halberſtadenſem Epiſcopum, bonorum Herveldenſis monaſterii invaſorem, *ibid.* LXXXII. Alia in Gaufredum Barbatum Andegavenſium Comitem ob perſecutionem Cluniacenſibus illatam, 1062. LXXIX. Item in Henricum Spirenſem Epiſcopum excommunicatum, 1075. XIV. Alia in Henricum III. Imp. quæ eo fuit gravior quo tardior; & qualis illa, 1080. XV. Item in Alexium Imp. ob detracta eccleſiis donaria, 1082. XI.

UNIVERSALIS nomen ſoli Romanæ Eccleſiæ competit, 1054. XII.

Vocatio miraculoſa S. Bruni Signiæ Epiſcopi, 1079. VII.

Vodeſcal Henrici Germaniæ Regis nomine legatione fungitur ad Gregorium VII. 1076. VIII.

Uraca Ferdinandi Magni Caſtellæ Regis filia, 1065. LXII.

Uranius S. Pauli Nolani Epiſcopi Vitæ ſcriptor, 1087. XXV.

Uratiſlaus Bohemiæ Dux ſpondens Beato Petro defenſionem Eccleſiæ Romanæ, in beneficium accipit uſum mitræ ab Alexandro II. Papa, 1068. IV. Moleſte ferens injuriam Joanni Olmucenſi Epiſcopo illatam a Joramiro Pragenſi Epiſcopo, eumdem accuſat apud Alexandrum Papam, 1073. IX. Legatos Gregorii Septimi humaniter excipit, *ibid.* LIII. Cenſum perſolvit Gregorio Papæ pro uſu mitræ ab Alexandro acceptæ promiſſum, *ibid.* LV. Increpatur a Gregorio VII. quod communicet cum excommunicatis, 1080. I. Fruſtra petit ab eodem licentiam divinum Officium lingua Slavonica dicendi, *ibid.*

Urbanus II. Papa. *Vide*, Otto Epiſcopus Oſtienſis.

Urſo Barenſis Archiepiſcopus ſolicite indagat de corporibus Sanctorum ſub Confeſſione conditorum, 1091. XVII. & *ſeq.* Quam charus fuerit Roberto Guiſcardo Duci Northmannorum, *ibid.* XVIII. Poſt reditum ab Hieroſolymitana peregrinatione diem obit, *ibid.*

Urſpergenſis reprehenditur ab Auctore; & quare, 1052. XVIII. Schiſmaticus eſſe detegitur, *ibid.* 1080. XVIII. XX. Sæpius citatur. Errat in aſſignando tempore Romam profectionis Agnetis Auguſtæ, 1062. LXXXVIII.

Urſus Bantinenſis monaſterii Abbas, rogat Urbanum II. ut velit eccleſiam S. Mariæ Banduſienſis conſecrare, 1088. VII. Obtinet ab eodem pro eadem eccleſia luculentum privilegium, *ibid.* & *ſeq.* Conqueritur apud Urbanum de quorumdam tyrannide in dictum monaſterium, 1090. XXI. Quantas injurias acceperit a Goffredo Comite, *ibid.* XXII.

Uſus diſciplinæ ſive flagellationis ſui ipſius, 1055. XI. Et quo auctore, 1056. VII.

Uſus mitræ conceditur Uratiſlao Bohemiæ Duci ab Alexandro II. Papa; & quare, 1068. IV.

Uto Archipresbyter Burchardi Halberſtadenſis Epiſcopi, & malorum contra Herveldenſe monaſterium auctor ſubitanea morte a Deo punitur, 1059. LXXXII.

Uto Hildenesheimenſis Epiſcopus damnatur in Concilio Quintilineburgenſi, 1085. VIII.

Walchelmus, qui & Valchelinus, Vventanus Epiſcopus, cum ſociis intereſt conſecrationi Lanfranci Dorobernenſis Archiep. 1070. XVI. Auctor eſt Regi, ut monachi a cathedralibus eccleſiis pellantur, & clerici ſubſtituantur, 1071. VIII. Intereſt Concilio Londonienſi, 1075. XXXVI.

Waltarius Veronenſis Epiſcopus transfert oſſa S. Zenonis Confeſſoris Ulmam, 1052. XIX.

Walterus Herefordenſis Epiſcopus electus confirmatur a Nicolao II. Papa, 1059. XXXV.

Walterus Biſuntinus Archiepiſcopus increpatur a Petro Damiani, quod permittat clericos ſuos in eccleſia ſedentes divinum Officium recitare, 1062. LXXXV.

Wecilo Archiepiſcopus Moguntinus defendit partes Henrici Imperatoris contra Gebehardum Salzburgenſem, Romanæ Eccleſiæ defenſorem, 1085. II. Hæreſis accuſatur in Concilio apud Quintilineburg congregato; & quare, *ibid.* III. Ex clerico fugitivo Halberſtadenſi favore Henrici promotus eſt in Archiepiſcopum, *ibid.* Novæ hæreſi nomen dedit, *ibid.* III. Deponitur in Concilio Quintilineburgenſi, *ibid.* V. VIII. Moritur, 1088. XIV.

Welpho junior Bavariæ Dux bellicoſiſſimus & Catholiciſſimus *duxit Mathildem* Comitiſſam in uxorem; & quare, 1074. XXXII. 1089. IX. Triburiam proficiſcitur ad Comitia, 1076. L. Legionem pedes ducit contra Henricum Imperatorem, 1086. VI. Continentiam perpetuam cum Mathilde tenuit, 1089. IX. Henrico Imperatori fortiter reſiſtit, 1092. I. Plurimum contra ſchiſmaticos invaluit acceſſione Conradi Regis Henrici III. Imperatoris filii, a patre deficientis, 1093. II. Ejuſdem coronationi conſentit, *ibid.* III. Suſcipitur in militem S. Petri a Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato, *ibid.* VI.

Welpho ſenior Bajoariæ Dux moleſto fert animo continentiam inter filium ſuum Welphonem & Mathildem Comitiſſam, 1089. IX. In Longobardiam venit, ut eoſdem ſibi invicem conciliet, ſed fruſtra, *ibid.* Tentat Mathildem cogere, ut filium Welphonem ejus maritum bonorum heredem inſtituat, *ibid.* Impedit Henricum III. Imperatorem cum Rege Hungarorum colloqui, 1092. I. Venit ad Conradum novum Regem, & eidem adhæret, 1093. III.

Wernherus Merſeburgenſis Epiſcopus ſchiſmaticorum adverſarius moritur, 1093. IX. & *ſeq.*

Werven caſtellum, 1078. XXIV.

Wezelinus Dalmatiæ Princeps auctor & ductor rebellionis contra novum Regem increpatur a Gregorio Septimo, 1079. XXIX.

Wfridus mortis Cabioſi dominator teſtis eſt privilegii a Rogerio & Boamundo Ducibus Northmannorum conceſſi monaſterio Banduſienſi, 1090. XXVIII.

Wideradus Abbas Fuldenſis, 1072. III.

Wifredus Narbornenſis Archiepiſcopus proficiſcitur ad Concilium Toloſanum, 1056. XII. Eidem ſubſcribit, *ibid.* XV.

Wifridus Mediolanenſium militum Dux favet Gregorio VII. contra Henricum Germaniæ Regem, 1076. XXIX.

Willa S. Bruni Signiæ Epiſcopi mater, 1079. VII.

Willelmus Bibliothecarius ſæpius citatur.

Willelmus Secundus cognomento Rufus Angliæ Rex. *Vide*, Guillelmus.

Willelmus Archiepiſcopus Rhemenſis epiſtolam accipit a Stephano X. Papa, 1057. XXXIII. Coronat Philippum Regem Francorum adhuc impuberem, 1059. LXXVI. Jubetur a Nicolao Papa Henricum Regem Philippi patrem increpare, *ibid.* Ab Alexandro Papa certior fit de victo Cadaloo ſeudopapa, 1064. XXXVI. Ab eodem jubetur ſimoniacam hæreſim perſequi, & Abbatem ſancti Medardi excommunicatum eiicere, *ibid.*

Willelmus Epiſcopus Urgelitanus intereſt Concilio Accitano, 1060. XIII.

Willelmus Tyrius belli ſacri ſcriptor ſæpius citatur.

Willelmus Trajectenſis Epiſcopus cum ſeptem millibus Germanorum peregrinatur ad ſanctum Sepulcrum, 1064. XLIII. Ab Arabibus ſpoliatur, & nudus ac ſemivivus relinquitur, *ibid.* XLVIII. Favet Henrico Germaniæ Regi contra Gregorium VII, Papam, 1076. XIV. Conatur cogere Adalberonem Wirceburgenſem & Herimannum Metenſem Epiſcopos ut ſubſcribant damnationi Gregorii in conciliabulo Wormatienſi factæ, *ibid.* Excommunicatur a Gregorio, *ibid.* XVI. Miſerrime perit, & extremis vocibus ſuam contra Gregorium VII. rebellionem deplorat, *ibid.* XXXV. *& ſeq.*

Willelmus Epiſcopus ad converſionem gentium in Selandiam Danorum inſulam mittitur, 1067. XVI.

Willelmus, ſive Willermus, Londonienſis Epiſcopus *cum ſociis Epiſcopis conſecrat* Lanfrancum Cadomenſem Abbatem in Archiepiſcopum Dorobernenſem, 1070. XVI. Intereſt Concilio Londonienſi, 1075. XXXVI.

Willelmus Roſckildenſis Epiſcopus in vita & poſt mortem miraculis illuſtris, 1077. LXVII. Suenonem Daniæ Regem ob homicidia ſacrilega baculo paſtorali arcet ab eccleſia, *ibid.* Eumdem acriter increpans ictu mulctat, *ibid. & ſeq* Eumdem iacentem ante fores eccleſiæ pœnitentem erigit, *ibid.* LXXI. Eumdem comiter & ſolemniter in eccleſiam introductum abſolvit a crimine, *ibid.* LXXIII.

Willelmus Abbas Hirſaugienſis Confeſſor moritur, 1091. XXIII.

Willermus Abbas S. Benigni fundavit Frutuarienſe nobile monaſterium, 1062. CV.

Wilſtanus Wiriceſtrenſis præſens eſt Concilio Londonienſi, 1075. XXXVI.

Wiltrudis Comitiſſa de Caluve, 1049. XXI.

Windeshoram Angliæ locus, 1070. XIV.

Wintonienſe Concilium in Anglia, ejuſque acta, 1070. XI. *& ſeq.*

Wirzeburgum civitas capitur a Rudolpho Germaniæ Rege, 1078. XIX. Obſidetur rurſus a Catholicis Germaniæ Principibus, 1086. VI. Capitur, *ibid.* VIII.

Wiſigothi ad Fidem convertuntur, & agnoſcunt Gregorium VII. ſupremum paſtorem, 1081. XXX.

Wlſius monachus eremita increpat S. Wlſtanum, quod recuſet ſuſcipere Epiſcopatum Wigornienſem, 1062. LXXII.

S. Vulſtanus eligitur Wigornienſis Epiſcopus a Legatis Apoſtolicæ Sedis, 1059. XXXIV. 1062. LXXII. Diu reſiſtens, tandem a Vulſio viro ſancto increpatus, & divino oraculo territus, conſentit, *ibid.* Conſecratur, *ibid.* Conqueritur apud Sedis Apoſtolicæ Legatos in Concilio Wintonienſi de bonis ſui Epiſcopatus alienatis, 1070. XIII. Ob ſimplicitatem & litterarum imperitiam minus Epiſcopatu dignus judicatus, cauſam dicere jubetur, 1072. XV. Videt S. Oſwaldum Eboracenſem & Dunſtanum Dorobernenſem Archiepiſcopos ſuæ cauſæ defenſores ſibi aſtare, *ibid.* Præter ſpem Concilii victor evadit, *ibid.* Rogatur ab Eboracenſi Archiepiſcopo ut diœceſim ſibi commiſſam velit luſtrare, *ibid.* XVI. Ab Epiſcopatu depoſitus magno miraculo eſt reſtitutus, 1074. LXVI.

S. Vuolphelmus Abbas Bruvilerenſis confutavit errorem Berengarii hæreſiarchæ, 1059. XIX. Intercedit apud Gregorium VII. pro villa Cloteno, a S. Annone Colonienſi ſibi ablata, 1077. XXXVIII. Moritur, 1091. XXV.

Wormatienſe conciliabulum contra Gregorium VII. congregatum ab Henrico Germaniæ Rege quando ſit celebratum, 1076. VIII. *& ſeq.* XII.

Uxores vendunt Scoti, 1073. XLVIII. Item Hiberni, 1089. XIII.

Uzicæ Scytharum gens Iſtrum traiiciens Romanum invadunt Imperium, 1065. LXIII. *Duces Romanorum capiunt*, & exercitum debellant, *ibid.* Oratione populi & Conſtantini Ducæ Imperatoris divinitus ſuperantur, & magna ex parte peſtilentia conſumuntur, *ibid.* LXIV.

## Z

ZElus Petri Damiani pro Eccleſiæ Romanæ libertate, 1064. IX. *& ſeqq.* Item Adalberti Hamburgenſis Archiepiſcopi pro converſione Gentilium, 1067. XIII. *& ſeq.* Item Gregorii Septimi in emendandis Henrici Germaniæ Regis delictis, 1073. XLI. *& ſeq.*

S. Zenonis Confeſſoris Reliquiæ Ulmam tranſferuntur a Waltario Veronenſi Epiſcopo, 1032. XIX.

Zonaras hiſtoricus Græcus ſæpius citatur.





# INDEX
# CRITICÆ
## HISTORICO-CHRONOLOGICÆ
## P. ANTONII PAGII
## QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

## A

ABubeker fit Imperator novæ ſectæ Almorabitarum in Africa, 1058. XVI. Moritur, *ibid.*

Adalbero hujus nominis III. S. Leonis IX. Papæ patruelis fit Epiſc. Metenſis, 1046. VIII.

Adelais Praxedes etiam dicta Henrico IV. Germaniæ Rege marito cogente a multis ſtupratur, 1093. II.

Apud S. Ægidium in Provincia Narbonenſi Concilium celebratur pro confirmanda Treuga Dei, 1056. III.

Africa Minor proprio Regi paret, 1073. XIII. 1076. VII.

Africana Eccleſia in finem vergit, 1053. XIV. Diſſidiis laceratur, 1073. XIII.

Agatha Henrici II. Imp. filia Eduardo Edmundi Angliæ Regis filio nupta parit S. Margaritam Scotorum Reginam 1054. XI. Ex Anglia fugit & Margaritam filiam Malcolmo III. Scotiæ Regi conjugem dat, 1067. VIII. *& ſeq.*

Agnes Willelmi Pictavorum Ducis filia a Clemente II. Auguſta coronatur, 1046. II. In Italia filiam parit, 1047. II. S. Waboradam a Clemente II. canonizari impetrat, *ibid.* IV. Henricum filium parit, 1050. XX. Conradum alterum filium parit, 1052. XVIII. Bajoariæ Ducatum privato jure poſſidendum a marito recipit, 1056. I. Poſt Henrici mariti mortem rebus præeſt, *ibid.* II. Cadolum Antipapam eligi curat, 1061. III. Romanam Eccleſiam afflictam tuetur, 1074. I. Moritur, 1077. XVI. Ejus pietas, *ibid.*

Aimericus II. Vicecomes Narbonenſis Mathildem Roberti Guiſcardi filiam Raimundi Berengarii II. Comitis Barcinonenſis relictam uxorem ducit, 1079. VI.

Albertus ſeu Adalbertus moritur, 1072. V.

Aldredus Archiepiſcopus Eboracenſis quo anno dictus, 1059. VI. *& ſeq.* Secundo Concilio Romano ſub Nicolao II. PP. interfuit, *ibid.* VII. *& ſeqq.* Simoniæ accuſatus non fuit, *ibid.* VIII. A Nicolao PP. pallium accepit, *ibid.* Roma diſcedens a latronibus ſpoliatur & Romam redit, *ibid.* X. In Angliam revertitur, 1060. I. Moritur, 1069. IV.

Alexander II. Papa. *Vide*, Anſelmus Lucenſis Epiſcop.

Alexius Comnenus fit Imperator, 1080. XVI. Coronatur a Coſma Patriarcha Conſtantinopolitano, *ibid.* XVII. Iſaacium fratrem Sebaſtocratorem dicit, *ibid.* XVIII. Alias dignitates inſtituit, *ibid.* Cum Turcis Imperium Orientale vaſtantibus pacem facit, 1081. XVI. *& ſeq.* A Roberto Guiſcardo Calabriæ Duce vincitur, *ibid.* VII. Pro bello contra Robertum Eccleſiæ theſauros accipit, 1082. VIII. Henricum Germaniæ Regem ad fœdus adverſus Robertum ſollicitat, *ibid.* IX. A Boamundo Duce vincitur, 1083. VI. Turcarum auxilio eum vincit, *ibid.* Literas in Oriente reſtituit, *ibid.* VIII. Nefaria cujuſdam Itali dogmata Conſtantinopoli damnari curat, *ibid.* IX.

Alexius Venetorum auxiliis adiutus varia fortuna in Illyrico pugnat cum Roberto Calabriæ Duce, 1084. XIII. *& ſeq.* Ab Urbano II. non fuit excommunicatione abſolutus, 1089. I. Euſtratium Garidam Patriarchatu Conſtantinopolitano deturbat, *ibidem.* VIII. Azimorum uſum Latinis interdicit, *ibid.* IX. Joannem Comnenum filium Imperii conſortem dicit, 1091. XV. Occidentalium Principum auxilium contra Turcas implorat, 1092. XI.

S. Alferius monaſterium Cavenſe Salernitanæ Urbi vicinum fundat, 1050. XXVI. Moritur, *ibid.*

Alfuinus Vintonienſis Epiſcopus moritur, 1047. X. Incontinentiæ cum Emma Regina falſo accuſatur, *ibid.* X. *& ſeq.*

Almoezz Africæ Calipha moritur, 1063. IX.

Almorabitarum ſectæ apud Saracenos Africæ initium, 1058. XVI. Almorabitæ Hiſpanias ſibi ſubiiciunt, 1077. XVII. 1091. XII.

Alphonſus VI. Ferdinandi M. filius fit Rex Legionis, 1065. III. Garſiam fratrem regno ſpoliat, illudque cum Sanctio fratre partitur, 1071. XVIII. A Sanctio fratre Caſtellæ Rege capitur & in monaſterium truditur, *ibid.* XVIII. *& ſeq.* E monaſterio fugit & Toletum pergit, *ibid.* Sanctio fratre mortuo Legionis & Caſtellæ regna recipit, 1072. XII. Garſia fratre in carcerem conjecto Gallæciæ & Luſitaniæ regnum occupat, *ibid.* Epiſcopatum Auſcenſem in urbem Burgenſem transfert, 1074. XI. Ad Alphonſum ſcribit Gregorius VII. petens officium Romanum in regnis Caſtellæ & Legionis recipi, *ibid.* X. Sanctio IV. Navarræ Rege occiſo quaſdam ejus provincias recipit, 1076. XII. Romanum officium in regno ſuo recipi optat, 1080. XI. Contra Saracenos auxilium a Francis petit, 1087. XIV. *& ſeq.* Toletum expugnat & quo anno, 1088. V. Chriſtianam religionem in ea urbe reſtituit, *ibid.* VI. Bernardum Toleti Archiepiſcopum dicit & Romam pro pallio mittit, *ibid.* Romanum officium in Hiſpaniis recipi jubet, 1090. II.

S. Altmannus Epiſcopus Pataviensis moritur, 1091. VIII. Adverſus factiones ſchiſmaticorum acerrimus propugnator fuit Pontificum Romanorum, *ibid.*

Amalphia urbs a Melphia diverſa, 1059. XV.

Amatus Olorenenſis Epiſcopus a Gregorio VII. Legatus in Hiſpaniam mittitur, 1077. XII. Biſulduni in Catalaunia Concilium celebrat, *ibid.*

Anaſtaſius Monachus Andegavenſis ſuſpectus de hæreſi Berengariana fidei ſuæ profeſſionem edere cogitur, 1081. XXIII.

Andegavenſe Concilium contra Berengarium, 1055. VI.

B. Andreas Abbas Vallumbroſæ S. Arialdi vitam ſcripſit, 1061. VI. & *ſeq.* S. Herlembaldi Vitam non ſcripſit, *ibid.* VII.

Andreas Petro Hungariæ Rege conſanguineo oculis privato fit Rex Hungariæ, 1046. VI. Cum Henrico Imperatore pacem facit, 1052. I. Invaſa a Bela Hungaria uxorem & Salomonem filium ad Henricum Germaniæ Regem mittit, 1061. X. Moritur, *ibid.* 1066. VII.

Angli Normannis ſubduntur, 1066. VI. Anglorum conſuetudines a Normannis immutantur, 1067. X. Angli cum Scotis pacem faciunt, 1068. II. Anglia poſt Willelmi Conqueſtoris mortem civili bello laceratur, 1088. XV.

Anglicanum Concilium a Vvillelmo Angliæ Rege coactum, 1070. I. & *ſeqq.*

Anglicanum alterum Concilium ſub eodem Rege, 1072. II.

Anglicana Eccleſia ſub Vvillelmo Rege afflicta, 1070. V. Anglicanæ Eccleſiæ primatus Cantuarienſi Archiepiſcopo adjudicatur, 1070. VI. 1072. II.

Angliæ Reges a S. Eduardo habent quod ſcrophulas curent, 1066. III.

Annaſir Mauritaniæ Sitifenſis Rex Chriſtianis favet, 1076. VII. Servandum Epiſcopum conſecrandum ad Gregorium VII. Papam mittit, *ibid.* Quo anno mortuus ſit, *ibid.*

S. Anno fit Archiepiſcopus Colonienſis, 1055. VIII. Ad ſchiſma ſedandum Henricum Germaniæ Regem a matre ſubducit, 1062. II. Ab Henrico Rege bis in Italiam miſſus eſt, 1064. III. Concilio Mantuano interfuit, *ibid.* I. III. Ab Henrico Rege rerum adminiſtrationi præficitur, 1072. I.

Anſelmus Lucenſis Epiſcopus a Stephano IX. Legatus Mediolanum mittitur, 1057. XI. A Nicolao II. mittitur ad conciliandam Eccleſiam Mediolanenſem cum Romana, 1059. XI. Succedit Nicolao II. in Pontificatum Romanum & Alexander II. appellatur, 1061. I. Incertum an ſedis ſuæ annos a die electionis numerarit, *ibid.* II. Factus Romanus Pontifex Lucenſem Eccleſiam retinuit, *ibid.* S. Herlembaldum dato vexillo, Eccleſiæ defenſorem conſtituit, *ibid.* V. Ejus electio in Concilio Osborienſi præſente Henrico Germaniæ Rege confirmatur, 1062. I. Petrum Damiani Legatum in Gallias mittit pro cauſa Cluniacenſis monaſterii, 1062. III. Eum Legatum mittit pro ſedando ſchiſmate Eccleſiæ Florentinæ, 1063. I. Petrum Florent. Epiſc. deponit, 1063. II. Romæ concilium celebrat, *ibid.* Berengarium monet, ut reſipiſcat *ibid.* V. Indulgentiam & vexillum Rogerio Comiti Calabriæ contra Saracenos pugnanti mittit, *ibid.* IX. Mantuæ Concilium celebrat, 1064. I. & *ſeqq.* 1067. I. In eo verus Pontifex agnoſcitur, & Cadolus Antipapa damnatur, 1064. I. Hugonem Candidum Cardinalem Legatum in Hiſpaniam mittit, *ibid.* VI. 1068. VII. Godefridum Ducem contra Normannos mittit, 1066. I. Vexillum S. Petri Willelmo Normanniæ Duci dirigit, *ibid.* V. Mediolanum pergit & S. Arialdum canonizat, 1067. I. Legatos Mediolanum mittit contra Simoniacos & Clericos incontinentes, *ibid.* Uratiſlao Bohemiæ Duci uſum mitræ concedit, 1068. IV. Concilium quartum Romæ celebrat, & in eo monaſterii Viſſegradenſis in Bohemia fundationem confirmat, 1070. XVII. Primatum inter Cantuarienſem & Eboracenſem Archiepiſcopos controverſum Cantuarienſi adjudicat, 1071. V. Prohibet ne Monachi in Eccleſiis Cathedralibus Angliæ turbentur, *ibid.* VI. Ad extirpandum ſchiſma Legatum Conſtantinopolim mittit, ſed fruſtra, *ibid.* XIV. Petrum Damiani Legatum Ravennam mittit, 1072. VI. Communem Canonicorum Regularium vitam renovavit in Baſilica Lateranenſi, 1073. III. Giraldum Card. Legatum in Galliam mittit, *ibid.* IX. Quintum Concilium Romæ celebravit in quo Gothofredum Eccleſiæ Mediolanenſis invaſorem excommunicavit, *ibid.* XI. Moritur, 1073. III. Ejus virtutes, *ibid.*

S. Anſelmus Lucenſis Epiſcopus Mathildæ Comitiſſæ permittit ut bona Eccleſiæ a ſe data ad bellum pro defenſione Gregorii VII. inſumat, 1082. IV. S. Anſelmi curæ Mathildis a Gregorio VII. commendatur, *ibid.* V.

S. Anſelmus ſcribit ad Guibertum Antipapam, *ibid.* A Gregorio VII. ſucceſſor in ſedem Romanam deſignatur, 1085. VII. Moritur, 1086. II. Ejus exequiis Bonizo Sutrienſis Epiſcopus interfuit, *ibid.* III. Ejus ſcripta, *ibid.* IV.

S. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus ordinatur, 1093. V.

Anſelmus III. fit Archiepiſcopus Mediolanenſis, 1085. V. Catholicus fuit, *ibid.* Conradum Henrici Imp. filium coronavit, 1093. II. VI. Romanæ Eccleſiæ addictiſſimus fuit, *ibid.* VI. Moritur, *ibid.*

S. Antonii Magni Reliquiæ in Galliam tranſportantur, 1089. VII. S. Antonii ope ſacro igne tacti ſanantur, *ibid.*

Aragonenſe Concilium ſub Ramiro Rege quo tempore celebratum, 1062. IX.

Arelatenſe regnum in plures principatus dividitur, 1081. VIII.

S. Arialdus Mediolanenſis Clericus ſimoniam & Sacerdotum conjugia abolere conatur, 1057. IX. & *ſeqq.* A Guidone Archiepiſcopo Mediolanenſi excommunicatur, *ibid.* X. S. Arialdi ſectatores *Patarini* dicti a ſacerdotibus concubinariis, 1058. III. & *ſeq.* Inter pejores Hæreticos ab iis numerantur, *ibid.* V. S. Arialdus audita Alexandri II. creatione Romam pergit, 1061. V. S. Arialdi Vita tam a Syro presbytero, quam a B. Andrea Abbate Vallumbroſæ ſcripta, *ibid.* VI. & *ſeq.* S. Arialdus martyrio coronatur, 1066. VIII. Adverſus Arialdum ſcripſit Arnulphus Mediolanenſis Hiſtoricus, *ibid.* IX. Arialdus ab Alexandro II Canonizatur, 1067. I. Arialdi ſepulcrum glorioſum, *ibid.* II. Ejus corpus ex Eccleſia S. Celſi ad S. Dionyſii Mediolanenſe monaſterium transfertur, *ibid.*

Arnoldus fit Archiepiſcopus Mediolanenſis, 1093. VI. Ab Urbano II. pallium accipit, *ibid.* VI. & *ſeq.* Ab uno tantum Catholico Epiſcopo fuit conſecratus, *ibid.*

Arnulphus Hiſtoricus Mediolanenſis adverſus S. Arialdum & Cœlibatus defenſores ſcripſit ſed poſtea errorem emendavit, 1066. IX.

Aſcelinus cum Berengario diſputat, 1050. XII. Ad Aſcelinum ſcribit Berengarius, *ibid.* XIII.

Aſcelinus ad eum reſpondet, *ibid.* XIV.

Atho eligitur Archiepiſcopus Mediolanenſis, 1072. VIII. Dicitur juvenis licet ætate maturus, *ibid.* IX. A Mediolanenſibus male habitus electioni ſuæ renunciat, *ibid.* X. Ejus electio Romæ confirmatur, *ibid.* Adverſus Athonem Gothofredus ordinatur Archiepiſcopus Mediolanenſis, 1072. XI. Atho Romam ad Gregorium VII. pergit & ab eo defenditur, 1073. XII.



Avenionenſe Concilium ab Hugone Cluniacenſi Abbate Apoſtolicæ Sedis Legato celebratur, 1060. V. & *ſeq.* In eo Gerardus Siſtaricenſis Epiſcopus eligitur, *ibid.*

Avenionenſe Concilium II. in quo S. Hugo eligitur Epiſcopus Gratianopolitanus, 1080. XV.

Auguſtenſes petunt a Berengario Gerundenſi Epiſcopo Reliquias S. Narciſſi primi Auguſtenſis Epiſcopi, 1087. VII.

Auguſtodunenſe Concilium, in quo Hagano Auguſtodunenſis Epiſcopus cum Roberto Burgundiæ Duce reconciliatur, 1055. II.

Auſcienſe Concilium ab Hugone Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato celebratur, 1068. VII. & *ſeq.*

# B

BAlduinus V. Flandriæ Comes fit tutor Philippi Francorum Regis, 1059. XVII.

Bamberga fit juris Imperialis, 1052. IV.

Barbaſta Hiſpaniæ urbs a Francis diripitur, 1062. XI. Ab Ermengaudo Urgellenſi Comite capitur, 1064. IX.

Barcinonenſis Eccleſia dedicatur, 1058. XV.

Barcinonenſe Concilium ab Hugone Cardinali Sedis Apoſtolicæ Legato quo anno celebratum, 1064. VI. & *ſeq.* 1068. VIII. Romanum officium recipit & Clericos in perpetua continentia vivere ſtatuit, 1064. VI. & *ſeq.*

Barcinonenſis Conventus in quo Gothicæ leges abrogatæ & Uſatici Barcinonenſes conditi, 1064. VII. A Concilio Barcinonenſi diſtinguendus, *ibid.*

Barium Græcis eripitur a Normannis, 1068. IX.

Barenſi Eccleſiæ Canuſina unitur, 1089. II.

Beatrix ex Bonifacio Tuſciæ Marchione Mathildem Comitiſſam genuit, 1070. VI. Secundis nuptiis Godefrido Barbato Lotharingiæ Duci conjuncta fuit, *ibid.* Cum eo caſte vixit, *ibid.* VII. X. Friderici II. ſuperioris Lotharingiæ Ducis & Mathildis Suevicæ filia fuit, *ibid.* IX. & *ſeqq.* Ejus proavi, *ibid.* X. Ejus conſanguinitas cum duobus Henricis Impp. *ibid.* XIV. Romanam Eccleſiam afflictam tuetur, 1074. I. Moritur, 1076. XI.

Bela Hungariæ regnum invadit, 1061. X. Moritur, 1063. VII. 1066. VII.

Benedictio pro conſecratione uſurpatur, 1049. VI. & *ſeq.* Tam de Imperatore, quam de Epiſcopo dicitur, *ibid.*

Benedictus IX. in Synodo Sutrienſi depoſitus fuit, 1046. I. Pontificatum iterum invadit, 1047. VIII. Ex eo pellitur, 1048. I.

Benedictus X. Antipapa Romanam Sedem invadit, 1058. VI. VIII. In Concilio Sutrienſi deponitur, 1059. I.

Beneventum fit juris Pontificii, 1052. IV.

Beneventani a Leone IX. PP. excommunicantur & Eccleſiæ reſtituuntur, 1050. II.

Beneventanum Concilium a Nicolao II. PP. celebratur, 1059. XIII. Alterum a Victore II. Papa, 1087. IV. VII. Alterum ab Urbano II. PP. 1091. I.

Berbacenſis Conventus Catholicorum & Henricianorum in Germania celebratur, 1085. I.

Berengarius Agathenſis Epiſcopus propter communionem cum Guitfredo Narbonenſi Epiſcopo excommunicato excommunicatur, 1077. XII. Guitfredi partes deſerit, *ibid.*

Berengarium adverſus ſcribit Deoduinus non Durandus Leodienſis Epiſcopus, 1050. XIX.

Berengarius in Synodo Romana II. ſub Leone IX. damnatur, 1050. VI. & *ſeq.* Ejus ad Lanfrancum epiſtola in ea Synodo lecta, *ibid.* IX.

Berengarius hæreſim ſuam in Normannia ſpargit, *ibid.* X. Adverſus eum Brionenſis conventus cogitur, *ibid.* XI. Item Synodus Vercellenſis, *ibid.* XII.

Berengarii ad Aſcelinum epiſtola, *ibid.* XIII. Ad Berengarium Anſcelini reſponſio, *ibid.* XIV. Adverſus Berengarium celebratur Concilium Pariſienſe *ibid.* XV. Berengarii epiſtola in eo Concilio lecta, *ibid.* XVI. Ejus epiſtola ad Richardum, *ibid.* XVIII. Adverſus Berengarium ſcribit Hugo Lingonienſis Epiſcopus, 1051. IV. Berengarius in Turonenſi Concilio hæreſim abiurat, 1055. V. Contra eum duo alia Concilia celebrata, *ibid.* VI.

Berengarius in Concilio Romano ſub Nicolao II. hæreſim abiurat, 1059. II. Joannis Scoti librum comburit, *ibid.* III. Ad vomitum redit, *ibid.* II. 1060. III. 1063. V. Ab Alexandro II. monetur ut reſipiſcat, 1063. V. Contra Berengarium Rotomagenſe Concilium celebratur, *ibid.* VI. Item Concilium Pictavienſe, 1075. XIV. In Synodo Romana V. ſub Gregorio VII. auditur, 1078. IV. Secundam in ea fidei profeſſionem emittit, *ibid.* V. Iterum abjurat in Concilio Romano VI. ſub Gregorio & tertiam fidei profeſſionem emittit, 1079. I. & *ſeq.* Litteras commendatitias a Gregorio PP. obtinet *ibid.* II. A S. Brunone poſtea Signienſi Epiſcopo & B. Wolphelmo Abbate confutatur, *ibid.* III.

Berengarius redit ad vomitum, 1080. XX. In ejus ſectatores inquiritur, 1081. XXIII. Moritur, 1088. X. Vere de ſua hæreſi pœnituit, *ibid.* X. & *ſeq.* Berengario quot annis juſta perſolvunt Canonici Turonenſes S. Martini, *ibid.* XII. Berengarii epitaphium compoſuit Hildebertus poſtea Cenomanenſis Epiſcopus, *ibid.* X.

